R. BIBLIOTECA UNIVERSITARIA ALESSANDRINA
P
K
35
ROMA

PK35

SYNTAGMATIS IVRIS VNIVERSI.

ATQVE LEGVM PENE OMNIVM GENTIVM, ET RERVMPVBLICARVM PRAECIPVARVM, TRIPLICI VOLVMINE COMPREHENSARVM,

Pars Prima.

39-2; Pers

IN QVO DIVINI ET HVMANI IVRIS TOTIVS, naturali, ac noua methodo per gradus, ordineq́ue, materia vniuerſalium & ſingularium rerum, ſimulq́; iudicia explicantur.

Auctore PETRO GREGORIO *Tholoſano, I. V. Doctore, & olim in Academijs Cadurcenſi & Tholoſana profeſſore, nunc verò in Lotharingica Pontimuſſana eorundem Iurium profeſſore & Decano.*

Hæc Quarta editio prodit nunc primùm in publicum pluribus in locis ex Auctoris recognitione, auctior & emendatior.

Cum Indice rerum & verborum copioſiſſimo.

ALESSANDRINA



VENETIIS, Apud Damianum Zenarium.
M D XCIII.

Ex Legato Josephi Campani. J.V.D. 39

EXCELLENTISSIMO VIRO AVRELIO PRANDINO, V. I. C. AC PATRITIO VERONENSI PRVDENTISSIMO.

Aſcanius Coloſinus. S. P. D.

BENIGNITATEM illam præſtantiſſime, ac Excellentiſſime Aureli, quę aut eſt uirtus, aut certè accedit ad uirtutem homine Chriſtiano dignam, ſemper laudandam, tanquam eam, quæ hominem æquè cum Deo coniungat, tacito quodam ſenſu ipſemet iudicaui, & profectò ſi quiſquam eſt, qui eam quæſiuerit, quæſitam inuenerit, inuentam dilexerit, & dilectam amplexus fuerit; aut eum te eſſe, aut certè neminem, non ſolum fateor, uerùm etiam omni animi mei ſinceritate affirmo. Cum enim in dies multa prorſus obtingerent aduerſa clariſſimis multorum hominum rationibus, qui inde in grauiſſimas litium inciderant moleſtias, factum eſt, ut ipſi omnes ſingularem illam uirtutis præſtantiam, tibi à natura penitus inſitam, uel potius innatam, non vulgariter ſemper experti fuerint: ſiquidem niſi tu eis auxiliatus fuiſſes, facilè tot malorum ſubita tempeſtas eos, non mediocriter de toto rerum ſuarum ſtatu ſollicitos, obruiſſet. His accedit etiam mira illa ſapiētia tua, quę inter omnes uirtutes, quibus humana erudiuntur ingenia, primum ſibi locum facilè uendicat, quæq́ue tuæ facultati iuris utriuſque annexa, omnium legum ambages diſſoluit; omniaque deniq́; iura, quibus familiæ, Ciuitates, Regna, ac Imperia reguntur, proteguntur, & ampliantur, elucidat, ac illuſtrat. Ex his ergo, & quamplurimis alijs egregij animi tui dotibus, & optimis, ac probatiſſimis moribus factum eſt; ut, cum mihi animo inhæreret elegantiſſima uolumina hæc Excellentiſs. Viri Petri Gregorij Tholoſani Iure Conſulti Tectoſagis diuulganda, præſtantiſſimo ea nomini tuo inſcripta edere curarem; quia tibi omni ex parte congruere, & deberi exiſtimaui: cum eodem ſtudio delecteris, quo & auctoris merita, & tua illi ſimilis uirtus cum pari nobilitate coniuncta, ſuo quaſi iure uidentur poſtulare. Conuenit inquam tibi, tùm quia es omni uirtutum genere præditus, tùm etiam quia ex clariſſima Prandina Familia es oriundus: quæ quidem, & generis antiquitate, & Illuſtrium Heroum rebus geſtis adeò eſt clara, ut nulla illi ſit in patria anteponenda. Ex ea enim innumerabiles uiri extiterunt egregij: ex quibus quidem, præter alios (ſi annales uellem percurrere) ſumma cum laude afferre poſ-

ſem, Philippum abaui tui fratrem in utraque iuris facultate adeo polluiſſe, ut in quamplurimis ampliſſimi Venetorum Dominij ſanè nobilioribus Vrbibus iudicis munere pro Prætoribus functus fuerit, & uniuerſæ Diui Zenonis diœceſis ac iuriſdictionis in patria pro Reuerendiſſimis Abbatibus uices geſſerit. Alexandrum poſtea iam auum tuum recenſere poſſem Iureconſultorum ſua tempeſtate facilè Principem, qui eiuſdem Diui Zenonis Eccleſiam Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis Cornelio, & Farneſio Cardinalibus iam Regentibus, per xxvj annorum interuallum Vicariatus muneri optimè præfectus fuit; & deinde à Sereniſſimo Venetorum Senatu cum oratoribus ſuis ad figendos terminos inter Agrum Veroneſem, & Vallem Lagorinam exteræ ditionis conſultor miſſus, in litium iurgijs ſedandis, præclarè excelluit. Extitit etiam præterea pro fiſco iudex in nobiliſſima Veronenſi Vrbe, & tandem non ſine maximo dolore patriæ ſuæ diem obijt extremum, relicto poſt ſe Bartholomeo eius filio pari prudentia prædito, ac præſtantiſſimo genitore tuo, qui ita extitit omni uirtutum genere inſignis, ut eius meritis ampliſſimum equeſtris dignitatis priuilegium adeptus fuerit, à Carolo Quinto Inuictiſſimo tunc Romanorum Imperatore datum, & ab eo pro ſe, tota eius Familia, poſteriſq; ſuis perhonorificè acceptum. Multa præterea de quamplurimis alijs huiuſce nobiliſſimæ Familiæ uiris Illuſtribus enarranda mihi eſſent, quæ (ne te morer) ſilentio prætereo: quibus tu maius fortaſſe decus, quàm acceperis, reddidiſti. De tua autem eruditione legum, ac iuris prudentiæ cognitione quis dubitare queat, cum uideat te à clariſſimis Patriæ tuæ duobus viris iam Præſidibus, & Rectoribus pro fiſco iudicem electum, & demum ab excellentiſſimo Venetorum Senatu omnibus ſuffragijs penitus confirmatum? quo in munere ita te geris, ut nemo ſit in Veronenſi Vrbe, qui te præ ceteris non admiretur, colat, & obſeruet. Accipe igitur tu, cuius egregij animi bonis maiora debentur, præclarum uolumen hoc, quod propter miram Auctoris doctrinam, ac præſtantiam multorum per manus circumfertur: & pro certo habeas, quòd ſi mihi continget, ut eo à te ueluti meæ in te obſeruantiæ pignus id retineatur animo, quo à me offertur, & traditur, ad alia longe maiora, quæ animo iam ſum complexus, perficienda alacrior nimirum, & promptior reddar. Vale, utq; me in tuorum amicorum numerum aſcribas, te uehementer, etiam atque etiam rogo.

ELENCHVS SINGVLORVM LIBRORVM,

Et Capitum Primæ & Secundæ Partis Syntagmatis Iuris Vniuerſi.

LIBER PRIMVS.

De rebus in genere.

DE ſummaria in uniuerſum rerũ conſideratione.Cap.1. Pag.1
De Terra.Cap.2. 2
De Aqua.Cap.3. ibid.
De legibus Aquarum.Cap.4. 4
De Aere.Cap.5. 5
De Igne.Cap.6. 6
De Elementis quatuor.Cap.7. ibid.
De compoſitorum corporum.Cap.8. ibid.
De compoſitione corporum diſtinctione.Cap.9. 7
De incorporalibus.Cap.10. 9
De forma, & eius regulis.Cap.11. 10
De dominio, proprietate, & poſſeſſione.Cap.12. 12
De poſſeſſione.Cap.13. 13
De rerum diuiſione, ratione dominij & poſſeſſionis: & paraſceue ad ſequentem librum.Cap.14. 16

LIBER SECVNDVS.

De rebus diuini Iuris.

DE Sacroſanctis Eccleſijs.Cap.1. 18
De rebus Eccleſiaſticis, & primum de fide Catholica.Cap.2. 21
De Sacramentis in genere.Cap.3. 22
De Baptiſmo.Cap.4. 23
De Confirmatione.Cap.5. 28
De Sacroſancta Euchariſtia.Cap.6. ibid.
De extrema unctione.Cap.7 31
De Pœnitentia.Cap.8. 32
De Indulgentijs.Cap.9. 36
De Matrimonio.Cap.10. 37
De Ordine.Cap.11. ibid.
De ſacris Lipſanis.Cap.12. ibid.
De Cœmiterijs, & ſepulchrorum iure.Cap.13. 39
De Religioſis & ſumptibus funerum, & de mortuo inferendo, & luctu.Cap 14. 41
De Xenodochijs, & alijs pijs locis.Cap.15. 44
De ferijs, feſtiſque, & profeſtis diebus.Cap.16. ibid.
De uigilijs Eccleſiaſticis.Cap.17. 49
De obſeruatione ieiuniorum.Cap.18. 50
De Primitijs.Cap.19. 52
De Decimis.Cap.20. 53
De Annatis.Cap.21 55
De decimis parœchis debitis, & earũ inſtitutiõe.C.22. ibid.
De quibus decimæ Eccleſiaſticæ debitæ à parœchis, & de diſtinctione earum.Cap.23. 56
De perſonis, a quibus ſoluendæ decimæ.Cap.24. 57
Quibus ſoluendæ decimæ.Cap.25. 58
De ipſa decimatiõe, modo, & tẽpore decimãdi.Cap.26. 59
De alia ſpecie decimarum, quæ ſeparabatur a bonis per laicos.Cap.27. 60
De bonis Eccleſiæ temporalibus extra decimas & primitias.Cap.28. ibid.
De muris & portis ciuitatis.Cap.29. 62

LIBER TERTIVS.

De publicis rebus humani Iuris, & de rebus uniuerſitatis.

DE his quæ tractanda ſunt in hoc libro.Cap.1. 63
De pecunijs publicis, ſiue de rebus fiſci, & de ęrario.Cap.2. ibid.
Cauſæ quæ inſtam impoſitionem & exactionem uectigalium, tributorum, & penſitationum publicarum faciunt.Cap.3. 65
De finitione ſubſtantiali rei fiſcalis, & diſtinctione generali rerum fiſcalium.Cap.4. 68
De penſitatione canonis publici.Cap.5. 69
De oblatione.Cap.6. 71
De indictionibus.Cap.7. ibid.
Quæ perſonæ immunes ſunt a uectigalibus.Cap.8. 73
De portorijs ſeu uectigalibus in ſpecie.Cap.9. 76
De quibuſdam rebus, ex quibus nomine tributi uel uectigalis, fiſcus quædam accipiebat.Cap.10. 77
De theſauris inuentis in fiſcum inferendis.Cap.11. 79
De hæreditatibus, aut portionibus illarum in fiſcum delatis.Cap.12. ibid.
De uijs publicis.Cap.13. 81
De mari & fluminibus publicis.Cap.14. 82
De bonis patrimonialibus principis a fiſco colligendis, & de paſcuis.Cap.15. 83
De ſyluis & nemoribus.Cap.16. 84
De compendijs fiſcalibus pœnalibus.Cap.17. 85
De compendijs ex pœna eorum qui ciuitates ſuas relinquunt.Cap.18. 86
De compendio fiſcali ex cœlibatu.Cap.19. 87
De alijs pœnis deferendis fiſco.Cap.20. ibid.
De ędificijs & operib' publicis, ſeu uniuerſitatis.C.21. 88
De fontibus, & aquæductu.Cap.22. ibid.

LIBER QVARTVS.

De rebus ſeruientibus, & liberis.

DE ſeruitute prædiorum in genere.Cap.1. 90
De ſeruitutibus debitis a rebus perſonis: & primum de uſu & habitatione.Cap.2. 91
De uſufructu.Cap.3. 93
De rebus, in quibus uſusfructus conſtituitur.Cap.4. 96
De acquiſitione & extinctione uſusfructus.Cap.5. ibid.
De diuiſione ſeruitutum realium prædiorum.Cap.6. 98
De ſeruitutibus urbanis, primum de ſeruitute oneris ferendi, de parietibus, & de his quæ admouentur illis, baltheis, tabulis, fornacibus, latrinis, cloacis.Cap.7. ibid.
De ſeruitutibus urbanis, tigni immittendi.Cap.8. 101
De ſeruitute urbana ſtillicidij immittendi, uel non auertendi.Cap.9. 102
De ſeruitutibus urbanis altius tollendi & non tollendi, & officiendi luminibus, & de proſpectu & lumine. Cap. 10. ibid.
De ſeruitute luminum, & iure immittẽdi, & habendi feneſtras in pariete uicini.Cap.11. 103
De ſeruitute urbana protecti & proiectus.Cap.12. 104
De ſeruit.urbana proijciẽdi aquã, uel quiſquilias.C.13. 105

De ſeruitutibus ruſticorum prædiorum, ſemitæ, itineris, uiæ,& actus.Cap.14. 106
De aquęductu.Cap.15. 107
De aquæ hauſtu.Cap.16. 109
De ſeruitute prædij inferioris excipiendi aquam ex ſuperiori profluentem.Cap.17. ibid.
De ſeruitute ruſtica appulſus pecoris ad aquā.Ca.18. 111
De ruſtica ſeruitute iuris paſcendi.Cap.19. ibid.
De ſeruitutibus alijs ruſticorum.Cap.20. 112
[illegible].Cap.21. ibid.
De actionibus pro ſeruitutibus introductis.Cap.22. 114
De amiſſione ſeruitutis & eius peremptione.Cap.23. 116
De uicinis.Cap.24. ibid.
De reſtitutione operis nocentis in priſtinam formam, & de eo quod ui aut clam.Cap.25. 118
De damno infecto.Cap.26. 119
De noui operis nunciatione.Cap.27. 121
Quibus & cōtra quos fiat nūciatio noui operis.Ca.28. 122
De modo & formis nunciationis noui operis.Cap.29. 123
De effectu nunciationis noui operis.Cap.30. ibid.
Quot modis operis noui nunciationis prohibitio extinguatur.Cap.31. 124

LIBER QVINTVS.

De rebus communibus, confuſis, & proprijs diſtinguendis.

DE diuiſione rerum priuatarum in communes, confuſas,& proprias.Cap.1. 126
De communium rerum diuiſione, ſeu de communi diuidundo.Cap.2. ibid.
De diuiduo & indiuiduo.Cap.3. 127
De diuiſione per familiæ erciſcundæ iudicium. Ca.4. 129
De finium regundorum iudicio.Cap.5. 131

LIBER SEXTVS.

De Feudalibus rebus, & de feudis.

RErum alia diuiſio, in allodiales, & cēſuales.C.1. 133
De feudi finitione,& diuiſione.Cap.2. 134
De feudis, quæ non propriè feuda dicuntur.Cap.3. 136
De feudo nobili, & non nobili.Cap.4. 138
De feudo Eccleſiaſtico, & ſeculari, & alijs ſpēbus.C.5. 140
De rebus in feudorum cauſa conſiderandis.Cap.6. ibid.
De perſonis a quibus conſtituuntur, & quibus dantur feuda:& de Imperatoribus, Regibus, Ducibus.Cap.7. 143
De Comitibus.Cap.8. 145
De Comitibus, qui prouincias adminiſtrabant,& qui nūc feuda habent:& de Marchionibus.Cap.9. 147
De Baronibus.Cap.10. 149
De Caſtellanis & Valnaſſoribus,& uaſſis.Cap.11. 150
De ſexu conſiderando in feudis.Cap.12. 151
De baſtardis, alijſq; perſonis in feudo notandis.C.13. 152
De modo conſtituendi feudū,& de inueſtitura.Ca.14. 153
De perſonis, quæ in feudi inueſtitura conſiderantur, & de fidei ſeu hominij præſtatione.Cap.15. 155
Præſtationis iuramenti, fidelitatis, & hominij utilitates. Cap.16. 158
De acquiſitione feudi per ſucceſſionem particularem inter uiuos.Cap.17. 159
De acquiſitione feudi per ſucceſſionē defuncti.C.18. 160
De cauſis, cur beneficia feudalia conceſſa ſunt, & extinctione, uel reuocatione beneficij.Cap.19. 161
Anacephaleoſis eorum quæ ingratitudinem excuſant uaſſallorum, & culpabilem & ingratum reddunt dominum.Cap.20. 164
Poſt feudi priuationem, ad quem reuertatur.Cap.21. 166
De controuerſijs,& iudicijs feudorum.Cap.22. 167

SECVNDAE PARTIS SYNTAGMATIS

Iuris Vniuerſi Elenchus.

LIBER SEPTIMVS.

De perſonis, & primum de ſtatu perſonarum naturali.

DE homine & perſonis in genere.Cap.1.Pag.3
De diuiſione perſonarum, ex ſexu.Cap.2. 5
De alia generali & naturali hominum diſtinctione.Cap.3. 10

LIBER OCTAVVS.

De diſtinctione perſonarum ex generatione, & de ſponſalibus.

DE coniunctione maris & fœminæ, permiſſa & uetita,& de perſonis inde natis in genere.Cap.1. 9
De Sponſalibus.Cap.2. 11
Cur ſponſalia præcedere nuptias bonū uiſum ſit.Ca.3. 13
De perſonis quæ pro alijs ſponſalia contrahunt.C.4. ibid.
De ętate & qualitate ſponſi & ſponſę.Cap.5. 14
De his quæ ſponſalibus accidunt.Cap.6. ibid.
De arrha & ſponſalitia largitate,& donatione propter nuptias.Cap.7. 15
De proxenetrijs & oſculo ſponſaliorum.Cap.8. 17
De ſolutione ſponſaliorum.Cap.9. 19

LIBER NONVS.

De Matrimonijs & Nuptijs.

DE nomine nuptiarum: & ſynonimis matrimonij. Cap.1. 21
Nuptiarum finitio, & de uetita polygamia, & uago concubitu. Cap.2. ibid.
De coniunctione & conſenſu, quæ in nuptijs requiruntur.Cap.3. 23
De indiuidua matrimonij,& diuini, & humani iuris ſocietate.Cap.4. 26
De ritibus nuptiarum.Cap.5. 28
Rationes, cur nuptiæ duorum tantum,& quare tot ritibus & cæremonijs initientur & probentur.Cap.6. 32
De iuſtis & prohibitis nuptijs propter ętatem coniugum. Cap.7. 36
De conſanguinitate,& affinitate in genere.Cap.8. 37
De perſonarum diſtinctione, quę ex coniunctione maris & fœminæ naſcitur: & de conſanguinitate uel cognatione.Cap.9. 38
De affinitate.Cap.10. 41
De prohibitione nuptiarum ratione conſanguinitatis & proximitatis.Cap.11. 43
De impedimentis contrahendi matrimonij, de furore, & errore, de frigiditate,& metu.Cap.12. 46
De alijs impedimentis matrimonij, propter diuerſitatem qualitatum perſonarum.Cap.13. 47
De prohibitione matrimonij Eccleſiaſticarum perſonarum.Cap.14. 48
De ſolutione matrimonij.Cap.15. 49
Num iure diuino diſſolui poſſit matrimonium.Ca.16. 51
De his quæ accedunt matrimonio, dote, antiphernis, parapher nis.Cap.17. 52
De dotis finitione.Cap.18. 54
De oneribus matrimonij. 56
De reliquis oneribus matrimonij.Cap.20. 58
Axiomata quædam nuptiarum communia.Cap.21. 60
De dotis repetitione ſoluto matrimonio.Cap.22. 61

Quando

Quando non eſt locus reſtitutioni dotis, uel in toto, uel pro parte.Cap.23. 63
De priuilegijs dotis in hypotheca,& alijs.Cap.24. 65
Da donationibus inter uirum & uxorem.Cap.25. 66
De ſecuodis nuptijs.Cap.26. 68

LIBER DECIMVS.

De perſonis extra legitimam coniunctionem natis, & nominatis.

DE concubinis.Cap.1. 74
De meretricibus.Cap.2. 75
De filis ex illegitimis coniuuctiooibus natis.Cap.3. 79
De filijs legitimatis, ſeu de legitimatione nothorum. Cap.4. 82
De filijs legitimis tantum.Cap.5. 83
Da adoptiooe & arrogatione.Cap.6. ibid.

LIBER VNDECIMVS.

De perſonis ſui, uel alieni iuris.

DE libertate & ſeruitute in geoere.Cap.1. 87
De poteſtate in alienas perſonas.Cap.2. [illegible]
De communi mariti & uxoris in domeſticos poteſtate. Cap.3. 90
De poteſtate mariti in uxorem.Cap.4. 91
De patria poteſtate.Cap.5. 93
Quibus modis contrahitur, & oritur patria poteſtas. Cap.6. 95
De iure matris in filios.Cap.7. 96
Iura vel effectus patriæ poteſtatis.Cap.8. 97
De vtilitatibus, quas filius capit ex poteſtate patria. Cap.9. 100
De ſolutione patriæ poteſtatis.Cap.10. 101

LIBER DVODECIMVS.

De tutoribus, & tutelis.

DE tutoria poteſtate,& tutelis in genere.Cap.1. 103
Definitione tutelæ.Cap.2. 104
De officio,cura,& adminiſtratione tutorum.Cap.3. 105
Quæ perſonæ tutelam gerere poſſunt.Cap.4. 107
De ſuſpectis tutoribus.Cap.5. 109
De excuſationibus legitimis tutorum. Cap.6. ibid.
De diuiſione tutelæ, formuliſque tutorum in uniuerſum. Cap.7. 111
De teſtamentaria tutela & eius confirmatione,& de tutoribus teſtamentarijs & confirmatis.Cap.8. ibid.
De legitima tutela, & de illa quæ agnatorum eſt. Cap.9. 112
De legitima parentum tutela.Cap.10. 113
De patronorum legitima tutela.Cap.11. 114
De fiduciaria tutela.Cap.12. ibid.
De datiua tutela, & de Atilianis, alijſque tutoribus.Cap. 13 115
De tutoribus honorarijs,& notitiæ cauſa datis.C.14. 117
Quibus modis tutela finitur.Cap.15. ibid.

LIBER DECIMVSTERTIVS.

De Curatoribus, & cura eorum.

DE differentia & conuenientia tutelæ,& curæ: & quot ſpeciebus earũ.Cap.1. [illegible]
De curatoribus pupillorum.Cap.2. ibid.
De curatoribus mioorum 25.annorum.Cap.3. 120
De reſtitutione in integrum minorum.Cap.4. ibid.
De curatore mente captorum,& furioſorum.Cap.5. 121
De curatore prodigi.Cap.6. 124
De curatore uentris.Cap.7. ibid.
De curatore bonorum.Cap.8. 125
De actoribus & adiutoribus tutorum, vel curatorum Cap.9. ibid.
De actionibus tutelæ & curæ, directis,& utilibus, ciuilibus,& prætorijs.Cap.10. ibid.
De contrarijs actionibus tutelæ & curæ.Cap.11. 129
De alijs curatoribus publicis in ſumma.Cap.12. 139

LIBER DECIMVSQVARTVS.

De ſeruis, & liberis, iureque dominorum.

DE liberis & ſeruis in vniuerſum.Cap.1. 131
De ſeruitutis diſtinctione.Cap.2. 132
De cauſis & rationibus legitimæ ſeruitutis, & ſeruorum diſtinctione.Cap.3. 133
De iuribus & utilitatibus dominicæ poteſtatis.Cap.4. 135
Quibus modis ſerui liberentur à dominica poteſtate. Cap.5. 136
De ſolutione ſeruitutis dominis iouitis,uel præter eorum uoluntatem.Cap.6. 137
De ingenuis & libertinis.Cap.7. 138
De patronis & iure patronatus libertorum.Cap.8. 139
Quibus modis ius patronatus amittitur.Cap.9. ibid.
De iure patronatus clientelari,& eius perſonis,colonis adſcriptitijs,& cenſitis.Cap.10. 140

LIBER DECIMVSQVINTVS.

De perſonis eccleſiaſticis maioris & minoris dignitatis.

DE præſtantia poteſtatis Eccleſiaſticę in laicam.Cap.1 142
De Epiſcopus in uniuerſum.Cap.2. 143
De Summo pontifice ſedis Apoſtolicæ.Cap.3. 144
De Cardinalibus.Cap.4. 148
De patriarchis Chriſtianis, & primum de Conſtantinopolitano.Cap.5. 150
De patriarcha Alexandrino.Cap.6. 151
De patriarcha Hieroſolymitano.Cap.8. ibid.
De patriarchatu in genere.Cap.9. 152
De primatibus.Cap.10. ibid.
De Archiepiſcopis.Cap.11. ibid.
De Epiſcopis.Cap.12. ibid.
De Abbatibus.Cap.13. 159
De Monachis.Cap.14. 160
De legibus quibuſdam monaſticis.Cap.15. 163
Propter quid, & quare, monaſteria; & uita monaſtica. Cap.16. 165
De monialibus ſeu ueſtalibus ſacris quædam. Cap. 17. ibid.
De prioribus & præpoſitis.Cap.18. 167
De Cancellario ſeu magiſtro ſcholarum.Cap.19. ibid.
De Archidiacono.Cap.20. ibid.
De Archipresbytero,& decanis.Cap.21. 168
De primicerio eccleſiaſtico, cantore, & præceptore. Cap. 22. 169
De præbendatis & canonicis vtriuſq; ſexus.Cap. 23. 171
De curionibus, rectoribus, parochis, plebanis,& uicarijs. Cap.24. 172
De coadiutoribus.Cap.25. 174
De intitulatis.Cap.26. ibid.
De penſionario.Cap.27. 175
De nomenclatura piorum hominum, qui pijs locis regendis præficiuntur.Cap.28. ibid.
De capellanis capellis,& oratorijs.Cap.29. 179
De præſtimonio,obitu,& obituarijs.Cap.30. 181
De operario ſeu æditui ſacro.Cap.31. ibid.
De collegiatis.Cap.32. 182
De collegijs & cōuentibus ſacrorum militum:& primum de Templarijs.Cap.33. 183
De militibus cruciferis hoſpitalis ſancti Ioannis Hieroſolymitani.Cap.34. 184
De alijs cruciferis militibus, & pijs equitum ſocietatibus. Cap.35. 185

De be-

De habentibus manualia beneficia.Cap.36. 187
De uicarijs temporalibus,officiali,& alijs.Cap.37. ibid.
De commendatarijs.Cap.38. ibid.
De officiarijs Eccleſiaſticis,& primum de theſaurarijs ſeu ſacriſtis.Cap.39. 189
De œconomo,& uicedomino,ſyndico,& alijs.Ca.40. 190
De officijs quarundam perſonarum ratione iuriſdictionis,& earum appellationibus.Cap.41. 191
De officiarijs quibuſdam ſedis apoſtolicæ,uicecācellario, camerario,ſecretarijs,protonotarijs,& alijs.C.42. ibid.

LIBER DECIMVSSEXTVS.

De perſonis ſacris ordinibus initiatis,& de earum ſacerdotijs.

DE ordinatis in genere,& de clericis.Cap.1. 194
De ordinibus hierarchiæ Eccleſiaſticæ in genere. Cap.2. 198
De oſtiariatu,& oſtiarijs.Cap.3. ibid.
De lectoriatu,& lectore.Cap.4. 199
De exorciſta.Cap.5. 200
De acolytis.Cap.6. 202
De diacono,& ſubdiacono.Cap.7. ibid.
De presbytero,ſacerdotio,& presbyteratu.Cap.8. ibid.
De perſonis quæ ordines conferunt.Cap.9. 206
De perſonis quæ ordinari poſſunt.Cap.10. ibid.
De modo & forma ordinationis faciendæ.Cap.11. 209

LIBER DECIMVSSEPTIMVS.

De perſonarum ex cauſa beneficiorum diſtinctione, & de beneficijs.

TRactandorum in hoc libro ſumma.Cap.1. 210
Definitione beneficij.Cap.2. ibid.
De diuerſa beneficiorum nomenclatura,unde perſonæ eccleſiaſticæ diuerſas appellationes capiunt.Cap.3. 212
De iure patronatus Eccleſiæ.Cap.4. 213
De erectione,ſeu conſtitutione beneficiorum.Cap.5. 216
De collatione beneficiorum.Cap.6. 218
De qualitate conferentium beneficia.Cap.7. 222
De iuribus regaliorum.Cap.8. 224
De iure deuoluto.Cap.9. 226
De reſeruationibus beneficiorum.Cap.10. 230
De mandatis apoſtolicis ad beneficia, & de mandatarijs. Cap.11. 231
De modis legitimis dandi beneficia Eccleſiaſtica. Cap.12. 233
De confirmatione electionis.Cap.13. 238
De conſecratione,& benedictione.Cap.14. ibid.
De collatione beneficioru in genere, & in ſpecie: dehinc de collatione libera,& eius formis.Cap.15. 220
De collatione neceſſaria,ſeu non libera.Cap.16. 242
De uacatione beneficiorum.Cap.17. 243
De modo renunciationis.Cap.18. 247
De uacatione per mortem titularij.Cap.19. 248
De beneficio litigioſo.Cap.20. ibid.

LIBER DECIMVSOCTAVVS.

De publicis & alijs ſecularibus perſonis.

DE principibus generaliter,& de illegitimis.C.1. 250
De [illegible] principibus. Cap.2. [illegible]
De populo.Cap.3. 254
De magiſtratibus in genere.Cap.4. ibid.
De perſonarum priuatam uitam agentium generibus. Cap.5. 255
De prophetis & diuinis.Cap.6. 256
De philoſophis.Cap.7. 257
De mathematicis.Cap.8. 259
De phyſicis,& metaphyſicis.Cap.9. ibid.
De perſonis uacantibus ſpeculatiuis rationalibus ſcientijs.Cap.10. ibid.
De Iuriſconſultis.Cap.11. 260
De gerentibus munera ciuilia, & eorum generali diſtinctione.Cap.12. ibid.
De honoribus municipalibus, & diuerſa ex illis perſonarum diſtinctione.Cap.13. 261
De munere,officio,& poteſtate decurionum,& priuilegijs eorum.Cap.14. 265
De optionibus.Cap.15. 266
De duumuiris.Cap.16. ibid.
De magiſtratibus municipalibus.Cap.17. 267
De defenſoribus ciuitatum.Cap.18. 268
De legatis.Cap.19. ibid.
De appellatione hominum ratione munerum, & de muneribus ſine honore.Cap.20. 269
De artificibus diuerſis.Cap.21. 271
De architectis.Cap.22. ibid.
De agricolis.Cap.23. 273
De paſtoribus.Cap.24. 275
De medicis.Cap.25. 276
De uarijs artificibus obiter.Cap.26. 277

LIBER DECIMVSNONVS.

De militaribus perſonis, & re militari.

DE militibus & paganis,& militia inermi.Cap.1. 279
De militia armata.Cap.2. [illegible]
De perſonarum militantium diſtinctione.Cap.3. 282
De ſacramento militari,& miſſione a militia.Cap.4. 285
De legibus militaribus.Cap.5. 286
De annona militari.Cap.6. 287
De ueſte militari.Cap.7. ibid.
De hoſpitijs militum.Cap.8. 288
De prædijs & caſtris militibus aſſignatis.Cap.9. 289
De officijs militū,& pœnis in illis delinquētiū. C.10. ibid.
Leges circa ſegnitiam militum.Cap.11. 291
Delictorum aliorum in militibus pœnæ ex alijs legibus. Cap.12. 292
De obſidibus.Cap.13. 293
De negotijs,& priuilegijs militum.Cap.14. 294
De peculio caſtrenſi.Cap.15. ibid.
De priuilegijs perſonis militum conceſſis, & ueteranis. Cap.16. 295
De priuilegijs militum circa illorum iudicia.Cap.17. ibid.
De magiſteria militari dignitate.Cap.18. 296
De collegijs militum.Cap.19. 298

Finis Elenchus Librorum, & Capitum Primæ & Secundæ Partis Syntagmatis Iuris uniuerſi.

IN PRIOREM ET SECVNDAM SYNTAGMATIS IVRIS VNIVERSI PARTEM, PERIOCHA.

DEVS optimus maximuſque, primùm ex nihilo cœlum & terram creauit: poſtea diſtinctis & perfectis rerum formis, hominem qui rebus omnibus præeſſet, formauit: & ad eum (ut ſecundum rei cuiuſque propriam naturam commodè imperaret, & iuxta cuiuſque conuenientem modum proſpiceret) adduxit animalia cuncta ut uideret quid uocaret ea. Geneſ. 2. Homo ultimus creatione, ſed perfectius creationis opus, centrum totius uniuerſi, & in quo omnes circunferentiæ, omneſque omnium rerum naturæ coniunguntur, & præcipuum quod habent, contribuunt. Et proinde homo qui orbis dominationem humanam ſuſceperat, quiue ſocijs & æqualis naturæ hominibus præeſſe debebat, rerũ omnium cognitione ab initio in ſui primordio ornatus à Deo fuit. Sciebat ille quid bonum erat in ſingulis, quandiu ſuperioris & creatoris & Domini mandatum obſeruauit: illudque bonũ ſufficiebat ad bene imperandi tunc ſciẽtiam. Cæterum inuidia hoſtis, qui ob ſuperbiam de loco præſtantiſſimo beatitudinis præceps in abyſſum impietatis actus fuerat, deceptus, uoluit & malum cum bono cognoſcere: ſicq; miſer ille & nimium mulieri credulus, in ſe quid malum eſſet periculum fecit magna cum poſterorum pernicie. Et ita boni ſcientia & lumen intelligentiæ, quod ex pura anima mentem illuſtrabat, ab inſecta malo anima in tenebras decidit, & ueluti cęca cœpit à malo in peius ſemper deficere: ſicque ętas peior auis genuit nos nequiores, mox daturos progeniem uitioſiorem. Miſertus eſt Deus huius homuncionis, & pluribus modis lapſam hanc fragilem naturam teſtaceam, reſtituere ſuo priſtino ſplendori aggreſſus eſt: intrinſecus mentes humanas excitando & illuſtrando, & extrinſecus plura præcepta per ſe & uerbi ſui nuncios pręſcribendo: & poſtremo loco mittendo filium ſuum unigenitum, uerum Deum, & carne aſſumpta uerum quoque hominem, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui uoluntatem patris manifeſtiùs explanauit, & abſcondita reuelauit, noſtræq; ſeruitutis redemptionem operatus eſt & ſalutem, recõcilians nos Deo patri: atque ſimul bona præcipua quę obliti eramus, cognitionem rerum & ſui ipſius, nota fecit, ut Deum ipſum cognoſceremus. Quamobrem ante Domini noſtri Ieſu Chriſti deſcenſum de cœlis, & aſſumptionem noſtrę carnis, ante pręedicationem & legem eius, nunquam boni & ęqui uera & perfecta cognitio haberi potuit: neque apud ipſos Iudęos, quorum ex parte maxima uelata erat mẽs, & ſecreta & incognita erãt myſteria illis familiaria. Quę poſtea palàm facta, omnium figurarum uelo & umbris depulſis. Fateor tamen etiam nunc infinitam propemodum multitudinem inter mortales eorum, qui in errore antiquo & cęcitate inueterata degunt: & inter Chriſtianos quoque ſponte adhuc plures eſſe, qui peiores illis ſint. Verumtamen non ideo minus lucet diuinę ſapientię inter homines iubar, quòd iſti ſponte cæci eſſe uelint: nec ſolis ſplendor ideo deficit, quòd quidam uias & feneſtras eius radijs occludũt. Sed eo magis pernicioſiores, quo oblatam Dei notitiam conſulto reijciunt, uel ſegniter ut recipiant, ſe parant. Expedita certè nunc boni & æqui ratio, una regula concepta: ut omnia, quæ cogitamus, dicimus & facimus, ſint Dei uoluntati & mandatis eius conſona. Hoc eſt pręceptum illud, Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata: quæ conſiſtunt in dilectione Dei & proximi. Cæterum quia difficile eſt aliunde hominem exuere, & quia plerunque quę meliora ſunt probamus, ſed deteriora ſequimur, pluraque ſunt, quæ ueluti nubes ſolem, ſic mentem per affectus obnubilant, perturbationibus confundunt, & ex ſingularium negotiorum formis dubitandi cauſam dant num uoluntati Dei quę noſtra ſunt cõſentiant, conſtituti ſunt legiſlatores, principes, & magiſtratus ſpiritualis & ſecularis poteſtatis, qui uoluntatem explicent pro modo occurrentis cauſę, cui proſpiciendum eſt. Oritur autem cauſa dubij, uel à rebus ipſis, uel à perſonis, uel ab actionibus ſeu negotijs perſonarum, ut docuimus in libro de arte iuris cap. 41. Idcirco ius quod tractare nunc inſtituimus; abſolutum omnibus ſuis membris, uidelicet quod complectitur omnia iura diuina & humana, tres partes principales habet. Prior eſt de rebus, altera de perſonis, altera de actionibus ſeu negotijs compoſitis ex rebus & perſonis. Vna tamen methodo, Deo iuuante, prima medijs & ultimis connectimus, ut partes omnes ordine naturę ſeſe conſequi uideantur. Præponimus res perſonis, non tanquam nobiliores, ſed creationis & originis ſeriem ſequuti: primum enim creatę ſunt res, dehinc perſonę, & poſtea negotia ſeu actiones prodierunt. Hęc tria ſeparatim primum ut ſimplicia: dehinc, ut compoſita ex ſubſtantia propria & accidentibus, quę in conſiderationem & quęſtionem Iuriſconſultis & legiſlatoribus uenire poſſunt, Deo eodem iuuante, perſcrutabimur, ea naturali ſeruata conſecutione, ut unius tractatio ex altera naſcatur. Cuius Syntagmatis imaginem paucis lineis compactam, memorię cauſa offeram.

Prioris partis primus liber, res omnes ſibi unico rei nomine contineri generaliter explicat, & unum id eſſe genus, cap. 1. Poſtea diuidit in corporales, & intelligibiles ſeu incorporales: corporales in ſimplices, & compoſitas materia & forma: ſimplices, in quatuor elementa. Et de his

explicat elementatam ſcorſum terram cap. 2. aquam, c. 3. & 4. aerem cap. 5. ignem c. 6. prout in iure uſurpantur: & diſtinctiones eorum, & hęc ipſa quatuor ſtatim ſimul. c. 7. Vnde fit tranſitus ad compoſita corpora, quæ à quatuor elementis fiunt: docentur modi compoſitionis phyſicæ rerũ in indiuiduo, & mixtiones, confuſiones, & ciuiles hominum compoſitiones cap. 8. Compoſitione edocta, habes diuiſionem compoſitarum rerum, in inanimatas, & animatas: & rurſum earundem ſpecies, & quomodo iura conſiderant eaſdem cap. 9. Accedit incorporalium rerum membrum, & quę incorporales ſint docet, cuius occaſione & diuiduas & indiuiduas explicat cap. 10. Et hactenus conſidero res ex ſubſtantia naturali, uel ex his quæ ſubſtantiam reſpiciunt: ſubinde accidentia occurrunt, quibus inter homines diſtinguũtur, & conſiderantur. Accidentium autem illorum præcipuum fundamentum eſt, poſſeſſio & dominium uerum, uel fictum, plenum, proprietas, uſusfructus, & uſus, quæ explico cap. 12. Vt poſſeſſionis ſpecies cap. 13. Et hæc tractatio, continuò parit res dictas diuini & humani iuris, nempe quæſtionem, quæ ſint in dominio ſeu poſſeſſione, uel iure Dei aut hominum, quas tibi diſtinguimus, cap. 14.

Explicamus libro 2. res diuini iuris, ſacras, publicas, priuatas, religioſas, & ſanctas per 29. cap. habes inter ſacras explicatum de templis, cap. 1. fide catholica, cap. 2. de ſeptem ſacramentis, c. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. de ſacris lipſanis, cap. 12. religioſa cœmiteria, cap. 13. & 14. Xenodochia, ca. 15. ferias, feſta, cap. 16. uigilias eccleſiaſticas, cap. 17. ieiunia, cap. 18. primitias, cap. 19. decimas quadruplicis generis, cap. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. eccleſiaſtica alia bona, c. 28. & ſancta, portas, muroſque ciuitatum. cap. 29.

In tertio res humani iuris, publicas, & uniuerſitatis percurrimus: & inter publicas explicamus tributa & uectigalia, eorumque originem, & rationem, cap. 2. 3. 4. de canone, cap. 5. de oblatione, capit. 6. indictione, ſuperindictione, capitu. 7. & 8. Et in ſingulari de portorijs, capit. 9. & alijs uectigalibus, cap. 10. de compendijs quæ applicantur fiſco ex aliquibus rebus, de quibus etiam notionem tradimus, ut de theſauris, cap. 11. de compendijs hęreditatum, albanagij, uacantium bonorum, cap. 12. uiarum publicarum, cap. 13. de mari, de fluminibus publicis, cap. 14. paſcuorum, cap. 15. de ſyluis & nemoribus, cap. 16. confiſcationum ex delicto, cap. 17. 18. 19. 20. de ędificijs operibus publicis, cap. 21. de fontibus & aquæductu, cap. 22. quorum etiam aliqua poſſunt dici communia uniuerſitatis, cap. 21.

Subinde expectabis in 4. lib. de rebus priuatis, quæ ſingulorum ſunt: inſtituiturque ſermo in eo, de rebus quæ liberę ſunt, & quæ ſeruiunt aut perſonis, aut rebus alijs, ſeu prędijs, cap. 1. & inibi de uſu, habitatione, & uſufructu, & alijs commoditatibus perceptis ex rebus per perſonas, cap. 2. de uſusfructus natura & diſtinctione ab uſu, & eorum actione, cap. 3. in quibus conſtituantur, quomodo acquirantur, & amittantur, cap. 4. & 5. de ſeruitutibus urbanis, oneris ferendi, cap. 7. tigni immittendi, c. 8. ſtillicidium immittendi, auertendi, c. 9. altius tollendi, uel non tollendi, ca. 10. luminum, cap. 10. & 11. protectus habendi, c. 12. & aquam eijciendi, c. 13. Item de ruſticis ſemitæ, itineris, uię, actus, c. 14. aquæductus, c. 15. aquæhauſtus, c. 16. excipiendi aquam, c. 17. appulſus pecoris ad aquam. c. 18 pecoris paſcẽdi, c. 19. arenæ fodiẽdæ, calcis coquendę, cretæ eximendæ, c. 20. & alijs, de conſtitutione ſeruitutũ, c. 21. de actionibus pro illis, c. 22. de amiſſione illarum, c. 23. Atque his annectimus earum rerum notionem, quam neceſſariò cognoſci operæpretium eſt, pro explanandis ſeruientibus rebus, de uicinis, ca. 24. de reſtitutione operis nocentis citra ius ſeruitutis facti, & remedia quod ui aut clam, cap. 25. de damno infecto, c. 26. de operis noui nunciatione, cap. 27. & quibus & à quibus nunciatio hęc fiat, cap. 28. effectum, cap. 29. & formas nunciandi, c. 30. & modos quibus nunciatio extinguitur, cap. 31.

Iterum facilioris doctrinę gratia, ſubdiuidimus alio lib. 5. res ſeruas aut liberas, in communes, confuſas, & proprias, c. 1. Et explicatis ſingulis, de communium agimus diuiſione, ſeu de iudicio communi diuidundo, cap. 2. de diuiduo & indiuiduo, cap. 3. de familię erciſcundę, cap. 4. & finium regundorum iudicijs, cap. 5. agitur.

Subijcitur deinde lib. 6. aliud membrum rerum liberarum explicandum, & diuiduntur res liberę, in allodiales, cenſuales, emphyteoticarias, & feudales, c. 1. De ſingulis agitur ſtrictim & remiſſiuè, de feudis in hoc libro latius, ſeu de rebus feudalibus, & ea ratione inſtituitur methodica tractatio de finitione & diuiſione feudorum, cap. 2. Et quę propriè feudales res, quęve impropriè annotatur; quę dignitatis, quę noua feuda, antiqua, paterna, materna, hęreditaria, realia, ligia, recta. Quę impropriè feuda, ut non recta, franca, libera, habitationis, ſoldatę, de camera, de cauena, gardię, gaſtaldię, cap. 3. Et rurſum, quę nobilia, ignobilia, cap. 4. Eccleſiaſtica ſecularia, cap. 5. Perpendimus res quę in feudum dari poſſunt, ſtipendiaria, & tributaria prędia, cap. 6. Et perſonas quæ ex rebus titulos habent, & res diuerſas indicant feudales, quæ dant uel poſſident feuda, Imperatores, reges, duces, cap. 7. comites, ca. 8. marchiones, c. 9. barones, c. 10. caſtellanos ualuaſſores, ualuaſſinos, uaſſos, c. 11. mulieres, c. 12. Et harum perſonarum ętates, legitimam uel ſpuriam natiuitatem, c. 13. Modos conſtituendi uel acquirendi feuda, & inueſtituram, & formã ſeu ſymbolum eius, cap. 14. iuramentum fidelitatis, ca. 15. utilitates horum, c. 16. ſucceſſionem particularem, c. 17. teſtamentariam, cap. 18. extinctionem uel ademptionem beneficij feudalis, c. 19. negotia ingratitudinis, c. 20. Finem, quo reuertatur res feudalis, c. 21. & controuerſias & iudicia harum rerum, cap. 22. Et hic prioris partis operis huius conſtituimus periodum.

SECVNDA IVRIS VNIVERSI SYNTAGMATIS PARS, PERIOCHA.

ABSOLVTA prima iuris parte de rebus, peruenitur ad perſonas ſeu homines, in quibus rerum corporalium & incorporalium fit coniunctio & epitome, ut docemus, & poſtea diuidimus ſexũ in maſculum & fœminam, hermaphroditos, & eunuchos, quorum ſpecies, modum, & ſanctiones, quæ ad illos pertinent, explicamus, cap. 1. & 2. Nugas eorum, qui homines non Adamicos conſtituerunt, reprobamus: indicantes quæ de nymphis, pygmeis, ſatyris, ſphyngibus, tritonibus, & de ſimilibus monſtroſis animalibus hominis formam aliquantum referentibus, credendum ſit, cap. 3. de lelithimis & fatidicis mulieribus.

Hiſque prætermiſſis, ad Adamicos & ueros humanos homines, conſtantes corpore & anima immortali, ſermonem lib. 8. referimus, adhibita prima & pręcipua ex natiuitate, ſeu ex coniunctione maris & fœminæ diſtinctione, quam uel legitimam uel illegitimam conſtituimus. Et ex legitima coniunctione naturali, filios abſolutè naſci; ex illegitima autem alterius generis partus oſtendimus, uidelicet, ſpurios, uulgò quæſitos, naturales tantùm, inceſtuoſos, nefarios, adulterinos, cap. 1. In his rurſum legitimam coniunctionem, ut originem prolis tractamus, de ſponſa, ſponſo, & ſponſalibus, cap. 2. Et cur præcedere ſponſalia matrimonium ſeu nuptias ſoleant, cap. 3. qui quæ ue per ſe uel per alios ea contrahant, cap. 4. quæ horum qualitates, cap. 5. & quæ accidunt ſponſalibus, cap. 6. de arrha, ſponſalitia largitate, donationibus ante nuptias, cap. 7. proxenetrijs, oſculo, cap. 8. ſolutione ſponſaliorum, cap. 9.

Subinde lib. 9. de nuptijs agitur, de ſynonimis matrimonij, cap. 1. de finitione, inſtitutione, ex uago concubitu, cap. 2. de coniunctione & conſenſu nubentium, & parentum illorum, cap. 3. de ſocietate indiuidua, cap. 4. ritibus & ſpeciebus uxorum, cap. 5. rationes introductarum nuptiarum, cap. 6. Et de perſonis quibus prohibentur propter ætatem, cap. 7. propter conſanguinitatem uel affinitatem, cap. 8. qua occaſione & conſanguineas & affines perſonas declaramus, cap. 9. 10. 11. Et alias prohibitarum nuptiarum cauſas proſequimur, erroris, furoris, frigiditatis, maleficij, cap. 12. & ſimiles, cap. 13. Potiſſimùm eccleſiaſticarum perſonarum cap. 14. de diſſolutione & modis abeundi à matrimonio iuris naturæ, ciuilis, diuini, & pontificij, cap. 15. & 16. de acceſſorijs nuptiarum, dote, paraphernis, & antiphernis, cap. 17. & 18. de oneribus matrimonij, cap. 19. & 20. Et alijs nuptiarum axiomatibus, cap. 21. de dote repetenda, cap. 22. uel non repetenda ſeu lucranda, cap. 23. de priuilegijs dotis ratione hypothecę uel cauſarum aliarum, cap. 24. de donationibus inter uirum & uxorem ualidis & inutilibus, cap. 25. de repetitis nuptijs, & de his quę in illis nocent binubis, cap. 26.

Decimus liber, aliud membrum perſonarum ex illegitima coniunctione natarum abſoluit, & parentes & partus illegitimos declarat, agitque de concubinis, cap. 1. meretricibus, cap. 2. & illarum naturalibus, ſpurijs, inceſtuoſis, adulterinis, nefarijs, ca. 3. & qui reſtitui natalibus, & quibus modis legitimari poſſint, cap. 4. ad legitimos tantùm ſubinde deſcendo per ſpiritualem cognationem, cap. 5. uel per adoptionem & arrogationem, cap. 6. quomodo fiant breuiter tradens.

Vndecimus, poſtquam iam pręcedentes perſonas ueluti naſcentes nobis propoſuerunt, perſonarum uelut natarum qualitates proſequitur: & ſtatum naturalem, gentium, & ciuilem exhibet & diſtinguit liberorum, ſeu ingenuorum, ſeruorum, libertinorum, cap. 1. agitque unà de poteſtate in liberas perſonas generaliter prius, cap. 2. & ſpeciali nota in domeſticos, cap. 3. in uxorem, cap. 4. in filios, cap. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

Hunc excipit 12. agens de poteſtate tutorum in pupillos: & tutelarum explicat cauſam, qui in ſua tutela & aliena ſint, cap. 1. quid tutela, & qualis eius authoritas, cap. 2. officium, cap. 3. qui gerere tutelam poſſint, cap. 4. qui ſuſpecti ab ea reiiciuntur, cap. 5. qui excuſantur, cap. 6. quę tutelarum ſpecies, cap. 7. declarans teſtamentariam, cap. 8. legitimam, cap. 9. utramque & parentum, cap. 10. & patronorum, cap. 11. & fiduciariam, cap. 12. Datiuam, Attilianam, & alias, modumque dandi & confirmandi ex his legibus tutores, cap. 13. honorarios tutores & notitię cauſa datos, cap. 14. & finem tutelarum, cap. 15.

Et ſeriem ſequitur 13. liber, agens de curatoribus diuerſę ſpeciei, cap. 1. pupillorum, cap. 2. minorum, cap. 3. & eorum reſtitutione, cap. 4. mente captorum, ſtultorum, furioſorum, cap. 5. prodigorum, cap. 6. uentris, cap. 7. bonorum, cap. 8. publicarum rerum, cap. 12. & de adiutoribus tutorum uel curatorum, cap. 9. actionibus directis, cap. 10. & contrarijs tutelę & curę cap. 11.

Ad poteſtatem in ſeruos incidit liber 14. Et qui ſint liberi & ſerui natura, uel hominum conſtitutione docet, cap. 1. Seruitutem diffinit, cap. 2. quomodo fiant aut naſcantur ſerui, demonſtrat, cum cauſis ex quibus probata eſt perſonarum ſeruitus, cap. 3. Iura ſimul & utilitates poteſtatis dominicę, cap. 4. & quot modis ſoluatur illa poteſtas uolentibus dominis, cap. 5. uel inui-

tis,

tis, c. 6. quomodo ſolutione illa libertini fiant & ab ingenuis diſtinguantur, c. 7. qui inde patroni dicantur, & iura eorum, cap. 8. & quando illa amittuntur. cap. 9. Et data occaſione, de iure patronatus clientelę agit, cap, 10.

Quindecimus liber de perſonis Eccleſiaſticis agit, de præſtantia poteſtatis earum. c. 1. de Epiſcopis in uniuerſum, c. 2. de ſummo pontifice gentilium, Iudæorum, & Chriſtianorum, cap. 3. de cardinalibus, c. 4. patriarchis Conſtantinopolitano, c. 5. Alexādrino, c. 6. Antiocheno. c. 7. Hieroſolymitano, c. 8. & de patriarchatu in genere. c. 9. de primatibus, c. 10. Archiepiſcopis, c. 11. Epiſcopis in ſpecie, & chorepiſcopis, c. 12. abbatibus, c. 13. & eorum monachis, c. 14. legibus monaſticis, c. 15. cauſis inſtitutionis monaſteriorum, c. 16. deque monialibus, c. 17. prioribus & præpoſitis, c. 18. cācellario, c. 19. Archidiacono, c. 20. Archipresbytero & decanis, c. 21. primicerio, cātore, præcentore, chorodidaſcalis, choragis chorodectis, c. 22. præbendatis canonicis utriuſque ſexus, c. 23. curionibus, c. 24. coadiutoribus, c. 25. intitulatis, c. 26. penſionarijs, c. 27. Orphanotrophis, & piorum locorum ſeu hoſpitaliorum præpoſitis, c. 28. capellanis, capellis, oratorijs, c. 29. præſtimonium habentibus & obituarijs, c. 30. operarijs ſeu ſacris æditius, c. 31. de collegiatis, c. 32. de conuentibus ſeu ſocietatibus ſacrorum militum, ut de templarijs. cap. 33. cruciferis hoſpitalarijs ordinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, c. 34. & de alijs ſacris militibus, c. 35. de habentibus beneficia manualia, c. 36. de uicarijs temporalibus, officiali, c. 37. commendatario, cap. 38. de officiarijs Eccleſiaſticis, ut de theſaurarijs, c. 39. œconomis, & uicedomino, ſyndico, & alijs, c. 40. de officiarijs ordinarijs, c. 41. & ſedis apoſtolicæ. c. 42.

Liber 16. perſequitur perſonas ſacris ordinibus inauguratas, clericos, cap. 1. eorumque ordines, c. 2. oſtiarios, c. 3. lectores, c. 4. exorciſtas. c. 5. acolytos, c. 6. Subdiaconos, diaconos, c. 7. presbyteros ſeu ſacerdotes gentilium, Iudæorum, Chriſtianorum. c. 8. & qui ordinare poſſint, c. 9. & qui ordinari, c. 10. & de modo & forma ordinationis, c. 11.

Subinde lib. 17. beneficiorum & perſonarum quæ ab illis accipiunt nomen, euoluit tractationem, quidue ſit beneficium explicat. c. 2. & eorum ſpecies, c. 3. ius patronatus eccleſiaſticum, c. 4. beneficiorum erectionem, c. 5. collationem, c. 6. & de qualitate conferentium, c. 7. de iure regaliorum, c. 8. de iure deuoluto, c. 9. de mandaris ad beneficia & mandatarijs, c. 10. de modis legitimis dandi eccleſiaſtica beneficia electione, collatione, poſtulatione, c. 11. de confirmatione electionis, cap. 12. conſecratione, & benedictione, cap. 13. de collatione libera, cap. 14. 15. neceſſaria, cap. 16. de uacatione, cap. 17. per modum renunciationis, cap. 18. & per mortem, cap. 19. de beneficio litigioſo, cap. 20.

In lib. 18. perſonę potiſſimum publicæ & aliæ declarantur, quę ad publicam pertinent authoritatem: principes legitimi & illegitimi, c. 1. & 2. agitur & de populo, cap. 3. & magiſtratibus in genere, cap. 4. de priuatis, cap. 5. de prophetis & uatibus, cap. 6. de philoſophis, cap. 7. mathematicis, cap. 8. de phyſicis, cap. 9. de ijs qui ſpeculatiuis uacant diſciplinis, cap. 10. de iuriſconſultis, ca. 11. de gerentibus publica munera, cap. 12. & 16. & de honoribus municipalibus & diuerſa appellatione eorum qui ea gerunt, c. 13. & 20. de decurionibus, cap. 14. optionibus, cap. 15. duumuiris, cap. 17. de defenſoribus ciuitatis, cap. 18. de legatis, cap. 19. de artificibus, cap, 21. de architectis, cap. 22. de agricolis, cap. 23. paſtoribus, cap. 24. medicis, cap. 25. uarijſque alijs artificibus, cap. 26.

Tandem in lib. 19. de perſonis militaribus & ijs quæ ad artem militarem ſpectant, tractatur & agitur primùm de militibus & paganis, deque militia duplici. cap. 1. & 2. de militantium diſtinctione, cap. 3. de ſacramento militari, ut de miſſione, cap. 4. de legib. militaribus, cap. 5. de annona, cap. 6. de ueſte militari, cap. 7. de hoſpitijs militum, ca. 8. de prędijs & caſtris eorum, cap. 9. deque officijs & pœnis, cap. 10. & circa ſegnitiem eorum legibus, cap. 11. ut & circa alia delicta, c. 12. de obſidibus, cap. 13. de priuilegijs, & eorum negotijs, cap. 14. de caſtrenſi peculio. ca. 15. deque alijs eorum priuilegijs, cap. 16. & 17. de magiſteria militari dignitate, cap. 18. & collegijs militum, cap. 19. Et ſic manus imponitur extrema ſecundę parti quę perſonas complectitur, & qualitates earum.

SYNTAGMATIS IVRIS VNIVERSI PRIOR PARS.

DE REBVS IN GENERE. Liber Primus.

De Summaria in uniuerſum rerum conſideratione. Cap. I.

1 *Rei appellatio quare generalis.*
2 *Rei appellatio, & quæ ſunt patrimonij, & non patrimonij continet, corporaliaque & incorporalia.*
3 *Diuiſio rerum, in corporales & incorporales: & earum diſcrimen.*
4 *Materia & forma quid.*
5 *Corpora ſimplicia & compoſita.*

GEneralis rei appellatio ex eo nata uidetur, quòd rei nomen a Græco verbo ῥέω, id eſt, fluo, confictum & tractum uidetur, uel ab Hebr. ערה ros, id eſt, miſcuit. Si-
1 quidem ueluti quondam perpetuo flumine unda undam ſequitur, & altera aliam impellit, & inuicem commiſcentur: Sic ex una prima rerum materia & ſubſtantia, perpetua quadam alteratione, res uariæ ſiunt & naſcuntur, & miſcentur: generalis quippe rerum fuit creatio Cœlum & Terra, in primo die Geneſeos orbis,[a] quæ per dies ſequentes diſtincta eſt a ſummo & omnipotente
2 rerum omnium opifice Deo. Quamobrem rei ſignificatio latiſſimè ſeſe diffundit, in ea quæ patrimonij noſtri ſunt, & quæ extra patrimonium & poſſeſſionem habentur, ut Pau. Iuriſconſultus notat:[b] Vt meritò Prætor hanc rei appellationem tanquam generalem elegerit, in edicto De rebus creditis conceptione, teſte Vlpiano.[c] Nec intereſt corporalia ſint, an incorporalia: utraque namque continentur.[d] Siquidem & facta continentur quoque,[e] & perſonæ ipſæ apud Modeſtinum,[f] cauſæ & iura.[g] Et in ſumma, & omnia reliqua quæ ſunt, ut & Auſonius ait:

> *Imperium*, inquit, *litem, Venerem, cur una notat res:*
> *Quòdque ulla res non eſt, nihil eſt.*[h]

Sic Cicero,[i] res bonas uel malas dici tradit, uel animi, uel corporis, vel externorum, cui & omnes ſubſcribunt. Faciliotis tamen doctrinæ gratia, perſonæ a rerum communi appellatione diſtinguendæ ſunt, & negotia ſeu actiones,
3 ut & ante fecit Caius,[k] & poſtea Tribonianus.[l] Eſt autem rerum potiſſima & prima diuiſio, in corporales & incorporales: illæ, quæ ſui natura tangi uiderive poſſunt: iſtæ minimè.[m] Vel Cice.[n] dixit, aliæ res ſunt, aliæ eſſe intelliguntur. Plato[o] genus rerum aliud uiſibile & intelligibile conſtituit: atque corpus uiſibile, animam autem ex genere inuiſibilium dixit. Porrò res corporales diſtant inter ſe per exteriores terminos, & ſenſibus comprehenſibiles: res uerò incorporales, quamuis per exteriora diſcrimen non admittant, intimis tamen proprietatibus diſcernuntur. Sic ideæ ab ideis, in mente: ſcientiæ a ſcientijs, in anima: mens ab anima, mentes a mentibus, anima ab animis, ut ait Plotinus.[p] In corporalibus rurſum, duo perpetuò obſeruare conuenit, materiam ſcilicet & formam, per quam ex caligine materia lucem accipit. Sicut & in intellectualibus, quod profundum incognitumq; eſt prius, materiæ inſtar eſt, quæ lumine rationis è luſtris ad intellectum reuocatur, formamque intellecti ſuſcipit. Diuidit enim, & perpetuò uis intelligendi rem examinat, quouſque ad id quod ſimplex eſt, nempè ad uerum peruenerit, quod uidelicet reſolui ulterius nõ ualeat.[q]
4 Materia cum apud alterius doctrinæ profeſſores, tum etiam apud Iuriſconſultos eſt, quæ vnicuique tranſmutationi ſubijci poteſt: uel id ex quo aliquid fit, uel fieri poteſt.[r] Forma, eſt tranſmutationum effectrix, res ab inuicem &
5 a ſeipſis diſtinguens.[s] Corporum alia ut ſimplicia in iure, alia ut compoſita, conſiderantur: quemadmodum & Ariſtoteles,[t] ſimplicia & Phyſici nominant quatuor elementa, aerem, aquam, terram, ignem, & quintum corpus æthera, & quæ in eo. Verum differunt in eo Iuriſconſulti a Phyſicis & Philoſophis alijs, vt elementa quatuor ſimplicitate illa inuiſibili, quam illi ponunt, non conſiderent, ſed quatenus cum mole & uiſibili forma nobis apparent, elementa inquam mixta, ut ſeorſum de terra, ſeorſum de aqua, & ſimiliter de igne, & aere hoc pertractent. De quibus exempla oculis ſubijciemus.

a Geneſ. 1.
b l. rei appellatio. l. 5. de verb. ſign. lib. 50. P. titul. 16.
c l. 1. § fin. de reb. cre. lib. 12. P. tit. 1.
d titu. de reb. corp. & incorpor. lib. 2. inſtit. tit. 2. Pau. l. 1. de rer. diuiſ. lib. 1. P.
e not. glo. in d. § fi. l. 1. de reb. cred. & Vlpian. in l. nominis & rei, l. 6. de verb. ſign. in P.
f l. omnia, l. 92. § fi. de leg. 3. li. 31. P. tit. 1.
g Vlpian. in l. rei appellatione, l. 23. de uerbo ſignifi. in P.
h D. Auguſt. li. de doctr. Chriſtia. & 1. lemd. diſt. 8.
i in part. orat.
k in l. 1. de ſtat. hom. lib. 1. P. titul. 5.
l §. fi. de iur. nat. lib. 1. inſtit. tit. 2.
m Iuſt. in §. 1. de reb. corpo. libr. 2. inſtit. tit. 2. Paul. l. 1. de rer. diuiſ. lib. 1. P. tit. 8.
n Cicero in Topicis.
o Plato dialo. 7. de Republi. & rurſus in Phædone.
p Plot. libr. 4. Ennead. 6. cap. 11.
q Idem Plotin. lib. 4. Ennead. 1. c. 5.
r Caius l. adeò, l. 7. § cum in ſuo, de acquir. rer. domi. libr. 41. P. tit. 1.
s d. l. adeò § inſul. in. Vlpia. in l. Iulianus, l. 9. § ſi quis rem, ad exhib. libr. 10. P. tit. 4.
t Ariſtot. 1. de cœlo. c. 1. 2. & ſequentib.

De Terra. Cap. II.

1 *Terra pura quid.*
2 *Nonalis quæ & integra.*
3 *Terra pro regione & territorio.*
4 *De alluuionum incremento: aliaque terræ inhærentia ponuntur.*
5 *De uiarum publicarum cura & curatoribus.*

1 VLpianus terram puram, alijs fœcibus non mixtam deſcribit, dum ait:[a] *Nemo poteſt in uiā terrenam, glaream mittere, aut ibi ſternere lapides*: glaream medium ponens inter lapides & ueram terram. Quanquam & illa aliquando terra dicatur, cum adiectione accidentali: ut Georgici ſæpè terrarum diſcrimina inſinuant, dum dicunt terram uel calculoſam, uel arenoſam, putrem, nigram, & id genus. Alio modo locus purus dicitur qui neque ſacer, neque ſanctus, neque religioſus eſt: ſed ab omnibus nominibus uacare uidetur.[b] Et apud Iuriſconſul-
2 tos alia noualis, nuperrimè quæ eſt proſciſſa, & a dometis, & ſentibus repurgata, & aratro nunc primum aperta:[c] uel quæ anno præterito ceſſauit.[d] Alia integra terra in quam dominus nundum pecus immiſit paſcendi cauſa.[e]
3 In ſumma, illud omne quod teritur pedibus hominum & conſequẽter uniuerſus orbis, terra dicitur: & aliquando tamen, addito uocabulo alio, pars a toto diſtinguitur, proque aliqua regione, regno, uel natione eius nominis exauditur, ut dicimus terram ſanctam.[f] Sic uniuerſitas agrorum intra fines cuiuſque contenta, terra, & territurium non impropriè dicitur a Pomponio,[g] quòd intra illos fines magiſtratus habeat terrendi, id eſt, ſubmouẽdi ius. Cui affinia ſignificatione ſont nomina, diſtrictus, diœceſis, iuriſdictio, & id genus ſono tenus diſ-
4 ſimilia. Circa terræ tractationem agitãtur quæſtiones, de alluuionum latentibus incremẽtis, quæ ſequuntur terrarum qualitates, & dominia quibus accedunt,[h] exemptis agris limitatis militibus diſtributis.[i] Agitur & de ſeruitutibus itineris, actus, uiæ, & alijs prædialibus, de quibus proprij extãt tituli,[k] & leges.[l] Et ut ſicinut, uia publica terræmutu, uel aquarũ iniuria ſublata uel intercepta, tenentur per terram ſuam proximam iter publicum pati.[m] Pertinet & huc, titulus De ripa munienda, lib. 43. P. tit. 14. titulus, Finium regundorum, lib. 10. P. tit. 1. titulus, Si menſor falſum modum dixerit, lib.
5 undecimo. P. titu. 6. Huc poteſt pertinere curæ pars Aedilũ curulium circa uias publicas, ut illæ aperiantur occluſæ, reficiantur, & purgentur, id eſt, ad libramentum proprium reducantur, ne effodiantur, uel ſubruantur, ne quid in his ædificetur: non proijciantur in his ſtercora, non morticinia, non coria, non alia noxia: ne in uijs rixari permittant.[n] Ne fiant impedimenta itineris, ſpecus, ponſve per uiam publicam.[o] Sic Themiſtocles, & Areopagitarum iudicium,[p] uiarum publicarum curam gerebãt, ne quis in eis ædificaret, aut conſtitutos terminos excederet: quia uiæ publicæ ſolum, publicum eſt, neque in his ius eſt, aliquid operis priuato faciendi.[q] Vocãtque ideo Græci uias has, baſilicas uel regias, hoc eſt, regis, qui iuris publici tuetur uim & cauſam. Sicut & in ſacris literis, regia uia, publica etiam dicitur.[r] Romanis, prætoria, conſularis,[s] & militaris.[t] Singularis lex Alexandri Seueri Cæſaris, literis conſignata a Lampridio,[u] ut ſi quis è ſuis militibus de uia in alicuius poſſeſſionem deflexiſſet, pro qualitate loci, aut fuſtibus ſubijceretur in eius Alexandri, ſcilicet conſpectu, aut uirgis, aut cõdemnationi: & ſi hæc tráſiret dignitatis homo, grauiſſimis contumelijs afficiebatur, dicente eo: Viſne in agro tuo hæc fieri? alteri ne feceris, quod tibi fieri non uis. Conſtituti & olim quatuor uiri, qui curam uiarum agerẽt, paulò poſt creationem conſulum.[x] Cura etiam reficiendarum uiarum non negligebatur a Cæſaribus: nam & has mãdauit Octauianus refici, partim publicis, partim ſuis, partim patrum quibuſdam ſumptibus.[y] Iſque Cæſar exiſtens, uiarum curator conſtitutus, prætorios uiros etiam uijs reficiendis, qui binis lictoribus uterẽtur, deſignauit.[z] Itinera namque publica, maximè commercijs hominum conſeruandis neceſſaria ſunt: ut impiũ etiam uiſum fuerit, non tantum ea impediuiſſe, ſed etiam errãtibus ab ijs, uiam non demonſtraſſe. Cuius rei in collectione antiquorum comicorum,[a] Diphili ponuntur comici teſtimonia.

Ἀγνοεῖς ἐν ταῖς ἀραῖς
Ὅτι ἐστὶν, εἴτις μὴ φράσει ὀρθῶς τὴν ὁδὸν,
Ἢ πῦρ ἐναύσει, ἢ διαφθερεῖ ὕδωρ, id eſt,
Stis in execrationibus
Illud adijci, ſi quis non rectè monſtrauerit uiam,
Aut ignem ſuccenderit, aut aquam corruperit.

a Vlpian. in l. 1. §. penult. de uijs public. lib. 43. P. tit. 8.
b Vlpia. in l. 2. §. purus. de relig. & ſumpt. fune. lib. 11. P. tit. 7.
c c. 1. & c. quid per nouale, de verbo. ſignific. apud Gregor. plura Specul. ti. de probat. in §. fin. & verſi. cur nouale, et quando dicatur nouale.
d Paul. in l. ſylua, l. 30. §. nouale, de verb. ſig. lib. 50. P. tit. 16.
e d. l. ſylua §. nouale.
f c. ad liberandam, de Iudæis in decretal. ea. cõ in partibus de uerb. ſig.
g l. pupillus, l. 239. §. territorium de uerbo. ſign. lib. 50. P.
h Gordi. Caſ. & Arcad. Honor. & Theo. in l. 2. & Theo. & Valent. in l. 3. de alluui. lib. 7. C. tit. 41. cap. ex tranſmiſſa, iuncta gl. in uerbo minutatim, de præſcrip. l. adeo §. præterea de acqui. rer. dom. lib. 41. P. titu. 1. §. præterea, de rer. diuiſ. lib. 2. inſtit. tit. 1.
i l. in agris, de acqui. rer. dom. lib. 41. P. tit. 1.
k ut de itinere actuve priua. cũ ſimilib.
l Pompo. in l. ſi tam anguſti, l. 13. de ſeruitu. lib. 8. P. tit. 1. Vlpia. l. 1. Carus l. via, l. 8. Paul. l. via, l. 23. de ſeruitu. ruſt. præd. lib. 8. P. titu. 3. cum ſimilib.
m Iabolen. in l. ſi locus, l. 14. quemad. ſeruit. amitt. lib. 8. P. titu. 6.
n Vlpia. in l. 1. & 2. de uia publ. 43. P. tit. 10.
o Vlpia. in l. 2. §. tractatũ eſt, ne quid in lo. pu. lib. 43. P. tit. 8. & Pompo. l. 1. & Paul. l. 2. de loc. & itin. pub. lib. 43. P. tit. 7.
p Heraclides, de politijs Athenienſibus.
q d. l. 2. §. at prætor, ne quid in loc. pub.
r Num. cap. 21.
s d. l. 2. §. at prætor.
t Paul. l. 3. de locis & itine. public.
u Lampridius in Alexand. Seueri uita.

x Pompo. in l. 2 §. eodẽ tempore, de origi. iur. lib. 1. P. tit. 2.
y Dion. Caſſius, lib. 53. hiſto. Roma.
z Idem lib. 54.
a c. 3. in Diphili ſententijs.

De Aqua. Cap. III.

1 *Aqua fluens & pluuia.*
2 *Aqua ſtagnans, aqua uiua, flumen, & fluminum partitio, torrens, riuus, ripa, littus.*
3 *Aqua noſtra, aliena, ex qua ſeruitutes, ductus, hauſtuſque, ad aquam pecoris appulſus.*
4 *Aqua quotidiana, æſtiua. Mare excipiens omnes aquas.*
5 *In mari iuriſdictio, quia ibi diſtiactia terminorum, & neceſſitas curæ uicinorum.*
6 *Maritimi impiobi.*
7 *De Almyrarchi, quem dicunt Admiralum, iuriſdictione.*

1 AQua apud Iuriſconſultos per accidentia diſtinctionem accipit pari modo, ut terra: nã uel conſiderant tanquam profluentem, cuius uſus communis ſit, ſiue profluat a cœlo, ſiue perpetuo flumine labatur, aut aliter.[b] Quæ de cœlo cadis, pluuia dicitur, quæve imbre excreſcit, ſiue ſola fluat, ſiue cum alia miſceatur. Sicque explicat Vlpianus edictum prætoris,[c] de aqua
2 pluuia arcenda. Quæ ſi aliquo loco excipiatur & concludatur, ut ciſterna, uel aliter, dicitur aqua ſtagnans, qualis in ſtagno, in lacu, foſſa, & piſcina:[d] in quo differt & ueluti opponitur aquæ uiuæ, quæ non è cœlo cadit, ſed ex terra naſcitur, qualis in fonte,[e] uel etiam in puteo, qui ex ſuis cuniculis aquas accipit, quæ & uiuę ea ratione dici poſſunt, ſicut & nominauit Vlpianus.[f] Quãdo portionem agri duxit aquam uiuam. Quando autem uel ab imbribus collecta aqua, vel a fontibus ſcaturiens, perpetuum agit fluxum, flumen facit: quod tamen a riuo differre creditur, aut magnitudine; aut exiſtimatione circumcolentium. Atque rurſum, fluminum quædam perennia, in quorum alueo aqua nunquam deficit. alia torrentia, quæ tantum hyeme fluunt, æſtate exſiccantur Solibus.[g] Riuum Vlpia. dicit,[h] locum per longitudinem depreſſum. Ea omnia, uel publica, uel priuata ſunt. Et uicina alueis loca, uel

b §. & quidem, de rer. diuiſ. li. 2. Inſtit. tit. 2. & ibi Accurſ. ut l. fluminum, l. 24. de dãn. inf. lib. 39. P. tit. 2.
c l. 1. de aqua plu. arc. lib. 39. P. tit. 3.
d quid ea ſint, explic. Vlpia. l. 1. ut in flu. pub. nauig. lice. lib. 43. P. tit. 13.
e in l. 1. §. 1. de fonte, lib. 43. titu. 21. P.
f Vlp. l. 1. quæ in puteum. l. 12. quod ui aut clam, lib. 43. P. tit. 24.
g l. 1. de flumi. lib. 43. P. tit. 12.
h l. 1. §. ait ergo prætor, de riuis lib. 43. P. tit. 20.

ripa,

ripa, nel littus nominantur,[a] quatenus fluunt
hyberni fluctus naturalem uiam ſequuti.[b] Et
apertius, ripa, ea quæ pleniſſimum flumen cō-
3 tinet.[c] Dicimus, & aquam noſtram eſſe, quę in
noſtro agro naſcitur: ut alienam, quæ ex alie-
no deriuatur.[d] In aliena aqua ſeruitutes cōſti-
tuuntur, ductus aquæ,[e] aquæ hauſtus, pecoris
ad aquam appulſus.[f] Atque ad ductionem a-
quæ pertinet ſtillicidij immittendi cauſa, quæ
4 & ſeruitutem facit.[g] Dehinc & edictum de a-
qua quotidiana & æſtiua: quotidianam autem
aquam uocamus, quæ quotidie, æſtate, & hye-
me duci poteſt: æſtiuam porrò illam, quæ æſta-
te tantum,[h] idque arte. Cæterum natura fit a-
lia ductio omnium fluminum, riuorum, & fon
tium, ſiue per apertos curſus, uel abditos cunicu-
los, in mare, quod eſt centrum aquarum om-
nium, ex quo oriuntur, & in quod reuertūtur,[i]
ex omni terræ latiſſima circumferentia, & ca-
uernoſo, ſpongioſove utero. Vocauit quippe
Deus in mundi Geneſi terram aridam: congre
gationes autem aquarum maria.[k] Quæ quidē
magis fœculentam aquam continent, utpotè
mari participe humoris, aeris & terre, ut Ariſto
teles docet.[l] Quo fit corpulentius, & aqua po-
tui incommoda, ob multam portionem terræ,
& paucum humorem, quibus ibi ut plurimū
teſtacea generantur & coaleſcunt.[m] Et hoc ip
ſum mare etiam conſiderant Iuriſconſulti, tū
latè diffuſum, tum etiam littora eius. Siquidē
& diuiſum mare per uaria Imperia: atq; iuriſ-
5 dictio in pelago, non omnibus, ſed certis, com-
petit. Sunt enim & mari certi fines natura per
Deum conſtituti, & tamen terminus unus ge-
neralis: quod indicatur in ſacris Prouerbijs.[n]
Quando, inquit, Sapiētia æterna, *Circūdabat Do
minus mari terminum ſuum, aderam: & quando le
gem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos.* Eſt au-
tem terminus generalis in Oceano mari, quod
quidem nelociter orbem omnem ambiens, in-
finitum, ſicut ait Pomponius Mela,[o] efficit pe-
lagus, ut terra omnis ideo inſula dicatur ab
Strabone.[p] Et Plotinus[q] aquam uideri totam
terram obruituram, ni intra ſuos fines a ſum-
mo opifice cōtineretur, animaduertit. De quo-
rum diuiſione latè Macrobius,[r] & Ariſtot.[s] Ex
his mediterraneum mare caput attollit, per ua
rios ſinus influente Oceano ſecundum Soli-
num:[t] Inter Abylam enim & Calpem irrum-
pens, Africā ab Europa diuidit. Et in ſumma,
ne geographum agamus, utrumque mare O-
ceanum, & Mediterraneum, à regionibus quas
alluit, diuerſa aſſumit nomina. Veluti appella
mus Oceanum Atlanticum, Britannicum, Ger
manicum, Sardinium, Gallicum, Adriaticum,
Siculium, Creticum, Ægyptium, Pamphiliū,
Syriacum, Aegæum, Mirteum: & ad ortum So-
lis Oceanum pariter Indicum, Perſicum, &c.
Et Mediterraneum, Ibericum, Liguſticum, Tu
ſcum, Tyrrhenum, &c. Ea quibus[u], quia cōſtat
tribui nomina mari a locis uicinis, proculdu-
bio conſtat, & curam horum ſinuū, ad illas re-
giones pertinere debere, ut tutæ pyratis, barba
rorum hoſtiumque incurſionibus ſint, & naui
gationes mercium extra aleam prædæ ad inco
las littorum, & ciuitates uicinas perueniant. Et
quia nauigandi uſus frequens fuit, ſimul & na
uigij iura introduci oportuit, quæ nec cōſtitui
debuerunt, uel potuerūt facilius, quàm ab ijs,
qui in proximis mari locis imperant: ideo no-
tāt Ioannes Andreas,[x] & poſt eū Dominicus,[y]
quòd licet mare non ſit in alicuius territorio,
uel dominio, eo quòd iure gentium diuiſum
non ſit, ſed omnibus pateat,[z] tamen maris par
tes, eius ciuitatis cenſeātur, quæ proxima eſt.[a]
Sic & Caius,[b] Inſulæ, inquit, Italiæ, pars Ita-
liæ ſunt: ſicut & cuiuſque prouinciæ. Quare
probè Antonius Imperator reſpōdit Eudemo-
ni[c] Nicomedienſi, qui naufragium fecerat, &
direptione uexatus fuerat in mari Italico, ἐγὼ
μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης, &c.
*Ego quidem totius mundi dominus, lex autem ſe-
cundum itaque legem Rhodiam, iudicate nautica
maris: dummodo in ijs legibus noſtris nihil aduerſe
tur.* Fuerunt quippe leges antiquæ de naui-
gatione a Rhodijs, qui maximè freta ſulcabāt,
latæ:[d] poſtea & illis approbatis, aliæ de nau-
fragio a Romanorum nomothetis promulga
tæ.[e] Extant & proprij in poſterioribus libris
Codicis Iuſtinianei tituli, de nauicular.[f] De
nautis[g] Tyberinis, de naufragijs.[h] Refert &
Strabo[i] primum mari imperaſſe Minoem.
Quod Diodorus Siculus[k] Neptuno tribuit, &
quia primus claſſem mari induxerit, ob id ma-
ris imperatorem dictum. Quanquam alij ali-
ter ſentiant, ut refert Polydorus Virgil.[l] qui
inuentiones nauium, & ratis adiudicauit qui-
buſdam Noacho iunioribus, cum tamen con-
ſtet Noachum, & nauem quam dicimus arcā,
tempore cataclyſmi fabricaſſe.[m] Etſi non diſ-
fitear ſeculis ſequentibus Noachum, aliquos
alicubi vſum demonſtraſſe, & imperandi per
uim ſibi ſceptrum arrogaſſe, non aliter quàm
contigit etiam in terra, ſimulque leges aquis
finitimis, & inſulis dictaſſe, ſicut & regnicolis
6 alijs. Quinimo, in maritimis potiſſimum ciui-
tatibus & regionibus, opus fuit maximo ſalu-
tis fundatore, & diuinis legum latoribus, ut
monet Plato,[n] ne multos ac varios mores, ſi-
mulque prauos, huiuſmodi regionis natura
contraheret. Nam cum eiuſmodi loca, caupo-
nando, mercibus & pecunijs repleantur, fiunt
incolarum & accolarum doloſi animi, inſtabi-
les, & infidi mores: accedit inhumanitas & fe-
ritas, quæ vel propriam indit nautis naturam.
Siquidem illi propter ſanguinem craſſum, nō
ſecus, ac aurigæ, & baiuli euadunt feroces, ple-
runque improbi, ſine ſtimulis conſcientiæ, ſi-
ne metu, nulla ducti religione, humanitate,
vel pietate, quia ijs ſanguis tetro, ac inſuaui
halitu, cerebrum implet. Et ſicuti atra denſa-
que nubes ſoli offuſa, radios eius intercipit, ac
lumen offuſcat: ſic humor, qui in illis domina
tur, mentem obnubilat, atque ad noxia quæ-
que impellit, prout etiam animaduertit Leui-
nus Lemnius.[o] Idcirco & ſeuerius & accura-
tius legum aculei, in his regionibus erant exe-
rendi. Proinde Iuriſcōſulto futuro & leges ho-
rum cognoſcēdæ ſunt, quæ de aquis latæ ſunt,
quarum aliquas ſummo digito indicabimus,
dummodo monuerimus in Gallia præfectum
maris conſtitutum, quem corrupta uoce dicūt
Admiralum, cum dici debeat Almyrarchos,[p]
ac ſi dicas, ſalſuginis uel maris principem, cu-
ius iuriſdictioni & imperio, poſt principem,
omnes, qui maritimas incolunt oras, circa Gal
lias, obtemperant, dum de eius cauſa agitur, vt
apparet ex conſtitutione regia Frācisci primi.[q]
Cura autem eius uerſatur circa res bellicas &
apparatus omnes nauales, eſtq; tanquam Im-
perator in exercitu, & apparatu nautico: ideo
ei ius decimę oīum quę capiuntur ex hoſtibus
tēpore belli.[r] Sicuti & ius ſalarij petēdi pro cō
meatu tuto & comitatu militari, quē tenetur
præſtare tēpore belli mercatorib⁹ regni uel a-
lijs fęderatis, cōpetit.[s] Exigendi etiā ei poteſtas

a d. l. 1. § ripa, de flumi. & in fin. § littus, de rer. diuiſ. lib. 2. Inſtit. Modeſt. l. littus, l. 112. de verb. ſign. li. 50. P. tit. 16.
b d. l. 1. § ripa, de fluminib.
c l. pen. de flumi. in P.
d Alex. Imp. in l. aqua, l. 4. & Claudius Cæſar, in l. præſcriptione, de ſeruit. lib. 3. C. titu. 34. adden. dus & Vlpia. in l. Proculus, l. 26. de dam. inf. lib. 39. P. tit. 2.
e d. l. 1. § 1. de font. in P. l. 1. de riuis.
f d. l. de riuis, de omnibus in l. 1. de ſeruitu. ruſt. præd. libr. 8. P. titu. 3. & in fin. in § inter ſuſticorum. eo. titu. Inſtitu. ſuo. ciuil.
g l. ſeruitutes, l. 19. § ſi ſublatum, cum ſeq. §§ de ſeruitu. vrb. præd. libr. 8. P. tit. 2.
h l. 1. de aqua quotid. & æſtiu. lib. 43. P. tit. 19.
i Eccleſ. c. 1. & Eccleſ. ca. 40. & Ieu. ca. 1. Ariſt. Mete. lib. 1. c. 1.
k Geneſ. 1.
l Meminit Ariſt. in lib. de mundo. in princip.
m Ariſt. lib. 3. de gene. anim. c. 11. & problē. ſectio. 21. q. 7.
n Prouerb. 8.

o In princ. li. 3. Pompo. Mela, de ſitu orbis.
p Strabo. circa pri. lib. 1. Geog.
q li. de prouid.
r Macrob. li. 2. in ſom. Scipi.
s Ariſt. c. 9. lib. de mundo.
t Solinus cap. 32.
u de iuriſd. in mari, & quando, & quis poſſit in ibi tributa imponere, uide diſputatum apud Cepolā, lib. 2. de ſeruit. ruſtic. præd. ca. 26. à nu. 4 uſque ad 9.

x gl. in in ca. ubi periculū circa primam explicationem, in fine.
y Et Dominicus, in d. ca. ad § porro, de electio. lib. 1. ſexti tit. 6. Bald. in l. pen. de inſtit. ſub cond. fact. C. Bal. in c. accedens, in fine, ut lit. non conteſt. Decius, in ca. ii eet cauſam, in 2. col. de probationib.

z Celſus, in l. littora, l. 3. ne quid in loco publico. lib. 43. P. titul. 8.
a Vlpia. d. l. venditor, l. 14. com. mun. præd. li. 8. P. tit. 4.
b Caius, l. inſulæ, l. 9. de probat. li. 5. P. tit. 1.
c l. ἀξίωσις, alias deprecatio, l. 9. ad l. Rhod. de iact. lib. 14. P. tit. 2.

d cap. Rhodię, 2. diſtin. in decret. Gratia.
e Vlp. in l. quo naufragiū, l. 3. de incend. rui. & nauf. lib. 47. P. tit. 9. Diocle. & Maxim. CC. in l. fi. de furt. li. 6. C. tit. 2.
f lib. 11. C. ti. 2.
g li. 11. C. ti. 26.
h li. 11. C. tit. 5.
i Strabo, li. 10. Geogr.
k Diodo. li. 6.
l Polydo. Vir. lib. 3. de Inuentor. rer. c. 15.
m Gene. 6. Beroſ. 13. Ioſeph. in 1. antiq. Iudaic.

n Plato dialo. 4. de ll.

o Leuinus Lēnius, libr. 3. de occul. rer. mir. c. 16.

p Ioachim⁹ Perionius, libr. de ling. Galli. cum Græca cognatione.

q Ordonn. du Roy Francoys ſur le faict de la marine, arti. 30.

r ead. conſtit. art. 25.

s Eadem conſtit. art. 28.

iura excubiarum, id eſt, *de guet*, ab accolis maris, tempore pacis, ſicut & tempore belli cogere poteſt ad uigilias & excubias, ut ex ſpeculis ſignum dent incolæ: interdiu, fumo, noctu, igne.[a] Conſtituit & milites ſtationarios pro cuſtodia piſcatorum, ne inuadantur ab hoſtibus.[b]

a Ead. conſtit. art. 30.

b Eadē, art. 10.

De Legibus Aquarum. Cap. IIII.

1 *Non immutanda publicarum aquarum utilitas, pons, nauigatio libera, & piſcatio.*
2 *Abuſus aquarum multatus per curatores aquarum.*
3 *Non licet in mari piſcari cum lumine Phari.*
4 *Seruitus aquæ excipiendæ, non uoluptatis reuiuiſcens.*
5 *De molendinorum fluuiaticorum conſtructione.*
6 *De molendinis bannarijs.*

1 INter leges aquis dictas illa eſt ſingularis, non licere manu facto opere curſum fluminis immutare:[c] etſi liceat ita in ripa opus facere, ne flumen agris noſtris noceat.[d] Non autem quicquā immittere, uel in flumine facere, uel eius ripa, quo ſtatio nauium iterve nauigij deterius fiat.[e] Neque pontem priuati iuris, quiſquam ſupra flumen publicum facere poteſt:[f] At quilibet ſine prohibitione priuata, in flumine nauigare poteſt, in eiuſque ripa liberè ratē nauemque onerare, & exonerare, piſcari, ſicut & in mari,[g] quia horum omnium uſus cōmunis, nō ſecus quàm aeris, ſicut Iuſtinia. tradit,[h] & ita apud Ouidium,[i] Latona alloquebatur pueros Lycios ruſticos,

Quid prohibetis aquas, uſus communis aquarum eſt:
Nec Solem proprium natura, nec aera fecit,
Nec tenues undas.

Sic & Auguſtus, *Execrabile*, inquit, *uidetur domos huius almæ urbis aquam habere uenalem*,[k] ubi ſcilicet eſt copia & publica: nam priuatam licet, potiſſimū in locis ubi eſt penuria.[l] Apud tamen Platonem[m] hæc lex eſt, *Piſcator nec in portubus, nec ſacris fluuijs, paludibus, ſtagniſve venetur: in alijs liceat, dummodo ſuccorum nō utatur permixtione*. Quod de lacu, & piſcina iuris & dominij priuati negatur, uetante domino:[n] quamuis in legibus Longobardorum,[o] aqua puteorum priuatorum eſſe communis omniū utilitatis dicatur, ex ſtatuto Regis Rotarij. Verum & ij refectionibus contribuunt ſecūdum
2 Speculatorem.[p] Cæterum, ſicuti uſus communis publicarum aquarum liber fuit: ſic & abuſus legibus coercitus. Et apud Græcos Themiſtocles,[q] apud Romanos M. Porti⁹ Cato, & Lælius Valerius Cēſores,[r] omnem aquam publicam ſeu fontium, aquæductuum, ſeu fluminū publicorum, in priuatum ædificium, aut agrū fluentem ademerunt, & quæ in loca publica ędificata amoliſ ave habebant, intra dies triginta demoliti ſunt: Themiſtocles namque fluminum cognitioni & curationi Athenis præfectus, huiuſmodi quaſi ſeueriſſimè deliquiſſet, multam inflixit ſeueriſſimā, teſte Plutarcho.[s] Et iura etiam priuatis deductionem illā aquarum ex publico, citra priuilegij cōceſſionem, prohibent:[t] ſemper enim priuatorum commodum publico poſtponendum eſt, & ei quod pluribus prodeſſe poteſt.[u] Meminit & Gellius,[x] Nolanos ita hoc ius conſeruaſſe, ut neq; Virgilio permiſerint aquam ducere in propinquum rus: eoque iratum Virgilium, ex ſuis uerſibus Nolanos expūxiſſe, ubi antea cecinerat,

Diues erat Capua & Vicina Veſeuo
Nola iugo.

3 Idcircò uetitum eſt piſcatoribus, ne noctu cū lumine piſcentur: ne oſtenſo lumine fallāt nauigantes, quaſi portum aliquem appulſuros, eoque modo in periculum naues, & eos qui in eis ſunt, deducant, ſibique execrandam prædā dent.[y] Proprium enim eſt portibus, lumen in editis locis conſtitui, ad quod enauigēt intempeſta nocte errantes in pelago nautæ. Quamobrem & ſpeculæ, unde lumen dependet, Phari dicuntur, ἀπὸ τοῦ φάνου, quod lucidum ſignificat mutata litera N, in R, & proinde illa altiſſima turris in Canopico, oſtio Nili ſita, Pharus uel Pharo dicta, quia:

Lumina noctiuagæ tollit Pharus æmula Lunæ.

Quo lumine deficiente, indicium itineris cum periculo naufragij amittitur, non aliter quàm Muſæus ſcribit Leandro contigiſſe, dū ab Abydo ad Seſtum enataret uiſendi Eri gratia, qui extincta lucerna loci, ad quam pergebat, errās miſerè fluctibus maris inuolutus, ſubmerſus eſt. Pariter & referunt Nauplium patrem Palamedis, ut iniuſtam filij necem ulciſceretur, obſcura nocte redeuntibus Græcis, ex Caphareo promontorio lucem oſtendiſſe, ex qua illi portum proximum arbitrati, impegerūt in ſcopulos naufragi. Sunt & aliæ nautarū obſeruationes, quas Deo fauente in explicanda exercitoria actione, poſt contractus nominatos trademus. Cæterum interim & aliæ leges de aquis ſubeunt, inter priuatos controuerſias dirimentes: ut ſi quidem de pluuiali agatur, eaque noceat uicinio ex proximo fundo demiſſa, toties competat remedium, de aqua pluuiali arcenda, quoties manufacto opere in agro, uicino agro nocitura eſt, ſi quis manufecerit, quo aliter flueret, quàm ſoleret natura: uel ſi immittēdo maiorem eam fecerit, aut citatiorem, aut vehementiorem, aut ſi eam comprimendo redūdare fecerit:[a] aliter autem, ſi natura agri noceat, remedium ullum auertendi non conceditur,[a] quanquam noceat inferioribus prædijs, naturali hoc onere cum pinguedine quę ex ſuperioribus defluit, compenſato: ut uetuſtas ſeruientem huiuſmodi conſtituiſſe uideatur, non ſecus quàm conſuetudo præſcripta, aut uſus, qui quatenus memoria extenditur, nō habuit controuerſiam, & ſine contradictione conſtituiſſe ſeruitutem aquæ immittendæ,[b] dicitur. Patientia quippe domini agri excipiētis aquā cum non ante diſſenſerit, uidetur ius ſuperiori conceſſiſſe,[c] ut in reliquis prædialibus ſeruitutibus. Neque quiſquam magis alienare uidetur, quàm dū ab alio ſuam rem, palam tamen, non ui, nō precario, nec clam, patitur uſucapi[d] & poſſideri. Neq; in alieno prædio quiſquā ius habere poteſt, niſi uolente domino, potiſſimū ius ſeruitutis, quod prædio inhæret ſeruiēti, & illius libertatem minuit, ſicuti prædij dominātis auget commodum,[e] ut ex trita ſeruitutis finitione patet. Siquidem ſine commodi fine, cōſtitui non poteſt, cum rejiciantur ob uoluptatem ſolam conſtituendę ſeruitutes.[f] Neque ex alieno prædio inuito domino quis ducere aquā poteſt[g] niſi ius habeat ſeruitutis. Quod quidem ius, aqua aliena unde ducitur intermoriēte, uel exareſcente, intermoritur: & renaſcēte, reuiuiſcit.[h] Nam etſi ſeruitus ad certum tēpus uel ex tempore conſtituatur; illud non ad temporis cauſam, ſed ad modū utēdi ſeruitute, pertinet:

c Vlpia. l. ne quid in flumi. publi. lib. 43 P. tit. 12.
d Vlp. l. 1. de ripa munien. lib. 43 P. tit. 14. l. 2. C. de alluuion.
e Vlpia. l. 1. de flumi. lib. 43. P. tit. 11.
f Scæuola, l. ſi. eod. de flumin.
g Vlp. l. 2. ut in flum. pu. naui. lic. lib. 43. P. tit. 13. & l. 2. §. ſi quis in mari, ne quid in loc. publ. lib. 43. P. tit. 8. Celſus, in l. littora, l. 3. eod. Vlp. in l. iniuriarum actio. l. 13 §. fin. de inium lib. 47. P. tit. 10. Mar. in l. 2. & 4. & Caius, l. nparum, l. 5. de rer. diui. lib. 1 P. tit. 8. Iuſtin. in §. flumi. & ſeq §§. eod. tit. in Inſtit.
h §. 1 & §. & q. dem 2 de reru diui. ap. Inſtitu. Marci. in l. 2. & 4 Florent. l. 5. eod. tit. in P.
i 6. Metemorphoſ.
k l. ad reparationem, l. 7 de aquæduc. lib. 11. C.
l ut in l. Mela. §. quædam, de aliment. l. in P.
m dialo. 7. de legib. in fin.
n d. l. iniuriarum, §. n. de iniurijs, d. l. 2. §. ſi priuata, ut in flumin. public. nauig. lice.
o lib. 1. legum Lōgobar. ti. de homici. liberorum hominum & de munomachis, l. item eni melio eſt. & tit. de dam. in uiā dato, l. ſi animal in puteo.
p Speculator. titul. de iud. §. ſeq.
q Plutar. in uita Themiſtoc.
r Liu. lib. 9. dec. 4.
s Plut. in eius uita.
t l. 2. 3. 4. 6 9 de aquæduc. lib. 11. C. tit. 42.
u l. 3 de primipil. lib. 12 C. tit. 63. l. un. §. pen. de cadu. toll. l. 6. P. tit. 30. Paul. Lactione, l. 38. §. Labeo, pro ſocio lib. 17. P. tit. 2.
x Aul. Gell. li. 8. noc. Attic. c. 20.

y Vlpia. in l. ne piſcatores, l. 10. de incend. rui. & naufr. lib. 47. P. tit. 9.

a Vlp. in l. 1 §. hic enī actio. & §. idem annum, & §. ſi vicinus, §. denique de aquæ plu. ar.
a d. l. §. fin. & l. 2. de aqua plu.
b l. hoc iure, §. duct⁹ aquæ, de aqua quotidi. Claudius Cæſ. l. præſes. prouinciæ, l 6. ſinicle. & Alex. in l. ſi manifeſtæ, l. 7. C. de ſeruitu. & aqua lib. 3 c. tit 34. Sueto. in l final. de aqua plu. arc.
c Pompo. in l. Labeo ait, l. 19. cum 2. ll. ſeq. de aq. pl. arc. in P. Vlpia. l. ſi quis diuturno, l. 10. ſi ſeru. vendic. lib. 8. P. tit. 5.
d Paul. l. alienationis, l. 28 de verb. ſigni. lib. 50 P. tit. 16.
e vt an Bart. in rub. de ſeruitu. in P.
f Paul. l. vt pomum l. 8 de ſeruit. lib. 8. P. tit. 1.
g Alex. in l. aquam, l. 4. de ſeruit. lib. 3. C.
h Papin in l. uius ex ſocijs, l. 34. §. fin cum l. ſequ. de ſeruit. ruſt. lib. 8 P. tit. 3.

tinetur etiam uſus ſecerni poſſit certis tempo-
5 ribus, & interuallis dierum & horarum.[a] Sed & ad aquæ materiam pertinet pecunioſa illa de molendinis aquaticis tractatio: illa, uel iti fluminibus publicis uel priuatis conſtruuntur, non ſine magno dominorum compendio. Porrò in flumine publico nauigabili, non cuilibet eſt ius conſtituendi opus, ut dictum eſt, neque per conſequens molendinum: ſed ei tantum cui permiſſum eſt à publico, ex principis conceſſione, à quo publicæ rei & fluminis uſus impetratur.[b] Neque enim poſſet concedere ſenatus hodie,[c] quamuis uetare poſſit, ſi fiat.[d] Siquidem tranſlata poteſtate in principem, non eſt ius, in publicas res, quæ principis cenſentur, liberum ſenatui: & ſi in iudicando, atque ſi illi conceſſa fuerit hæc notio, ratum ſit eius minus, quàm principis iudicium.[e] Et inter regalia, flumina publica enumerantur.[f] Quòd ſi flumen nauigabile non ſit, permitti molendini conſtructionem ſatis conſtat,[g] uel non impetrata licentia à principe. Quæ enim communia omnium ſunt, uel nullius, occupanti conce-
6 duntur:[h] huiuſmodi eſt autem aqua profluens.[i] Eo excepto, ut ſi alicui alij ſit quæſitum ius, uel authoritate principali, uel pacto municipum, uel conſuetudine habendi, ut dicunt molendi-
1 num Bannerium, i. publicum & commune habitatoribus, tunc alij non liceat ædificare in eo territorio, in præiudicium iuris quæſiti: ſicuti nec ius hoc habendi, per ſe competit ſine præſcriptione longinqua, cui acceſſit prohibitio alia non molendi, eaque minime controuerſa. Quemadmodum nec ſine titulo alijs eſt ius prohibendi,[k] etiam domino, patrono, uel clientelari, ut uocant iuſtitiario, uel directo, prout etiã iudicatũ fuit in Senatu Burdegalenſi anno 1522.[l] Quamuis nationum quædam conſuetudines ius habendi molendinum ſolum beneficiario iuſtitiario deferant, ut apud Turonenſes,[m] Pictauenſes,[n] Britannos,[o] & alios.[p] Quãobrem priuilegijs exceptis, ſi conceſſa facultate quis prius molendinum ædificauerit, alius uelit poſtea ſuperius aliud ædificare, ſi patiatur inferius, nulla erit controuerſia: ſin minus, in præiudicium tertij conceſſio à principe facta uel alio non intelligatur. In priuato cuilibet ius ædificandi in ſuo, etſi noceat uicino: niſi ut dixi, præſcriptio uel lex agrorum & locorum officiat, conceſſæ facultati, ut plane explicat Bart.[q] apud quem molendinorum extat accurata explicatio. Sed his addere plura licet de aquis & aquæ ductu, quæ tradimus lib. 3. c. 22. & lib. 4. c. 15. quæ uideto, & de aquæ hauſtu c. 16.

a Papin. libr. 4. de ſeruitu. tit. generali in P. quam ſola §§. Ca in l. 3. cod.

b Vlpia. l. 1. §. permittitur. de aqua quot. & æſt. lib. 43. P. ti. 20. Pomp in l. 2. de flumin. l. 43. P. tit. 12.

c gloſſ. in d. §. permittitur, in verb. nulli.

d d. l. 2. de flu.

e l. non ambigitur, de leg. li. 3. P. l. 2. C. de ſenatoribus. lib. 1.

f §. 1. quæ ſint regal. in uſib. feud.

g d. l. 2. de flumin. P.

h Caius in l. 3. de acq. rer. do. lib. 41 P. tit. 1.

i Martia. in l. 2. de rer. diuiſ. lib. 1. P. tit. 8.

k glo. & do. in l. qui luminib. de ſeruit. urba. præd. in P. glo. & do. in l. 1. & 2. C. de ſeruit.

l Papon. li. 19. rap. d. arreſto. titu. 8. art. 3.

m Titres des droictz de baſſe iuſtice, art. 4.

n titu. de la diſtinction de iuriſdictions. artic. 21.

o titu. des molins. art. 362. & 360.

p Aniou. ti. des Seigneurs temporelz art. 14. couſtume du Maine titu. des bas iuſticiers. art. 4.

q in l. quo minus, de flumin. in P.

De Aere. Cap. V.

1 *Aeris conſideratio, & ad ſalubritatem, & ad ſeruitutes pertinet.*

2 *De ſeruitute hominum.*

1 Venit & in controuerſiã Iuriſconſultis de aere quæſtio, uel propter ſalubrem uictum, uel propter iura ſeruitutum. Siquidem ad priorem cauſam pertinet interdictum prætorium reſtitutorium & prohibitorium, de cloacis purgandis & reficiendis, ne immundiciæ non fluentes uel ruinas proximis minentur ædificijs, uel ne ſordium tetra exhalatio, peſtilens reddat cœlum.[r] Quod exemplum à politicis magiſtratibus, ad alia ſimilia, quæ aerem inficiunt, trahi poteſt, ut curent ſi uelint ſalubrem ciuitatem conſeruare. Siquidem aer eſt, cum corporum, tum ſpirituum noſtrorum elementum aduenieus, ut euentans flabellum, ſpiritus uel fouẽs uel corrumpens, qui euitari nequit quandiu uiuimus, cum continuè adhæreat, nec alterationem eius in inſpiratione & reſpiratione effu-
2 giamus, ut ait Galenus,[s] Opus quippe habemus externi aeris ingreſſu, cordis refrigerandi gratia: nam animalia quæ cor habent, quod inſiti caloris fons eſt, egent illa refrigeratione, idcircoque pulmones dati, ut folles. Neque etiã abſque reſpiratione diutius loqui poſſumus: Cum enim ſpiritus qui in pectore eſt, conſumitur, egemus alterius attractione ad uocem alendam, niſi piſcibus, qui cor nec pulmones habẽt, & ideo muti ſub aquis, ſimiles eſſe nos quis dixerit. Spiritus autem ille, aer, iſque malus magis officiat quàm praui ſucci cibi, uel inſuaues potus:[t] imò & pluribꝰ quàm ea modis, nocere poteſt. Tribus enim modis afficere poteſt corpus, per qualitates inquam accitas, frigidi, calidi, humidi, uel ſicci: dehinc, ſubtilitate & denſitate reſpirationis: tertio, per lucem & tenebras.[u] Sunt plures poroſi in corpore meatus, ſunt ſenſualium inſtrumentorum canales, quibus adimitur etiam dormientibus aer circumfuſus, qui ſecum qualitates & impuritatem inuehit. Ideo immundus ſuffocans eſt & putris, humores putrefacit corporis, cor inficit, morbos peſtilentes creat, iuncturas laxat, ſitim auget, ſpiritus deijcit, colorem alterat, deſipientiam facit, fruges corrumpit, ardorem in pectore efficit, linguæ ſiccitatem inducit, uomitum prouocat, & ſimilia: quæ corriguntur tantum, ſi putredini occurratur, præcautione adhibita in ſubmouendis his quę aerem talem reddunt: uelut, ſi prohibeatur in uicinis aquis ciuitatum linum macerare, uel canabim, ne morticinia inſepulta iaceant, ne quiſquiliæ olerum, leguminumque putredo, uel fimus intra ædes in ciuitate habeantur: neue porci, anates, & cætera animalia ſordida, intra urbis mœnia alantur, ſi cloacarum colluuies non ſubſideat. Atque hoc commune uel malum, uel bonum, omnibus erit: nam & aer communis omnibus eſt, ut dixit etiam Martia. Iuriſcon.[x] Quanquam interdum præoccupatione, libertas uicino adimi poſſit eius, unde conſtitutæ ſunt ſeruitutes, quædam uel confeſſoriæ, uel negatoriæ luminum, ut officiatur luminibus uicini, uel ut libera ſint nobis,[y] quod & in ſeruitute proſpectus obſeruari poteſt, quæ differt à ſeruitute luminum.[z] Accedit alia ſeruitus quæ ex aere cõmoto conſtituitur, nempe à uento, qui ſi credamus Hippocrati,[a] nihil aliud eſt, quam aeris fluens unda: ſiquidem uicinus qui iuxta uicini ædes habet aream, prohibet ne is tollere altius ædes poſſit, ſi ob id area ſua expurgandorum granorũ cauſa extructa, inutilis reddatur prohibito uentorum flatu.[b] Quod intelligendum eſt, ſi ſeruitus altius non tollendi, & flatibus nõ officiendi impoſita ſit:[c] alioquin autem cęlum, ſiue aer qui ſuprà ſolum noſtrũ eſt, liber erit,[d] & ædificare quis in ſuo etiam cum uicini præiudicio, ſi ad æmulationem non faciat, ſine legitima prohibitione poterit,[e] ſicuti nec cum eo, qui obſcurat uicini ædes, extollendo, ſi non ſeruiat, actio non competit.[f] Celſus communem uſum aeris eſſe omnibus hominibus & maris putat[g].

r Vlp. in l. 1. de cloac. lib. 43. P. tit. 23. & in l. de pupillo. l. 3. §. ſi quis riuos, de oper. no. nũciat. l. 5. Idem au ſi odore, ne quid in loc. pu. lib. 43. P. tit. 8.

s Gale. 3. Therapeut. c. 3. & 3. lib. de tuenda ſanita. c. 8. Hippocra. de aere & aquis.

t Conciliator. 114. differentia.

u Arnaldus Villanouanus, in primo tractatu medicinę diſſ. ctionis tertiæ, partis primę, c. 4. de ſignific. rerum non naturalium.

x l. 2. de rer. diuiſ. lib. 1. P. tit. 8.

y Vlpia. in l. 2. & in l. qui luminib. l. 10. & Paul in l. 3. de ſeruit. urb. præd. lib. 8. P. titu. 2.

z Vlpia. in l. inter ſeruitutes, l. 24. Paul l. luminũ, l. 19. de ſeruit. urb. præd.

a Hippoc. libr. περὶ φυσῶν, ſiue de ſpiritualibus flatib.

b Iuſti. in l. fin. § fin. de ſeruit. & aqua. libr. 3. C. tit. 33.

c ſecundum Io. & Azoné, glo. in d. l. fin. § fin.

d Paul. in l. fin. de ſeruit. lib. 8. P. tit. 3. Venuleius in l. fi. §. penult. quod vi, aut clam. libr. 24. P. tit. 21. & Põpo. in l. pen. § pen. eod.

e Vlp. in l. proculus. l. 26. de dam. infec. lib. 39 P. tit. 2. & in l. fluminum, l. 24. § fi. eod.

f Vlpia. l. cum eo. l. 9. de ſeruit. urb. præd. lib. 8. P. tit. 2.

g Celſus, l. 3. ne quid in loc. publ. lib. 43. P. tit. 8.

De Igne. Cap. VI.

1 *Ignis nocens,& innocens.*
2 *De incendio.*
3 *Ignis de cælo.*
4 *Triumuiri incendiorum.*
5 *Ignis & aquæ interdictio.*
6 *Myſteria ignis & aquæ nuptiarum.*

1 ET de igne etiam agitur in iuris tractatione, illumque uel innocentem uel nocentem eſſe dicunt: innocens, qui per ſe nocere non poteſt, niſi caſu fortuito noceat: nocens contrà, qui poteſt facilè nocere, uel ſui magnitudine, uel ratione loci ubi fit, uel ob ea quæ ante eum tractantur & aguntur, ueluti ſi ſulfurata ſint, uel facile flammam concipiant. Et eo modo leges locationis ædium, ſi incendio tollantur, recipiunt interpretationem, ad damnum æſtimatione cenſendum. Siquidem ſi ea lege quis conducat, ut poſſit in ijs haberi ignis innocens, incendij periculum ad dominum pertinet, ſi culpa conductoris ignis non noceat: ſin autem dictum ſit non licere nec nocentem, nec innocentem ibi ignem habere, quomodocúque ex igne habito oritur damnum, qui conduxit tenetur.[a] Sunt namque loca pleraque, in qua uel ignem uel lumen qualecunque inferre periculoſum eſt. Et ſunt aliqui, qui nunquam igne, uel raro apud ſe utuntur, ut dicunt Zenonem uictu ſine igne uſum, tenuique pallio, ut notat
2 Suidas.[b] Huc pertinet de incendio quæſtio, de qua fusè permulta capita in titulo de incẽdio, ruina, & naufragio in Pandectis,[c] ubi inſpicimus, num fortuitum fuerit, an culpa adſit, an uerò adhibito conſilio patratum. In primo quippe caſu, nulla reſtitutio[d]: in ſecundo, caſtigatio, & damni reſtitutio fit ab eo, qui in culpa uel negligentia eſt:[e] in tertio, capitale crimen animaduerſione capitali expiatur, mortis, uel deportationis, uel concremationis[f]. Ita ut qui eccleſiam incendit, grauiori pœna canonica & ſpirituali, nempe excommunicatione,[g] percellitur. Nec mirum uideantur, quod non dixerimus, fortuito caſu ſolum fieri poſſe incendium, moti Vlpiani reſponſo[h], quo ait. *Sine culpa incendium fieri non poſſe:* nam & ſcimus externa ui poſſe fieri incendium, hoc eſt, aliena negligentia quàm conductoris, ueluti ſeruorum
3 & aliorum domeſticorum & uicinorum. Verum & nemo inficias ibit, ſine opera hominum poſſe tangi de cęlo domum, & aceruos frugum, ignis quippe cœlitus immitti poteſt, ut quando ignis egreſſus à domino exuſſit Nadab & Abiud[i]: quando conſumptæ ſunt ciuitates ſeptem ob ſcelus immane[k] quando exuſti iuſſu Heliæ quinquagenarij[l]: dum concoſſa fuerunt fundamenta ædium filiorum Iob, tactæ de cęlo oues, & pueri eius[m]. Proinde boni patresfamil. ſoliti erant incendij extinguendi cauſa, acetum
4 paratum habere, ut notat Vlpia.[n] Et Romæ ob ſubitas incendiorum uaſtationes, triumuiri & excubiæ nocturnæ poſitæ, & familiæ publicæ circa portas & muros ciuitatis diſpoſitæ, & mercenarij conducti ad incendia ſupprimenda, pluribus uno die ſubortis incendijs[o], aliquando.
5 Atque ultra ignis extinctionem, conſiderant in pęnis ignis & aquæ, tanquam elementorum neceſſariorum ad uitam, interdictionẽ[p]: in cuius pęnæ locum, hodie ſucceſſit deportatio[q]: Sicuti qui in illa cumulata ſocietate olim nuptijs con-

a Iulian. in l. ſi quis fundum, l. 19. §. 1. locati lib. 19. P. titu. 2. iuncto Vlpian. in l. aldeamus, in l. 11. §. ſi hoc, eod.
b Suidas, in verbo ἄπυρα.
c lib. 47. P. tit. 9.
d Mart. in l. ſi fortuito, l. 11. de incen. rui. & nau. lib. 47. P. tit. 9. l. quæ fortuitis, de pign. act. l. in rebus, loca. in P.
e Calliſt. l. capitalium, l. 28. §. qui ob inimicitias, de pœn. lib. 48. P. tit. 19. l. ſi ſeruus ſeruum, §. ſi fornacari9. & §. ſi quis alteri, & §. ſi quis inſulam & l. hu. ad l. aquil. l. qui nec eidit §. in hor. ... Caius. l. quæ ædes. l. p. de incen. rui. Ero. ... ſi egreſſus, e 3. de imm. lib. 5. decr. tit. 16. Vlpia. l. ſi de off. præf. uigil. lib. 1. P. tit. 15.
f Caius. d. l. quæ ædes, & Vlpia. in l. ſi de incen. rui. & nau. Calliſt. l. capitalium §. incendiarij, de pœn. lib. 48. P. tit. 19.
g c. in l. teras, e. 3. de raptor. lib. 5. decret. tit. 17. cap. tua, de ſententia excommun.
h Vlpia. in l. ſi vendita, l. 12. de peri. & commo. rei vend. lib. 18. P. tit. 7.
i Leuit. cap. 10.
k Gene. c. 19.
l Regum 4. c. 1.
m Iob. c. 1.
n Vlpia. l. quæſitum, l. 12. §. acetum quoq. de fund. inſtru. lib. 33. P. tit. 7.
o Paul. in l. 1. & Vlpia. l. 2. de off. præf. uigil. lib. 1. P. tit. 15.
p Cicero. Pro domo ſua.
q l. 3. ad leg. Iul. peculat. l. 2. §. conſtat. de pœn. lib. 48. P. tit. 19. l. 1. §. ij quibus, de leg. 3.

6 iungebantur, ignis & aquæ admotis myſterijs illiciebantur, ut meminit etiam Sceuola[r], in ſymbolum, quòd bona & mala communia forent illis: ueluti horum appellatione, uidetur Deus uniuerſa bona & mala concluſiſſe, dum ait, ad hominem, *Ecce appoſui tibi ignem & aquam,[s] uitam & mortem, porrige manum ad quod uolueris.* Erat & inter ſummos imperatorios honores, ignis prælatus in ſartagine ferculo ſupra poſito. Sic meminit Herodianus[t], Commodum Cæſarem, Lucillæ uxori Pompeiani permiſiſſe ſedere in theatro ſella Imperatoria, & ignem de more ei præferri. Sicque ait,[u] *Pertinacem non fuiſſe paſſum ignem ſibi deferri, uel ulla principatus inſignia attolli, donec ſententiam ſenatus ſciſcitaretur.* Inter leges incendij, Saliqua[x] illa eſt Francorum antiquiſſima, cuius uerba, *Si quis ignem poſuerit in domum, ita ut flamma crutet & arſerit, & à familijs liberata fuerit, unumquemque de liberis cum ſua Hreuanunti, eo quod eos in unuuam, quòd, dicitur, hoc eſt, in deſperationem uitæ fecerit. Et non componat amplius niſi quantum ignis conſumpſerit. Dacalis uero diſciplina integra permaneat, & ſi negare uoluerit cum his cum capnione ſe defendat, aut cum duodecim ſacramentalibus, i. militibus, iuret.*

r Sceuo. l. penul. de donat. inter uir. & uxor. lib. 24. P. tit. 1. Ouidi. 4. faſtor. his nous fit coniuux, hæc duo magna putant.
s Eccleſ. 15.
t Herodian. libro 1.
u Idem lib. 2.
x In l. Saliqua tita de incend. Vuolfang. Lazius. lib. 1. commentar. Reipu. Rom. c. 7.

De Elementis quatuor. Cap. VII.

1 *Elementa magicis non turbanda.*
2 *Elementis priuatus necatur homicida.*
3 *In elementis capta, capientibus cedunt.*

1 EXtenditur & cura Iuriſconſultorum ad omnia uniuerſaliter & elementa, ueluti quando Conſtant. & Iulianus Cæſares lege deteſtantur eos, qui artibus uetitis, & magicis ſuſurris,
2 elementa turbare nituntur.[y] Adimuntque parricidio pollutis uiuentibus elementa quatuor leges, iubent culeo inſutos inter fera animantia ſine elementorum uſu interire[z]. Prouident
3 & ne moueatur controuerſia de his quæ in cœlo, terra, marique capiuntur, primo occupantibus, concedentes.[a] Extat in Francofurdenſi Synodo, habito ſub Carolo magno & Zacharia, anno 742. conſtitutio,[b] ne fierent ſacrilegi ignes, quos Nedfri uocant.

y l. multi magici, l. 6. de maleficis & mathem. lib. 9. C. tit. 18.
z Conſtant. in l. uni. de his qui paren. aut lib. occide. lib. 9. C. tit. 17. Modeſt. l. pen. ad l. Pompe. de parric. lib. 48. P. tit. 5.
a Florent. l. 2. de acquir. rer. dom. lib. 41. P. tit. 1. Paul. l. 1. de acq. poſſ. lib. eo. P. tit. 2. §. ferè. de rer. diuiſ. ap. Iuſtin. lib. 2. inſtit. tit. 1.
b tomo 2. conciliorũ impreſſ. Coloniæ 1551. pag. 416.

De Compoſitione corporum. Cap. VIII.

1 *Corporum compoſitio, triplex: Naturalis uel Phyſica. Et confuſio ex acceſſione uel adhæſione, ex congregatione corporali.*
2 *Collegia illicita improbata.*
3 *Philoſophorum collegia, ut ſeditioſa, ſublata.*

POſtquam hactenus ſimplicia elementa excuſſa à nobis ſunt, nunc memoriæ facilioris cauſa, de rebus quæ ex illis componuntur inſtituitur Epithume, ueluti paraſceue ad pleraſque
1 enodationes inuolutarum quæſtionum. Refert itaque Pomponius,[c] compoſitionem corporum triplicem eſſe, prima eſt, naturalis & phyſica, per quam fit & ſequitur certa ſpecies, determinatio, & diſtinctio corporis phyſici: dum ea quæ miſcentur ſine rerum interitu, quæ ex ijs conflantur, non poſſunt diſſolui, continenturque uno ſpiritu, id eſt, una propria compoſitione,

c Pompon. l. rerum mixtura, l. 30. de uſucap. lib. 41. P. tit. 3.

poſitiona, ut lapis, homo, lignum, & id genus ſimilia: in quibus & φθορὰν & διαφθορὰν conſiderare poſſumus cum Suida:[a] ut φθορὰ ſit corruptio & immutatio aliqua in parte, elementis illis in dyſcratiam & alterationem peruenientibus, extra temperamentum & compoſitionis propriæ proportionem conuenientem, uel alicuius eorum læſio aut ademptio, διαφθορὰ autẽ ſit, prorſus diſſolutio compoſiti & reſolutio. Da hac compoſitione & Paulus Iuriſconſul.[b] meminit alibi. Hanc tunc imitatur ars, cum ex mixtione, ex qua confunduntur ſpecies, ut ſeparari nequeant, poſtea tertium quoddam corpus fit, utriuſque particeps confusè, ut in confuſione liquidorum apparet.[c] Alia ſpecies compoſiti corporis fit coniunctione materiæ & corporũ conglutinatione, applicatione, continuatione: uel a natura, ut ſi res ſibi diuerſæ tamen ſpeciei, adhæreant, uel continuatione conſequantur, ut dum fundus ex iugeribus componitur: utque auis carnem & pennas habet, uel ab arte, neluti annulo gemma incluſa, pictura tabulæ: utque domus tignis, lapidibus, alijſque perficitur. Cuiuſmodi corpus unũ dicit Pomponius[d] τεχνικὸν, id eſt, artificiale, etſi artificium hoc, ut dixi, non tantum a natura, ſed & ex hominum ingenio proficiſcatur. Tertia ſpecies compoſitionis corporum, ex pluribus longè lateque diſtinctis neque hærentibus uel continuis, cõgregatis, locoque tamen & mente diſcretis, perficitur: ſic unum corpus grex erit apud Pomponium.[e] Ad eum modum uniuerſitas, reſpublica, corpus facere dicuntur.[f] Et populum unum qui ſub uexillo domini noſtri Ieſu Chriſti militat, unum corpus, unamque eccleſiam facere,

2 conſtat:[g] itidem & collegium omne.[h] Et ideo qui ex huiuſmodi ſodalitijs ſunt, corporati ritè nominantur:[i] ſiue coierint iuſtè, ſiue præter legem. Poſſunt enim hoc pacto eſſe licita, & illicita corpora: ſicut de collegijs recepta eſt utraque appellatio. Quamquam illicita, qualia omnia ſunt quæ ſenatus, uel principis authoritate nõ coierint, non perſeuerent, ſed citius fumo diſſoluantur:[k] maximè, cum principibus ſuſpectæ ſunt huiuſmodi populi confœderationes, metu defectionum & proditionum. Vt Octauius Augustus collegia omnia, præter legitima & antiqua, diſſoluit, cum plurimæ factiones titulo collegij noui, ad nullius non facinoris ſocietatem coirent, ut ſcribit Suetonius.[l] Et Martia.[m] mandatis principalibus præcipi ait præſidibus prouinciarum, ne paterẽtur eſſe collegia ſodalitia, potiſſimum militum in caſtris: præbita tamen licentia coeundi tantum religionis cauſa, ſicut & lege Solonis conceſſum[n] erat. Quemadmodum & negotiationis cauſa, dum tamen proſpiciatur, ne ibi monopolia artifices architectentur, iuxta legem Zenonis Cæſaris.[o]

3 Nam omne illorum ſodalitium tunc improbãdum & puniendum eſſet, non ſecus quàm olim philoſophorum Pythagoreorum collegia, ſodalitates, & ſcholæ in Italiæ parte, quæ olim magna dicebatur Græcia; cum ipſis philoſophis concrematæ ſunt, propter illorum, circa imperium innouationes, & factiones, atque clandeſtinas conſpirationes, teſte Polybio.[p] Et Epicurei Roma fuerunt exacti Senatuſconſulto: ſicuti in Arcadia, Meſſeni eos qui eodem quaſi præſepi Epicuri paſti eſſent, ante Solis occaſum excedere agro Meſſenio iuſſerunt, ut peſtes adoleſcentum, ijſque expulſis, fana luſtrari a Sacerdotibus, & a Timuchis (ſic enim uocant a gerendis honoribus ſuos magiſtratus) totam urbem purgari, tanquam ſordibus & ſentina quadam liberam. Quòdque & Lyctij in Creta ſanxerunt, authore Suida.[q] Sic ob nimiam diſcendi libertatem uſurpatam, ſoluit & expulit Roma collegia Cynicorum & Stoicorum, præter Demetrium Cynicum, & Muſonium, Veſpaſianus.[r] Et Antonius Caracallanus omnes ſodalitates Ariſtotelicas in Alexandria.[s] Generaliter etiam Archadius & Honorius, omnem conuenticulam illicitam improbant, puniuntve.[t]

a Suidas, in uerb. διαφθορά.
b Paul. l. in rẽ. l. 14. § item quæ cunque, de r. i. uendi. libr. 6. P. tit. 1.
c Iuſtinia. in §. cum ex aliena materia, de rerum diuiſ. lib. 2. iuſtitu. titu. 1. & §. qd' ſi partem, eod. tit.
d d. l. rerum mixtura.
e d. l. rerum mixtura.
f Caius. l. 1. § quibus permiſſum, quod cuiuſq; uniuerſ. nomi. lib. 3. P. titu. 4.
g 1. Corinth. c. 12. ...
h ... de colle. ... de corpo. ... lib. 47 P. tit. 22. & M. ...
i ... de Alexan. ... lib. 11. C. tit. 18.
k Mar. d. l. 1. de collegiis illicit. in P.
l Suet. Tranq. in Octauio, ca. 32.
m Marti. l. 1. de colleg. illic. in P.
n Caius. l. fina. de colleg. illic.
o l. unic. de monopo. lib. 4. C. tit. 59.
p Polyb. lib. 2. hiſtor.
q Suidas in uerbo ...
r Xiphilinus ex Dione, in Veſpaſiano.
s Xiphilin. ex Dione Caracal.
t l. Conuenticulam, l. 15. de epiſco. & cler. lib. 1. C. tit. 4.

De compoſitorum corporum diſtinctione. Cap. IX.

1 *Diuiſio corporum phyſicorum.*
Corpora ſilentia queue animata, eaque triplicata.
2 *Silentium exempla.*
3 *Lapides quomodo dicantur renaſci.*
4 *Exempla animatorum.*
5 *Diuiſio alia corporum, in mobilia, & immobilia, et mouentia, perpetuò mobilia, dubia.*
6 *Quæ immobilia, & pro immobilibus habita: ut ager, domus, coloni, uſusfructus, cenſus perpetuus, annuus, annonæ ciuiles, adhærentia immobilibus.*
7 *Quæ mobilia, mouentia, & ſe mouentia.*
8 *Immobilia minorum non alienantur ſine ſolemnitate.*
9 *Vilis poſſeſſio, & ſine affectione, mobilium, contra, immobilium. & de retracta gentilitio.*
Biens meubles n'ont point de ſuitte. eod.
10 *De his quæ natura dubia ſunt num mobilia, uel immobilia.*
11 *Inter immobilia uectigalia, pedagia, guidagia, portoria, &c.*

1 RVrſum corpora phyſica diuiduntur: ut alia dicantur, quæ ſolam habẽt compoſitionis appellationem, & naturam, dicta exiſtentia tantum, ab Hebræis autem דוממים[u] ſilentia, & ſimpliciter concreta: qualia ſunt lapis, metalla, & ijs ſimilia. Alia dicantur animata, idque tripliciter: primum ea quibus ineſt uis uegetabilis, præter ſimplicem compoſitionem, quæ uis anima uegetans appellata eſt: ex qua tres oriuntur facultates, alendi, coaleſcendi, & ſimile ſibi procreandi, quæ procùldubio in arboribus & plantis ſunt. Secundò animata dicuntur, corpora uiuentia, quæ habent compoſitionem elementarem, ut ſilentia, & uegetabilem uim, qualem plantæ: ſed ultra habent uim ſenſitiuam & patibilem, ut bruta, piſces, aues, & reliqua animalia. Poſtremò & illa animata perfectiora ſunt, loquendi & intelligendi ui prædita, quæ omnes ſilẽtium, uegetabilium, & ſenſitiuorum habent facultates, eaſque præſtantiores, & ultra animam rationalem, intellectualem, & immortalem: eiuſmodi tantum compos homo eſt. Atque horum omnium hypothaſes iura nobis diſcutiendas & diſtinguendas, ſubijciunt oculis:

2 Nam de ſilentibus corporibus agunt, quando rerum agendarum inſtrumenta proponunt, in titulo de fundo inſtructo inſtrumentove legato:[x] cum cotes ad hoſtes deferri uetant:[y] quando argenti libræ, quinos aureos ſolidos dant,[z] uetant decoqui aurum:[a] cum pondera pecunijs aſſignant,[b] cum aurum argumentumve factum, hoc eſt, in formam aliquam conflatum, ab infecto, & in rudi materia exiſtente ſeparant non ſine magno labore[c]: dum quærunt,

u Ioſnes Iſaac Leuita, cap. 1. libri qui Ruach ha-kem. Spiritus gratiæ, vel ... Hebræa.
x li. 33. P. tit. 7.
y Paul. l. cotẽ, l. 11. de public. & uectigal.
z Auguſtus. l. unic. de argen. pret. quod theſau. infer. libr. 10. C. tit. 76.
a Imp. Valens. l. 2. de auri public. perſecuto. lib. 10. C. tit. 73.
b l. 1. & 2. de ponderato. libr. 10. C. tit. 71.
c Pompon. in l. & ſi nõ ſunt. l. 21. § argento facto & §. infecti, & Paul. in l. pediculis, in princ. & §. 1. de aur. & arg. lega. libr. 34. P. tit. 2. cum ſimil.

num pura, an verò adulterata ſit materia, tũ in nummorum excuſſione [a], tum in alijs pleriſque. Conſiderant & fructus demeſſos, aromata, & alia in vectigalium æſtimatione, aliáſque res inanimatas, de qoibus exempla paſſim occurrunt examiuanda [b], & aliqoando curioſius, quàm apnd Phyſicos. Veluti apud Marcel-
3 lum [c], & Papinianũ [d] agitata quæſtio de lapidibus, num reoaſcantur exciſi, quod negant Phyſici, qui tantùm additione & ablatione materiæ eos romponi aiunt, nunquam autem creſcere: aliter illi tamen renaſci dixeriut iuſtitiæ & phyſices peritiſſimi authores, qui tamen intelligeodi ſunt dixiſſe, & renaſci lapides in Gallia & Aſia, quando ſublata dura ſuperficie, mollis terra quæ ſubſidebat, aere admiſſo condenſa-
4 tur, & in lapidem dureſcit. Agunt & de vegetabilibus ſæpiſſimè, vt in titulis, De glande legenda, arborũ furtim cęſarum, [e] & de arborib. redendis [f], de luco Daphnes [g], & de cupreſſis [h], & de paſcuis publicis & priuatis [i], de paſcuis limitaneis, & caſtellorum: & in ſeruitutum capitulis [k], de iure paſcendi pecoris [l]. Atque & de animalibus frequens tractatio, in nuulo, ſi quadrupes panperiem feciſſe dicatur [m], in lege Aquila [n], in ædilitio edicto [o], & alibi. De hominibus autem, qui perfectam exhibent compoſitionem, non eſt quod doceam iura tractare cùm ſuis ioris homo ſit, vt tradit Hermogenianus [p] & Iuſtinianus [q], ſicu & cæterarum rerum omnium [r], Proſtant & integri tituli, De ſtatu perſonarum [s], de ijs qui ſunt ſui vel alieni iur. [t] de ingen. [u] de libertinis [x], de iure perſonar. [y] de ſponſalibus [z], de nuptijs [a] & ſimiles, de qoibus
5 ſuo loco Deo fauente dicemus. Ex quibus omnibus alia corporum rerùmque colligi poteſt diuiſio, vt quædam res ſint mobiles, quædam ſe mouentes, quædã immobiles [b], & quædam ppetuò mobiles, quas Græci ἀεικίνητα dicunt: quædam dubiæ naturæ. Immobiles res ſunt quæ mo-
6 ueri omnino non poſſunt, & tales propriè res ſoli ſunt, quæ tradi nequeunt, & non niſi adeptione poſſeſſiones transferuntur. Et Vlpia [c], ita iudices interloqui ſolere ait, *Si mouentia non ſint, vt ſoli quoque capiantur*: quibus verbis moueotibus opponit ſoli res. Latius autem & quæ ſolo adherẽt, & quæ ſolo deſtinata ſunt, vt ei perpetuò inſeruiaot, immobilium loco ſunt: & non ſolùm ager, ſed & ei addictus colonus, domus, mancipia ruſtica [d]: coloni enim huiuſmodi vel mancipia, à prædio cui addicuntur ſaparari nõ poſſunt, & dominum ementem prædium & retinentem ſequitur perpetuò [e]: quia nec puncto temporis abeſſe debeant à gleba, vt ait Honorius [f], ſed ſtatim ad opus reuerti [g], ideo & partes fundi dicta à Modeſtino [h]: eòque modo fructus pendentes, quandiu à ſolo ſeparati non ſunt, inter immobilia erunt, quia pars fundi ſunt [i]; contrà, ſeparati inter mobilia erunt, vt notat Modeſtinus ex Traiani ſententia [k]. Dicunt & vſumfructum ex immobilibus percipiendum, inter immobilia eſſe: quia dum conſtituitur, in reipſa eſt, iuſque in corpore [l], & idcirco ille pars dicitur dominij [m]. Hac ratione cẽſus perpetuos annuatim debitos, annonaſue ciuiles, inter immobilia annumerauit Iuſtinianus [n]. Sic penſiones p lõgum tempus præſtari ſolitæ eccleſiæ, ad exemplum immobilium alienari prohibetur [o]:

non ſecus tamen quàm ex mobilium numero habebuntur reditus, ſi annui ad modicum tempus duraturi ſint, ſi credamus Alciato [p], cuius tamen ſententia apud me vera eſt, quando illa penſio duratura ad modicum, ſit & ex genere earũ, quæ ſopiri & aboleri poſſunt redemptione ſortis mutuatæ, aut ſi ſit ex his, quas dicunt Galli, *Rentes volantes cõſtituees à prix d'argent*: non autem ſi de ſolari iuris ceoſu agatur, quam vocant, *Rentes foncieres*. Nam in prioribus mobilia conſidero, nempe pecunias, quibus conſtituta eſt penſio: in alijs, quod ex pactione ſolum haber, veluti dicimus, tributorum præſtationem ſemper ſequi prædij detentorem, quamuis pacto aliter placuerit inter priuatos [q]. In ſumma & res illæ quæ adhærent immobiliter immobilibus, immobilia renſentur: ut molendinum, quod aluei fluuiatilis ſolo inſidet, cum fiſtucis adactis trabibus & tignis fibulatis vel ſublicijs ædificatum. [r] Item domibus affixa, clauis vel impagibus pro immobilius ſunto [s], ſi potiſſimùm affixa ſunt, vt ibi perpetuò eſſent, veluti fiſtulæ, caſtella plumbea, putealia, epiſto-
7 mia, fiſtulis applumbata, columnę. Mobiles res illæ ſunt propriæ, quæ facilè à loco moueri & tráſferri tradive poſſunt, ſeipſas autem non mouentio quo à mouentibus ſe differunt, quæ propriè animalia ſunt [t], etſi omnia perpetuò non moueantur, ſed aliquando, vt apta ad motionem. Suot autem alia corpora & res perpetuo in motu exiſtentes, veluti cœli, & ſydera, vt conſtat tum experientia, tum ex Oceeli libello de vniuerſo, cæteriſque phyſicis & aſtrologis & ex Philone de mũdo ideo Iuſtinian [y] dixit, [u] noſtrum ſtatum ſub perpetuo motu conſiſtere.
8 Quæ quidem omnia apprimè notanda ſunt. quia diſtinctionis huius vtilitas frequens in iure eſt, veluti in tractandis rebus minorum, alienatio quippè inhibetur rerum immobilium ſine ſolennitate, & iudicis decreto [x]: mobilium autem & ſe mouentium, quæ ſeruando
9 ſeruari non poſſunt, permittitur tutoribus [y]. Et rerum mobilium vilis & abiecta æſtimatur poſſeſſio à Paulo [z], vt eam facilius amittamus ignorantes [a], & breuiori præſcribatur temporis curriculo [b]. Sed & axioma in iure & praxi indubitatum, Mobilia non teneri legibus hypothecæ, vt priores in debito vel priuilegiati alijs minimè priuilegiatis & poſterioribus præferantur, ſi minus diligentes in captione fuerint pignorum, quod nos in Gallia dicimus, *Que biens meubles n'ont point de ſuitte*, id eſt, quod quandiu mobilia ſunt penes debitorem, ea poſſint à quolibet creditore deinceps reliquerente, diſtractio reuocari vel impediri non poſſit [c], niſi quæſtio eſſe de penſione locationis, quo caſu domunus inquilini inuecta in domum, iure prælationis, vt tacitè legis authoritate oppignerata, retineret [d], vel ſi pignora mobilia iudicialia, eius ſint valoris, vt poſſint vendita vtriſque ſatisfacere. Dehinc nec in mobilibus affectio [e] conſideratur, quod fuerint maiorum, & ideo nec gentilitiæ redemptioni locus [f] in his, vt in immobilibus, quæ in locis eius conſuetudinis, propter hanc affectionem [g], quod res maiorum fuerint, ſi vendantur à proximioribus venditoris reuocantur, reſtituto emptori æquali pretio, quod venditori numeratũ eſt. Vnde alia vtilior regula

a Paul. l. qui falſam, l. 18. ad l. Corn. de falſ. li. 48. P. tit. 19. tot. ti. C. de falſ. monet.
b Marc. l. interdum, l. 16. de publ. & vectig. li. 39. P. tit. 4.
c Marc. in l. 7. regione, l. 8. de acquir. rerum dom. lib. 41. P. tit. 1.
d Papinia. in l. diuortio, l. 8 §. ſi in fundo, ſol. matr. lib. 24. P. tit. 3.
e li. 47. P. tit. 29.
f lib. 47. P. ti. 7.
g lib. 11. C. tit. 77.
h li. 11. C. ti. 77.
i li. 11. C. ti. 60.
k li. 11. C. ti. 59.
l Vlp. in l. 1. de ſeru. ruſt. præd. lib. 8. P. tit. 3.
m lib. 9. P. tit. 1.
n Pompo. in l. Quintus Mutius, l. 39. & l. ſeq. ad l. Aquil. lib. 9. P. titu. 2. cum ſimilib.
o Vlp. l. ædiles aiũt, l. 38. de ædilit. edic. libr. 21. P. tit. 1. cum ſimilib.
p l. 2. de ſta. ho. lib. 1. P. tit. 5.
q Iuſtin. § fin. de iur. nat.
r l. in pecud. 8. de vſur. lib. 22. P. titu. 1. §. in pecudum, de rer. diuiſ. lib. 2. inſtit. tit. 1.
s libr. 1. P. tit. 5.
t lib. 1. P. tit. 6. in inſtitu. ciuil. lib. 1. tit. 8.
u Apud Iuſti. lib. 1.
x Apud Iuſtinian. lib. 1.
y Eodẽ apud Iuſtinia.
z in P. & C.
a in P. C. & inſtit. & auth.
b Iuſtinian. § 1. de litig. coll. 8. tit. 8. in auth.
c Vlp. l. à diuo Pio, l. 15. §. in venditione, de re iudic. lib. 42. P. tit. 1.
d §. vult enim, de non alien. reb. eccleſ. in auth. coll. 2. tit. 1.
e l. 2. & l. quemadmodum, l. 7. de agri. & cẽſ. lib. 11. C. tit. 47. Mart. l. ſi quis Aquilino. l. 115. de leg. 1. lib. 30. P. tit. 1.
f Honor. l. colonos, l. 15. de agric. & cenſ.
g Modeſt. in l. 3. de nundi. lib. 50. P. tit. 11.
h Modeſt. l. 3. de diuerſis & tempo. præſcr. lib. 44. P. titu. 3.
i Caius, l. fructus pendẽtes, l. 44. de rei uendic. li. 6. P. tit. 1.
k Si fur, l. 14. in his l. arborib. §. Iulianus. de vſufruct. libr. 7. P. tit. 1.
l Modeſtin. l. 1. de acqu. reis, lib. 48. P. tit. 17.
l Celſus, l. 2. de vſufruct. libr. 7. P. tit. 1. cap. fin. de pig. apud Greg.
m Paul. l. 4. eod. tit. de vſufr.
n § vult igitur, de non alien. reb. eccleſ. in auth. coll. 2. tit. 1. l. fin. § præterea. de iur. dot. l. iubemus, de ſacroſanct. eccleſi. clemen. exiui. §. cumque, de verborum ſignificatio.
o c. quærela, de eleſ. app. Gregor.

p Alciat. in l. mouentium, de verb. ſignif.
q Imp. Iulia. in l. fin. ſine cẽſu & reliq. fund. cõp. non poſſ. li. 4. C. titu. 47. Papin. l. Imperatores, l. 7. de publ. & vect. lib. 39. P. tit. 4. Papinian. l. inter debitorem, l. 48. de pact. libr. 2. P. tit. 14.
r aux couſtumes du pays de Turaine tit. des choſes qui ſont reputees meubles, artic. 2.
s ead. conſuet. art. fin.
t Celſ. in l. mouentium, l. 30. de verb. ſign. li. 50. P. tit. 16. d. l. à diuo Pio, §. in uenditione, de re iudi. lo P. u §. autem lex, de non alena. reb. eccl. coll. 2. titu. 1. in authen.
x Conſtanti. l. lex quæ tutores, 21. de adm. tuto. li. 5. C. tit. 37. tot. titul. de præd. & alijs reb. mino. ſine decret. nõ aliena. lib. 5. C. tit. 71. l. etſi ſine, §. quæſitum, de mino. P. ſolennitates huius venditionis, tradit Vlpia. l. magis puto. l. 5. §. non paſſim, de reb. eorum qui ſub tute. lib. 27. P. tit. 9.
y Conſtant. in l. fina quan. decret. opus non eſt, libr. 5. C. tit. 72. d. l. lex quę tutores. § fi. de admin. tuto. C. l. & ſi ſine. §. quæſitum, de minor. 25. an.
z Pau. l. ſi rem mobilem, l. 47. de acq. poſſ. lib. 41. P. titu. 2. & l. peregre, l. 44. eod. titu.
a glo. in prædi. ll. proxime citatis, & in l. ſi poſt acceptum iudicium, l. 18. in gl. 1. de rei vendi. in P.
b Iuſtin. in l. 1. de vſucapio. tráſfor. li. 7. C. titu. 31. titu. de vſucapio. lib. 2. inſt.
c in cõſuetudinibus Aluerniæ, Item conſuetu. du Maine, titu. des preſcriptions, artic. 416 & conſue. d'Anjou co. tit. arti. 431. Chaſſan. eod. conſu. Burg. titul. des rentes vendues à rachapt. §. 3. verſi. indemus quotidie.
d l. 4. D. de pac. l. 2. § 4. in quibus cau. pig. vel hypot. tac. contrah. l. ſi non inuecta, & l. fin. C. eod. titu. de quibus latius in pig. agemus.

e Vlp. l. 3. de in litem iur. lib. 12. P. tit. 3.
f Maſuer. in praxi iudiciar. titul. de retract. § primo. Ioan. Lucius in placitis ſummæ curiæ, lib. 4. tit. 3. Bartol. Chaſſan. in comm. ad conſuet. Burgun. titul. de retract. articulo 1.
g l. ſi in emptionem. l. 34. de minor. 25. ann. c. conſtitutus. de in integ. reſtit. app. Greg. § per. quali. olim ſcuu. licu alieu. poſſ. in vſib. feu.

generalis, ut quæ pro mobilibus habentur, redhibitiuti gentilitiæ non ſint obnuxia: quæ autem pro immobilibus, quæue immobilia ſunt,
10 redhiberi poſſint à proximis. Cæterum & alia eſt annotanda rerum dubia natura earum quæ poſſunt inter mobilia & immobilia eſſe, & tamen per ſe talia non ſunt. Huiuſmodi ſunt nomina debitorum [a], id eſt, debita, quæ ſi ſint rerum immobilium, immobilibus adſcribentur, ſi mobilium mouentiumue, mobilibus [b]. Cum incorporalia nec mobilia uel immobilia ſint propriè per ſe [c], neque tradi neque poſſideri poſſint. [d] Quamobrem, & iuriſconſulti, qui omnia complectuntur, addunt, mobilibus, & immobi-
11 libus expreſſis, etiam nomina [e]. Sunt autem & inter immobilia, iura perpetua, ut reditus perpetui, nomina, ut dictum eſt, ſeruitia quoque [f] & uectigalia, quæ dicuntur guidagia, portoria, pedagia, & ſimilia iura, & uectigalia, uel tributa [g], vt & in ijs retractus locum habeat: neque poſſint ſine ſolennitate ab eccleſiaſticis uiris, ſi eccleſiæ ſint, alienari [h]. Quibus & alia propè innumerabilia, quam proximè utilia adiungi facilè à quolibet poterunt.

a Bart. & gloſ. in l. mouentiũ. de verb. ſign.
b gl. in d. l. mouentium, & ibi Alcia. & Albe. in dictionario, in uerbo mouẽtum.
c Bald. in l. ſi. de cogn. feud. Lapo in alleg. ſua 91. Ioãn. Aufrer. ad quæſt. Tholoſ. 115.
d l. ſerui. § in corporales. de acqui. rer. dom. in P.
e d. l. à diuo Pio. § 2. de re iud. l. quam Tuberonis. § in peculio, de pecul. in P. Iaſo. Alex. de ijs cons. 52. vol. 1. verb. rerum mouen. Panorm. in cap. ſi nulli. de reb. eccleſ. non alien.
f Specula. in ti. de reſti. ſpolia. ver. ſed adhuc.
g Chaſſ. ad conſuetu. Burg. in tit. de retractu lignagiero §. 1. verb. item quæro. Bald. in c. 2. de feu. cogn. & in §. 1. quæ ſint regal.
h l. Iubemus, & authen. hoc ius porrectum, de ſacro. eccle. lib. 1. C. int. ut. de non aliena. reb. eccle. in authen.

De incorporalibus. Cap. X.

1 *Incorporalium finitio & diuiſio.*
2 *Spiritualia quæ, & ibi ſpiritus acceptiones.*
3 *Vbi tractent de ſpiritualibus iura.*
4 *Iura eſſe incorporalia.*
5 *Formæ incorporales, item & figuræ.*
6 *De indiuiduo uel diuiduo.*
7 *Diſcrimen corporalium & incorporalium in diuiſione & uſu contractuum.*
8 *Sacrorum ſpiritualium & aliorum ratione commercij differentia, & de ſymonia.*
9 *In ſpiritualibus minor 25. an. filiuſfamilias, in iudicio eſſe poteſt.*
10 *Spiritualia facilius naſcuntur, quàm deſtruantur: contrà corporalia.*

1 Incorporalia Iuriſconſulti etiam ut phyſici intelligunt, quæ tangi, uideriue non poſſunt [i], ut dictum à nobis eſt [k]. Cæterum ea uberiori facilitate explicamus, ut ea huiuſmodi ſint ſpiritualia: uel iura, quæue iuris nomine inſigniun-
2 tur: uel formæ, uel figuræ. Spiritualia dicuntur ea, quæ ex fide & animi ſola cogitatione & intellectu pendent, quæue ad Dei cultum pertinent, de quibus Iuriſconſulti, Cæſares, & Pontifices agunt plerunque. Hæc autem ſpiritualia dicuntur non à uento, qui & ſpiritus dicitur [l], uel ab halitu, ubi etiam ſpiritus, hæc enim corpora ſunt elementaria, ſed ab anima, quæ & ſpiritus [m] diuinus à Deo inſpiratus in faciem hominis, factus in animam uiuentem [n]: ſicut dum diuus Iacobus ait, [o] *Corpus tuum ſine ſpiritu, mortuum eſt*. Et D. Stephanus, [p] *Suſcipe ſpiritum meum*. Et Hebræi pariter uocant רוח roach, ſicut & Græci ψυχὴν. Cum tamen apud utroſque & pro flatu, uento, refrigeratione, accipi utrumque nomen poſſit, & pro anima, quæ ideo flatus & ſpiritus, quòd per ſpiritus uitales, per totum corpus exerat uitales facultates dicitur. Eſt etiã in anima alia uis, quæ ſpiritus etiã dici poteſt, ut dum dicitur, *Quis ſcit hominum, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in eo eſt* [q]? Vtque mens eſt ſuperior uis animæ, ita ſpiritus uis inferior [r], ubi rerum corporalium imagines imprimuntur. Sicque in Geneſi [s] dicitur, *Spiritus Pharaonis informatus eſt, ut uideret imagines: mens autem Ioſephi illuminata, ut intelligeret*. Hicque ſpiritus pars uirilis animæ, qui tanquam maritus, animalem affectionem, uelut uxorem regit. Eritque anima, ſpiritus quo ſumus: & hic ſpiritus, uelut animus, ſpiritus quo regimur, in his in quib⁹ ineſt ὁρμὴ καὶ φαντασία, impulſuſque animæ. D. Paulus quoque [t] hæc diſtinguit, *Integer*, inquit, *ſpiritus ueſter: & anima, & corpus*. Suntque etiam quæ corporalem materiam non habent ſpiritus, ueluti Deus ſpiritus eſt: & pater ſpiritus, filiuſque Deus ſpiritus: & tertia Trinitatis perſona ſpiritusſanctus propriè, ut docet Didymus [u]. Item ſpiritus ſunt, ſed non eius puritatis, qua Deus, Angeli [x]. In ſumma ſpiritus, carnem & oſſa non habent [y], nec tangi uideriue per ſe queũt, niſi in aſſumpto externo corpore. Et hi comprehenſibiles tantum animo ſunt, ſpiritualibus ſpiritualia comparando [z]. Hinc cultus diuinus maximè & quæ circa eum ſunt, ſpiritualia dicuntur, ſicuti illa fluxa & caduca, quæ corporali parti accommodantur, profana, temporalia, & ſecularia, ſi non ſint ſacris deſeruientia. Virtutes, & dona Dei inter ſpiritualia ſunt, [a] & ratione connexionis, & quòd ſpiritualia dona conferant, ſacramenta ſpiritualia [b] ſicuti & quæ religioſis locis adhærent, religioſa cenſentur [c], ut ius patronatus annexum ſpirituali, ſpirituale [d]. Huius & iuris cenſebuntur ſacra uaſa, ueſtes, & reliqua cultui diuino deſtinata [e]: quæ quamuis corporalia ſint, tamen in illis, quod ſpirituale eſt incorporeum eſt, & animo ſolo intelligitur: etſi exteriora ſignum aliquod inuiſibilium exhibeant. Et de ijs extant pro-
3 priæ in iure utroque tractationes. Eoque referuntur tituli Codicis Iuſtinianei in primo libro, De ſumma trinitate, & fide catholica, tit. 4. de ſacroſanct. eccleſ. titul. 5. & qui ſequuntur tit. 6.7.8.9.10.11.12.13.14.15.16. Tractant & de ſpiritualibus, diuinis, & religionis ſummi põtifices in Decretalibus, ſexto, & Clemẽtinis, Extrauagantibus, de ſumma trinitate, de electione, poſtulatione prælatorum, de tranſlatione epiſcopi, de ſupplenda negligentia prælator. de tempo. ordinat. de renunciatione, de ſacra unctione, de ſacramẽtis non iterandis: & dũ agunt de officijs eccleſiaſticis, de ſymonia, de iure decimarum, de uſuris, de ſepulturis, uoto, euchariſtia, conſecratione, & huiuſmodi. Item de alijs ſpiritualibus non ſacris, quoties agunt de conſenſu, de uoluntate, de conſilio, pactis, & ſimilibus, de iuris & facti ignorantia, ſe iniurijs uerbalibus, & de reliquis, quæ intellectu ſolo comprehenduntur. Nam quæ ex ſpiritu naſcuntur, ſpiritualia ſunt [f], & ſimile ſibi ſimile gignit propria generatione, uel productione. Eſtque induſtria perſonarum ideo ſpiritualis [g]. Siquidẽ omnes artes & ſcientiæ & intellectualia, incorpora-
4 lia dicuntur à Porphyrio [h]. Ex quibus ſequitur & iura eſſe inter incorporalia annumeranda, quia illa ſolo animo comprehenduntur: quanquam ea, quibus iura adhærẽt, ſint corporalia [i]. Iuris autem appellatio ad multa pertinet [k]. Quã obrem ne nos pluribus exemplis uteremus, erit regula generalis: ut id omne, quod in finitione ſua habet uoculam iuris, ſit incorporale. Igitur & hæreditas, quia per ius definitur [l], incorporalis erit [m]. Similiter & ſeruitutes, quæ iura prædiorum dicuntur [n]: & ſeruitutes perſonarum à iure gentium introductæ [n]: obligatio, ut iuris uinculum [p]: actio, ut ius perſequendi [q]: ius patronatus, eccleſiaſticum, & non eccleſiaſticum [r] ſiue profanum: iuriſdictio [s], & ſic

i §. 1. de reb. corp. & incor. l. 1. de rer. diui. lib. 1. P. tit. 8.
k ſup. c. 1.
l Ezechiel. 5. Pſal. 47. & ſæpe alibi.
m ita apud Iuſtin. in §. 1. conſtitu. 60. ut defunct. uel funera eorum, &c.
n Gene. c. 2.
o Iacob. 2.
p Actuum 7.
q 1. Corin. c. 2.
r gl. ordinaria in cap. 14. 1. ad Corinth. in uer. ba illa, Spiritus meus orat.
s Gene. 41.
t 1. ad Theſſ. 5.
u Libello, de Spiritusancto.
x Pſal. 103. ad Hebr. 1. & alibi.
y Luca. 24.
z 1. Corin. 2.
a Can. 1. & 2. 1. quæſt. 1.
b hæc tractantur à magiſtro Sententia. libr. 4. d. 1. & 2. de ijs non uenden dis in c. non ſatis. cap. 8. c. cum in eccleſia, c. 9. de ſym. li. 1. F. tit. 5.
c Paul. l. quæ religioſis, l. 43. de rei uend. li. 6. P. tit. 1.
d c. de iure patro. c. 16. de iu. patro. lib. 3. ap. Grego. tit. 38. c. quanto, de iud. apud eundem.
e Panorm. in c. conſulere, n. 3. de ſymonia.
f Diuus Ioan. Euang. c. 3.
g Vlp. in l. inter artifices, l. 31. de ſolu. libe. 46. P. tit. 3.
h Porphyr. lib. de occaſion.
i l. 1. §. quædã, de rer. diu. li. 1. P. titu. 8. § 1. de reb. corpor. & incorpor. lib. 2. inſtitut.
k Paul. in l. penult. & Marc. l. fin. de iuſtit. & iur. li. 1. P. tit. 1.
l Iulianus in l. hæreditas, l. 62. de regu. iur. lib. 50. P. tit. 17. Caius, in l. nihil aliud, l. 24. de verb. ſign. li. 50. P. tit. 16.
m d. l. de rer. diuiſ. in P.
n Azo. in l. 1. de ſeruitutib. l. fi. de præſcript. long. temp. C.
o l. ex hoc iure. de iuſt. & iur. lib. 1. P.
p § 1. de oblig. libr. 3. inſtitut. tit. 14.
q §. 1. de actio. l. fin. de præſc. long. temp.
r titu. de iure patronat. ap. põtifices ſummos & tit. de iur. patro. in P. lib. 37. titu. 14. potiſſ. l. 4. & fi.
s l. 1. de iuriſd. om. iud. libr. 2. P. tit. 1.

5 & ſic de ſimilibus. Quòd ſi de formis agatur, formas & incorporales eſſe credi par eſt: ſiue illæ ſubſtantiales, ſiue accidentales ſint. Porrò forma ſubſtantialis ea eſt, cuius ratione quid tale dicitur, ut hominis forma ſubſtantialis, illi propria ratio, corporis & animæ immortalis compoſitio [a]. In arboribus, proprium genus propria ve ſpecies, qua differũt inter ſe, & ab alijs rebus. Accidentalis, qua ad tempus mutatur res, extrinſecus. Nam forma eſt tranſmutationis effectrix, diſtinguens rem ab alijs, & permutationem eandem à ſeipſa [b]. Sic figura omnis quæ uideri putatur, cum tamen non uideatur, incorporalis eſt, & ſpiritualis. Quod enim hoc ſit quadratæ vel triquetræ figuræ uel alterius, ad animi determinationem pertinet: Quia mathematicæ omnes definitiones, contemplationesve ſunt conſiderandæ in abſtracto. Et oportet credere tales eſſe, prius quàm tales eſſe dignoſcamus, ut admonet Ariſtoteles [c], ut & Plato [d] tradit; mathematicas formas ab omni actione liberas. Dehinc & Ariſtoteles [e] ſcribit ea, ex quibus figura fit, ut puncta, lineam, rectitudinem ſine corpore eſſe poſſe, neque omnia exiſtentia eſſe corpora, neque inter corporea poſſe adſcri-
6 bi. Hinc pendet utilitas non exigua, in perdifficili illo tractatu diuidui & indiuidui: Nam incorporalia, ut iura ſeruitutum promiſſa, quæue formam habent ſubſtantialem unam, ut homo, pro parte ſolui ſeipſa nequeunt, ut indiuidua: item plura obligatione ſimul promiſſa, cũ obligatio iuris ſit, pro parte, quod pertinet ad tollendam obligationem, ut ea pro parte cenſeatur ſublata, ſolui nequeunt, ut notat Paulus libr. 27. ad edictum [f], Vlpianus [g], & alij. Alioquin enim corrumpi oporteret ſtipulationem diuiſione, uel ex una duas, uel plures naſci, ut ſint tot ſtipulationes, uel obligationes, quot ſint ſeparatæ res, ſecundum eundem Vlpianum [h].
7 Nam pro ſubſtantia contractibus eſt forma præſcripta, qua mutata, degenerat negotium aliam naturam [i], illa exiſtente ex placito indiuiſibili. Eruntque conſequenter res indiuiſibiles, uel diuiſibiles, uel ſua naturali forma & ſubſtantia, uel ſolutione, uel promiſſione, ſiue obligatione: in quibus optimè uerſatum eſſe de iure reſpondentem oportet. Et cum Bartolo [k] obligationem perpendere debemus: uel in modo contrahendi, & tunc in contractu qui facti eſt, [l] antequam adſit uinculum obligationis, addi uel minui poteſt: in modo autem obligandi, quia certius nihil [m], aut ut contractam conſideramus, & tunc nec addi nec minui quicquam ab ea etiam poteſt, non modus, non conditio [n], uel conſideramus res, quæ in obligationem uenerunt: quæ, ſi ſua natura diuiduæ, & talis poterit eſſe particularis præſtatio, & rerum ratione diuidua ſecundum quid erit obligatio, & ſolutione partis pro parte interibit [o], Verum donec ex integro ſatisfactum ſit, ius obligationis integrum: ut pro parte reſidua, & tota poteſtas capiendi pignoris & uenditionis eius ſalua ſit, [p] perinde ac ſi nihil fuiſſet ſolutum: fit tamen imputatio poſtmodum ſoluti, in integra præſtatione. Et ſecundo loco memoria tenendum, inter corporália & incorporália intereſſe: quòd illa tangi uiderive ſua natura, & diuidi ſiue in partes ſimilares, ſiue diſſimilares corporeas poſſint: iſta [q] nequaquam, quæ tantum animo & complectimur & diſtinguimus, intentione uel remiſſione animi formamus uel fingimus. Quamobrem & notabile eſt, illos qui animum habent uel impeditum uel deperditum, uel lapſum, negotiorum eorum non eſſe capaces, quæ à mente ſana tractari debent, & quæ conſenſum & uoluntatem deliberatam exigunt: uel uti merito furioſis, pupillis, inhibentur contractus, potiſſimum qui conſenſu perficiuntur, uel quorum conſenſus uerbis exprimitur [r]: inhibetur & amentibus coniunctionis per nuptias facultas [s]: & impuberibus in foro dicendi [t],
8 uel iudicandi libertas [u]. Dehinc & adijciendum, diſcrimen maximum eſſe inter ſpiritualia & temporalia, multis de cauſis, præter illam corpoream declaratam differentiam: ſacra namque, quæ conſecratione pontificum fiunt [x], non poſſunt præſcribi [y], neque in ſtipulationem deduci [z], cum in dominio alicuius non ſint [a]: Minus etiam ſpiritualia, ſacramenta, & ſimilia nundinationes recipiunt: eo quòd, dona Dei æſtimari nequeant uila hac materia & pretio corporeo, alioquin imminente tentantibus imponere æſtimationem pœna maledictionis, qua ob eandem cauſam punitus fuit Simon Magus [b], à quo & reliqui qui comparare pretio diuina ſatagunt, ſimones uel ſimoniaci [c], & crimen ipſum ſimonia, ut uendentes Giezitæ, à Gieza ſeruo Heliſei, qui ob gratiam à Deo per Heliſeum prophetam Naamo conceſſam in lepræ cura, auſus eſt munera poſcere ſuo maximo malo & poſteriorum ſuorum: lepra ideo alba in perpetuum in ultionem
9 ſceleris infectus [d]. Atque in cauſis ſpiritualibus maior 14. annorum filiusfamilias, in iudicio ſuo nomine, ſine patris conſenſu & uoluntate eſſe poteſt, in alijs non poteſt [e]. Suntque aliæ differentiæ quæ omittuntur. Sed & ſpiritualia difficilius deſtruuntur, quam fiant: contrà, corporalia difficilius fiunt, quam deſtruantur [f].

a Clemen. 1. de ſum. Trinit.

b Vlpia. l. Iulianus, l. 2. §. ſi quis rem, ad exhib. libr. 10. P. titu 4. Caius, l. adeò. l. 7. §. inſulam, de acqu. rer. do. lib. 41. P. tit. 1.

c Ariſto. lib. 12. Metaph. c. 3.
d Plato in libr. ciuili.
e Ariſtot. lib. 5. Metaph. c. 5.

f l. 2. de verbo. oblig. libr. 45. P. tit. 1.
g l. ſtipulationes non diuidũtur, l. 72. de ver. obli. Mod. l. pro parte, l. 11. de ſeruitu. lib. 8 P. tit. 1. cum ſimilibus ibi notatis.
h Vlpia. l. ſtare debemus, l. 30. eod. tit. de verb. oblig. cum ſimilib. ibi notis.
i Marcian. l. vbi ita donatur, l. 27. de don. cau. mort. libr. 39. P. tit 6.
k tractatu de alueo.
l l. conſilio. de curato. furio. in P.
m l. obligationum fere, §. placet, de actio. in P.
n l. perfectam, de donation. quæ ſub mo. C.
o l. ſi ſtipulatus ſim, l. 9. §. qui decem, de ſolut. li. lib 46. P. ti. 3.
p Gordia. Caſ. l. 2. debit. pign. vend. impe non po. lib. 8. C. tit. 29. & l. qui diuide diſtraction. pignor. lib. 8. C. tit. 28.
q d. l. 2. §. quædam, de rer. di. in P. Paul. arborib. l. 19. §. de ve ſtibulo, cõ ſeq. comm. diuid. li. 10. P. tit 3. Vlpi. in l. 4. § is qui totam. & § ſeq. & Iuli. in l. non poſſumus, l. 7. ſi pars haered. pet. l. 5. P. tit. 3. l. per fundum, de ſeruitu. ruſt. præd. in P. & l. noua ex ſocijs, cod. ti. l. ſin. com. præd. lib. 8. P.

r § furioſus, & §. pupillus, de inutil. ſtip. Vlp. l. vbi non voce. l. 167 de regul. iur. lib. 50. P. tit. 17.
s Vlpia. l. patre furioſo. l. 8. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. lib. 1. P. tit. 6. c. dilectus, de ſponſal. ca. neque furioſus, 32. q. 7. cum ſimilibus.
t Vlpi. in l. 1 §. initio, de poſt. lib. 3. P. tit. 1.
u Paul. l. cũ prætor, l. 12. de iud. lib. 5. P. ti. 1.
x Martian. l in tantum, l. 6. §. facta, de rerum diu. lib. 1. P. ti. 8.
y § ſed aliquãdo, de vſucap. lib. 2 inſt. tit 6.
z l. inter ſtipulantem. 1 8 3 §. ſacram & l. muſtum, l. 34. de verbor. obli. lib. 45. P. tit 1.
a §. ſacra, & §. nullius, de rer. diuiſio.
b Actuum c. 8.
c glo in princ. 1 q. 1 & can. quidem 1. q 2.
d 4 Reg 5 d. ſta dei, 1. q 1. ca. ſicut, pro eorum, de ſymon.
e c. ſi. de iudic. libr. 2. ſexti decret tit. l. tum oportet, & l. cũ non ſolum, de bon. quæ liber.

f c inter corporalia, de maiori. & obedi. apud Greg.

De forma, & eius regulis. Cap. XI.

1 *Formarum diuiſio, &c.*
Forma ſubſtantialis, quod ſit perfectio rei, & de animalium forma.
2 *De forma uel figura extrinſeca, & de intrinſeca rerum additione uel detractione mutata.*
Teſtamentorum forma immutabilis.
Item contractuum.
Actionis rei uxoriæ transfuſio in ex ſtipulatu actionem.
3 *Forma accidentalis quid.*
4 *Formam exprimit, 1. expreſſio honeſtatis, 2. conditio, 3. ordo, 4. continuatio actus.*

1 SEd quia obiter de forma dixiſſe non ſufficit, ſeorſum de illa paucis agamus adhuc, eo quòd eius cognitio ualde neceſſaria nobis ſit: Conſiderabimus itaque illam cum in corporalibus, tum in incorporalibus, uel ut ſubſtantialem uel tanquam accidentalem. Subſtantialem dicemus, conſummationẽ & perfectionem cuiuſque rei, prout quæque res habet definitam & determinatam rationem uel compoſitionem certis rebus uel partibus abſoluendam, ut me docuit Caius Iuriſc. [g] Nec dicitur homo, qui in utero adhuc embrio eſt, nec partes omnes hominis completas habet. [h] Nec inanimato corpore natus. [i] Sic in alijs animalibus, ea formam non habent ſubſtantialem, quæ carent nita ſenſitiua: ſed aliud nomen accipiunt, carnis [k] ſolum uel corij, uel cadaueris, uelut & in hominis corpore pariter obſeruatur,

g Caius, l. ſi is, qui quadringẽta. l. 79 § 1. ad leg. Falc. lib. 35. P. tit. 2.
h Paul. l. non ſunt liberi, l. 14. de ſtat. hom. li. 1. P tit. 5. Vlpia. in l. Iulia l. 9. §. ſi quis ad exhiben. li. 10. P. tit. 4. Iuſtin. l. quod certatum, l. 3 de poſth. hæred. inſti. lib. 6. C. tit. 29.
i Clemen. 1. de ſum. Trinit. in Clemen. can. ſi quis obiecerit, 1. q 1. can. Moyſes, 32 q 2.
k Iulian. in l. ſi ſeruus l 14. § ſi. de condit. ſub. lib 28 P. titul. 2. Paul. l. mortuo boue, l. 30. de lega 2. lib. 31. P. tit. 2.

eſtata

2 efflata anima. [a] Huius ſpeculationis eſt figura exterior in rebus corporalibus, cuius alteratio mutat rem a ſeipſa, ut alia a ſe uideatur: ſiue illa ſit ſubſtantialis, ſiue accidentalis. Verum intrinſeca mutata, magis res alteratur: ut ſi bonitas uini mutetur, & aceſcat, fit acetum, & deſinit eſſe uinum. [b] Niſi mens loquentis, uel uſus improprius loquendi, utrumque deſignet eodē nomine: Aliàs enim uinum non continet acetum, mulſum, hydromel, defrutum, nec ſimilia. [c] Item forma arte addita, quæ rei dat nomē, ſi mutetur, remaneat quamuis eadem materiæ ſubſtantia, rem aliam conſtituit: ut poſtquam in ſcypho bibi non poteſt, nō amplius ſcyphus erit. [d] Et facti argenti appellatio, infectum nō continebit. [e] Atque uniones interire dicuntur, cum ex naturali forma decidunt ſolidæ, & diſſoluuntur. [f] Quod & in formis negotiorum ſine actionibus obtinere putandum eſt: ut ſi q de finita qualitate deficiant, nec habeant ſolemnitatem requiſitam, inutilia prorſus ſiot, uel in aliquam aliam naturam tranſeant. [g] Exempli cauſa, ubi in ultima uoluntate non inuenitur hæredis inſtitutio, quę potiſſima cauſā ſubſtantialis teſtamenti [h] eſt, ibi nec mentem coniicimus, nec naturam teſtamenti: ſed codicillorū. [i] Si tamen reliqua, quæ codicillorum ſunt, adſint. Eo modo in reliquis proprijs contractuum determinationibus, uel a lege, uel ab homine inductis, quæ uiolari non poſſunt, quin ipſe cōtractus uim patiatur, uel mutationem, neque additioni quidem uel detractioni locus eſt: hæc enim aliud faciunt. [k] ſi in ipſo contextu non fiant, ut dicemus in contractibus Deo iuuante. Non ſecus ac cum additur uel detrahitur iuri gentium, fit aliud ius, ciuile inquam. [l] Quamuis illud a iure gentium non omnino recedat, neque per omnia illi inſeruiat. Atque ita tranſfuſio unius formæ in aliam, nouum quid facit, & figuram conſtituit nouam, quæ priorem expellit: ut actio ex ſtipulatu addita conſtitutioni dotium, perimit rei uxoriæ actionem. [m] Vt uſus ſeruitutis contrarius formæ impoſitæ in conſtitutione, tollit ſeruitutem: ueluti uſu ſeruitutis nocturnæ, amittitur diurna cōſtituta. [n] Et hæc, ad formam ſubſtantialem propriè pertinent: uel ad intrinſecam, ratione cuius res eſſe habent, uel ad extrinſecam, ratione cuius talia qualia ſunt, eſſe propria figura & charactere

3 dicuntur. Paulò tamen diuerſa conſideratione, in accidentali utendum eſt: ea quippe eſt, quæ adeſſe abeſſeve poteſt, ſine corruptione ſubiecti, id eſt, ſine corruptione formæ intrinſecæ, uel perfectionis extrinſecæ: ut doceri poteſt exemplo iudicij, quod idem eſt, etſi in locum demortui iudicis alius ſubrogetur: quod philoſophicè perſequitur Alphenus Iuriſconſult. [o] Accidens quippe plus & minus continet tantum, ratione quorum, rei non conſtituitur differentia a ſeipſa, nec actus diuerſitas, [p] neque additiium formæ, rem mutat. Veruntamē prętereundum non eſt, accidentalem formā, quæ in propriam extrinſecā tranſit ex integro prio rem mutando, aliam rem a ſe, ſed accidentaliter, non ſubſtantialiter, facere: [q] potiſſimum in nomine, quod ſecundum plus & minus uariè impoſitum eſt, ſecundumque numerum, & ſecundum alia accidentia, ueluti agris diuiſis. [r]

4 Sed ut apertius doceamus, quid quandove aliquid dicatur eſſe de forma negotij uel rei, ex Felino [s] collegimus breuiter axiomata aliqua, quorum qui uoluerit latius inquirere probationes, poterit ipſum authorem conſulere.

a [illegible] de cadauer puniẽ. lib. 48. P. tit. 24.
b Vlp. l. in venditionibus. l. 9. de contrahen. empt. lib. 18. P. tit. 1.
c Vlp. l. ſi quis uinū, l. 9. de tritico, oleoq. legato lib. 33. P. ti. 6.
d Vlp. l. Iulianus. leg. 9. § ſi quis, ad exhibē. lib. 10. P. ti. 4.
e Vlp. l. Quin. Mutius, l. 29. § cum aurum, de aur. & arg. leg. lib. 34. P. tit. 2.
f Marc. in lege Seia, l. 6. de au. & arg. leg. libr. 34. P. tit. 2.
g l. qui per ſalutem, de iureiurando, in P. Martian. l. vbi ita donat. l. 29. de mor. cau. don. lib. 39. P. ti. 6. Cel. l. cū precario, l. 12. de precar. li. 43. P. ti. 25.
h l. 1. de hæredib. inſtitu. P. §. ante hæredis inſtitutionem de leg. ap. Iuſt. l. 1. de vulgar. ſu. P.
i Diocletia. & Maxi. l. non codicillum, l. 14. C. de teſtam. li. 6. C. tit. 23.
k Papinian. in l. pacta conuenta, l. 72. de contrah. empt. libr. 18. P. tit. 1.
l Vlp. l. ius ciuile, l. 6. de iuſtit. & iur. li. 1. P. ti. 1.
m Iuſtin. in l. 1. § cum autem, & § & nemo putet [illegible] rei uxo. act. li. 5. C. ti. 13.
n Pau. l. ſi prius, l. 17. de aqu. pl. arc. libr. 39. P. tit. 3.
o Alph. l. proponebatur, l. 76. de iudic. lib. 5. P. tit. 1.
p l. fin. de fun. inſtr. P.
q l. ſi ſtatuam, de aur. & argē. legat. libr. 34. P. tit. 2.
r Caius. Labeo, l. 1. § inſulā, de acq. rer. dom. lib. 41. P. tit. 1.
s Felin. in cap. cum dilecta, de reſcrip.

1 Quando, quod negotio per ſe inerat de honeſtate ſine expreſſione, exprimitur uel a lege uel ab homine, id de forma negotij ſubſtantiali ſentiendum, ut cum dictum eſt [t] ex honeſtate requiri in nuptijs conſenſum paternum, apud iuris canonici authores, & in Gallia in edicto Henrici I. de clandeſtinis matrimonijs.

2 Pro forma data eſt, cōditio appoſita in conſtitutione legis, uel hominis: atq; tunc cōditiones implendæ ſunt ut formales, in forma illa præbita. [u]

3 Quando ſtatuitur ordo in legis uel hominis diſpoſitione, is pro forma eſt ſequendus. [x]

4 Quæ interuenire debent in ipſo actu, & quæ uno contextu fieri iubentur, de ſolēnitate ſubſtantiali ſunt, ut ijs omiſſis tunc corruat negotium, nec poſtea poſſint ex interuallo adijci: ueluti dum lex exigit ſolemnitates teſtamentorum, continuo actui adijci: [y] dum iubet inter rogationem & reſponſionem in ſtipulatione ſimul annecti. [z] Nam ſi quid aliud perfectis negotijs additur, & ſi illis adhæreat, non forma erit negotij, ſed forma alia iuuans uel corroborans actum, quæ non eadem tamen cum actu primo, ut exemplo eſſe poteſt inſinuatio actuū poſt actus requiſita, quæ eſt ſolennitas effectū inducens, non ſubſtantialis cauſa actus: [a] qualis & cautio hæredis de reſtituendis uſuris a teſtator exactis illegitimè, quæ ad teſtamenti effectum accedit. [b]

5 Vbicunq; adijcitur decretum annullans, ut ſi contra dicta uel conſtituta fiant, nulla ſint, omnia diſpoſita, pro forma ſubſtantiali ſunt, ſicuti in reſcriptis uel ſanctionibus adijcitur clauſula irritans, idque tripliciter: primo hæc, Nulli ergo hominum liceat hanc paginam infringere [c]. Secundò per clauſulam, Non obſtantibus [d] &c. Tertiò per clauſulam, Si quis hæc attentare præſumpſerit, ferat ſibi indignationem Dei [e] &c.

6 Quando dictum eſt, ut ita demum fieri non poſſit: tunc quod ante dictum, pro forma eſt. [f]

7 Quando tempus certum definitur, ibi forma ſubſtantialis, ut in præſcriptionibus.

8 Quādo diſpoſitum eſt, uel præter, uel contra ius commune, ibi forma ſubſtātialis: ut paſſim in conſuetudinibus dantur exempla.

9 Formam facit quòd diſpoſitum eſt, ſi epigraphe uel titulus diſpoſiti ita inſcribatur, De forma. Nam tituli debent conuenire diſpoſito, & diſpoſitum titulo. [g] Porrò utilitas iſtius præcognitionis, tum quid ſit de forma actus, in co nerſatur, ut quæ de forma ſint, debeant ad amuſſim obſeruari, fieri uel impleri. alioquin nihil actum uideatur, & corruat quod agitur, ſi præter uel contra formam factum ſit. [h] Quod perpetuò uerū eſt, niſi in tribus caſibus. Prior, ſi actus fiat ex certa ſcientia contra formam, ab eo qui poteſt quādo uult, ſolemnitates uel ſupplere uel immutare: quemadmodum pręſentia ipſius principis, qui publicam gerit authoritatem, [i] ſupplet ſolemnitates teſtamentorum coram eo factorum omiſſas, quāuis illæ iuris publici ſint. [k] Atque in alijs idem ſtatuendum, ſi modo princeps, uel qui poteſt expreſſè, uel actu ipſo deroget ſcienter: alioquin enim niſi cō currant, princeps iuri publico, aut eius ſolennitatibus non cenſetur ſuis reſcriptis derogare. [l] Alter caſus, ſi quod additur formæ, minimum ſit, & ad eundem finem conſpiret, illud non mutat formā, ſed iuuat, ut forma formæ addita. [m]

t Can. noſtrates, 30 q. 5.
u l. qui hæredi, & l. Mæuius de condi. & demonſtra. in P. cum ſimil. l. 4. de inſtitut. ſub condi. fac. in P.
x & in titu. de ordin. cogn. lib. 7. C. tit. 19. & in c. quoniā contra, de probatio. ap. Gregor. C. uſitat. l. ſi de vi, l. 17. de iudic. libr. 5. P. titul. 1. l. 1. & 3. quam. ciui. act. crimin. præiudic. lib. 9. C. t. 31. l. 2. § prius, de vulg. in P.
y l. Hæredes palam § fin. de teſtam. in P.
z l. continuus, l. 137. de uerbo. oblig. lib. 45. P. tit. 1.
a Iuſtin. l. ſancimus, lege 34. Conſtan. l. data, 27. Leo. l. in hac ſacratiſſima, l. 30. de donation. lib. 8. C. tit. 54.
b c. quamuis, de uſur. in 6.
c vt in extrau. commun. ca. 1. & final. in fine de præbend. c. 1. in fin. ne ſede uacant. & ca. 1. & ſeq. de reb. eccleſ. non alien. & in extrau.
d cap. 1. in fine de ſchiſma. in extrauagantib. communib.
e c. 3. de priuilegi. in extrau. commun. & c. ſeq. eod.
f Vlp. Marc. in l. non enim aliter, leg. 19. de adop. lib. 1. P. tit. 7.
g Hermog. l. 2. de ſtat. hom. li. 1. P. tit. 5.
h c. cum dilecta, de reſcr. li. 1. decret. c. Piſanis, de reſtitut. ſpoliat. in decret. c. uenerabil. de offic. & pot. iud. ordin. in decret. Vlp. l. cum hi, l. 8. § ſi prætor, de tranſ. lib. 2. P. ti. 21. l. qui per ſalutem, de iureiur. in P.
i Iuſtin. § ſed quod principi, de iur. natura. lib. 1. inſtit. tit. 2. Vlpia. l. 1. de conſtitu. princ. lib. 1. P. titul. 4. Aurelius, leg. uni. de officio præf. prętor. lib. 1. P. tit. 11. cum ſimil.
k l. 1. de teſta. li. 28. P. tit. 1.
l Anaſta. Imp. in l. fi. [illegible] gl. ſi con. ius uel utilit. publ. lib. 1. C. tit. 23. Conſtant. Imper. in l. nec damnoſa, l. 3. & Theodo. & Valent. in l. reſcripta, l. 7. de precib. imper. offer. lib. 1. C. tit. 19.
m probat glo. in c. innocens, ad verb. clementia, 22. quæſt. 4.

Tertius

Tertius,ut ſi ſine periculo,forma non poſſit im-
pleri expreſsè, ſufficiat eam impleri per æqui-
pollens,[a] ueluti in forma quæ exigit,ut benefi
ciorum acceptano publicetur in locis uel tem-
plis ſacerdotiorum : ſi tutò is locus adiri non
poſſit,puteſt alibi publicari.[b] Sic in uocatione
iuris experiundi cauſa facienda ex forma in lo
co domicilij,in periculo, ut alibi fieri poſſit di-
ſpenſatur:[c] quod & in appellatione ſignifican-
da receptum eſt.[d]

a c. ſtatutum. de officio deleg.in 6.
b Ludou. Ro. ſing 413.
c glo clem. 1. de for. compe. In Clement.
d clemen. cauſam, de electio. apud Clem.

De Dominio, proprietate, & poſſeſſione. Cap. XII.

1 *Prænotio proprietatis, uel dominij, & poſſeſſionis neceſſaria acquiſitioni rerum.*
2 *Dominium a δαμάω, non à domo dictum.*
3 *Dominij finitio.*
4 *Proprietarius,& proprium quid,& quomodo.*
5 *Dominium in plenum, & non plenum partitum, & quid ſit utrumque.*
6 *Plenam poteſtatem rei minuit uſusfructus.*
7 *Directum utileque dominium quid, & nuda proprietas.*
8 *Dominium fictum eſſe.*

1 AD illa rerum genera corporalium
& incorporalium, referri poteſt &
ſubijci,& alia rerũ diſtinctio, quæ
habet plura capita, ex earum do-
minio & poſſeſſione pendens,quæ intelligi uix
poteſt a iuris tyronibus, niſi prius de dominij,
proprietatis, & poſſeſſionis appellatione quæ-
dam præcognouerint, cum ex his ius tenendi
res & uaria nomenclatura ſequatur.Quamob-
rem de iſtis pauca notare antea operæpretium
2 duco. Igitur dominus mihi uidetur is dici, cui
aliquid ſubijcitur : non ſecus ac Græci dicunt
uerbum δαμάω, ſignificare ſubijcere : ueluti &
Latinis δαμάω illud contractione facta in δα-
μῶ. Mutata ſignificatio uerbi domo, idem o-
ſtendit.Conſentit etiam Hebraica ſignificatio,
affinis huic nomini דומם,domem, quod idem
eſt,ac fecit ſilere,compeſcuit,& ita ſibi obediē-
tē reddidit : unde malo dominum potius dici,
quàm a domo,id eſt, ab ædibus cum Ambroſio
Calepino. Siquidem ut M.Varro notat[e], do-
mus nomen Græcum eſt,ſicuti & apud Home-
rum[f] uſurpatur, δῶσε δὲ ἐπιχθονίης πυκινὸν δόμον.
& apud Heſiodum,[g] ἐν ἀφνειοῖσι δόμοισι. At
domus δόμος uel δῶμα a δέμω ortũ habet, quod
eſt ædifico : quare non poteſt ædificij & domi-
nij trahi inde ulla ſimilitudo,cum nec qui ędi-
ficat,ideo dominus dicatur, imò potius ædifica
3 tum in alieno, cedit domino ſoli.[h] Itaque
dominium dicetur facultas, qua poſſumus in
aliqua re quippiam : uti poteſtas in ſeruorum
perſona dicitur dominium, a Paulo[i] libro ſin-
gularium ad legem Fuſiam. Et in perſona ma-
giſtratuum,imperium,cuius poteſtas,quod per
tinet ad eius retinendi facultatem,dominio rei
4 ſuæ ſimilis dicitur ab Vlpiano.[k] Sic qui ſibi ſo-
li habere rem poteſt, ſine communione domi-
nium habere dicitur: & ſignificantius proprie-
tarius dicitur is, cuius poteſtati res magis acce-
dit. Siquidem proprium dicitur, quod magis
propè nobis eſt,peculiareque cuiuſque : &, ut
in ſumma dicam, quod uni ſoli conuenit.[l] Et
ita proprium ſolum Iabolenus Iuriſc. dixit,[m]
quod commune non eſt cum ſocio. Hinc &
proprietas eius eſſe dicitur, cuius ſolum eſt &
res, quòd plus ſit rem habere, ex qua uſusfru-
ctus, quàm ipſum uſumfructum : unde & pro-
prietas pro re ipſa, ſi in dominio alicuius non
ſit,ponitur a Iuſtiniano,[n] Et ideo Vlpianus[o]
tradidit, duorum unius rei in ſolidum domi-
nium eſſe non poſſe, quòd Triphoninus[p] pro
bat: niſi pro indiuiſo, iuris tantum intellectu,
non diuiſione corporum, quis plures eſſe domi
nos eiuſdem rei admittat, cum Papiniano.[q]
Quo tamen caſu adhuc & quiſque ſociorum
retinebit integrum dominium, ut in iure ſer-
5 uitutis apparet ex reſponſis Iuriſconſult.[r] Cæ-
terum, hoc dominium interdum plenum di-
citur, quando dominus & corpus rei, & uſum-
fructum eius habet ſibi liberum,[s] & plenam
in re poteſtatem, ut ait Iuſtin.[t] Quod & ex
Iuſtini[u] conſtitutione facilè colligitur. Sicut
plenum dicitur aliquid, ſi nihil quod eius na-
turæ ſit, deſit: ueluti plenum compromiſſum
Papinian.[x] dixit,quod de rebus omnibus con-
trouerſi,ſive compoſitum eſt. Et eo pacto u-
ſusfructus in multis caſibus pars dominij dici-
tur a Paulo Iuriſconſul.[y] id eſt,dominij & ple-
næ poteſtatis : non autem pars integralis iuris
dominij, quod nihilominus propriè eſt penes
eum cuius corpus rei eſt, & ſi uſusfructus ad a-
lium pertineat. Quia propriè uſusfructus ſer-
uitus eſt, ut idem Paulus esplicauit.[z] Siqui-
dem uſusfructus, eſt ius alienis rebus utendi,
fruendi,ſalua rerum ſubſtantia,eidem Paulo,[a]
& Iuſtiniano[b] : ut apertè poſtea alibi[c] Paulus
etiam notauit, eos qui in perpetuum, fundum
uectigalem,quo fruantur,conduxerint, non eſ
6 ſe dominos. Verum quandiu fructus percipe-
re alij poſſunt, poteſtatem plenam non eſſe re-
rum dominis nemo ambigit : redeunte autem
uſufructu redintegratur poteſtas, fitque, ut di-
cit Theophilus,[d] conſolidatio proprietatis
& uſusfructus. Sic tres illi Cæſares Gratianus,
Valentinianus, & Theodoſius[e], plenum ius
proprietatis concedunt in bonis coniugi, qui
non habuit ex priore matrimonio liberos, uel
ſi nati natæve diſceſſerint : ita ut in his nanci-
ſcendi dominij, & teſtandi circa quem nolue-
rit, liberam habeat facultatem. Et abſolutè
proprietas poſita, quando de poſſeſſione, &
dominio quæritur, pro dominio pleno ſumi-
tur: ut obſeruare licet pleriſque iuris utriuſque
locis : ut dum dicunt, prius de poſſeſſione,
quàm de proprietate agendum,[f] & nihil com-
mune habere proprietatem cum poſſeſſione,[g]
7 & ſic de ſimilibus. Non plenum igitur domi-
nium erit, & dicetur directum dominium eſſe
in nuda proprietate, & quod ab hoc dominio
diſcedit, erit quaſi dominium, & quippiam
nobis utile ex rebus alienis. Et ita proprieta-
ti, uſusfructus opponitur plerunque[h] in iu-
re,nam proprietatis nudæ nomine, nullus fru-
ctus continetur, ut notat Caius,[i] ſed tantum
ius rei ſolius, non conſiderata eius poſſeſſio-
ne uel uſu : ſicuti diſtinguit Paulus[k] in inter-
dictorum tractatione, & Imperator Alexan-
der[l] uocat proprietatis dominium. Et cer-
tè proculdubio dicendum eſt unum genus ue-
ri dominij eſſe, proprietarij, quod directum
dici poterit, eo quod non aliunde pendeat,
uel ex alterius re : Vſufructuarij autem ius,
dicemus etiam fictione quadam & ſubtilita-
te iuris, eſſe dominium. Ita enim Trypho-
ninus[m] nominat maritum in dote uxoris, cu-
ius tamen proprietas uerè uxoris, fructus au-
tem mariti : quod ad ſubtilitatem legum refert
Iuſtinia-

e Varro l. 3. de ling. lat.
f Homer. Iliad.
g Heſiodus, in ergis.
h Vlp. l. redemptores, l. 40. de rei vend. lib. 6. P. tit. 1.
i Paul. l. poteſtatis, l. 215 de verb. ſign. lib. 50. P. tit. 17.
k Vlpia. l. qui furere, l. 20 de ſtat. hom. lib. 1. P. tit. 5.
l §. 1. de patr. pot. l. 1 Inſtitu. l. ex populi, de iuſti. & iur.
m Iabo l. proprium ſolum, l. 5. comm. præd. lib. 8. P. tit. 4.

n §. littorum, de rer diui. li. 2. Inſtitu tit. 1.
o Vlpia. l. ſi ut certo, l. 5. §. ſi duobus. commoda. lib. 13. P. tit. 6.
p Tryph. in l. hæreditate, l. 19. §. pater, de caſtr. pecul. lib. 49 P. tit. 17.
q Pap. in l. Mænius, leg. 61 §. duobus teſtamentis, de leg. 2. lib. 31. P. tit. 1.
r ap. Vlpia. in l. 2. de ſeruit. tit. generali in P. in l. final. com. prædi cod. & l. unus ex ſocijs, & l. per fundũ, de ſeruitu. ruſt. prædi. l. Sabin. comm. diuid. in P. cum ſimilib.
s Trypho. in l. cum in fundo, l. 31. de iu. dot. lib. 23. P. tit. 3.
t Iuſtinia. in §. ſin. de vſufr. li. 2. inſtit. tit. 4.
u Iuſtinus, l. raptores, l. 41. § bona. & §. ſequenti de epiſ. & cleri. lib. 1. C. tit. 6.
x Papin. in l. ſi cum dies, l. 26. §. plenum, de recep. arbi. lib. 4 P. tit. 8
y Pau in l 4. de vſuf li 7. P. ti. 1.
z Paul. l. rectè dicimus, l. 25. de verbo ſigni. lib. 50 P. Mort. in l. 1. de ſeruit. lib. 8 P. tit. 1.
a Paul. l. 1. de vſufr. in P.
b Iuſtin. in §. 1. de vſufr. lib. 2. Inſtit. tit. 4.
c Paul. l. 1. ſi ager uectigal uel emphyte. peta. lib. 6 P. tit. 3.
d Teophi §. ſi. de vſufr li. 2. in ſtit. tit. eius. tit. 4. & Iuſtin. §. ſi. eod. tit. in inſtit.
e in l. fœminæ, l. 3. §. illud, de ſecund. nupt. li. 5. C. tit. 9.
f, ut in cap. 1. de cauſ poſſeſſ & propri et. lib. 2. decret. titu. 12. Vlpia. in l. 1. §. huius autem, uti poſſid. libr. 43 P. tit. 16. Imper. in l. ſi quis conductionis, l. 25. de loca. libr. 4. C. tit 65.
g l. naturaliter, § nihil com. de acq poſſ in P.
h ut in l. raptores, l. 41. de epiſco et cler. C in § bona, & ſeq. Caius, l. 3 de uſufru. lib. 7 P. ti. 1. cũ ſim. Iuſti. in §. 1 & ſin. de vſufru. lib. 2. inſtitu. tit. 4
i Caius, l. uideamus, l. 19. de vſufruct. libr. 22. P. titu. 1.
k Paul l. ſecunda, §. quædam, de interdict. li. 43 P titu 1.
l Alexan. Cæſ in l. proprietatis dominium, l 4 ne probat li br 4 C. titu 19.
m Tryphon. l. quamuis, l. 75. de iur. dot. libr. 23. P. tit. 3.

Iuſtinianus. [a] Propriè autem quaſi dominium
dicetur, ſic enim & Tryphonius appellat [b] ma
ritum, penes quem antea dixerat eſſe rei dota-
lis dominium, quaſi dominum in uſufructu in
dotem dato: ratione enim dictionis, quaſi, reie-
cta opinione Accurſiana [c], quæ uult ibi ueritа-
tem inde exprimi, exiſtimo ſimilitudinem do-
minij, propter commodum fructuum, non ne-
rum dominium exprimi. Indicat enim impro-
priam ſignificationem uocula, quaſi, & imper-
fectionem dicti. [d] Eo modo intelligenda lex
Theodoſij Imperatoris, [e] dum ait eos, qui patri
moniales principis fundos, & emphythentica
rios poſſident, eſſe fundorum dominos: cum ta
men uere domini non ſint emphyteutæ, ſed il-
li qui in emphyteuſim dant, res uocētur domi
ni. [f] Reddam autem rationem, quare vſufru-
ctuarij, uel alij emphyteutæ, qui in alienatio-
ne rerum emphyteuſeos liberi non ſunt, non
mereantur domini nomen, quòd non poſſint
de his liberè diſponere in uita, & ſub mortem:
in quibus uera eſt nota ueri domini, qui ita,
pro modulo uoluntatis diſponit. [g] Vſusfructus
autem cum uita finitur, & repetit proprieta-
tem. [h] Non negarim tamen uſusfructus domi-
nium dictum fuiſſe à Iuliano. [i] Intelligi au
tem debet, ut ſit dominium ſecundum utilita-
tem. Nam quia utilitas & commodum domi-
nij proprietatis, ad alium, nempe ad fruentem
pertinet, non eſt reijcienda utilis dominij ap-
pellatio, ut plerique, & malè quidem mea ſen-
tentia, ſuadent: Nam ratione directi, & utile di
ci poteſt. ſicuti in actionibus, utilem eam dici-
mus competere ei, qui non habet ius dominij
plenè ceſſum, ſed ad quem compendium rei
pertinere debet: quemadmodum directa com-
petit, ceſſis plene iuribus, ut utrumque probat
Alexander Cæſar in hypotheſi [k] hæreditatis
uenditæ. Neque quicquam prohibet, quia tran
ſpoſitione ſimilitudinis, aliquid alterius nomē
non uſurpet ratione alicuius, ueluti quamuis
filium eum dicamus, quem nuptiæ demon-
ſtrant, [l] ex matrimonio conceptum: nihilomi-
nus tamen, & receptum eſt, & filium eum dici,
8 quem adoptamus. [m] Vt & in iure, ne longius
abeam, dominium quoddam fictum inuenia-
tur, id eſt, ratione iuris ſiue utilitatis adhuc cō-
petens, & non adepta re, uel poſſeſſione. quale
in legatis tradunt eſſe quando à die mortis te-
ſtatoris in legatarium recta uia tranſire dicun-
tur. [n] Nun enim prodeſt legatario interim lega
tum, ad acquirendum quicquam [o] ex re lega-
ta. Dictumqua in mariti ſubſtantiam, [p] dotem
tranſire, fictione iuris.

a Iuſtin. l. in re bus, l. 30 de iure dot. lib. 5. C. tit. 12.
b Trypho in l. cum in fundo, l. 81 de iur. do. in P.
c Accur. in d. l. cum in fundo, ad verbū quaſi.
d ut apud Pandectas in l. in facto, l. 39 de con di. & demonſt. lib 35 P tit. 1.
e Theod. l. poſſeſſores, l. 19 de fund. patrimon. lib 11 C. tit. 61.
f Zeno, in l. 1. & Iuſtin in l. 3 in princip. de iur. emphyt. li. 4. C. tit. 66. d l. 1. ſi ager uectigal. lib. 6 tit. 3.
g § 1. de lege, Fuſi. Cani. tollen. apud Inſti. l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ l. uerbis legis, de uerbo. ſig l. 1 ad l. Fal. in P. l. nemo ex iis, de iudæis. lib. 1 C l in re mandata, C. mand. l. 9 de iis qui ſunt ſui uel alie. iur lib. 1. P.
h § fin tit. de vſufruct. Paul. l. neceſſario, l. 8. § fin. de peric. & commo. rei vend. l. 18. P. tit. 6. l. 3. ſi ſua. qb. mod. uſusfructus.
i in l qui vſumfructum, l. 3. ſi vſusfru petatur lib. 7. P tit. 6.
k Alexan. in l. emptor hæreditate, l. 5. de hæreditate vel actio. uendi. lib. 4. C. titu. 39 Imperat. Dioclet. & Maxim. in l. poſtquam, l. 7. & in l. ex nomine emptione. l. 8. eodem C.
l l. filium, de ſta. homi in P. & toto tit. de adoptio.
n l. a Titio, de furt. in P.
o glo. in l. uni. § innouiſſimo. de cad. toll. lib. 6 C. tit 50.
p l. in rebus, de iur. dot. C.

De poſſeſſione. Cap. XIII.

1 *Dominium cæpit à poſſeſſione.*
2 *Poſſeſſio dominium continet aliquando, & contra.*
3 *Diſtinguuntur poſſeſſio, & proprietas.*
4 *Plena poſſeſſio cum uſufructu.*
5 *Finitio poſſeſſionis noua.*
6 *Iuris nomen in antiquis finitionibus poſſeſſionis exuperans, cum ſit facti, ut probatur uſque ad 12. numerum.*
7 *9. Poſſeſſia à pedum poſitione.*
8 *10. 11. Poſſeſſio ab alijs, à ſedium poſitione.*
12 *Poſſeſſio propriè corporalium, non incorporalium.*
13 *Animus cum corpore in poſſeſſione concurrere debet,*
14 *Per nos ipſos & alios acquirere poſſumus poſſeſſionem, & poſſidemus.*
15 *De diuiſione poſſeſſionis, uel diuerſis modis poſſidendi, ex iure & facto exuberante.*
16 *De poſſeſſione, quæ plus iuris, quàm facti habet: plus iuris, id eſt, animi, uel incorporei. & 18.*
17 *Hæc poſſeſſio ciuilis.*
19 *De poſſeſſione quæ habet plus facti, quàm iuris.*
20 *De colorata poſſeſſione.*
21 *De ea, quæ plurimum iuris, & plurimum facti habet.*
22 *De ea, quæ nihil iuris habet. & 24.*
23 *Poſſe quem incumbere poſſeſſioni ciuiliter, naturaliter, utroque modo: non autem dici ciuilem poſſeſſionem.*
25 *Merè ciuilis poſſeſſio.*
26 *De poſſeſſione uacua.*
27 *Ratione cauſæ poſſeſſio diſtincta in eam, quæ cum titulo, & ſine titulo eſt: & quid titulus.*

1 IN conſarcinatione Pandectarum,
De acquir. rerum domi. titulus,
præponitur titulo, De acquir. poſ-
ſeſ. ordo tamen mihi uidetur in-
uerſus, de dominio prius, quàm de poſſeſſione
agere. Quia dominium à poſſeſſione cœpiſſe
2 tradidit Paulus, ex authoritate Neruæ filij: [q]
ideo aliquando poſſeſſionis nomine, & pro-
prietas & ius dominij uenit, ſicuti uidetur doce
re Calliſtratus, [r] dum ait: *Si de ui & poſſeſſione
quæratur, prius cognoſcendum de ui, quàm de pro-
prietate rei*. explicans per nomen proprietatis,
quod de poſſeſſione dixerat. Expreſſius Pau-
lus [s], *Interdum*, inquit, *proprietatem quoque poſſeſ
ſionis uerbum ſignificat: ſicut in eo, qui poſſeſſiones
ſuas legaſſet, reſponſum eſt*. Et ita uſurpatur ab
Antonino Cæſare. [t] Quanquam Accur. [u] aliter
ſentiat. Et Cicero, ad Valerium, *Is habet*, inquit,
in Volaterrano poſſeſſionem. Sicut & apud eun-
dem, idē eſt ius dominij. & poſſeſſio corporalis.
Quamobrem & plerunque dominij nomē poſ
ſeſſionem etiam complectitur [x], ſi mens loquē
3 tis adſit. Verum quia ſæpe accidit, ut proprietas
ad aliquem, & uſusfructus ad alium, & poſſeſ-
ſio ad alium pertineat, permiſceri hæc nō opor
tet in propria ſubſtantia, ut admonet Venule-
ius Iuriſcon. [y] Atque idcirco Iabolenus, [z] poſ-
ſeſſionem diſtinguit à proprietate, ut quicquid
apprehendamus, cuius proprietas ad nos non
pertineat, aut non poſſit pertinere, hoc poſſeſ-
ſionē appellemus, utque poſſeſſio uſus ſit, ager
autem proprietas loci. Generalius Vlpianus, [a]
nihil commune habere proprietatem cū poſ-
ſeſſione dixit, quod intelligi debet, in cuiuſque
ſubſtantia ſeorſum conſiderata, non quatenus
in alio ſubiecto uel extrinſeca qualitate con-
currere: & ita in alio commune quippiam ha-
4 bere poſſunt. Dixit & Iuſtinianus [b] plenam poſ
ſeſſionem, dum & proprietatem & uſumfructū
5 ſimul exprimere uoluit. Et propriè exiſtima-
rim, poſſeſſionem eſſe actum corporalem in re
factum per quē quis facit, uel re ipſa detinet,
uel oſtendit ſe uelle eandem rem, & quæ eius
ſunt, detinere ſibi, uel alteri cuius nomine fa-
6 cit. Quæ finitio, ut noua, ita diuerſa ab illis,
quas adferunt interpretes, [c] à quibus lubens
ab eo, quòd bona pars illorum, ius, alij admini
culum iuris immiſceant: cum tamen ius nō ſit
ex ſubſtantia poſſeſſionis, ſed poſſeſſionē uel
probam uel improbam reddat, poſſeſſione iā
præcedente, & exiſtente. Et certè nemo eſt, qui
ſi ſyncere poſſeſſionis eſſentiam examinet, nō
uideat eam ob actum, qui interuenit, facti eſſe,
non iuris. Quod & Iuriſprudentia declarat fre
7 quētibus reſponſis. [d] Accedit notatio nominis

q In l. de acq. poſſeſ. lib. 41. P. tit. 2.
r Calliſtra. in l. ſi de vi, l. 37 de iudic. l. 5. P. tit. 1.
s Paul. in l. interdum, l 83 de verbo. ſign. lib. in P. tit 16
t l. 2. de probat. lib. 4. C. tit. 19.
u Accur. in d. l. 2.
x ut in l. quoties l. 13. de rei vendic. lib. 3. C. tit. 32.
y in l. permiſceri, l. 52. de acqu. poſſeſ. in P.
z l. queſtio eſt, l. 115. de verbo. ſignific. in P. lib. 50
a Vlp. in l. naturaliter, l. 12 § nihil commune, de acq. poſſ.
b l. Repetores, l. 41. § bona autem, de epiſco. cler lib. 1. C. titulo 6.
c in l. 1 de acq. poſſeſ in P Gul. Arcl. de Cuneo & Cyn. in l. licet, C. eod. titu. Soci in l. quinque pedum, C. com. un. diuid. Franciſ. Ripari in tota rubr de acq. poſſeſſ
d l. 1. §. adipiſcimur, & §. ſi vir, l poſſeſſionem l. 11. de acquir. poſſeſſ. in P. Vlpi. l. 1. §. Sceuola, ti quiete la. lib. eſſe iuſſ. fuer. lib. 47. P. titu. 4.

in

in argumẽtum:dicitur namque poſſeſsio,à pedum poſitione, ut uulgo legitur apud Paulum l.j.de acq.poſſeſſ.Cuius lectio firmari poteſt ex Cicerone,[a] dum ait, *Sunt natura priuata nulla, ſed aut ueteri occupatione, ut qui quondam in uacua uenerunt*; uenire autem eſt,pedes ponere. Rurſum alibi[b] *Hodierno die primum,patres conſcripti, longo interuallo in poſſeſsionem libertatis pedem ponimus*, Eſtq; ſymbolum adeptionis poſſeſsionis, pedis poſitio, eatenus detentioné extendens,quatenus mens intelligit ſe uelle tenere, ut notat eleganter Paulus.[c] Eſtque poſſeſsionis nota ſubſtantialis,factum illud poſitionis, ut rudis declaratio mentis, quæ poſtea determinationem accipit ab expreſsione uolũ
8 tantis.Conuenit quod ſcriptum eſt in Deuteronomio[d] Dei, & in lib. Ioſue,[e] *Omnis*, inquit Deus,*locus quem calcauerit pes ueſter,ueſter erit.* Et facti eſſe docet etiam alia à quibuſdam emẽdata lectio,[f] dicentibus à ſedium poſitione dictam poſſeſsionem,quaſi poſitionem. Sicut & legi in Piſanis Pandectis,ait Alciatus,[g] improbans priorem ſententiam, quam irrider etiam Laurentius Valla.[h] *Quia*, inquit, *neque à Græco nomine* πoῦς ποδὸς *pes*, *apud Græcos fiat ulla deriuatio uel compoſitio ſimilis,ut pedis,id eſt*, ποῦς, *po*
9 *ſitio,uel poſitio à pede dicatur*. Quibus tamen in hoc non ſubſcribo,quando negant declinationem nominis,à ποῦς,fieri non poſſe,cum ex datiuo πόσι Græco,id eſt,pedibus,& itione Latino exiſtimẽm componi poſſe,poſſeſsionem,id eſt, πόσιitionem. Quando animaduerterim & apud Græcos,per pedum poſitionem, fuiſſe etiã ſymbolum dominij uſurpatum: dicunt enim ἐκτὸς ἔχειν πόδα habere pedem extra, pro eo quod eſt, non habere uel deijci à poſſeſsione, exortem uel extortem eſſe alicuius, ut apud Pindarum in Pythijs:[i]

— φαντὶ δ᾽ ἔμμεν.
τοῦτ᾽ ἀνιαρώτατον,
καλὰ γινώσκοντ᾽ ἀνάγκᾳ
ἐκτὸς ἔχειν πόδα. id eſt,
aiunt autem hoc eſſe
moleſtiſſimum,
præclara ſcientem (cogi) neceſsitate
extra habere pedem.

Sic apud Sophoclem,[k]
κἂν τὰ λοίσθ᾽ αὐτῷ φρονῇς,
πῶς ἂν ἐκτὸς κλαυμάτων ἔχοιε πόδα.

10 Non tamen reijcio, quin & poſſeſsio à ſedium poſitione etiam,ſymbolum acceperit:nam qui regiones olim ſibi elegerunt,& ibi ſedes poſuiſſe dicuntur,ut apud Vergilium:[l]

Hic tamen ille urbem Patauí ſedeſque locauit,
Teucrorum.

Sicut & in ſacris litteris etiam, pro ea electione ſedium, dicuntur eligentes, tabernacula figere.[m] Erat enim illa fictio,factum corporale in re immobili uſurpanda, ſimilis ratione finis,poſitioni pedum. Conſequitur enim partem aliquam eius, quod quis poſſidere uult: Sicuti pro poſitione pedum habetur conſuetudinis formula, qua modicum terræ poſſidendæ rei in manu accipitur, uel extremitate pallij, quod teneat aliquis, imponitur,ut notat Innocentius tertius.[n] Quod de reliquis, quæ traditionis inſtar ſunt, intelligi par eſt, de quibus Deo fauente agemus in acquiſitione, quæ per traditionem fit. Vnde liquet,uerſari in poſſeſſione factum corporale, non iu-
11 ris adminiculum. Quod firmatur adhuc ex eo, quòd & poſſeſſio ſine iure inueniatur: ueluti quando iniuſtam dicimus poſſeſſionem,[o] & improbam.[p] Erit & ſine iure, quando naturalis eſt ſola detentio, uel cuſtodia, & ita apud Paulum,[q] & ſummos pontifices,[r] & alios.[s] Eoque pertinent uerba finitionis, quæ
12 de detentione agunt. Dico deinceps in poſſeſſionis finitione, actum fieri corporalem in ea, quo uolo intelligi proportionem ad ſubiectum, nempe ad corpus, ut propriè corporalia poſſideri doceam,[t] non utique incorporalia:[u] in quibus quando eis utimur & diſponimus de eorum negotijs, quandam impropriè & quaſi poſſeſſionem demonſtrationis gratia confingimus, quemadmodum apud Vlpia-
13 num[x] legimus. Verba autem illa finitionis, Vel oſtendit ſe uelle eandem rem, & quæ eius ſunt detinere: admonent duo, primum, & animum cum corpore[y] in poſſeſſione aſſequenda requiri: rurſum, neceſſarium non eſſe,omnem rem uel omnes rei partes, retinere: ſed ſufficere,ſi aliqua pars eius totius[z] rei determi-
14 natæ[a] nomine, apprehendatur. At uerba illa,Vel ſibi,uel alteri,indicant poſſeſſionem nõ ſolum per noſipſos, ſed per alios noſtro nomine,nobis acquiri poſſe, neque facto noſtro ſolum, ſed & alieno: ut in ijs apparet, qui per ſe acquirere poſſeſſionem nequeunt, quia affectionem non habent, ueluti infans, furioſus. Interdum & ex cauſis,ex quibus per alios quærimus ignorantes, poſſumus acquirere poſſeſ-
15 ſionem: ueluti ex cauſa peculij.[b] Porrò quòd ad poſſeſſionis ſpecies pertinet,cum unum certe genus ſit poſſidendi,eas ut infinitas[c] perſequi, par non eſt: cum potiſſimum differentię non ſint inter illas ſubſtantiales, ſed ex modis poſſidendi ortæ,ut tot ſint,quot ſunt genera acquirendi.[d] Et ita erunt accidentales diſtinctiones.Quas ita breuiter complectuntur:[e] ut alia ſit poſſeſſio, quæ habeat plurimum iuris, alia, quæ plurimum facti: alia, quæ & facti, & iuris æquè habeat. Sic exaudiendus Conſtantinus[f],dum ait,*Nemo ambigit poſſeſsionis duplicẽ eſſe rationem,id eſt,cauſam duplicem eſſe, uel modum & cauſam generaliter poſsidendi: aliam, quæ iure conſiſtit,id eſt,quæ iure traditur: aliam corpore,id eſt,in qua plus facti ſit*. Addo autem ego membrum aliud, ut alia ſit poſſeſſio, in qua nihil iuris ſit, & ita omnes ſpecies continebuntur, eritque perfecta & plena diſtinctio: dummodo & quinto loco poſſeſſionem fictam à iure intellectam ſine actu corporali expreſſo, di-
16 camus.Et ſexto neutrius ſpeciei,ſcilicet vacuã. Plus iuris poſſeſſio habet quàm facti, quando plurimum ex iure mutuatur,ut ait Iulius Paulus.[g] Et ita poſſeſſio non tam corporis, quàm iuris eſt.Iuris autem plurimum, quando ius factum alioquin debile ad quærendum, roborat: ut quando ſtatuit,facto alterius,nempe procuratoris,uel adminiſtratoris, tutoris uel curatoris,alteri poſſeſſionem acquiri.[h] Accedit,ut ea plus iuris habeat apprehenſio in rebus,quę ob ſui naturam uel magnitudinem corporali modo,ut alia immobilia apprehendi nõ poſſunt, & lex & ius ex titulo poſſeſſionem dat, cum modico æquipollenti actu corporali: ueluti dum aceruus lignorum uenditur,uel uini amphoræ:ibi enim quæritur, modico facto poſſeſſio, ueluti data cuſtodia, uſu, qui corporalis eſt, traductione, & ſimilibus: in quibus quia magis animus agentium exuberat, & animo apprehendi poſſeſſio dicitur à Iaboleno:[i] & ab animo fit denominatio, non quòd dolus ſit ſine facto,ſed quia præualeat. Non ſecus ac in contractuum formulis dicimus,alios re,uerbis

fine

a Cice.2.offi.
b Cicer. Philipp 1.
c l.1 de acqui. poſſeſſ.
d Deutero. ca. 11.
e Ioſue.c.1.
f l 1. de acqui. poſſ.
g Alcia. lib.1. diſpun.c.1.
h Laur Valla. lib. 2. annotat. adner.Pogiũ.
i Pindar, ode. 4 Pythio Antiſtrop ulti.
k Sophoc. in Philoct.
l Vergilius, 1. Aeneid.
m Geneſ 16. cum ſimilib.
n in cap. 1. de conſuet. lib. 1. decret.tit.4.
o in leg.3 §. ex contrario. & l. iuſtè poſſidet, l.11 de acquir. poſſeſſ.in P.
p l. improba, C.eod.
q Paul.l.3.§ fi. de acq poſſe.
r c.1.de dol. & contumac. ap. Gregor.
s Vlp. l.ex conducto, lege 16. loca.libr.19 P. titu.2. Iulian.l. communi diuidundo, l. 7 §. neque, comm. diuid.lib. 10.P. tit 3.
t l.3.de acquir. poſſeſſio.l.cum heredes, l.23. eod.tit.
u Paul. leg ſequitur, l.4.§ ſi vis,de vſuca lib. 41.P titu.3 Caius, l.ſeruus, l. 43 § incorporales, de acq.rer. domi. lib.41.P. tit.1.
x in l. 3.§.fin. de iti, & ui armata lib.43.P.titu. 13. & in l. ſi quis diuturno, l 10 ſi ſeru.uendi.lib 3. P.tit 1.
y Paul. in leg. quemadmodũ, l.3 & l.1 de ac. poſſeſſ in P. l. nemo,C.eo tit. l.1 §. adipiſcimur, eod.in P.
z l.3 de acqui. poſſeſſ.
a d l.3 § incertam partem,de acq poſſe. in l. locus,l 26 eod. titul. & in leg.ſi fur l.12.§ incertam, de vſuc.lib. 41 P.tit 3.
b l 1 de acqui. poſſeſſ lib 7.C. tit. 2. l.per procuratorem, l.8. eod.tit. Paul.in l. 1 §. item acquirimus, de acq. poſſ Vlp. in l. quicquid, l. 4.l. quod ſeruus tuus, l.24. eod.tit. Celſus, l.quod meo, l. 18. l. poſſeſſio, §.1 eod tit.
c Paul.l.1 §.fi. de acq poſſ.
d d.l.3.§ fi. de acq.poſſ.
e gloſ.in l.3.in uerbo,interuenerit,de ac.hæred. C gl. in c. cum noſtris, c. ſi.in verbo,plus habet facti, de conceſſ præb. ap. Gregor. Iaſ. in l.ſi is q pro emptore, de uſucap.in P.
f Conſtantin. in l. nemo ambigit,l.10 de acquir poſſ.lib.7. C tit.32.
g l. poſſeſſio, l.49 de acquir. poſſeſſ in P.
h d.l poſſeſſio quoque, l.49. de acquirenda poſſeſſ. Paul. l. 1 pro ſolut.lib. 41.P.tit.4.
i in l. quarundam rerum, l. 51 de acq.poſſ. in P.

alios, alios literis, alios cõſenſu fieri: [a] eo quòd
in aliquibus magis res inſpicitur, in alijs
quod dicitur, in alijs ſcriptura, in alijs conſen-
ſus, ut in contractuum tractatione Deo fauen-
te dicemus. Et ita à prædominante fiet denomi
nario: [b] atque poſſeſſio plus animi, quàm facti
habens, animo fieri dicetur, & facti tamen ha-
bet ſubſtantiam. Nam ſi omnino à iure pende-
ret ius illud, non poſſeſſio bonorum, ſed potius
bonorum poſſeſſio dicenda, quæ iuris magis,
17 illa autem corporis, ut ait Vlpianus. [c] Neque
aberrabimus, ſi dicamus hanc poſſeſſionem,
quæ plus iuris habet, eſſe ciuilem, cuius ſer-
uus capax non ſit, [d] etſi capax naturalis: Eo
quod quantum pertinet ad ius ciuile, pro nul-
lo habeatur. [e] Et ideo aliud tenere, quod natu-
ralem dicitur habere poſſeſſionem, aliud poſ-
18 ſidere ſcilicet iure ciuili. Sed & notandum eſt,
aliquando plus iuris, id eſt, incorporeæ ſub-
ſtantiæ ineſſe poſſeſſioni, [f] poſt adeptionem
eius, quàm fuerit in ipſa adeptione. Siqui-
dem in adeptione, ut dictum eſt, & corpora-
le factum, & animus exigitur, cum tamen illa
retineri animo ſolo poſſit, ut reſcripſerunt Cæ
ſares Dioclet. & Miximia. [g] & Paulus. [h] Quod
certè, ſi rem ſerio perpendamus, eſt potius ius
poſſeſſionis, quàm poſſeſſio: hoc eſt, id potius
erit, quod per poſſeſſionis legitimam, & iu-
ſtam aſſecutionem quęſitum eſt. Sic enim mea
ſententia intelligenda ſunt iura, [i] quæ memi-
nerũt de iure poſſeſſionis. Ius quippe ex facto
oritur, & in cauſa ius poſitum, ut monuit Al-
phenus Iuriſconſultus. [k] & ex facto pacti, ius
etiam naſcitur, ut dixit Paulus. [l] Et ideo quia
hæc retentio ciuilis non indiget corporis mini
ſterio, uel facto alio, accidit ut à diuerſis, diuer-
ſo tamen modo, res eadem poſſideri poſſit in
ſolidum, [m] ſcilicet animo, corporali detentio-
ne apud alium exiſtente, uelut in depoſito, [n] &
commodato: [o] apparet melius, & expreſsè in
precario apud Pomponium, [p] alio ita iuſtè ani
mo, alio iniuſtè corpore detinente. Siquidem
nec naturalis poſſeſſio, apud diuerſos uel iuſtè
uel iniuſtè eiuſdem rei eſſe poteſt ſimul & eo-
dem tempore, neque una eadem ciuilis, ut ait
19 Vlpianus, [q] Paulus, [r] & Iulianus. [s] Porro poſ-
ſeſſio, quæ plus facti quàm iuris habet, ſua
etiam habet exempla: ueluti quando nos ipſi
corpore & animo noſtro eam nanciſcimur: &
ius quidem eam probat, ſed nihil præter natu
ram poſſeſſionis, tugit. [t] Eſt & aliud exemplũ,
ſi cum titulo quidem à iure probato, res poſſi-
detur, ſed aliunde prohibeatur detentio, pro-
pter incapacitatem perſonę, uel aliud iuris im
pedimentum: Ea enim tunc plus facti, quàm
20 iuris habere dicitur. [u] Poteſt & dici huius ge-
neris poſſeſsio colorata. Nam ſicut annotat
communis interpres ad Pragmatica. Sanctio, [x]
& Abbas Panormita. [y] poſt Calderinum, Anto
ni. & Immol. quando defectus poteſtatis non
eſt in conferente titulum beneficij, nec inducit
tur priuatio à iure uel ab homine, talis poſſeſ-
ſio dicetur colorata. Meminit & inter Iuriſcon
ſultos de colore & titulo poſſeſsionis uel tradi
tionis, Marcellus. [z] Sed & ea plurimum facti
habet, quæ continuationem uſus poſtulat, quę
exigitur in præſcriptionibus, ut me docuit Pa-
21 pinianus. [a] Plurimum iuris & plurimum fa-
cti dicunt poſſeſsionem habere interpretes
eam, quæ per procuratorem quæritur nobis
ignorantibus, & tamen non quæritur uſuca-
piendi per eam acquiſitionem facultas, [b] diffe
rens ab ea quæ plus iuris habet, quando in cau
ſa peculiari tantum datur etiam uſucapiendi
22 occaſio. Nihil iuris habet poſſeſſio ea, quando
iure non probatur detentio, uel quando ex de-
tentione ius poſſeſsionis non naſcitur. Ita qui
iniuſtè rem alterius occupat, poſſidet quidem, [c]
naturali detentione: ſed quod ad iuris utilita-
tem, tenere potius ſolum, quàm poſsidere dici-
tur ab Vlpia. [d] Eſtque iſtius ordinis malæ fidei
detentio, quæ tamen poſſeſsio dicitur. [e] Simili-
ter ea quę improba quęue iniuſta, quæ ſine prę
cedente titulo, quæ ius non dat, ut aiunt CC.
Diocle. & Maximi. [e] item ea quæ uiolenta, &
clandeſtina eſt, apud Vlpianum. [f] Exiſtimatur
in iure uſusfructus habere tantum poſſeſsio-
nem naturalem ab Vlpiano: quia quod perti-
net ad ciuilem, non dicantur poſsidere uſufru
ctuarij. [g] Neque enim is qui rem accipit, ſi
non habeat animum poſſidendi, poſſeſſor di-
cetur. [h] Et qui alijs poſsident, & aliorum no-
mine, ratione quidem iuris poſſeſſores non di-
cuntur: [i] uerum ratione facti, & naturalis de-
tentionis, tales dici poſſunt ſecundum Pompo
23 nium, [k] & Alexandrum Cæſarem. [l] Quamo-
brem, oportet inde annotare, poſſe aliquem &
ciuiliter aut naturaliter, uel utroque modo, in
cumbere poſſeſſioni, ueluti monuit Vlpia. [m]
non tamen dico poſſeſſionem ciuilem, cum fa
cti & corporis dixerimus, ſed poſſe ei incumbe
re ciuiliter, & ciuiliter poſſeſſionis ius haberi.
24 Ad naturalem etiam pertinet poſſeſſionem,
ea quæ precaria dicitur, quam quis habeat
quandiu tradenti placuerit. [n] pertinet & ille in
greſſus, qui iure familiaritatis in prædio amici
conceditur, qui ſine animo poſſidendi fit, ut
25 ait Paulus. [o] At poſſeſſio quæ ſolum ex iure
pendet, merè ciuilis appellari poteſt, in qua
ius ciuile rem transfert ſine corporali facto,
operaturque retinendi poteſtatem, licitam, le-
galem, uel legitimam dicere poſſumus: ueluti
conuentio legitima dicitur ea, quæ ex lege tan
tum uim habet. [p] Huius exemplum, in ſuis li-
beris, qui continuitate uel aſſequi poſſeſſio-
nem bonorum paternorum, ſtatim à morte pa
tris ſine aditione dicuntur. [q] Quod ex conſue-
tudine generali Galliarum, tractum eſt ad om-
nes hæredes, qui non egeant corporali aditio-
ne, ſed mortuus poſſeſſionem cenſeatur dare
hæredi, quod dicunt, *le mort ſaiſit le vif*. Ad quã
conſuetudinem edidit commentaria D. An-
dreas Tiraquellus. Et de illa ferè omnes con-
ſuetudinarij tractarunt. [r] Quæ certè poſſeſſio
uere ciuilis, & potius quam ea quæ à iure ſuis
defertur, quę propriè continuatio poſſeſſionis,
quam habebãt uiuente patre, dici poteſt, ut ait
29 Paulus. [s] Poſtrema autem poſſeſſionis ſpe-
cies, uacua dicitur, quam exiſtimo eſſe, uelu-
ti ſubiectum diſpoſitum ad recipiendũm mo-
dum poſſidendi, uel ciuilem, uel naturalem,
iuſtè uel iniuſtè, quãdo ſcilicet res, nec animo
nec corpore alicuius tenetur, ut notat, & fir-
mat exẽplis Accurſius: [t] alioquin enim ſi quis
àlius poſſideat, uel animo uel detentione cor-
porali, uacua non eſt poſſeſſio, ut ait Paul. Iu-
riſconſ. [u] Huius generis erunt poſſeſſiones bo
norum uacantium, [x] & deſertorum. [y] Simuliter

a § fi. de oblig. lib. 3 inſt. tit. 14. Paul. l. 1 §. 1 de actio. libr. 44. P. tit. 7.
b l. quæritur, de ſtat. homi. lib. 1. P.
c l. 3. de bono. poſſ lib. 37. P. titu. 1.
d Vlp. in l. ſtipulatio iſta, l. 38 §. hæc quoque, de uerbor. oblig.
e l. quod attinet, l. 23 de reg. iur. lib. 50. P.
f l. 1 de rer. diuiſ. in P.
g l. licet, l. 4 de acquir. poſſeſſ. C.
h Paul. l. qui uniuerſas, l. 30. §. quod per colonum de acq. poſſ. in P.
i l. peregre, l. 44. de acquir. poſſeſ. l. non idcircò minus, l. 5 de li be. cau. lib 9 ti. 16. l. ſi ea res, l. 3. § 1. de actio. emp. l. ſi quis ad ſe fundum, C. de ex public. cum ſimilib.
k l. ſi ex ſtipulat, l. 23. § in aliud, ad l. Aquil. lib. 9. P. titu. 3.
l in l. ſi unus, l. 28 §. pactus ne peteret, verſic ſed ſi pacto, & verſic. quod & in ſpecie, de pact. lib. 3. P tit. 14.
m Paul. l. ſi duo. l. 3. vti poſſid. lib 43. P. titul. 16.
n l. licet, l. 17. depoſi. libr. 16. P. tit. 3.
o l. in commodato l. e cum l. ſeq. commod. libr. 13. P. titul. 6.
p in l. & habet, l. 13. § eum qui, de precar. l. 43. P. tit. 31.
q l. ſi ut certo, l. 5 § ſi duobus, commod. libr. 13 P.
r l. 3 § ex contrario, de acquir. poſſeſſio. in P.
s l. duo in ſolidum, l. 19. de precar. in P.
t vt in l. 4. & 5. de acqu. poſſeſ. in P.
u cap. cum noſtris, cap. 6. § in ditor. de cõceſ. præben. libr. 3. decretal. titul. 8
x gloſſ. in §. ſi in verbo coloratam de pacifi. poſſ. in pragma. ſanctio.
y Panor. in ea. cum noſtris, col. fin de conceſ. præb. Ludouic. Gomeſ ad reg. de triennal. poſſ. q. 72.
z Marcel. in l. Sulpitius l. ſo. de donat. int. vir. & vxor. lib 44. P. tit. 1.
a Papin. l. denique, l. 19 ex quib. cauſ. maio lib 4. P. tit 4.
b L. 1. C. de acquir. hæred. l. 1. pro ſolu. lib. 41. P.

c in l. 1 § quod aut pro, quor. leg. lib. 43. P. titu 3.
d l. 3. §. fin. de acqui. poſſ.
e l. improba, l. 7 de acquiren. poſſ. lib. 7. C. tit. 32.
f l. clam poſſidere, l. 6 in principio & § fin de acqui. poſſeſ. in P. l. 1 & tot. tit. de vi, & vi arma.
g l. naturaliter, l. 12. de acquir. poſſeſ. in P. Caius, in l. acquiritur, l. 10. de acquir. rer. dom. l. 41 P. tit. 1 Martia. l. ſciendum, l. 13. qui ſatiſd. cog. in lib. 2. P. tit. 7
h l. 1 § per procuratorem, de acquiren. poſſ.
i Valent. & Valentin. in l. 2. C. de præſc. 30. uel 40 anno. lib. 7. tit. 16.
k in l. ſi colonus, l. 21. de acqui. poſſ. in P.
l l. 1 commu. de vſucap libr. 7. C. tit. 30.
m in l. 3. § fin. ad exhiben. li. 10 P. tit. 4 & l. 1. §. deijcitur, de ui. & ui armata. lib 43. P. tit. 16.
n l. & habet. §. cum quis, de precar. in P. l. in rebus. §. meminiſſe, & l. certè. §. ſi qui rogauit, eod. titu. l. ſi quis ante. de acquiren. poſſeſ.
o l. qui iure familiaritatis, l. 41. de acquir. poſſ.
p l legitima conuentio, de pac. lib 2. P. titu. 14.
q Paul. l. in ſuis l. 11 de lib. & poſth. lib. 28 P. titu. 2 Caius, l. in ſuis, l. 3. de ſuis & legit. hæred. libr. 38 P. tit. 17.
r Boerius in cõſuetud. Bitur. tit. de teſtam. §. 6 Ioan. Faber, in §. ſui hæredes, de hæred. quali. & differ. Guill. Bened. in repet. cap. Raynutius, in uer. mortuo, Barth. Chaſſ. titul. de ſucceſſiõ. § 6. in commento. conſuet. Burg.
s Paul. in l. 2 §. ſiu pro hærede, libr. 41. P. tit. 4.
t Accurſ. in l. ſi. in verbo uacuam, unde ui, lib. 8 C. titul. 4. in l. non idcirco, in uerbo in uacuam, de ſid. inſtrum. 4. C. lib. tit. 21. & in l. improba poſſeſſio, in uerbo in uacuam, de acquir. poſſ. lib 7. C tit. 32.
u l. 2. iuncta l. ſeq. de actio. emp. lib. 19. P tit. 1.
x l. 4. & toto tit de bon. vacan. li. 10 C. tit. 10.
y l. 1. & toto tit. de omni agro deſer. lib. 11. C. tit. 58.

eáque

eaque nullius ſunt, quæ ut uacua primo occupanti cedunt.[a] Sunt huiuſmodi res diuini iuris, & ſacræ,[b] & quæ publicæ ſunt,[c] aliæque quæ extra commercium ſunt hominum, quarum uacua poſſeſſio, quia nullus poſſideat propriè: ſicuti Vlpianus uacuas dicit tabulas, in quibus nihil ſcriptum reperitur.[d] Et ex his abſoluta patet poſſeſſionis diſtinctio, ratione quorum quis poſſeſſor dicitur, & poſſeſſorium
27 competit remedium. Cæterum, ratione cauſæ quæ ius poſſidendi tribuit, dupliciter quis poſſidere dici poteſt: uel cum titulo, uel ſine titulo. Eſt autem titulus, inſcriptio uel compendiaria ſignificatio, & ſignum[e] maius aliquid demonſtrans. Ad quam finitionem omnes tituli uariæ acceptiones referuntur, de quibus interpretes tractant:[f] dicerent Græci ἐπιγραφὴν..[g] Quamobrem cauſa ex qua inſtituetur, uel conceditur, uel nominatur poſſeſſio, dare titulum dicitur poſſeſſioni: iſque iuſtus in omni poſſeſſione ad præſcribẽdum requiſita deſideratur,[h] ut poſtea Deo fauente in uſucapione explicabitur: Eo referuntur rubricæ, & earum leges: Pro ſoluto,[i] quando rem in ſolutum datam tenemus: Pro emptore, quando ex uera emptione ſequitur traditio,[k] vel ex negotio emptioni proximo;[l] dummodo emptio iure approbetur. Nam illicita, uel rei inalienabilis emptio non dat titulũ.[m] Item pro tranſactione, quando ex cauſſa tranſactionis poſſidetur:[n] Pro hærede, quando extraneus, non ſuus[o] uere inſtitutus poſt mortem, & non in uita[p] teſtatoris, res hæreditarias, ut hæres poſſidet. Cui affinis poſſeſſio bonorum à prætore cõceſſa,[q] dicitur. Quod ſi quis alioquin donationis capax, ex ea cauſſa poſſideat, pro donato poſſidere dicitur à Paulo.[r] Et ſi occupetur res ablegata omnino ab alio, ſequitur titulus, pro derelicto, & ſimilis nominis poſſeſſio.[s] Eadem dicenda de alijs, ut pro dote,[t] pro legato,[u] pro ſuo.[x] His accedit poſſeſſio prætoria, quando authore prætore quis poſſidet: iuſtè enim poſſidere dicitur, ſecundum Paulum,[y] potiſſimum quando iudex nõ quidem ex primo, ſed ex ſecundo decreto, iubet rem non cauentis de damno infecto, poſſideri,[z] uel per adiudicationem,[a] uel per aſſignationem,[b] uel per adiectionem:[c] ſicuti & titulus poſſeſſionis per ius accreſcendi,[d] non ſecus quàm ex inſtitutione poſſeſſioni accedere poteſt.[e] Sine titulo poſſidens, dicitur ſimpliciter pro poſſeſſore poſſidere, quando cauſa nominata uel expreſſa probata in iure, non dat cauſam poſſidendi: ſicuti in poſſeſſiona rei donatæ inter coniuges, quæ, quia nullo titulo donationis iure probatur,[f] facit poſſeſſorem detentorem pro poſſeſſore.[g] Sic etiam & prædo, dicitur pro poſſeſſore poſſidere.[h]

De rerum diuiſione, ratione dominij, & poſſeſſionis: & paraſceue ad ſequentem librum.
Cap. XIIII.

1 *Rerum diuiſio, Diuini iuris res, ibid.*
Humani iuris res, ibid.
2 *Sacræ res quæ ſint.*
3 *Templum quare Græcis ἱερὸν & ναὸς.*
Templa quare olim dicta fana, ibid.
4 *Templa quandoque deſinunt eſſe ſacra:*
Sacrum per tranſlationem, ſacrum dici patrimonium principis, ibid.
5 *Religioſæ res quæ ſint.*
Sacrum & religioſum quandoque confundi, ibid.
Religioſum quid ſit, ibid.
6 *Sanctæ res quæ ſint.*
7 *Humani iuris res, quædam ſunt puræ, quædam profanæ. Profanum quid ſit ibidem.*
8 *Publicæ res quæ dicantur.*
9 *Res quæ in nullius bonis.*
10 *Res quæ ſint natura communes,*
11 *Quibus ex cauſis diſceſſum fuit à communione.*

1 EXplicata ratione proprietatis & dominij, ſequitur ut diſtinctiones rerum quæ in illis uariæ ſunt, tradamus. Res itaque[a] aut diuini aut humani iuris ſunt, hoc eſt, uel ſunt in Dei uel diuorum, uel in hominum iure, dominio, aut poſſeſſione: corporales aut incorporales. Diuini iuris, res ſacræ, religioſæ, ſanctæ: quæ in nullius uidelicet hominis dominio ſunt.[b] Humani iuris, aut publicæ, aut priuatæ, aut nullius.[c] Publicæ, aut communes omnium, aut uniuerſitatis:[d] quæ uſu, non proprietate communes ſunt. Priuatæ, quæ ex his quæ nullius ſunt, ſingulorum fiunt. Nullius, ſunt non occupata, hæ
2 reditates non aditæ, & ſimilia. Sacræ res ſunt, quæ publicè dedicatæ ſunt, uel in ciuitate, olim principis aut populi, nunc pontificis authoritate.[e] Et ſacra quædam publica & priuata, à Paulo Iuriſconſulto conſtituuntur.[f] Templa iuris diuini & ſacra ſunt, quia in ibi domus Dei.[g] Idque monent tituli. De ſacroſanct. eccleſ. & de conſecr. eccleſiar. Erant & pro templis conſecrata olim nemora, luci, potiſſimum apud idololatras.[h] Nec alia templa fuiſſe Germanis antiquitus quàm nemora ſcribit Corn. Tacitus.[i] Et Græcis ἱερὸν[k], templum dicitur, quaſi ſacrum. Et ναὸς διὰ τοῦ ναίειν ἐν αὐτῷ τοὺς θεούς quod in ipſo Dei, ut ipſi plures falsò puta
3 bant, habitarent. Et Varro,[l] fana templa dicta notat, quòd conſecrando ipſa, pontifices locu-
4 tu ſeu fati finem feciſſent. Quare & templa ſacræ res ſunt, & per pontifices Deo conſecrata: quæ deſinunt eſſe aliquando ſacra,[m] & fiunt profana per euocationem ſacrorum,[n] ſi liberentur à ſacris, uel per coemptionem à pontificibus,[o] uel ſi ab hoſtibus capiantur.[p] Tranſlatio porrò fit appellationis ſacri ad pleraque alia, ut ad patrimoniũ principis.[q] quia & conſe
5 cratur princeps, & ungitur.[r] Religioſæ res erãt, quas quiſque priuatis pijs uſibus cõſecrabat, ut ſi ſepulchrum faceret:[s] hodie tamen non licet priuatis ſine authoritate Epiſcopi facere locũ religioſum.[t] Sunt enim Chriſtianis publica cœmiteria cõſecrata. Dicũtur & religioſæ domus, quæ & ſacræ.[u] Atque iſtæ appellationes ſacri & religioſi cõfunduntur aliquando, quia & erga Deum religio dicta eſt.[x] Et Maſſurius Sabinus,

religio-

a Caius in l. 3. & 5. de acq. rer. domi. lib. 41. P. tit. 1 § feræ beſtiæ, de rer. diui. lib. 2. Inſtit. ti. 1.
b leg. 1 de rer. diui. lib. 1. P. tit. 8. § nullius, § Sanctæ, eod. tit. apud Iuſtin. ſa. tit. ne quid in loco ſacro, Paul. l. quæ uniuerſas, l. 30. de acquir. poſſeſ. in P.
c l. 1. & l in tantum, l. 6. de rer. diuiſ. libr. 1. P. tit. 8 cum ſimi.
d Vlpia. in l. ſi tabulæ, l. 12. de innoff. rupt. lib. 28 P. tit. 7.
e Cano. cõſuetudo. 16. q. 6.
f gloſ. in ca. fin. de off. archiep. in uerbo. titulis, gloſ. in cap. dudum, in q. de electione in uerbo intitulatam, lib. 1 decretal.
g § titulos, de manda. princi. in authent. col. 3 ... & tot. titul. ut nemo priuat. ... tit. ... & c. eod. lib. C.
h c. ſi diligenti, de for. compet. l. ... de uſucap. pro hærede, lib. 7. C. tit. 29 l. nulla, C. de rei uend. l. diuturnũ, C. de præſcript. long. temp. l. Celſus, de uſucap. in P.
i l. 1. pro ſolut. libr. 41 P. tit. 4
k Paul. l. 2 pro emp. lib. 41 P. tit. 5.
l Cæm. l. 2. & Vlp. l. 4. eod.
m l. 1. 2 & ſin. de uſucap. pro empto lib. 7 C. tit. 26.
n l. pen. eo. tit. C. de uſuc. pro empto.
o l. ... C. de uſucapio. pro hær. libr. 7 tit. ... & § final. eod. tit. P.
p l. 2 pro hærede, in P. l. 4. C. eod. tit.
q Vlp. l. pro hærede, l. 19 de pet. hæred. lib. 5. P. tit. 3 § ſequẽs de interd. lib. 4. inſtit. tit. ...
r l. 1 pro donato, lib. 41 P. tit. 7. l. 1. C. eod. lib. 7 tit. 27
s tot. tit. pro derelic. lib. 41. P. tit. 7
t tit. pro dot. l. 41 P. tit. 10 & de uſucap. pro dote, lib 7 C. tit. 28
u tit. pro lega. lib. 41. P. tit. 9.
x tit. pro ſuo, lib. 41 P. tit. 10.
y l. ... de acquiren. poſſeſſio in P.
z Paul. in l. 3 § fin & Iulia. in l. ... commu. diuid. lib. 10. P. tit. 3 l. 2. ſi ex noxa. cauſ. ... in P.
a § ſi de pub. iud. lib. 4. inſtit. ... & l. 3 & 4. fin. regund. in P.
b § ... de aſſignat. liber. ... eod. ... P.
c § 1. de eo cui liberta. cauſ. bon. addicunt l. 2. de fideicommiſſ. liberta. in P.
d l. qui patri de acquiren. hæred. in P.
e § ... de hæred. qualit. & differ. ... Inſtitu.
f tit. l. 1. 2. 3 de donatio. int. uir. & uxor. in P. l. donationes quas parentes, C. eod. titul.
g Vlp. in l. quod uxor uiro, l. 16. de acq. poſſ. in P. & in l. nec ullam, l. 13 § item in titulo pro donato, de peti. ... lib. 5 P. tit. 3.
h Vlp. pro hærede, l. 11. & in l. nec ullam, § omnibus, de peti. hæred. in P. § ſequens, de interd. lib. 4. Inſtit. tit. 15.

a Hæc diuiſio ponitur. in l. 1. 2. 3. 4. de rer. di. lib. 1. P. tit. 8.
b l. 1. de rer. di. in P. § nullius, eod. titu. apud Iuſtinia. § ſanctæ, eod.
c l. 2. de rer. di.
d § 1. 2. 3. 4. de rer. diuiſ. ap. Iuſtinia.
e Marti. leg. in tantum, l. 6 § ſacræ, & Vlpia. l. ſacra loca, l. 9. de rer. diuiſ. Macrob. lib. 3. in tom. Scipi. c. 3. & Gellius,
f l. ſacrilegij capite, l. 9 ad l. Iuliam pecul. lib. 48 P. ti. 13 Matthæ. 12. 3. Regum 7.
g Exodi. 34. Deut 7 12. 18.
h Corn. Tacit. libr. de morib. Germanor.
k Iulius Pollux, lib. 1. onomaſt. c. 1.
l Varr. de lin. Lat. 5.
m L. inter ſtipulantem, § ſacram, de verbo. oblig. in P.
n l. ſacra, 9. § 5. de rer. diuiſ. in P. Macrob. libr. 3. c. 8.
o Cicero, pro Muræna.
p l. cum loca, l. 36. de relig. & ſumpt. fune. lib. 11. P. tit. 7.
q text. & gloſ. in § abripiat, ut omnes obe. iudic. prouin. in authent. l. 2 de indictio. libro 10. C.
r c. 1. § 1. vnde, de ſac. vnct.
s § religioſum, locum, de rer. diui. l. 1. de relig. & ſumpt. fun. in P.
t ca. abolendæ, de ſepultur.
u v. m. de relig. domib.
x l. ut ... de uſuf. & ...

religioſum eſſe dixit, quod propter ſanctitatem remotum ac ſepoſitum a nobis eſt. [a] Sanctæ res ſunt, quæ ab iniurijs hominum defen-
6 ſæ atque munitæ ſunt. [b] Quales portæ, muri ciuitatis, quorum uiolatoribus capitalis dicta eſt pœna. [c] Sic & ſancti legati, & ab omni iniuria tuti. [d] Et hæc pauca nunc pro ſacrarum, religioſarum, & ſanctarum rerum explicatione ſufficiant. Plura enim trademus paulò poſt, &
7 in criminibus, titulo de ſacrilegijs. De rebus humani iuris ideo agemus ſtrictius: humani iuris ſunt, quæ in conſortio hominũ ſunt, diuini.n.iuris nullius in bonis ſunt. [e] Quæ humani iuris ſunt, & puræ res dici poſſunt: ita locus purus, qui neq; ſanctus, nec ſacer, nec religioſus eſt. [f] Profanũ quoq; quaſi procul a fano, & a rebus tẽplorum [g] dictũ. Et profanum id propriè Trebatius dici ait, quod ex religioſo uel ſacro, in hominũ uſum proprietatemq; conuerſum eſt. [h] Publicæ res, quaſi populicæ, & publicum, quaſi populicum, quòd omnibus patet. [i] Vlpianus publica exiſtimat, [k] quæ publico uſui deſtinata ſunt, ut areas, inſulas, agros, uias publicas, itinera publica. Sic ædes ſacras uocat
8 Philippus Imperator. [l] Item nomine publicarum rerum, res uniuerſitatis dicuntur, ſiue municipij cuiuſque ab Vlpiano: [m] Nam municipibus ad exemplũ reipublicæ, permiſſum eſt habere arcam communem, reſque alias cõmunes. [n] Propriè tamen publicum, ad ſtatum rei Romanæ pertinere dicitur, & populi Romani. [o] Quare & fiſcus, qui pecunias uectigales populi colligit, publicas pecunias dicitur habere: [p] ut & res fiſci, res imperij dicuntur, [q] & propriæ principis, qui pro republica inuigilat, [r] & ut ea quæ militibus pro republica uigilantibus aſſignantur, communem cauſam, & publicam habere uidentur. [s] Sic latius patet publicum, quàm uniuerſitatis. Et publica dices flumina, uias regias, & publicas, portus, & ſimilia, quæ undecunque uenienti populo uſum communicant: [t] at uniuerſitatis dices ea tantum, quæ communia ſunt ſolum municipibus eius loci uel ciuitatis, ut ſtadia, theatra, paſcua, nemora, & id genus ſimilia: [u] quæ tamen ſingulorum, ut ſingulorum non ſunt, ſed ſingulorum municipij, ut uniuerſorum, id eſt, quibus nullus ex municipio, ut bonis proprijs poteſt uti, ut alios prohibere poſſit, ſed quibus vtatur, ut communibus. [x] Vniuerſitas ita rerum, & res, & iura continebit ex ſententia Vlpiani. [y] Eritque congregatio, uidelicet rerum, uel perſonarum, uel iurium, quæ unum quid faciat. Neque dicetur uniuerſum poſſidere, qui ſeparatas rei partes poſſidet. [z] Et uniuerſitatem tantum poſſideri, nõ
9 ſingulas partes dixit Paulus. [a] Res quæ nullius in bonis ſunt, diuini iuris ſunt, ut dixi, ab hominum commercio exemptæ. [b] Sunt & alia, quæ hominibus communia contingere ſingulis poſſunt, & tamen nullius ſunt: ut aer, aqua profluens, mare, littora, [c] hæreditas quæ non-
10 dum adita eſt. [d] Ferunt quoque, natura omnia fuiſſe & eſſe communia, id eſt, omnibus vtenda communi uſui propoſita, & iure naturæ, & diuino. Cuius rei extant ueſtigia apud Iuriſconſ. qui feras captas & euadẽtes, priſtinam libertatem naturalem recipere aiunt. [e] Et Cicero dicebat, *Sunt priuata natura nulla.* [f] Sed nos de his plura, & de neceſſaria diuiſione communitatis in 3. libr. præludiorum, optimi Iuriſconſ. c.4. & ſequentibus. Quare hic plura non ſub-
11 iungam. Præterquam, quod paucis accipies, ex illa communione neceſſariò peruentum fuiſſe iuſtis de cauſis ad diuiſionem: primò, quia communio rerum parere ſolet diſcordiam: [g] dehinc, quòd communio habeat rerum gerendarum difficultatem, [h] & naturale uitium eſt, negligi quod communiter poſſidetur, [i] atque ſe nihil habere, qui totum non habet, arbitretur: denique, ſuam quoque partem quis corrumpi patitur, dum inuidet alienæ. [k] Exemplo ſint illi quantumuis probi uiri, Abraham, & Loth, qui diu in communione uiuere nequierunt ſine iurgijs, [l] neque Iacob cum ſocero Labano. [m] Tertiò, & habemus authorem ſapiẽtiſſimum diuiſionis, Deum, qui piſcibus, aquam: auibus, aerem: alijs terram, pro diuerſa diuiſit natura: diuiſit & gentes, [n] & ſeparauit filios hominum, [o] diſtribuique uoluit terram ſubactam a filijs Iſrael. [p] Atque quarto loco, & ius gentium docuit diuidere. [q] Proinde ſingulorum res fieri oportuit, hoc eſt, ex illa rerũ communione, in mancipium & ius uenire proprium cuiuſque: iſtæque res ſint priuatæ, quæ in alicuius iure & bonis ſunt, [r] uel liberæ, uel ſeruientes, uel communes inter priuatos, uel confuſæ.

FINIS PRIMI LIBRI.

a Vide latè Gellium, li. 4. noct. Atticar. c. 9.
b l. Sanctũ eſt, l. 8. de rer. diui. §. Sanctæ, eod. apud Iuſt.
c l. ſi de rer di.
d l. ſi quis legatum, l. 17. de legat. lib. 1 P. ti. 7.
e §. nullus, de rer. diu. Paul. l. 1. eod. tit. in P. c. ſemel, c. 2. 5 t. de reg. iur. in 6.
l. inter ſtipulantem, § ſacram, de verb. oblig. can. ligna, ca. veſtimenta, de conſecr. diſt. 1.
f l. 2 §. priore, de relig. & ſum ptib. fun. l. 1. de mort. infe. in P.
g Varro, lib. 5. de ling. Lat.
h Macrob. li. 3. Saturnal. c. 3.
i Iuſtin. in § eſt ſequens, de ſuſpec. tut. lib. 1. in ſti. tit. 26 §. 1. de pub iudic. Vlp. l. 1. §. cõſequẽs, de ſuſp tut. lib. 26. P. tit. 10.
k Vlp. in l. 2. §. publici loci, ne quid in loc. publ. li. 43. P. ti. 8.
l l. acceptã, C. de uſur. lib. 4. ti tu. 32.
m Vlpia. in l. 1. quod cuius uniuerſit. nomi. li. 3. P. tit. 4.
n d. l. 1. § quibus permiſſum quod cuiuſ. uniuer. no.
o Vlp. in l. bona ciuitatis, l. 15. et l. eum qui veſtig. de uerb. ſig. §. n. de iuſt. & iur. l. 1. §. huius ſtudij, eo. in P.
p gl. in l. in principijs, in verb. fiſcalis, de unimer. & act. lib. 11 C. tit. 30.
q §. res fiſci, de vſucap.
s l. 2. § ne quid in lo. pub. in P.
t l. Locus, de euict. in P. l. ita verberat. §. fi. de rei vend. P.
t l. flumina, de rerum diuiſ.
u Mart. in l. in tantum, §. uniuerſitatis, de rerum diuiſ.

x l. ſicut. § 1 quod cuiuſque vniuerſit.
y Vlpian. in l. item ueniunt, l. 20 §. final. de petit. hæred. lib. 5. P. tit. 3.
z Iabol. in l. eſt quæ ædes, l. 23. de vſucap. libr. 41 P. tit. 3.
a Paul in l. 1. §. cum ſicut, uerſi cu. 1. pro empt. in P. lib. 41 ti. 3.
b l. 2 de rerum diuiſ. in P. uniſſus. eo. ap. Iuſt.
c Martian. in l. 2 & 4. & Plor. in l. 3 de rer. diuiſio. §. 1. 2 3. 4. eod. tit. ap. Iuſtinian.
d l. 1. de rerum diui. l. eius qui, de reb. credit. in P.
e cap. 1 & can. ius naturale, 1. diſtin. can. quo iure. 8. diſtinct. Anacarſ. epiſt. vlt. ad Cræſum.
f Cice. 1 offi.
g Caius, l. naturalem autem l. 5. de acqui. rer. domi. libr. 4. P. tit. 1 § feræ, & §. naturalem, de rer. diui. ap. Iuſtin.
h Papin. in l. cum pater, l. 79 § dulciſſimis, de leg. 2.
i Vlpian. in l. qui neque, l. 1. de reb. eor. qui ſub tut. libr. 27. P. tit. 9.
k l. 2. quan. & quibus quart. pars debea. lib. 10. C tit. 14.
l Gene. c. 13.
m Gene. 30.
n Gene. 10.
o Deute. 32.
p Ioſue cap. 9. 18. & 22.
q l. hoc iure, de inſt. & iure. ca. ius gẽtium, 1. diſt. §. ius autem gentium, de rer. diui. ap. Iuſtin. §. ſingulorum, de rer. diuiſio.
r §. 1. de rer. di uiſ. l. eod. ut. in P. l. 1 § huius Audi, de iuſti. & iur.

DE REBVS DIVINI IVRIS.

Liber Secundus.

De ſacroſanctis Eccleſijs. Cap. I.

Extant tituli, de Eccleſ. ædifican. uel reparand. lib. 3. Decretal. tit. 40. Lib. 3. Sexti, tit. 21.
De conſecrat. diſtinct. 1. in Decreto.
De ſacroſanct. eccleſ. lib. 1. C. tit. 5.

1 *Eccleſia generaliter quid ſit. Eccleſia apud Chriſtianos quæ, & quid ſit ibidem.*
Catholica cur dicta, ibidem.
2 *Eccleſia pro particulari quadam congregatione. Item & pro perſonis coordinatis ad miniſteria Eccleſiaſtica. ibid.*
3 *Eccleſia continens pro contento. Templum a tuendo ibidem.*
4 *Templa Græcis κυριακὰ. Item ἱερὸν, & ἀνάκτορα ibidem.*
Item & Baſilica, & quare, delubra, ſacella, &c. ibidem.
5 *Sacra olim in lucis culta.*
6 *Ara quare ſic dicta. Altare quare ſic dictum. Sacrificijs tria loca Ethnicis olim familiaria.*
7 *Adorabant in montibus antiqui, & orabant.*
8 *Tabernaculum primum Moſes Deo conſtruxit, deinde Salomon.*
9 *Sanctuarij Dei olim decem miracula facta. Prodigia quæ olim Iudæis, & templo eorum contigerunt tempore Iuliani Apoſtatæ, ibid. Mulieres quare hodie a partu non arceantur ab Eccleſia, ut olim certis diebus a templo illo Iudaico, ibidem.*
10 *Pontificum, ſeu Epiſcoporum cura, & authoritas requiritur in Eccleſiarum conſtructione.*
Eccleſiis conſtruendis obſeruanda.
11 *Sacra loca antiquis ubi erant ſita.*
12 *Eccleſiis reparandis, uel reſarciendis obſeruandæ diſtinctiones.*
13 *Templorum antiquæ immunitates.*
14 *Miſſas nullibi celebrandas, quàm in altari ſeu loco conſecrato.*
15 *Altare duplicis ſpeciei.*
16 *Eccleſiæ dedicatio per Epiſcopum.*
17 *Dedicatio quid ſit, Hebræis* חנכה *: Græcis* ἐγκαίνια.
18 *Conſtantinus Magnus Eccleſiam portatilem, ubicunque locorum eſſet, circumferebat.*
Eccleſia portatilis quid.

1 Eccleſia nomen generale eſt, pertinens ad omnem congregationem & cœtum, Græcis ἐκκλησία, cœtus conuocatus: interdum pro loco, ubi concio & uocatio cœtus fit. Proinde monemus hic agendum, non de omni eccleſia, ſed tantum de ſacroſancta. Accipitur autem apud Chriſtianos eccleſia, primum generaliter pro fidelium, ſeu credentium omnium cœtu ubique exiſtentium.[a] Et tunc dicitur, ἐκκλησία καθολικὴ, Eccleſia uniuerſalis, quæ una eſt, & apoſtolica, ut habetur in ſymbolo fidei Nicenæ Synodi, & in Symbolo Apoſtolorum, πιστεύω εἰς πνεῦμα ἅγιον, ἁγίαν ἐκκλησίαν καθολικήν. Credo in Spiritum Sanctum, Sanctam Eccleſiam Catholicam. Dominus noſter Ieſus Chriſtus caput huius eccleſiæ.[b] Vicarius eius in terris, unus ſummus pontifex, qui Romæ ſedet, ubi Diuus Petrus ſedem elegit,[c] & pro fide Chriſti occiſus eſt:[d] ad quem Dominus dixerat: *Tu es Petrus ſeu Cephas, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.*[e] Illa una & omnium populorum, ſecundum quod prędictum erat, *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.*[f] Et rurſum, de regno filij Dei, *Et dominabitur de mari uſq; ad mare, & a flumine uſq; ad extremos terminos terræ.*[g] *Eccleſia*, inquit Athanaſius,[h] *quidē dicitur, quòd in ea uocantur omnes: Catholica verò propterea, quòd per totum mundum diffuſa ſit.* Eccleſia Romana caput aliarum eccleſiarum,[i] quæ in partem ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis uocatæ ſunt:[k] unius enim eccleſiæ, unus debet eſſe tantum epiſcopus.[l] Et ideo qui ab ipſius unitate decidunt, amplius in fide non uiuunt,
2 & ſicuti exciſi a radice, ſine uita ſunt.[m] Sumitur & eccleſia pro particulari quadam congregatione, ut, *Eccleſia quæ eſt Corinthi:*[n] &, *In eccleſiis benedicite Deo Domino.*[o] Et rurſum eccleſia pro perſonis coordinatis ad miniſteria eccleſiaſtica, ut dicitur, *Non ingredietur manzer*, hoc eſt, de ſcorto natus, *in eccleſiam domini uſque ad decimam generationem*,[p] id eſt, non promouebitur ad miniſterij ordinem.[q] Et rurſum, *Non ingredietur Ammonites et Moabites in eccleſiam Dei, uſque in æternum.*[r] Et apud Diuum Matthæum, *Si non audierit, dic eccleſiæ.*[s] Ita eccleſia, & pro prælato eccleſiæ,[t] & pro maiori parte capitu-
3 li.[u] Secundò accipitur eccleſia, pro loco ubi congregatio fit, continens pro contento, ut apud Diuum Paulum.[x] *Nunquid non domus habetis ad manducandum & bibendum, aut eccleſiam Dei contemnitis? & confunditis eos qui non habent?* nempe pro ædificio ſeu templo:[y] item & pro reditibus ipſius loci.[z] Templum dicunt eccleſiam quoque & a tuendo primum templum dictum, quocirca cœlum qua tuemur dictum templum natura: ab auſpicijs in terra: a ſimilitudi-
4 ne, ſub terra, authore Varrone.[a] Vocabantur & Græcis templa κυριακὰ, ut conſtat ex edicto Maximiani, quo iubebatur, ut prędia & res Chriſtianorum eccleſijs reſtituerentur:[b] q. d. domos domini, id eſt, Dei. Sic n. & alicubi ſcriptum legimus[c] dicentem Deum, *Domus mea, domus orationis uocabitur.* Et quia ea diuerſoria etiā deorū putabant antiqui: tēpla dixerunt ἱερὰ, ναοὺς, & pluribus aliis noībus, σηκοὺς, τεμένη. Hinc & nos tēplū Dei.[d] Vnde & baſilicæ quoq; i. principis domus,[e] regię domus uocabātur, & magnifica ędificia. Iuſſit & Plato tēpla domib. regalib. cōiūgi.[f] Sicut & Octauian' Cæſar anno ab V. C. 726. in palatio tēplū Apollinis dedicauit, ac bibliothe-

a Can. eccleſia, de conſecr. diſtin. 1. can. legimus, 93. diſtin. cano. circa me. can. multæ, 2. quæſt. 1. can. loquitur, 24. q. 1. Cyrillus Hieroſolymit. epiſc. catech. 18. illuminatorum.

b ad Ephe. 5. cap. un. de ſat. uctio. c. Engeltrudam, 3. q. 4.
c Opta. Mileuit. 2. in 2. Igna. epiſt. ad Rom. Irenæus. lib. 3. aduerſ. hæreſ. Tertul. de præſcr. hæret. Oroſius, lib. 12. c. 4.
d Egeſippus, libro 3. c. 2. Euſe. lib. 3. hiſtor. eccleſ. cap. 1.
e Matthæi. 16. cano. in nouo, & can. quamuis, 21. diſt. cano. 5. & cano. ſacroſancta. 22. diſt. cano. ſidelior. 10 diſt. can. loquitur, 24. q. 1.
i non reddentes. de ſum tri. C. § 1. de eccle. titu. de ſolla. 9. De primatu eccle. Rom. ſuas Ioā Cochlaeus, libr. 2. de Petro & Roma.
f Pſal. 2.
g Pſal. 69.
h Athanaſi de diuerſ. quæſtio. quæſt. 74.
i cap. 1. 12. diſt. can. dudum, 2. quæſt. 6.
k ca. multum, 3. q. 6. cano. qui ſe, 2 q. 6. cap. ad honorem, de author. & uſu pallij.
l ca. in ſpibus, 7. q. 1. D. Hieronym. ad Ruſti. Cypria. epiſt. 3. lib. 1. D. Auguſt. epi. 162 & 172. can. Donatiſtæ, in ea aliene, can. quicunque & can. quid ex ſolo, 24. quæſt. 1. ca. ipſa pietas, 23. q. 4.
n 1. ad Corint. cap. 1.
o Pſal. 67. & eccleſ. c. 24.
p Deuter. 23.
q 2. 1. & ibi gl. de fil. presby.
r Nehem. 13.
s d. Matt. c. 18.
t can. ſcire debes. 7. quæſt. 1.
u can. Apoſtolica. 63. diſt.
x D. Paul. 1. ad Corint. 11.
y can. de Fabrica eccleſiæ, ca. in eccleſijs, de conſec. diſt. 1.
z cap. querelam, ubi gl. ne prælati uic. ſuas.
a Varro, lib. 6. de ling. Lat.
b Niceph. Calli. libr. 7. hiſtor. cap. 18.
c D. Matt. c. 21. D. Ioan. c. 2.
d 1. ad Cori. 3.
e cano. omnes baſilicæ, 16. q. 7. can. omnes baſilicæ, de conſecra. diſt. 1.
f Plato, libr. 6. de legibus.

bliothecas perfecit.[a] Dicta & templa delubra,
ſacella, bidentalia,[b] item & tabernacula.[c] Quã
do autem cultus diuinus fuit publicus, fuerunt
& vna loca quædam deſtinata cultui, & ſacrifi
5 cia & miniſtri horum. Aliquando & in lucis ſa
cra exculta: ſicut & meminit Virgilius.[d]
Templum Auguſtum ingens, centum ſublime co-
lumnis.
Horrendum ſyluis ac relligione parentum.
Hinc ſceptra accipere, & primos attollere faſces
Regibus omen erat: hoc illis curia templum.
Et iterum lates aiunt apud eundem.[e]
Nulli certa domus, lucis habitamus opacis.
Nec alibi quàm in nemoribus colebant numẽ
antiqui Germani.[f] Et ferè eius moris erant om
nes idololatræ, ut propè infinita loca ſint Sa-
cræ ſcripturæ, in quibus Deus populo ſuo lu-
cos plantare prohibet, & plantatos demoliri
iubet.[g] Fuerunt ſola altaria ante templa, quia
& antè, & ex omni tempore ab initio ſeculi fue
runt ſacrificia Deo oblata, ut conſtat ex ſacrifi-
6 cijs Abelis & Caini,[h] & Noachi, qui & altare
domino fecit, liberatus à diluuio. Erant inibi
aræ, & altaria, loca quædam elatiora, vbi ſacri-
ficabatur, vnde ara, quod area pura ſit,[i] uel ubi
uictima ardebat, uel ab imprecationibus, quas
Græci ἐσχάρας dicunt,[k] ut altare quod altior locus
ſit. Tria loca enim erant in ſacrificando Ethni
cis familiaria, per quæ expiationem facerent:
ſcrobiculo facto, inferis: aris, terreſtribus: cœle-
ſtibus, extructis focis.[l] Idẽ Porphyrius tradit
philoſophus, & aras cœleſtibus, & terreſtribus
& heroibus focos antiquos ſtatuiſſe: et ſubterra
neis foſſas, ſcrobesve, & quæ à Græcis dicuntur
7 μέγαρα: mundo & nymphis, cæteriſque huiuſ-
modi antra dicaſſe. Adorabant & in mõtibus[m]
& agris antiqui ſub dio, antequam templa eſ-
ſent & loca eam ob cauſam certa. Orabat &
ſæpè in monte oliuarum Dominus noſter Ie-
ſus Chriſtus, ut turbam hominum vitaret.[n]
Et exibat Iſaac in agrum, ut meditaretur, id eſt
vt oraret.[o] Apud Perſas neque templa, neque
ſtatuas, neque aras extruere conſuetudo erat:
quinimmo hoc facientibus infamiæ tribuere.
Quòd non, quemadmodum Græci, ſentirent
Deos ex hominibus eſſe ortos; in moremque
habebant, editiſſimis quibuſque conſcenſis
montibus, ſuis Deis immolare, ut author Hero
dotus.[p] Quis primum ædificauerit templum
apud Ethnicos idololatras, non ſatis conſtat,
nec etiam de eo anxij eſſe debemus: imò potius
eſt eius rei memoria & authorũ, & templorũ,
& ſimulachrorũ, obliuione ſuffocãda. Verùm
puto prius Deo templum dicatum, & ædes e-
ius ſacrificijs deſtinatas, quia rex Salem & pa-
nes offerebat domino,[q] & ante eum inuocauit
publicè Enos nomen domini.[r] At in populo
Dei poſteà tabernaculum à Moſe Deo conſtru
ctum, quod etiam templum & domus Dei di-
ctum eſt,[s] vt in libris Samuelis ſcriptum. *In-*
greſſus eſt Elcana & Anna in domum Dei in Silo,
8 *& puer Samuel erat cum ipſis.* Tunc tamen
templum & domus Dei non erant: nam Salo-
mon ędificauit poſteà.[t] Tabernaculum autem
quod fixit Moſes, erat in Silo.[u] Rurſum au-
tem & ſcriptum. *Quod Samuel dormiebat in tem-*
plo Dei.[x] De diſpoſitione & triplici ſectione
tabernaculi pulchrè uidebis apud D. Paulũ,[y]
& in Exodo.[z] Hoc Moſes conſecrauit adhibi-
tis ceremonijs.[a] Conſecratum eſt templum Sa
lomonis ritibus pluribus adhibitis & orationi-
bus, vt dignus fieret locus ille, in quo orantes
à Deo exaudirentur,[b] dignareturque ibi Deus

a Dion Caſſi. lib. 53.
b De quibus Lilius Gregor. Gyraldus, de idolis gentiũ, ſyntag. 17
c can. in nouo, 2. 97. diſt.
d Virg. 7. Aen.
e Virg. 6. Aen.
f Corne. Tac. lib. de morib. Germano.
g Exodi. 34. Deute. 7 & 12. 16. & 3. Reg. 14. 15. & 2. Paral. 14. & 17. Iudith. 3. Eſaiæ, 57. Michææ 5.
h Gene. 4.
i Gene. 8. Beroſ. in 3.
k Varro, de ling. Lat.
l Lact. Grammat. lib. 7. Thebaide.
m ut Geneſ. c. 22.
n Dñ. Matt. 26. Mar. 14. Luc. 22. Ioan. Euang. 18.
o Gene. c. 24.
p Herod. in 1.
q Gene. c. 14
r Geneſ. 4. in fi ne.
s vt 1. Reg. c. 1.
t 3. Reg. 5.
u Exodi 26.
x 1. Reg. 3.
y ad Hebr. c. 9.
z Exod. ca. 26. & 40.
a ca. 1. de conſecrat. diſt. 1.
b 3. Reg. c. 8.

inhabitare: nempè in loco, in quo eius me-
moria, cultusve eius eſſet: ideo & conſecraba-
tur, ut propria Dei domus ab ipſo ſanctifican-
9 da, & ad ſanctificationem aliorum. Et ideo Ra
bini in ſanctuario, Dei olim decem miracula
facta fuiſſe annotant.[c] 1. *Quòd nunquam aborti-*
uit mulier ab odore carnis, quæ in ſanctuario immo
labatur. 2. *Quòd non conſpecta ſit muſca in domo*
mactationis. 3. *Quòd non accidit caſus nocturnus, ſi*
ue pollutio ſacerdoti magno, in die expiationis. 4.
Non extinxerunt pluuiæ ignem, qui erat in ſtrue li-
gnorum 5. *Non uicit ventus columnam fumi.* 6.
Non repertum eſt vllum uitium in Gomer. 7. *Nec*
in duobus panibus, & in panibus facierum. 8. *In eo*
ſtabãt coarctati, & adorabant dilatati. 9. *Non læſit*
vnquam aliquem ſerpens & ſcorpio in Hieruſalem.
10. *Nec dixit vnquam ſocio ſuo homo, anguſtior*
eſt mihi locus, quàm ut poſſim pernoctare Hieroſo-
lymis. Sunt & qui proferunt ex libris Cabaliſti
cis, leonis imaginem in flamma ignis ſacrificia
abſumentis, conſpectam fuiſſe. Sublato tamen
ſacerdotio antiquo, omnino tẽpli Iudaici me-
moria extincta eſt: & cum fuerit ante aduentũ
domini dirutum & reędificatũ, tamen lege ad-
ueniente euangelij, reſtitui non potuit, vaſta-
tum funditus à Tito & Veſpaſiano. Imò cum
Iulianus à fide alienus Cæſar in contumeliam
Chriſtianorum iuſſiſſet, & permiſiſſet Iudæis
templum Moſis conſtruere, idque illi diligẽter
exequerentur, terræmotu facto, iam facta fun-
damenta omnino deiecta & euulſa ſunt pluri-
bus oppreſſis. Rurſumq; pertinaciter opus alijs
perſequentibus, ignis è cœlo, & ex fundamen-
tis ſimul emiſſus inſtrumenta & ædificata exuſ
ſit, atque inuenta ſunt omnium Iudæorum ve
ſtimenta cruce ſignata, quæ nullo modo elui
potuerunt: aliaque prodigia contigerunt, quæ
narrãt Nicephorus, & D. Chryſoſtom⁹, & alij.[d]
Poſt aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti, in-
ter Chriſtianos fide propagata, cęperunt quo-
que Deo domino vero Ieſu Chriſto exædifica
ri ſacella, atque ſplendida ædificia, ſimulque tẽ
pla, quæ antè idolorum erant, Deo fuere cõſe-
crata, adhibitis ritibus ſacris in ſanctificationẽ
de qua pauca alibi diximus, in beneficijs & de
beneficiorum erectione. Maioris autem digni-
tatis eccleſiæ noſtræ ſunt templo Iudæorum,
non ſecus ac umbræ præſtat ueritas: Nam &
nos verum inibi Domini noſtri Ieſu Chriſti
corpus, in altaris myſterio habemus, cuius ad-
uentum figuræ Moſaicæ tantum præuuncia-
bant. Et apud nos ob ipſam veritatem, eccleſiæ
ſunt à legalibus illis liberæ, adueniente propi-
tiatione vera & efficaci: ideò & mulieres hodiè
poſt partum non arcentur ab eccleſia, vt olim
certis diebus ab ingreſſu templi:[e] quamquam
ſi uenerationis cauſa, certis diebus ab illo ſe ab
ſtineant, non improbetur.[f] Diximus & in titu-
lo de ſacrilegijs, ſacra olim per iuſſum plebis
lege Papyria,[g] de ſacrandis agris & per impe-
10 ratores & conſules & pontifices dedicari:[h] nũc
autem ſolum per pontifices proprios Chriſtia-
nos:[i] ſine quorum conſenſu, nec licet ſacras æ-
des conſtruere,[k] nec niſi eorum permiſſione à
presbytero ad id munus delegato:[l] putaremq;
& hunc epiſcopum eſſe debere.[m] Siquidem epi
ſcopus ciuitatis ſeu loci, antè debet ad locum
accedere, in loco crucem figere, publicè atriũ
deſignare. Prius autem qui ædificare deſiderat,
ſtatuere & definire prouentus, quæ ad lumi-
naria, & ad cuſtodiam, cuſtodumque ſtipen-
dia ſufficiant. Subinde & poſt ædificationem,
epiſcopum oportet locum ipſum conſecrare,

c I. qui pirkabot. capitulis patrum, cap. 5. & ibi Paul. Fagius.
d Niceph. Caliſt. lib. 10. hiſt. eccleſi. c. 32. & 33. D. Chriſoſt. homil. 4. in 1. c. Matth. tom 2. Theodo lib 6. Hiſto. c. 43. qui ait, id contigiſſe anno domini 363.
e can 1. de purific. poſt part. lib. 3. Decreta. item 47. Leuiti. 12 can. mulier. can. ad eius, de conſecr. diſt. 5.
f ca. quotidie, de conſecratio. diſt. 2.
g Cicero, pro domo ſua ad pontifices.
h l. 2. ne quid in loc. ſacr. in p. l. in ſanctum, 16 §. ſacræ, de rer. diuiſ.
i §. ſacræ, de rer. diuiſ. can. placuit, 9. q. 2.
k can. quicunque, 16 q. 7. ca. Iulior, 9. q. 1. cano. quidam, 12. q. 2. can. nemo, de cõſecr. diſt. 1. c. aqua, de conſecra. ec cleſ. uel alta.
l glo. in d. can. nemo. ca. preſbyteri, & can. fin. 26 q. 6 cap. miniſteriũ, de offic. archiepi. ca. nullus preſbytero, de conſecr. diſt. 4.
m in ſumma capit. aquam, de conſecrat. eccl. uel altaris.

aqua luſtrali ſeu benedicta aſpergere,[a] oratio-
nes dicere.[b] Proſpiciat hæc epiſcopi cura & au-
thoritas in eccleſiarum conſtructione: inſuper,
vt qui ædificare ſeu fundare decreuit, pietatis
intuitu ædificet, non quæſtus cupiditate, putà
ne paciſcatur, vt ex eo quod ædificauit de ſuo
vel in ſuo, quæſtum cum clericis diuidat:[c] ubi-
que, vel ſine diſcretione, aut per ſomnia cuiuſ-
quo ædificare permittat, aut ſine reliquijs ali-
cuius martyris.[d] Nec omnibus paſſim temerè-
ve templum ædificare de nouo licet, prætextu
religionis: ſed tantùm, ſi fructus ſufficientes ſint
vnius eccleſiæ ad duas eccleſias, & parrochia
latiores habeat fines, quàm hyberno tempore
poſſint accolæ in vnam conuenire.[e] Si tempo-
ris qualitas exigat,[f] vel incrementum ſit nota-
bile populi,[g] ſi in præiudicium alterius non
11 fiat,[h] & loco fiat congruo.[i] Locum congruum
explicat Agennus[k] Vrbicus, *Loca*, inquit, *ſacra
quæ ædificabantur apud antiquos, quæ maximè
in confinio conſtituebantur vbi trinum vel quatuor
poſſeſſionum terminatia conueniret. Et vnuſquiſ-
que poſſeſſor donabat certum modum illi ſacro ex
agro ſuo: & quantum donaſſet ſcripto faciebat, vt
per diem ſolemnitatis, prouectorum eorum agri mul-
tam moleſtiam inculcantes populi ſuſtinerent.* Ad-
de & exigi vt loco ſacro populus indigeat.[l] Sic
nec Iudæis Synagogas ædificare vel templa
permiſſum, etſi vbi recepti, antiquas fulcire
liceret.[m] Placuit nihilominus rectè templa &
ſacrificia paganorum, omnino interdici pœna
capitali,[n] & hæreticis omnia etiam loca con-
ueniendi cauſa.[o] Dehinc epiſcopus proſpicit,
vt dotatio ſufficiat pro cultu diuino in ea eccle-
ſia fouendo, & pro miniſterio & miniſtranti-
bus, & pro oneribus ſoluendis epiſcopalibus:[p]
Ad hoc enim tenentur fundatores.[q] Alio-
quin hæres fundatoris tenetur congruè dota-
re,[r] vel epiſcopus ipſe, ſi ſine dotatione permiſit
ædificari, exemplo ordinatorum ſine titulo,
quos tenetur vel alere, vel eis de beneficio pro-
uidere.[s] Pertinet & ad curam epiſcopalē per-
ſpicere, ut iam rectè ædificata templa in ſuo
ſplendore conſeruentur, neve collabantur, &
12 uidere ſi qua reparatione indigeant. Quòd &
rectorum prouinciarum munus erat.[t] Porrò
in eccleſia reparanda uel reſarcienda diſtin-
guendum eſt, interdum enim eccleſiæ habent
quandam portionem ædificationis cauſe deſti-
natam, & tunc illa pars procuidubio huic one-
ri ſeruire debet. Olim epiſcopus tertiam partē
ſingulorum beneficiorum accipiebat, ut ſarta
tecta conſeruaret ædificia: quod ſi ei parti ceſ-
ſiſſet is qui eam accipiebat, onus ſubibat.[u] Erat
autem pars illa tertia præter aliam, quæ epiſco-
po debebatur iure epiſcopi:[x] Quatuor quippe
partes iure antiquo fiebant de reditibus, & ob-
lationibus eccleſiarum: una clericis dabatur
miniſterio obeuntibus ſacra: alia pauperibus:
tertia, fabricæ: quarta, epiſcopali iuri.[y] Quod ſi
hæc tertia pars fabricæ deſtinata non ſufficiat
reparationi, æquum eſt qui fructus percipiunt
contribuere pro rata & parte, quā percipiunt:[a]
uidelicet ex ſententia prælati ſeu epiſcopi pro-
prij, cui ſtandum eſt.[a] Quemadmodum & uſu-
fructuarius ad ſarta tecta tenetur rerum qui-
bus fruitur.[b] Si tamen aliqua ſit alia conſue-
do parœchorum, quæ de ſuo id facient, erit ob-
ſeruanda.[c] Quod & tradit Hoſti.[d] Intereſt e-
nim illorum, ædes reſtitui ubi conuenire poſ-
ſint, & ſacroſanctæ myſteria Dei accipere, &
audire: imò maximè ad id tunc cogendi ſunt,
cum decimæ exiguæ ſunt, uel malè ſolutæ. Sa-
tiſque impendit de ſuo, cum laborem ſuū con-
tribuit eccleſiaſtica præpoſita perſona: quia
ſuis ſtipendijs nemo teneatur militare. Et di-
gnus ſaltem elimentis ſit,[e] qui ſpiritualia &
diuina cum periculo ſuæ ſalutis, ſi malè ſe ge-
13 rat, diſpenſet. Templorum immunitates plu-
res fuerūt, partim communes cum rebus alijs
eccleſiaſticis, de quibus infra: partim propriæ,
ueluti ne in eccleſijs fient tumultus, conuenti-
cula, & quæ turbare poſſunt diuinum officiū,[f]
iudicia ne exerceantur:[g] quamuis antiquis re-
ligioni eſſet, non auſpicari conſilia, nec habe-
ri Senatum, niſi in inaugurato loco, in fano
ſeu luco.[h] Vnde ne id in templo Veſtæ fieret, il-
lud non erat conſecratum. Nemo olim quoq;
ſepeliebatur in eccleſia martyrum,[i] exceptis
in cano. nullus.[k] Eratque ius aſyli[l] in eccle-
ſia, ut alibi etiam latius ducui.[m] Singulare il-
lud autem, eccleſiam non conſecratam, in quà
tamen diuina peragūtur officia, iiſdem immu-
nitatibus potiri:[n] habetur quippe ratio cultus
diuini, qui ibi Deo exhibetur, non murorum,
aut parietum. Quamobrem & quia in eccleſijs
ſacrificia, & dona offeruntur Deo, & preces: ibi
altaria etiam ſunt, in quibus & oblatio facta
14 eſt ab antiquis patribus.[o] Et proinde ſacrifi-
cabatur altare & conſecrabatur,[p] ut nūc quo-
que in eccleſijs conſecratur.[q] Nec licet miſſas
celebrare, præterquam in altari, ſeu loco conſe-
crato, niſi maxima cogat neceſſitas:[r] & nūc no-
bis & ſacrificium & altare, ut ait Diuus Pau-
15 lus.[s] At duplicis generis altare eſt, mobile, &
fixum:[t] mobile dicitur portatile, quod tranſ-
ferri poteſt à loco in locum, lapis, inquam, qui-
dam, continens in ſe foramen cum conſecra-
tione, & ſigno ſuperpoſito: fixum autem & ſta-
bile eſt, quod non mouetur loco. Illud profa-
num fit amoto ſigillo conſecrationis:[u] hoc au-
tem, cadentibus lapidibus, uel horum aliquo,
contiguo conſecrationis loco: uel ſi motum eſt
ſigillum, uel ſi tota menſa amoueatur, licet ibi
foramen conſecrationis non ſit: quia dum alta-
re eſt firmum, totum, non ſola tabula, uel alia
pars, conſecratur, ut notat Panormitan.[x] Ideo
ſi tabula, cui pontificalis benedictio adhibe-
tur, enormiter fracta uel emota ſit, debet ite-
rum conſecrari, ut poſſit ibi offerri.[y] Et ſacri
Chriſmatis unctio & benedictio adhiberi,[z]
16 martyrumque ſacra lypſana.[a] Aedificatis &
dotatis eccleſijs, earum fit dedicatio Deo ſimul
per proprios loci epiſcopos.[b] Neque intereſt
quo die, dominico aut alio fiat.[c] At facta dedi-
catione eximitur in perpetuum ab omni uſu
humanorum & profanorum negotiorum lo-
17 cus, & ædificio cohærentia.[d] Erat propriè dedi-
catio, initiatio eccleſiæ, id eſt, eccleſiæ opere
conſummato, primum ei uſui cui deſtinata e-
rat, accommodatio: uocant Hebræi חנכה cho-
nucha,[e] quæ Græcis ἐγκαίνια encænia, ſicut &
feſtum dedicationis templi uel altaris,[f] quod
fit ſingulis annis, anniuerſaria memoria.[g]
Mos enim antiquorum patrum fuit in his de-
dicationibus, tempore dedicationis feſtum
agere aliquot diebus,[h] & deinceps ſingu-
lis annis ſemel, in gratiarum actionem.[i]
In altari portatili, non eſt dedicatio feſti-
ua: quia ubique deferri poteſt, & ubicunque
ponitur

a hæc omnia, iudex nemo, de conſecr. di. 4. 1. §. illud, de monac. in aut.
b §. ſi quis autem uoluerit, de eccleſ. titu. collat. 9.
c ca. ſi quis baſilicā, de cōſec. diſt. 1. ca. clementhenus. 18. quæ. 2. can. hanc cōſuetudinem, & can. quia ſacerdotis, 10. quæſt. 1. can eccleſiæ, quæ pactione, 1. q. 4.
d can. placuit, & can. de fabricis. de conſecr. diſt. 1.
e c. ad audientiam, de eccleſ. ædific.
f can & tempo ris qualitas. 16. quæſt 1.
g can felix, & ca. multis, ca. præcipimus, 16. q 1.
h ca. eccleſia, c. quæcunque, 16. quæ. 1. c. 1. de oper. non. nūc. ca. 1. de eccleſ. ædific.
i ca. eccleſias, de cōſec. diſt 1.
k Agennus Vrbicus, in cōm. ad Iul. Frontinum, de contro uer. agro.
l ca. ſi de eccle ſiaſt. ædific ca. præcipimus, 16. quæ 1 can. eccleſias 16 q 7.
m l. ſi. C. de Iudæis. lib. 1 C titu. 19. ca 3. eod. titu. lib. 5. decre. tit. 6. l. quoniam nuper, de Iudæis, lib. 16. C. Theo. tit 4.
n l. 1. 2. 7. de paga. lib. 1. C tit. 14. l 4. eod. libr. 16. C. Theo. titu. 6.
o l pen. C de hæreti. l. 1. de ſummo trinit. & ſid. catho. C. l. conuenticula, de epiſ & cler. C. l. 4. de his, qui ad eccleſ. confuge §. 1. de interd. colleg. hæret. in auth. collo 9.
p c piæ mētis, 16. q. 7. in auth. ut determin. ſit numerus cler. § 2. ut nullus fabr. oratio. dom.
q ca. ſi plures, & ca. piæ mentis, 16. q 7. arg. l. qui liberos, de rit. nupt. in 7. tertio ea. eū ſunt, de conſec. eccleſ.
r § ſi quis ædificationem. § ſi autem, de eccle ſiaſt. tit.
s c. epiſcopus, de præbend.
t l. ſi in aliqua l. 7. de offi procunſ. lib. 1 C. titu. 16.
u can. priſcis, cano vnio, 10. quæſtio. 3. can. decreuimus, in quæſt 1.
x glo. in d. ca. priſcis, & vnio.
y cann quatuor, & cano de redditibus, 12 quæſtio. 2. cum ſimilibus ibi noto.
a capu. 1. & c. de his quibus, de eccleſiaſtic. ædific. cano ſi monachus, 16. quæſtio 1.
a can ſic. de his quæ ſiunt à prælat. ſine conſen. Capi.
b l. vſufructu legato, & l. hactenus, de vſufructu. in § & l. cum ad quem. C. de vſufructu.

c can. quicunque. & ca. hoc dicimus, 10. q. 1. argu. cap. ad apoſtolicā, de ſymon. §. pro conſuetudinibus, de ſeudis. epiſco. & §. ad hoc ſcimus, de eccle. titu. coll. 9. l. priuilegia, & l. ad inſtructiones, C. de ſacroſ. eccleſ.
d Hoſtienſ. in ſumma, tit. de eccl. ædific. in princ.
e c. cum ſecundum apoſtolū, de præb.
f c 2. & § 1. de imm. eccleſ. in 6. l. conuenticulum, de epiſco. & cler.
g d. c. 2. § 1. de immun. eccleſ. in 6. cap. 1. eod. ap. Grego. c. de cauſis ſanguinis eod.
h Seruius ſæpe, in 1. Aeneid. Virgil.
i l. 2. C. de ſacroſan. eccleſ.
k 13 q. 2.
l c. 6 & 10 de immun. eccleſ. titu. de ijs qui ad eccleſ. confug. C. eſt titu. de ſacrileg.
m In criminal. ſacrileg. & de aſylo 5.
n c. eccleſia, c. 8. de immun. eccleſ.
o Geneſ. 8. 12. Exod. 17. & multis, & ſeqq. in c 20. & 28 & Leuit. 6. Ioſue 8. 3. Regum. 9. & 1. Macha. 4.
p dd. cap.
q tit de conſe. eccl. uel alta.
r cā. ſicut non alij, & ca miſſarum. de conſecr. diſt 1.
s D. Paulus ad Hebræ 13
t glo. in c. 3 de conſecr. eccleſ.
u d. c 1. de conſecr. eccl.
x Pano in c. 1. de conſe. eccle. vel alta. glo. in can. ſi motum, in uerbo altare, de conſecr. diſt. 1.
y ca. quod in dubijs, & c. ligneis, de conſ. ecc. 2. Mach. 4.
z c. altario, 2. de conſ. diſt. 1.
a ca. placuit, eod.
b c. 1. de relig. domibus.
c c 2. de conſe. eccleſ.
d ca. ſemel, de regul. iur in 6. can. qui ſemel. 1 q. 1.
e Numer. 7. & Nehem. c. 12.
f ut D. Ioan. cap. 10.
g ca. ſolemnitates, in c. & 2. de conſecra. diſtinct. 1.
h 1 3 Reg. 8 1. Eſdra. 12. 1 Mach. 4 ca. 1. de conſec diſt. 1.
i D. in Euang. ca. 4. 10.

ponitur, poteſt ibi conſtituere eccleſiam portatilem. 18 Quemadmodum legimus,[a] Conſtantinum Magnum curaſſe ſibi fieri eccleſiam portatilem, quæ ubicunque locorum eſſet, & maximè in bello, circumferri poſſet: ne in ſolitudine quidem agens, ubi opus eſſet, Deum colere, & diuina myſteria participare deberet, æde ſacra careret: ad quam, uelut ad tabernaculũ, ſemper præſto fuere ſacerdotes & diaconi, ſine intermiſſione miniſteria diuina iuxta ſtatas eccleſiæ ceremonias obeuntes.

a Niceph. Cal. lib. 7 Hiſtor. eccleſi. c. 46 Sozomenus, lib. 1. hiſtor. tripart. c. 9.

De rebus Eccleſiaſticis, & primum de fide catholica. Cap. II.

Lib. 1. Decreta. tit. 1. Lib. 1. Sex. tit. 1.
Lib. 1. Clement. tit. 1. Lib. 1. C. tit. 1.

1 *Religionis cauſa præcipua apud omnes gentes.*
2 *Fides catholica, præcipua res Eccleſiæ, Eccleſiæ columna & firmamentum ueritatis.*
3 *Fides quid ſit.*
4 *Fides duplex, una quæ eſt ex ſcientia: Altera uerò, quæ ex opinione.*
5 *Apoſtata quis dicitur.*
6 *De fide catholica, publicè diſputare prohibitum.*
Fides Chriſti teſtimonium Galeni ibid.
7 *In religione pertractanda, duæ ſunt ſpecies perſonarum.*
Cathecumeni ſacroſanctis Eucharistiæ myſterijs non intererunt.
8 *Diacones, quales eſſe oportet ex D. Paulo.*
9 *Templi tres partes apud Iudæos.*
10 *Templum Cereris non ingrediebantur non initiati.*
11 *Religionis cauſas noluit aperto foro cognoſcere Auguſtus.*

1 Apud Ethnicos, omneſque pariter gentes religionis cauſa præcipua uiſa eſt: uelutì uita noſtra ea conſtante, ut ait Plinius,[b] cum ea ſit fundamentum humanæ ſocietatis.[c] Tantaque cura eius Romanis, ut nullus actus abſque augurio uel pontificum, uel ſine uatum ſententia fieret, decemque ſueſſes filij principum Ethruriæ ſingulis annis mitterentur ad diſcendam rerum ſacrarum peritiam.[d] Fuit & aliorum populorum ſolicitudo circa ſuas ſuperſtitiones diligentiſſima. Verum de his non referam plura, quia falſarum religionum etiam nomenclatura indigna eſt, quæ ore Chriſtiano proferatur. 2 Sed de uera agam religione. Eſt itaque præcipua res in eccleſia, fides catholica, unitas ſcilicet fidei, cum eccleſia quippe ſentiendum eſt catholica, nec ab ea diſcedendum, ne fiant ſciſmata,[e] Cuius cauſa & epiſcopi maioribus ſe ſubmittere debent.[f] Per hanc Baſilius Magnus[g] impugnat Eunomianos. Ad huius interpretationem ſe refert D. Chryſoſto.[h] Hæc columna & firmamentum ueritatis, eccleſia.[i] *Nec crederem*, inquit D. Auguſtinus, *euangelio, niſi ad hoc eccleſiæ authoritas me compelleret.*[k] Fidei acceptiones alibi pertractauimus, 12. ut opus non ſit repetere.[l] Hic autem fides accipitur, pro ijs quæ oportet Chriſtianum credere ad conſequendam æternam ſalutem & uitam, prout continetur in ſymbolo apoſtolico & Niceno, quod habetur in c. canones, 15. diſt. & lib. 1. Hiſto. tripart. cap. 8. 3 Fides itaque eſt, credere quæ ſentit eccleſia apoſtolica & catholica, ut unum Deum in trinitate perſonarum,[m] & reliqua quæ in articulis fidei continentur,[n] & quatuor concilijs generalibus, Niceno, Conſtantinopolitano, Epheſino, Calcedonenſi,[o] *Ea*, inquiunt Honor. & Theodo.[p] *quæ circa catholicam fidem, uel ordinauit antiquitas, uel parentum noſtrorum authoritas religioſa conſtituit, uel ſerenitas noſtra roborauit, nouella ſuperſtitione remota, integra & inuiolata cuſtodiri præcipimus.* 4 Fides, inquit Clemens Alexandrinus,[q] *eſt duplex: una quidem, quæ eſt ex ſcientia: altera uerò, quæ ex opinione.* Prima ſuppeditatur ex diuinis ſcripturis, quæ ſunt ſacræ literæ, & ex ea quæ à Deo docetur ſapientia. Diſciplina ergo parere præceptis, quod eſt Deo credere: & fides Dei potentia, quæ eſt uis ueritatis: *Si habueritis fidem, tanquã granũ ſinapis, montẽ transferetis.*[r] Et rursũ: *ſecundum fidem fiat tibi.*[s] Et mortuus reſurgit per fidem eius, qui credit, quòd à morte eſſet reſurrecturus.[t] Quæ autem ex opinione fit, demonſtratio eſt & humana, quæ fit ex argumẽtis rethoricis uel etiam dialecticis ſyllogiſmis. Qui ab hac catholica fide in parte recedit, dicitur hæreticus: qui in totum, apoſtata. Sicut qui nõ recedit à fide, ſed ab unitate & concordia prælatorum, & eccleſiæ unius, ſciſmaticus: & qui nunquam recepit, eſt uel paganus, uel Iudæus. De hæreticis, & ſciſmaticis, Paganis, & Iudæis iam conſtituto loco criminum læſæ diuinæ maieſtatis, loquuti ſumus, nec repeto. 5 Apoſtata porrò dicitur, deſertor & proditor fidei, qui omninò a fide catholica, & à Dei ueri religione receſſit.[u] In qua initiatus antea per ſacramentum baptiſmi fuit: quamuis & hæretici apoſtatare a fide, cum ab aliquo articulo abeant, dicantur, & ita apoſtatæ nominantur:[x] quia hæretici extorres ab eccleſia ſunt, *Ex nobis enim*, inquit Diuus Ioannes, *prodierunt, ſed non erant ex nobis.*[y] *Et in uno peccans articulo, factus eſt omnium reus.*[z] Omnis quippe uirtus, ab uno uitio patitur detrimentum.[a] Ita tanquam hæretici; etiam apoſtatæ & deſertores fidei puniuntur, & ſeuerius,[b] exuti omnibus Chriſtianorum priuilegijs:[c] ut etiam duret huius criminis delatio, & accuſatio poſt mortem rei, in quinquennium, & teſtamentum eius qui huiuſmodi eſt, probato crimine, irritum ſit.[d] Publicum hoc crimen, & pœna capitalis in eum, qui aliquem ingenuum aut ſeruum, apoſtatare a fide coegerit.[e] Itaque debet hæc fides catholica firma eſſe, & indubitata: alioquin dubitans, hæreticus cenſetur:[f] 6 Et proinde de ea diſputare, publicè potiſſimum, prohibitum eſt.[g] Et quãuis diſcendi cauſa, inter pios interpretationis eruendæ cauſa, & ad conuincendos errores dubia mouere, haud omninò ſit improbatũ: attamen reuocare in dubiũ quæ authoritate principali maiorum decreta ſunt, ſacrilegium,[h] & temeritatis plenum. Non enim tranſgredi oportet terminos antiquos, quos poſuerunt patres noſtri.[i] Quod intelligitur etiam de fide.[k] Meminit iſtius legis Galenus,[l] teſtis ab omni ſuſpicione alienus, dum ait, *Lex Chriſtianorum & Moſaicorum, non liceat de ea diſputare: eam enim ſine rationibus & demonſtrationibus adipiſcebantur.* Et alibi:[m] *Multò, inquit, præſtaret aliquam apponere, ſi non formam, demonſtrationem ad rationem ſufficientem ſermoni de ocio qualitatibus, ut ne quis initio, ſtatim, quaſi in Moſi & Chriſti ſcholam impingat, leges audiat nulla conſtitutas demonſtratione, idque ubi minimè deceat.* Sicuti nec diſputabant etiam Pythagoræi, de his quæ a Pythagora dicta erant; ſed ſufficiebat illis, αὐτὸς ἔφα, ipſe dixit. *Abſurdum autem fue-*

b Plinius lib. 14 c. 19.
c Cicero, 1. de nat. Deor unde quæ diximus lib. 19 Syntax. art. mira. c. 30. & Lactant. de ira Dei c. 12.
d Valeri. Max. lib. 1 c. 1
e c. 9. ne ſciat, 11. diſt. Cyprianus lib. 4 epi. 8 epiſcopus cum Caliſtus. 12. diſ. can. non decet. & Iulius & Athanaſiũ teſtimit c. nolite errare, 11 diſtinct.
f D Ambro. in c. 4 ad Epheſi. D. Auguſtinus cont. Donatiſt. li. 2. ca. 1. & Leo Magnus ad Athanaſ. epiſco. Theſſal. epiſto. 82. c. 6.
g Baſil. Magn. libr. de Spirit. Sancto.
h D. Chryſoſt. 8. ad Corinth. 15.
i 1. ad Timot. c. 3.
k Auguſti. ad Paulinum.
l diximus lib. 30 Syntax c. 13. vide & Hoſti. in Summa, de ſumma trinit. & fide Cath.
m l. 1. 2. & leg. nos reddentes, de ſumm. trin. c. 1. eod. tit. ap. Grego.
n l. 1. & 2. nos reddentes, de ſummã trin.
o l. 3. & l. nos reddentes, l. 4. 5. ſuſcipimus, de ſum. trin. C. l. quicunque, l. 8. de hæret. C. nouella. 109.
p Honor & Theodoſ. in l. fin. de religio. li. 16. C. Theodoſ. tit. 8
q Clemẽs Alexan. lib. 2. Stromat.
r D. Marc. c. 4.
s D. Lucæ, c. 17.
t D. Matth. c. 17.
u l. 1 & 3 de apoſtat. lib. 1 C. tit. 7.
x l. hi qui ſanctam, C. de apoſtat.
y D. Ioannes, 1 epiſt. c. 2.
z D. Iacob c. 2. c. deſerat. de pœn. diſt. apud Gregor.
a c. doleſſum, de pœn. diſtinct. 5.
b l. ſi C. de apoſtat.
c l. 3 C. eod.
d l. 2. C. eod.
e l. 4. & 5. C. eo.
f c. 1. de hæret.
g l. nemo, 1c. 3. de ſum. trini c. maiores, 24. q. 1 Tertullia. de præſcrip. hæreticor.
h l. 2. de crim. ſacrileg.
i Prouerbior. c. 22.
k cap. transferunt. 24. q. 3.
l Gale. lib. 2. de differ. pulſuũ.
m Galen. aduerſus Archigenem.

a Clemens Alexandr. lib. 2. Stromat.

rit, ut ait Clemens Alexandrinus, [a] *Pythagoræ quidem ſectatores, recuſatis eorum quæ quærebantur demonſtrationibus, illud, ipſe dixit, fidem facere arbitrari, & ad ea quæ audierant confirmanda, hanc uocem ſatis eſſe ducere: eos autem, qui contemplandi tenentur deſiderio, fide digno magiſtro, ſoli ſeruatori Deo fidem non habere: aggredientes eorumque dicuntur probationes ab eo exigere.* Et apud Ciceronem ſic dicit Cotta Lucillo, *Habes, Balbe, quid Cotta, quid pontifex ſentiat, fac nũc ego intelligam quid tu ſentias: à te enim philoſopho rationem religionis accipere debeo.* Maioribus autẽ noſtris, etiam nulla ratione reddita, rationis eſt credere.[b] D. Paulus, *Noli uerbis contendere ad nihil enim utile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium.*[c] Sicut enim Moyſi reſtiterunt Iannes & Mambres: ita hæretici reſiſtunt ueritati: homines corrupti mente, reprobi circa fidem: ſed ultra non proficient.[d] Res fidei ſunt, quæ ingenij & rationis noſtræ uires ſuperant, ut humana ratione nõ poſſint omnino doceri, ut alibi docuimus, ſobriè & cum diuino lumine de illis agendum

b refert Lact. lib. 2. de orig. erro. c. 7.

c 2. ad Tim. 2.

d Exod. 7. & 2. ad Timot. 3.

7 eſt. Ut non immerito in religione pertractanda, ſint duæ ſpecies perſonarum conſiderandæ: una, eorum qui credere debent: alia, eorum quos intelligere excellentius, ut docere poſſint, oportet. Non enim omnibus res ſacræ profanandæ, nec omnibus omnia uulganda myſteria, cum propter dignitatem eorum, tum etiam propter altiſſima quædam & adyta, quæ uulgus capere non poteſt. Sicque dominus noſter Ieſus Chriſtus ad diſcipulos. *Vobis datum eſt noſſe myſteria Dei: cæteris autem in parabolis.*[e] Et alibi, *Non omnes capiunt uerbum iſtud.* Quædam ſunt, quæ alienis à religione tacentur, quædam quæ inter populares etiam Chriſtianos ſileri debent, ne dum non intelligunt, erroris ſementem accipiant, [f] quæ tantum initiatis, ſacriſque adſcriptis ordinibus committuntur, utpote in exercitio myſteriorum eruditis. Neque Catechumeni in primo naſcentis eccleſiæ ſtatu, dum gentiles ad eam concurrebant, ſtatim templa ingrediebantur quandiu diſcebant, nec interant ſacroſanctis Euchariſtiæ myſterijs. *Loquimur*, inquit D. Paulus,[g] *Dei ſapientiam in myſterio quæ abſcondita eſt, quam prædeſtinauit Deus ante ſecula, quia ſpiritus ſanctus loquitur myſteria.*[h] Quare eum qui myſteria hæc noſſe deſiderat ſanctiſſimi præceptoris, mundum, & à profano uulgo ſecretum, & ſan-

e Matthæi, 13. Luca, 8.

f d. l. nemo, de ſum. trin. C.

g 1. ad Cori. 2.

h 1. ad Corinth. 14. can. nullis, 1. q. 1.

8 ctificatum eſſe oportet. *Diacones* inquit D. Paulus,[i] *oportet eſſe pudicos, non bilingues, non multo uino deditos, non turpe lucrum ſectantes, habentes myſterium fidei in conſcientia pura.* Neque danda ſunt ſancta canibus, neq; obijciendæ margaritæ porcis, ne fortè conculcent eas pedibus ſuis, [k] & canes conuerſi dirumpant

i 1. Timot. 3.

k Matthæi, c. 7. c. in mandatis, 43 diſtin. c. nolite recedere, 11. q. 1.

9 nos. In templo Dei apud Iudæos erant tres templi partes: in extrema, populus: in ſecunda, ſacerdotes: in tertia, ſancta ſanctorum, ubi ſemel in anno tantum ingrediebatur ſummus ſacerdos, [l] quo loci cæteris alijs abſconditæ erãt, res, & diuina. Nec eſſe reuelanda myſteria in prouerbijs Salomon monet. *Et qui reuelat* inquit, *myſteria: & ambulat fraudulenter, & dilatat labia ſua, ne commiſcearis.*[m] Orpheus ab iſs quos initiabat, in primo ueſtibulo cum terribili authoritate religionis exegit, ne profanis auribus inuenta ac compoſita religionis pro-

l ad Hebr. c. 9.

m Prou. c. 20.

10 derentur.[n] Atque olim iis qui initiati non erãt templum Cereris ingredi nefas erat diebus initiorum, ut docet Liuius, [o] dum ait, duos iuuenes Acarnanes, tanquã ob infandum ſcelus in-

n Firmicus Maternus lib. 7. Matheſeos. Sabellicus, in uita Auguſti. cap. 93.

o Liuius li. 31.

terfectos fuiſſe, quòd per dies initiorum, cum initiati non eſſent, imprudentes, religionis, cum cætera turba ingreſſi fuerant templum Cereris: quæ fuit cauſa belli inter Philippum Macedonum regem, & Athenienſes. Euripides quoque, [p] de Orgijs ſic ſcribit,

p Euripid. in Bacchis, act. 3.

Pentheus, Τὰ δ' ὄργι' ἐστὶ τίν' ἰδέαν ἔχοντά σοι;
Dionyſius, ἄρρητ' ἀβακχεύτοισιν εἰδέναι βροτῶν.
Pentheus, ἔχει δ' ὄνησιν τοῖσι θύουσιν τίνα;
οὐ θέμις ἀκοῦσαί σ', ἔστι δ' ἄξι' εἰδέναι.

Et poſtea idem Dionyſius, δόξει τις ἀμαθεῖ σοφὰ λέγων οὐκ εὖ φρονεῖν. id eſt,

Pen. *Hæc uerò Orgia, quam ſpeciem habent tibi,*
Dio. *Non dicenda ſunt, non initiatis Bacchicis.*
Pen. *Quam autẽ utilitatem ſacrificantibus ferũt.*
Dio. *Non fas eſt te id audire, quanquam ſit dignum ſcitu.*
Dio. *Apud ignarum, & rudem de myſterijs loquens, parum uidetur ſapere.*

Sic à ſacrificijs arcebant profanos antiqui Ethnici, id eſt nõdũ ſacris initiatos, ita [q] Ouidius,

q Ouidius, 15 Metamorph.

Hinc procul Aeſonidæ, procul hinc iubet ire miniſtros
Et monet arcanis oculos remouere profanos.

Et ut abirent profani, & templo exirent prius, inclamabant Sacerdotes, eſt & apud Silium Italicum.[r]

r Silius Italicus, lib. 7.

Tum puppe è media magno clamore ſacerdos
Parcite pollutis contingere uincula palmis.
Et procul hinc moneo, procul hinc quæcunque profanæ.

Meminit & Tertullianus in apologetico, at uero & formulam refert Virgilius,[s]

s Virg. 6 Aen.

—Procul ò procul eſte profani,
Conclamat uates, totoque abſiſtite Luco.

11 Auguſtus Cæſar, noluit religionis cauſas aperto foro cognoſcere.[t] Et Athenis ſacris initiatus, cum poſtea Romæ pro tribunali de priuilegio ſacerdotum Cereris cognoſceret, & quædã ſecretiora proponerentur, dimiſſo conſilio & corona circunſtantium, ſolus audiuit diſceptantes. Noa, qui ſacros ritus & ceremonias, & Theologiam docuit homines, multa etiam naturalium rerum ſecreta mandauit literis, quæ ſolis ſacerdotibus Scythæ, Armeni commendarunt. Neque enim fas eſt ulli illa inſpicere, aut legere, aut docere, quàm ſolis ſacerdotibus, & inter ſacerdotes duntaxat, ſicut, & quod rituales libros reliquit, ex quibus illis primum Saga nomen fuit inditum, quod eſt ſacerdos, ſacrificulus, pontifex.[u] Sed de myſterijs celandis in religione hactenus dictum ſit, cum in crimine hæreſeos plura pertractauerimus, dũ agimus de cautionibus contra hæreticos. Et quomodo etiam cultus diuinus exercendus ſit, & de munere ſacerdotum & aliarum perſonarum eccleſiaſticarum, deque ordinibus ſacris, ſuo loco tractatur, dum de perſonis agimus eccleſiaſticis, & de ordinibus & beneficijs, potiſſimum in finitione beneficij, & alibi.

t Suet. in Aug. c. 93.

u Beroſ. in g.

De Sacramentis in genere. Cap. III.

1 *Cauſa ſacramentorum, & quid, & quot.*
2 *Diuiſio & finis ſingulorum.*
3 *Quæ iterantur, & quæ non.*
4 *De quo & à qua conſirmentur.*
5 *Quibus rebus formam & perfectionem accipiant ſacramenta.*
Et quæ imprimant Characterem.

DEus optimus maximuſq; cum hoc miſerũ humanũ genus in ſuã tutelã ſingulari redẽptionis beneficio ſuſcepiſ-

rude

rude & corporale, noluit electa certa materia illi ſuam inuiſibilem gratiam conferre, eam rebus certis & ſtatis benedictionibus imponens pro ineffabili ſua omnipotentia. Ita ſacramentum inuiſibilis gratiæ uiſibile ſignum, ſed ultra ſignum, quod uidetur, habens gratiã ſimul inhærentem, cuius, uiſibile teſtatur ut ſignum, exiſtentiam.[a] Sacramenta, in eccleſia Dei ſunt a fide & religione Chriſtiana recepta, a Deo inſtituta, ut in lege noua euangelica, eaq; ſeptẽ, prout probauimus in ſexto lib. Artis mirabilis c.8. quæ ſunt, baptiſmus, confirmatio, euchariſtia, extrema unctio, pœnitentia, matrimoniũ,

2 facit ordo. Sacramẽtorum alia dicuntur neceſſitatis, alia uoluntatis.[b] Neceſſitatis ſunt, quæ Chriſtianus ſuſcipere tenetur: uoluntatis, quæ Chriſtianus, etſi poſſit, tamen ſuſcipere non cogitur. Neceſſitatis dicuntur quinque. Baptiſmus,[c] confirmatio,[d] euchariſtia,[e] extrema unctio,[f] pœnitentia.[g] Voluntatis duo, ordo,[h] & matrimonium.[i] Omnia tamen ſacramenta, quod ad ſtatum uniuerſum eccleſiæ pertinet, neceſſaria ſunt. baptiſmus, ſacramentũ intrantium:[k] confirmatio, ad robur pugnantium:[l] euchariſtia, ad uiaticum ſaluberrimum progredientium:[m] pœnitentia, redeuntium,[n] & reſipiſcentium: extrema unctio, exeũtium ab hoc ſeculo:[o] ordo, diuinis deſeruientium: matrimo-

3 nium, generantium. Horum omnium quędam ſemel tantum cõferuntur, alia iterabilia ſunt. Quæ non iterantur, & nõ niſi ſemel conferuntur, ſunt Baptiſmus,[p] confirmatio,[q] ordo:[r] reli

4 qua repeti poſſunt.[s] Porrò Spiritusſanctus ipſe eſt, qui efficacia omnia facit ſacramenta: nõ autem is qui ea præbet miniſter,[t] a cuius malitia coinquinari nequeunt.[u] Et ideo quãdiu miniſter malus ab Eccleſia ſuffertur, ab eo ſacramenta accipi poſſunt,[x] excepto eo quem noſti hæreticum, a quo nec a ſymoniaco, ſi indubiè noris, non debes accipere.[y] Si tamen ipſi in forma eccleſiæ, hoc eſt, obſeruata forma eccleſiaſtica, præbuerint, uirtute ſua ſacramenta non priuantur:[z] potiſſimum quòd ad characterem pertinet, nõ autem quòd pertinet ad executionem.[a] Quamobrem & ordinatio facta per hæreticos, iteranda non eſt, ſed uirtus ſacramenti dabitur per manus impoſitionẽ, & ſuppletur:[b] ſi autem non ſeruata forma eccleſiaſtica cõcedantur ab ijs ſacramenta, uirtute carent omnino.[c] Legitimi ſacramẽtorũ miniſtri illi, qui parochijs præfecti ſunt, ubi degunt quibus danda: alij minimè generali iure.[d] Et ij ſaltẽ preſbyteri eſſe debent,[e] qui baptiſmũ, euchariſtiã conficiunt, & extremam adhibent unctionẽ, & pœnitentiam, & qui matrimoniũ benedicunt:[f]

5 at qui confirmat & ordinat, Epiſcopus.[g] Sacramenta oĩa tribus perficiuntur, uidelicet rebus, tanquã materia: uerbis, tanquã forma: & perſona miniſtri conferentis ſacrũ, cum intentione faciendi, quod facit eccleſia. Tria ſacra, baptiſmus, confirmatio, & ordo, characterem, id eſt, ſpirituale quoddam ſignum a cæteris diſtinctum, imprimũt in anima indelebile, unde in eadẽ pſona non iterantur: reliqua quatuor characterẽ nõ imprimũt, & iterationẽ admittunt.[h]

De Baptiſmo. Cap. IIII.

Lib.3. Decret. tit. 42.

1 *Baptiſmus ianua ſacramẽtorum aliorum, & quid, & efficacia eius.*
2 *Differentia huius ſacramenti ab alijs baptiſmis Diui Ioannis, & aliorum: & de ſpeciebus baptiſmi.*
3 *Quæ concurrant in forma baptiſmi aquæ.*
4 *Quæ aqua interuenire debeat.*
5 *Vis aquæ per formam uerborum ex Spiritu Sancto. Item num. 8. & 9.*
6 *Quare potius hoc ſacramentum regenerationis, aquam, quàm aliam materiam habet: & de figuris legis præcedentibus baptiſmum hunc.*
7 *Creditum Ethnicis expiari aqua crimina poſſe.*
10 *De cæremonijs adhibitis baptiſmo, & de earum antiquitate: & de Anadocho, ſiue patre luſtrali.*
11 *Quomodo, & quæ perſonæ conſiderandæ ſunt in baptiſmo. Et num hæreticus baptizare poſſit.*
12 *Baptizatus quis arena.*
13 *De baptizato puero a pueris.*
14 *Baptizari deſiderant Turcæ a ſacerdotibus Chriſtianis ob corporis ſalutem.*
15 *Non eſſe rebaptizandum, & pœna rebaptizantium.*
16 *Baptizandi pueri.*
17 *Tempora baptiſmi: Adultorum ſolemnia.*
18 *Qui poſſint eſſe patres luſtrici, & quibus prohibetur, & quot poſſint eſſe.*
19 *Finis, & efficacia baptiſmi.*
20 *Hæreſes uitandæ in baptiſmi materia.*

1 PRimum omnium ſacramẽtorum, eſt Baptiſmus: ueluti ianua & fundamentum aliorum, & Chriſtianiſmi,[i] quo renaſcimur Deo, & uitam nouam ſubimus,[k] ſine quo uitam adipiſci æternam non poſſumus,[l] nec alia ſacramẽta ſuſcipere:[m] in ſacramento quippe baptiſmatis baptizatus membrum Chriſti fit.[n] Et ideo tunc originale, ueniale que peccatum, per baptiſmum adimitur.[o] Baptiſmus autem hic, alius a baptiſmo D. Ioãnis eſt, qui erat pœniten

2 tiæ tantum.[p] Baptiſmus nomẽ generale eſt, ad omnem lotionem ſeu ablutionem pertinẽs, ex ui nominis a Græco βαπτίζω, abluo, immergo. Et D. Athanaſius[q] octo ſpecies baptiſmi deſcribit, nempe primum diluuij, quo peccata exciſa ſunt.[r] 2. in maris rubri tranſitu,[s] in quo, aqua, nubes, & ignis, ut in noſtro aqua & Spiritus Sanctus. 3. legalem, quo immundi lauabãtur: & ita purificati redibant in caſtra.[t] 4. Diui Ioannis baptiſma, introductorium nondũ tamen omnino ſpirituale, ſed ad pœnitentiã ſolummodo.[u] 5. Domini noſtri Ieſu Chriſti, totum ſpirituale. 6. lachrymis cõſtans, uerè laborioſum,[x] ut, *Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo.* 7. per martyrium & ſanguinem, quo dominus noſter Ieſus Chriſtus baptizatus eſt.[y] 8. non ſalutare, quod ſine fine punit peccatores. Breuius noſtri omnes diſtinguunt baptiſmum tripliciter, ſanguinis, flaminis, & fluminis.[z] Sanguinis, cum quis martyriũ fert ob Dei nomẽ, antequã baptizetur aqua: qualis latronis in cruce, & Sanctorum Innocentium.[a] Cyrillus Hieroſolymi.[b] *Redimens, inquit, terrã ſaluator per crucẽ & in latere uulneratus, ſanguinem et aquam emiſit: ut alij quidem pacis tempore in aqua baptizarentur, alij autem tempore perſecu*

a vide cano. ſacrificium, de conſecrat. diſt. 2. ca. nulli, 1. q. 1. Tractatur de hac ſacramentorum materia, in 4. Magiſtri ſententiarum ſacrorum patrum, di. 1. & ſeq.
b can. remiſſionem, § ſed notandum, 1. q. 1. c. veniens. ca. 8. de tranſact. ap. Greg. Tractat. de neceſſitate ſacramẽtorum Vigerius, c. 10. de ſacrament. verſi. 9 in inſtitutioni. Theologicis.
c c. nulla prater, de conſecr. diſt. 4.
d c. nullus miniſtrorum, de conſecratio. diſtinct. 4.
e capit. omnis Chriſtianus, de conſecr. diſt. 2.
f c. 1. 26. q. 7.
g c. non poteſt, de pœnitent. diſtin. 1.
h ca. ubi iſta, 74. diſt. can. ſi. & ſi. 21. que 1. 4.
i c. ubi non eſt, 30 q. 3. c. cum locũ, de ſponſ.
k c. nulla prater, § porrò, de conſecrati. diſt. 4.
l c. uni. §. per famulum, de ſacra vncti & c. Spirit ſanctus. de conſecrati. diſt. 3.
m c. qui recedunt, & ca. de his, 26. q. 6.
n c. his qui, 26. q. 7. c. 1. & 2. de pœnit. di. 1.
o c. ab infermis, 26. q. 7.
p can. ſacramẽtis, & c. manus. 1. q. 1. tit. de ſancti. bapti. n. iterat. libr. 1. C. titu. de ſacram. non iteran. ap. Gregor.
q eod.
r c. de homine c. de his, can. dictum eſt nobis, de conſecr. diſtin. 5. & Cyprian. ſermone de ablutio. pedum.
s Hoſtienſ. in Summ. titu. de ſacram. non iterand.
t can. multis, can. ita fiat, cũ 4. ſequen. 1. q. 1.
u c. remiſſionem, 1. q. 1. c. nonne. eodem, uide cõcilium Tridentin. ſeſſio. 5. de ſacramen. c. 12. c. in ſiſt. de cohabit. cler. & mulier.
x can. multis, can. neque, c. omnino, c. per Eſaiam, 1. q. 1. c. 25. q. fin.
y can. alienum. 24. q. 1.
z can. ſecundum, 9. diſt. c. quod autem, cum tribus ſequent. & c. ſicut. 1. q. 1.
a can. præter hoc, § porrò, 32. diſt. c. ſi qui a ſimoniacis, 1. q. 1.
b can. præter hoc, § de malis. 32. diſt.
c c. his qui, § ſed notandum, 1. q. 1.
d c. interdicimus, 16. q. 1. c. 2. & 3. de paroch. c. 3. de ſepultur. c. omnis utriuſque, de pœniten. in 6.
e c. preſbyteri qui, de conſecr. diſt. 2.
f Hoſtien. in Sum. de ſacramen. non iteran. § quis poſſit conferre.
g c. vni. § 4. c. ſeculi, de ſacra. unctio.
h vide de his concil. Florentin. ſub Eugenio 4. pontif. Max.

i c. ueniens, de preſbyte. non baptiz. miniſt. c. cum itaque, de conſecrat. diſt. 4.
k D. Ioann. euange. c. 3.
l c. firmiſſimè, & c. ſi qui, de cõſec. diſtin. 4. D. Matthæ c. fin. ca. firmiſſimè, 25. q. 1. c. maiores, de baptiſ.
m c. ſi quis per ignorantiam, 1. q. 1.
n c. quia paſſus eſt, de conſecr. diſtin. 4. & c. ad hoc, de conſec. diſt. 4.
o can. regenerante, & c. ſine pœnitentia, de conſecrat. diſt. 4
p Matth. c. 3.
q D. Athanaſ. libr. de diuerſ. quæſt. q. 181.
r Geneſ. cap. 7. & 8.
s 1. ad Corint. c. 12.
t eccleſia 34. Marci, 7. Iudith, 12.
u Actuum, 1. & 12. & Diuus Ioan. euang. c.
t Marc. 9.
x Pſalmo, 6.
y Marci, 10. Lucæ, 12.
z c. baptiſmi, de conſecra. diſtinct. 4. c. catechumenũ, eod.
a d. can. baptiſmi, & c. cathecumenum, ca. firmiſſimè, 15. q. 1.
b Cyrill. Hieroſoly. cathec. 3. illuminator. Idipſum & Baſilius Magnus, de Spirit. Sancto, c. 18.

tionis in proprijs ſanguinibus. Flaminis baptiſmus eſt, quando quis per Sanctum Spiritum mundatur, dum fidem ſuam coram perſecutore confitetur, & dum iuſto errore ductus, credit ſe fuiſſe baptizatum hoc baptiſmo, & baptizatos fuiſſe apoſtolos & diſcipulos tradit Cyrillus Hieroſolymita.[a] Quamuis Tertullian. probet,[b] & apoſtolos fuiſſe baptizatos baptiſmo aquæ. Atque Nicephorus Caliſti[c] citat Euodiũ apoſtolorum ſucceſſorem dicentem in epiſtola, quam uocat φῶς ſeu lumen, Chriſtum dominum ſuis manibus baptizaſſe tantummodo Petrum. Petrum autem Andræam, & filios Zebedæi: hos autẽ alios apoſtolos. At diſcipulos 70. baptizaſſe Petrum & D. Ioannem dictũ Theologum, Quanquam apud D. Ioannem dictum ſit,[d] quod Ieſus non baptizabat, ſcilicet per ſe, ſed diſcipuli eius in nomine eius. Baſilius Magnus, baptiſmum ignis etiam dicit probationem, quæ fiet in iudicio,[e] ex cap. 3. D. Matthæi, *Ipſe nos baptizabit in Spiritu Sancto, & igne*: & 1. ad Corint. c. 3. *Vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit*. Dicimus autẽ baptiſmum flaminis, & fluminis liberare à peccatis originali & actualibus,[f] atque tantundem operari flaminis: ac baptiſmum fluminis: quando non per contemptum omittitur baptiſmus aquæ, ſed in articulo quis neceſſitatis incidit, qua non poteſt aſſe
3 qui baptiſmum aquæ.[g] Baptiſmus fluminis ſacramentum eſt in ablutione corporis adhibita præſcripta forma uerborum. Et ibi duo obſeruanda, aqua pro materia, & uerba pro forma, ex quibus animæ mundatio indicatur, & regeneratio. De materia dictum, *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non poteſt intrare*
4 *in regnum Dei*.[h] Et aquam naturalem nõ neceſſariam eſſe dicentẽ, decreuit concilium Tridentinum eſſe anathema.[i] Et in concilio Florentino idipſum ſtatutum, hancque aquam uerã eſſe, & naturalẽ debere: nec intereſſe, ſit ne frigida, uel calida, prohibitis aquis factitijs, qualis roſacea, muſcata, alijſve ſimilibus, & alijs liquoribus. Nec tamẽ omnis aqua naturalis, per ſe ad remiſſionem peccatorum efficax niſi Spiritus Sanctus in eam deſcendat, eamque conſa
5 cret.[k] Quod fit accedente verbo ad elemẽtum, & forma adhibita: virtus enim domini noſtri Ieſu Chriſti operatur in hoc ſacramento[m]. Atque ita verus baptiſmus delet ita peccatum originale, & actuale.[n] Cũ enim duplex ſit homo, ex anima & corpore compoſitus: duplex quoq; purificatio, corporea quidem, & incorporea: corporea verò fit corpori, & aqua ſanè mundat corpus, ſpiritus autem ſignat animam, ut abluti in corpore aqua munda, & repurgati in corde, accedamus ad Deũ, ut ſcribit Cyrillus Hie-
6 roſolymita.[o] Qui & poſteà tradit[p] cauſas, cur potius materia eius ſacramenti ſit aqua, quàm aliud. *Primum, inquit, quia vnum ex quatuor elementis. 2. quia cælum, angelorum habitaculum, at ex aquis ſunt cæli. 3. ante rerum omnium creatarum diſtinctionem ſex dierum, ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas. 5. principium mundi aqua. 6. principiũ euangelij Iordanis. 7. liberatio Iſraelis à Pharaone per mare facta, & liberatio à peccatis mundi per lauacrum eſt aquæ, in verbo Dei. 8. vbicunque fœdus inter Deum, & homines: ibi & aqua. Poſt diluuium fœdus percuſſum eſt cum Noe, fœdus cum Iſraele in monte Sina: verum hæc non ſine aqua, & lana rubea. Prius Helias enim trãſiuit Iordanem, deinceps in cœlum raptus eſt: prius abluitur ſummus ſacerdos factus. Symbolum Baptiſmi, erat labrum poſitum in tabernaculo veteris teſtamenti. Finis &* *initium noui, eſt Baptiſmus*. Referam & quędam, quæ non erunt indigna lectu, conſpirantia ad huius aquę materiam ex prædictionibus ſacris antiquorum prophetarum, uel ex typo ſeu figura legis antiquæ. Et primum annoto, iſtius baptiſmi aquæ præfigurationem, in baptiſmo Aaronis & filiorum eius, in Exodo[q]. Secundò audi Rabinum Barrachiam, dum explicat illud, *Quid eſt quod futurum eſt*.[r] *Sicut fuit redemptor*, inquit, *primus, ſic erit & vltimus: redemptor primus, ſcilicet Moſes, fecit aſcendere puteum, ſicut habetur Numero. c. 21. Sic redemptor vltimus, qui eſt rex Meſſias, faciet aſcendere aquas: ſicuti habetur in Iohele c. fin. Et fons de domo Dei egredietur, & irrigabit torrentem ſpinarum. Per torrẽtem autem ſpinarum, intelligitur multitudo peccantium*. Prædictum & illud per Eſaiam,[s] *Noli timere ſerue meus Iacob, & rectiſſime quem elegi, effundam enim aquas ſuper ſitientem, & fluenta ſuper aridam; effundam Spiritum meum ſuper ſemen tuum, & c. 4.* Et per Ezechielem.[t] *Effundam ſuper vos aquam mundam, & emundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris*. Explicans & 5. Rabini in libro *Ionia Hieroſolymit*. illud Geneſeos,[u] *Lauabit in uino veſtimenta ſua, &c.* De baptiſmo, à ſancto Meſſiah poſtmodum ordinando. Adde 6. Zachariam.[x] dum ait, *In illa die erit fons patens domui Dauid, & omnibus habitantibus Hieruſalem, in ablutione peccatorum, & menſtruatæ*. Poſtquam & 7. Eſaias[y] dixit de ſaluatore. *Ecce Deus meus, fiducialiter agam*, ſubdit. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris*, de fontibus, id eſt, de latere, ex quo exiuit ſanguis, & aqua.[z] Vide & ad id facientem textum in c. fin. Eſaiæ, ibi. *Ecce intelliget ſeruus meus, &c.* quem de Meſſiah intellige ſecundum paraphraſem
7 Chaldaicã. Sed & apud Ethnicos expiationes, & ueluti purgationes per aquã fiebant, & qui ſuperis ſacrificabat, ſe aqua immergebat, vt innuit Virgilius,[a] ibi.

Tu genitor cape ſacra manu, patrioſque penates,
Me bello ex tanto digreſſum, & cæde recenti
Attrectare nefas, donec me flumine viuo
Abluero.

Et expiari aqua crimina poſſe, antiqui putarunt teſtimonio Ouidij,[b]

Omne nefas, omnemq; mali purgamine cauſam
Credebant noſtri tollere poſſe ſenes.
Græcia principium mores fuit: illa nocentes
Impia luſtratos, ponere facta putat
Actoridem Peleus, ipſum quoque Pelea Phoci
Cæde per Hemonias ſoluit Acaſtus aquas.

Et poſteà,

Ah nimium faciles, qui triſtia crimina cædis,
Fluminea tolli poſſe putatis aqua.

Narrat Athenæus,[c] quod χέρνιψ erat antiquis aqua, in qua torrem ex ara capientes tingebãt, ſuper quam ſacrificia peragebant, eaque aqua circunſtantes, aſperſiſſe, ac purgaſſe. Meminit & de lotione Athenienſium, qua purgabãt execrandos. Cæterùm Ethnicis quidem vſurpata eſt ad expiationem aqua, quæ tñ non ſufficit: ideo nec baptiſmus illorum ſanctificabat. Sic D. Ambroſius.[d] *Cognoſce quia aqua non mundat ſine ſpiritu*. Ideòque legiſti, quod tres teſtes in baptiſmate unũ ſunt, aqua, sãguis, & ſpiritus.[e] Quia ſi unum horum detrahas, non ſtat baptiſmatis ſacramentũ. Quid.n. eſt aqua ſine cruce Chriſti? elementum commune ſine ullo ſacramenti effectu. Nec iterum ſine aqua, regenerationis myſterium eſt: niſi enim quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt ingredi in regnum Dei.[f] Et poſteà idem Ambroſius. *Vide igitur, quod non ſunt vacuæ aquæ: ideò in natatoriã*

piſcinam

a Cyrillus, cathec. 5. 12. 17. & Aſtuum 2.
b Tertull. libe. de baptiſmo, c. 13. ca. quando, & can. ſequ. de conſecr. diſt. 4.
c Niceph. Caliſti lib. 2. hiſt. eccleſ. c. 3.
d D. Ioan. c. 4. & can. quãdo, de conſ. diſt. 4.
e D. Baſil Magni lib. de Spiritu Sancto c. 25.
f can. regenerante. & can. paruuli, de conſecrat. diſtin. 4.
g d. ca. baptiſmus uicem, in 2 de conſecrat. diſt. 4.
h D. Ioann. euang. c. 3. in canon te, de baptiſ. ca regenerante, de conſecr. diſt. 4.
i Conci. Trid. ſeſſio. 5 tit. de ſacra. bapti.
k ca. per aquã, de conſecrati. diſtin. can. paruuli, eod.
l ca. detrahe, 2 q 1. ca penul. de bapuſ.
m can baptiſmus, in 1 de conſec. diſt 4.
n ca. regenerante, & can. paruuli, de conſecr. diſt 4.
o Cyrill. Hieroſolymit. cathe. 3. illuminator
p Cyrillus, cathec. eod. 2.
q Exod. ca. 29.
r In c. 1. eccle.
s Eſaiæ, c. 44.
t Ezech. c. 36.
u Gene. 49. c.
x Zacha. c. 13.
y Eſaiæ, c. 14.
z D. Ioann. euang. c. 19.
a Virg. 4. Æn.
b Ouid. 2. Faſtor.
c Athenæus. li. 9 Dipnoſophi. cap. 27.
d D. Ambro. tomo 4. lib. de his, qui initi. ſunt myſterijs, c. 3. & 6.
e 1. D. Ioh. c. 5.
f D. Ioan. euangel. ca. 3.

piſcinā dictum eſt, deſcendere angelum & mouere aquam, ſed nemo ſanabatur, quin deſcendiſſet angelus. Mouebatur aqua propter incredulos, ibi creatura operabatur, angelus ſcilicet: hic autem Chriſtus author creaturæ: illis ſignum, tibi fides: illic angelus deſcendebat, hic Spiritus Sanctus, & deſcendit columba ſpecie Spiritus Sanctus ſuper Chriſtum[a] *cum baptizaretur.* Et D. Chryſoſtomus de aqua baptiſmi loquens.[b] *Hæc aqua,* inquit, *primatum tenet in elementis, ſed cum iſtud elementum acceperit Spiritum Sanctum, fit ſacramentum: & iam non erit aqua potationis, ſed ſanctificationis: non erit aqua communis, ſed refectionis. Per iſtam aquā educit purgatos, facit perfectos, ratione claritatis & gratiæ illuminans, & replens eos, vt vbi abundauerit peccatum, faceret diuites in gratiam.* Forma ſubſtantialis ideo cum immerſione baptiſmi
9 eſt, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.[c] Nec alio modo uerba illa proferri debent. Qua de re exemplum ſingulare extat apud Nicephorum Calixt.[d] *Cum enim,* inquit, *quidam Epiſcopus Arrianus, cui nomen Deuterius, baptizaret Conſtantinopoli quendam dictum Barbam extra formulam eccleſiæ, veluti traditionem abolens, dicens: Baptizatur Barbas, in nomine Patris, per Filium, in Spiritu ſancto: ecce vnda, quæ in ſacro lauacro erat, repentè euanuit. Et Barbas inde profugiens, hoc miraculum omnibus promulgauit.* Eunomij Euthicani hæretici baptiſmum corrumpebant: non enim in trinitate, ſed in Chriſti morte baptizabant, ut ait Socrates.[e] Fuit tamen in eccleſia primitiua aliquandiu formula baptizandi, in nomine Ieſu, ut nomen eius propagaretur inter Iudæos.[f] Adhibentur autem huic ſacramento ab eccleſia aliæ ceremoniæ, quæ vim ſacramenti exhibent, & ueluti
10 ante oculos proponunt. Quare ita apud Clementem[g] de baptiſmo ſic Apoſtoli ſtatuunt: *Baptizandum in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. Sed prius baptizandum ungēdum oleo, dehinc baptizandum aqua, poſtremò conſignādum vnguento: vt vnctio, ſit participatio Spiritus Sancti. aqua, ſit ſymbolum mortis: vnguentum, ſigillum pactionum. Et ſi deſit oleum vel vnguentum, ſufficit aqua, & ad unctionem, & ad ſigillum. Et ad unctionem morientis uel potius commorientis.* Addunt[h] ante baptiſmum Cathecumenos in fide renunciare oportere operibus diaboli, & mundi, & cultui principis eius, angelis & machinationibus eius: poſteà confiteri debere fidem. *Credo &c.* priuſque oleum benedictum eſſe debere, in remiſſionē peccatorum. Et Dionyſius Areopagita tradit,[i] in primis interrogandum eſſe baptizandum, antequā eccleſiam ingrediatur, num uelit eſſe eius profeſſionis: id eſt, num velit eſſe fidelis? & poſt confeſſionem, ſacerdotem ei imponere manum, eumque ſignādo iubere ſacerdotibus eius deſcribi virū, & anadochum, i. eum qui eum duxit ſeu fideiuſſorē, ſeu patrem luſtricum, quem vulgus uocat patrinū. Dehinc eum iubere, introductum exui, per miniſtros in occiduis intentum, ad quam partem manus leuantem iubet ter exſufflare diabolo, & ita mori priori vitę. Iubendum ei ter renunciare Sathanæ, & ea quę ſunt abrenūciationis, confiteri: ter poſteà cōfiteri, & eloquia Dei promittere ſeruaturum, hinc fieri orationem ſuper eum, exui omnino, vnguendo oleo vnctionis ter, tribus crucibus poſteà ſanctificandā aquā, nominari eius nomen à ſacerdote, præſente atteſtante anadocho: ternis immerſionibus & emerſionibus baptizandum, in teſtimonium, quod tribus diebus Chriſtus in ſepulchro fuit, cuius munere ſanctificatur: unguento poſtea ſignandum, in teſtimonium, quod particeps poteſt poſthac fieri Euchariſtiæ: ueſte noua induendum, tanquam nouam uitam innocentē adeptum. Et rurſum idem Dionyſius Areopagita ſcribit,[k] iiſdem abrenunciationibus & ſolemnibus obſeruatis, pueros baptizandos. Nā ibi & puer, non anadochus uerè eadem facit, neque enim hoc, inquit, ait puer, ſic ego pro puero abrenuntiationes aut ſacras confeſſiones facio: ſed quia puer abrenuntiat, hoc eſt, cōfiteor puerum credere in ſenſum ſacrum. Nihil ergo ut exiſtimo inconſequens, ſi ſecundū diuinam anagogen puer educatur, ducem & anadochum (id eſt patrem luſtricum) ſacrum habens habitum ſibi diuinorum inſinuantem, & cuſtodem peritum à cōtrarijs. Refert & Tertullianus,[l] has ſolemnitates baptiſmi ab Apoſtolis originem ducere. Renuntiationem fieri diabolo, pompæ, & angelis eius, adhiberi manuum impoſitionem, inunctionem, & alia. Ex eorum inſtitutis, priuſquam ad baptiſmū ducantur baptizandi, exorciſmis, & exſufflationibus clericorum prius Sathanā ab eo abigi debere & docet D. Chryſoſtomus,[m] & D. Auguſtinus.[n] Siſtendū primum puerum ante fores templi baptizandum, & nomē petendū illius, diximus ex D. Dionyſio Areopagita probari, & ex concilio quoque Carthaginenſi,[o] cui interfuit D. Auguſt. Exſufflationes Diaboli fuiſſe factas in baptiſmo probāt DD. Chryſoſtomus,[p] Auguſtinus.[q] Quid autem iſta ſignificent, uide in ca. poſtea, uſque ad ca. uenit ſacerdos, de cōſecrat. diſt. 4. De ſale quod baptizandis imponitur, Origenes meminit Cathecumenos alloquens.[r] Quod poſtea exorcizandus Diabolus docet D. Auguſtinus.[s] Fiebant autem exorciſmi, teſte Dionyſio Areopagita, adhibitis ſuper baptizādum grauibus uerbis, impoſitione manuum ſuper caput, & ſigno crucis. Cathecuminum olim exorciſmus in adultis baptizandis ſequebatur,[t] & adultos baptizādos oportebat prius ſymbolum fidei diſcere ex concilio Laodiceno.[u] Inſtruebantur quippe ante baptiſmū Cathecumeni, ut plerunque per octo menſes, uel tempore alio arbitrario.[x] Indicebatur & adultis baptizandis pœnitētia interior, non exterior.[y] Adhibitum inter baptizandum & olim uerbum, Epheta, quod eſt aperire,[z] tangēdo aures.[a] Meminit & de luto, quod oculis imponitur cum ſputo D. Ambroſius, dicens adijci, ut cogitemus humanæ naturæ infirmitatē, & agamus pœnitentiam.[b] Renuntiationem quoque iteratam, quæ fit rurſum in baptiſmo, eſſe ex inſtitutione apoſtolica, conſtat ex Dionyſ. Areopag. Hieronymo,[c] Ambroſio,[d] Auguſtino.[e] Quod baptizatus poſt renuntiationem ungatur ter, ex traditione eſſe quoque apoſtolica docuimus ex Dion. Areopag. & Clemēte,[f] Origene,[g] Ambroſio,[h] Auguſtino.[i] Cur autē ungatur baptizandus oleo Cathecumenorum in pectore, inter ſcapulas: & chryſmate in uertice, docet etiam Innocentius;[k] Datum quoque antiquitus baptizato cereum accenſum, nos docet Prudentius.[l] At aquam baptiſmi ante neceſſitatem debere conſecrari docet Dionyſius Areopagita[m] trina crucis impreſſione, cum oratione & inuocatione, & hoc de congruo, non de neceſſitate, ut ait Bonauentura,[n] extra ſacerdotem in eccleſia baptizantem: nam ſacerdotes in eccleſia ſemper debent benedicere. Ita baptiſmatis aquam debere benedici, dixit Baſilius[o],

Cypria-

a D. Ioan. euangel. c. 2.

b D. Chryſoſt. tomo, 1 hom. ſuper pſalmum 22.

c c. 1. de baptiſmo, c. quodam, c. multi, diſtin. 4. Baſil. Magn. libr. de Spirit. Sancto, c. 12.
d Niceph. Caliet. lib. 14. hiſt. c. 15.

e libr. 6. Hiſtoriæ tripart. cap. 40.
Actuum 2.
f gloſ. in can. à quodam, de conſecrat. diſti. 4. Interpre. in c. 1 de baptiſmo.
g D. Clemens, lib. 7 conſtitut. apoſtol. c. 23.

h Clemens. d. libr. 7. c. 39. 40. 41. 42.

i D. Dionyſ. Areopag. de eccleſiaſt. Theolog. c. 2.

k Dionyſ. Areopag. de eccleſiaſt. Hierar. c. 7.
l Tertull. libr. de corona milit. & de baptiſmo.
m D. Chryſoſt. tomo 5 homil. de Adamo & Eua, & in c. 11. ad Corinth.
n Auguſtin. ad Sixtum Romanum presbyterum.
o concilio Carthag. 85.
p D. Chryſoſt. homil. de Adamo.
q D. Auguſtin. de eccleſiaſtic. dogmat. ca. 31. & epiſt. 105. & libr. 4. de ſymbolo ad Cathecumenos, & libro 2. de gratia Chriſti & peccator. Origen. c. 40.
r Origen. homil. 6. in Ezechiel.
s Augu. lib de fide, & operibus.
t c. ſine paruuli, uſque ad capit. uenit, de conſecr. diſt. 4. Aug. li. de ſymbolo ad Cathecumenos.
u In concilio Laodicenſi, c. 40. c. baptizandos, de conſec. diſt. 4.
x c. Iudæi, cum ſequentibus de conſecr. diſt. 4.
y c. omnes, & ſeq. c. ſine pœnitētia, de conſecrat. diſt. 4.
z ex cap. 7. D. Matthæi.
a Ambroſ. li. 1. de iis qui initiant. myſterijs & lib. 1. de conſecra. cap. 1 Rabanus, de inſtitut. clerico.
b D. Ambroſ. li. 3 de ſacram. c. 12.
c Hieronym. in c. 6 Amos.
d Ambroſ. in epiſto. ad Coloſſen. libr. de ſacrament.
e Aug lib 2. de ſymbo & 2. de gratia Chriſti, & peccatorū.
f libro 3. recognit. & alibi ut prædictum eſt.
g Origenes, in Ezechiel. homil. 7.
h D. Ambroſ. lib. 1. de ſacrament. c. 2.
i can. eccleſiaſticarum traditionum.
k in c. 1 de ſacram. vnct. ep. Greg.
l Prudentius in hymno cerei paſchalis.
m Dionyſ. lib. de eccleſiaſtic. hierar. part. 2. c. 2.
n In 4 ſent. diſtinct. 3.
o Baſil. Mag. de Spiritu Sancto. c. 27.

Cyprianus,[a] Ambroſius,[b] Auguſtinus.[c] Proinde ſacri fontes in eccleſijs parochialib. ſunt, ubi tantum licet baptizare: exceptis quibuſdam caſibus, & ſi de filijs regum agatur, uel urgeat neceſſitas, quę non patiatur ad eccleſiam uſque differri baptiſmum, prout ex Concilio Viennenſi decreuit Clemens V.[d] Trinam merſionem olim in aquam conſtat factam fuiſſe ex Tertulliano, & alijs, in memoriam triduanæ ſepulturæ Domini, quod & alij omnes probant.[e] Veruntamen, & unicam merſionem & intinctionem etiam ſufficere, cum forma placuit:[f] quia una eſt reſurrectio Domini, cum quo in baptiſmo, ſepulti reſurgunt. Antiquum quoq; Diuus Auguſtinus tradit,[g] ſuſcipientem in baptiſmo, quem anadochum dici conſtat apud diuum Dionyſium Areopagitam, fidem & confeſſionem polliceri, uel teſtari de fide & conſenſu baptizandi. Diximus & ex Dionyſio Areopagita, baptizatum ungi debere chriſmate, quod & Tertullianus,[h] Ambroſius,[i] Rabanus, conciliumque Laodicenſe[k] probant. Atque ueſte alba indutos fuiſſe baptizatos, uulgare eſt, & plures teſtantur,[l]
11 rationeſque in promptu ſunt.[m] De his omnibus etiam tractat Cyrillus Hieroſolymitanus.[n] Cum his conſiderare etiam oportet perſonas baptizantis, baptizati, & ſponſorum, ſeu anadochorum, qui patres luſtrici, patrini, matrinæve uulgò. Nam hoc ſacramentum non datur niſi a ſacerdotibus, excepta cauſa neceſſitatis: neque alibi baptizari quis debet extra neceſſitatem, quàm in eccleſia per proprios ſacerdotes, non in abbatia, non in monaſterijs, ubi eſſe baptiſteria prohibentur, can. pridem, decimaoctaua quæſtione ſecunda. In neceſſitatis cauſa autem quilibet poteſt baptizare hac forma, aſpergendo in baptizandum aquam, ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.[o] Etiam pater qui generauit: nec ideo a matrimonio uel copula uxoris arcetur.[p] Baptizari ita tunc a Pagano & Iudæo, poſſet ſi in forma & intentione eccleſiæ faciat,[q] & ab alio peruerſo homine quolibet, dummodo ne malè detur.[r] Seipſum tamen nemo baptizare poteſt, quantumuis materiam & formam ſeruet.[s] Inuenio tamen in concilio Elibertino,[t] fideles quoſcunque in caſu neceſſitatis, longè eccleſia poſita, poſſe Cathecumenum de uita periclitantem baptizare, excepto bigamo, forſan ſi alij adſint. Sed num ab hæretico baptiſmus dari poſſit, quæſtione non caret. Cæterum, ut breuiter me ab ea expediam, placet & ab hæretico dari poſſe, ſi is in forma eccleſiæ baptizet, & ſi nihil demat ex ſubſtantialibus: nempe ut aqua baptizet, & in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.[u] Ita mihi uidetur intelligendus Diuus Cyprianus,[x] dum ſummis contendit argumentis, baptizare non poſſe hæreticos, & ab ijs baptizatos, eſſe non quidem rebaptizandos, etenim non fuiſſe baptizatos contendit: ſed baptizandos in eccleſia, quòd ipſi fidem eccleſiæ nõ habuerint, nec intentionem. Alioqin certè erronea eſſet opinio, nam eccleſia rectè defendit, ſacramentorum meritum non pendere a uita miniſtrorũ, ſed a Deo.[y] Et ideo uerè forma obſeruata eccleſiæ, eſſet baptiſmum. Suppleri tamen reliquas ceremonias placet, & inſpergendam aquam cum hac conditione: Si tu non es baptizatus, ego te baptizo, &c.[z] Sic in baptizatis per alios, quàm per ſacerdotes, uel per hæreticos, uel per laicos in caſu neceſſitatis, ſupplendum

a Cypr. lib. 1. epiſt. 12.
b Ambr. lib. 2. ijs qui initian. myster. ca. 3 & lib. 1 de ſacramen. c. 1.
c Augu. li. 6 de baptiſm. contra Donati. & tracta. 8. in D. Ioan. & epiſt. ad Ianuarium, 118.
d In clem. unic. de baptiſmo.
e D. Auguſt. in can. poſt quam, de conſec. diſt. 4. Leo, epiſt. 4. c. 3. Cyril. Hieroſolymit. cathec. 3. myſtagogica.
f Concilio Toleta. 4. c. 6 lib. 1. Regiſtr. epiſt. 41. c. de trina, de conſecrat. diſt. 4.
g D. Aug. epiſt. 23 reſpondens Bonifacio de baptiſmo paruulorum, & li. 4. de baptiſ. contra Donatiſt. c. 24.
h Tertul. lib. 1. con Marcionẽ.
i D. Ambroſ. libr. de ijs qui initian. myſter. c. 6.
k In concilio Laodicenſi.
l lib. 12. Hiſto. tripart. ca. 24.
m Ambr. libr. 1. de ijs qui initian. myſter. c. 7.
n Cathech. myſtagogi. 3. & 1.
o ca. diacones, 93. diſt. ca. conſtat. de cõſecr. diſt. 4 ca. pres, § verum, & § porro. 32. diſt. ca. ſi quem, 24. q. 1. ca. tria, & ſeq. 32. q. 4. c. 1. de cler. nõ ord.
p can. ad limina, 30 q. 1.
q ca. Roman. de conſ. diſt. 4.
r ca. ſecundum, 49. diſtin. can. ſi inter, cum ſeq. de cõſe. diſt. 4.
s ca. baptiſmus, ead. 4 diſt.
t ca. debitum, de bapeiſ.
t in cõcilium, Eliberti. ca. 38.
u can. dictũ eſt à Domino, § quod uero, cũ 2. cc. ſeq. 1. q. 1. Magiſter Sent. lib. 4. diſt. 6.
x Cypr. libr. 1. epiſt. epiſt. 6. & li. 2 epiſt. epiſt. 4. & epiſtol. ad Iulian. & alibi, epiſt. ad Pompeium contra epiſt. Stephani & tomo 1. & 3. conſul. concil. Carth. ca. de ſe.
y D. Aug. contra Creſ. cap. 37. 20 21. & 29. Optatus Mileuita. 2. contra Parmen. & 5. Aug. ſuper Io. tracta. 5 & 6. pal. can. baptiſmus talis, de conſe. diſtin. 4.
z con. 2. de baptiſmo, ca. ſi nulla, de conſ. diſt. 4. ca. eccleſia, uel altaria, & can. ſolennitatis, de conſecrat. diſt. 1.

eſt:[a] et exemplum firmat, quod refertur a Ni-
12 cephoro Caliſto.[b] *Accidit, inquit, ambulantibus Chriſtianis ſimul cum Iudæo per loca deſerta, Pſalmos ſimul cantantibus, ut Iudæus proximè ſe putans moriturum in itinere, Chriſtianos obteſtatus fuerit, ut ſe baptizarent: & coacti illi, tum non eſſet ibi nec aqua, nec ſacerdos, tamen eum nudatum, arena in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti baptizarunt: et ſtatim Iudæus bene ſe habuit. De quo conſultus Alexandriæ epiſcopus, obſtupeſcens, quæ omiſſa erant tantum ex baptiſmo, ſuppleuit, ad*
13 *dita aqua.* Refert & ſuppletas fuiſſe ceremonias in baptiſmo Iudæi pueri factas a pueris Chriſtianis, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, cum iuxta littus natarent, atque initiati eſſent cæremonijs eccleſiæ. Miraculũ certè, & diuinæ potentiæ exemplum, curatũ fuiſſe Iudæum per baptiſmum arenę propter eius fidem: uerum baptiſmi illius forma ſine materia fuit: & dubium, num quod corpori profue-
14 rat, animam etiam emundaſſet a peccatis. Sicut & legimus,[c] Agarenos, ſeu Turcas petere ab orthodoxis ſacerdotibus baptiſma, non tamen bona fide, nec orthodoxo propoſito, ſed propter corporalem medicinam: perſuaſum eſt enim Agarenis, ſuos liberos a dæmone uexandos, & olere tanquam canes malè, niſi baptiſmum à Chriſtianis aſſequantur. Scriptum quoque, uero baptiſmate Conſtantinum Magnum a lepra curatum fuiſſe.[d] Porrò perſonæ, quæ baptizari poſſunt, ſunt pueri, & adulti: exceptis expreſsè prohibitis. De adultis etiã hæretici conſentiunt, & nos docuimus, quia & illi audiunt Euangelium, *Euntes in mundum uniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ, baptizantes omnes gentes, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.*[e] Et ruſum,[f] *Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui non crediderit, condemnabitur.* Quæ uerba de idoneis intelligẽda, iuxta uulgatam iuris utriuſque regulam.[g] Nam adulti dormientes, uel amentes, non poſſunt cum effectu baptizari,[h] niſi & ante ſom-
15 num, uel amentiam baptizari uoluiſſent.[i] Itẽ baptizati ſemel, iterum baptizari non debẽt:[k] pœna ultimi ſupplicij indicta,[l] & priuatione ſacerdotij rebaptizanti,[m] & aliquando decem librarum auri.[n] Comprobatum hoc fuit miraculo, in Iudæo eruſcatore pecuniæ per baptiſmi iterationem: is enim, ut refert Nicephorus Calixtus, & Socrates[o] ſe baptizari ſæpe fecerat, ut inde pecuniam acciperet: cum autẽ perueniſſet ad Paulum Nouatiorum epiſcopum, & baptiſmum ab eo poſtularet, ipſe illi promiſit, ſed antea inſtruxit in fide, & ieiunium impoſuit: quo præter ſpem impoſito, Iudæus ut ſuo uoto potiretur, inſtitit: quod & nõ diſtulit Paulus, ſed baptiſterium repletũ aqua ingredi iuſſit Iudæũ. Quo ingreſſo ſtatim aqua euanuit, & miniſtris putantibus aquam alicundè effuſam, iterum aliam aquam infuderunt, quæ & ſtatim euanuit. Qua re Paulus cognita ad eũ dixit, Vel ignorare uideris te baptiſmũ adijſſe, aut flagitium, ò homo, facis. Ad quam rem nouam pluribus occurrentibus, cognitũ eſt illũ Iudæum aliàs fuiſſe baptizatum. Unus dñs, una fides, unum baptiſma. Et explicat Cyryllus Hieroſolymita.[p] qui ſciẽtes rebaptizãtur, Deũ abnegare dicũtur, & grauiſſima pœnitẽtia tantum reformãtur,[q] fiuntque irregulares,[r] nec ad ordines ſacros debẽt promoueri, etiã ſi igno-
16 ranter bis baptizentur.[s] Sed & baptiſmũ puerorum fateri neceſſe eſt, ſic enim & fides rectè ſentit catholica ab apoſtolis morẽ retinens,[t] &

a In concilio Eliberitino, ca. 38.
b Niceph. Caliſt lib. 3 hiſto. eccleſ. c. 37.
c libr. 2. Iuris oriental. in conſtitutio. Luca patriarchæ Cõſtantinopolitani, de infantib. captiuis baptizandis p. 140.
d Niceph Caliſt. lib. 7. hiſto. cap. 23 & 33
e Matthæi 28.
f Marci. 16 c. maiores, de baptiſ.
g l. ut gradatim, de muner.
h c maiores, § ſed adhuc, de baptiſmo. ap. Gregor.
i d. c. maiores, § item quæritur.
k a fin de baptiſ. & ne ſ. n. baptiſm. reitet. C. Clemens, li. 6. conſtitutio. apoſtoli ca. 15. ca. rebaptizare, de conſecr. diſt. 4. Cypria. de bapti. Chriſti. & ſermo. de ablutio. pedũ.
l l. 2 ne ſanctũ baptiſ. reitet.
m l. 1. C. eod. tit.
n l fin. C. eod.
o Niceph. Caliſt. lib. 14 hiſt. c. 17. Et Socrates, lib. 12. hiſt. tripart cap. 14.
p Cyrill. Hieroſolymi. in procatecheſi.
q ca. eos quos, de cõſe. diſt. 4.
r can. qui bis, & ſeq. de conſecr. diſt. 4.
s cano. qui in aliquo, 51. diſt. can. confirmandum 18 50. di.
t Dionij. Areopagi. lib. de eccleſia. hierarc. c. 7. In concilio Africano, apud D. Cypria. D. Aug. lib. 10. ſup. Gene. cap. 23. & duobus libris ad Marcellinum. Hieronym lib. 3 aduerſus Pelagianos, in concil. Mileuitano, c. 77 can. non illud, de conſec. diſt. 4.

eos egere baptiſmo, utpote ſecum ab utero ma
tris labem peccati ferentes, in iniquitatibus &
peccatis conceptos, [a] ut & in Adamo omnes
moriuntur, [b] & omnes ex eius fermento quip-
piam referunt. Et proinde mundentur iſti quo-
que neceſſe eſt lauacro regenerationis, ſine
quo nemo ſaluandus eſt: [c] alioquin interitui
æterno obnoxij. Quemadmodum circuncisio-
nis tempore, cui ſucceſſit baptiſmus, anima
eius qui non fuiſſet circuncisus, delebatur de
libro uitæ. [d] Originale peccatum quod traxe-
runt ſine ſuo facto paruuli, per baptiſmum &
ſine illorum expreſſo cōſenſu, remittitur: quod
aliter in adultis, qui actuali polluti conſenſu,
ſine conſenſu expreſſo ablui non poſſunt. [e] Vn
de paruuli quàm citius fieri poteſt baptizandi
ſunt, tum ut à poteſtate diaboli eruantur, tum
etiam ob periculum imminentis mortis, cum
qua ſine baptiſmo damnarentur in æternum. [f]
Debet tamen puer eſſe natus, nam intra uterū
matris nequit baptizari: [g] teſtantur autem pa-
rentes luſtrales fidem puerorum, & aſſerunt,
quam ipſi tacitè profitentur. Quare in pueris
baptizandis obſeruatum eſt à tempore apoſto
lorum, ut patres naturales infantes baptizan-
dos tradant aliquibus ex fidelibus, qui offeren
tes ſacerdotibus ſpondeant, ſe iuxta ſanctam
uitam eos educaturos, & fidem pro iis fatean-
tur, & ad abrenūciationes reſpōdeant. [h] Et Opta
tus Mileuita. [i] fidem eius qui ſpondet pro ba-
ptizato docet, *Placuit inqt, Fides mulieris depre-
cantis pro filiæ ſalute Deo, cui dixit, quod ſi crederet
in Chriſtum, filia eius ſuſcitaretur: ipſa autem reſ-
pondit omnia eſſe poſſibilia domino noſtro Ieſu Chri
ſto, dictumq́; ei, uade in pace, fides tua te ſaluam fe-
cit.* [k] Accedit fides Centurionis credentis, pro
puero rogantis, & obtinentis ſalutem. [l] Quini-
mo & fides ſecreta & tacita in corde, operata
eſt in hæmorroiſſa curata tactu ueſtimento-
17 rum domini noſtri Ieſu Chriſti. [m] In eccleſia
primitiua adultorum, eorumque potiſſimum
qui egebant inſtructione, baptiſmus duobus
ſolemnibus diebus tantum extra neceſſitatis
cauſam, quæ accelerabat, fiebat: uidelicet paſ-
chæ & penthecoſtes. [n] Et iiden his diebus conſe
cratio fontis baptiſmatis fiebat. *Diem baptiſmo
ſolemniorem paſcha præſtat*, inquit Tertullia-
nus, [o] *cum & paſſio domini, in qua tingimur, adim-
pleta eſt.* Et poſteà, *die paſchæ quo & domini re-
ſurrectio celebrata eſt; & gratia Spiritusſancti
dedicata. Cæterum omnis dies domini eſt, omnis ho
ra, omne tempus habile baptiſmo: ſi de ſolennitate,
intereſt, de gratia nihil refert*, hęc Tertullia. Et Ni
cepho. Calix. [p] *In Theſſalia*, inquit, *mos fuit, ut
paſchalibus tantum diebus baptiſmus perageretur.
quapropter multi eo ſacramento non intincti deceſ
18 ſerunt.* Subinde qui præſentare poſſint baptiſ-
mo, omnes quoque fideles ſunt tempore neceſ
ſitatis: & ſine ea quoque, niſi qui ſpeciali nomi
ne prohibentur, ne patres luſtrici, ſeu ſpiritua-
les, ſeu, ut dicunt, patrini ſint. Prohibetur au-
tem abbatibus, monachis, monialibus, uel re-
ligioſis perſonis: [q] ſi tamen tenent, compatres
ſunt. Et in ſtatutis militum Hieroſolymitano-
rum, ſic ſcriptum eſt, [r] *Non liceat cuiquam fra-
trum noſtrorum in ſacro baptiſmatis fonte recipere
abſque ſui ſuperioris licentia, niſi baptizandus eſſet
filius Baronis, aut maioris domini.* Item qui non
eſt ipſe baptizatus nec confirmatus, non poteſt
alium baptizandum offerre, [s] excepta cauſa ne
ceſſitatis. Num autem mater quę proprium fi-
lium de baptiſmo leuauit, cōiugale debitū poſ
ſit reddere marito, tractat tota 30. q. 1. Iure cō-

muni unus tantum uir, uel una tantum mulier
ſuſcipere debent in baptiſmo infantem, [t] quia
baptiſmus ut adoptio, imitatur naturam, [u] uel
duo ad ſummum, nempe uir & mulier, ut con-
cilio Tridētino nuper cautū eſt. [x] Plures tamē
aliquando adſunt, & ſi ſunt, contrahunt & illi
cognationem hanc, [y] quæ ex ſuſceptione uel
præſentatione infantis naſcitur. Nam ex hac
præſentatione naſcitur affinitas & cognatio
ſpiritualis, & filius is eius quoque dicitur, qui
eum in fide inſtruit, & baptizat. [z] Atque qui de
fonte aliquem leuarunt, uti probi parentes, de
bent baptizatum filium docere in fide, in ſym-
bolo ſaltem & oratione dominica: [a] ut & ipſi
baptizati adulti facti, tenentur ad fidem quam
19 pro ſe illi ſpoponderunt. [b] In ſumma baptiſ-
mus ad conſequendam remiſſionem peccato-
rum inſtitutionem habet, originalis & actua-
lium antea commiſſorum ab adultis, ut dictū
eſt, & ita ſecundum Baſilium Magnum, [c] *Baptiſ
mus, eſt captiuorum, & æris alieni remiſſio, pecca-
ti mors, animæ regeneratio, amictus ſplendens, cha-
racter indelebilis, cæli iter, regni cæleſtis concilia-
tio, adoptionis gratia.* Cui & ſubſcribit Cyril-
lus, [d] *Baptiſmus*, inquit, *captiuitatis liberatio, pec-
catorum remiſſio, mors peccati, animæ regeneratio,
ueſtimentum candidum, ſignaculum ſanctum &
indelebile, currus ad cælum, deliciæ paradiſi, regni
cæleſtis conciliatio, chriſmaque adoptionis filiorum.*
Et rurſum idem, [e] *peccata quæ baptiſmum ante-
ceſſerunt, animæ & corporis uulnera curat Deus
per baptiſmum, ad reliqua autem futura ſic nos com
municamus omnes, ut mundum corporis hanc ve-
ſtem cuſtodiamus: nam poſt peccatum, maculæ pec
cati manebunt ſicut plaga accepta in corpore, quam
uis curata ſit: cicatrix tamen manet: ſic peccatum
uulnerat corpus, & animam, & manent ſigna cica
tricum in omnibus*, Et D. Cyprianus: [f] *Diaboli, in-
quit, nequitia obſedit corpus hominis uſque ad ba-
ptiſmum, poſtea cedit, niſi labatur in peccata. Exem
plum, Pharao qui nunquam in filios Iſrael aperari
quieuit, donec mari ſubmergeretur: mare autem il-
lud, exemplum futuri baptiſmi. Nam ſicut ſcorpio-
nes & ſerpentes, qui in ſicco præualent, in aquam
præcipitati præualere nequeunt: ſic nec ſpiritus ne-
quam, qui ſcorpij & ſerpentes appellantur: & ta-
men per nos, data per dominum poteſtate, calcan-
tur, permanere ultro in hominis corpore non poſ-
ſunt, in quo baptizato & ſanctificato incipit ſpiri-
tusſanctus habitare.* Docet & D. Paulus. [g] Sci-
mus tamen per baptiſmum manere concupi-
20 ſcentiam, ſed attenuatam. [h] In baptiſmo per-
tractando uitandę ſunt hæreſes, prior illa Ana
baptiſtarum ſeu rebaptizantium, ut ſuprà dixi
mus. Item alia quæ uult dominum noſtrum Ie
ſum Chriſtum baptizatum & à peccatis ablu-
tum à D. Ioanne Baptiſta: cum tamen illo ba-
ptiſmo, ipſe potius aquas ſanctificauit, quā ab
illis ſanctificatus fuerit. [i] Dehinc & alia Meſſa
lianorū, quos εὐχίτας, i. orantes dicebant. Qui
& ἐνθουσιαστὰς, i. ſacrificatores: illi enim aſſere-
bant nullam utilitatem ex ſancto baptiſmate
baptizatis accedere, & ſolā ſtudioſam orationē
effugare dæmonē: inſuper unūquemque naſcē
tium à progenitore ſuo, ſicuti naturā, ſic et dæ-
monum trahere famulatū, quibus expulſis per
orationem illā ſtudioſam, Sanctū Spiritū adue
nire, & ſenſibiliter & uiſibiliter ſuā deſignare
pręſentiam &c. ut eſt apud Theodoretū. [k] Itē &
illa, q̄ impiè adſtruit, filios ex parentibus catho
licis natos non egere baptiſmo, ſed in fide parē
tū ſaluari, cōtra illud, *Niſi quis renatus fuerit ex
aqua, & Spirituſancto, &c.* [l] Idem canōdum eſt,

a Pſal. 50.
b 1. ad Cor. 15.
c D. Ioa. euan. c. 3.
d Geneſ. c. 17.
e c. maiores. in princ. & § 1. de baptiſ.
f 2. non neutabi li. de conſecra. diſt. 4.
g cano qui in maternis. eod. q. diſt. de conſe crat.
h Dionyſ. Areopag. de ecclesiaſt. Hierar. c. 7. D. Auguſt. lib. 4. de baptiſ. contr. Donati. & epiſt. 23
i Optat. Mileui ta lib. 5.
k D. Matthæi. c. 23.
l D. Matth. 8. Luc. 7.
m D. Matth. 9.
n can. de catechum. ms. & c. uenerabilis de conſecrat. diſt. 4. can. nō ratione. nſi qua ad ca ne. conſtat. ca. 4. cit.
o Tertul. li. de baptiſ.
p Niceph. Calix. lib. 2. Hiſt. c. 34.
q c. non licet, in 1. de conſec. diſt. 4. ca. pleruit. 30. q. 1.
r ot. 18. 1. 3.
s can. in baptiſmate. & can. ſi quis teneri de conſec. diſtinct. 4.

t ca. nō plures, de conſec. diſt. 4. c. fin. de cogna. ſpirit. in 6.
u § minorem, de adoptio.
x in concil. Trident. 8. ſeſſio. cap. 2. reformationis.
y d. ca. final. de cognat. ſpirit. in 6.
z c. contractae, c. 3. de cognat. ſpirit. c. 2. eod. tit. in 6. can. in catechiſmo, de conſecr. diſt. 4.
a c. ſi quis ſ. uult, 30. quæſt. 4. c. ſcilicet, c. ſi quis. 30. q. 4.
a ca. uos ante omnia. de conſecr. diſt. 4.
b ca. paruuli. de conſecrat. diſt. 4.
c Baſil. Magn. in exhortat. ad baptiſmum.
d Cyrillus Hierofolymita. in procathecheſ.
e Cyrillus Hierofolymit. cateche. 18. illuminatos.
f Cyprian. lib. 4. Epiſto. epiſt. 7. & li. 3. ad Quirinum. c. 65.
g 1. ad Corint. cap. 10.
h cano. perbaptiſmū. de conſecr. diſt. 4.
i vide cano. ſi baptiſata eſt, & cano. non regenerabuntur, de conſecrat. diſtinct. 4.
k Theod. li. 7. hiſtor. tripart. ca. 11.
l D. Ioan. c. 3.

ne dicamus campanas ſeu tintinabula, quæ benedicuntur, & nomen ut diſcerni poſſint accipiunt, vt & aliæ inanimatæ res, eo baptiſmo, quo remiſſio peccatorum confertur, baptizari, quia inanimatæ res ſunt. Sic & ſcriptum eſt in legibus capitularibus Caroli Magni latis Aquiſgrani[a] *Cloachas non baptizent, nec chartas per perticas ſuſpendant propter grandinem*. Non tamen nouum eſt, uel à fide Christiana alienum, campanas benedicere, & vngere, ſeu nomen eis dare. Nam & in Geneſi[b] legimus, Iacobum ſurgentem manè, & memorem viſus quo apparuit inibi illi ſcala ad cœlum vſque pertingens, tuliſſe lapidem, quem capiti ſuo ſuppoſuerat, & erexiſſe in titulum ſundendo oleum deſuper, appellaſſeque nomen vrbis Bethel, que prius Luza dicebatur.

De Confirmatione. Cap. V.

1 *Confirmatio ſua deſcriptione, arma fortiora in pugna ſpirituali addit, videlicet ſpiritum ſanctum.*
2 *Quæ conſideranda in confirmatione, de materia, perſonis confirmantibus, & ſuſcipientibus confirmationem.*
3 *De Anadochis, ſeu præſentantibus confirmandos, & qui poſſint eſſe.*
4 *Confirmationis faciendæ forma.*

1 Confirmatio, ſacramentum in eccleſia eſt catholicâ poſt baptiſmum conferendum, ſine quo poteſt quidem homo ſaluari baptizatus: at ſine eo benè eſſe nõ poteſt, vtpote cũ per eam, arma fortiora, Spiritum ſanctũ videlicet, quis accipiat, aduerſus impetus dæmonum & aliorum, quorum pugna ſpirituali cõtinuò diſtringimur.[c] Ideò omnibus Christianis neceſſaria in eccleſia.[d] Scribit Nicephorus,[e] Nouatũ nõ potuiſſe habere Spiritum ſanctum, ex eo ꝙ baptizatus non recepiſſet ab epiſcopo ſignaculũ, quod confirmationem vocamus. Atque Euſebius Pamphili,[f] de Nouato loquens, *Nouatus*, inquit, *Spiritu immundo vexatus, cum aliquantũ temporis conſumpſiſſet apud Exorciſtas, ægritudinem incurrit grauem, ita vt deſperaretur, vnde iacẽs in lecto, pro neceſſitate perfuſus eſt, nec reliqua in eo quæ baptiſmum ſubſequi ſolent, ſolenniter adimpleta ſunt, nec ſignaculo chriſmatis conſumatus, unde nec Spiritum ſanctum vnquam potuit promereri*.
2 Conſidera in hoc ſacramentũ materiã, perſonas, & formam, ſeu modum conferendi. Materia chriſma eſt, quod conſecratur in cęna Domini, quo vtitur nunc eccleſia, vſq; perpetuò.[g] Chriſma, ſymbolum eſt, nos eſſe luctatores cõtra Diabolum, ut ait Proſper in ſententijs Auguſtini.[h] In perſonis, qui confert uel cõfirmat neceſſariò eſt Epiſcopus:[i] quod & firmat concilium Aurelianenſe,[k] Meldenſe.[l] Aliquando tamen ex cauſa neceſſitatis cum epiſcopus habere non potuit, fuit ipſum munus presbyteris cõceſſum.[m] Cæterum qui confirmatur, debet excedere ſeptennium, & eſſe, ni fallor, eius ætatis, iã quia pugnandum illi cum dæmone, & ſuccubuiſſe peccatum eſt. Debetque eſſe ieiunus & cõfeſſus, excepta cauſa neceſſitatis, ut & epiſcopi conferentes.[n] Omnes autem eius debent eſſe ſacramenti participes.[o]
3 Accedunt confirmãdis quoque anadochi, vocamus patrinos, & inducit confirmatio compaternitatem Spiritualem, vt baptiſmus.[p] Poteſtque idem eſſe, qui & fuit in baptiſmo pater luſtralis neceſſitate vrgente, aliter non.[q] Qui non eſt baptizatus, non poteſt confirmandum exhibere ſeu ſuſcipere in ſuam curam,[r] nec vitricus priuignum, aliter ab vxore thorum ſeparat.[s] Neque etiam coniuges ſe mutuò in confirmatione ſuſcipere poſſunt: quia inde naſcitur cognatio, quę impedit matrimonium.[t] Nec ideò regulariter quis tenere debet filium, fratrem, ſororem, quia ſatis natura hos coniunxit. Exigitur porrò & hic, quemadmodum in baptiſmo, qui confirmãdo adſit, quia re ipſa qui confirmationem petit, debilem ſe fatetur: petit enim ſe confirmari, idẽ ad robur alterius interim confugit, iſque talis eſſe debet, uel qui ſaltẽ talis præſumatur. Quamobrem ſexus infirmus per ſe mulierum huic rei non eſt accommodus.
4 Forma eſt, ſignũ crucis impreſſum in fronte tum chriſmate[u], dicẽdo, Signo te ſigno crucis, & confirmo chriſmate ſalutis, In nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti. Accedit manus impoſitio, ut formula antiqua ſeruetur, qua Spiritum Sanctum confirmati recipiebant. Sic enim fecerunt, baptizatos confirmantes apoſtoli,[x] & eorum ſucceſſores, q & chriſmate, & hoc ſignaculo vſi ſunt.[y]

De ſacroſancta Euchariſtia. Cap. VI.

1 *Nomina plura Euchariſtiæ ſacroſanctæ.*
2 *Quid, & ibi probationes exiſtentiæ corporis & ſanguinis Domini.*
3 *De materia huius ſacramenti panis, & vini aqua mixti.*
4 *Montanorum funeſta in Euchariſtia, materia.*
5 *De pane azimo Euchariſtiæ.*
6 *Cur ſacerdotes ſub vtraque ſpecie panis & vini, potius quàm Laici, huic ſacramento communicent: & quibus Laicis permiſſum.*
7 *De forma conſecrationis huius ſacramenti.*
8 *Quæ ſunt perſonæ conſecrantes, & quales quæ recipiunt.*
9 *Quomodo, & quo tempore communicandum huic ſacramento.*
10 *Semel in die tantum ſacerdos facere miſſam debet, & quando tunc poſſit, & de veſtimentis ſacerdotis ſacris. Et de Teleſphoro.*
11 *Partes ſacrificij ſubſtantiales & accidentales huius ſacroſancti ſacrificij Euchariſtiæ & miſſæ.*
12 *Miſſa quæ pro defunctis ſit, viuis applicari vetatur, vel ſortilegijs.*
13 *Ob effectum ſacramenti huius neceſſarium, conſeruatur conſecrata Euchariſtia.*

1 Sacroſancta Euchariſtia pluribus effertur nominibus, quæ aliquid magnũ inſinuent, dicta à Græcis ἱερὸν μυστήριον, ἁγιωσύνη, ἱερουργία, σύναξις ab Hebræis miſa, à uerbo mas מס tributũ, penſum, oblatio. Magna huius ſacramenti authoritas, & ineffabilis ſubſtãtia, ut ingenuè velim profiteri, nec mihi ingenij aciem tãtam eſſe, quæ poſſit de hoc ſacramẽto pro eius dignitate eloqui vel pertractare. Quare humili pẽna quædam tantum perſequar, quæ iura diſcentibus accommoda eſſe poſſint: ſublimiũ myſteriorũ recondita & admirabilia, relinquẽs vidẽda apud illos, qui ea profeſſo de eo præſtantiſſima ediderũt volumina. Ergo εὐχαριστία, ſiue benè gratum, factũ eſt, in quo ſub viſibilium accidentium ſpeciebus, ſacroſanctum corpus, & ſanguis domini noſtri Ieſu Chriſti cõtinetur.[z] D. Martialis diſcipulus domini, *Sacrificium*, inquit,[a] *offertur creatori in ara, non homini, non angelo: nec ſolum in ara ſanctificata, ſed vbicun-*

que

*que offertur oblatio munda, ſic teſtatus eſt, cuius
corpus & ſanguinem in uitam æternam offerimus.
Quod Iudæi per inuidiam immolauerunt, putantes
ſe nomen eius tollere a terra: nos cauſa ſalutis no-
ſtræ in ara ſanctificata proponimus, ſcientes hoc ſo-
lo remedio uitam præſtandam, & mortem effugan
dam.* Et ita creditum eſſe omni tempore ab ec-
cleſia catholica, uel fidem facere poſſunt Eth-
nici, qui cum tantum, ac mirabile myſterium
comprehendere non poſſent, calumniabantur
olim Chriſtianos, tanquam anthropophagos,
nempe quòd eorum corpus Domini comedere au
diuiſſent.[a] Galatinus uir egregiè in Hebræorū
& Iudæorum libris exercitatus, Rabinorū plu-
res colligit ſententias,[b] quibus conſtat credi-
diſſe, futurum Meſſiam ſeſe in cibum daturū,
& idipſum conſecrandum & porrigendum in
ſpecie placentæ, eius magnitudinis tantum, cu
ius uola manus eſt. Sic in Pſal. 70. qui incipit,
Deus iudicium tuum regi da; ſcriptum יהי פסת בר,
id eſt, erit in illo tempore (ſcilicet Meſſiæ cui
inſcriptio dicatur) placenta frumenti in capite
montium. Et in libro ספרי ſiphre, ſuper illud
Deutero. 32. *Dominus deducet eum, & non erit
cum eo Deus alienus*. Dicitur quod in diebus
Meſſiah frumenta producent, גלוסקאות gelus
keor, id eſt, placentas, ſicut eſt pleninudo כף
caph, id eſt, manus ſiue palmæ: ſicut ſcriptum
eſt, Pſal. 72. *Erit placenta frumenti in capite mon-
tium*. Quod & repetit Rabi עזרא gnora, in li-
bro כתובות chetubot, id eſt, ſponſaliorum, capi
te quod incipit שני דיני ſcene dine, id eſt, duo
iudices, interpretatur. Et Rabi Moſche Hadar-
ſan in c. 14. Geneſeos tradit. Quod dictum de
oblatione Melchiſedech in pane & uino, de ſa
crificio intelligendum corporis & ſanguinis
inſtituēdo in iiſdem ſpeciebus a Meſſiah: quia
& is eſt ſacerdos ſecundum ordinem Melchi-
ſedech.[c] Ex eo pertinere, quod ſcribitur in Pro
uerbijs,[d] *Venite comedamus panem meum, & ui-
num quod miſcui nobis*. In hoc ſacramento, ma-
teria ex qua fit, eſt panis & uinum aqua mixtū,
quæ ſpecies tranſubſtantiantur in corpus & ſā
guinem Domini noſtri Ieſu Chriſti,[e] in prola
tione uerborum ſacramentalium, uirtute diui-
na:[f] in idipſum inquam corpus, quod natū ex
uirgine matre, quod paſſum, quod ſepultum,
quod reſurrexit,[g] & aſcendit in cœlum,[h] quod
que Chriſtus dedit in cœna.[i] Miſcetur aqua ui
no, ut declaretur hipoſtaſis duarum naturarū,
diuinæ & humanæ in domino noſtro Ieſu Chri
ſto.[k] Ideo quia id negant Iacobitæ hæretici Ar
menij, uino aquam non miſcent.[l] Sicut & in
eo lapſus Tarianus hæreticus, qui ſola aqua v-
ſus in iiſdem myſterijs: ut & Eucratitæ quoq;
hæretici.[m] Datur ſub ſpecie panis & uini hoc
ſacramentum, ne ſi uerum corpus quod uerè
ibi eſt, & ſanguis appareret, horrore cruoris a
tam neceſſario cibo deterreremur.[n] Et ut ſub-
ſannatio Ethnicorum & Iudæorū euitaretur,
qui idipſum exprobrare poſſent.[o] Nec rece-
ptum eſt uuas cum ſacramentali benedictione
Eucharſtiæ iungi, uel alia, ut lac.[p] Neve cum
pane aliquid admiſceatur aliud. Quemadmo-
dum & D. Hieronymus deteſtatur meritò[q]
Montanorum hæreticorum funeſta ſacramen
4 ta. Nam de infantis anniculi cuiuſdam ſangui
ne, quem de toto eius corpore minutis pūctio-
num uulneribus extorquebant, Euchariſtiam
ſuam feciſſe perhibebantur, miſcentes eum fa
rinæ, panemque inde facientes: apud quos etſi
is puer ſic mortuus fuiſſet, habebatur pro mar
tyre: ſi autem uixiſſet, pro magno ſacerdote.

a Tatianus orat. contra Græcos, & Theop. Theolog. li. 2. ad Autholychum.
b Galatinus, libro 10. aduerſus Iudæos, ca. 4. 5. & 6.

c Pſal. 109 Dixit dominus.
d Prouer. c. 9.
e D. Ioan. Euāgel. capit. 6 Corinth. 11 capit. In quadam, de celebr. miſſar. ca. nō oportet, ca. in ſacramento, can. omne, de conſec. diſt. 42. Bernardus. ſerm. 3 domini in cœna. Ambro. tom. 4. de ijs, qui initiantur myſterijs c. 9. Tertul. lib. de reſurrectione.
f ca. quia corpus, can. panis eſt, can. re vera, de conſ. diſt. 2.
g ca. prima & ſeq de conſecr. diſt. 2.
h can. omnia, de conſe diſt. 2. Martia ad Burdegalen c. 3.
i Iatè id probat. Cypria. lib. 2. epiſto. epiſto. 3. & ratio, concil. Florent. in hoc ſacramento, can. in ſacramento, de conſecr. diſtinct. 2.
k Niceph. Caliſt. lib. 18 c. 58.
l Epiphanius, tomo. 3. libr. 1. aduerſus hæreſes, hæreſi 46.
m Epiphanius tomo 1. libr. 2. contra hæreſ. hæreſi. 45.
n can. ſorte, & ca. panis eſt, de conſecr. diſt. 2.
o ca. omnium, de conſecr. diſt. 2.
p ca. dedimus, & ca. cum omne, de conſecr. diſtin. 2.
q vide beatum Rhenanum, in annotationib. in Tertull. lib. aduerſus Praxeam.

Non audeo hic etiam inculcare impudicam
impietatem & blaſphemiam, quam ſacroſan-
cto, & adorando myſterio corporis & ſangui-
nis domini alij miſcebant: uerum eam uidebis
5 deteſtatam apud Epiphanium.[r] Panis qui huic
ſacramento ſeruit, eſt azymus, id eſt, ſine fer-
mento.[s] *Epulamini*, inquit D. Paulus, *in azymis
ſynceritatis, cū paſcha noſtrum immolatus eſt Chri
ſtus, quo tempore paſchæ, hoc ſacrificium dominus
inſtituit*:[t] iuſſitque ita fieri apoſtolis & diſcipu-
lis, ut eum feciſſe & conſecraſſe uiderant.[u] Ne
que tunc alius ibi, quàm azymus adeſſe pote-
rat panis. Sic enim in Leuitico[x] iuſſerat Domi
nus: *Menſe primo, quarta decima die ad ueſperam
phaſe domini eſt, quarta decima die menſis huius
ſolemnitas azymorum domini eſt, ſeptem diebus
azyma comedetis, &c.* Quæ figura fuit agni ue-
ri, qui tulit peccata mundi, & eius ſacrificij.[y]
Quod etiam alijs adumbratum erat legalibus
figuris. Proinde & eccleſia Catholica quoq; in
feſto paſchæ retinuit tempus legis antiquæ[z]
exploſis umbris aduenienté uero corpore, in
ſacrificio, per quod impletum eſt quod prædi-
ctum: alioquin enim ſi panis ſolus eſſet ſine
realitate corporis dominici in hoc ſacrificio,
eſſemus pares Iudæis, qui tantum figurā hanc
habebant ſacrificij huius, in panis & uini ſacri
ficio, quod erat oblatū a ſacerdote domini Mel
chiſedecho.[a] Et tantundem fuiſſet apud eoſdē
in panibus propoſitionis,[b] in panibus azymis,
in laganis collyridis.[c] Obſeruat Eccleſia Ro-
mana & Catholica, poſt multas ea de re ſopi-
tas controuerſias,[d] ut ex curſu Solis ſimul &
Lunæ, diem celebrandi paſchæ ſemper compu
tet: Solis quidem propter diem dominicam: &
menſem Lunæ, propter legem, qua a decima
quarta Luna uſque ad uiceſimam primam pa-
ſcha immolandum, & azyma faciendum eſſe
præcipitur. Ita ſubducta calculi ratione, ut poſt
æquinoctium uernale a quarta decima Luna
uſque ad 21. id eſt, in tertia hebdomada primi
menſis, die dominica ſolemnitas paſchæ cele-
bretur.[e] Vt non mirum, ſi in azymis quoque,
in myſterij materia, ut in tempore, conſentiat
eccleſia cum priſca lege. Scio tamē aliquos ab
eccleſia Catholica & in hac parte diſceſſiſſe,
non ſecus quàm ſciſmatici & hæretici quoq;
in pluribus alijs ſeipſos decipiētes ſeſe ſubdu-
cunt ab eadem. Sicut & Rutheni ſiue Moſcoui
tæ in azymis ſacram Euchariſtiam non eſſe cō
cedendam cenſent, ut ſcribit Sigiſmūdus liber
Baro:[f] in hoc morē ſequuti orientaliū, qui in fer
6 mentatu celebrant.[g] Sacerdotes in hoc ſacra-
mento cōicare debent ſub utraq; panis & uini
mixti aqua,[h] quia dum hi ſacram peragunt li-
turgiā, myſterium redēptionis plenè exhibēt,
& diſtinctè: & dum facti ſunt apoſtoli ſacerdo
tes, & dictū illis in uino, *Hic eſt ſanguis, &c. bibi
te ex eo omnes, &c.*[i] Plus uerò uini, q̄ aquæ po-
ni debet in calice.[k] Si uinum tamē in regione
deficiat, poteſt ſummus pontifex diſpenſare, ut
ſine eo cōſecrari poſſit.[l] At laicis ſub ſpecie pa
nis tantū porrigitur, quia nec corpus uiuū do-
mini, in quod tranſubſtātiatio fit, ſine ſangui-
ne eſt. Sic legimus ſcriptū, nulla mentione ha-
bita ſanguinis dñi & uini, dicētem dominū,[m]
Ego ſum panis uiuus, qui de cœlo deſcendi: Et cū di
ſcipulis conuenientē eūdem Dominum in E-
maus,[n] eis panē dediſſe & conſecraſſe: itē fide-
les fuiſſe perſeuerātes in doctrina apoſtolorū,
& cōicatione & fractione panis.[o] Et ita etiā de
cretū in concilio Conſtantienſi, ſeſſio. 13. & cō
cilio Tridentino.[p] Scio tamen apud Moſcoui-
tas,

r Epiphan. tomo 2 lib 1. contra hæreſes, hæreſi 64.
s ca. fin. de celebr. miſſar.
t 1. Corinth. 5.
u Luce 22. D. Ioan. euang. c. 13. D. Matthe. 26.
x Leuit 23. & Deutero. 16.
y can. ſextam Synodum, de conſecr. diſt. 2.
z in Can. apoſtol. ca. 8.
a Geneſ. c. 14.
b 1. Reg. c. 21. 2 Paralipo 4. 1. Machab. 4. & 2. Macha. c. 10.
c de quib. Leuit. 7.
d de quib controuerſijs, vide Sozomenum. libr. 6. Tripart. Hiſto. c. 9. Epiph. lib. 2. de hæreſi hæreſ. 50. Niceph Caliſt. libr. 4 Hiſto eccleſiaſt. cap 36. 37. & 38. & lib. 6. cap 10. & lib. 12 ca. 31. 32. 33. & 34.
e Victor. in epiſt. ad Epiſcopos in Alexandria conſtitutos, in c. 8 apo. Beda, libr. de natu. rerum, c. 60. variaque eius obſeruationes colligit Brunus li. 6. de cæremon c. 4.
f Sigiſmūd. in comment. rer. Muſcouita
g Niceph. Caliſt. libr. 1. Hiſt. c 28.
h c. literas, de celebrat. miſſa. De rationibus mixtionis, Cypria. lib. 2. epiſt. epiſt. 3. ca. in ſacramentorum. de conſ. diſt. 2. In concil. Flor.
i Lucæ 22.
k c. penult de celebr. miſſar. ca. in quadam, eod.
l Ange. de Clauaſ. in ſumma, in uerbo, Euchariſtia, nume. 20.
m Ioan 6. c.
n Lucæ 24.
o Actuum, c. 2.
p Seſſio 13. ca. 3.

tas,[a] ſub utraque ſpecie communicationē Euchariſtiæ fieri, quandocunq; in anno quis voluerit, dummodo cōfeſſus fuerit, ſaltem in die Paſcharis. Item noui pueris & ſeptemnibus & infantibus apud aliquos Euchariſtiā porrigi, ſaltem per guttam uini. Verum hoc alienum a Catholica doctrina. Quamuis & indultum ſit concilio Baſilīēſi Boemis, promiſcuus vſus Euchariſtię ſub ſpecie utraque, panis & uini, ubi is mos iam inoleuiſſet: ea tamen lege, ne diuerſum uſum improbarent, neve ſe ab eccleſia catholica in ceteris ritibus, dogmatibuſq; ſeiungerent.[b] Atque inibi, contrarium huic priuilegio morem eſſe eccleſiæ catholicæ dicitur, qui & ſeruari mandatur.[c] Sicut & in concilio Baſilienſi,[d] ubi declaratur hæreticū eſſe dicere dominum præcepiſſe fidelibus omnibus ſub vtraque ſpecie communicare, idipſumque cōcilio
7 firmatum Tridentino.[e] Forma conſecrationis iſtius ſacramēti, eſt in conſecratione corporis, Hoc eſt enim corpus meum, in conſecratione ſanguinis ſacroſancti. Hic eſt enim calix ſanguinis mei noui, & æterni teſtamenti. Miſteriū fidei, qui pro uobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.[f] Quibus uerbis a ſacerdote prolatis, ſociantur ima ſummis.[g] Perſonæ ſeu miniſtri qui conficiunt, eſſe debēt ſacerdotes, alijs non licet,[h] nec quidē laicis cōtrectare.[i] Nec hodie, quemadmodum aliquando,[k] menſæ dominicæ aſſiſtētes, corpus & ſanguinem manibus proprijs accipiunt. Sacerdos irregularis tamen, aut interdictus, ſuſpēſus ab ordine, excommunicatus, ſimoniacus, ſciſmaticus, depoſitus, publicus & notorius peccator, degradatus, conſecrare non debent de iure: Si tamen de facto in debita materia conſecrent cum debita intentione & forma, conficiūt corpus domini.[l] Non enim diſpēſatorum ſeu miniſtrorum meritis augetur ſacramenti uirtus, nec per eorum uitia deſtituitur uirtute.[m] Cęterum perſonæ, quæ ſumunt Euchariſtiā, & diligenter præparatæ, & alioquin indignę eſſe poſſunt. Sumant enim omnes cuiuſcunque generis ſint, qui manducant uerum corpus & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti, dum poſt conſecrationem manducant. Veruntamen exitu & effectu inęquali. Nam qui ſe ad tantum beneficium diſponunt, præparant, & probant, ad ſalutem accipiunt æternam: alij autem in interitum.[n] Atque in eo quod dominus Iudæ Euchariſtiam porrexit, exemplū ſingulare eſt, non eſſe eam negandam peccatoribus occultis, ſi petant.[o] Si tamē publicè ſceleſtiſſimè deliquerint, ſtatim ubi petunt non eſt concedenda,[p] ut nec hiſtrionibus,[q] niſi poſt peractam confeſſionem & pœnitentiam, excepta neceſſitatis mortis cauſa, in qua morientibus pœnitētibus non eſt neganda,[r] etiam ſi excommunicati ſint, dummodo ſatisfecerint.[s] Imò & in Maguntinenſi concilio placuit, furca ſuſpendendis in ſcelerum ſuorum pœnam, de peccatis ſuis omnibus puram confeſſionem facientibus, non denegandam, ſi petant.[t] Quod & ad alios reos, ultimo damnatos ſupplicio, porrigitur.[u] Vterque ſexus, & omnis ætas hoc ſacramentum ſuſcipere poteſt Chriſtianorum: imò adulti tenētur ſaltem ſemel in anno ſumere,[x] dummodo rationis habeant iudicium. Siquidē ijs negatur tempore amentiæ, ſi antequam in eam inciderint, illud præparati non petierint, uel in dilucidis interuallis: his enim caſibus cōcedi poteſt, ſi nihil aliud prohibeat, ueluti ſi de euomitione metuatur,[y] uel alia ſimilia neteſ.

Aetas porrò adultorum dicetur legitima ad cōmunicandum ſacramentaliter, quæ iudicium habet diſtinguendi & diiudicandi, ſacramentum hoc corporis & ſanguinis domini ab alio cibo quotidiano, ſeque probādi,[a] dum credat ſub ſpeciebus panis latere uerum corpus & ſāguinem dominicum. Sic quemadmodum malitia: ita & prudentia ſupplet ætatem.[a] Et puerorum impuberumve quædā ſunt delicta, quæ animaduerſionem aliquam exigunt,[b] etſi ea non ita ac in maioribus ſeuera.[c] Infantes tamen, pueroſque olim quod ex ſacramento reſiduum erat ex populi ſumptione comediſſe, non tamen ſacramentaliter, patet, in orientali eccleſia, ob puritatemque vitę fragmenta illis conceſſa.[d] *Conſuetudo*, inquit Nicephorus,[e] *à multo tempore imperanti vrbi Conſtantinopoli fuit, vt cùm pluſculum de partibus immaculati diuinique corporis domini, & Dei ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti reliquum eſſet, ſacerdotes pueros à pleris incorruptos, ex eis qui ad præceptores in ludum litterarium eunt, accerſerent: qui ieiuni reliquias eas ederent. Quod quidem mihi*, inquit Nicephorus, *ſæpenumero cum puer admodum eſſem, & maximè à prima ætate in ſacris ædibus verſari ſtudio haberem, contigit*. Narrat & ſtatim quod ſub Mena epiſcopo Conſtantinopolitano euenit, *Accidit*, inquit, *vt filius Iudæi inter alios ex ſchola rediens ex his acceperit, & patri nitrario moræ cauſam reddens expoſuerit. Quò percitus ira Iudæus, in furnum vitrorum ardentem miſit, & clauſit, vt combureretur: & poſteà cum quæreretur à matre redeunte de ciuitate, per tres dies illa exquirente à patre cum lachrymis: filius matrem audiens ex fornace reſpondit. Qua aperta, inuentus eſt inter ignes illæſus, vnde eductus, ad Iuſtinianum ductus cum matre, Chriſtianus factus, pater autem Chriſtianiſmum renuens, vt parricida de ficu ſuſpenſus eſt*. Porrò quicunque voluerit ſacramētaliter ſalutiferè ſacroſanctum domini corpus ſuſcipere, confiteri debet peccata, & iniunctā implere pœnitentiam, hoc eſt, ſe probare num dignè & deuotè accedat & reuerenter,[f] debetque eſſe ieiunus, qui à media nocte nihil comederit,[g] excepta cauſa infirmitatis, quæ mortem minatur, in qua ne ſine viatico moriatur infirmus, etiam à cibo rectè communicat corpori & ſanguini domini.[h] Sit & à pollutione nocturna externa & cui conſenſerit, alienus:[i] & à venere,[k] vt & Tibullus.[l]

Vos quoque abeſſe procul iubeo, diſcedat ab aris,
Cui tulit heſterna gaudia nocte venus.

Et Iuue.[m]

Ille petit veniam quoties non abſtinet vxor
Concubitu, ſacris obſeruandiſque diebus.

Quemadmodum nec licebat panem ſanctum aut propoſitionis, antiqua lege manducare laicis, nec niſi mundis, maximè à mulieribus, vt habetur. 1. Reg. c. 21. Non ſit item excommunicatus, nam & hic à communione ſacroſanctæ menſæ repelli debet.[n] Sumat à miniſtro idoneo, ſcilicet à ſacerdote,[o] eoque proprio,[p] vel ab eo cui ipſe cōceſſit, vel epiſcopus, à quo procedunt literæ, quas vocant de regendo: videlicet quando curio per ſe non poteſt ſacramenta conſecrare, puta quia abſens, vel nondum ſacerdos factus: nam tunc vicarijs temporalibus hæc cura committitur. Poteſt & ſumi Euchariſtia à proprio Epiſcopo, & proprio Archipresbytero,[q] excepta cauſa neceſſitatis: quo caſu, & diaconus, & religioſus, & laicus, præbent conſecratam, imò & qui Euchariſtia eget, per ſe tunc ſuſcipere poteſt:[r] ab hæretico

a Sigiſmūdus, libr. de rebus Moſcouit.
b Marti. Chromerus lib. 2. de reb. Polon.
c concil. Conſtant. ſeſſ. 13.
d concil. Baſil. ſeſſ. 30.
e conc. Triden. ſeſſ. 6.
f Matth. c. 26. D. Lucæ 22. D. Marci, 14. D. Ioan. euang. c. 11. cap. cū Marthæ, de celebr. miſſ. libr. 3 Decret. c. 40.
g ca. quid ſit, de conſ. diſt 2.
h ca perfectis, 25. diſt. ca. diaconus, ca. peruenit, ca. præſentes, 93 diſt.
i Nicepho Caliſt lib. 8. Hiſto. eccleſ c. 9 & li. 13 cap. 7.
k c peruenit, de conſ. diſt. 2.
l Ange Clauaſius, in ſum in verbo euchariſtia, a. nume 2. ex Richardo, in ca 4. diſt.: 3.
m can. multi, 1. queſt 1.
n 1. ad Cor 11. can ſancta, ca. ſicut Iudas, & ca. quid eſt, & ca. qui manducat, de conſecr. diſtin 2. ca quo iudic, can. qui ſcelerate, can. qui diſcordat, eod.
o ca. non prohibeat, & can. ſicut Iudas, de conſecr diſt 2. ca. aduerſitas, 7 q. 1.
p ca pro dilectione, de conſecra diſt 2 ca. in actionē, de pœn diſt 1.
q ca pro dilectione, & ca. 8. de conſ diſt. 2.
r ca. pœnitentes, 50. diſt ca. virgines, 27 q. 1. ca ſi quis baptiz, 1. q. 1. & can. in primis, 2. q. 1. ca. accuſatores, 46 diſt.
s cano. ſi quis de corpore, & ſequent. 26. q. 5. 6.
t ca. tanto, 26. diſtin.
u ca. quęſitum, 13 q. 2.
v. in clemen. 1. de pœnitēt. & remiſſio. c. pœnitentes, 26 q. ſin. can. 1. 26. q. 7. ca. pro obeuntibus, 13. q. 2.
x c. omnis, de pœn. & remiſſ.
y ca. his qui, 26. q. 6.

a ſic enim D. Paulus exigit, 1. ad Corin. 11.
a ca. de illis, in 2 & c. fin. de deſponſ. impu. l. 3 C ſi minor ſe maiori dixe.
b c. 1. de delic. puerot. l. 1 C. ſi aduer. delict. l. impunitas. C. de pœnis.
c c. 2. de delict. puero l. auxilium § etiam, de minori. l. ſi ex cauſa, iudica. eod.
d ca. paruuli, de conſ diſt 2.
e Niceph. Caliſt. lib. 17. eccl. Hiſtor. c. 25.
f 1 ad Cor 11. can. tribus gradib. & ca. illo, de conſ diſt. 2.
g ca. liquido, de conſ. diſt. 2. can. nihil, 7. q. 1. ca. ex parte, de celebr miſſ.
h can presbyter, de conſecr. diſt 2.
i can. non eſt, diſt 6 ca quiſquis, 14 q 2.
k uide ca. omnis homo, de conſecr diſt. 2. can. ſciatis, 33. quæſt 4
l Tibullus, lib. 2 epiſt. 2.
m Iuuena. Saty 6.
n can. Engeltrudam, 3. queſt. 4. c. nulli, de ſen. ten excommu. c. illud, de cler. excommunic. ca. ſunt, 2. q. 1.
o ca. peruenit, de conſ. diſt. 2.
p Clemen. religioſi, de priuileg.
q c. 3 de offic. archidiac.
r uide Panor. in ca. quanto, de conſuetud. Angel. Claua. in ſumma, in verbo Euchariſtia 3. num. 21. & in uerbo excōmunicatio, 5 in 12. caſ. nume. 5.
s can. cappe, 24. q. 1. ca. ſi qd dederis, eod.

9 tico autem, nunquam. Suſcipienda autem ſecũdum morem & præſcripta eccleſiæ catholicæ: & certè, ſi quis eſſet omni die probatus, utile & laudabile eſſet quotidie ſuſcipere.[a] Verũ quia non niſi cum reuerentia & ſumma cum probatione quis ad tantum myſterium accedere debet, nec ſi abſtineat quis a quotidiano eius uſu uituperandus eſt.[b] Qui indignè enim ſumit, iudiciũ ſibi manducat, & bibit.[c] Sunt & aliquando animæ malè diſpoſitæ: & illis melius ſe habentibus, interdũ corpora probè diſpoſita non ſunt. Ideo in dubio ſubuerſionis ſtomachi, ſeu uomitus non eſt præbenda Euchariſtia, & peccat ſceleſtiſſimè qui eã ſumit, & uomitis quoque qui infirmus, nauſeam patiẽs, accipit.[d] Et proinde quoque ſani qui ſuſceperint tantum hoſpitem Deum & hominem, a crapula & uino, maximè quo tempore receperint, abſtinẽre debent, nec ſtatim ad alias eſcas accedere.[e] Maximum piaculum eſt, permittere in terram ſacroſanctum hoc myſterium etiam ſine malitia per negligentiam cadere.[f] Quod & de ſanguine ſit dictum. Et presbyter, qui negligenter cuſtodierit, uel fuderit, 40. diebus pœnitere debet.[g] Narrat Nicepho. Calix.[h] mulierem quãdam Macedonianæ hæreſis, noluiſſe in eccleſia fidem cum uiro ſectari, atque myſteria Euchariſtiæ accipere: monitam tandem a marito nunquam cum ea ſe concubiturum, ni cum eo ad ſacram cõionem ueniret, illam ſe facturam ſimulaſſe, & una cum eo in eccleſiam ueniſſe, & donum, id eſt, Euchariſtiam, ut alios accepiſſe uerum inclinando ſe perinde, atque orationi uacaturam, Euchariſtiam occuluiſſe, & allatum ab ancilla panem communem pro ea accepiſſe: tamen ubi ori admouiſſet, in lapidis naturam induruiſſe, nec atterere potentem, delictum faſſam, reſipuiſſe. Ἰσχυραί hæretici, qui ita dici uoluerunt, quaſi peccatores uel ἰσχυροί. hoc eſt, aſſlati numine, uel potius dæmone, ab eccleſiaſtica communione non ſe abſtinuerunt, nihil prorſus uel prodeſſe, uel obeſſe diuinam eſcam dicentes.[i] De qua tamẽ dominus noſter Ieſus Chriſtus dixit: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, uiuet in æternum.* In eccleſia itaq; non fuit datum mandatum quotidie cõicandi, ſed cõicãdum in tribus feſtiuitatibus precipuis, Paſchæ, Pentecoſtes, Natiuitatis domini:[k] uel ſaltem in feſto paſchatis[l] ſemel in anno. Imò nec ſacerdotes ſingulis diebus tenentur neceſſariò liturgiã peragere, & ita communionis Euchariſtiæ participes eſſe:[m] exceptis ijs qui ſacerdotia curã animarum habentia poſſident, qui ad minus tenentur feſtis diebus celebrare, & miſſas perficere, uel per alios populo de his ſatisfacere,[n] debetque quilibet ſacerdos quantum frequẽtius poterit, miſſam peragere,[o] ſemel tantũ in die:[p] excepto die natalis domini, quo tres dicuntur ab eodem, prior media nocte, altera in aurora,
10 tertia hora debita, ſeparatim, uel ſimul. Excepto etiam caſu neceſſitatis.[q] Fuit autem Teleſphorus, qui temporibus Antonini Cæſaris ſedit anno dominicæ ſalutis 139. teſte Euſebio,[r] qui ut ter in die natiuitatis domini miſſa celebraretur, ſtatuit.[s] Item ſacerdos extra cauſam neceſſitatis non niſi ieiunus ſacrificare debet ex decreto Soteris Papæ IX. qui ſedit anno domini 163.[t] Idipſum etiam cautũ concilio Carthaginenſi,[u] aliter excõicationi ſubiacet,[x] & depoſitioni beneficiorum.[y] Non poteſt autem hoſtia propoſita miſſam peragere niſi conſecret, & ſi fingat & uerè non conſecret, grauiſſimè peccat.[z] Etenim populum decipit, dum hoſtiam non conſecratam adorat.[a] Nec miſſam dicet, niſi accenſo lumine,[b] nec ſine conſuetis ſacris ueſtimentis, alba, cingulo, manipulo, ſtola, ſeu orario, caſula.[c] Sancta enim erant ueſtimenta, non communia etiam in lege antiqua, quibus ſacerdotes utebantur, quæ poſt ſacrificium, in gazophylacio relinquebant.[d] Miſſa ſeu oblatio, & ſacrificium, & diuinum officiũ in eccleſia ex patrum inſtitutione, in ſacro al-
11 tari fieri ſolitũ. Huius partes eſſentiales ſunt, conſecratio corporis & ſanguinis domini Ieſu Chriſti (quam ueteres myſticam benedictionẽ appellarunt) & oblatio. Accidentales ſunt cæremoniæ, quibus conſecratio ipſa & oblatio ritè perficiſitur, ut orationes, benedictiones, gratiarum actiones, oſcula, manuum expãſiones, eleuationes, complicationes, genuflexiones, ſignacula crucis, communio, memoriæ ſanctorum, ſalutationes, reſponſiones, oblationes, & alia his ſimilia: quæ partim ab apoſtolis tradita ſunt, partim ab eorum ſucceſſoribus SS. patribus, de quibus conſule Brunum lib. 2. de ceremonijs c. t. & 2. Antididagma eccleſiæ Colonienſis, c. 31. Durandum toto lib. 3. Rationalis diuinorum offi. totum. Sunt & myſteria quæ in ſynaxis ſumptione, explicat D. Dionyſius Areopagita lib. de eccleſiaſtica Hierarchia. capit. 3. Extant hodie liturgiæ DD. Iacobi, Chryſoſtomi, Baſilij, in quibus ceremonias propè
12 eaſdem obſeruare licet, quæ nunc ſunt. Cauere autem debent ſacerdotes, ne miſſam, quæ pro quiete animarum defunctorum dici ſolet, pro uiuis eo animo celebrent, ut è uita eximantur. Nam hoc nefarium duxit concilium Toletanum 17. Et hoc agentes gradu deponi iubet, & ergaſtulo perpetuo conſtringi, & carcerari.[e] Abutitur enim ſacramento, quod in ſalutem hominum donatum eſt, qui in perniciẽ conuertere nititur. Et proinde etiam is qui ſuper rebus aptis ad facienda ſortilegia, unam uel plures miſſas ſcienter celebrauerit, adhibitis nefarijs precibus, & uerbis ſuperſtitioſis, grauiter puniendus eſt.[f] Debent & ſacerdotes & ſibi hoc ſacramentum accipere, & alijs gratis præbere.[g] Quia effectus tanti ſacramenti mirabiliter confert Chriſtianis, & uiaticum eſt decedentium & uiuentium: ideo placuit etiam conſecratum perpetuò in templo ſeu eccleſia, loco mundo & ſignato, conſeruari, ut egentibus illo, uel adorandum, ſeu ſpiritualiter manducandum offeratur, uel ſumendum exhibeatur ſacramentaliter.[h]

De Extrema vnctione, Cap. VII.

1 *Extrema unctio quare ita dicitur.*
2 *Origo uſus eius.*
3 *Materia & forma ſacramenti huius.*
4 *Effectus ſpiritualis, medicina peccatorum.*
5 *Quæ ſunt perſonæ, quæ inungant, & quæ inungantur, & quo loco.*

1 EXtrema unctio dicta eſt, quæ morituris mox ſecundum hominum iudicium, datur, ideo extrema: nõ tamen extrema ratione conceſſionis, quia & repeti poteſt conualeſcentibus ægrotis, & iterum ad mortalem ægritudinem re-
2 cidentibus. Vſus ſacramenti huius extremę unctionis, a tempore D. Iacobi apoſtoli in eccleſia remanſit

a can. ſi quotieſcunq;, can. non iſtæ, de cõſecr. diſt. 2. can. iteraret, & can. uerum. de conſecr. diſt. 2.
b c. ad ciuis uero concubitũ, 3. diſt. ca quotidie, de conſecr. diſt. 2.
c 1. ad Corint. 11.
d c. ſi quis per ebrietatem, de conſec. diſt. 2.
e c. tribus gradibus, de conſecr. diſt. 2.
f c. interrogo, 1. q. 1.
g c. qui bene, & c. ſi per negligentiam, de cõſec. diſt. 2.
h Niceph. Callix. lib. 11. c. 7.
i Niceph. Callix. lib. 11. c. 14.
k can. etſi non frequentius. & can. ſi quis intrat, de conſecra. diſt. 2.
l c. p. omnis utriuſq; ſexus, de pœnit. & remiſſ.
m c. quotidie, de conſec. diſt. 2. debent enim celebrãdo, corpus & ſanguinẽ domini ſumere ex concilio Toletano, 12. c. relatum, de conſecra. diſt. 2. ſub pœna non facienda.
n c. 2. de celeb. miſſ. c. ad aures, eod.
o c. ſignificacum, de præb.
p c. ſufficit, de conſecr. diſt. 1.
q c. conſuluiſti, de celebrat. miſſar. ubi gloſ. caſus neceſſitatis, quibus quis duas miſſ. peragere poteſt, annotat
r Euſeb. lib. 4. hiſt. eccleſiaſt. c. 10.
s in de tertia Teleſphori ap. Iſido. in 1. tom. conciliorum.
t in epiſt. ſecunda 1. ad epiſco. Italiæ, in to 1. concil. c. illud diſtinct. 7 q. 1. & cano. ſacramenta, de conſecr. diſt. 1.
x c. nihil, 7 q. 1. c. ſi conſtiterit, de accuſat.
y c. ex parte, de celeb. miſſ.

z c. de homine de celebr. miſſ.
a ut in c. ſane, de celebr. miſſ.
b c. ſi de celeb. miſſ.
c arg. c. eccleſiaſtic. 23. diſt. can. uirum. 93. diſt. c. epiſcopus 11. q. 3. c. de gradatio, de pœn. in 6.
d Euchir. eſp. uide de ueſtib. ſacerdotis. miſſam celebrantis, Durandum libr. 3. rationalis diuinorum officiorum.
e can. quicunque, ſacramentum, 26 q. 1.
f d. c. quicunque, uide de hoc latiné dec nardum Diaz, in pract crimi. canon. cap 39. Paulum Boſſiũ de tract de ſortilegi q 14.
g in concilio Conſtãt. c. 3. & in c. nullus, 1. q. 1.
h gl. in c. ſane, de celebr. miſſ. in c. 1. de cuſto. euchariſt. lib 3. Decreta. tit. 42. In concilio Tridenti. ſeſſio. 3. can. 6.

ſia remanſit catholica, *Infirmatur*, inquit ille,[a] *quis in nobis, inducat presbyteros eccleſiæ, & orent ſupra eum, ungentes eum oleo in nomine domini, et oratio fidei ſanabit infirmum, & alleuiabit eum dominus: & ſi in peccatis ſit, remittentur ei.* Sic Innocentius papa.[b] *Vngantur ægroti fideles, ſecundum inſtitutum D. Iacobi, oleo ab epiſcopo conſecrato: pœnitentibus denegetur, quia & alia ſacramenta denegantur.* Et in ſynodo Cabillonenſi,[c] ſecundum Beati Iacobi apoſtoli documentum: cui etiam præcepta patrum conſonãt, infirmi, oleo quod ab epiſcopis benedicitur, a presbyteris ungi debent. Sic enim ait, *Infirmatur quis in nobis, &c.*[d] Et Beda quoque ægrotos inungi oleo conſecrato ſolitos, docet.[e] Inſtituitq; Carolus Magnus,[f] ut presbyter in ampulla oleum ferat ad ungendos infirmos. Qui non crediderit hanc extremam unctionem eſſe ſacramẽtum,
3 anathema ſit ex concilio Tridẽtino.[g] Materia iſtius ſacramenti, oleum eſt oliuatum. Forma oratio quæ exprimit inter ungẽdum quod fit: ut per iſtam unctionem, & piam ſuam miſericordiam indulgeat tibi Deus, quicquid peccaſti per uiſum, per auditũ, &c. in alijs ſenſibus.
4 Effectus namque principalis huius ſacramẽti, ſpiritalis medicatio: contra peccatum inquam ueniale, & defectus quibus homo ſpiritualiter infirmatur & deijcitur a perfecta uirtute uitæ, gratiæ, uel gloriȩ. Non autem contra mortalia peccata, uel contra originale conceditur. Nam ibi potius opus eſt reſurrectione, quàm medicina.[h] Mouet tamẽ gratia illa infuſa unctionis, liberum arbitrium ad contritionem. & ex conſequenti, ad conſequendam peccati mortalis
5 ueniam efficax, diminuitque eius pœnã. Perſonæ quæ inungunt, ſunt ſacerdotes,[i] cum clerico, uel ſine illo ſoli,[k] quæ inunguntur, ſunt ægroti, & in partibus ſenſualibus, ex quibus origo peccati, ut inunguntur oculi, pro uiſus peccato: aures, propter auditum: nares, ob odoratum: os, propter guſtum: manus, propter tactũ, qui in pulpis digitorum maximè urget: renes uel pectus, propter appetitum: propter motũ pedes. Inunguntur porrò ægroti morbo naturali, non caſuali, nec amentes.[l]

a D. Iacob. c. 5. ca. presbyteros, §. prohibitio, 95. diſtin. c. uni co, de ſacra unctio.

b Innoc. Papa epiſtol. ad Decentium epiſc. c. 8.

c In concilio Cabillon. c. 48.

d D. Iacobi 5.

e Beda lib. 2. c. 6. in Marc.

f li. 1 de ll. Francor. c. 156.

g concil. Trid. ſeſſio 4. in canonib. de ſacr. extremæ unct. c. 1. 2. 3.

h vide quæ tradit Viguerius in Inſtitution. theolog. ca. 20. de extre. unct. verſ. 2. 3. 4.

i ca. quæ ſunt, de verb. ſign. c. illud ſuperfluũ 95 diſt.

k c quæſiuit, c. 34. de verb. ſig.

l Angelus Clauaſius in Summa, in uerbo unct. extrem. nume. 4.

De Pœnitentia. Cap. VIII.

Lib. 5. Decret. tit. 38. In Decreti 3. parte de pœniten.

1 *Pœnitentia nomen quid contineat, & quomodo ut ſacramentum definiatur.*
2 *Pœnitentiæ diuiſio in eam, quæ Dei & quæ hominis: Item ſubdiuiſio pœnitentiæ hominis, in uerã & falſam: & uera, in publicam ſeu ſolemnem & priuatam.*
3 *Pœnitentiæ materia & res, peccata, &c.*
4 *Partes pœnitentiæ, contritio, confeſſio, ſatisfactio, abſolutio, &c.*
5 *Contritio quid, & quæ ad eam pertinent.*
6 *Confeſſio quæ, & quibus facienda: item & diuiſio in ſacramentalem, & non ſacramentalem.*
7 *Cui confitendum ſit, & quando laico quis poſſit confiteri.*
8 *Fuiſſe ſemper & priuatam auricularem confeſſionem cum publica docetur & nu. 10. ubi de publico pœnitentiario.*
9 *Rationes confeſſionis inductæ.*
11 *Vis & effectus pœnitentiæ.*
12 *Quatuor quæ ueram confeſſionem impediant cauenda, pudor, timor pœnæ, nimia ſpes, deſperatio, Et de partibus audientis Exomologeſim.*
13 *De ſilentio Exomologeſes audientium, quod ea non detegant: Et de pœna reuelantium confeſſiones.*
14 *De duplici ſatisfactione propitiatoria, ſeu reconciliatoria & canonica.*
15 *De abſolutione & forma eius, & peccatis reſeruatis abſolutioni ſuperioris.*
16 *De indulgentia pro gratia.*

1 Pœnitentia generalis ſua appellatione continet id omne, quod contrarium priori ſententiȩ diſplicet, ſiue ea bona, ſiue mala ſit. Sic dicit Cicero in Epiſtolis, *Suæ quemque fortunæ pœnitere.* Et Iuuenal.[m]

--- quid tam dextro pede concipis, ut te
Conatus non pœniteat, uotique peracti?

Dehinc dicunt pœnitentiam accipi pro uirtute: & definiunt,[n] ut ſit habitus electiuus in uoluntate exiſtẽs, quo quis dolet de peccatis præteritis, cum intentione & propoſito remouendi quod inde ſequitur, nempe Dei offenſam, & reatum pœnæ: quod ut aſſequatur, remedia a Deo propoſita exquirit. Tertiò dicitur pœnitentia, prout eſt ſacramentum nouæ legis, ſignum ſenſibile, ſiue imago ſacræ rei, ſcilicet remiſſionis peccatorum, per contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem ſenſibilem, ac etiã per abſolutionem cauſa eius exiſtens.[o] *Oportebat Chriſtum pati, et reſurgere tertia die a mortuis,* ut ait D. Lucas.[p] Sicut & monebat D. Ioannes Baptiſta, *Pœnitentiam agite, quia appropinquabit regnum cælorum.*[q] Etenim oportuit pœnitentiæ hoc remedium poſt tam grauia mortalia, ut acritudinem ſaponis ad maculas eluendas accedere. Peccatum enim cum conſummatum fuerit, generat mortem:[r] *Niſi autem pœnitentiam egeritis,* inquit dominus, *Omnes ſimul peribitis.*[s] Fracta enim naui in medijs fluctibus maris, ſalutis una ſpes in tabulis diſſolutis reſidet, ut naufragium uitemus. Talis eſt pœnitentia, quæ poſtquam naufragium a baptiſmo purificati delinquẽdo fecimus, ſupereſt, ut citò eam arripientes, ſubmerſionem uitare poſſimus.[t] Ita uerè ſacramentum hoc[u] nec ullo modo differendum, niſi perire omninò uelimus. Atq; ideo ſtatim ubi peccauit Adam, Deus eum paradiſo eiecit ad agendam pœnitentiam.[x] Neſcimus qua hora fur uenturus ſit, nec qua hora dominus ueniet. Mortuus autem ſine pœnitentia certè lachrymis deplorandus, quia omnino mortuus,[y] ut Dauid plorabat uehementius Abſalonem, *Abſalon fili mi, fili mi Abſalon.*[z] Sic tempus peccantium & pœnitentiæ exprimitur in Pſalmo captiuorum.[a] *Super flumina Babilonis, illic ſedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion, ſuſpendimus organa noſtra,* Et additur, *Beatus qui tenebit, & allidet paruulos ſuos ad petram,* hoc eſt, qui infirmas & lubricas cogitationes elidet ad Chriſtum. Fidei confeſſio hoc etiam in ſe continet, nempe credere vnum baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum.[b] Ante pœnitentiam non datur a Deo miſericordia peccatori.[c] Et ut hęc facilius tradamus, & diſtinctionem adhibebo eorum, quæ poſſent remorari diſcentes. Pœnitentia itaque inuenitur in utroq; diuino & humano iure, Dei & hominis: Dei pœnitentia eſt,[d] mutatio eorum quæ iam fecerat uel ſtatuerat: non quòd ideo more noſtro Deus pœniteat, uel improbet quod fecit, ut malum: ſed quia ſecundũ ea quæ prænouerat fieri debere, & pro modo occurrentis cauſæ, ea quæ iam fecit, tollit, aut mutat.

m Iuuen. Saty. 10.

n Viguerius in Inſtitut. theo. c. 16 §. 1. de ſac. pœniten.

o Viguer. vbi ſup.

p Lucæ, c. 8.

q D. Matthæi, c. 3.

r Diu. Iacobi, c. 1.

s D. Lucæ c. 13.

t in concilio Tride. ſeſſio 4. de pœnit. c. ſecunda, de pœniten. diſt. 1.

u in dicta 4. ſeſſio. de pœni. c. 1 conc. Trid.

x Geneſ. 3.

y D. Ambr. lib. 2. de pœn. c. 18.

z 2. Reg. 19.

a Pſal. 136.

b Cyrillus Hieroſo. cathe. 18. illuminato.

c can quia ſanctitas, 50. diſt.

d Geneſ. 6. 1. Reg. 15.

mutat. [a] *Pœnitentia Dei*, inquit Tertullianus, [b] *nihil aliud intelligitur, quàm ſimplex conuerſio ſententiæ prioris, quæ etiam ſine reprehenſione eius poſſit admitti, etiam in homine, &c.* μετάνοια Græcis. Pœnitētia hominis, eſt uindicta ſemper puniens in ſe quod dolet commiſiſſe, [c] uel perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare, & quaſi pœnam ſemper ſuſtinere, uel tenere. [d] Hominis rurſum pœnitentia, alia falſa, alia uera. Falſa pœnitentia, cui nunquam indulgētia promittitur: uera, cui nunquã negatur, [e] quæ peccato maculata reddit Deo accepta, [f] & lapſos fortiores facit, [g] reſtituitque dignitatis officia. [h] Falſam conſtituunt pœnitentiam, rem alienam, per quam contractum eſt peccatum, non reſtituere: [i] pœnitere ſe pœnitentiam egiſſe: [k] ſi non imponatur ex authoritate patrum, ſecundum qualitatem criminum: [l] ſpretis alijs commiſſis peccatis, de uno ſolo pœnitentiam agere: [m] inter pœnitendum animum non pœnitendi non deponere. [n] Vera pœnitentia hominis rurſum duplex, aut publica, aut priuata: & publica, aut ſolemnis, aut non ſolemnis: ſolemnis publica in capite quadrageſimæ incipit, obſeruatis ſolēnitatibus, de quibus in can. pœnitentes, & can. in capite, 50. diſt. ex cõcilio Agathenſi excerptis. Et hæc tam ſolemnis eſt, ut non niſi ſemel concedatur, nec reiteretur, [o] niſi eſſet conſuetudo quarundam eccleſiarum iterari. [p] Neque illa etiam niſi pro maximis criminibus publicis imponebatur. [q] Neque clerico, niſi depoſito, propter ſcandalum. [r] Qui hãc pœnitentiam peragunt, quandiu in ea ſunt, nõ debent communicare, niſi in mortis articulo: [s] non ſecularem militiam, uel pompam exercere, [t] non accuſare in curia ſeculari, [u] non matrimonio iungi, [x] nec ad ſacros ordines promoueri. [y] Publica non ſolemnis erat pœnitentia, quæ fiebat ante fores eccleſiæ cum face ſeu theda accēſa, & alijs quibuſdam ſolemnitatibus, extra tamen tempus quadrageſimæ, impoſita publicè: quia peccata manifeſta, nõ ſunt occulta correctione purganda. [z] Hæc imponi poteſt à ſacerdote, alia ſolemnis non niſi ab epiſcopo. [a] Priuata pœnitentia eſt, quæ nec ſolemnis, nec publica eſt, ſed priuatim imponitur, & fit.
3 Pœnitentię res & materia circa quam uerſatur, ſunt peccata ſeu delicta pœnitentium, ſecundum quorum circumſtantiam pœna imponenda, [b] adhibita conſideratione contritionis pœnitentis, & qualitatis, & ætatis delinquētis. [c] Si arbitraria, etſi à quibuſdam canonibus certa quædam particularis ſit impoſita, & modus. [d] Veluti impoſita pœna 15. annorum, fornicanti cum filia ſpirituali: [e] decennij, matricidæ, [f] & fornicanti religioſo uel moniali: [g] ſeptennis, inuaſori eccleſiæ, [h] & pro inceſtu, [i] pro uxoricidio, [k] pro homicidio, adulterio, & pro periurio. [l] Quod tamen, & pro diuerſitate periurij, etiam aliud recipit tempus. [m] Eſt & ſeptennis
4 pro quolibet peccato mortali. [n] Res autem ſeu materia, ex qua pœnitentia perficitur, contritio, confeſſio, ſatisfactio, abſolutio. Satisfactio, confeſſione diſponitur: ex confeſſione, pœnitē
5 tia naſcitur: ex pœnitentia, Dei mitigatio. [o] Cõtritio, cordis eſt interna afflictio, & peccati cõmiſſi deteſtatio cũ dolore & pudore: quod primum requirit Deus per Iohelem, *Scindite corda ueſtra, & non ueſtimenta ueſtra.* [p] Et Deus cor contritum & humiliatum non deſpicit. [q] Ob hanc contritionem, qui pœnitentiam agit, paratus eſſe debet ad opprobria perferenda, iniuriaſque ſubeundas, nec commoueri, ſi quis ei peccati ſui crimē obijciat: Cum.n. ipſe ſe accuſare debeat, quare alium non ſuſtinet arguentem? [r] Signa externa contritionis internę ſunt, humiliatio, triſtitia, lacbrimæ, cinis, cilicium, ieiunia, & ſimilia. Hæc antē facilè tolerat, qui conſiderat grauitatem ſceleris, Dei magnitudinem quē offendimus, lapſum quo affligimur ſi ante oculos ponat, à quãta gloria deciderit, de quo libro uitæ nomen ſuũ deleatur, ſe iam proximum tenebris exterioribus, ubi fletus & ſtridor dentiũ ſine fine, & cætera quæ proſequitur D. Ambroſius. [s] Pœnitētia huius tpis, dolor medicinalis eſt: pnĩa alterius ſeculi, dolor pœnalis. [t] Pars confeſſionis & quæ efficax ualdè, eſt in corde contritio: alia in ore cõfeſſio, in opere humilitas: [u] id exprimi uidetur apud Eſdrã, [x] *Conuenerunt*, inquit, *in ieiunio, & ſaccis, et humus ſuper eos*, uide humiliationem, & cõtritionem: *Et ſeparatum eſt ſemen filiorum Iſrael ab omni alienigena, & ſteterunt, & confitebantur peccata ſua, & parentum ſuorum.* Et dũ de baptiſmo D. Ioannis Baptiſtæ, quod erat pœnitentiæ dictũ baptiſma, [y] agitur, apud D. Matthæũ. [z] Sic ſcriptum eſt, *Exibat tunc ad eum omnis Hieroſolyma, & omnis Iudæa, omniſque regio circa Iordanem, et baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata ſua:* Quia ſola contritio non ſufficit peccatorũ,
6 ſi confeſſio contemnitur. [a] *Dic*, inquit, *Deus iniquitates tuas, ut iuſtificeris.* [b] *Et iuſtus eſt accuſator ſui.* [c] Cõfeſſio poteſt fieri peccatorum, & Deo, & hominibus, & publicè, & priuatim. Verbũ confiteri, eſt fateri aliquid, & ideo ad plura extenditur, quæ quis fateri poteſt. Porrò hic confeſſio, eſt expreſſio & detectio per os proprium peccatorum propriorum, qua morbus latens, ſub ſpe ueniæ aperitur. Et expreſſius, nõ ſacramentalis, & ſacramentalis eſt confeſſio: ſacramentalis pars pœnitentiæ eſt, actus uirtutis pœnitētiæ, quo ſpecialis, diſtincta, & particularis, ac uoluntaria peccatorum, quæ memoriæ occurrunt, fit manifeſtatio, cum ſubmiſſione ſacerdoti poteſtatem clauium habenti facta, & cum ſpe ueniæ, ſiue ad remiſſionem conſequēdam, & cum propoſito in futurum cauendi, & iniunctam pœnitentiam implendi. [d] Confeſſio publicè, coram omnibus fit: & priuatim, ſacerdoti. Græci tantum uolunt Deo faciendã confeſſionem, hos improbat eccleſia catholica, & Deo & ſacerdoti fieri debere docet: [e] ut & D. Iacobus. [f] *Confitemini alterutrum*, inquit, *peccata ueſtra.* Non tñ negandũ eſt, quin & Deo fieri confeſſio poſſit, ſed illa non eſt ſacr̃alis: per quam legitima ſm̃ peccata, imponenda pœnitentia. In hac quippe confeſſione pnĩale iudicium, [g] & iudex peccatorum interuenit, cui fit peccatorum expreſſio, & detectio. Iudex idoneus debet eſſe, quia ſententia à non ſuo dicta, non ua
7 let. [h] Debet itaque is eſſe talis ſacerdos, qui abſoluendi & retinendi peccata poteſtatem accepit. Ideo mulier, quia talem non accepit, exomologeſim audire non põt. [i] Dehinc erit ſacerdos proprius ſeu parochus, [k] uel de eius licētia electus, [l] uel ex facultate data ab Epiſcopo, [m] uel a iure, quo Prælatus ſibi eligere poteſt inconſulto parocho confeſſorem idoneũ. [n] In caſu tamen neceſſitatis, & morte urgente, ſi preſbyter haberi non poſſit, & alteri [o] etiam laico
8 confiteri licet, & ſocio. [p] Neque ut opinor, niſi malitioſè quiſquã dubitabit hanc confitēdi ſacerdoti normã, in eccleſia catholica obtinuiſſe quoq; cum cõfeſſione publica, ſi antiquorum

a ca. incommutabilis, 22 q. 4.
b Tertull. li. 2. aduerſus Marcionem.
c cap. quamuis cauté, § hac autoritate, de pœniten. diſt. 3.
d ca. 2. de pœn. diſt. 3.
e c in tantum, § ſi. & c. inter hac, in fin. de pœn. diſt. 3.
f ca. purgabit, 50. diſt.
g ca. quid eſt, cum 3 ſeq ead. 50 diſt.
h c. quia ſancti tas, ead. 50. diſt. can. quanto, 2. q. 4.
i can. ſi res, 14. q. 6.
k ca. ſunt qui, 27 q 4.
l cap. falſas, de pœnit diſt. 5.
m c. fratres, de pœnit. diſt 3. c. ſceleratior, § his authoritatibus, de pœnit. diſt. 3. vide gloſ in c. quod quidam, de pœnit.
n c quod quidam, c. 1 de pœnite. & remiſſ. ap. Gregor.
o c. ſi quis poſt remiſſionē. 50. diſt. uide & ap. Niceph. li. 6. c. 3.
p c. a. nimd prudētt. § ca perſona, de pœniten. diſt. 4.
q c. in actionē, de pœnit diſt 1.
r arg. c. aliend, & c. contemnandum, 50 diſt c.
s [illegible] de pœniten. can. viii. 26. q. 6.
s can. ſi quis, cũ 3. ſeq. 22 q. 5.
t c. cõtrarium, de pœn. diſt. 3. can. ſi. 50 diſt.
u can. aliud 16. q. 3.
x c. eudaimon. 11. q. 2.
y c. ex pœnitentibus, 50. diſt. c. 2. & 1. ſeq.
a c. 1. de pœni. & remiſſio. ap. Grego. c. ſi peccauerit, 2 q 6. 1. c. ego Berengarius, de conſec. diſt. 2.
a c. pœnitentis, & c. in capite, 50. diſt. c. accedentibus. de exceſſ prælato. c. ſi. 26 q 6 c. 1. & c. ſtatuimus de maledi. ca. final. de his qui propr. fil. occid.
b c 1. de pœni. c. ſi qs, 11. q 3 1. c. ſi. 11. q. 1 c. 1. de pœn. diſt. 1.
c ca. Deus qui eccleſiam, de pœniten c tempora, 26. q. 7. c. de pœniten. de conſecr. diſt 3.
c. in actionem, de pœni. diſt 1.
d ca. menſurã, de pœn. diſt. 1.
e can. ſi quis ſacerdos, 22 q 1.
f can. latorem, 33. q. 2.
g ca. deuotam, 27. q 1.
h can. de uno, 12. quæſt. 2.
i can. ſi pater, 30. q. 4.
k c. admonere, 33. quæſt. 2.
l can. prædicandũ, 22. q. 1. m can. qui cõpulſus, cum 3 ſeq. 22. q. 5 n can. hoc ipſum. 32. quæſt. 2. o Tertull. lib. de pœnit. p Iohel. c 2 & in c. porrò. § facilius, & ca. ſi quis aliquando, can. quem pœnitet, de pœnit. diſt. 3. q Pſal. 50.

r D. Ambroſ. tom. 2. in Pſal. 37. cap. 1 de pœnit. diſt. 1 ca. 1. & ca. ſi apoſtolus de conſecr. diſt. 1.
s D. Ambroſ li be. ad virginem lapſam.
t D. Auguſt. in Pſal. 37.
u cap. perfecta pœnitentia, de pœnitent. diſt. 1 & c. perfecta pœnitentia, de pœnit. diſt. 3.
x 2. Eſdræ c. 9.
y Actuum 19.
z D. Matthæi, c. 3.
a cano. uoluiſſent. § ca his, & c. mēſuram. § 1 & 2. ſeq. de pœnit. diſtin. 1. cano. quis aliquando, ead. diſtinct.
b Eſaiæ 43.
c Prouerbior. 18.
d hanc finitionem & explicationem, uide apud Viguerũ in Inſtitu. theologic. c. 16. de ſacra pœnit. § 4. verſ 13.
e c quidam, de pœnit. diſt 1.
f Iacob. c 5.
g c. omnis utriuſque, de pœnit & remiſſ.
h l. 6. ſi à non compet. iud. C. l. ſi. de iuriſdi. omn. iud in P. leg. 2. de iudic. in P.
i ca. nous, de pœniten. & remiſſio.
k ca. omnis utriuſque, & ca. quod antē, de pœni. & remiſſio. can. ſacerdos, § ſi de pœnit. diſtin 5 ca. 1. & 2 9. q. 1. c. nullus, de parroch. cum 1. de pœnit. diſt 6.
l d. cano. omnis. & in c placuit, de pœnit. diſt. 6
m c. 2 de pœni [illegible] 6.
n c. ſi. de pœnit ten. ap. Grego.
o c. ſi preſbyter, & ca. agnouimus. 26. q. 6.
p cap. qui uult confiteri, de pœnit. diſtin. 6. can. quem pœnitet, de pœn. diſt. 1. vbi adijcitur ratio.

perlegerit ſcripta,& ſine affectu animi iudicet:
nam de ea meminit Clemens ex D. Petri do-
ctrina, Dionyſius Areopagita epiſt. ad Demo-
phylum,Origenes in Pſal.37. & 2.lib. περὶ ἀρ-
χῶν, Cypria.ſerm.5.de lapſis,Nicephorus Car-
thophylax ad Nicephorum monachum, Baſi-
lius 10 regula monachor. c.21.ſeſſio.4. conci-
lij Tridentini per totum caput de ſacramento
9 pœnitentiæ. Et certè eam induci ualde homi-
num interfuit ad ſalutem. Superbiam quippè
hominis conterit modus hic confitendi homi
nibus impoſitus a Deo, ut qui nō erubuit Deū
offendere, cogatur homini pari ſuum delictū
profiteri: utque peccator ad ueniam recurrens
miniſterio hominis, & abſolutionē conſequu-
tus, ſecurus diſcedat: alioquin propemodum
deſperatione perdendus, dum ſibi non poteſt
de uenia ſecuritatem ſuadere, ut Cain qui de
indulgētia deſperauit, Geneſ.4.ut & alij nimia
ſecuritate bonitatis Dei, etiam pernitioſè erra
rent,& ſine conſcientia uiuerent. Et poſtremò
conueniens a ſacerdotibus adhibetur remediū
pro modo delictorum & circumſtantiarum, ne
que ſolui ſoluenda, uel retineri retinenda poſ-
ſent, ſine expreſſione illa. Expreſſio delictorū
quoque eſt ſui accuſatio,[a] corā ſacerdote ſpon
te facta, humilis,[b] cum circumſtantijs peccato
rum,[c] ſine diuiſione (nempe ne quis uni ſacer-
doti partem unam peccatorum, aliam alij con
fiteatur, hoc enim improbatur[d]) integra, deli
10 berata.[e] Putant aliqui auricularem confeſſio
nem,& ſecretam a tempore Nectarij fuiſſe in-
ductam, quòd ille pœnitentiarios publicè in-
ſtitutos in eccleſia ſuſtulerit. Quod certè falſiſ
ſimum eſt: nam tunc erant & confeſſiones pri
uatæ, etſi pœnitentiarij publici ſublati ſint ab
eo: quod ut planum fiat, uerba ipſa de ea re Ni
cephori & aliorum ſubijciam. *A tempore Apo
ſtolorum,* inquit Nicephorus, [f] *conſuetudo erat
in omni eccleſia conſtitui presbyterum, uel id cura-
bat Epiſcopus, qui ea dignitate erat, ut diceretur pœ
nitentiarius: is quidem ſeorſum quemque de pecca-
to audiebat, prius quam ad communionem admitte-
retur. Graue nanque uiſum fuit Epiſcopis, qui proxi
mè poſt Chriſtum fuere, in media plebe, ueluti in
theatro, noxam confiteri. Quod tamen abrogauit
Nectarius tempore ſuo. Quo tempore quidam pœ-
nitentiarius presbyter in Conſtantinopolitana eccle
ſia, mulieri adulteræ pœnitentiam facere iuſſit, ut o-
rationi & ieiunijs uacaret. Quod ubi fecit, poſtea a
Diacono qui cum ea concubuerat, ſe conſtupratam
eſſe indicauit. Quod factum ubi poſtea plebs cogno
uit, indignè ſcelus id cum tanta eccleſiæ contumelia
commiſſum tulit, maxima etiam calumnia ex ea re
& criminatio aduerſus ſacerdotum ordinem incre-
buit: & Nectarius ob id Diacono dignitatem abro-
gauit, & deinceps populo adhuc in clericos indigna
to, Nectarius ne poſtea in eccleſia presbyter pœni-
tentiarius eſſet, ſuadentibus illis ſancit, & ut cuiq;
permitteretur pro conſcientia & fiducia ſua cōmu
nicare, & de immaculatis myſterijs participare, ſic
enim fore ut eccleſia a contumelijs libera eſſet &
immunis: Et ab eo tempore eccleſia in tali ſtatu per
manſit Conſtantinopolitana. Ego uerò,* inquit Ni-
cephorus, *ea re eccleſiam priſca & ueneradā gra-
uitate excidiſſe, & ad arbitrarium inconſideratum-
que, atque negligentem morem prolapſam eſſe pau
latim ab accuratiore diſciplina, & deſciſcere cœpiſ
ſe, puto. æquum certè, atque credibile eſt minus an-
tea peccatorum fuiſſe, tum propter eorum qui confi
terentur uerecundiam, tū propter iudicium ad hoc
conſtitutorum diligentem inquiſitionem. Quāquam
nunc quoque, ita ut fors tulerit, & quandocunque
cuique libitum fuerit, fiat.* Addit dehinc Nice-
phorus, publicum illum pœnitentiarium in-
troductum, propter Nouatum potiſſimum, ut
is non quæreretur ſatisfactione nulla accepta
pœnitentiæ, lapſos recipi in eccleſiæ commu-
nionem. Atque adhuc Romæ ſanctè illum pœ
nitentiarium durare, & in eccleſijs occidenta-
libus his uerbis: *Epiſcopi Nouati reſiſtentes dog-
mati, eccleſiaſticum canonem ſecuti, in eccleſia qua
libet presbyterum pœnitentiarium conſtituerunt: ut
ab hoc qui poſt baptiſmum peccarent, crimina ſua
confeſſi, abſolutionem eorum obtinerent. Canon
iſte in alijs quoque ſectis eſt ſeruatus, in eccleſiis
uerò occidentalibus ad hunc uſque diem obtinet: at-
que in Romana maximè, ubi quoque certus eſt pœ
nitentium locus, ſtant illi per mœ, atq; iudicio dam-
nati eſſent uultu demiſſo admodum lugentes: re au-
tem diuina peracta, illi quidem ea ſacra non parti-
cipant, quæ illis percipere fas eſt, qui ſacris ſunt
operati: cum eiulatu autem, cum luctu multo, ſe ad
pedes eius, qui rem diuinam fecit, præcipitant: ditro-
ctus deinde, qui tunc miniſterium eius ſortitus eſt,
ad eos accurrit, atque itidem collacrimans ſe humi
ſternit, tum reliqua eccleſiæ multitudo circumſi-
ſtens, & ipſa flens, atque lamentans, lachrymis co-
pletur. Poſtea primus exurgit, ſeu presbyter, ſeu e-
piſcopus, & illos ita iacentes ſurgere iubet, & per
orationem ea quæ pœnitentibus conuenit precatus,
ubi & audiuit, & dixit, quæ opus eſt, eos omittit:
atque illi pro ſe quiſque ſegregati a loco, pro eo at-
que eis iniunctum eſt, ſe macerat, uel ieiunijs, uel
uigilijs, frequentibuſque precibus reſipiſcentia, uel
illuuiæ & delitiarum abſtinentia, uel alijs etiam
modis, conſtitutum ſibi ab epiſcopo debitum perſol-
uit, a crimine abſoluitur, & ſimul cum alijs in eccle
ſia eodem iure & communione, eadem conuentus
frequentat. Hunc ritum iam inde ab initio ad hoc
uſque tempus Romani epiſcopi habuere;*[g] *qui ab
eis inde ad eccleſias omnes alias peruenit, præter-
quam ad Nouatianos,*[*] *qui pœnitentiam etiam pror
ſus non receperunt.* Hæc Nicephorus, quæ ferè
eadem reperies apud Sozomenum.[h] Porrò pu
blicam illam pœnitentiam rectè obſeruatam
in ſceleribus cognitis grauioribus, quibus of-
fendebatur reſpublica Chriſtiana, laudandam
eſſe nemo dubitat. Et Paulus Timotheum, ut
eam imponat monet,[i] *Peccantes coram omni-
bus argue, ut cæteri timorem habeant:* & ita uel pœ
nitentiam agere debent, uel extra eccleſiam de
bent eijci.[k] Memorabile illud de ea exemplū
D. Ambroſij. Cum enim Theſſalonicenſis ur-
bis furens populus quoſdam comitatéſes prin
cipis Theodoſij occidiſſet, & ira percitus Theo
doſius ſex millia hominum obuiantium occi-
di iuſſiſſet inaudita cauſa, & ſine delectu, & in
eccleſiam more ſolito poſtea precaturus iret,
D. Ambroſius ab ingreſſu eū eccleſiæ repulit,
tanquam ſanguinarium, nec per octo uel am-
plius menſes eo accedere permiſit, quin prius
criminis pœnitentiam ageret, & ſanctionē edi
diſſet, de non puniendis ſtatim quos ipſe iuſſiſ
ſet occidi, & niſi poſt triginta dies, per quos cu
11 ſtodiæ traderentur.[l] Vis eſt maxima pœniten
tiæ, quæ & reſipiſcere nolētes cogat, & ut Her-
mas[m] D. Pauli diſcipulus dicebat, *Pœnitentia
ſenſus eſt magnus, & magna ſapientia: quoniā qui
pœnitentiam agit, ſenſum magnum adipiſcitur: ſen-
tit, n. ſe peccaſſe, & feciſſe nequiter in conſpectu do-
mini, & recordatur intellectu quòd deliquit, & pœ-
nitentiam agit, & amplius non operatur nequiter,
ſed bene, & humiliat animam ſuam, & torquet eā,
quia peccauit.* Sic clamat Dauid,[n] cognoſcens
peccati ſui pondus, *Bonum mihi domine, quia me*

humiliaſti

a Pſal. 31. ibi, dixi confitebor aduerſum me, &c.
b c. iniuſtum, 21 q 3
c c. 1 de pœni. diſt. 1
d can. 3 de pœnit. diſt. 1. can. cauens ſit, § 1. de pœnitent. diſtin. 5.
e vide Archidiac. in c. quis aliquando, de pœn. diſt. 1.
f Nicepho. Caliſt. lib. 12. Hiſt. eccleſiaſt. cap. 28.
g de magno pœnitentiario Romano, quædam etiam tradimus, dum de diuerſitate perſonarum eccleſiaſtica ratione inquiſitionis, agimus.
h Sozomenus libr. 9 Hiſtori. tripart. c. 36.
i 1 ad Timoth. cap. 5 can. ſed illud, 45. diſt.
k D. Matthæi, cap. 18 can. diſplicet, 23 q 4.
l Nicepho. Caliſt. li. 12 c. 40. Theodoret lib. 9 Hiſto. tripart. c. 30. D. Ambr. libr. 5. epiſtol. epiſt. 28. Conſtitutio extat, in l. ſi vindicari, l. 20 C de pœni. c. ſi quando, de reſcr.
m Hermas, li. 2 paſtoris, mandato, ſeu c. 4.
n Pſal. 119.

humiliaſti, vt cuſtem iuſtificationes tuas. Nec pudet tunc fateri, quòd tacitum uitam adimeret. *Dixi*, inquit idem, *Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei*. [a] Per pœnitentiam apparet malefactum, remiſſis perturbationibus: ante enim improbus nec ſecum conſentire poteſt, neceſſe enim eſt tum propter naturam rationalem videre malum quodammodò verum, tum propter imaginationem perturbatam, plurimum ignorare ſecumque diſſidere, ut ait Proclus.[b] Quare Ariſtoteles, [c] intemperantem neceſſariò non pœnitere, proinde eſſe incurabilem: *Quia*, inquit, *qui nõ pœnitet, incurabilis eſt*. Cyrillus, *Confitere*, inquit, [d] *quæ perpetraſti, ſiue opere, ſiue uerbo, ſiue noctu, ſiue interdiu*. Scribitur & in Thalmud Iudæorum.[e] *Si quis neglecta confeſſione mortem obierit, is iugiter culpæ ſtabit obnoxius*. Et ideò cantum inter præcepta Iudæorum affirmatiua, [f] והתודו את חטאתם הראשה השבו ויחוי׳ם. שנ איש או אשה כי יעשו מכל חטאת ישוב אשר עשו׳ כרכאו לפני, id eſt. *De peccato peccans conuertetur ad Dominum, & confitebitur: quia ſcriptum eſt,[g] uir aut mulier, quæ fecerint peccatum de omnibus peccatis hominis, &c.* & cõfitebuntur peccata quæ fecerunt. Sunt autem quatuor quæ veram confeſſionem impediunt, quæ cauenda ſunt: pudor, qui ſæpe os loquentium obſtruit ne peccata vni declarentur, cum tamen non erubuerint committendo: timor debitæ pœnæ, ne grauis imponatur: tertiò, nimia ſpes: quartò, deſperatio. Et proinde oportet eum ad quem exomologeſim delinquens defert, ſagacem, prouidum, & diſcretum eſſe, non nimium acerbum, nec ultra modum remiſſum. Et in primis ad exemplum optimi medici, & domini noſtri Ieſu Chriſti confitentes excipere debet. [h] Memor quod D. Dionyſius Areopagita grauiter obiurgauerit Demophylum, quòd pœnitentem ad ſe confugientem, vt peccatorem indignum uenia reieciſſet.[i] Et enim non poterit eſſe inefficax pœnitentia tandem reſipiſcentibus verè, etſi in dilatione culpa ſit, & dubium.[k] Neque unquam Deus ſpernit pœnitentiam etiam ſummorum malorum, quantumuis modicam uel exiguo tempore factam,[l] etiam relapſorum & iteratam.[m] Nemo in ſumma deſperandus eſt, quãdiu hoc in corpore conſtitutus eſt: [n] Quia in vltimo etiam momento vitæ poteſt eſſe vtilis ad ſalutem, ut ex latronis exemplo liquet. [o] Ideò in extremis vitæ diebus uel momentis nemini deneganda eſt. [p] Et ne homines deſperent, aliquando mitiganda eſt. [q] Nec ſeuerior miniſter Deo ipſo, qui poteſtatem conceſſit, eſſe debet. Deus autem omnes ad pœnitentiam expectat, [r] & ſemper ſpatium pœnitendi dedit, antequam ultionem ſuam exercuerit, ut Adamo, [s] & ante diluuium mundo 120. annorum, [t] Niniuitis 40. dierum,[u] Nabuchodonoſori. 7. annorum [x]. *Temporis anguſtia*, inquit D. Chryſoſtomus. *Miſericordia Dei non impeditur. Quomodo*, inquit, *& qualiter vlceribus plenus ſum, vulneribus refertus, mille criminum obnoxius, non poſſum in nouiſſimo die pœnitere? Potes & valde potes chariſſime: in exitu tuo cogita Deum, in teſtamento relinque pauperibus, tu illuc vadis, & opera tua manent.* [y] Hic in hoc mundo pœnitentiæ & confeſſionis peccatorum ad ſalutem locus: excedẽtibus autem hunc confeſſio peccatorum quidem,[z] ſed non ad ſalutem, ut ait Clemens Alexandrinus. [a] Non eſt itaque tempus quod Indultum à Deo peccatoribus expiandis, per denegationem fruſtrandum. In hoc errarunt Nouatiani hæretici, qui dum ſibi nimium iuſti uidebantur, pœnitentiam & abſolutionem quibuſdam denegabant peccatis, quos refellit D. Ambroſius

13 fuſiſſimè.[b] Sed & hic obſeruãdum ſacerdotes, qui exomologeſes audiunt, & qui imponunt pœnitentiam, ſecretos & fideles confitentibus eſſe debere, nõ alia ratione, quàm patres filijs. Et proinde ſummopere caueant, ne prodant commiſſa, non propinquis, non extraneis, non pro aliquo ſcandalo: ſcituri quòd ſi hoc fecerint, deponendi ſint, & omnibus diebus vitæ ſuæ peregrinari debeant, [c] ſecundum ius antiquum: uel ut nunc ſtatutum, deponendi à ſacerdotali officio, & intra arctum monaſterium concludendi, ad agendam perpetuam pœnitentiam. [d] Ne etiam cenſuris eccleſiaſticis latis in ſcientes & non declarantes teneantur reuelare,[e] idque duplici ratione: primum, quia proditoriè ſecreto ſibi commiſſa detegerent: & vt ait Horatius.

Fingere qui non facta poteſt, commiſſa tacere.
Qui nequit, hic niger eſt: hũc tu, Romane, caueto.

Et ſecretum celari debet. [f] Secundò, quia ſciũt confeſſa non tanquam homines, ſed tanquam Deus: tertiò, quia ſecretò accipiens & denuntians, non poſſet probare presbyter, ideo dete-

14 gere non debet, [g] nec ſciens dici poteſt.[h] Satiſfactio porrò pœnitentium duplex, una eſt propitiatoria, & reconciliatoria, quia & culpa deletur, & pœna aufert æterna. hæc ſola, eſt Deus, qui ſeipſum pro nobis dedit, ut nos ab omni iniuſtitia liberaret, factus recõciliatio pro peccatis noſtris & totius mundi: [i] vnde nobis de peccato victoria contingit. [k] Alia eſt ſatisfactio canonica, ſeu diſciplinaris, quæ ab adminiſtratoribus animarum, & qui Chriſti nomine ſacramenta eius adminiſtrant, imponitur, quę debet in obediẽtia à Chriſtianis impleri: quia euellit infirmitates, quæ poſt peccatum in carne ſunt, ut uirtute ſanguinis, & merito paſſionis Chriſti, minuat pęnam temporalem peccatis noſtris debitam, utque ſatisfaciendo matri eccleſiæ publicis criminibus læſæ, petamus pęnam à Deo remitti. Hanc ſatisfactionem canonicam, pœnitentiam dicere ſolemus, quæ Dei licẽtia imponitur, & authoritate, delegatione, retentione, vel ſolutione peccatorum.[l] Fitque ſatisfactio hæc ut plerũque, per contraria, quibus admiſſum eſt peccatum: ut: *Sicut exhibuimus membra noſtra ſeruire iniquitati per iniquitatem, ita exhibeamus ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem*: [m] *aliena rapuiſti, reſtituere incipe propria*: [n] *fornicatus es, etiam à legitima coniunctione aliquãtum abſtine, &c.* nec ſufficit vulnerato ſpicula de corpore euellere, niſi & remedia applicẽtur vulneribus. Nec conſtat ſemper cum peccati remiſſione peccati pœnam ex peccato debitã.[o] pœnas tamen has, D. Paulus teſtatur remitti ſatisfactione [p] dum ait, *Dum iudicamur, à domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur*. [q] Satiſfactio itaque ſecundum quantitatem delicti imponi debet:[r] peccator autem tũc ſatisfacit, dum pœnam iudicio eccleſiæ impoſitã exequitur factis. [s] Dicitur & ſatisfactio pœnitentiæ, peccatorum cauſis excidere, & earum ſuggeſtionibus aditũ præcludere: [t] & illud, Vade, & amplius noli peccare.[u] Eſtq; ſatisfactio, aut publica quæ publicè fit pro peccato publico, [x] aut priuata. Ad ſatisfactionem quoq; pertinet, dãna, quæ quis intulit, reſarcire, & ablata reſti-

15 tuere iuxta proprias facultates. [y] Abſolutio, peracta ſatisfactione, [z] & recõciliatio eccleſiæ

C 2 fit delin-

a Pſal. 31.
b Proclus in cõmentar. in Alcibiadem primũ Platonis.
c Ariſtot. lib. 7. Ethico c. 7.
d Cyrill. Hieroſolymit. catecheſ. 2. illumi.
e in Thalmud. in codice Sabbat, ca. namem ad lithem.
f In Mitzot Gadol, præcepto 16.
g Nume. c. 5.
h ca. pœnitentia, 26. q. 7.
i Dionyſ. Areopag. epiſtol. ad Demophyl.
k c. ſi quis poſitus, de pœnit. diſt. 7.
l can. talis, §. ecce, de pœnit. diſt. 3.
m c. quamuis, § hac authoritate, & cap. ſepties, de pœnitent. diſt. 3. in tãtum, § ſine, eo.
n c. nemo, deſperandus, de pœniten. diſt. 7.
o c. ſi presbyter, & 2 ſeq. 26. q. 6. can. qui recedunt, cum 3. ſeq. & 2 eod.
p can. ſi quis, de corpore, 26. q. 6.
q c. de his, & c. alligant, 26. q. 7.
r can. diaconi ſunt, 93. diſt.
s Geneſ. 3.
t Geneſ. 6.
u Ionæ c. 3.
x Daniel. 4. ca. Nabuchodonoſor, 13 q. 4.
y D. Chryſoſt. hom. 2. in Pſal. 50.
z Sapient. 5.
a Clement. Alexandri. lib. 2. ſtromat.

b D. Ambroſ. lib. 1. de pœnit. cap. 1. 2. & 5. & 7. 8.
c in c. ſacerdos, de pœn. diſt. 6.
d cap. omnis vtriuſque, § ſi, de pœn. & re. miſſio
e cap. ſi ſacerdos, de offic. ordina. c. ſignificaſti, de adult.
f can. de forma, 22. q. 5.
g can. placuit, 6. q. 2. c. ſi peccauerit, 2. q. 1.
h c. presbyter, 16. q. 5.
i D. Paulus ad Timo. c. 2.
k D. Ioan. epi. 1 cap. 2 & 1. ad Corint. 15.
l D. Matthæi c. 16. D. Ioan. cap. 20.
m D. Paulus ad Roma. 6.
n D. Matt. c. 3.
o vt 2. Reg. ca. 12. & 14. & Ex. 32. & Numero. 14.
p 1. ad Corint. 11.
q plura hac de re vide in libr. qui Antididagma dicitur eccleſiæ Colonienſis, c. 48.
r can. fraternitas, 12 q. 2. can. falſas, de pœnit. diſt. 5.
s c. ſatiſfactio, de pœnit. diſt. 3.
t ca. 1. de pœn. diſt. 3.
u ca. quamuis cunctè, §. hac authoritate, de pœnit. diſt. 3.
x c. canonica, 15. q. final.
y cano. porrò, & cano. parochianos, de ſenten. excommunicat.
z clem. audum, de ſepul.

ſit delinquentis.[a] Et eſt forma ſacramenti pœnitentiæ hęc: Ego te abſoluo a peccatis tuis potestate data,[b] in nomine patris,& filij,& ſpiritus Sancti: ea determinatione concilij Florentini ſub Eugenio IIII. Papa. Præmittitur tamen oratio, *Miſereatur tui, &c.* Sed illa non eſt de ſubſtantiali forma. Additur & manus impoſitio, quæ formula antiquiſſima eſt, cuius miniſterio Spiritus Sanctus operatur.[c] Hanc porrò facit non omnis ſacerdos de omnibus peccatis, ſed in caſibus ſibi cõmiſſis, nec alijs per canones reſeruatis; nam quædam excommunicationes ad forum pœnitentiale pertinent;[d] quædam ad iudiciale, & ad epiſcopum, ut iniectio manuum in perſonas eccleſiaſticas,[e] & tranſgreſſio ſtatutorum ſynodalium,& ſimilia.[f] Sic conſtituemus in uniuerſum regulam pœnitentem poſſe ab eo, qui habet poteſtatem abſoluẽdi. Cæterum quæ ſunt peccata, quæ reſeruãtur abſolutioni ſummi pontificis, quæ epiſcopo, quæ ſacerdoti ſimplici, in unum colligit Angelus Clauaſius in uerbo, Excommunicatio. 5. 6. 7. ubi fusè uidebis, ſi egeas. Liber eius enim facilè occurret, ut non opus ſit, quæ dixit, huc trãſcribere. Deus porrò peccatori conuertenti ad ſe indulgentiam præbet[g] per pœnitentiam maximè.[h] Et quia bonus eſt dominus, & uiſcera non claudit pœnitenti,[i] & per ſe,& per eos quibus commiſit in terris poteſtatem, plenius indulget aliquãdo, ut & clementia principis, qui in hoc ſeculo imperat, pœnam & præcedẽtem

16 culpã abolet, remittit, & indulget.[k] De indulgentijs itaq; pauca agamus, quæ ſolent extraordinariè concedi, prout indulgentia remiſſionem pœnæ notat,[l] & gratiæ[m] conceſſionem, omiſſis alijs indulgentiæ ſignificationibus.[n]

De Indulgentijs. Cap. IX.

1 *Indulgentia quid.*
2 *Vnde indulgentiæ, & pro quibus cauſis.*
3 *De Iubileo Iudaico & Chriſtiano.*
4 *Materia & res, ob quas conceduntur indulgentiæ.*
5 *De forma earum.*
6 *Quis concedere poſſit indulgentias, & quibus concedantur.*

1 Concedit aliquãdo qui habet ſolus poteſtatem a maioribus delictis abſoluendi, eandem, alijs non habentibus, & pœnitentias moderatur, eccleſiaſtica quadam liberalitate uteos, quæ de indulgẽtiæ dictæ ſunt. Sicuti in perſona Domini noſtri Ieſu Chriſti Eſaias[o] dicit, *Spiritus Domini ſuper me, eo quòd unxerit me, ad annunciãdum manſuetis miſit me, ut mederer contritos corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, clauſis apertionem.* Aperit eccleſia tunc theſaurum illius admirandæ paſſionis dominicæ certis perſonis, & ob certas cauſas,[p] item & ob merita piorum hominum, quę uocant opera ſupererogationis theologi. Et epiſcopi etiam indulgentias ad annum uſque in dedicatione eccleſiarum, & in anniuerſario eius 40. dies licitè dãt, non tamen ultra.[q] Donaut autem prælati delinquentibus peccata in perſona Chriſti: ſicut & Diuus Paulus, dum ait, ad Corinthios,[r] *Cui autem aliquid donaſti, & ego: Nã & ego quod donaui, ſi quid propter uos donaui, in perſona Chri-*

2 *ſti donaui.* Sufficienter certè pro infinitis peccatis & totius mundi, & plurium mundorum, ſi plures eſſent, paſſus eſt dominus noſter Ieſus Chriſtus, & omnes vult ſaluos fieri; uerumtamen, nec Turcæ, nec idololatræ, neque omnes Chriſtiani ex electorum numero erunt, quia efficax illis paſſio & redemptio non eſt, ratione illorum. Et proinde adminiſtri myſteriorum eius, largius ex illa ſufficientia quandoque redemptionis conferunt, ut uocent ad pœnitentiam & ad uitam lapſos: quia illis poteſtas data per uerba, *Accipite Spiritum Sanctum: quorũ remiſeritis peccata, remittuntur eis, & erunt ſoluta in cælis: quorum retinueritis in terris, retenta erunt in cælis.*[s] Neque dantur, aut dari non debẽt indulgentiæ, niſi is qui dat, habeat authoritatẽ, & dehinc cauſa ſit pia, quæ moueat ad dandũ, quæ honorem comprehendat Dei, uel utilitatem proximi: qualia ſunt, orationes, peregrinationes, conſtructiones, uel reparationes baſilicarum, eccleſiarum, pontium, itinerum, & huiuſmodi. Tertiò, exigitur charitas ei, qui vult indulgentiarum fieri particeps. Poſtremò, ut exequatur præſcripta indulgentiarum per ſe, uel per alium, ſecundum ea, quæ indulgentiarum diplomatibus continentur, pœniteat, & confiteatur, & ſatisfaciat ex lege. Nam per iniunctam pœnitentiam, & per opus faciendum, tranſlatio fit maioris pœnæ debitæ, & remiſſio durioris. Et miror quoſdam pertinaciter indulgentijs obſiſtere: cum tamẽ nec auſint, nec poſſint etiam negare poteſtatem abſoluendi & ligandi datam fuiſſe a Deo hominibus: ſciantq; pœnitentiam pro eluendis maculis & placãdo Deo etiam tempore Apoſtolorum fuiſſe, ut D. Petrus dixit ad Simonem Magum, *Non eſt cor tuum rectum coram Domino, pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deum ſi fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui, &c.*[t] Sunt & textus alij ſimiles. Nihil aliud autem ſunt indulgentiarum conceſſiones, quàm pœnitẽtiæ moderationes cum remiſſione peccatorum, authoritate pleniori ſine retentione, uel cum aliquorum tantum retentione, certo tempore &

3 certis de cauſis facta. Præceſſit umbra Iubilei a Deo conceſſi, quinquageſimo quoque tantum anno, quo fiebat remiſſio & alleuatio debiti, & quiſque redibat in priſtinam poſſeſſionẽ ſuã.[u] Ad cuius Iubilei exẽplum, Gregorius Magnus centeſimo quoque anno Iubileum & remiſſionem delictorum plenam cõcedi Romæ uoluit uiſitantibus baſilicam DD. Petri & Pauli, adhibitis pœnitendi modis & ſatisfaciendi: quod firmauit Bonifacius VIII.[x] Poſtea Clemens VI. Iubileum hunc ad 50. annos ſecũdum legem Dei reduxit.[y] Atque ſubinde Paulus Papa II. & Sixtus IIII. ſingulis 25. annis renouari uoluerunt.[z] Sic ex lege diuina applicantur abundantius per ſacerdotes Dei, meritum paſſionis Domini, quòd illis diſpenſandum datum: Sic enim inquit D. Paulus,[a] *Nos exiſtimet homo, ut miniſtros & diſpenſatores myſteriorum Dei.* Quis autem negabit impius, meritum paſſionis Dei efficax eſſe, ſi applicetur peccatoribus debitè, & ad delenda omnia crimina eſſe ſufficientem uel ſanguinis Domini unam guttulam, pro totius mundi peccatis?[b] Ex cauſa quoque renouantur, ante illud ipſum tempus Iubilei, indictæ ſolemnes, & generales indulgentiæ: ueluti quãdo plures cruce ſignati fuerunt,[c] qui ſe deuouerent Deo, ad expugnãdam Agarenorum

4 perfidiã. Materia, ex qua indulgentiæ oriũtur, ſunt cauſæ, propter quas concedũtur: ueluti redemptio captiuorũ, eleemoſinæ, ædificationes,

5 bellorũ uis, ira Dei placanda, & ſimilia. Forma

datur

---

a can. qui agerit, & ſequ. de pœnit. diſt. 1. 27.
b D. Matthæi cap. 16. D. Ioan. quan. c. 20.
c Niceph. Caliſt. lib. 6. cap. 2. dum de lapſis reſtitutis agit.
d c. 2. 20. diſtinc. bene, de pœnit. & remiſſ.
e c. quanto, de conſuetudi. ca. canonica, de ſenten. excommunicat.
f c. mulieres, de ſenten. excommunicat.
g §. hoc idem, de pœn. diſt. 2.
h c. ſi quis omnem, 1. q. 7.
i d. c. ſi quis omnem.
k tot. tit. de abolition. & de gene. abolitio. & notant aliud latius interpre.
l ut in c. fin. 2. q. 3.
m c. fin. ut lit. pendent. c. dudum, de pœnd.
n quas tradit gloſ. ina indulgentia, de pœn. & remi. in 6.
o Eſaias 61. D. Lucæ 4.
p cap. quod autem, de pœnit. & remiſſ. apud Gregor. excommunicamus §. hæretici. extra. de hæret. c. ad liberandam terram ſanctam, de Iudæis.
q c. cum ex eo, de pœniten. & remiſſio.
r 2. ad Cori. 2.
s D. Ioan. 20.
t Actuum 8.
u Leuit. 25. Nume. c. fin.
x In extrauag. prima autem, de pœnit. & remiſſ. in extrau. communib.
y c. 2. de pœni. in extrauagan. communib.
z Extrau. quemadmodum, de pœnit. & remi.
a 1. ad Corint. ca. 4. vide Luc. c. 12. ſi delis ſeruus & prudens &c. §. quanto, de tranſlat. epiſco. can. quodcunque. 24. q. 1.
b c. dãnamus, in fin. de ſum. trinit. can. cum marthæ, de celebr. miſſar.
c c. & ſi dominus, §. nos qui Deo, de pœnit. & remiſſ. in extrau. commun.

dantr in diplomatibus indulgẽtiarum, quæ & in concilio generali certos nacta eſt terminos, ad vitandas impoſturas eorum, qui ex falſis indulgentijs compilabant aſtutè, & prætextu religionis bona populi.[a] Ad curam ſenatus hoc pertinet, diſpicere, ne niſi diplomatibus viſis, iiſque excuſſis, ſinãt huiuſmodi queſtores eleemoſinarios cùm indulgentijs ſuis fictitijs vagari, & pecunias corrogare. Perſonæ eorũ, qui concedunt, & quibus vtiles ſunt indulgentiæ, idoneæ eſſe debent. Nam ſolus ſummus Pontif. plenas concedit, ob plenitudinem poteſtatis ſibi conceſſam: alij, non niſi limitatas.[b] Legati quoque ſuæ legationis fines excedere nequeũt.[c] Epiſcopi, qui dant, ſaltem eſſe debent: reliquis prælatis, etiam abbatibus, citra ſpeciale priuilegium, non licet.[d] Sed nec prælati etiã indulgentias concedere poſſunt alijs, quàm ſibi ſubditis: niſi de aliorum prælatorum conſenſu.[e] Porrò perſona, quæ conſequitur indulgentias, idonea eſſe debet: primùm, vt Chriſtianus ex membris eccleſiæ ſit:[f] ſecundò ſit contritus, & confeſſus, vt pœniteat & confiteatur:[g] 3. credat: 4. ſit ſubditus, vt diximus, eius qui concedit: 5. impleat ea, quæ indulgentiæ mandant impleri, vel per ſe, vel per alium, ſi res patitur. Conſiderantur & maximè quæſtores, qui pecunias ex indulgentijs coactas exigunt. Nam & illi fidei eſſe debent probatæ, & vitæ ſpectatæ, non auari, lucroue intenti, vel falſis diplomatibus vtentes; & ſecundum indulgentiarum decretum & propoſitum expendentes.[h] Inde enim grauiſſimæ tragediæ paucos ante annos excitatæ ſunt, vnde & ſolicitè curandum de illis eſt, Sicuti & D. Paulus admonet Corinthios,[i] & modum præſcribit, *De collectis*, inquit, *quæ fiunt in ſanctos, ſicut ordinaui in eccleſiis Galatiæ, ita & vos facite per vnam ſabbati: vnuſquiſque autem veſtrum apud ſe reponat, reponens quod ei bene placuerit, vt non cùm venerim, tunc collectæ fiant. Cùm autem præſens fuero, quos probaueritis per epiſtolas, hos mittam perferre gratiam veſtram in Hieruſalem. Quòd ſi digeæ fuerint vt ego eam, mecum ibunt.* Sed hæc hactenus de indulgentijs, plura collata videbis per gloſſam in extrauaganti, antiquorum, in verbo, confitebuntur, de pœnitentijs, in communibus.

a In c. cum ex eo, de pœniten. extra, ſin eod. ti. in cõmunib.

b cap. cum ex eo, §. fin. de pœniten. & remiſſ. c. quod: ſique, 24 q. 1.

c c. fin. de offi. lega. & ibi glo.

d glo. in c. noſtro, de pœnit. & remiſſ. c. accedentibus, de exceſſ. prælat.

e cap. quod autem, c. 4. c. noſtra, cap. 15. de pœn. & remiſſ.

f ca. nihil ſit debet. 11. q. 3. ca. ſi quis à catholica, 23 q. 4.

g c. 1. § nos de omnipotentis, de pœniten & remiſſio. in extrauag. comm.

h cap. cum ex eo, de pœnitẽt. & remiſſio. ap. Grego in c. abuſionibus, eod. titu. apud Clement. vbi per totum. ca. lege de queſtoribus, obulibuſq; eorum & pœna, & iudi i a.

i 1 ad Corinth. c. 16.

De Matrimonio. Cap. X.

1 *Remiſſiuè de eo ibi.*

1 S*Acramentum cõiunctionis matrimonij, magnum eſt in Chriſto, & in eccleſia*, inquit D. Paulus:[k] habet materiam, conſenſum, formam, verba de præſenti, Ego te in virum accipio.[l] Quamuis ſine verbis, ſignis conſenſum exprimentibus, contrahi poſſe non dubitetur.[m] Perſonæ quæ contrahunt idoneæ eſſe debent, & cum authoritate eccleſiæ: ne ſit clandeſtina deſponſatio. Conſiderantur cauſæ quoque inſtitutionis matrimonij, de quibus omnibus ſuo loco dicimus, dum de differentia perſonarum ratione coniunctionis tractatur. vbi de ſponſis & ſponſalibus, de nuptijs, de diuortio, & alijs, quæ ad matrimonium pertinent copioſè diximus, idque lib. 9.

k ad Epheſ. 5.

l c. tua nos, de ſponſalib.

m notatur in cap. fraternitati, de ſponſal. Angel. Clauaſinus in ſumma, in uerbo, matrimonium, 2. numer. 4. facit cap. cum apud, de ſponſalib.

De ordine. Cap. XI.

1 *Remiſſiuè de eo ibi.*

1 DE Ordinibus ſuſiſſimè etiam diximus ſuo loco, libro 16. dũ tractauimus de perſonis eccleſiaſticis: & proinde eò reijcimus lectorem.

De Sacris Lipſanis. Cap. XII.

De reliquijs & veneratione ſanctorum, lib. 3.
Decretal. tit. 45. Lib. 3. Sexti. tit. 22.
Lib. 3. Clementi. tit 20.
Lib. 3. Extrua. commu. tit. 4.

1 *De ſanctitate, & abuſu reliquiarum.*
2 *Impoſtura quadam gentilium ſacerdotum, & impiorum Chriſtianorum circa reliquias, & imagines.*
3 *Notio de falſis reliquijs muneris Epiſcopi eſt: & ſi pœna capitalis imponenda, temporalis.*
4 *Notio de controuerſia poſſeſſionis reliquiarum, laici iudicis Regij.*
5 *Miracula & per res inanimatas fieri, Deo authore, poſſe: & inibi plura relata.*
6 *De pœnis impoſtorum reliquiarum.*

TEmplũ Dei ſanctũ, ſunt pij & ſancti homines, in quibus inhabitat Sanctus Spiritus.[n] Et proinde ſanctorum, & piorum hominum corpora aliquo honore digna ſunt, cũ alijs rationibus, tum maximè ob Dei ſpiritum, qui habitauit, & fuit in eis. Voluitque Leo imperator eas non in locis uoluptatum, & niſi in religioſis templis reponi.[o] Ideò cautè in uenerandis reliquijs, nec temerè agendum. Sed prius oportet perſcrutari authoritate apoſtolica, per teſtes idoneos, omnique exceptione maiores, de vita eius, cuius reliquiæ venerandæ ſunt, & num ſanctè conuerſatus, num bonus: & ita approbandus prius.[p] Neque ſola miracula, quæ dicuntur fieri, inibi ſufficiunt ad comprobandam, uel admittendam publicam uenerationem: niſi & quæ diximus accedant.[q] Sed de his pauca latius agamus. Licet certè de reliquijs dicere, quod Plinius de magicis dixit herbis: hanc eſſe omni in re humanorum animorum cõditionem, ut à neceſſarijs orſa primum, cuncta peruenerint ad nimium.[r] Neque tam ſanctum, & approbatum quicquam, quin humana aliquando non uiolet audacia. Dignæ magna ueneratione ſunt reliquiæ, dummodo extra eccleſiaſticos cancellos nihil fiat: atque harum utilitas & effectus, incredulos quoſq; ſi rectè ſine animi perturbatione uelint iudicare, coget eccleſię catholicæ in hoc ſubſcribere. Si enim ſudaria & ſemicinctia D. Pauli, à corpore etiam eius ſeparata, in Dei nomine uim morbos[s] ſanandi habebant, & vt ſola umbra corporis D. Petri:[t] nonne multo magis corpora ipſa, ut ſcribit Cyrillus Hieroſolymitanus?[u] Et Theodoretus,[x] *Animæ*, inquit, *martyrum triumphatorum, in cœleſti nunc patria vitam agũt, Angelorum choris interſitæ: corpora autem non ſingula ſingulis monumentis conduntur, ſed ciuitates, oppida, paganiq; conuentus, hæc inter ſe ſortitò partiti ſunt, laborantibuſque animis, ac ægrotis corporibus, ſalutares eos ceſſiteri non ceſſant: nihiloq; ſecius vrbium cuſtodes, ac locorum præſides venerantur, quorum precibus ac interuẽtu apud Deũ utẽtes, per eos demum diuina munera conſequũtur. Sectis*

n 1 Corinth. 3. ſic etiam Tertullia. lib. 5. aduerſ. Marcio.

o in l. decernimus 26 de epiſco. & cleri & li. 1 cod. tit. ... Ambroſ. ... Marcio.

p c. venerabili, de teſtib.

q cap. 1. & 2. de reliq. & vener. ſancto.

r Plin. lib. 26. cap. 4.

s Actuum, 19

t Actuum, 5.

u Cyrill. Hieroſol. catech. 18 illuminato.

x Theodor. li. 8. de curat. græcar. affectio.

itaque eorum corporibus, integra tamen uis, & gra-
tia perſeuerat, tenneſque ac tantillæ reliquiæ, toti
parem habent, multaſque in partes martyre diſſe-
cto, uirtutem, &c. Elias in nomine Dei, uiuus
mortuũ uiduæ Sateptanæ ſuſcitauit.[a] Eliſæus
eadem uirtute, mortuus mortuum.[b] Diuiſit &
Iordanem pallium Eliæ.[c] De reliquiarũ hono
re multa D. Hieronymus,[d] Aſterius Amaſeæ,[e]
D. Auguſtinus pluribus in locis.[f] Et copioſè
D. Ambroſius,[g] Prudentius.[h] Mita de corpore
Babylæ martyris a Numeriano Cæſare occiſi
D. Chryſoſtomus,[i] de alijs Rufinus,[k] Socra-
tes,[l] Sozomenus,[m] Theodoretus,[n] Metaphra-
ſtes.[o] Admonet Dauid[p] in hoc ſeculo etiã iu-
ſtorum reliquias honorandas: *Cuſtodi* inquit,
innocẽtiam, uide æquitatem, quoniam ſunt reliquiæ
homini pacifico: iniuſti autem diſperibunt ſimul &
reliquiæ impiorum interibunt. Nec putanda ſunt
corpora hominum piorum, qui ſpem reſurgẽ-
di habent, ut cadauera ferarum, ſeu aliorũ ani
malium, quę corrupta in propriam nunquam
rediturã ſunt naturam. Dormire tantum dicũ-
tur, qui in puluerem redierunt, ſuſcitandi ali-
quando. *Et pretioſa in conſpectu Domini mors ſan*
ctorum eius.[q] Et pretioſæ reliquiæ ſanctorũ.[r]
Alphonſus rex Hiſpaniarum cum Maſſiliam
ui cepiſſet, inde Aloyſij corp⁹ exportauit, & ue
luti clariſſimæ uictoriæ ſolam mercedem Va-
lentiam tranſportauit, ibique cum ſumma re-
uerentia & ueneratione collocauit, ut refert
Antonius Panormita.[s] Sicut & Tholoſam, prę
clariſſima religionis pignora, ſex apoſtolorũ
corpora, aliorumque plurium martyrum reli-
quias Carolus Magnus Imperator, uelut inſi-
gnes manubias tranſtulit, ubi adhuc conſeruã
tur. Quocirca & piaculum magnum eſt, & ma
ximè reipub. intereſt, falſas pro ueris ſubijci re
liquias. Qui dicit ſanctum non ſanctum, & nõ
ſanctum ſanctũ, abominabilis eſt apud Deũ.[t]
Et, Væ qui dicitis bonum malum, & malũ bo-
num.[u] Earumque omnis abuſus extrudẽdus,
& nundinatio, cum ipſarum reliquiarum,[x] tũ
etiam gratiæ inde prouenientis.[y] Tantũ enim
poteſt auaritiæ cupiditas, ut prætextu religio-
nis aliquando populo impoſuerit, & ex abuſu
honorum, bona quoque odio fuerint: uelut il-
le ſerpens æneus a Moſe in deſerto eleuatus, ſa
nabat eos, qui morſu ſerpentum icti labora-
bant.[z] Poſtea tamen dum illo abuteretur popu
lus, extritus ab Ezechia:[a] quia ipſe, nihil aliud,
2 quàm figura erat uenturi Domini. Solebant
idololatrarum gentilium ſacerdotes, ſæpè ſuis
technis populo imponere, quales illæ, quæ a
Chriſtianis in Alexandria detectæ ſunt. Cum
enim euerterent templum Serapidis, omnia ſi
mulacra inuenta ſunt caua, ſiue lignea, ſiue æ-
rea, ita elaborata, ut caua pars & terga, templo
rum parietibus adaptarentur, occultis quibuſ-
dam meatibus in muro relictis: per quos dein-
de per alia quædam arcana adyta, in ſimula-
crorum cauum ſubibant, & inde quæ uiſa eis
fuiſſent, reſponſa dabant.[b] Detexit & Daniel
abſconditum introitum, quem fecerant ſacer-
dotes Bel ſub menſa templi, ſuper quam pro-
poni faciebant a rege ſingulis diebus eſcas &
uinum dicentes Belem ea uorare: cum ipſi ra-
men per occultum ingreſſum, noctu in tem-
plum irrumpentes, raperent.[c] Fuerunt & im-
poſtores, qui ab imaginibus ſeu ſimulacris li-
gneis uel æreis, quibuſdam artibus, uel lacry-
mas, uel ſudorem, uel aliud quippiam admirã-
dum excuterent: & ita rudi populo impone-
1 rent. Quare hæc notio erit iudicis ſpiritualis &

a 3 Reg. 17.
b 4. Reg. 13.
c 4. Reg. 2.
d Hieron. aduer. Vigilan.
e Aſter. Amaſ. in Rephroſi in Euphemiam martyrem.
f D. Auguſtin. libr. 6. & 9. confeſſ. ponſſ ca 7. & libr. 22. de ci uit. c. 8.
g Ambroſi. ſermo 19.
h Prudẽtius de paſſio. Hyppol.
i Chryſoſto. in Babyla.
k Ruſinus, lib. 1. cap 13.
l Socrates, lib. 3. cap. 18.
m Sozom. li. 2. cap. 18.
n Theodo. lib. 3. c. 10. & 11.
o Metaphr. in vit. Babylæ.
p Pſal. 36.
q Pſal. 115.
r Baſilius Magn. in Pſal. 115. & in Barnabã Matt. D. Chryſoſto. de natiui. ſeptem Machabæorum hom. 7. & hom. 32. de aſcẽſ. Domini. & ſermo 55. de virtu. & uerſi. & libr. contra gentiles.
s Anto. Panor. lib. 2. de dict. & fact. Alpho. c. 4. & 5.
t ca. ſi quis dixerit, & c. ſi quis hominẽ, 11 q. 3.
u Eſaiæ c. 5.
x c. 2. de reliq. & venera. ſancto. l. 3. Aeſſero ſan. eccl. C.
y can. qui fuedet. 1. q. 1. c. 1. de relig. & uener. ſanctor.
z Nume. 21. D. Ioan. Euangel. ca. 3.
a 4. Reg. 18.
b Nicephor. Calliſt. libr. 12. hiſtor. c. 26.
c Daniel c. 14.

epiſcopalis, ne hoc impunè fiat:[d] potiſſimum
ſi quædam eccleſiaſticæ perſonę attentauerint
tantum ſcelus. Nam iudex illorum, proprius
epiſcopus eſt.[e] Et epiſcopi eſt, decernere de re-
liquiarum ueritate, & de miraculis earum:[f]
ut de ſuperſtitione, & de libris eius extirpan-
dis.[g] Atque nominatim curam reliquiarum,
& poteſtatem transferendi eas, & locationem,
ad eos pertinere ſtatutum a Leone Cæſare.[h]
Si tamen circa has impoſturas ſcelus, quod
ſanguine expiandum & ultimo ſupplicio ſit,
concurrat, aut quod etiam pœnam habeat a le
ge ciuili conſtitutam, nihil prohibet, quo mi-
nus & curiæ ſeculari non deferatur iudicium:
4 ut in alijs placuit criminibus.[i] Vt ſi etiam de
poſſeſſorio reliquiarum agatur inter eccleſias,
uel pagos, tunc & notio ſit ſecularis regij iudi-
cis, ut placuit Senatui Pariſienſi:[k] ut cum con
trouerſia oritur, uel inter poſſidentes & repetẽ
tes, uel etiã inter plures, qui ſe ueras reliquias
contendunt pariter habere. Quemadmodum
apud Dionem Caſſium ſcriptũ eſt,[l] inter duas
urbes Cappadociæ non procul inter ſe diſtan-
tes, controuerſiam ortam, cum utraque dice-
ret ſe habere gladium Iphigenię, & indeciſam
perſeueraſſe: cum utraque gladium oſtẽderet.
Eiuſmodi & inter Athenienſes & Romanos
controuerſia de Palladio, quod ſacrum dice-
bant Imperij pignus: nam translatum Romã,
& a Veſtalibus obſeruari Romani exiſtima-
bant, furtim ex Athenis ſublatum: Athenien-
ſes negabant, & ſe adhuc poſt Graiorum dire-
ptionem habere putabant.[m] Difficile tamen
eſt iudicium in controuerſijs ijs. Verendum e-
nim eſt, ne ſi liquidò non conſtet, quæ ueræ
ſint reliquiæ, pro falſis ueras improbes: uel ne
utriſque ueris, impiè de aliquibus iudices. Et
proinde tunc ubi ambiguæ utrinque promun-
tur probationes, conſultius ſit, ſi intacta res re-
linquatur, per iudicium non liquere. Stricta
namque ratio, nonnunquam in ambiguis reli
gionis quæſtionibus omitti ſolet: cum ſum-
ma ſit ratio, quæ pro religione facit.[n] Nec au-
ſus eſt Angelus Michael diſputans cum Sata-
na de corpore Moſis, illi inferre iudicium bla-
ſphemiæ, ſed ad Deum reiecit, dicens, *Imperet*
5 *tibi Deus.*[o] Neque ſtatim falſa putanda ſunt
miracula, quæ ex utraque parte fiunt, uel arte
uel impoſtura dæmonum fieri iudicandum: ſi
nobis impoſſibilia natura uideantur, etſi in ſta
tuis & alijs inaſſuetis appareant. Deus enim
non tantum per organa hominum uiuentia,
gloriam ſuam & poteſtatẽ explicat, ſed & per
alia inſtrumenta, & certis locis tantum a ſe de
lectis. Sic & ille apud Diuum Lucam monuit,
lapides clamaturos ſi pueri tacerent,[p] & iuſſit
in exprobrationem Balaami, aſinam loqui.[q]
Scribit & Nicephor. ex Procopio, Choſroem
Perſarum Imperatorem, Edeſſa ciuitate hoſtẽ
cum exercitu propuliſſe uirtute imaginis fa-
ciei Domini noſtri Ieſu Chriſti, quam conſer-
uatam publicè inuenit, receptam per Angarũ
topoarcham antea Edeſſæ. Conſentiunt & an-
tiqui hiſtoriæ authores,[r] in Cæſarea Philippi
urbe, quæ aliter Paneadis dicta, æream unam
fuiſſe Domini noſtri Ieſu Chriſti imaginem
fabricatam ab ea, quę curata fuerat a fluxu ſan
guinis per tactum fimbriarum ueſtimẽtorum
Chriſti: iuxta quam herba adnaſcens, infirmi-
tati ſimili medebatur, poſtquam ſtatuæ æreæ
fimbrias, naſcendo tetigiſſet. Accidunt & quæ-
dam in ſtatuis & imaginibus ſæpè prodigia,
quæ uel ſcelerum ſunt deteſtationes, uel ſignas

d c. ſi clericus, c. 3. de for. compe. tim. 2. Decr. lib. 2.
e c. ſi diligenti, cum 2. ſequ. de for. compe. ap. Gregor. cap. ſi. eod. in l. 6 ſtatuimus, de epiſco & cler. C.
f d c. 1. & 2. de reliq. & vener. ſanctor.
g l. Mathematicos, de epiſc. audient. libr. 1. C. tit. 7.
h l. decernim⁹, l. 26 C. de epiſ. & cler.
i Panormita in c. cum ſit generale, de for. compet.
k vide Papum, libr. 1 Rapſod. areſtor. titu. 1. art. 1. & 2.
l Dio. Caſſius, lib. 31.
m Dionyſ Halicar. lib. 1. antiquit.
n l ſunt perſonæ, l. 43. de religio & ſumptu. funer lib. 11. P. tit. 9.
o Iudæ c. 1.
p Lucæ c. 19.
q Nume. c. 22.
r Nicephorus Caliſt libro 1. Hiſtor. ca. 13. & 16. & lib. 10. ca. 30. Euſeb. Pamphil. libr. 7. Hiſtor. eccleſiaſti. c. 14. Sozomenus, li. 6. Hiſtor. tripart. cap. 41. & 42.

quale

quale illud miraculum, quod in ciuitate Beritho contigit, cùm Indæi imaginem Domini noſtri Ieſu Chriſti compertam, velut in eius contumeliam pupugiſſent, & flagellaſſent: cuiuſque latus cùm pupugiſſent, tanta copia ſanguinis & aquæ promanauit, vt in omnes orbis regiones, quantitas aliqua miſſa fuerit: Iudæis tanto miraculo conſternatis ad fidem venientibus, vt author eſt Athanaſius grauiſſimus & fideliſſimus.[a] Scribit & Nicephorus[b] Anatolium quendam Antiochiæ dijs falſis ſacrificantem, à Tyberio imperatore Conſtantinopolim deductum, eumque, vt iudicium de eo fieret, in cuſtodiam miſſum in captiuorum locum, manibus poſt terga reuinctis: vbi cùm eſſet virginis matris magnæ Mariæ ſtatua quædã, & ad eam quaſi ſupplicaturus ſe conuertiſſet, ſtatua eum velut infandum & execrandum impurumve, deteſtans, ſimul & criminis tanti arguens, tota ſe ab eo auertit. Eſt imago etiam quędam circa chori ſeu exedratum ambitum, in eccleſia ſancti Saturnini Tholoſæ lapidea, quæ ſe inclinauit ſpontè, anteà recta, quo tempore ex pluribus luſoribus vnus eò tranſeuntibus, blaſphemias atroces in Deum conijceret, dolore amiſſæ pecuniæ nocte præterita commotus: quamobrē is crimine detecto ea inclinatione, laqueo ſuſpenſus pro foribus tēpli fuit, vt adhuc monumentū ſcriptura exaratum iuxta imaginem teſtatur. ſic ego noui, cùm adhuc iuuenis eſſem, viros probos, qui ſe id vidiſſe affirmabant. Strabo quoque[c] narrat, in templo Veneris in Ilio cùm Caſſandra à Græcis violaretur, Palladium ſeſe auertiſſe, oculos atque ora aperuiſſe: Palladium autem erat imago lignea Palladis. Imo Ethnicis vix quicquam inſigniter horrendum contigit, quin ſtatuæ ſignum aliquod exhiberent, vt ſæpe accidiſſe annotat Iulius Obſequens,[d] veluti cùm Ligures prælio victi delotiva fuerunt L. Æmilio Paulo, & Cn. Bebio Pamphilo Coſſ. haſtæ Martis motæ fuerunt, & Lanuuij ſimulachrum Iunonis ſoſpitæ, lachrymauit. Item Caio Mario, & Lucio Valerio Coſſ. quo tempore fugitiui in Sicilia trucidati ſunt quadrigæ auratæ à pedibus ſudarunt, Et Lucio Martio, & Sexto Iulio Coſſ. cùm à Sila per ludos Romani trucidati, magnaque ſtrages in vrbe ſecuta, in arce Spoletana Apollinis ſimulacrhum ſudauit. Plura his ſimilia trãſeo, ſed mirabilius illud, quòd ea ipſa hora qua Mauricius Imperator interfectus eſt Romæ Phocæ factione, ret omnis vt geſta erat Alexandriæ innotuerit, ſtatuis decidentibus & clara voce dicentibus, quid ea ipſa hora Mauricio contigiſſet.[e] Et quod legimus Dagonem idolum Philiſtinorum, ante arcam Dei corruiſſe conſciſſis pedibus & manibus & capite.[f] Hæc certè admirationa digna ſunt, & poteſtatis Dei ſumma argumenta; ſine qua nec dæmones hiſcere audent, vel quicquam innouare queunt, & cuius iuſſu tantum, iræ Dei
6 etiam inter paganos, ſigna exhibuerunt. Et proinde animaduerti ſeueriſſimè conſulo in iſtos impoſtores, qui & miracula ſimulant, & lipſana falſa ſupponūt: ſunt enim falſarij cùm in falſis authorandis lipſanis, pontificis vſurpant ius.[g] Et item ſacrilegi, iiſdemque quibus illi pœnis puniendi. Occidit gladio Nabuchodonoſor ſacerdotes Belis, qui fingebant Belum deuorare apposita.[h] Nadab & Abiu, ſacerdotes domini à Deo necati, quòd in eius miniſterio ignē alienum ſuppoſuiſſent.[i] Vſus autem reliquiarum qualis ſit, nemo non videt, & ita ad ſuffragia promerenda venerandas, & ad eccleſiarum ſanctificationem pertinere: vt nequa altaria, nec eccleſiæ conſecrari debeant ſine reliquijs martyrum.[k] Inibi tamen ſacroſanctum Domini noſtri Ieſu Chriſti corpus ſufficit.[l]

a Athanaſ. libr. exhortationis ad monachos, tract. de paſſio. imaginis per ſeptem capita.
b Nicephorus Caliſt. libr. 18. c. 14.
c Strabo lib 6. Geograp.
d lib. de Prodigijs.
e Nicephorus Caliſt. libr 18. c. 41. Paul. Diacon.
f 1. Reg. 5.
g c. 1. de relig. & vener. ſanct.
h Daniel. 14.
i Leuit. c. 10.
k can. de fabrica, & c. placuit vt altaria, de conſec. diſt. 1.
l glo. in d. c. placuit.

De Cœmiterijs, & ſepulchrorum iure. Cap. XIII.

1 *Nominis Cœmiterij ratio.*
2 *Quare conſecrantur apud nos Cœmiteria: item & quod dæmones ad cadauera concurrant.*
3 *Cœmiterij finitio, quod religioſus locus eſt.*
4 *De locis vbi condi ſolebant antiquitus corpora.*
5 *Qui fit, vt propria aliquorum ſint in Eccleſijs & Cœmiterijs ſepulchra.*
6 *Libera ſepulturæ electio: alioquin ibi ſepeliendus, vbi quis ſuſcepit ſacramenta.*
7 *Electus locus ſepulturæ à moriente, alij quàm eligenti non poteſt concedi, niſi neceſſitatis cauſa.*
8 *Monachi ſepulturam non eligunt: item de alijs qui non eligunt.*
9 *Quæ Eccleſiæ habent ius ſepeliendi.*
10 *Quibus denegatur ſacra ſepultura.*
11 *Probibitis ſepeliri de facto ſepultis in conſecrato loco, pollutus locus debet ijs exhumatis reconciliari.*
12 *Aliquando probibitum laicos in Eccleſia ſepeliri.*

1 QVia futurę ueſurrectionis ſpes in nobis firma & vera eſt, & animam immortalem eſſe, corpuſq; ſuum aliquando repetituram. Ideò & de ſepeliendis corporibus honeſtè, ſanctè, & religioſè cura omni ætate & ferè inter omnes nationes fuit: quãquam veri Dei cultus apud omnes non eſſet, quod pluribus docuimus libr. ſecundo præludiorum optimi Intiſconſulti c. 43. & 44. Idcirco & loca ubi conduntur corpora, dicta ſunt cœmiteria, id eſt, dormitoria: id enim κοιμητήριον, ἀπὸ τοῦ κοιμάω, dormire facio ſignificat. Sic Doſiadas apud Athenæum[m] τὰς συσσιτίας apud Cretam dicit duos habere οἴκους, quorum unum uocatur ἀνδρεῖον, alterum in quem dormitum mittunt hoſpites, κοιμητήριον. Vocauit & mortem dormitionem dominus[n] Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται, ἀλλὰ πορεύομαι ἵνα ἐξυπνίσω αὐτόν. Et poſtea, ut explicet, ait, Λάζαρος ἀπέθανε, id eſt, *Lazarus amicus noſter dormit, ſed uado, ut eum a ſomno excitem*: Et poſtea, *Lazarus mortuus eſt*. Et alibi, *Non eſt mortua puella, ſed dormit.*[o] Suntque paſſim obuia ſimilia in ſacra pagina.[p] Et apud profanos quoque authores ſic uſurpatum. Qui enim nobis mortuus eſt, quia excitari non poteſt, Deo dormit, qui poteſt: uerum quia expectanda eſt meta reſurrectionis, & mors perpetuum ſomnum, & ferreum dicitur, ſicut apud Homerum,[q]

ὣς ὁ μὲν αὖθι πεσὼν, κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον,
Statim ut cecidit, dormiuit ferreum ſomnum.

Et Catullus,[r]

Nobis cum ſemel accidit breuis lux,
Nox eſt perpetua una dormienda.

2 Conſecrãtur apud Chriſtianos cęmiteria iuſtis de cauſis, quarum & illa non contemnenda, quòd dæmones cūcurrere ad ſepulchra ſoleant, ut ait D. Chryſoſto.[s] Sicuti & legimus dæmoniacum in ſepulchris habitaſſe, & ex illis uias obſediſſe.[t] Rationem reddit idem Chryſoſtomus,[u]

m Athenæ. li. 4. dipnoſ.
n D. Ioan. euangel. c. 11.
o Matth ca. 9. D. Marc. 5.
p Iob. ca. 7. 11. 14 & 21 Pſal. 65. & 4. 1. Corinth. 11. & alibi.
q Homer Iliade 10. ver. 241.
r Catullus ad Lesbiam.
s D. Chriſoſt. tom 2 hom. 15. in Matth
t D. Matth. c. 8.
u D. Chryſoſt. homil. 29. in Mattheum.

dæmones in ſepulchris verſari, quia periculoſam opinionem, hominibus ingerere conantur, quòd hominum qui abierint animæ, dæmones fiant; quod etiã à cogitatione noſtra vtinã abſit, &c. Franciſcus quoque Venetus [a] tradit, mortuorum cadauera maximè frequentari ab ſpiritibus immundis: & inde cadauera, non ex ſe, ſed ex ſpiritibus circunſtantibus terrorem incutere, & maiorem ſolitario quàm aſſociato: & ideò accendi ſolere luminaria circa mortuorum corpora, vt arceantur poteſtates tenebrarum, quæ magis lucem timent, quàm talpæ, aut veſpertiliones: hinc aſperſioné aquæ benedictæ, thorificationem, conſecrationem cœmiteriorum. Et ita cœmiteria ſuo nomine monent Chriſtianos, non niſi modicè mortuos eſſe lugendos, nec exemplo eorum, qui ſpem non habent reſurrectionis: etenim mortui noſtri dor-
3 miunt tantùm. [b] Eſt ergo Cœmiterium locus eccleſiaſticæ ſepulturæ deſtinatus. Eccleſiaſtica cauſa, nempe fides reſurrectionis, facit vt cœmiterium dicatur ſepultura, nempe quòd tantùm dormire, & in vitam æternam ſepultos excitandos arbitremur: locus namque alius temerè electus, in quem, veluti cadauer animalis bruti, homo infoditur, videtur potius deſperantis ſepulcrum, & vt loquar cum propheta, ſepultura aſini. [c] Religioſus hic locus in iure ciuili dicitur ſepulturæ hominis. [d] Proinde cœmiteria ſunt per epiſcopos ab alijs locis profanis & puris [e] diuidenda, & conſecranda, iuxta eccleſias, [f] ſepeliendos Chriſtianos. [g]
4 Diximus in c. de ſepulcro violato, in criminibus, de locis vbi antiquitus condi ſolebant defuncti, de communi, de gentilitia, & cuiuſque familiæ ſepultura, & de pœna violati ſepulchri, vt his non exiſtimem repetendum. Dico autem nunc deſtinatum eſſe locum ſepulturis communem tantùm, non in agris, vt antiquitus: [h] ob mala, quæ inde clam fieri poterant, vt quis poſſet homines iugulatos in ſuo ſepulcro condere priuato ſeorſum: tum etiam, vt honeſtius & ritu eccleſiaſtico locoque conſecrato humarentur, quanquam bonis vilis ſepultura non obſit, nec malis ſpe-
5 cioſa proſit. [i] In communi tamen loco cœmiterii, proprius locus & alicui familiæ eſſe poteſt. [k] vt terra ſepulturæ aliquorum in principio deputata, vel ante conſecrationem empta propriis eorum ſumptibus, vel ædificato ſepulchro: [l] alioquin enim, vt ſimoniaca, reijcitur venditio loci ſepulturæ, neque pecuniam licet exigere, vt quis in cœmiterio communi ſepulturã habeat, abolita omnium contrarium conſuetudine. [m] Quamuis enim in loco, qui priuato in ſepulturam in cœmiterio venditur, [s] nemo adhuc ſepultus fuerit, tamen locus conſecratus eſt: multò magis ſi in eccleſia. Et quæ religioſis ſepulturis adhærent, religioſa ſunt, [n] ideo vendi nequeunt, neque enim religioſum nunc ſolum locum facit illatio mortui, quemadmodum iure ciuili, [o] vt anteà purus videatur locus & vendibilis, [p] ſed initiatio ſeu conſecratio. Sicut & apud Ethnicos interdum ſolebant ſepulchra per pontifices & ſacerdotes eorum deſignari, vt ait Strabo. [q] Proinde ex indulgentia pontificis quiſque ſine ſimonia, propriam habere poterit ſepulturam in eccleſia, vel cœ-
6 miterio aliquo. Et poteſt quilibet eccleſiam, vel cœmiterium in ſepulturam ex arbitrio eligere: [r] ſalua quarta parte parochiali eccleſiæ debita, [s] quæ ſecundum locorum conſuetudinem definitur. [t] Ibi enim ſi alibi non eligatur, erit ſepultura defuncti, vbi viuens ſuſcepit ſacramenta. [u] At ſi electa ſit alicubi, cum iuramento non mutandi electionem, ibi ſepeliendus eſt, vbi elegit, nec poteſt ſententiam mutare [x] ſecundum aliquos. Verum hodie hoc iu-
7 ramẽtum interdictum, videtur. [y] Sic etiam nec curio eccleſiæ, electam & propriam alicuius ſepulturam ſua in eccleſia, alteri concedere poteſt eligente inuito, [z] qui non quidem dominiũ eius, ſed vſum quæſiuit: niſi iuſta cauſa, quia non poſſit alius alibi commodè ſepeliri, vt notat Archidiaconus; [a] vel ſi ius ſepulturæ legetur, vt fieri poteſt. [b] Electio tamen ſepulturæ intelligenda eſt libera in ijs, qui decedunt, non ratione eorum, qui ius ſepeliendi habent. Siquidem morituri eligere poſſunt, eo quo dictũ eſt
8 modo: dũmodo idonei ſint. [c] Siquidem monachi non eligunt, ſed vbi vel religionem profeſſi ſunt, vel nouitiatũ agunt, vel conuerſionem, ſepeliendi ſunt, [d] niſi longè ab his locis deficiant, vt nõ poſſint eò transferri. [e] Tunc enim, vt peregrini eligere poſſunt, vel ſi non eligant, in cathedrali eccleſia ſunt ſepeliendi, vel in parochiali eius loci. [f] Et ſi de nõ peregrinis agatur: non eligunt ſepulturam impuberes, [g] vel furioſi. [h] Serui autem puberes eligunt, pro impuberibus, domini eorum. [i] Si electio nulla fiat ſepulturæ, ibi ſepelietur filius, vbi ante ſepultus pater, etiam ſi eius non ſit hæres. [k] Mulier cũ viro vltimo, [l] eligit autem ſi velit. [m] Spurius cum matre, nõ cum patre: vt naturalis tantùm cum patre, niſi eſſent parẽtes in dignitate, teſte Angelo. [n] Illi etiam, qui mortuos inferendi ius habent, ex titulo de mortuo inferendo, & nunc ius ſepeliendi habent, vt ait Hoſtienſis: [o] & hæredes in ſepulchro eorum cui ſuccedunt. [p] Qui inferri poſſunt in ſepulchra familiaria & hære-
9 ditaria, vide apud Azonem. [q] Sed & eccleſiæ, in quibus ſepeliri quis deſiderat, ius ſepeliendi habere debent: nam illud commune non eſt omnibus, ſed tantùm his, qui habent populum ſeu parochos, vel quibus ex priuilegio cõceditur: [r] veluti conceſſum cordigeris, minoribus, & prædicatoribus. [s] Si eccleſia interdicta ſit vel cœmiterium, ſepeliri nemo poteſt in illis: [t] ideò quis in parochiali ſepeliendus eſt, vel ſi ea ſit inter-
10 dicta, apud monaſterium propinquum. [u] Sed & ex parte decedentium nullo modo conceditur ſepultura, & denegatur in loco conſecrato interdictis, [x] paganis, [y] Iudæis, hæreticis etiam, poſt mortem damnatis, [z] vſurariis publicatis, [a] mortem ſibi conſciſcentibus, [b] tutorem teſtamento relinquentibus presbyterum, [c] excommunicatis [d] maiori vel minori excõmunicatione, [e] blaſphemis, impœnitentibus, [f] monachis proprium habentibus, [g] in torneamento moriẽtibus, [h] raptoribus non ſatisfacientibus, [i] quib⁹ interdictus ingreſſus eccleſiæ, [k] paruulis non baptizatis, item vltimo ſupplicio affectis, certis demptis caſibus. [l] Et in ſumma eccleſiaſtica deneganda ſepultura ijs, qui extra communioné eccleſię ſunt, vt quibus non communicare debemus viuis, nec cõmunicemus mortuis: [m] quales & notorij peccatores & incorrigibles, mortali peccato infecti. [n] Quòd ſi huiuſmodi, q

a Franciſ. Venetus, tomo 1. problematum ſcrip. ſect. 1. problẽ. 93. & 94.

b 1. ad Theſſalon. 4. c. qui diximus, can. ubicunque, 13. q. 2.

c Hieremiæ c. 22.

d l. cum in diuerſis, de relig. & ſump. funer. in P.

e quid purus locus, l. 2. § de ſic. & l. 2. § purus, de religio. & ſump. funer.

f cap. 2. 13. q. 1.

g can. autum, 13. q. 2.

h concil. Trib. cap. 17.

i in cap. ſacris, de ſepult. can. ubicunque, 13. q. 2.

k c. fraternitatem, c. 3. de ſepult.

l c. aurum, 12. q. 2. c. precaria 10. q. 2.

m c. abolendæ, c. 13. de ſepult. c. queſta eſt, & c. precipiendum, 13. q. 7. c. ad hæc, de relig. domib. In concil. Tribuen. cap. 10. & ... Valenſ. ſub Leone 1. Papa & Theodoſ. Cæſar. c. 3.

n l. quæ religioſis, de rei vend. in P. ca. & quiſquis, & c. ſicut antiquitus, 17. q. 4.

o § religioſum, de rer. diuiſ. l. 2. § religioſum, de relig. & ſumptib. fune. in P. Martian. in l. in eã tam. § religioſum, de rer. diuiſ. in P.

p ut in l. ſi monumentum, & ibi Bald. quæ res pig. obli. poſſ.

q Strabo, in 3. 3. ca. ſoror, & ſeq. & c. Ebron & c. vnic. 13. q. 2. c. fraternitatẽ, de ſepult.

r c. de his, c. ſuper eo, de ſep. ap. Grego. cap. fin. eod. titu. in 6. cle. dudũ. § verum, de ſep.

s c. cum ſuper & c. certificari, de ſepultur.

t c. 1. & can. in noſtra, de ſepulture. c. is qui, eo. tit. in 6.

u Speculat. in tit. de inſtr. editio. § compendioſe, verſicul. quid ſi quis iurauit, & titu. de ſepult. verſi. & nota quod ſi aliquis.

y In c. 1. de ſepultu. in 6. niſi ex nota, & nulla cauſa mutandi ſit, c. ſi vero, de iureiur.

z Bart. in l. 2. § 3. de oper. pub. l. 2. & l. ſi plures. de relig. & ſumpt. fun.

a Archidiac. in ca. precipimus. 12. q. 1. Ludoui. Rom. ſing. 698.

b Barto. in l. 3. § ſi quis, de ſepul. viol.

c l. in gradatim, de muner. & honor.

d vide Boer. de ciſ. 171. Innoc. in c. nimis, in 1. & ibi in gl. in verbo eligit, de exceſ. prælato. c. 3. 16. q. 1.

e ca. fin. de ſepul. in 6.

f vide Boer. in deciſ. 175.

g can. licet, in princ. de ſepul. in 6.

h c. fin. de ſucceſſ. ab inteſt.

i Angelus Claueſius, in Summa in ver. ſepultura, nu. 7.

k c. Ebron. 13. q. 2. Oldra. cõſ. 21 & 257. l. neq. & ibi Bartn. de religio. & ſumpt. funer. in P. vide c. licet, de ſep. in 6.

l c. 3. § fina. de ſepult. in 6. c. nequaque 13. qu. 2. can. quos Deus, 33. q. 2.

m c. de uxore, de ſepul. apud Grego.

n in Summa in verbo ſepultura, nu. 23.

o In Summa, de ſepult. § qd ius funerandi.

p l. 4. & l. 3. de religio. & ſumpt. funer. C.

q Azo in ſumma, de relig. & ſumpt. fune. C. nu. 5 & 6.

r Innoc. in c. 1. de ſepu. & in c. nimis iniqua, &c. nimis praua, de exceſ. ſub. prælato. c. priuilegia, de priuileg. c. ex parte, de ſepultu.

s c. dudum, de ſepultu. in cle.

t ca. ſi eccleſia, de ſepul. in 6. can. ſi. de ſepul.

u Archid. in c. 3. de ſepu. in 6.

x c. cum in partibus, de verb. ſign.

y ca. eccleſiam.

can. ſig. de conſecr. diſtinct. 1.

z ca. hanc præſertim. 24. q. 2. c. ſi epiſcopus, de hæreticis. 2. de ſepul.

a c. quia in omnibus, de vſur. clem. 1. & ca. quamquam, de vſur. in 6.

b ca. placuit, 23. q. 5.

c c. neque apud, 88. diſt. ca. D. Cyprian.

d c. ſicut, de hæret. c. ſi de ſepul.

e c. ſanè quod ſuper, 24. q. 2.

f ca. ſtatuimus, de malef. g c. ſuper quodam, de ſtatu monachor.

h c. 1. de torneament. i c. 2. de rapt. k c. his qui, de ſent. excom. in 6. l tot. titu. de cadau. punit. in P. m c. ex parte, & c. ſacris, de ſepult. n c. non aſtimemus, ca. quæſitum, c. quibus, c. pro obeuntib. 13. q. 2. c. placuit, 23. q. 5. c. quicunque clem. ca. 13. qo. 7.

ſepeliri

a c. conſuluiſti, de conſec. eccl. vel alta.
b c. ſacris. de ſepult.

11 ſepeliri prohibentur, facto in eccleſia, vel cęmiterio ſepeliantur, polluitur locus, & reconciliari debet Deo,[a] exhumatis ſepultis, ſi oſſa commodè poſſint internoſci, non aliter.[b] Habebāt in religione poſitum Ethnici etiam ne in æde ſacra uel loco publico ſepulturæ deputato paterentur impios ſepeliri. Quare refertur ex Lyſimachidæ Alexandrini Thebai. lib. 13. de ſepultura Oedipi, populum Thebanum, neq; apud ſe conſceleratum eum ſepeliri ferre uoluiſſe memorem multarum calamitatum, quas propter illū ſuſtinuiſſet. Prohibet & lex regia, mulierem prægnantem, ſi mortua, humari, antequam partus ei excidatur: qui contrà fecerit, ſpem animantis cum grauida peremiſſe videtur.

c Martian. l. 2. de mort. infer. in P. l. Imperator, de ſtatu homi. l. prægnantis, de pœnis. in P.
d l. 2. C. de ſacroſ. eccleſ.
e concilio Maguntiaco, c. 52.
f concilio Tribur. c. 17 cano. precipiendum, 13 q. 2. & c. qui bus, eod unde Greg. lib. 4. Dialogor. c. 53.

12 [c] Iure ciuili quoque inuenio prohibitum, ne quis ſepeliatur in loco, ubi martyrum ſunt reliquiæ:[d] vt inde colligi poſſit, in eccleſia uno eſſe ſepeliendum. Atque in concilio Moguntiaco[e] cōſtitutum, ne intra eccleſias mortuus ſepeliatur: niſi epiſcopi, abbates, aut digni prebyteri, uel fideles laici. Concilium Triburienſe[f] laicos ob miracula, quæ indè ſæpe contigiſſe dicit, omnino ab eccleſia arcet.

De religioſis, & ſumptibus funerum, & de mortuo inſerendo, & luctu. Cap. XIIII.

Lib. 11. P. titu. 7.

1 *Edicta duo de iure ſepulchrorum iuris Ciuil.*
2 *Non licere transferre ſepultos abſque authoritate ſuperioris.*
3 *Capita edicti, Ne in alieno liceat ſepelire, & vt funus liceat ducere, explicata: & de ſumptibus funerum, & contra quos, qui impendit, agat.*
4 *Quæ impenſæ in funus tantum repetuntur, & quatenus, & qui fieri debeant ſumptus.*
5. *Pro quibus, & quando actio funeraria datur.*
6 *Quid contineat edictum: Ne quis prohibeatur mortuum inferre.*
7 *Ius inferendi mortui præſcriptibile, non ſepulchrū.*
8 *Leges circa mortuos ſepeliendos honeſtatis.*
9 *Sepulturæ rationes quædam.*
10 *De legibus luctus mortuorum, & de pluribus luctus ſignis.*
11 *Prohibitum lugere milites Hieroſolymitani ſodalitij.*
12 *Quæ perſonæ lugeri debeant, & quæ non.*
13 *Tempus, & modus lugendi maritos uxorum.*
14 *Modus lugendi, & luctus varius refertur.*
15 *De pompa exequiarum, & de ordine, quo fiebant.*
16 *De his, quæ ſepeliebantur unà cum mortuis.*
17 *Sumptibus ſepulturæ modus impoſitus.*
18 *Ritus erga corpora mortuorum.*
19 *De præficis.*

g in l. 1 § prætor, de religio. & ſump funer. in P. li. 11. tit. 7.

1 IN iure quoque Cęſareo duo edicta prætoris inueniuntur, quæ pertinēt ad ius ſepulchrorum: primum eſt, De religioſis & ſumptibus funerum: alterum, De mortuo inferēdo. In primo duæ partes, prima prætor edixit hunc in modum,[g] *Siue homo mortuus, oſſaue hominis mortui, in locum purum alterius, aut in id ſepulchrū, in quo ius non fuerit, illata eſſe dicentur: qui hoc fecerit, in factum actione tenetur, & pœnæ pecuniariæ ſubijcietur*. Iure pontificio, qui alienum parochianum ab inteſtato mortuum ſepelierit in alia, quàm parochiali eccleſia vrbis ubi mortuus eſt, tenetur oſſa reſtituere, & beneficia inde ſuſcepta, & alio modo componere.[h] Tranſlatio

h c. ex parte, & c. cum liberum, de ſepult. apud Gregor
i gloſſ. l. 8 & l. dmt. 39. de religio. & ſumpt. funer in P l. 2. & pen C. eod. l. hæreditas, de petit. hæredita. in P.
k Socrates, li. 3. Hiſto. tripart. c. 32.
l l. 2 de religio. & ſumpt fune. in P & l. ſi plures, eod.
m Cams in l. ſi qui tutelis, l. 7. de relig. & ſumpt. funer. P. l. liberum, l. 9. eod. tit.
n l. ne corpora, l. 38 eod.
o Vlpia in l ſi quis ſepulchrū l. 39. cum ſequ. eod tit.
p § hac autē, ut cum de appellat. cognoſ. in auth.
q l ſi quis ſepulchrum, l. 12. § prætor tit. de relig. & ſumpt. funer in P
r d. l. ſi quis, & l. 21 ſi quis, §. ſed etſi res eo,
s d. l. ſi quis, §. funus, l. at ſi q. §. ſin & l. ſi funeris, eod. l. ſi filiusfam l. 31 § ſi, eod.
t l in eo, & ſeq. de acq. rer. domi. P.
u l. 12 de relig. & ſump. funer.
x l. 1 de ſeparation. in P
y l 1. ſi quis, l. 13. §. ſed etſi res legata, de relig & ſumpt. funer. in P
z l. ſcimus, §. in compu tatione, de iur. delib. ber C.
a l pen. de rel. & ſump. funer. in P l. 1 § pen. ad l Falc. apud Iuſtinia.
b l. Neratius, §. ſi de relig. eo. de ſump. fun. in P.
c l. Celſus ſcribit, l. 22 cum ſeq. eo. de relig. & ſump. funer. in P. l. in eum, eod tit.
d l. licet. C. de iur. dot.

ſepulcrorum per edictum prohibetur, ne fiat ſine authoritate publica imperiali, ſeu pontificali.[i] Et hinc olim narratur orta ſeditio, quod Macedonius Arrianus inuita magna parte populi, propria authoritate arcam, in qua continebantur oſſa Conſtantini Magni, de domo in qua erat, in eccleſiam tranſtulerat: Quam rem indignè etiam tulit Conſtantius imperator, tametſi ipſe quoque eſſet Arrianus: cum quod in ea ſeditione multi occubuerant, tum quia Macedonius corpus patris eius, abſque ipſius conſillo, transferre præſumpſerat.[k] Deinde & iubetur. *Ne quis in alieno ſepeliatur mortuus inuito domino, alioquin in factum actione teneatur.*[l] Per quam qui agit, conſequitur, aut ut tollatur quod illatum eſt, aut loci pretium reſtituatur: competitque tam hæredi, quàm in hæredem actio perpetua.[m] Dehinc competit remedium. *Vt funus ducere liceat*, hoc eſt, ne prohibeatur quis mortuum ſuum in ſepulchrum inferre.[n] Ne corpora mortuorum detineantur, oève uia prohibeatur, & ut uia ad ſepulchrum præbeatur:[o] nève ob debitū inhibeatur ſepultura.[p] Eſt & alia pars edicti de ſumptibus funerum. *Qui funeris cauſa ſumptus factus erit, eius recuperandi nomine in eum, ad quem ea res pertinet iudicium dabo*. Quo edicto is qui funerauit, perſequitur id quod impendit:[q] ne inſepulta corpora iacerent, & ne de alieno[r] quis funeretur. Pertinet itaque hoc iudicium contra hæredem defuncti patrisfamiliàs, & eius bona. Et primum contra eum, cui funus faciēdum teſtator delegauerit.[s] Ex perſona tamen defuncti agit cum hærede, & hæreditate, quæ repræſentant defunctum:[t] cum quo pro funere eius impendendo contrahere videtur.[u] Et fit creditor hæreditarius hac actione funeraria, ſeparatiqne eius bona ab hæredum bonis petere poteſt, ſi illi ſint pro ſuis debitis, creditoribus onerati.[x] Atque ut creditores teſtatoris minuunt legata ab eo facta, & prius impenſum, quàm illi legatum, repetunt.[y] Minuunt enim bona, impenſa in funus,[z] & omni credito præponuntur, ſi hæreditas ſoluendo non ſit.[a] Quod ſi de funere procurato matrisfamiliàs agatur, quæ virum habebat, eadem, quæ de patrefamiliàs, dicenda ſunt: ut & hæredes teſtamentarij, alijque proximi ab inteſtato ſuccedentes, teneantur ex bonis, quæ ultra dotem marito relinquuntur.[b] Quòd ſi maritus dotem lucretur pacto, uel partem ex morte uxoris, pro portione dotis tenetur lucratæ, in id quod facere poteſt:[c] quamuis pro alijs debitis mulieris, ex dote lucrata, maritus cum hæredibus uxoris non contribuat.[d] Si tamen alia cauſa diuortio facto lucratus ſit, & alij nupta deceſſerit, non tenetur funeraria.[e] Quòd ſi nulla dos eſſet, tunc omnem impenſam pater mortuæ præſtabit, aut hæredes eius mulieris emancipatæ. Et ſi neque hæredes habeat, neque pater eius ſoluendo ſit, maritus in quantum facere poteſt, pro hoc debito conuenitur: ne iniuria eius videatur, quondam vxorem eius inſepultam relinqui.[f] At ſi dos modica ſit quam lucretur vir, & funeris impenſa vxoris eam excedat, dari poterit actio in ſuperfluum in patrem.[g] Verum ſi agatur de expenſis repetendis ab eo, qui funerauit filium filiamvefamiliàs, pater tenebitur, ut de in rem verſo, ut funus filijfa. ſit æs alienum patris,[h] pro dignitate & facultatibus funeraria actione.[i] Si tamen filiusfamiliàs caſtrenſe peculium

e l. ſi mulier. l. 39. de reſt. in P.
f Pompon. in l. quod nulla. l. 28 de relig & ſump fun in P.
g l. Neratius, l. 30 § ſi mariti, de relig. & ſūp. funer. in P.
h l ſi filiusfa. de in rem verſo, in P.
i Paul. in l. in patrem. l. 31 de relig & ſumpt. funer in P.

culium habeat, primum ſucceſſores eius teneri
tur, deinde ad patrem peruenitur. [a] Si pro filia-
famil. quæ nupta erat, quis impenderit, pote-
rit ſolum contra maritum experiri, & ſi dotem
is reſtiturus ſit, uel pro parte uel in totum non
dum recuperata dote: reputabit autem patri,
vel ei cui reſtituenda, quod eo nomine præſti-
tum erit. [b] Porrò qui ſeruum alienum, ancil-
lamve ſepeliuit, habet aduerſus dominum fu-
nerariam actionem. [c] Cæterùm qui impendit,
ita demum hos ſumptus repetit, ſi animo re-
petendi fecerit: non vtique ſi ſola humanitate,
& pietate ductus faciat, & ſepeliat. Vnde opor-
tebit teſtari quemque, quo animo funerat: ne
4 poſteà patiatur quæſtionem. [d] Neque etiam
omnia, quæ impenſa ſunt in funus, ſemper re-
ſtituuntur, neque tantum, quantum factum eſt
ſumptus nomine imputatur, ſi immodicè factũ
eſt: debet enim haberi ratio eius, in quem fa-
ctum eſt, & ipſius rei; quæ ultra modum ſine
cauſa conſumitur. [e] Funeris cauſa ſumptus fa-
ctus videtur is demum, qui ideo fuerit, ut fu-
nus ducatur, ſine quo funus duci non poteſt:
impenſum in elationem mortui: ſi quid in lo-
cum fuerit erogatum, in quem mortuus infer-
retur: impenſa peregrè mortuo, quæ facta eſt, vt
corpus perferretur: quodve ad corpus cuſto-
diendum, uel commendandum factum ſit: in
5 marmor vel veſtem collocandam. [f] Quare
quod extra funus impenſum erit, veluti in cu-
ram defuncti, uel in aliud, non veniet hac actio
ne funeraria. [g] Neque hæc etiam in funus im-
pendenti datur, ſi poſſit quis impenſa repetere
alia actione, puta familiæ erciſcundæ, vel ſimi-
5 li. [h] Accedunt ſuperioribus interdicta, De mor-
tuo inferẽdo, & ut inferre liberè liceat. *Quo qua
ve*, inquit prætor, *illi mortuum inferre inuito te, ei
ius eſt, quo minus illi eo eave mortuum inferre, &
ibi ſepelire liceat, vim fieri veto.* [i] *Item, quo illi ius
eſt inuito te mortuum inferre, quominus illi ſepul-
chrum ſine dolo malo ædificare liceat, vim fieri ve-
to.* [k] Prohibere videtur inferre mortuum, qui
prohibetur per viam ire ut inferat, ut prohibe-
re uideatur ædificare ſepulchrum, qui prohibet
eam materiam conuehi, quæ ędificationi neceſ
ſaria eſt, [l] ſi modo ei ius ſit eundi: aliter uerò, ſi
non ſit, qui prohibet, non tenetur interdicto. [m]
Et ita qui ius habet prohibendi ne in ſui præiu
dicium ædificetur ſepulchrum, debet prohibe-
re, & opus nouum denunciare: nam facto ope-
re non datur alia actio, quàm quod ui aut clã. [n]
Idem ſi quis mortuum vnum inferat, ubi ius
non eſt, cui ius eſt prohibendi, debet prohibere
initio: aliter ſecundum inferre non poteſt pro-
7 hibere, ſi ſciens illatum primum tacuerit. [o] Et
ita ius inferendi mortui præſcribi poterit, rema
nente tamen ſepulchro Domini, [p] quamuis
longa poſſeſſio, ius non tribuat ei, cui iure non
competit. [q] Eaque erat lex Solonis, μὴ ἀγορὰν τύμ-
βον μὴ χρήσει λαμβάνειν, forum aut buſtum, non
vſucapi, quam & explicat Cicero. [r] Erat & lex,
τάφον μὴ ἐξαλείφειν, μηδὲ ἀλλότριον νεκρὸν φέρειν ſepul-
chrum ne deleanto, neve in alienum funus in-
ferũto. [s] Circa funera leges ſepulchrales plures
ab antiquis latæ fuerunt cum ad honeſtatem,
tum ad ſumptus componendos pertinẽtes, qua
rum aliquas, quæ retulimus in titulo de ſepul-
chro violato, omittemus, alias paucas refere-
8 mus. Ad honeſtatem refero, quæ primum de ſe
peliendis mortuis cauta ſunt: eò quòd ibi humanæ
conditionis memoria conſeruetur, [t] æternam il
lis ſedem dantes, [u] & ueluti quietis locum. Qui
ſepultura caret, melius illi eſſet ſi eſſet aborti-

a l. ſi filiusfam. l. 31 de relig. & ſump. fun. in P.
b l. ſed ſi nondum, cũ 2. ſeq. eod. in P.
c l. ſi filiusfam. § qui ſeruum alienum, eod. titu. Iulius Paul. li. 1 recep. ſent. tit. 29. in fi.
d l. at ſi quis, § ſed interdum, de relig. & ſum ptib. funer.
e d. l. at ſi quis § hæc actio, & l. ſi quis ſepulchrum. § ſumptus funeris, de relig. & ſumpt. funer.
f d. l. at ſi quis §. funeris cauſa.
g d. l. at ſi quis, § hæc actio.
h d. l. at ſi quis § Labeo.
i l. 1. de mort. inferen. lib. 11. P. tit. 8.
k d. l. 1 § prætor ait.
l d. l. 1. de mor. infer. l. uetem, de itiner. actuque priua. in P.
m d. l. 1 § ſiue ſe. de mor. infe ren.
n l. 3 eod. tit.
o d. l. 3 § fi.
p l. monumentorum. l. 6 de religio. & ſumpt. funer.
q l. pen. de mor tuo infer.
r Cic. lib. 2. de legibus.
s Cice. 2 de legibus. & l. 2 de relig. & ſumpt. funer.
t l. quidem, de conditio. inſtit. & Paul. l. ſi quis eo animo, l. 40. de relig. & ſum ptib. funer.

uus. [x] Conſulimus quoque publicæ utilitati,
cuius intereſt ne corpora inſepulta remaneãt. [y]
Athenienſes decem imperatores ſuos & qui-
dem à pulcherrima uictoria redeuntes, capitali
iudicio condemnarunt, quòd militum corpora, li-
cet maris ſæuitia interpellante, ſepulturæ non
tradidiſſent. Id enim nullo modo, nec piè negli
gi ac prætermitti poſſe putarunt: quod eſſet in
more totius Gręciæ ſolatio parentum uiuorum
que æmulationi, ut tradit Valer. Maximus. [z]
Tempore perſecutionis Maxentij in oriente, fa
me orta maxima, quia fermè omnis populus
moriebatur, Chriſtianorum apparuit longè le
teque uera pietas laudata & vulgata, quòd cadaue
ra, quæ paſſim inſepulta iacebant, ſepeliebãt. [a]
Viros Iabes & Galaad laudauit Dauid, quòd ſepe-
liſſent Saulem, & Ionatham: [b] Et Tobias ob
mortuos ſepultos miſericordiam conſecutus. [c]
Sub M. Antonino Philoſopho, propter multitu-
dinem ex peſte cadauerum, leges latæ aſperri-
mæ de ſepulchris. *Quandoquidem cauerunt, ut ſi
quis vellet, ſepulchrum fabricaret. Quod hodie*, in-
quit Iulius Capitolinus, [d] *ſeruatur*. Omitto ri-
tus buſtorum, dum cremari corpora ſolebant,
exceptis paruulis. Nam moris non erat priſcis,
vt ait Plinius, [e] hominem priuſquam edito den
te, cremari: quod & docet Iuuenalis. [f]

> *Naturæ imperia gemimus cum funus adultæ*
> *Virginis occurrit, vel terra clauditur infans,*
> *Et minor igne rogi.*

Quod pertinet tamen ad animam, non nocuit
bonis priuari ſepultura, quemadmodum Mar-
tyribus & Sanctis: [g] *Nam pretioſa ſemper in con-
ſpectu Domini mors ſanctorum eius.* [h] Et ſepultu-
ra non animarum ſed corporum eſt recepta-
culum: animarum enim in ſuperis, habita-
culum, [i] & manſiones illarum, cœli. [k] Neque
etiam uel capillus de capite in corpore peri-
9 bit, quin non reſurgat. [l] Prodeſt autem ſepul-
tura, ut memoria nobis illorum, qui exceſſe-
runt, ſit, & pro iiſdem ſoliciti ſimus, & amicitiæ
vinculum illis abſentibus teſtemur: & ita fiunt
pro illorum ope, ſi egeant, oblationes, oratio-
nes, uigiliæ, eleemoſynæ. [m] Nam & iuuari de-
functos uiuorum orationibus defendit eccle-
ſia catholica: [n] nec inaniter uiuos baptizari, id
eſt, pœnitentiam agere, pro mortuis dixit Pau-
10 lus. [o] In luctu mortuorum quoque tranſigen-
do, honeſtatis lex neceſſaria fuit, tantus eſt e-
nim adempti patris, matris, uxoris, liberorum,
aut amicorum dolor, ut præter modum plures
ſe inde affligant, ac mortem ſibiipſis aſciſcant.
Interdum & aliqui uſque adeò ferrei & ingra-
ti, ut nec lugeant, nec luctus ſigna aliqua ferãt,
interdum & ſuperbè contemnent. Proinde mo
deratus lugendi modus decretus, & perſonæ,
quæ lugeri, quæue lugere debeant diſtinctæ.
Sic res, quæ in lugendo ueniũt, perſonæ, & mo-
dus lugendi obſeruabũtur. Res ſunt, ut marmo
ra, veſtes circa mortuum, uel mortuo conceden
dæ, [p] curatio funeris, conditio ſepulturæ, pom-
pa exequiarum, orationes funebres, veſtes lugu
bres. Lugubria ea dicuntur omnia, quæ luctum
& dolorem uel mouent, uel retinent: ſigna
mœſtitiæ & triſtitiæ, quæ diuerſi generis fue-
runt pro more nationum. *Cum Pelopidas ceci-
dit*, inquit Plutarchus, [q] *in acie, quam Theſſali ha-
bebant contra Alexandrum Phereum Perſeæ tyrã
num, milites eius Theſſali, neque thoracem poſue-
runt, neque frænos equis detraxerunt, neque vulne-
ra alligarunt, poſtquam de morte eius audierunt: ſed
cum armis, & tum etiam puluere ſordidi & calidi,
ad cadauer quaſi ſentiens, hoſtium ſpolia certatim
depoſuerunt.*

x Eccleſiaſtes, c. 6.
y l. ſine perſonæ, l. 41. de relig. & ſumpt. funer.
z Valer. Maxi. li. 9. c. 8.
a Nicepho. Calix. lib. 7 ca. 28. Euſeb. lib. 7 Hiſtor. eccleſiaſt. c. 20. & li. 9 c. 8.
b 1 Reg. ca. 31. & 2 Reg. c. 1.
c Tob. c. 1. & 2.
d Iulius Capitol. in M. Antonino.
e Plinius, lib. 7.
f Iuuenal. ſatyr. 13.
g vide D. Auguſti. lib. 21. de ciuita. Dei, cap. 12 & lib. de cura pro mort. agen. c. 2.
h Pſal. 78.
i 4. Eſdræ. 7.
k D. Ioan. euãgeliſt. c. 14.
l D. Matthæi c. 10.
m c. pro obeuntibus, & c. animæ defunctor. 13. q. 2.
n Dionyſ. Areopagi. lib. de Eccle. Hierar. par. 2 & 3 Gregor. Nazianz. orat. 11. Hierony. in vita Hilarij Auguſt. li. de cura pro mort. agen. & li. 9 cõfeſſio. c. 11 & 13 & de verb. apoſt. ſermo. 32 cõcilio Carthagin. cap. 79 D. Ambroſi de obitu Valentinia. concil. Africano.
o 1. ad Corint. 15.
p l. at ſi quis §. funeris, de reli. & ſump. funer. in P.
q Plutar. in vita Pelopidæ.

depoſuerunt, equos totonderunt, ipſi quoque tonſi fuerunt: multi in tabernacula ſua reuerſi, neque ignem accenderunt, neque cœnati ſunt. Silentium autem, & luctus tota caſtra occupauit, quaſi non glorioſiſſimam, & maximam uictoriam peperiſſent, ſed à tyranno uicti, & in ſeruitutem redacti fuiſſent. Ex ciuitatibus autem ubi nuntius ad eas perlatus eſt, aderant magiſtratus, & cum eis Ephebi, id eſt, puberes, & pueri impuberes, & ſacerdotes, ad ſubeundum humeris cadauer, strophas, et coronas, et totius corporis armaturas aureas eſſe ſtres, habitæ & orationes funebres, &c. Neoptolemus filius Achillis, poſtquã vindicatã necem ex Alexandro necato a Philoctete vidit patris Achillis, initium lugendi fecit, & una cũ Phœnice, atque Myrmidonum exercitu crines ſepulchro depoſuit, pernoctauitque in eo loco, vt ait Dictys Cretenſis.[a] Idemque fecit Neoptolemus, poſtquam cremauit corpus Aiacis, & in vrnam cineres condidit, & tumulum erexit, tertio a funere die, cunctiq; reges comam apud tumulum eius depoſuerunt.[b] Refert Suetonius,[c] mortuo Germanico patre Cæſaris Caligulæ, regulos quoſdam barbam poſuiſſe, & uxorum capita raſiſſe, ad iudicium maximi luctus. Alia ſigna luctus mortuorũ, apud Phalaridem[d] his uerbis deſcribuntur, οὐ γὰρ δακρύειν δεῖ Στησιχόρου πέρι νῦν, ἀλλὰ ὑμνεῖσθαι· καὶ καθόλου μὲν οὐκ ἂν ἐβουλόμην ὑμᾶς, οὔτε θρήνους οὔτε διαιρεμοὺς προσθεῖναι σωμάτων· οὐχ' ὅτι οὐ κατὰ ταῦτα πάθη, κατανενεμημένα παρίστασαι πᾶσιν ἀλλὰ ὅτι τὰ τοιαῦτα ἀνθρώποις ἐστὶν ἁρμοστὰ δυστήνοις, ὧν οὐχ ἡ τελευτὴ τὰς ὀλοφύρσεις προσηκούσας, ἀλλ' ὁ βίος ἔχει· μᾶλλον δὲ τούτοις ἐστὶ δακρύων ἄξιος ὁ θάνατος, id eſt, *Non decens lacbrymari, ſed cantare de morte Steſichori, & in uniuerſum, non quidem uolo lamentationes, & flagellationes, uel afflictiones corporũ abijcere: non quin communiter hi affectus omnibus accedant: ſed quoniam miſerorum ſint, quorum nõ mors, ſed uita uel potius mors, deplorari debeat.* Iulius Paulus.[e] *Qui uiuit*, inquit, *abſtinere debet conuiuij ornamentis, & alba ueſte.* Atra ueſte enim lugentes olim utebantur, vt & innuit Statius.[f]

Ipſe enim tectum nigræ ſolatia pompæ,
Spectatumque urbi ſcelus, & puerile feretrum
---Produxi.

Quanquam & mulieres in luctu olim ueſte alba uſas tradit Plutarch.[g] Mortuo rege tantum apud Perſas, ignis, qui ſacer dicebatur, extinguebatur, donec funus eſſet abſolutum. Et ita fieri iuſſit Alexander Magnus in funere Epheſtionis.[h]
11 Inter ſtatuta tamen militum Hieroſolymitanorum,[i] ſancitum a magno Magiſtro, ſeu generali illorum præfecto Claudio de la Sangle, ut honeſtiſſimè quidem fratres, & milites illorum ſepeliantur: ſed ne poſthac ullus, ſiue fuerit frater, ſiue ſecularis, pullatus omnino, ſiue ueſtitus, ſiue ueſte lugubri funus ſequatur, ueque etiam ipſius Magiſtri, ubicunque mortem obierit, idque, ut opinor, ut mortem
12 deſpicere, uel non timere aſſueſcant. Perſonæ quæ lugeri debent, ſunt parẽtes & liberi utriuſque ſexus, necnon & cæteri agnati uel cognati, ſecundum pietatis rationem & animi ſui patientiam, prout quiſque uoluerit: qui tamen eos non luxerit, non notatur infamia.[k] Vxores uiri lugere non compelluntur, ſponſæ nullus etiam luctus.[l] Ex more maiorum, non ſolent lugeri hoſtes, uel perduellionis damnati, neque ſuſpendioſi, neque qui ſibi manus intulerunt, non tædio uitæ, ſed mala conſcientia.[m]
13 Vxorem uerò per decem menſes olim uirum luxiſſe arguit, quod ſcribit Ouidius,[n] de anno decem menſium Romuli agens:

Eſt tamen & ratio, Cæſar, quæ mouerat illum.
Erroremq; ſuum, quo tueatur, habet.
Quod ſatis eſt utero matris dum prodeat infans,
Hoc anno ſtatuit temporis eſſe ſatis.
Per totidem menſes a funere coniugis uxor,
Suſtinet in uidua triſtia ſigna domo.

Annus autẽ poſtea lugendi mulieribus uiduis a tẽpore mortis mariti impoſitus eſt, & non lugentibus, aut intra id tẽpus nuptias repetentibus, pęna dicta infamię,[o] cui & aliæ additæ:[p] maximè propter metũ, ne familiarũ fieret confuſio, & turbaretur generatio prioris mariti.[q] Et proinde tẽpus interceptũ anni in properãte ad ſecũdas nuptias, infamia iure ciuili punitur tantũ, remiſſa infamia, ſi non ferat inſignia luctus.[r] Remiſſa etiã iure canonico pęna nuptias acceleranti intra tẽpus luctus.[s] In Chubda tñ ciuitate, quæ eſt iuxta ciuitatẽ Tangaſt in finibus Indiæ, unde Turcæ, præfectũ mortuũ lege ita iubente, coniuges eius perpetuò lugẽt, neq; unquam a ſepulchro diſcedunt pulla ueſte inducæ, & capite nouacula raſo.[t] Seneca porrò,[u] annum tẽpus fœminis ad lugendũ cõſtitutum fuiſſe a maioribus ſcribit, non ut tandiu lugerent, ſed ne diutius. Viris lugẽdi legitimũ tem-
14 pus nullũ eſt, quia nullum eſt honeſtũ. Sequũtur tñ rectè mores locorũ, in quibus degũt. Modus funerum & luctus ẽt uarius, eaq; de re cauit lex decẽuiralis, *Extenuato ſumptu tribus ricinijs & uinculis purpuræ, & decẽ tibicinibus, tolliſque lamentationem*, ut ait Cicero:[x] & Solõ apud Plutarchũ,[y] *Mulieres*, inquit, *genas ne radunto, neve leſſum funeris ergo, habento.*[z] Laniabant quippe genas & faciem, qui olim lugebant, ut innuit de Anna Didus ſorore loquẽs Virgil.[a]

Audijt exanimis, trepidoque exterrita uultu
Vnguibus ora ſoror fœdans, & pectora pugnis
Per medios ruit, ac morientem nomine clamat.

Diuellere & comam in luctu moris, ut facit apud Homerum[b] Agamemnon & Achianus. Addebatur & funeribus Tibia, ut Ouidius:[c]

Cantabat mœſtis tibia funeribus. Et Statius,[d]
Cum ſignum luctus cornu graue iungit adunſſa
Tibia, cui teneros ſuetum producere manes.

Aderat & aliquando tuba, uerũ in nobiliũ funeribus olim tuba, in pauperũ & plebeiorũ tibia canebant antiqui.[e] Eo pertinet quod ſcribitur a D. Matthęo, defuncta filia cuiuſdã principis, rogatũ ab eo Dominum Ieſum Chriſtũ, illuc perueniſſe, & inueniſſe inibi tibicines & turbã tumultuantem.[f] Erat & funus cenſoriũ uſitatum ſæpe maioribus, quo mortui cæremonijs omnibus & põpa ampliſſima efferrentur, ſolitũ non niſi magnis uiris & de republ. bene meritis tribui. Imperabat præconi ſuo prætor ex Senatus decreto, ut tale funus indiceret: inde funus indictũ apud Suetoniũ.[g] Et apud Põpeiũ Feſtum 9. indictiuũ. Celebritas ſupremi diei & officiũ funebre, quod in funere exequi-
15 mur, exequiæ ſunt. Adeſt & pompa & exequiarum maior ſolẽnitas in ſepeliendis uiris de repub. bene meritis, ut in Lucilio Longo, funus factum apud Cornelium Tacitum:[h] Auguſto Octauiano, apud Dionẽ Caſſium.[i] Aderant in funere ducendo accẽſę faces,[k] lecti funebres:[l] præcedebant ſacerdotum collegia,[m] & præferebantur omnia mortui ornamenta, maiorumque imagines. Procedebat funus more priſco, ſequebantur homines, quaſi poſt ipſum defunctum morituri ſubſequuturique, a quibus dicebatur, *Vale nos te ſequemur*. Inde & dictæ exequiæ,

a Dict. Cret. li. 4. de bello Troiano.
b Idem Dict. lib. 3.
c Suetonius, in Caligula c. 5.
d Phalaris epiſto. 83. ad filias Steſichori, de morte patris.
e Iulius Paul. lib. 3 de recept. Senten. tit. 21. c. 3.
f Statius, lib. 2.
g Plutarchus, in problemat. 23.
h Diodor. Siculus, libr. 17 in 82. anno Alexandri.
i in ſtatutis militum Hieroſolimita. tit. 4. qui de hoſpitalitate inſcribitur. c. 22.
k Lparentes, l. 25. de ijs qui notan. infa. libr. 3. P. tit. 2 ſic intellige glo. & conſtitu.
l l. uxores, l. 9. de ijs qui notan. infa in P.
m Vlpia in l. liberorum. l. 11. de ijs qu. notã. infam. in P.
n Ouid. in 1. Faſtorum.
o l. 1. de ijs qui not. infa in P.
p In l. 2. C. de ſecund nupt. li. 5. tit. 9
q l. liberorum, § etſi talis, de ijs qui not. infa. in P.
r l. decreto, l. 33. ex quibus. cauſ. infa. irrog. lib. 2. C. tit. 12.
s c. pen. de ſecund. nupt.
t Nicephor Calix. lib. 18. Hiſt. c. 30.
u Seneca lib. 7. epiſtol.
x Cicero, 2 de legib.
y Plutar. in vita Solon.
z Cic. 2. de legib.
a Virgilius, 4. Aeneid.
b Home. Iliad. 10.
c Ouid. 6. Faſt.
d Statius, in Thebaide.
e Turneb. in 2. Cicero, de legibus.
f D. Matthæi, cap 9.
g Suetonius, in Iulio c. 84.
h Corn. Taci. lib 4.
i Dion Caſſius, lib 43 Hiſt. Roma.
k Cornel. Tacit. dum agit de Auguſti funere, Vi. in li. Anne. dum de Pallantis funere agit.
l Florus lib. 48. epito. Liuij.
m Appian. in Syllæ funere.

quiæ, ut apud Donatum legitur in illud Terētianum, *Funus interim procedit, nos ſequimur.* Et ſi aliquando alius ordo ſeruatus, præcedente pompa, ſequente mortuo, ut apud D. Hieronymum legitur de funere Bleſillæ.[a] Legimus autem & apud D. Lucam in funere filij uiduę turbam ciuitatis multam adeſſe, cum Dominus
16 eum ſuſcitauit.[b] Simpliciores homines aliquando decedentes iubebant ſe ſepeliri, ſecūque ornamenta quædam: quod non faciēdum tamen Iuriſconſulti tradūt, nec uoluntatibus defunctorum circa ſumptus illegitimos obediendum.[c] Inuebitur in eos, qui ſepulchra magnifica, ut trophæa, ædificant, D. Chryſoſtomus.[d] Scribit tamen Ioſephus,[e] Salomonem, Dauidem patrem cum multis diuitijs ſepeliſſe, & ab eius ſepulchro Hircanum pontificem, ut liberaret ciuitatem ab obſidione Antiochi filij Demetrij, accepiſſe tria millia talētorum, Herodemque partem accepiſſe. Refert Athenæus,[f] aliquem aureos nummos multos deglutiſſe cum in extremis laboraret, & ita mortuū: alium in ſago aorum conſuiſſe, eoq; ſe induiſſe, & iuſſiſſe familiaribus ſuis, ut eum ita indutum ſepelirent, neque urerent, aut cultū quen-
17 dam adderent. Syracuſij funebrem pompam priſco more ſupra modum ſumptuoſam excoluerunt, ſumptus tamen in funeribus conſuetos, poſtea præſcripto modo coercuerunt, adiectis etiam in lege funerū actionibus.[g] Cyrus[h] rex Perſarum moriturus iam, & ſepulturam ſibi eligens, iuſſit filijs ſuis, ut corpus ſuum tantum terra conderent, ut intra commune omnium rerum matris gremium, non autem au-
18 ro uel argento. Sepeliebantur enim antiquitus mortui terra,[i] non antē utebantur nec Romæ quidem, uſque ad tempora Syllæ,[k] qui noluit cremari, metuens, ne talionē reciperet erutorum corporum ſepultorum.[l] Et ſcio Barbarorum quoſdam corpora ſuorum vulturibus laniāda inſepulta proieciſſe: alios in flumina, alios ſuos ſenes de rupibus præcipitaſſe, ut Hyperbureos:[m] alios uiuas uxores cum cadaueribus maritorum in rogum inijcere ſolitos, ut Erulos.[n] Sed hæc ſilenda potius puto, ut ritus crudeles Scytharum in ſepultura regum, cum quibus & quinquaginta regis miniſtros iugulabant.[o] Et Indorum, cum quorum cadaueri-
19 bus uxores uitam relinquebant.[p] Inuentum Phrygū, Præficæ ſunt, quæ erant mulieres conductitiæ, quæ ex aliorum animo, mortes quæ ad ſe nihil pertinebant, cū mercede deflebant. Neniamque, quod Phrygium uel Hebræū eſt uocabulum, ſeu Latinè leſſum agebant ad tibiam. Quod innuit Varro,[q] *ibi, inquit, a muliere quæ optima uoce eſſet, Pergama laudari, deinde Næniam cantari ſolitam ad tibiam, & ad fides eorum, qui ludis Troicis curſitaſſent.* Hæc mulier olim uocitata fuit Præfica, uſque ad ſecundum Punicum bellum. Et Papinius,[r]

Vt Pharios alia ficta pietate dolores,
Migdonioſq; colunt, & non ſua funera plorant.

a D. Hierony. ep. 30. ad Paulam de dormitione Bleſillæ.
b D. Lucas, c. 7.
c L. ſi quis. §. funeris, & ſequentib. de religio. & ſumpt. funer. l. fi. § fi. de aur. & arg. leg. l. ſeruo aliено. § fin. de leg. 1.
d D. Chryſoſt. homil. in Pſal. 48. tomo 1.
e Ioſephus, li. 7. an. tiq. c. 16.
f Athenæus, li. 4. tit. 18.
g Diodo. Sicul. lib. 11.
h Xenophon, li. 8. Cyropæd.
i Geneſ. 23. 47. 49. 50. Tobię. 4.
k Cicero, 2. de legib.
l Plini. lib. 7. c. 21.
m Pliniu, lib. 4. c. 12.
n Procopius, libro 2. de bello Gothico.
o Herodotus, in Melpom.
p Valer. Max. lib. 2. c. 2.
q Varro, lib. 4. de vita popu. Roma.
r Papinius, in Epicedio patris.

De Xenodochijs, & alijs pijs locis. Cap. XV.

1 *Remiſſiuè de his ibidem.*

1 DE Xenodochijs, prochotrophis, & alijs collegijs pijs & religioſis, diximus in perſonis eccleſiaſticis ſuis locis, & de differentia beneficiorum horum, & aliorum, nempe lib. 15. c. 28.

De Ferijs, feſtiſque, & profeſtis diebus. Cap. XVI.

Lib. 2. P. tit. 12. Lib. 2. Decret. tit. 9. Lib. 3. C. tit. 12.

1 *Inſtitutionis feſtorum cauſę.*
2 *Diuiſio dierum in feſtos, profeſtos, & interciſos.*
3 *Feriæ publicæ, familiares, propriæ: publicæ rurſum, ſtatiuæ, conceptiuæ, imperatiuæ, aut nundinæ, & de ſingulis: Item de nomine feriæ.*
4 *Feriarum, aliæ in honorem Dei, quædam ad homines pertinent.*
5 *Statiuæ feriæ, quæ apud Hebræos, & Ethnicos.*
6 *Feſta nobis Chriſtianis, quæ mobilia & immobilia.*
7 *Quæ feriæ conceptiuæ Ethnicis, & nobis.*
8 *Quæ ferijs meſſium aut uindemiarum tractari à magiſtratibus poſſunt: idem nu. 20. 23. 25.*
9 *De ferijs nundinarum.*
10 *Feriæ publicæ, uel alterius lætitiæ, de feſto ſeruorum, cantorum, & de alijs, lagenophoria, ſaturnalibus, carniſprivio, & Iudæorum ſaturnalibus, de feſto phurim, ſeu ſortium, & alijs eorundem.*
11 *Veneris feſtum de guſtandis uinis.*
12 *De ferijs impetratis, ſeu repentinis, aut indictis ex uarijs cauſis captarum ciuitatum, uictoriarū, renouati imperij, uel ob alias res proſperè geſtas, & in honorem principis, aduentus iucundi principis Conſtantini & Helenæ feſtum: ob luctum, & indictum quale ieiunium Iudæorum ob incenſam Hieroſolymam.*
13 *Romanis feſtum nullum atratum, ut alijs nationibus.*
14 *Ante proditos faſtos pontifex iunior futurus foras nunciabat: & quomodo luna obſeruata.*
15 *Incipiebant apud Hebræos, & Romanos menſes a luna noua, & inde faſti computabantur.*
16 *A quibus abſtinendum. feriarum diuinarum tempore, & de ſuperſtitioſis in eo Iudæorum.*
17 *Nundinæ, & mercatus diebus feſtis inhibiti.*
18 *Venari feſtis diebus a Carolo Magno prohibitum.*
19 *Neſaſti & faſti dies cur dicti Iuſtitij.*
20 *Quæ tempore feſtorum iudicialia non poſſunt fieri, & quæ poſſint.*
21 *Feſtis diebus induciæ olim inter hoſtes & exercitus.*
22 *Capite damnati ob myſteria diuina uiolata.*
24 *Quid dominicales feriæ, & quid in his prohibitum agere: & quæ feralia & parentalia.*
25 *Feſti dies interdum ſi plures ſint, quàm operibus uacari poſſit, reſtringuntur, & expunguntur ab Epiſcopo, & quomodo.*
27 *Quibus ſacris diebus pius Chriſtianus animum intendere debet, & quæ debeant ex abuſu recepta reijci.*
28 *De non colendis calendis Ianuarij.*
29 *Strenæ calendis Ianuarij dantur.*

1 PLato tradit,[a] Deum, genus hominum laboribus natura preſſum, miſeratum, haud abs re in laborū remiſſionem, ſolemnia illis ſacra, feſtaque in ipſorum Deorum honorem inſtituiſſe. Si uerū eſt, quod ait Democrit[b] apud Stobæū,[c] quod βίος ἀνεόρταστος μακρὰ ὁδὸς ἀπανδόκευτος, id eſt, *uita ſine feſtiuitatibus, longa eſt uia ſine diuerſorijs:* ſumma fuit Dei prouidentia, & etiā ſecuta humanæ experientiæ neceſſitas, dies quoſdam ab opere conſueto quieſcentes conſtituere, & humanam hanc laborum infirmi-

a Plato, 2. de legib.
c Stobæus, ſermone de auaritia.
ſ. Macrob.

tatem

tatem à laboribus aliquando recreare, non in via deficeret, utque terreſtribus ſudoribus intermiſſis, animus ad maiora & cęleſtia conſideranda raperetur: & eum à tempore quo labori addictus eſt in peccati vltionem,[a] agnoſceret, veneraretur, & placaret. Docuit id exemplo primum Deus, cum per ſex dies vniuerſa, quæ cœlo marique continentur, creauit, & requieuit die ſeptimo,[b] qui ideò dicitur ſabbathū, id eſt, quies: vnde & poſteà, ſanctus dies quilibet ſeptimus fuit, quia ſabbathi requies.[c] Sequutæ & aliæ feriæ, quas vt euoluamus facili negotio, præfabimur quod de diſcrimine dierum apud Romanos tradit Macrobius,[d] annum in
3 menſes, menſes in dies diſtribui. Dies autē omnes aut feſtos, aut profeſtos, aut interciſos vocari ex Numæ diſtinctione, feſtos dijs dicatos, profeſtos hominibus, ad rem publicam & priuatam gerendam: Interciſos, Deorum hominūque communes. Feſtis inſunt ſacrificia, epulæ, ludi, feriæ: profeſtis, dies faſti, comitiales, comperendini, ſtati, prœliares. Erant dies agonales, vt ait Varro, 5. de lingua latina, per quos rex in regia arietē immolabat: dicti ab agone; eo quod interrogabatur princeps ciuitatis, dū princeps gregis immolabatur à ſacrificulo num ageret, id eſt, num ſacrificaret. Ouidius innuit.[e]

Quatuor adde dies ductos ex ordine Nonis,
Ianus agonali luce piandus erit.
Nominis eſſe poteſt ſuccinctus cauſa miniſter,
Hoſtia cœlitibus quo feriente cadit:
Qui calido ſtrictos tincturus ſanguine cultros
Semper agatne, rogat, nec niſi iuſſus agit.

Loco principis & iubebat ſacrificulo ut ageret magiſtratus. vt meminit Dionyſ. Halicarnaſſæus in 6. Et Ouidius[f] ad Græcinum cōſulem.

At cum Tarpeias eſſes deductus in arces,
Dum caderet iuſſu victima ſacra tuo.

Quare dum magiſtratus ſacrificia facerent, vel auſpicia caperent, per præconem clamantē ſacrificulo iubebant, hoc age, vt liquet ex Plutarcho in Numa, & in Marcio Coroliano. In interciſis; quibuſdam horis fas eſt ius dicere; quibuſdam non fas. nam quo tempore hoſtia cædebatur, fari nefas erat, & cùm adoleretur inter cæſa & porrecta, licebat.[g] Et ſic de nefaſtis & faſtis agens Ouidius ait,[h]

Nec toto præſtare die ſua iura putaris;

ſcilicet prætorem,

Qui iam faſtus erit, mane nefaſtus erat,
Nam ſimul exta Deo data ſunt, licet omnia fari,
Verbaque honoratus libera prætor habet.

3 Feriarum rurſum, aliæ publicæ, aliæ familiares, ſeu propriæ familiarum. Publicarū genera quatuor, aut enim ſtatiuæ ſunt, aut conceptiuæ, aut imperatiuæ, aut nundinæ. *Feriæ* dicuntur, dies quibus ceſſatur ab opere aliquo, dictæ, quòd illis vel ferirentur hoſtiæ, cultuique diuino dabatur opera, à ferendis epulis. Et per extenſionem dicuntur etiam feriæ, dies ſex poſt dominicum, quos nomine planetarum & idolorum dicebant Ethnici, Lunæ, Martis, Mercurij, &c. Quibus ex inſtituto Syluestri papę nominibus omiſſis, vel ab eccleſia exploſis, ferię, dicti omnes dies, quòd omnibus diebus Deo vacandum ſit, quod vide latè explicatum apud Brunum.[i] Feriæ etiam dictæ ſunt, dies in quibus ab aliquo opere vacui, dabant homines vel dare poterant operam alijs negotijs, quales ſunt feriæ nundinarum, meſſiū, & vindemiarum, in quibus, vt dicemus, in primis ſilent opera ruſtica, & lites: in alijs uigent, & uacatio quoque litium eſt ſeu iuſtitium.

Proinde ex quatuor generibus feriarum, quædam ad honorem Dei, quædam ad homines pertinent, & earum quæ ad homines pertinēt, quædam pro ueneratione principis, quædam pro utilitate, ſeu neceſſitate hominum, quædam ad publicam lætitiam uel luctum.

5 Statiuæ feriæ ad Dei honorem pertinentes, ſont illæ, quæ anni certis, ſtatis, & reuolutis contingunt diebus & menſibus, in faſtis ſeu Kalendarijs annotatæ. Quemadmodum apud Hebræos feſtum expiationis quotannis decimo die ſeptimi menſis, qui in 9. Octobris noſtri incidit, celebratum eſt: quo unico die mandauit Deus ieiunium ſeruari,[k] uocabant יום כפורים iom chaphorim. Erat & illis in menſe Thiſri, qui in 21. Octobris incidit, feſtum הושענא רבה hoſceana raba, feſtum palmarum grande: ſeptimus dies tabernaculorum, quo canunt lætaniam Iudæi, cuius formam propoſuit quidam. Et quintodecimo die ſeptimi menſis Thiſri, id eſt, quintodecimo Octobris inchoabatur feſtum Tabernaculorū, quod durabat ſeptem continuos dies, ut reperetur memoria diuinæ protectionis populo in deſerto,[l] uocant Hebræi feſtum סכות ſocot, Græci σκηνοπηγίαν. Erat & illis prima die menſis ſeptimi, זכרון תרועה zecron terogna, feſtum tubarum, quod illi uocant, memoriam clangoris, per quam dicunt commonefieri populum de liberatione Iſraelis, ac immolatione.[m] Erat & illis ſtatum feſtum ſeptimo quoque die quod ſabbathum, requies ab opere hominum & iumentorum, & boum,[n] & ſeptimus annus terræ.[o] Erat dedicatio noui templi, eo abſoluto poſt reditum ab exilio Babylonico 23. Martij.[p] Apud Ethnicos & idololatras, etiā gētiles, erant feſta ſtata, ut 15. die Februarij celebrabant Romę lupercalia, & diem dictum februatū.[q] Quirinalia ſeu feſtum ſtultorū 18. Februarij, & eodē die feralia.[r] Et Chariſtia, feſtū 19. Februarij, a cognatis in familijs celebratū.

Scilicet a tumulis, & qui periere propinquis.
Protinus ad uiuos ora referre iuuat.[s]

Erat ex quinquatrijs ultima dies 23. Martij, tubiluſtrium.

Summa dies è quinque, tuba luſtrare canora
Admonet, & forti ſacrificare die.[t]

Targelia, feſtum Apollinis[u] 7. Aprilis. Robigalia ad robiginem a ſegetibus arcendam 25. Aprilis:[x] ut eodem die Athenis feſtum θαργηλιῶνος. Lemuria, ſacra nocturna, menſe Maij celebrata nocte ad fugandos è domibus lemures.[y] Docet & Euſebius Pamphili,[z] gentiles quoque ſeptimam quamque diem in ueneratione habuiſſe, ex Heſiodo, & Homero. Plyntheria celebrabantur Athenis & in Pyręo, quo tēpore & Palladis claudebatur templū, quod feſtum tam neceſſarium aliqui ſibi, ac uniuerſæ ciuitati eſſe arbitrabantur, ut nullus Athenienſium etiam ſumma coactus neceſſitate, aliquid die illa operari auderet.[a] Fiebatque 25. die menſis θαργηλιῶνος 25. Aprilis, qua die Alcibiades ab exilio reuerſus eſt.[b] Apud nos, qui Chriſtū dn̄m, & Deū adoram[a] & colimus, ſtati dies feſti plures ſunt. Vocantur & feſta immobilia, & mobilia: immobilia, ut dies dominicus,[c] qui Sabbathum Iudæum antiquauit, quo reſurrexit dominus a mortuis, ſeptenis recurrens ſingulis diebus, quo danda opera hymnis, & Dei laudibus, omni labore corporis remiſſo;[d] ut nec eo die ieiunandum,[e] nec in oratione humilitatis proſternenda eſſe corpora, quia lætitiæ dominicæ reſurrectionis eſt, placuerit.[f]

Sunt

a Geneſ. 2.
b Græca.
c Exod. 35. Le. 23.
d Macrob. li. 1. Saturnal. c. 16.
e Ouidius 1. faſtorum.
f Ouidius 4. de ponto, eleg. 9.
g Hęc & Varro. li. 5. de ling. Lat.
h Ouid. lib. 1. Faſtor.
i lib. 4. de tute monis, c. 6.

k Leuitic. 23.
l Leuit. 23. D. Ioan. euāg. c. 7.
m Leuit. 23.
n Exod. c. 23.
o Leuitic. 25.
p Ioſephus, li. 11. cap. 4.
q Ouid. 2. Faſtor.
r Ouid. 2. Faſt.
s Ouid. eod.
t Ouid. 3 Faſt.
u Suidas.
x Plinius, libr. 18 c. 29.
y Ouid. 5. Faſtor.
z Euſebius Pāphil lib. 13. de præparat. euāgel. c. 7.
a Xenophon, lib. 1. rer. Græcar.
b Plutarch. in Alcib.
a ſic nuncupatur Apocalyp. c. 1. de hoc Leo pōti. max epiſt. 79. & Nicepho. Cali. lib. 7. c. 48.
d in concilio Matiſcon. c. 1.
e in concil. Carthaginen. c. 15. Agathenſi cap. 47. Aurelia. ca. 2. can. ieiunia, de conſec. diſt. 3. & can. quadrag. 71 diſt.
c cap. iciunij, & ſeq. de conſecratione. diſt. 3.
e placuit, eod.
f in quoniam de conſecratio. diſt. 3. c. ſi quis presbyter, 12. diſtin.

Sunt alij dies feſtini, certis temporibus conſecrati in honorem Dei, & myſteriorum eius, & in uenerationem Martyrum, aliorumque Sanctorum eius, ut & ipſi apud Deum noſtri memores ſint, vnde e D. Auguſtino uocantur memoriæ Martyrum.[a] Neque enim reuocãdum in dubium duco, quod fides eccleſiæ Catholicæ eredit firmiter, pios & ſanctos uiros, etſi ex hac uita diſceſſerint, tamen memoriam noſtri facere apud Deum, a nobis interpellatos, ut ſe facturum D. Petrus poſt obitum dixit.[b] Et ex ueteri & nouo teſtamento diuinæ legis ſatis cõſtat, ut non niſi malitioſè calumniari quis ueritatem poſſit, ueluti ex Pſalmo 31. clarũ, *Pro hac orabit,* inquit, *ad te omnis ſanctus, &c. Et ſi ſteterint Moyſes, &c.* Hieremiæ 15. Docet & Angelus apud Thobiam[c] de orationibus ſanctorũ. Et Angelus eſt pro populo apud Zachariam orans,[d] & Hieremiam,[e] Angelis porrò ſancti & beati ſimiles ſunt.[f] Omitto orationem Oniæ mortui pro populo,[g] & quæ Cyprianus,[h] & Hieronymus[i] ſcribunt. D. Ignatius etiã[k] *Dies feſtas,* inquit, *nolite inhonorare.* Et D. Gregorius Nazianzenus teſtatur,[l] nos feſtos in honorẽ martyrum ueritatis celebrare, ut quorum certamina ueneremur, eos imitemur. In ſumma qualia ſunt feſta immobilia apud nos, docebit te Gratianus,[m] & Gregorius[n] IX. quibus addentur & alia in iure[o] expreſſa, & ſi qua alia ab epiſcopo, clero, & populo recipiantur, ratio-

7 ne quadam ſpeciali.[p] Mobilia porrò feſta, conceptæ feriæ dici poſſunt: quæ quando celebrandæ ſint, ſingulis annis ante a pontificibus prædicitur, ueluti Paſcha, Rogationes, Aſcenſio Domini, Penthecoſte, Corpus Chriſti. Erãt & feriæ conceptiuæ apud Ethnicos, Latinæ, Sementinæ, Paganalia, compitalia.[q] Pro ueneratione principis, & aliorum heroum, ſtatiuæ etiam ſatæ ſunt: ſi natalis dies eorum obſeruetur feriatus, ſi dies inſtaurati imperij,[r] ut decretũ a Triumuiris Romanis, ut qui Senatores, uel Senatorum filij, natalem Cæſaris diem lauro coronati non celebraſſent, ij mulctam decies HS penderent.[s] Adrianus die natali ſuo mille ferias edidit.[t] Cumque Iulia Octauiani Cæſaris neptis ex ſorore, uxor Agrippæ, Caium peperiſſet, ſacrificium perenne natalibus eius, cũ quibuſdam alijs decretum eſt: priuatim autem Aediles natalibus Auguſti, ludos equeſtres & uenationem ediderunt.[u] Megaleſia, ludi celebrati in honorem magnæ matris, ut dicebant deorum. Ouid.[x] 5. Aprilis, uel ſecundum Liuium[y] Idibus Aprilis. Athenis quotannis celebrata ſunt θησεῖα, feſtum inſtitutũ in memoriam fœlicis reditus Theſei, qui interfecto Minotauro in inſula Tauro, & liberatis Athenienſibus a difficili tributo, ſecum ex Creta obſides Athenienſium liberos incolumes reduceus, die 8. Octobris, urbem ingreſſus eſt.[z] Sicuti etiam μετοίκια celebrabant 16. Iunij in honorem Theſei, quòd is in unam urbem, quam appellauit ἀθῆναι, ſparſos antè coegerit.[a] Thucidides uocat hoc feſtum ξυνοίκια.[b] Sicyonij celebrabant feſtum σωτήρια in honorem Arati, 5. Nouembris, eo quòd ille hoc die Antheſterionis menſis, patriam a ſeruitute triſti regũ Macedonicorum in libertatem uindicauerat.[c]

8 Ad utilitatem hominum ſunt & neceſſitatem ruſticæ feriæ uindemiarum, & meſſium, quæ cõceptiuæ ſunt, & indicuntur e præſidibus prouinciarum, iurgiorumque clauditur campus, ut liberius colligendis fructibus nauetur opera:[d] paucis exceptis, quæ ſuadent ius etiam dici ijs temporibus, ut in cenſis, quæ ſummariè, & de plano expediri mandantur, ut clem. ſæpe. de uerb. ſignifi. l. miles. §. ſexaginta, ad l. Iul. de adulte. in P. ſi res, de qua agitur, tempore dilato ſit peritura;[e] ſi tutores uel curatores dandi ſint,[f] uel emouendi: ſi alimenta petãtur; ſi miſſio in poſſeſſionem uentris nomine facienda: ſi ætas probanda, &c. de quibus in l. 2. & 3. de ferijs in P. uolentibus quoque & conſentientibus litigantibus utriſque, etiam his ferijs iudicium fieri poterit:[g] poſſunt & actus uoluntariæ iuriſdictionis expediri,[h] latrones comprehendi, & torqueri,[i] fiſcales & publicæ cauſæ agi.[k] Conſtituuntur autem iſtæ feriæ meſſiũ, & uindemiarum ex more regionis & conſuetudinis ſeruetæ.[l] Sicuti nec ſementinæ feriæ ſtatæ erant inſtitutæ ad procurandam maiorem ſegetem, tunc factæ quando ſemine iacta erant, Sicut innuit Ouidius,[m]

Ter quater euolui ſignantes tempora faſtos,
Nec ſementiua eſt illa reperta dies.
Cum mihi ſenſit enim lux hæc indicitur, inquit,
Muſa quod a faſtis non ſtata ſacra petis,
Atque dies incerta ſacris, ſic tempore certo,
Seminibus iactus eſt ubi fatus ager.

9 Nundinarum feriæ uidentur contraria ratione ſuperioribus inductæ, uel ad releuande opera ruſtica, nam illæ paganorum ſunt & ruſticorum, quibus conueniunt negotijs proprijs, uel mercib. prouiſuri, uel leges accepturi, uel iurgia compoſituri, ut latè explicat Macrobius.[n] Interim autem auocabantur a rure.[o] Erãt nundinæ feriæ poſt octauum diem, nam tot ruſtici laborabant, nono mercatum petebant. *Nundinis,* inquit Plinius,[p] *vrbem reuiſitabant, & ideo comitia nundinis habere non licebat, ne plebs ruſtica auocaretur. Quies ſomnuſque in ſtramẽtis erat,* & alibi,[q] *Vngues deſecari nundinis Romanis tacenti atque a digito indice, multorum pecunia reli-*

10 *gioſum eſt.* Ad utilitatem etiam hominum, illæ feriæ uidentur inductæ, quæ letitiæ conſecratæ ſunt. Sic fuerunt quædã feſta ſtatuta Clarotis ſeruis dictis, Cretenſium, in Cydonia: quibus liberi ciuitatẽ non ingrediebantur, ſed ſerui rerum omnium erant domini, atque liberos flagellare poterant ſi libuiſſet.[r] Erat & Cantorũ feſtum quod tempore feſti Dionyſiaci agebatur, in quo ſinguli accedentes, ueluti præmium ſuis dijs cantilenas perſoluebant.[s] Lagenophorie feſtũ in Alexãdria, quod fiebat decumbentibus conuiuis, & deferentibus ſingulis lagenã ſecum.[t] Erant & Saturnalia, de quibus latè Macrobius[u] & Lucianus.[x] Addidit huic feſto Caligula, ut lætitiã publicã augeret in perpetuũ, unũ diem, uocauitq; Iuuenalẽ.[y] C. Cæſar duos.[z] Sic quatuor fuerũt Saturnaliorum dies, ſecundũ Dionem quinque,[a] ſecundũ alios ſeptẽ, circa 14. Kal. Ianuarij. Apud nos ante quadrageſimam feriæ maximè gulæ & uoluptatis in carniſpriuio. Inter Hebræos 15.[b] Auguſti Iudæi celebrant conuiuia, credentes illa die mitigatam captiuitatem Babylonicam, & inchoari nouam anni partem. Et apud Iudæos feſtum פורים purim, ſortium, ſeu urnarum, 14. die menſis Adar. ſeu 14. Martij.[c] μαρδοχαικὴ ἡμέρα, quo die Iudæi extra Suſam habitantes, a cæde ciuium uim parantium deſiſtentes, epulis & hilaritatibus ſeſe dederunt, læti propter inſperatam conuerſionem extremi periculi in ſummam tranquillitatem.[d] Suntque hæc Iudæorum Bacchanalia. Quibus diebus legũt Hiſtoriam Heſter, ubi quoties fit mentio Aman, pugnis & malleis pulſant ſcãna in ſynagogis.

a D. Auguſtin. lib. 22 de ciuit. Dei, c. 10.
b 2. Petri. c. 1.
c cap. 12. & in cap. 8. Apocalypſ.
d Zachar. 1
e Hieremiæ, c. 2.
f Lucæ. 20.
g 2. Machab. 15
h Cypria. epiſtol. 1. libr. 1. & 3 lib epiſto. 6.
i Hieron. contra Vigilãtium.
k D. Ignatius epi. 8 ad Tharſenſes.
l Gregor. Nazianze. libr. de pauper. aman.
m in cap. 1. de conſecra. diſt. 3.
n in c. conqueſtus, de ferijs apud Gregor.
o ca. crucis de conſecrat. diſt. 3. cler. & dominum, de reliq. & uener. ſanct. & c. fina. de ferijs, c. fi. de ſenten. ex commu. in 6 in l. pridie, de fer. in P. l. dies. l. omnes, C. eod.
p ca. pronunciandum, de conſecr. diſt. 3. in concilio Maguntc. 36.
q Macrob. lib. 1. Satur. c. 16. ex Varrone. 5. de ling. Latin.
r l. omnes dies l. 6. de ferijs. C.
s Dion Caſſius, libr. 47. Hiſtor.
t Aelius Spartianus Adriano.
u Dion Caſſius, lib. 60. Hiſtor.
x 4. Faſtorum.
y Liui. lib. 9. de cad. 3.
z Plutarch. in Theſeo.
a Plutarch. in Theſeo.
b Thucydid. li. 2. pa. 40.
c Plutarch. in Arato.
d l. publicas, cũ 2. ſequent. C. de ferijs. lib. 3. tit. 12. l. 1. eod tit. lib. 2. P. tit. 12. c. ſignificauerit, de iudic. apud Gregor.
e l. 1. §. ſed excipitur, de ferijs in P.
f l. 2. eod. tit.
g c. fin. §. ſi de ferijs ap. Gregorium.
h l. actus omnes. l. 8. C. de ferijs.
i l. pen. C. eod.
k l. publicas. C. de ferijs.
l Paul. in l. præſides, l. 4. de ferijs, in P. l. ſi in aliquam 17. de offic proconſu. lib. 1. P tit. 16
m Ouid. 1. Faſtor.
n Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 16.
o l. 2. de nundinis in P.
p Plinius, libr. 18. c. 3.
q Plinius, libr. 28. c. 2.
r Athenæus, li. 6. cap. 4.
s Athenæus, li. 7. c. 1.
t Athenæus. ubi ſupra.
u Macrob. lib. 1. Satur. c. 2.
x Lucian in Saturn. ſeu Chronoſol.
y Suetonius in Caligula. c. 17.
z Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 2. & c. 10.
a Diõ Caſſius, lib. 59 & 60.
b Paul. Eberus in Calendario hiſtorico, in 15. Auguſti.
c 2. Machab. c. ult.
d Eſter. c. 9.

Habent

Habent etiam & aliud feſtum, quod illis dici-
tur, שמחת תורה ſchomacht thorah, lætitia le-
gis, in qua exultant Iudęi: quòd hoc die finitur
lectio quinque librorum Moſis, & inchoatur
denuò primus, legiturque prima [illegible] ſedara:
itaque nocte ſinguli accendunt ſuos cereos
lychnos, 23. Tiſri, ſeu Octobris. Hocque ipſo
die, Romæ Annæ perennę feſtum geniale, quo
coniuges cum liberis, ut ait Ouidius,[a]

a Ouid. 3. Faſtor.

Protinus errantes læti naſcuntur in agris,
Et celebrant largo, ſeque diemque mero.
Et rurſum,
—annoſque precantur,
Quot ſumūt cyathos, ad numerumq; bibunt.
11 Erat & feſtum Veneris, deguſtandis uinis in-
ſtitutum, ſecundum occaſionem quam refert
12 Ouidius,[b] & Plinius.[c] Erant quoque feriæ im
peratæ, uel imperatiuæ, quas conſules uel prę-
tores pro arbitrio poteſtatis indicebant: nunc-
que & indicuntur ab alijs iudicibus uel princi
pibus, & uocantur repentinæ. Princeps tamen
ſolus generales has repẽtinas indicere poteſt,
non etiam inferiores.[d] Imperabantur ut ple-
rumque ob euentum quendam populo, ut ſi ter
ræ motus, uel ſpectrum aliquod apparuiſſet:
quibus & addebantur ſupplicationes publicę,
& orationes.[e] Et more Romano receptū erat,
ut eſſet unus præfectus urbis, qui ferijs celebrē
die præeſſet: quod tamen officium intermiſſum
eſt eo anno, quo ciuile bellum Cæſaris & Pom
peij expir, & apud prætores poteſtas fuit.[f] Ob
lætitiam publicam indictę ſæpè ferię, & poſtea
ſæpè annis ſequentibus uſurpatæ: ut inſignis
dies factus 15. Martij, qui Hebræis Adar, ob in
ſignem uictoriam Iudæ Machabæi, proſtrato
exercitu Anthiochi duce Nicanore.[g] Et ſi res
quædam fœliciter ſuccedat, indicuntur aliquā
do, feriæ,[h] ueluti cū Iulius Cæſar uiciſſet Cn.
Pompeium in Hiſpania, triumphum Romę e-
git, & feriæ quinquaginta dierum actæ.[i] Simi
liter diem, quo capta fuit Alexandria ab Octa
uiano, feſtiuum eſſe ſtatuerunt Romani, & ab
eo ſequentium annorum numerandi initium
ſumi.[k] Sic quia per decennium tantum, primū
fuit decretum imperium Octauiano Auguſto
poſt uictoriam Triumuiratus, eoq; elapſo per
aliud decennium renouatum eſt & continua-
tum: inde poſtea Imperatores, etſi ad uitā ſubi
rent imperium, tamen ſingulis decennijs prò
imperij renouatione feſtum agebant. Quod &
ſuo tempore factum teſtatur Dion Caſſius.[l]
Ferias quoq; indici ob res proſperè geſtas, uel
in honorem principis, & in his iudicia facta re
ſtitui in integrum, tradit Vlpianus.[m] Et Impe-
rator orientis Emanuel Comnenus primum
diem Maij ob memoriam Conſtantini & He-
lenæ, feſtum eſſe uoluit.[n] Proconſules quoque
pro iucundo ſuo aduentu, dum in aliquam ce-
lebrem prouenirent ciuitatem, uel caput ſuę
prouinciæ, ferias quæ ſecundum mores & con
ſuetudinem, quæ retrò obtinuiſſent, dabant.[o]
Ob luctum feriæ etiam aliquando ſtatutæ: ue-
luti Iudæi,[p] ieiunium ſtrictiſſimè ſeruant, in-
cedentes nudis pedibus, & humi ſedentes, &
cum alias partes Bibliorum recitant, continen
tes triſtem aliquam hiſtoriam, tum Threnos
hiſtoriæ ter perlegunt: quia hoc die credant in
cenſam fuiſſe Hieroſolymam a Nabuchodo-
13 noſore, & Tito. Apud Romanos, nullum erat
feſtum atratum uel lugubre, nec planctus ob
raptos Deos, nec lamenta mulierum, qualia ſa
cra Græci faciunt, raptam Proſerpinam, caſuſ-
14 que Bacchi referentia, & id genus alia.[q] Pri-

b Ouid. 4. Faſtor.
c Plinius. lib. 18. cap. 29.
d l. addictis ibid. ce. l. 4. de ferijs. C.
e vide Liuium 3 li. decad. 4. & lib. 2. decad. 3.
f Diō Caſſius, lib. 41. hiſto. Romana.
g 1 Machab c. Ioſepho lib. 12. de bello Iudaico, c. 17.
h l. 2. C. de ferijs.
i Diō Caſſius, lib. 43. hiſto.
k Diō Caſſius, lib. 51. hiſto.
l Diō Caſſius, lib. 53. hiſtor.
m Vlpian. in l. ſed & ſuper prętorem. l. 6. § 1. feriæ, ex quib. cauſ. maio. lib. 4. P tit. 6.
n lib. 2. conſtitutionum iuris orientalis, in eb... tit. [illegible]
o Vlpia. in l. ſi aliam l 7 de of ſic. procon.
p in באב תשעה ſeu Auguſt.
q Dionyſ. Hali car. lib. 2. antiquita. Roma.

ſcis temporibus antequam faſti à Cn. Flauio
ſcriba, inuitis patribus in omnium notitiam
proderentur, pontifici minori hæc prouincia
delegabatur, ut nouæ lunæ primum obſerua-
ret aſpectum, uiſamque regi ſacrificulo renun
ciaret. Itaque ſacrificio a rege & minore pon-
tifice celebrato, idem pontifex calata, id eſt, uo
cata in capitolium plebe, iuxta curiam cala-
bram, quæ caſæ Romuli proxima eſt, quot nu-
mero dies a calendis ad nonas ſupereſſent pro
nunciabat. Quod poſt nonam lunam oporteret
nonarum die populares, qui in agris eſſent, cō-
fluere in urbem, accepturos cauſas feriarum a
rege ſacrorum, ſciturosque quid eſſet eo men-
ſe faciendum: unde & quibuſdam nonæ dictæ
putātur, quaſi initium obſeruationis, ut refert
Macrobius.[r] Nunc etiam inter Catholicos, ſin
gulis diebus dominicis, curio uel eius uica-
rius, ex ſuggeſtu parochis calatis & congrega-
tis, explicat, quæ feriæ in hebdomada uacatio-
nem ab operibus ſeruilibus habent: quæve in
15 honorem Dei ſacratæ ſint. Incipiebat menſis
ex inſtitutione Romuli a noua luna, & ab eius
apparitione faſti & nefaſti dies declarari. Si-
cut & apud Hebræos mẽſes lunares, & primus
dies Neomeniæ ſeu Kalendarum, in quo pro-
prium ſacrificium deſtinatum Deo erat,[s] &
ut Eccleſiaſticus ait[t] à luna ſignum diei feſti,
& [illegible], ut ait
Plutarchus.[u] Et Græci in noua luna ſolebant
deos uenerari, in ſecunda die heroes & dæmo-
nas. Feriandi uel colendi leges iam poſitæ
16 ſunt. Nam & Deus dum feſta ſanxit,[x] adie-
cit a quibus abſtinendum ſit: *Memento ut diem*
Sabbathi ſanctifices, ſex diebus operaberis, & fa-
cies omnia opera tua, ſeptimo autem die Sabbathū
Domini Dei tui eſt: non facies omne opus in eo, tu,
& filius tuus, & filia tua, ſeruus tuus, & ancilla
tua, iumentum tuum, & aduena qui eſt intra por-
tas tuas, &c. Omnis qui fecerit opus in hac die, mo-
rietur: qui polluerit hoc morte moriatur.[y] Con-
queritur & dominus,[z] quod in hac die Sabba-
thi calcarent Iudæi torcularia, & onerarent a-
ſinos, & imponerent uuas, ficus, & alia, & in
Sabbatho uenderent, emerentve piſces &
alia uenalia. Explicant Rabini hoc præce-
ptum,[a] ut prohibeat fieri hoc die quicquid ad
acquiſitionem panis aut ueſtium pertinet,
qualis agricultura, ſeminatio, demeſſio, tritu-
ratio, uentilatio, commolitio, ſubagitatio, de-
coctio, detonſio lanæ, dealbatio, carptio, colo-
ratio, &c. ſed his addunt alia uana, hoc die non
ambulandum ſuper herbam, ne pedibus eam
auellas: non conſcendendam arborem, nihil
in ea ſuſpendendum, ne ramum aliquem fran
gas: non poma decerpenda, non tergendas ue-
ſtes uino, uel oleo madefactas, non obſtruen-
dum manu uas effundens uinum, non ponen-
dum pomum ante ignem, non lauandas ma-
nus, non uenandum pulicem ſi ſaltet tantum,
ſecus ſi pungeret: pulices occidi non poſſe, pe-
diculos poſſe, & alia ſimilia ſuperſtitioſiſſima,
quæ Dominus noſter Ieſus Chriſtus expro-
brat illis. Non reprobauit autem ſanctifica-
tionem Sabbathi, in cuius locum ſucceſſit dies
dominicus colendus,[b] ſed hypocriſim, & le-
nem illam ſuperſtitionem. Sic etiam & in
alijs feſtiuis diebus, Deus ſtatuit eſſe abſtinen-
dum ad operibus ſeruilibus, & a corporalibus
& quæſtuarijs artibus, & tunc affligendas ani-
mas, & offerenda holocauſta domino.[c] Et
17 iure humano, mercatus & nundinæ diebus
feſtis

r Macrob li. 1. Saturnal. c. 13.
s Nume. c. 28.
t Eccleſi. c. 43.
u Plutarch. in Problemat.
x Exodi, c. 20. Deute. 5.
y Exodi, 31.
z Eſdra, c. 6.
a In lib. לא תעשה מצות mitzoth, lotagnaſeh, id eſt, præceptorum negatiuorum, præcept. 63.
b ex eccleſiæ conſtitu. Archi dia. in can. ieiu nia, de conſec. diſt. 3.
c Leuit. c. 23.

feſtis Deo dicatis prohibentur: cui ſi quædam contraria obrepſerit conſuetudo, ea velut impia reijcienda eſt,[a] cum difficile ſit inter emeores & uendeores, non interuenire peccatum.[b] Atque in conſtitutionibus Caroli Magni, Aquiſgrani habitis, ſic ſtatutum, *Ne diebus dominicis, opera ſeruilia fiant, non ruralia, non vineam colant, non campum arent, non fœnum ſecent, non ſepem ponant, non ſyluas extirpent, non arbores cadant, non petras, non domos extruant, non hortum colant; ne ad placita conueniant, non*

18 *venationes exerceant. Fœminæ ne texant, ne capillent, non conſuant, nec acu picturas faciant, non lanam carpant, ne linum percutiant. Nec publicè veſtimenta lauent, non verveces tondeant. Liceat autem*, inquit, *tria carraria facere opera, ſcilicet hortalia carra, victuaria, & ſi neceſſe ſit corpus ad ſepulchrum mortui ducere*. Prohibentur autem & opera ruſtica ſeruilia,[c] vt liberius orationibus vacaturi ad eccleſiam perueniant. *Non licet*, inquit, concilium Altiſiodorenſe. *Die dominico boues iungere, vel alia opera exercere*.[d] Sic & lites & iurgia tempore maximè feſtorum ad honorem Dei introductorum, quieſ-

19 cunt.[e] Et ita intelligendam puto l. ſi feriatis, l. 6. de ferijs & dilationibus. Erant idcirco dicti dies nefaſti, quibus iuſtitium indicebatur, cum non licebat lege agere, & prætor illa uerba tria effari efficaciter non poterat. *Do, dico, addico*.[f] Ouidius de diebus.[g]

Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur,
Faſtus erit, per quem lege licebit agi.

20 Atque nunc in ferijs ob honorem Dei introductis ſolemnibus, neque etiam conſenſu partium iudicium fieri poteſt: & ſi fiat, nullum eſt, quamuis in ferijs vindemiarum & meſſium conſenſus geſtum firmet.[h] Sicut & tempore ſenatum repentinarum, ob geſtam rem fœliciter indictarum, appellare liceret.[i] Et ad comparendum die feriato, non tamen ut reſpondeatur die feriato,[k] citatio in ius valet,[l] Die dominica potiſſimum iudicialis omnis actus quieſcere debet, & tuti ſunt, veluti per inducias inter ſe litigantes, & fœderis interuallum, ceſſatque uox horrida præconis.[m] Et ita nec carcerari hoc die poſ-

21 ſint. Imo tempus feriatum feſtorum dierum, pacem ſeu inducias inter hoſtes conſtituit, ſecundum ius aliquod.[n] Sicut & in ſolemni feſto Apollinis Tymbræi inter Troianos & Græcos, requies bellandi per inducias eſt interpoſita, utroque exercitu ſacrificio inſiſtenſe.[o] Et abſtinebant à pugna Machabæi tempore Sabbathi ab initio, donec male id ceſſiſſe, vrgente hoſte experti ſunt.[p] Et narrat Dion Caſſius,[q] Iudæos non fuiſſe auſos bellare contra Pompeium, templum defendentes Hieroſolymitanum, & ideò expugnatum ab eo, ali-

22 ter verò nunquam expugnandum. Plures & de uiolatis templis apud Athenienſes capite damnati ſunt. Sic Euandrum uiolaſſe myſteria populi capitis præiudicio ſtatutum eſt, deferente eum Theſpienſe Menippo homine Care, quòd Menippum à ſe actione mercatoria damnatum, cum prius, ut aiebat, apprehendere potuiſſet nuſquam, in myſterijs hominē nactus arripuit, & ob hoc condemnatus, nullius alterius criminis reus, ut ait Demoſthenes[r] qui & Cteſiclem damnatum ea de uiolatione alterius generis ſcribit.[s] Tātus etiā Ethnicorum fuit in eos quos putabant religioſos cultus, ut in illis putarent indignum, & impium, mala uel uerba facere. Sic Ouid. 1. Faſto.

Proſpera lux oritur, linguis animiſq; fauete.
Nunc dicenda bono ſunt, bona uerba die.

Et Tibullus, lib. 2. Eleg. 2.

Dicamus bona uerba, venit natalis ad aras,
Quiſquis ades, lingua uir mulierque faue.

Et iterum Ouidius lib. 15. Metam.

---cognouit numina caſtus
Evinctus vitta crines albente ſacerdos:
En Deus eſt, Deus eſt, linguis animiſq; fauete
Quiſquis ades dixit, &c.

23 Cæterum duo capita efficere poſſunt, ut uetita permittantur, neceſſitatis inquam, & pietatis. Neceſſitas facit licitum, quod alioquin fieret illicitum, & ſic pugnarunt iuſtè inuaſi Machabæi.[t] Sic licet halecia tempore feſtorum, dum decurrunt piſcari:[u] & urgente & ſæuiente tempeſtate, maturos fructus alioquio conſumendos, colligere: licet & experiri actionibus quæ alioquin perituræ ſunt, ad conteſtationem uſque:[x] petere miſſiones in poſſeſſionem uentris nomine, rei ſeruandæ cauſa, legatorum, fideicommiſſorum: petere alimenta: hæc enim ad neceſſitatis cauſam pertinent,[y] ſingulari iure & receptum, ob publicam fidem & neceſſitatem, ut in eum qui quid nundinarum nomine acceperit aduerſus communem vtilitatem, omni tempore ius dicatur[z] & in latrones, & quietem publicam turbantes.[a] Eò forſan pertinent, ſi benè examinentur, quæ licere dixit Virgilius[b] facere per ferias agricolis.

Sunt & enim quæ feſtis exercere diebus
Fas & iura ſinunt, riuos deducere nulla
Religio uetuit, ſegeti prætendere ſæpem,
Inſidias auibus moliri: incendere uepres,
Balantumque gregem fluuio merſare ſalubri.

Secundum etiam Columellam,[c] ferijs, ritus maiorū etiam permittit ruſticis hæc. *Far pinſere, faſces incidere, candelas ſebare, vineam conductam colere, piſcinas, lacus, foſſas veteres tergere, & purgare, prata ſicilire, ſtercora æquare, fœnum in tabulata componere, fructus olueti condactos cogere, mala, pira, ficus pandere, caſeum facere, arbores ſerendi cauſa collo vel mulo clitellario adferre, ſed iuncto aduehere non permittitur, nec apportata ſerere, neque terram aperire, neque arborem collocare, ſed ne ſementem quidem adminiſtrare, niſi prius Catulo feceris: nec fœnum ſecare, aut vincire, aut vehere. Ac nec vindemiam quidem cogi per religiones pontificum ferijs licet, nec oues tondere, niſi catulo feceris: defratum quoque facere, ac defrutare vinum, licet: vuas, itemque oliuas conditui legere licet. Pellibus oues veſtiri non licet: in horto quicquid olerum cauſa facias, omne licet. Ferijs publicis hominem mortuum ſepelire non licet. Marcus Portius Cato, mulis, equis, aſinis, nullas ferias eſſe dixit. Idemque boues permittit coniungere ligno-*

24 *rum & frumentorum aduehendorum cauſa. Nos apud pontifices legimus, ferijs tantum denicalibus mulos iungere non licere, cæteris licere: Denicales* inquit Feſtus, *feriæ colebantur, quando hominis mortui cauſa familia purgabatur: erantque feriæ priuatæ, at feralia: & parentalia publica*. Feralia porrò officia, quæ inferis defunctiſque exhi-

25 bentur.[d] Hæc tamen omnia, quæ ex Columella recitauimus, hodiè non licent in ſacris ferijs, nec in intercîſis diebus, niſi ſacris peractis, & neceſſitate vrgente, atque diſpenſatione quadam: neque vir ille in ueteri teſtamēto, qui ſabbatho ad ligna colligenda exierat, immunis à morte fuit.[e] Nec pōt homo ullam cōmutationem dare pro anima ſua,[f] cui intētus maximè his diebus eſſet debet: nec prodeſt uni uerſum

a c. 1. de ferijs, & ibi Hoſtien. & Panor.
b ca. qualitas, de pœn. diſt. 5.
c cano. 1. & 2. 15. q. 4.
d concil. Altiſiodorenſi, cap. 16.
e l. 2. & 3. & l. omnes dies. & l. fi. C. de ferijs.
f Varro, 5. de ling. Latin.
g Ouid. 1. Faſtorum.
h c. fin. de ferijs.
i l. 2. C. de ferijs.
k l. 1. de ferijs, in P.
l vide latè, de hoc glo. in can. ſi. 15 q. 4. & Angel. Clauaſ. in ſumma, in verbo feriæ, numer. 37.
m l. fin. §. fin. C. de ferijs.
n c. 1. de treuga & pac. libr. 1. decret. tit. 34.
o Dictys Cretenſ. libro 4. de Bello Troiano.
p 1. Mach. c. 2.
q Dió Caſſius, lib. 37 hiſtor.
r Demoſt. contra Mydiam.
s ead. oratio.
t 1. Machab. 2. cap. quod non eſt licitum, de regu. iur. cap. ſi nulla, 21 q. 1.
u ca. licet, de ferijs.
x l. 1 §. fin. & l. 3. de ferijs.
y l. 2. eod.
z l. 1. de ferijs, in P. §. fin.
a l. prouincialium, C. de ferijs. l. 3. C. de epiſc. audien.
b Virgilius in Georg.
c Columella, lib. 2. de re ruſtic. c. fin.
d vide Ouidiū, 2. Faſtorum.
e Numer. 15.
f Matth. 16, c. 16.

uerſum mundum lucrari, & animæ ſuæ detrimētum pati.[a] Anima plus, quam eſca, & corpus.[b] Veruntamen & mos regionis hic ſequēdus eſt,[c] cum propter ſcandalum, tum etiam, quia ſacris peractis, quædam alicubi licent, q̄
26 alibi uetantur. Imò & aliquando, prout animaduertunt Epiſcopi cum clero & populo, ex faſtis aliqua feſta expunguntur, ſi nimia ſit copia, ut operandi ſit facultas. Sic Claudius Cæſar quartus conſul, multas ferias, multa ſacrificia abrogauit: nam maior anni pars his abſumebatur, non ſine magno Reipub. detrimēto, ut ſcribit Dion Caſſius.[d] Pietatis cauſa diſpēſat etiam obſeruationem nefaſtorum dierū,[e] qualia ſunt ea etiam, quæ ad tutelę uel curatelæ cauſas pertinent, ad orphanos pauperes.[f]
27 Sunt & pia opera hoc tempore potiſſimū obſeruāda, quod deputatur diebus feſtiuis ad honorē Dei,[g] ſacræ liturgiæ audiendæ, integræ,[h] & ſacræ conciones.[i] Abijciendę a Chriſtianis feſtiuitatibus comeſſationes, ebrietates, ut explicat D. Ambroſ.[k] & D. Chryſoſt.[l] Abijciēdę choreę,[m] laruæ, theatrales ioci, & reliqua, quę prohibet concilium Baſilienſe:[n] cauēdumve, ne cum paganis & gentilibus feſtiuos dies eorum colamus.[o] Suſtulit Lucas Cōſtantinopolitanus Patriarcha, quæ aliquando fiebant in ſanctorum notariorum (ut puto Euangeliſtarum) feſto in oriente a notarijs pueros docentibus, cum ſcenicis perſonis forum obeunti-
28 bus.[p] Prohibitum fuit in concilio Turonēſi, ne ſecundum errorem antiquum quiſpiā coleret calendas Ianuarij.[q] Et ex concilio Antiſiodorenſi ſub pontifice ſum. Deſudedit, anno domini 613. non licet calēdis illis uecola aut ceruolo, ut ipſe loquitur, facere, uel ſtrenas diabolicas obſeruare, ſed in ipſo die omnia beneficia tribuere quiſque iubetur, ut in cæteris alijs diebus.[r] *Si quis*, inquit Zacharias Papa, *calendas Ianuarij ritu paganorum colere, uel aliquid plus noui fecerit propter nouum annum, aut mēſas cum lampadibus & epulis in domibus præparare, aut per uicos, aut plateas cantores & choros duce-*
29 *re præſumpſerit, anathema ſit*.[s] Solebant enim ueteres Ethnici ſtrenas calendis Ianuarij dare inaugurandi anni cauſa, quas & accepit Octauius Cęſar, & recuſauit Tyberius,[t] qui & prohibuit ne commercium ſtrenarum ultra calendas Ianuarias exerceretur.[u] Caligula autem edixit, ſtrenas ineunte anno ſe recepturū: ſtetitq́ue in ueſtibulo ædium calendis Ianuarijs ad captandas ſtipes.[x]

a Matthæi, 16. Lucæ, 9.
b Matthæi, ca. 6. l. ſancimus, C. de epiſco. & cler.
c cap. vtinam, 36. diſt.
d Diō Caſſius, lib. 51. Hiſt. Romanæ.
e c. cōqueſtus, de ferijs, cano. in ſumma, 31. q. 4.
f l. 2. de ferijs in P.
g c. nullus. 44. diſt. c. ieiunia, de cōſec. diſt. 3.
h c. omnes, fideles & capit. miſſas, de conſecr. diſt. 1.
i cano. ſacerdotes, de conſecr. diſt. 3.
k D. Ambroſ. to. 4. operum, libr. de Elia c. 17. & epiſto. ad Euſtochium de acceptis munuſculis, capit. comeſſationis. 44. diſt.
l D. Chriſoſto. tom. 1. homil. 2. in 1. Geneſ.
m c. irreligioſa, de conſecr. diſt. 3.
n ti. de ſpectaculis, in eccleſijs non faciendis, in pragma. ſanctio. in c. cū decorum, de vit. & honeſt. cleri.
o in Laodicenſi concilio can. 39. unde cano. non oportet, 28. diſt.
p li. 2. hiſt. Oriētalis in eius ſanctionib. titu. de ferijs notat. ne.
q concil. Turonenſi. 2 c. 16.
r concil. Antiſiodor. c. 3.
s cano. ſi quis, 26 q. 7.
t Diō Caſſius, lib. 57
u Suet. in Tyberio, c. 34.
x Suet. in Caligu. c. 42.

De vigilijs Eccleſiaſticis. Cap. XVII.

1 *Feriæ ſacræ ieiunijs & uigilijs pręcedentibus exceptæ.*
2 *Vigiliæ feſtorum quare dicantur, & de vigilijs Chriſtianorum.*
3 *Sacra nocturna paganorum.*

1 Quia feriæ feſtiuæ, & uenerationes ſanctorum, eorumq́ue memoriæ, ad beneficia Dei mente repetenda, & ad gratiam promerendam, & impetrandam inſtitutæ etiam ſunt, expedire uiſum eſt eaſdem, potiſſimum maiores, cū aliquibus pijs actionibus excipere, & mentes aliqua præcedente præparatione expurgare. Quod & uigilijs & ieiunijs, eccleſia ab omni ætate catholica perficit: ideo & ferias quoque, ieiuniorum dies dixit, ſecundam, quartam, &
2 ſextam hebdomadæ diem.[y] Veſpera præcedēs diei feſtiui uenerationem, uigilia dicitur: quia olim Chriſtiani ob cultum ſolemnitatis in orationibus pernoctabant.[z] Quemadmodum etiam hodie in uigilia natiuitatis Dominicæ. Docet & uigilias obſeruatas in templis martyrum recurrentibus annuis eorum ſolemnitatibus Baſilius Magnus,[a] dum inquit, τέ-λας προματαλαβόντες τὸν ἱερὸν τοῦτον τῶν μαρτύρων οἶκον, ἐκ μέσων νυκτῶν τὸν θεὸν τῶν μαρτύρων διὰ τῶν ὕμνων ἐξιλεούμενοι, διεκαρτερήσατε μέχρι τῆς σήμερον, τὴν ἡμετέραν ἄφιξιν ἀναμένοντες ὑμῖν μὲν οὖν καὶ ὕπνου καὶ ἀναπαύσεως τῆς εἰς τοὺς μάρτυρας τιμῆς, καὶ τῆς τοῦ θεοῦ λατρείας προτιμῶσιν ἕτοιμος ὁ μισθὸς, id eſt, *Iam inde ex media nocte uenientes ad ſacrum martyrum templum, Deum ipſum martyrum per hymnos laudantes, ſuſtinuiſtis uſque ad hanc diem, noſtrum aduentum expectantes. Vobis quidem igitur, & ſomni & quietis, quæ in honorem martyrum, & Dei adorationem impendiſtis præſto eſt merces.* Atque idem Baſilius alibi,[b] hanc formulam uigilādi, & antelucano tempore ſurgendi, & eundi ad eccleſias, & ibi pſallendi, communem fuiſſe & obſeruatā tradit Aegyptijs, Lybijs, Thebeis, Paleſtinis, Arabibus, Phęnicibus, Syrijs, & ijs qui ad Eufratem habitant. Nec tantum feruente fide in feſtis martyrum hoc fiebat, ſed etiam quotidie in eccleſia primitiua, cuius ueſtigia adhuc in benè ordinatis monaſterijs, & alijs eccleſijs collegiatis manent: & in hoc a priſca puritate & religione deflectimus, quòd antea omnes catholici, laici, & clerici antelucanis precibus adeſſent, hodie uix etiam clerici. Huius & teſtis eſt, omni exceptione maior, Plinius Nouocomenſis,[c] qui de Chriſtianis ſcribens ad Traianum, ait: *Affirmabant autē* (ſcilicet Chriſtiani) *hanc fuiſſe ſummam, uel culpæ ſuæ, uel erroris, quòd eſſent ſoliti ſtato die ante lucem conuenire, carmenque Chriſto quaſi Deo dicere ſecum inuicē, ſeq́ue ſacramento non in ſcelus aliquod obſtringere: ſed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depoſitum appellati abnegarent: quibus peractis morem ſibi diſcedendi fuiſſe, rurſumque coeundi ad capiendum cibū, promiſcuum tamen & innoxium, &c.* In Carthaginenſi concilio 4.[d] *Clericus qui abſque corpuſculi ſui inæqualitate uigilijs deeſt, ſtipendijs priuatus excommunicetur.* In concilio Antiſiodorenſi.[e] *Non licet in uigilia paſchæ, ante horam ſecundam noctis, uigiliam expedire: quia in illa nocte non licet bibere, nec in natali domini, nec in reliquis ſolēnitatibus.* Et rurſum. *Non licet compenſas in domibus proprijs, nec uigilias in feſtiuitates ſanctorū facere, nec inter ſentes aut arbores ſacriuas, uel ad fontes uota exſoluere: ſed quicunque uotum habuerit, in eccleſia uigilet, & matriculæ ipſum uotū, aut pauperibus reddat, &c.* Et Cyrillus Hieroſolymitanus.[f] *Nocte ad ſapientiam nihil commodius, hac n. perſæpe de Deo cogitamus, lectioni, contēplationi diuinarum ſcripturarum uacamus, pſallitur,*
3 *oratur.* Erant & apud Ethnicos ſacra quædam nocturna, quæ defendit a ſuſpicione turpitudinis Dionyſius apud Euripidem,[g]

Pentheus, τὰ δ' ἱερὰ νύκτωρ ἢ μεθ' ἡμέραν τελεῖς,
Dionyſius, νύκτωρ τὰ πολλά· σεμνότητ' ἔχει σκότος.
Pentheus, τοῦτ' ἐς γυναῖκας δόλιόν ἐστι, καὶ σαθρόν.
Dionyſius, κἀν ἡμέρᾳ τό γ' αἰσχρὸν ἐξεύροι τις ἄν, i.
Pen. *Nocturna an interdiu hæc ſacra* (id eſt Orgia) *peragis?*
Diony. *Noctu pleruq; habēt religionē tenebræ.*
Pen. *Hoc in mulieres doloſū, et uitio obnoxiū.*
Diony. *Quin & in die quis inueniat turpitudinē.*

y c. preſbyter, 82. diſt. c. de illis, 15 q. 6. cano. qui cōpulſus, 22 q. 5. c. ieiunia, de cōſecre. diſt. 3.
z c. noſſe, 56. diſt.
a Baſilius Mag. in Pſalm. 114.
b Baſil. Mag. epiſto. 63. clericis eccleſiæ Neocæſarienſ.
c Plini. lib. 10. epiſt. de Traiano ad Chriſtianos.
d concilio Carthagin. 4. c. 49.
e concilio Antiſiodorenſ. ca. 22. fuit celebratum ſub Papa qui Deuſdedit, anno domini. 613.
f Cyrill. Hieroſolymita cathecheſ. 1. illuminat.
g Euripid. in Bacchijs art. 2.

Com tempore Neronis eſſet ortum incendiũ, matronæ Romanorum etiam gentiles, ad placandos Deos ſuos, & propitiarunt Iunonem, lectiſternia & peruigilia obſeruauere fœminæ, quibus mariti erant, ut author Cornelius Tacitus.[a]

a Cornell. Tacit. li. 15. annal.

De obſeruatione ieiuniorum. Cap. XVIII.

Lib. 3. Decretal. tit. 46.

1 *Ieiunium generaliter quid.*
2 *Ieiunij diuiſio, in profanum, & ſacrum: & quæ illa.*
3 *De uſu & abuſu ciborum.*
4 *Ieiunium profanum, aliud naturale, aliud morale, & quæ illa.*
5 *Ieiunium ſacrum, uel corporale, uel ſpiritale. Corporale, pænitentiale, uel eccleſiaſticum &c.*
6 *Abſtinentia ſola aliud, quàm ieiunium.*
7 *Sabbatho ieiunare aliquando prohibitum, & in dominico.*
8 *Abſtinentia a carnibus inſtituta rationes.*
9 *Dies ieiunijs qui aſſignati; & de quadrageſima. & nu. 12.*
10 *Quibus diebus non ieiunatur.*
11 *De modo ieiunandi, & a quibus abſtinendum. & nu. 13.*
14 *De tempore edendi in die ieiunij.*
15 *Quæ perſonæ, & quando ieiunare teneantur. Item de ieiunijs, quæ de præcepto, aut de cõcilio ſunt.*
16 *Quæ excuſant a ieiunio, quod de præcepto eſt.*

1 POſt uigiliarum & feſtorum tractationem, & cognita inſtitutione eorum: operæpretium duxi, & de ieiunijs tractare. Ieiunium generaliter eſt, abſtinentia a cibo, uel dies in quo abſtinetur: unde & per translationem, ieiuni dicuntur ab his, quę non guſtarunt: quibus cõtrarij ſaturi, qui copiam habent, nec illis indigent. Et proinde in uniuerſum tot poſſent conſtitui ſpecies ieionij, quot abſtinentiæ & priua-
2 tionis. Cæterum nos diuidemus primum ieiunium, in profanum & ſacrum: profanũ, quando alia ratione quis ieiunat, quàm ut conſulat animæ. Sic ieiunare dicitur, & qui non comedit, & adhuc qui comedere non poteſt, uel nõ habet quod comedat, uel qui diæta morbum corpore expellere nititur. Quæ ieiunia per ſe meritoria non ſunt ad ſalutem animæ, nec ad iram Dei placandam. Eſt enim edere & bibere, actus naturalis ad reparationem corporis huius quotidie pereuntis.[b] Et eſcæ per ſe, uſu adiaphoræ, bonæ in ſubſtantia qua creata ſũt: *Vidit enim Deus omnia quæ fecerat, & erant ualde bona:*[c] Sed nec eſca per ſe nos commendat Deo.[d] Et regnum Dei nõ eſt eſca & potus: nec quod intrat per os, ſecũdum ſe, coinquinat hominem, uel non lotis manibus manducare,[e]
3 ſed interius, & quod malum ex corde exit. Et abuſus rerum & eſcarum, peccatum habent: dicitur autem quis abuti, quando contra prohibitionem utitur. Prohibitio tamen malum uſum, non malam rem facit: ueluti arbor uitæ ſcientiæ boni & mali, bona per ſe, & optima, at prohibitio non comedendi, comedẽti mortiferam fecit: quia ibi contemptus, & inobe-
4 dientia, & tranſgreſſio præcepti.[f] Ieiunium idcirco profanum, & ad naturam, & ad uirtutẽ, & ad ſalutem pertinere poteſt: itaq; erit ſalubre corpori naturale, & morale ſalutare eſt, quod uirtutis & corporis cauſa indicitur: naturale dum quis ſemper non guſtat nec edit, nec oĩa, nec omni tpe, uel nullo, ut dum D. Petrus dicebat Deo, ſe nunquam immundum ediſſe, ideo nec ſerpẽtes, nec bufones, aliave reptilia ſibi uiſione oblata, manducaturũ.[g] Nerua conſuetudinem Tiberij Cæſaris non ferens, abſtinentia uitam finiuit.[h] Morale eſt, cum quis ratione uirtutis, temperantiam ſequutus, ſobriè uiuit, neq; comeſſationibus ſe ingurgitat: eſt-
5 que morale diſcreta & moderata refectio.[i] Ieiunium ſacrum eſt, uel ſpirituale, uel corporale: & corporale, uel pœnitentiale, uel eccleſiaſticũ. Spirituale eſt, a peccatis abſtinere, quod debet ſeruari omnibus diebus, & hoc præſtantius ieiuniũ, diſſoluere colligationes a peccatis.[k] Et ad hoc omnia alia ieiunia nos dirigũt, ut abſtineamus ab illicitis.[l] Sic Gregorius Nicænus,[m] eſt ieiunij & abſtinẽtię genus, quod a corpore & materia ſeiunctum eſt: cumq; animam dumtaxat reſpiciat, ea re perficitur, ut a uitijs temperemus. Atque huius ieiunij gratia etiam illud inductum eſt, ut a uitijs abſtineamus. Et ideo ieiunandum docet & corpore, & uitijs; ut effectũ ieiunij habeat legitimum: nã Iudas ieiunauit & corpore, nõ tamẽ a uitijs. Et Spiritus mali ieiunãt ab eſcis, attamẽ iniquiſſimi ieiunarunt & Iudæi Chriſtum crucifigẽtes. Hocq; ieiunium improbat Eſaias.[n] Ieiunium corporale ſacrum, eſt abſtinẽtia a rebus comeſtibilibus ob diuinã reuerentiã ad carnis maceratione cõpleta. *Ieiunamus*, inquit Cyrillus Hieroſolymit.[o] *à vino & carnibus abſtinentes, non quod hæc tanquam abominationes oderimus, ſed quod præmium expectamus, vt ſenſibilia deſpicientes, ſpirituali deinceps & intellectuali menſa fruamur: & nunc ſeminantes in lachrymis, et in futuro ſeculo in exaltatione metamus.* Iubebant & Theologi Paganorũ, antequam ad ſuos Deos accederent, & myſteria cacodæmonum tentarent, animam abſtinentia animalium & ieiunijs purgare.[p] Pœnitentiale corporale ieiuniũ eſt quod ad humiliationem animę pertinet, & ad placandã iram Dei ob peccata cõmiſſa. Sic filij Iſrael pugnaturi contra Philiſteos, ieiunarunt in die illa, atq; dixerunt, *Tibi peccauimus Domine.*[q] Ieiunauit Dauid pp infirmitatẽ filij ſui paruuli.[r] Et audita prophetæ cõminatione ieiunauit Achab rex Samariæ, & dormiuit in ſacco.[s] Et Dauid ait: *Humiliabam in ieiunio animam meã, et oratio mea in ſinu meo conuertetur.*[t] Sic prædicente Iona ſubuerſionem Niniuæ,[u] Niniuitæ crediderunt Domino, & prædicauerunt ieiuniũ, & ueſtiti ſunt ſaccis a maiore, uſque ad minorẽ. Factumq; edictũ a rege, ut homines, & iumẽta, & boues, & pecora nõ guſtarent quicquã, nec paſcerẽtur, nec biberẽt, operirentur ſaccis, & clamarẽt ad Dominũ in fortitudine, &c. Et ita pniam agentes obtinuerũt ſnĩæ dilationem ſeu retractationem.[x] De hoc Ioel meminit, dum ait, *Conuertimini*, inquit dominus, *ad me in toto corde ueſtro, in ieiunio, fletu, & planctu.*[y] Et ita qui exomologeſes audiũt, & iudicant, ſacerdotes confitẽtibus ieiunia iniungunt pniæ cauſa.[a] Solent dæmones peiores oratione & ieiunio edomari.[a] Ieiunium uulnera curat delinquentis, & curatos ſanctificat,[b] ſatisfacit pro commiſſis,[c] & a uiuentibus factum, poteſt prodeſſe mortuis.[d] Ieiuniũ eccleſiaſticum, eſt abſtinentia carnium & aliorum, quæ indicitur ab eccleſia, certis & ſtatis dieb' facienda, cum unica tantum cibi ſumptione moderata,[e] & ſine neceſſitate non uiolanda.

b l. proponebatur, de iudic. in P.
c Geneſ. 1.
d 1. Corinth. 8.
e Matthæi. 15.
f Geneſ. cap. 2. & 3.
g Actuum 10. & 11.
h Diõ Caſſius, lib. 58.
i c. non dico, & c. ſit tibi, de conſecr. diſt. 5. D. Auguſt. li. 2. q. euang. c. 18.
k Eſaiæ, 58.
l con. ieiuniũ, de conſecra. diſtinct. 5.
m Gregor. Nicænus, ora. 1. de paupe. amãdis.
n Eſai. c. 58.
o Cyrill Hieroſol. catech. illuminat. 4.
p Porphyr. lib. de abſtinent. animal.
q 1 Reg. c. 7.
r 2. Reg. 12.
s 3. Reg. 21.
t Pſal. 34.
u Iona, c. 3.
x vide cano. vnuſquiſque, c. incõmutabilia, c. non ſemper. 22. q. 4.
y Ioel, c. 2.
a vt in c. preſbyter, 72. diſt. cum ſimilib.
a vide S. Baſil. ſermo. de ieiunio 1 & 2. & laudẽ de vtilitate ieiunij differentem.
b c. ſicut tibi, de cõſec. diſt 5.
c c. igitur, 76. diſt.
d can. animæ, 13. q. 2.
e c. de eſu, de conſecr. diſt. 5. c. denique, 4. diſtinct.

a c. ieiunia in eccleſia, de conſecrat. diſt. 5.

6 da.[a] Abſtinentia carnium genus eſt, quæ & ſi-
ne ieiunio eſt, vt in diebus veneris & ſabbathi
abſtinetur à carnibus, & tamen ieiunium non
eſt, nam bis comedere licet & pluries, dummo
do abſtineatur à carnibus, excepto die Natali
domini, qui ſi incidat in ſextam feriam quam
vocant diem veneris, vel ſeptimam, quam ſab
bathum habet diſpenſationem carnes come-
dendi: [b] niſi voto à carnibus abſtineat quis.
7 Ieiunare ſabbatho, aliquando permiſſum nõ
fuit: nam & D. Ignatius ait, *Quicunque domini-
cam aut ſabbathum ieiunauerit, præter vnum ſab-
bathum Paſchæ, ipſe eſt Chriſti interfector*[c] quod
& prohibitũ in canone, apoſtol. [d] Moſcouitæ
etiã ſeu Rutheni, in ea adhuc ſunt opinione,
ſabbathi ieiunare, eſſe obſeruare ſabbathum
contra legem Dei. [e] Veruntamen hic eccleſiæ
rigor maior fuit aliquando, nam in concilio
Elibertino Hiſpaniæ celebrato, [f] circa Sylue-
ſtri Papę primi tempora ſtatutum his verbis:
*Errorem placuit corrigi, vt omni ſabbathi die ieiu
nium ſuper poſitionem celebramus:* Et rurſum
Innocẽtius primus ſum. pont. decreuit,[g] quòd
ritè omni ſabbatho ieiunetur: quia feria ſexta,
& ſabbathum, ambo dies triſtitiam apoſtolis,
vel his qui Chriſtum ſecuti ſunt, indixerunt,
qui die dominico exhilarari, non ſolùm ipsũ
feſtiuiſſimũ eſſe voluerunt, verùm etiam per
omnes hebdomadas frequentandum eſſe du-
xerunt. Excepti ſunt tamen dies ſabbathi in
quadrageſima, ſecundum tenorem concil.
Conſtantinopol. 6.[h] in quo ſic ſtatuitur, *Quo-
niam intelleximus in Romanorum ciuitate in ſan-
ctis quadrageſimæ diebus in eius ſabbathis ieiuna-
ri præter eccleſiæ traditam conſuetudinem, ſanctæ
Synodo viſum eſt, vt in Romanorum eccleſia Ca-
non inconcuſſè obtineat, qui dicit, Si quis clericus
inuẽtus fuerit in ſancto Dominico vel ſabbatho ieiu-
nans, præter vnum & ſolum, deponatur: ſi autem
8 laicus, ſegregetur.* Recepta iſta abſtinẽtiæ à car-
nibus inſtitutio, tum potiſſimum vt animo, à
carnalibus cibis abſtinente corpore, ſit expedi
tior, vt etiam docet 4. libris Porphyrius. De
abſtinentia animalium, & alij ſupra notati,
tum etiam ad politiam humanam componen
dam, vt alternatis piſcium & carnium vicibus
& animalia terreſtria creſcant, & aquatilia
inutilia non ſint: dehinc vt voracitas cohibea
tur, aduerſum quam, vt ſuo tempore regnan-
tem D. Paulus ſcribit, dicens.[i] καλὸν γὰρ χάριτι
βεβαιοῦσθαι τὴν καρδίαν, οὐ βρώμασιν ἐν οἷς οὐκ ὠφε-
λήθησαν οἱ περιπατήσαντες, id eſt, *Bonum eſt gratia
ſtabilire cor, non eſcis, in quibus ambulantes non
9 proficiunt.* Dies ſtati & ieiunijs ab eccleſia ſta-
biliti ſunt, quadrageſima, quatuor, vt dici-
mus, tempora, vigiliæ feſtiuitatum: quæ in fa-
ſtis ſeu in calendarijs eccleſiaſticis notantur
ſecundum iuris præſcripta, [k] & conſuetudinẽ
cuiuſque eccleſiæ, [l] Quadrageſima, eſt veluti
decima Deo conſecrata omnium dierum to-
tius anni, quo Deus nobis vita & gratia ſua
frui, ſua ineffabili miſericordia permiſit, ideò
diligenter eius ieiunium ſeruandum. [m] In
quadrageſima 42. dies ſunt: ſubtrahe ſex dies
dominicos, quibus non ieiunatur, remanent
36. dies, quibꝰ ieiunatur, qui pro decima 365.
dierum, qui annum perficiunt. Adduntur au-
tem his 36. diebus quatuor dies, qui domini-
cam quadrageſimæ præcedũt, vt impleatur ſa
cer quadragenarius numerus, quem ſuo ieiu-
nio Dominus noſter Ieſus Chriſtus conſecra-
uit.[n] D. Ambroſius hos quadraginta mãſioni-
bus, quas fugientes Pharaonẽ fecerant in de-
ſerto Iſraelitæ, cõparat: noſtraque caſtra qua-
drageſimam eſſe perpulchrè docet,[o] & eam in
dictam à domino, qui eam ieiunauit, & graue
peccatum eam non ieiunare. D. Auguſtinus,[p]
quadrageſimam quoque & numerum quadra
genarium non eſſe ab hominibus conſtitutũ,
ſed diuinitus conſecratum aſſerit, nec terrena
cogitatione inuentũ, ſed cœleſti maieſtate præ
ceptũ, non tã præceptũ ſacerdotũ, quàm Dei.
D. Hieronymus quadrageſimã quoque ex in-
ſtitutione apoſtolorũ eſſe teſtatur.[q] Apud Cle
mentem,[r] ſanctio hæc apoſtolica eſt, *Vobis ie-
iunium quadrageſimæ, continens memoriam legi-
ſlationis & conuerſationis domini, celebretur hoc
ieiunium ante ieiunium paſchę, quod incipiens à ſe
cunda ſabbathi deſinat in paraſceuem: poſt quos
dies, ſoluto ieiunio, aggredimini ſanctam paſchæ
hebdomadam: ieiunantes in ea omnes cum timore
& tremore, orantes per eos dies pro ijs qui pe-
reũt, &c.* D. Ignatius[s] ad Philippenſes, *Quadra
geſimam nolite pro nihilo habere, imitationẽ enim
cõtinet cõuerſationis Dei: hebdomadã paſſionis etiã
nolite deſpicere: quarta verò & ſexta feria ieiuna-
te, reliquias pauperibus porrigentes:* In hac eſſe
abſtinendum à carnibus & ijs quæ trahunt
ex illis originem, vt à lacticinijs & ouis pla-
cuit.[t] Alia ieiunia in quatuor anni tẽporibus
inueniũtur decreta,[u] Erat & apud Hebræos
ieiuniũ quarti, ieiuniũ quinti, & ieiuniũ ſepti-
mi, & ieiunium decimi menſis.[x] Sunt & dies
tres rogationũ in aſcenſione domini.[y] Nec in
cœna domini ſoluẽdum eſt ieiuniũ.[z] Ieiunan
dũ in quinquageſima, & aduẽtu, maximè cle-
10 ricis & presbyteris.[a] Nõ ieiunatur die domini
co, ne ſequamur errores paganorũ.[b] Nec à tẽ-
pore paſcali, vſque ad pentecoſtem:[c] etſi ieiu-
nantes illo tempore ob deuotionẽ arguẽdi nõ
ſint.[d] Itẽ ſi vigilia alicuius feſti in diem domi-
nicam incidat, non eſt tunc ieiunandũ, ſed ſab
11 batho præcedẽte.[e] Modus ieiunandi ex rebus
ipſis, quibus abſtinetur, ex tempore & perſonis
elicitur. Genaralis quippè regula eſt, vt diximus,
in diebus ieiunij abſtinendũ eſſe à carnibus: &
vltrà, in quadrageſima ab ijs quæ à carne ori-
ginem hñt. Verum & cum iſtis moderatio ci-
bi permiſſi ẽt eſt adhibẽda.[f] Ideo & a magnis
piſcibus, & a cibis laſciuiæ, & potibus abſtinẽ
dũ eſt hoc ieiunij tpe.[g] In regione Palmariæ,
nuper in nouo orbe detecto, inuenti ſunt inco
læ Auguſto, Septembriq; menſe quinq; ac tri
ginta dies abſtinere, nõ modo a carnibꝰ, quas
aſſequuntur optimas, ſed & a piſcibus, & alia
re, quæ ſanguinem nutriat, hortẽſibus & legu-
minibus illos dies peragentes.[h] Hilarion he-
remita in uaſta & terribili ſolitudine degens,
quindecim tm̃ caricas poſt occaſũ ſolis come-
12 debat.[i] Apud Ruthenos ſeu Moſcouitas, die-
bus Lunæ, Mercurij, & Veneris, panis fruſto
cũ aqua contenti ſunt ieiunantes in quadrage
ſima: reliqua per annũ ieiunia non ita ſtrictè
ſeruantur. Ieiunant autem poſt feſtum Pente-
coſtes, quod eſt illis dies ſanctorum omnium,
uſq; ad ferias S. Petri & Pauli, dicuntque ieiu-
nium Petri & Pauli. Deinde habent ieiunium
diuæ uirginis, a prima Auguſti, uſq; ad aſſum-
ptionem beatæ Mariæ. Item ieiunium Philip-
pi, ſex hebdomadibus in aduẽtu domini, & di-
citur Philippi. Nullius tamen ſancti uigiliam
uenerantur præter decollationis S. Ioãnis Ba-
13 ptiſtę. Carnibus autẽ abſtinent in ieiunijs om
nibus. Monachis tamen duriora ieiunia impo
ſita, quos oportet eſſe contentos kumas, id eſt,
potu acetoſo, & aqua cũ frumẽto mixta. Sacer

b io cap. ſin. de obſeruat. ieiuniorum cano. quia dies, de conſe. diſt. 5. c. obſeruanda, 76. diſt.

c D. Ignat. epi. 8. ad Philippẽ. d. 41.

e Sigiſmundus liber Baro, in commentarijs de rebus Moſcouiticis.

f concilio Eliberti. c. 26.

g in decretis Innocẽt. 1. can. 4. & in c. ſabbatho, de conſec. diſt. 3.

h concil. Conſtantinopol. 6. c. 15.

i ad Hebræ. c. fin.

k in epiſt. 2. de obſeruat. ieiuniorum.

l c. quieſci t. §. & deuerb. ſign. c. illa, 13 diſt.

m in ea ſtatuimus, cũ 2. ſeq. 76. diſtinct. ca. ſolent. de conſecrat. diſt. 5. c. ieiunium, & c. quadrageſima de conſecra. diſtinct. 5.

n ea quadrageſima, de conſe. di. 5.

o D. Ambroſ. tomo 3 ſermo. 25 & ſerm. 34.

p D. Auguſ. tomo 3. ſerm. 36.

q D. Hierony. epiſtol. ad Marcellum, aduerſus Montan., tom. 2. oper.

r Clemens, li. 5. conſtit. apoſtol. c. 13. & 14. & 18 & 20.

s D. Ignat. epi. 8. ad Philipp.

t c. denique 4. diſt.

u uide in can. ſtatuimus, 76. diſt. & c. 2. 3. 4 eod.

x Zachar. ca 8. & in cap. ieiunium, 3 diſt.

y cap. rogationes, de conſec. diſt 3.

z cano. non licet, & ſeq. de conſecr. diſt 3.

a Hoſtienſis in Summa de obſeruatione ieiuniorum §. quando ieiunandum, verſic. quid de aduentu, c. concilium, de obſeruat. ieiunio.

b c. ſi quis tanquam, & cano. ſi quis presbyter, ca. ieiuniũ, 76 diſt. c. ieiunium, & ca. ne quis, de conſecra. diſt 3.

c c. ieiunium, §. ſi autem, 76. diſt.

d capi. poſt, & ca. utinam, 76. diſt.

e c. 1. 2 de obſeruat. ieiun.

f c. non dico, & ſeq. de conſecr. diſt. 5.

g can. denique 4 diſt.

h Petrus Martyr, lib. noui orbis, & ſolulie nouè repertis.

i Hiero. in vita Hilarionis.

dotibus quoque aquam mulſam, & ceruiſiam
probibitam tradit Sigiſmundus liber Baro.[a]
14 Tempus nullum in ieiunijs edendi in die, nec
hora certa definita fuit: verùm placuit meri-
dianam eſſe legitimam.[b] Ante peractas veſ-
peratum orationes non edendum etiam pla-
cuit:[c] ſed vaſperę in quadrageſimali ieiunio
ante meridianam horam vel in ipſa dicuntur.
Nec tranſigendum neceſſariò ieiunium abſ-
que cibo duorum vel plurium dierum:[d] nec
toto die abſtinendum,[e] vt Agareni ieiunant,[f]
niſi ea cauſa.[g] At nũ bis comedere, vel ſæpius
bibere, ſoluat ieiunium optimè reſponſum
eſt, morem regionum, vbi erimus ſequendũ.[h]
15 Circa perſonam, ſciendum eſt quædam ieiu-
nia ab eccleſia indici, aut de concilio, aut de
præcepto: vnde quæ de concilio ſunt, neceſſa-
riò non obligant, vt ieiunia aduentus domi-
ni,[i] rogationum:[k] tertiæ, quartæ, & ſextæ fe-
riæ,[l] ſabbathorum omnium,[m] & ſi qua alia
ad pœnitentiam impoſita ſint, quæ redimi poſ
ſunt: vt pro ſecunda feria, Pſalmos Dauidici
Pſalterij dicendo, vel largiendo pauperibus
vnum denarium.[n] At in ieiunijs, quæ de præ-
cepto eccleſiaſtico ſunt, obligatio tranſit in
omnes mẽtis compotes, doli capaces, qui pec-
care poſſunt,[o] quiva validi ad ieiuñdum ſunt,
16 niſi adſit cauſa excuſans. Excuſationis porrò
cauſa legitima exiſtimatur ætas nondũ attin-
gens viceſimum annum, nam hæc ad omnia
non tenetur ieiunia, ad quædam tamen.[p] In-
firmitas corporis, ad quã & labor neceſſarius,
qui deijcit vires, etiam excuſat, & mendicitas,
quæ tum comedit, cùm ei porrigitur, mulieris
prægnantis neceſſitas, quæ alioquin eſſet ieiu
nans parricida partus quem vtero gerit: pere-
grinatio, & in ſumma, ſi quædã obeamus opa
bona, quæ ſuo labore conficiant corpus, & de
bilitant vires, certè remiſſionem faciunt ie-
iunij: iam enim mortificatio corporis, quæ per
ieiunium quæritur, aliundè præparatur. Cur
dedicetur ieiunium, ex ſuperioribus cõſtat, &
ſimul eum Deo conſecrari, & eſſe finem eius
animarum ſalutẽ, & corporis & animæ humi-
liationem, & vt anima in Deum alacrior fiat,
& à pondere & nebula peccatorum expurge-
tur: & ob alias cauſas, quas ex iam dictis facilè
licet colligere.

a Sigiſmũd Liber Baro in cõmentarijs rerũ Moſcouitarũ.
b c. ſolent, de conſecr diſt. 1.
c d. c. ſolent.
d can. non dico & c. ſeq. de conſecr. diſt. 5.
e ca. ſunt tibi, de conſecrat. diſtinct. 5.
f glo. in d. can. ſunt tibi.
g can. quod à patribus, 75. diſtinct.
h ca. vtinam, 30 diſt. Angel. in Summa, in verbo ieiuniũ num. 2. facit c. cõſilium, § de feſtiuitate, de obſeruat. ieiunij.
i c. concilium, de obſeruat. ieiunior.
k cap. rogationes, de conſec. diſt. 3.
l c. ieiunia, de conſec. diſt. 3.
m c. ſabbato, ead. diſt.
n c. presbyter, 72. diſt.
o in capi. 1 de delict. puero.
p vide Angel. Clauaſ. de noc & ſeq. in verbo ieiunium, num. 13.

De primitijs. Cap. XIX.

Lib. 3 Decret. Lib. 3. in Sext. tit. 13.
Lib. 3. Clementi. tit. 9.

1 *Primitia quid, & de more ſoluendi antiquo.*
2 *Res, ex quibus decimæ debentur.*
3 *Perſonæ quæ recipiant, & quæ dant primitias.*
4 *De taxatione & modo primitiarum.*
5 *Finis & rationes primitiarum.*

1 Res aliæ, quæ ad eccleſiaſtica iura
pertinent, primitiæ ſunt rerũ. Pri-
mitia, eſt pars ex rebus, quæ pri-
mùm nata vel collecta, Deo obla
ta, antequam vſibus noſtris, quæ eiuſdem ſpe-
ciei ſunt, deputentur. Fuit hæc olim & nunc
inter bonos religio, beneficum largitoréque
rerũ omniũ vt Deum, munere aliquo primo,
dominum honorare & venerari. Nec tantùm
apud eos, qui Dei veri habuerũt notitiam, ſed
& apud Ethnicos iure naturæ, & diuino primi
tiæ ſolutæ. Et priſci Romani, teſte Plinio,[q] nõ
guſtabant vina, aut nouas fruges, priuſquam
ſacerdotes primitias libaſſẽt. Porphyrius quo
que notat,[r] primitias frugum ex omni anti-
quitate Deo fuiſſe oblatas. Cain obtulit de
fructib⁹ terræ munera Deo, & Abel de primo
genitis gregis ſui, & de adipibus eorum.[s] *Lo-
quere filijs Iſrael*, inquit Dominus ad Moyſem,[t]
*vt tollãt mihi primitias, ab omni homine, qui offert
vltroneus, accipietis eas.* Et iterum.[u] *Sanctifica
mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam in
filijs hominum, tam de hominibus, quàm iumentis,
mea ſunt enim omnia.* Alibi etiam *Honora domi-
num de tua ſubſtantia, & de primitijs omnium fru
gum tuarum da pauperibus.*[x] Atque in Deu-
teronomio[y] iubetur, vt deferantur ſacerdoti-
bus, & Leuitis primitiæ, in conſpectu domini.
Sicuti & in libro Numerorum,[z] *Omnes primi-
tiæ, quas deferunt filij Iſrael, ad ſacerdotem perti-
nent, & quicquid in ſanctuarium offertur à ſingu-
lis, & traditur manibus ſacerdotis, ipſius erit.* Et
rurſum,[a] *Primitias frugum terræ deferes in do-
2 mum domini.* Conſiderabis itaque hic res, per-
ſonas, & modum primitiarum. Res, ex quibus
offerri debebãt primitiæ, ponũtur Exodi 25. c.
At præcipuæ res ſunt, fruges omnes terræ, ex
quibus primitiæ, vt dictum eſt, debẽtur & exi-
guntur, vt decimæ.[b] Primogenita omnia por-
rò animalium hodie iure hoc primitiarũ non
præſtantur. *Et qui dabant*, inquit D. Hierony-
mus, *primitias animaliũ, dabant vnum ex ducen-
tis.*[c] Et ſi tot capita non haberent, ſecundum
proportionẽ eius numeri ſoluendæ erant pri-
3 mitiæ.[d] Perſonæ porrò, & quæ dare debẽt pri-
mitias, & quæ recipiunt, conſiderandæ ſunt:
quæ dare debent, ſunt omnes quæ res poſſi-
dẽt: Sic enim ait dominus, *Ab omni homine, qui
offert vltroneus accipietis eas.*[e] Suntque de præ-
cepto primitiæ, & eas retinentes excommuni-
cantur[f] in duobus caſibus, ſi conſuetudo ſit
ſoluendi, & ſi miniſtri eius eccleſiæ, cui deben
tur, indigent, & eas petunt: aliàs ſunt de con-
ſilio.[g] Sic enim perpendo textũ Exodi, *ab omni
homine, qui offert vltroneus*[h] *accipietis eas.* Spon
tanea namque eſt ibi oblatio. Et ſi cõſuetudo
ſit, à temporis initio, cuius non extet memoria
non ſoluendi, peti non poſſunt.[i] Perſonæ qui-
bus debẽtur, ſunt ſacerdotes.[k] Et illi ſcilicet,
cuius eccleſiæ ſint qui offerũt, prępoſiti danti-
bus, qui pro eis, & pro reb. eorũ preces offerũt
domino,[l] ſunt illi ſacerdotes, parochi. Poſſi-
mùm ſi alius prælatus, puta prior decimas &
primitias iure aliquo non accipiat, ſed tan-
tum partem prouentuum nomine quotæ à vi-
cario perpetuo: nam ſi portio beneficij tantùm
aſſignatur vicario, ius primitiarum & decima
rum eſt prioris.[m] Habẽt eccleſiaſticæ perſonæ
iura diuino primitias & decimas loco prædio-
rum, quæ eo iure non habent,[n] ſed humano.[o]
4 Quare primitiæ & decimæ in ſolis eccleſiarũ
bonis numerãtur præcipuæ.[p] Apud Ethnicos
primitiæ olim ad ſtatuas Mercurij in uijs col-
locabãtur, quas viatores ederent, vt ait Suidas
in verbo ἑρμαῖον. Modus & taxatio primitiarũ
in iure canonico non definitur, & proinde vel
ad conſuetudinem, vel ad arbitrium præſtan-
tium recurrendum eſt.[q] Quanquam enim ab
Hebræorũ traditione D. Hieronymus in Eze-
chielem dicat eum definitum ad cohibendam
ſacerdotum auaritiam: olim qui plurimum da
bant, quadrageſimam rei partem nomine pri-
mitiarum dediſſe: qui autem minimum, ſupra
quadrageſimam vſque ad ſexageſimam.[r] Par
uam tamen primitiarum fuiſſe quantitatem
iura teſtantur. Idcirco primùm loci conſue-
tudo ſequenda: deinceps, ſecundùm caput 1.
de decimis. Nec plus quadrageſima petere põſ

q Plinius, lib. 18 c. 2.
r Porphyr. lib. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, de abſtinentia animal.

s Geneſ. 4.
t Exodi, 25.
u Exod. 13.
x Prouerb. 3.
y Deuter. 26.
z Numeror. c 8.
a Exodi, 23.
b c. reuertimini, 16. q 1. Malachiæ, 3.
c D. Hiero. in Ezechiel. gl 1. in cap 1. § his itaque, 13 q. 1.
d in glo. c. 1. in verbo, in primitijs. de decimis ap. Grego.
e Exodi, 25.
f c. præter hoc, § 1 32. diſtinct. Exod. 22. Leui. 27. Deute. c. 18. 24. 2. Paral. 22. Num. 18
g Angel. Clauaſ. in ſumma in verb. primitia, num 1.
h Exodi, 25.
i Henric. Boshic. in cap. 1. de decim. in fine.
k Num. 3. can. 1. verſic. oportet, 16 q 7
l can. 1. § his itaque, 12. q 6. ca. moderamine, ca. doctos, 16. q. 1.
m in quæſtio. Thol. Ioan. Auſtrius.
n Deuter. 10.
o ſecundũ gl. in l. fin. § patrimoniorũ ſunt autem, in verbo pontifex, de muneribus & honor.
p c. cauſa, c. 13. de verb. ſig.
q D. Thomas, in ſecunda ſecundę, quæſt. q. 86 art. 4. Innoc. in c. 1. de decimis.
r in c. 1. § fina. de decim.

ſacerdos,

ſacerdos, nec minus ſexageſima laicus offerre. Erit & conſuetudo quoque locorum uicinorũ inſpicienda,[a] ut iudicatum refert Boerius, qui & latè quærit, & diſputat quot actus ſufficiant ad hanc conſuetudinem.[b] Io modo etiam primitiarum agrorum, illud obſeruatur, ut ſacerdos, ſeu curio ſtatim fructibus maturis non teneatur primitias accipere, ſed nouem diebus debeant eſſe apud matrem, id eſt, in ſpica, quæ eſt mater grani.[c] Sicut in decimis & primitijs agnorum & uitulorum, tempus in ſolutione expectandum, ſi uelit ſacerdos, ut tandiu ſint apud matrem, quandiu periculum eſt ſi ſepararentur, perituros.[d] Præſtandæ itaque erunt ſecundum eam normam, uel animaduertendum, ſi quæ data curionibus pro primitijs redimendis: Licet enim non ſecus, quam Deo oblata primogenita a ſacerdotibus redimi poterant,[e] & decimæ:
5 [f] Primitiarum autem fit præſtatio, ut Deo tanquam domino & authori & largitori ex oblatione illa honorem debitum proteſtemur: dehinc ut eius adminiſtris neceſſaria ſuppeditentur, utque ijs, a quibus ſacramenta percipimus, nos quoque temporalia ſpontè rependamus, ut in decimis latius, & ex ſuperioribus proximè probatis liquet.

a c. cum olim, de conſuetud. can. catholica. 31. diſtin. c. nulla, & cap. 1. 12. diſt. c. ex parte, c. ſuper eo, de cenſib.
b Boeri. deciſ. 318 nume. 5. & in fine.
c gloſſ. in l. ſtipulatio iſta, l. 38. § inter certam, in uerbo incertamq; de verb. oblig.
d Uldrad conſil 236. incipit circa propoſitam quæſtionẽ eſt attendendum. Boer. deciſ. 336 nu. 2.
e Exodi. 13.
f Leuit. c. 27.

De Decimis. Cap. XX.

Lib. 3. Decretal. Lib. 3. in Sext. tit. 13.
Lib 3. Clement. tit. 9.

1 *Decima quid.*
2 *Decima, aut profana, aut eccleſiaſtica: Item de decimis profanis tituli iure diuerſi.*
3 *Decimæ eccleſiaſticæ quotuplicis generis. Et de decimis a principibus ſecularibus a beneficijs exactis. De Saladina, & alijs, ad liberandam terram ſanctam indultis, & qui illis reſtiterint.*
4 *Decimæ eccleſiaſticæ a Clodoueo nobilibus quibuſdam conceſſæ in beneficium, ſeu feudum.*
5 *Carolus Pulcher denegauit decimas eccleſiarum Ioanni XXIII. Sum. Pont. ob bellum in Ludouicum Barbarum: poſtea conceſſit.*
6 *Conceſſæ Carolo VI. Regi Gall. a Petro Luna.*
7 *Impoſuit aliquando Bonifacius VIII. uniuerſis Eccleſijs Italiæ.*
8 *Dubitatur num hæ decimæ iure exigantur ab Eccleſijs.*
9 *Bonifacij conſtitutio de exigendis decimis, & de eodem concilij Vienneſis.*
10 *Quæ beneficia immunia ſint a ſolutione decimarum Eccleſiaſt. principib. conceſſarum.*
11 *Quæ beneficia contribuant huic decimæ.*
12 *Exactio harum decimarum inter Ethnicos aliquando.*

1 NEmo, ut opinor, ignorat, numeri nomen decimum dici, uidelicet decimam alicuius rei partem: & proinde uim in nomine non faciam.
2 Sed diſtinguam decimam, quę penditur ſuperioribus, in profanam, & eccleſiaſticam. Decima profana, fuit ſpecies quædam tributi aliquando a quibuſdam dominis rerum impoſiti, ueluti Pyſiſtratus Tyrannus agrorum decimas ab Athenienſibus exegit. Quod innuit Suidas,[g] dum ſcribit de origine prouerbij illius, καὶ σφάκελοι ποιοῦσιν ἀτέλειαν. Etiam Sphaceli dant immunitatem. Tradit enim inde emanaſſe, quod ferant Pyſiſtratum, qui decimam agrorum ab Athenienſibus exigebat, tranſeuntem aliquando ſenem rupes & ſaxoſa loca excolentem interrogaſſe, quos inde fructus caperet, illum autem dolores & fatigationes reſpondiſſe: tuncque eius libertatem admiratum, decimæ immunitatem ei cõceſſiſſe, atque ex eo Athenienſes hoc prouerbium uſurpaſſe. Samuel iura regis populo Iſraeli regem petenti prædicẽs, inter cætera hoc adiecit:[h] *Sed & ſegetes neſtras, & uinearum reditus addecimabit, ut det Eunuchis & famulis ſuis.* Narrat Plutarchus Hetruſcos addecimare ſolitos Romanos, donec Hercules ab eo tributo eos liberauit.[i] Cypſellus Corinthius, quum Ioui nouiſſet, ſi dominus foret ciuitatis, ſe omnia quæcunque eſſent Corinthijs dicaturum, eos quæcunque haberent iuſſit deſcribere. Deinde a ſingulis, ubi ad hunc modum deſcripta habuit, decimam partem accepit. Reliquis autem partibus eos ad lucrum exercere iuſſit: tum anno uertente eandem rationẽ ſeruauit. Ita decem annorum ſpatio contigit, ut & ille haberet omnia, quæcunque ſacrauiſſet, & alia Corinthij, quę adepti eſſent, poſſiderent.[k] Octauianus, M. Antonius, & Lepidus Triumuiri, cum multos Romæ ad lubitum proſcripſiſſent & occidiſſent, cum tamen ſatis non haberent, quo militibus ſatisfacerent, nouas decimas cuique ex omni patrimonio pẽdendas inſtituerunt, & facultatibus non benè ad decimam redactis reliquum accipiebant, ut author Dion Caſſius.[l] Et de uectigali, & cauſa decimæ prædialis ſic ſcribit Appianus,[m] *Agros uerò*, inquit, *quiſquis bello adeptus eſſet, eos ij habitatoribus colendos dederant, uel pretio illis attribuerant, uel mercedis cauſa contulerant. Si qua autem tellus ingruentibus bellum inculta remanſiſſet, quo multitudine impleretur, neutiquam per negligentiam ſordeſcere paſſi, in hunc modum proclamari iuſſerant, uolentibus interim agros colere, annua uectigalia publicè eſſe pendenda, ſeminum partem decimam, arborum autem partem quintam, eorum quos percepiſſent fructuum, &c.* Lex & Iuſtiniani,[n] μορτίτου μέρος δεμάτια ἐννέα, χωροδότου δὲ μέρος δεμάτιον ἕν· ὁ δὲ ἐκτὸς τούτων μεριζόμενος ἔστω κατάρατος, id eſt, *Partiarij coloni pars, nouẽ faſciculi ſunto: qui fundum dedit, portio una tantũ: qui contra hanc partionem fecerit, deuotus eſto.* Metallarij qui perquirunt metallorum uenas, debent præſtare decimas fiſco, & decimas alias domino prædij quod perſcrutantur.[o] Præter ſcrupulos ſeu tributa, quę penduntur propter facultatem conceſſam auri indagandi.[p] Iure nouellarum quoque iniuſtus litigator, qui cõuictus fuerit temerè litem alicui mouiſſe, decimam partem quantitatis pecunię in libello iniuſtè petitæ, pro ſumptibus tenebatur perſoluere aduerſario,[q] ſaltem ſi maiores ſumptus non eſſent.[r] Attici, tempore belli Peloponeſiaci, Chryſopolim Calcedoniæ profecti, uectigal ibi conſtituerunt, & decimam ex Ponticis exigebant.[s] Meminit Ariſtoteles.[t] Tributũ, quod pendebatur ex frugibus terræ ab alijs ublatiunem, ab alijs decimam dici: & quæ ex paſcuis & pecoribus princeps accipiebat, decimã quoque appellari. Et Strabo ſcribit,[u] inter præfectos urbis, qui ſexti ſunt ordinis apud Indos, uenditarum rerum exigere decimam, eumq; qui uectigal furatus fuerit, capite plecti. Erat antiquitus ex lege Papia pẽdẽda decima fiſco ex relictis uxori uel marito, ſi ex eo matrimonio non eſſent ſuſcepti liberi, quod tamen po-

g Suidas in uer. καὶ σφάκελοι &c.
h 1. Reg. c. 8.
i Plutarc. problem. 17.
k Scribit Ariſtotel. 2. Oeconomicorum.
l Diõ Caſſius, lib 47 Hiſtor.
m Appia. lib. 1. bello ciuil.
n Iuſtinia. in legibus, Georgicis, titul. 1. περὶ γεωργῶν l. 1.
o l. 3. de metallarijs & metallis & procuratorib. metallorum. li. 11. C. ti. 6.
p l. 1. & 5. eod. tit. de metalla.
q authent. generaliter, de epiſc. & cler. §. ad excludendas, de litig. in authent.
r gloſ. in d. authent. generaliter.
s Xenophon, libro 1. rer. Græcarum.
t Ariſt. 2 Oeconomico.
u Strabo, li. 15.

ſtea emẽdatum fuit ab Honorio & Theodoſio C. C.[a] Hodie iure parui ſigilli Montis Peſſulani, quando obligatio iure eius, & ut dicunt, ſecundum rigorem eius facta, accipit uim, nempe ut dicunt. *Quand on leue la rigueur*, decima eius quod petitur, curiæ ſigilli penditur, ut ſi uiginti libræ petantur, 2. & ſi minus debeatur, puta 10. ſi tamen pro uiginti ſigillum imploretur.[b] Nam pro decem tantum libris uel infrà, nemo huic iuri ſubijcitur. Bizantij cum uno & eodem tempore, & annonæ caritate, & pecuniæ indigentia premerentur, nauigia quæ ex Ponto uenerant deduxerunt in portum: cum autem poſt aliquod tempus mercatores moleſtius eam rem ferrent, uſuras illis decimas pro tributo impoſuere. Ementibus autem quippiam id oneris impoſuerunt, ut decimam par-
3 tem ſeorſum à pretio penderent.[c] Eccleſiaſticæ decimæ, in duplici ſunt differentia & quæ ex rebus eccleſiæ, puta beneficijs ſeu de fructibus ſacerdotiorum debentur perſonis non eccleſiaſticis ſeu laicis: & quæ à perſonis laicis & alijs, debentur tantum eccleſiaſticis. Decimæ de beneficijs authoritate Pontificis maximi aliquando conceſſæ ſunt regi Gallorum, & alijs ob iuuandum reipub. Chriſtianæ ſtatum, ad captiuos redimendos, & ad liberandam terram ſanctam, uel ad hæreticorum expulſionem, aliosque ob pios actus: & iſtæ decimæ temporales ſunt.[d] Sic quo tempore auditum fuit in Gallia, omnia quæ tum Chriſtianorum erant in Syria à Saladino Turca fuiſſe profligata, ipſamque ſanctam ciuitatem una cum rege & Chriſti crucem exportatam, tresque tãtum urbes ſupereſſe, Tyrum, Tripolim, & Antiochiam, & caſtella pauca in fide perſtare: Rex Philippus Gallorum Auguſtus, tot malis condolens, cum Henrico rege Anglorum mentem & animum contulit, & Chriſtianis profectionem & auxilium pollicitus, multiq; una ſe cruce ſignarunt. Et cum ad tantam expeditionem pecunia deeſſet, conuocatis Lutetiæ Pariſiorum pontificibus, & regni proceribus, rex petiit anno Domini 1188. annuam decimam eccleſiaſticorum prouentuũ cõcedi, quæ poſtea Saladini decima dicta eſt.[e] Tunc etiam Clemens III. Pontifex Maximus, Poloniæ totius epiſcopis & ſacerdotib' miſſo ad id legato decimam imperauit.[f] Sicut & Clemens poſtea IIII. Germaniæ & Galliæ ad liberãdam terram ſanctam: cui tamen ſe obiecit, & interceſſit non ſoluendam Ioannes Semeca iuris Theutonici doctor, præpoſitus Halberſtatenſis, qui primus decretum gloſſauit, ideo a ſummo Pontifice excommunicatus, & a præpoſitura deiectus.[g] Sicut & tempore Innocẽtij VIII. impoſitis iſtis decimis in fauorem regis anno Domini 1491. 13. Septembris. Gulielmus Capel, rector uniuerſitatis Pariſienſis, necnon ſacræ Theologiæ & Decretorum & medicinæ facultatum Decani, appellarunt ab indictione decimarum beneficiorum, facta ab Innocẽtio, ad ipſum Innocentium bene cõſultum, uel ad concilium proximum generale. Sicuti etiam cum Ludouicus rex Poloniæ, filius Elizabethæ, poſt annum Domini 1376. excurſionibus Lituanorum in Poloniam commotus, expeditionem in eos pararet, datis Domarato ex Vngaria reuertenti mandatis ad Epiſcopos & uniuerſum eccleſiaſticum ordinẽ totius Poloniæ, ſubſidium ab eis, & eorum agricolis ad pium bellum contra barbaros hoſtes petijſſet, ei denegatum eſt: ueritis Epiſcopis, ne munificentia illa ſua in morem, & mox inde in legem
4 abiret.[h] Scribit quidam poſt ſubactos Germanos a Clodoueo, Pipino, & Carolo Magno, nobiles, res eccleſiarum pro beneficijs id eſt, feudis, ex liberalitate regia poſſediſſe, etiã dominicas decimas, quæ ad ſacella regia pertinebant, diuerſas a parochianis: ſed aduerſus hunc abuſum non deſtitiſſe clamare Epiſco-
5 pos. Notant hiſtoriæ certioris authores, Carolum Pulchrum, regẽ Galliarum Ioãni XXIII. Pontif. Maxim. decimas de ſacerdotibus Francicis, ſacri in Ludouicum Barbarum belli nomine, primum denegaſſe: pactione deinde expugnatum conceſſiſſe, ut in partem ipſe ueni-
6 ret.[i] Petrus Luna Benedictus XIII. dictus, in locum Clementis VI. in ſciſmate Pontifex, ut Carolum VI. regem Galliarum in illum motum placaret, regi ius decimæ de ſacerdotibus
7 cogendæ in annum dedit.[k] Impoſuit & uniuerſis Italię & aliorum locorum eccleſijs decimas Bonifacius VIII. pro negotijs, & bello regni Siciliæ contra hoſtes.[l] Anceps certè eſt apud pios controuerſia, num iſtæ decimæ iuſtè a ſa-
8 cerdotijs & eccleſijs exigantur. Monet alicuius meritò ſtomachum infœlix rerũ ſucceſſus, qui contra ſpem eccleſiaſticarum perſonarum ſequitur: dumque uident aliquando eos, qui ex iſtis decimis ſtipendia capiunt, hoſtes eccleſiæ fieri. At ſoluit eccleſiaſticarum perſonarũ marſupia pia cauſa, cuius prætextu fit exactio, uide licet expulſio hæreticorũ, & defenſio fidei: nec bonis parcũt rerum earum cauſa ob quas nec non tantum bona omnia, omnes cuiuſcunque generis, ſed etiam uitam ipſam conferre debemus, ut nos, & pios de mano impiorum redimamus. Animæ quippè hominum, ſunt omnibus uaſis, & calicis, & ueſtimentis, & rebus alijs eccleſiaſticis pretioſiores: & proinde illis indulgendum tunc non eſt, & licitè alienari pro his poſſunt.[m] Caueant itaque qui exigunt, ne abutantur exactis, neve in uſus alios conuertant: non enim perſonis eccleſiaſticis ſolum iniuriam irrogant, ſed Deo & pauperibus, quorum patrimonium abliguriunt. Deus autem non fallitur: metuenda eſt execratio inſuper ſacri prophetæ Dauidis, dum ait Pſalmi octuageſimiſecundi. *Pone principes eorum ſicut Oreb & Zeb, & Zebee & Salmana: Omnes principes eorũ, qui dixerunt hæreditate poßideamus ſanctuarium Dei; Deus meus pone illos, ut rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem uenti, &c.* Sed & priuilegium exigendarum decimarum eccleſiaſticarum cõceſſum intelligimus, dummodo enormiter non lædantur eccleſiæ,[n] ut aliquãdo accidit in Gallia: & nunc potiſſimum, dum eccleſiaſticę perſonæ fructibus ſacerdotiorum ab hæreticis ſpoliantur, & nihiluminus ab exactoribus iſtis decimarum, ad eas ſoluendas miſerè & barbarè adiguntur, contra cõſtitutionem Bonifacij, qui ſtatuit ſolui decimas a ſacerdotia poſſidentibus pro rata pretij, quod a uenditione uel locatione fructuum acceperunt:[o] ſubductis etiam ſumptibus, qui in colligendis & excolendis fructibus impenduntur, in hac ſingulariter decima.[p] Cui tamen ſanctioni harpyæ quotidianę obſiſtunt. Quo tempore ceſſare potius debeat tunc priuilegium, quod oneroſum & durum nimis ſit.[q] Et quãdo alteri ſubueniri nõ poteſt ſine alterius læſione, iuſtius eſt alterũ non iuuare, quã alium lędere.[r] Nam hoc natura introductum, ne quis cũ alterius iniuria locupletetur. Quo

a l. 2. de infr. mand. penis ce lebrat. li. 8. C. ti tu. 18.

b in regijs ordinati. conſtit. de la cour du petit ſeau de Mompelier artic. 5. & ſeq. Rebuff. tracta. de decimis, quæſt. 8. nu. 23. & 23.

c Ariſto. lib. 1. Oeconomicorum.

d c. ſi de decimis, in 6.

e Gaguinus, li. 6. in Philippo Auguſt. Iacob. Meyerus lib. 6. Hiſtor. Flãdr. q. Refert hanc licentiam decimarum, ad 6. annum conceſſam Philippo Pulchro a Nicolao 4. pontifice maxim. Paul. Aemil. lib. 8. in Philippo Pulchro.

f Martin. Chromerus lib. 6. de reb. Polonicis.

g in Paral ppomenis Abbatis Vrſpergenſis.

h Marti. Chromerus libr. 14. de rebus geſt. Polon.

i Paul. Aemil. lib. 8. in Carolo Pulchro.

k Pau. Aemil. lib. 10. in Carolo 6. Gaguinus lib. 9.

l Extrau. 1. de decimis, in Extrauagan. communib.

m l. ſacimus, l. 27. C. de ſacroſ. eccleſ. cano. aurum, 12. q. 2.

n c. ſi de uoto ap. Gregor.

o in ca. 1. §. declaramus, autem, de decim. in Extrau. communib.

p d. clem. 2. §. in ſoluendo.

q ca. ſuggeſtũ, de decimis, & quid per nouale, de uer. ſignif. & c. deniq. 14. q. 5. c. primum. 22. q. 2.

a Iuam hoc ſa ſcm. de códict. indebiti, Liura aaturæ, de reg. Iur. in P.

tur.[a] Quocirca & Clemens V. Pont. Max. in cõcilio Viennenſi modum exigẽdi has decimas ſtatuit, ut ſecundum taxationem communem & conſuetam benaficiorum in locis ubi ſunt, exigantur in pacunia ſeu moneta uſitata in eo loco, nõ in fructibus:[b] neve exactores decimarum, pignoris, ual diſtractionis gratia capiant libros, calices, & alia ornamenta eccleſijs deputata.[c] Notat interpres,[d] & in declarationibus concilij contineri, na qui nõ ſoluunt decimas, per ſecularem cogantur poteſtatem: niſi non ſoluentis tãta eſſe rebellio, ut opus fuerit illius auxilium implorare, ob eccleſiaſticæ cenſuræ

b clem. 1. §. eſt autem. de decim. in Extrau. communib.
c clem. 5. de decim. in Clem.
d glo. fin. in d. clem. 2. de decimis.

10 cõtemptum. Declarauit Bonifacius VIII. quæ beneficia immunia ſunt a decimis iſtis, propria conſtitutione.[e] Atque eximit ab illis, fructus leproſariarum & hoſpitalium, quibus paſcuntur infirmi & pauperes: Monialium, & aliorum regularium fructus, uitæ illorum deputatos. Seculares & clericos, quorum annui fructus non excedunt ſummam 7. florenorum: Itẽ xenia prælatis & alijs perſonis eccleſiaſticis facta. Excipit quoqua à decima hac eos qui penſiones accipiũt à beneficijs pro iuſta mercede, ſeu pro remuneratione obſequij præſtiti uel præſtandi, atque pro illis eaſdem præſtare debere tradit, qui pẽſiones dant.[f] Item & ea immunia ſunt, quæ pro uiſitatione ſeu procuratione in victualibus præſtantur prælatis, pro quibus & ſoluit qui dat, nõ qui accipit. Itam cautum, na ſoluantur da oblationibus & aleemoſynis quę fiunt in opus fabricæ eccleſiaſticæ,[g] nec de reditibus cõfratriarum,[h] nec da ſimilibus.[i] Rex quoque noſter ſanciuit 23. Aprilis 1548. Senatores magni concilij clericos, eximi rationa beneficiorum à contributione harum decimarũ,
11 niſi abbatias ual apiſcopatus poſſiderẽt. Solui autẽ ab alijs debent, etiam da fructibus, ex qui
12 bus fiunt quotidianæ diſtributiones.[k] Porrò, inuenio vſum harum decimarum aliquando inter regum gentilium fraudes & technas: ueluti cum Chabrias Athenienſis Taoni Ægyptiorum regi bellum garenti, & pecunijs indigenti conſuluit, ut aliquis diceret ſacardotibus oportere tum ex ſacris nonnulla, tum etiam ſacerdotum multitudinam ſacris initiatorum, ſubmoueri propter impenſam: quod audientes ſacerdotes, cum uellant omnes penes ſe quiſque ſacrum manere, pecunias tam communes quàm priuatas adferebant: Verum is, vbi ab omnibus accepit, tum iuſſit illis imperari decimam dumtaxat partem eius, quod antehac ſoliti eſſent, tam in ſeipſum, quàm in ſacrum impandere: reliquas verò nouem partes, ſibi ipſis fœnerarentur, donec quod aduerſus regem Perſarum gerebatur bellum finem acciperet.[l]

e in c. 1. de decim. in Extrau. commun. lib. 3.
f d. extrau. 1. §. & piſcib. ſtagnorum. de decim. ver. ſi autem perſonis.
g d. Extrau. 1. de eleemoſynis.
h d. clem. 1. §. ſimiliter.
i vide glo. in c. 1. in uerbo, ſi beneficiorum, de decim. ap. Clement.
k ex clem. 1 §. & quia non occurrit. de decimis. in Extrau. communib.
l Ariſtot. lib. 2. Oeconomicor.

De annatis. Cap. XXI.

1 *Decima quadam data à miniſtris eccleſiæ ſummis ſacerdotibus ex decimis Eccleſiaſticis.*

1 ALiæ ſunt decimæ, quæ à miniſtrorum ſeu Leuitarum portionibus, ſeu ex eorum decimis dabantur ſacerdotibus,[m] ſeu ſummo ſacerdoti. Sic enim ſcriptum eſt præceptum Dei, *Filijs Leui dedi omnes decimas Iſraelis,*[n] *in poſſeſſionem pro miniſterio, quo ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis*. Et paulo poſt, *Pracipe Leuitis atque denuncia: cum acceperitis à filijs Iſrael decimas, quas dedi uobis, & primitias earum, afferte domino, id eſt, decimam partem decimæ, ut reputetur uobis in oblationem primitiuorum, tam de areis, quàm de torcularibus: & de uniuerſis, quorum accipitis primitias afferte domino, & date ea Aaroni ſacerdoti.*

m D. Hierony. ſuper. Ezechiel. in c. 1. de decimis.
n Numer. c. 18.

De decimis parœchis debitis, & earum inſtitutione. Cap. XXII.

1 *Decima quid:*
2 *De inſtitutione decimæ huius.*
3 *Præſtatione decimæ, bona & opes creſcere, & non præſtationis, mala.*
4 *Quis, & quomodo inter Chriſtianos decimas diſtribuerit ſacerdotibus.*
5 *Decimas etiam ſuorum deorum ſacerdotibus ſoluiſſe gentiles exemplis docetur.*
6 *Vuiclefui damnata ſententia de decimis adimendis prælatis ob illorum uitia.*
7 *De decimis ſoluendis lege Francica.*

1 DEcimæ aliæ, quæ à Chriſtianis præbentur, communi iure, ſunt omnium bonorum legitimè quæſitorum quota pars, Deo diuina conſtitutione debita, ſecundum Cardinalẽ.[o] Quæ finitio ſequentibus abundè explicatur. Primum etenim inſtitutio decimarum, quæ præbentur viris cultui diuino Deique miniſterio aſſiduis, noua non eſt: ſed ab omni tempore.
2 Sub lege naturæ namqua ſolutæ à pijs viris ſunt: vt Abraham ſacardoti Dei altiſſimi Melchiſedecho, ex manubijs omnibus hoſtium deuictorum dediſſe fertur.[p] Dixitque Iacob ad Deum, *Cunctorum quę dederis mihi: decimas offeram tibi.*[q] In lega Moſis, *Primitias & decimas tuas*, inquit Daus, *non tardabis offerre.*[r] Et rurſum, *Omnes decimæ terræ, ſiue de pomis arborum, ſiue de frugibus, domini ſunt, & illi ſanctificantur.*[s] *Omnium decimarum bouis, & ouis, & capræ, quæ ſub paſtoris virga tranſeunt, quicquid decimum uenerit, ſanctificabitur domino: Non eligitur nec bonum nec malum, nec altero commutabitur: ſi quis mutauerit, & quod mutatum eſt, & pro quo mutatum eſt ſanctificabitur domino.* Hanc portionem ſibi Deus retinuit ex rebus, non quòd illis egeat, quia omnia illius ſunt, & nullius indigus eſt, & ipſa hac rationa ait:[t] *Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos: quoniam meæ ſunt omnes feræ ſyluarum, iumenta, in montibus, & boues, cognoui omnia volatilia cœli, & pulchritudo agri mecum eſt. &c.* Verum in ſignum dominij ſuperioris voluit ſibi ſolui, non ad præmium ſed ad honorem,[u] quod lætatur Deus veluti autor & largitor bonorum fideli obſequio declaratus. Accedit ideo piè decimas largientibus bonorum incrementum:[x] ut contrà, ſubtrahentibus, veluti ingratis & perfidis diſpenſatoribus, qui talem eum profiteri nolint, & quæ habẽt adimit, & quod non datur Chriſto, capit fiſcus.[y] Et Rabini Hebræorum dicunt[z] מעשרות סיג לעשר; magneſcrot ſeiag lagnoſcer, id eſt, decimas eſſa ſepem diuitijs, ne videlicet defluant. Et rurſum, tradunt ſeptem genera pœnarum uenire in mundum, propter ſeptem potiſſimas præuaricationes: cum ſcilicet quidam decimas pendunt, quidam non pendunt. Et cum ingruit fames ob prohibitam pluuiam: cum

o Cardinalis, conſil. 16.
p Geneſ. 14. ad Hebræos. 7.
q Geneſ. 28.
r Exodi. 22.
s Leuit. 27.
t Pſal. 49.
u can. decimas, 16. q. 1. c. ma, in 2. de decim.
x Malachiæ. 3. cap.
y ca maiores, 16. q. 7. d. c. decimas. 16 q. 1.
z in Pirke abot. ſeu in capitulis patrum. c. 3.

uerò alij eſuriant, alij ſaturi ſunt, efficiẽtes ut
non reddantur decimæ, tum certè fames, quæ
ex tumultu ſeu ſeditione, & quæ ex prohibita
plunia uenit &c.[a] Perſuaſum & Ethnicis ex
decimis oblatis Deo, quem tamen uerum non
colebant, augeri opes. Sicut narrãt Herculem
priſcum in Euandri ara decimas ſoluiſſe, & in
foro boario, illi aræ proximo, etiam ex uoto po
ſteritatem feciſſe decimam, atque receptã opi
nionem, ut qui uellet diues fieri, ſolueret deci-
mas Herculi. Et hinc M. Luculli factas opes.[b]
Macrobius[c] quoque teſtimonio M. Terentij
Varronis in ea ſatyra, q̃ inſcribitur περὶ κεραυνοῦ, maiores ait ſolitos decimam Herculi uo-
nere, nec decem dies intermittere, quin pol-
lucerent populum ad ἀσύμβολον, & cum coro-
na laurea dimitterent cubitum. Et Sylla ex
vniuerſis fortunis decimam Herculi ſacrifica-
nit.[d] Vocat Plautus in Trinũmo hanc decimã,
partem Herculaneam. *Mihi detraxi, inquit, par-
tem Herculaneam*. Et ipſe quoque meminit ex
voto & Herculi decimam dari in Sticho.

a In Pirke aboc. ca. 3.
b Plutarch. in probl. c. 17 rom. & Lucul. lib. de ſacerdotijs, dum agit de Pomp. & Poſtumis.
c Macrob. lib. 3. Saturn. c. 12.
d Plutarch. in fine uitæ Syllæ.

Vt decimam partem ex voto Herculi Polluceã.
Ex quibus mihi etiam conſtare uidetur, deci-
mam partem, non quidem ex lege gentilium
à quibuſcunque aliquando & alicubi debitã;
ſed ex uoto, quod inducebat obligationem, ut
ait Vlpian.[e] Sicut & ante legem ſcriptã, à Mo
ſe traditam, nulla alia uidebatur decimarum
exactio coacta, quã ex uoto, vt liquet ex c. 14. &
28. Geneſeos, ſacerdotibus tamẽ datas, & apud
gentiles aliquos, ex more & quadam lege, po-
terit nihilominus ſuſtineri & conſtare ex Pli-
nio, ut mox dicemus. Has decimas Deus iure
proprio dedit Leuitis, & illis qui ſuo cultui po
tiſſimum deſeruirent.[f] Et proinde illis ſolis
4 non laicis, debitæ.[g] Tranſlato ſacerdotio in fi-
dem Chriſtianã, quando licuit per pacatas per
ſecutiones tyrannorum aucto numero creden
tium, Romæ Euariſtus Pontif. Max. primum[h]
conſtituit curiones, & per loca diſtribuit, qui
præberent ſibi commiſſis ſacramẽta, & eos ab
illis nutriri ſtatuit, vnde parochi dicti ſunt a
mutua præbitione alimentorum & ſacramen-
torum, ἀπὸ τοῦ παρέχειν a præbendo. Deinceps
Dionyſ. 266. idem facere per uniuerſum orbẽ
tentauit, diſtribuitque loca, aſſignatis perſonis
eccleſiaſticis pro reditibus, decimis prædiorũ,
quæ intra limites locorum diſtinctorum conti
5 nebantur.[i] Gentiles quoque in more poſitũ ha
bebant, ſuis ſacerdotibus decimas, ut Dei mini
ſtris, offerre. Sicque ſcribit Plinius,[k] ex thure
quod ex Arabia Sabothã deferretur, decimas
cuidam apud illos fictitio Deo, quem uocabãt
Sabin, non pondere, ſed menſura ſacerdotes ca
pere ſolitos. Et iterum,[l] ex Cynamomo apud
Aegyptios, eis diuidi decimas tradit. Memorat
Herodotus,[m] Cyrum ad portas ciuitatis Lydo
rum quam diripiebant milites, ex ſuis ſatelliti-
bus cuſtodes poſuiſſe, qui uetarent exportari
opes, ut earum decimæ Ioui neceſſariò redde-
rentur. Proinde nec iuſta poſſidentium bona,
querela eſt, qui dum ſibi iudiciũ gehennæ præ-
parant, decimas retinent, uel nõ patiuntur da-
ri curionibus aut alijs eccleſiaſticis perſonis, q
illæ non probè, ut illis uidetur, uiuant, quòdve
prauis uſibus profundant, & auarè petant, quãſ
aliquando diuites ſint. Nam Deo non curioni-
bus propriè debẽtur, etſi mali ij ſint, & Dei no-
mine,[n] ad præbentium potius, quàm recipien
tium utilitatem ſoluuntur. Quod ſi curiones
abutantur iudicium illis erit:[o] at ſi non dẽtur,
6 condemnatio diuina imminet. Et meritò con-

e Vlp. in l. 2. §. ſi de pollicit. l. ga. P. tit. 12.
f Numero cap. 18. c. cauſa car- penſis, de verb. ſign.
g can. prohibe- mus, & c. quam- uis, de decim. can. 2. 16 q. 1.
h Platina in Euariſto. Meminit & Cyprian. li. 1. epiſt. epiſt. 9.
i c. 1. & c. eccle- ſias, 13 q. 1. c. 1. & diſtin. c. epi- ſcopi, 10. diſt. c. poſtulaſti, de ijs que fiunt à prælato ſine cõ ſen. ca. Polydo. Virgil lib. 4 ca. 9. de inuentor. rer.
k Plinius, libr. 12. c. 14.
l Plinius, libr. 12. c. 19.
m Herod. li. 1.
n can. quid di- cam, 14 q. 4. c. forte, 14. q. 5.
o can. clericos, & ſeq. 1. q. 2. c. ult., can. fin. 12. q. 2.

demnata ſententia erronea & hæretica cum
alijs Vuiclefui in concilio Conſtantienſi, quæ
tuebatur decimas puras eſſe eleemoſynas, &
propter peccata prælatorum,[p] poſſe illis adi-
7 mi. In lege Francica ſtatutum, *Vt nonas & deci-
mas non ſolum plebeij, ſed etiam uaſſi, principes, &
comites, ſoluant eccleſiis: & ſi contumaces ſunt, in-
ſuper & bannum regis ſoluant: & ſi ſæpius iteran-
do negent, beneficium amittãt*. Et rurſum,[q] *ut ple-
bani a presbyteris eccleſiarum ter moneantur de
ſoluendis decimis, quod ſi contempſerint, ab ingreſ-
ſu eccleſiæ prohibeantur: & ſi hoc non emendaue-
rint, a miniſtris reipublicæ diſtricti ſinguli per ca-
put, ſex ſolidos componant, & inſuper decimam da-
re cogantur. Et ſi iterum contemptores ſint, tũc per
publicam authoritatem domus uel caſæ eorum bin
ſentur* (puto interdicatur) *quouſque pro ipſa deci
ma, ſicut ſupra dictum eſt, ſatisfaciant. Quod ſi de-
nuò rebelles, uel contradictores eſſe uoluerint, &
ſupra ipſam binſam propria authoritate intrare
præſumpſerint, tunc a miniſtris reipub. in cuſtodiã
mittantur, uſque dum componant, &c.*

p lib. 4. legum Francicarum c. 17.
q d. lib. 4. leg. Francic. c. 19.

De quibus decimæ Eccleſiaſticæ debi- tæ a parœchis, & de diſtinctione earum. Cap. XXIII.

1 *Diuiſio decimarum in prædiales, perſonales, &
mixtas: & quæ perſonales.*
2 *Prædiales quæ, & ex quibus debentur.*
3 *Mixtæ quæ, & ex quibus.*
4 *Generaliter de quibus pendendæ decimæ.*

1 GEneris decimarum eccleſiaſticarũ
quæ præſtantur perſonis, eccleſiæ
miniſterijs, & cultui diuino inſer
uientibus, tres ſunt ſpecies gene-
rales, nempe perſonales, prædiales, & mixtæ.
Perſonales ſunt, quæ ſoluuntur ex fructibus,
ſeu ex rebus, uel lucro induſtria perſonæ quæ-
ſitis: ueluti de aduenientibus ex officio, artificio,
negotiatione, ſcientia, & ſimilibus, quæ præ-
bentur, ſeu ſoluuntur ei eccleſiæ, in qua quis
eccleſiaſtica percipit ſacramenta, licet aliunde
lucrum contigerit.[r] *Offeretis, inquit dominus,
primitias & decimas manuum ueſtrarum*,[s] *& de
2 omnibus quæſitis.*[t] Prædiales ſunt, quæ ex fructi
bus debentur, ut uini, frumenti, & aliorum fru
3 gum decimæ.[u] Mixtæ quæ debentur habita-
tione eorum, quæ ex prædijs partim proue-
niunt, partim ex induſtria perſonarum: quales
decimæ debitæ ex animalibus in eo loco ubi
uiuunt, ex quo alimenta percipiunt, & a per-
ſonis cuſtodiuntur, uel paſcuntur.[x] In ſum-
ma decimæ Deo pendendæ ſunt, uel eius mi-
niſtris ſacerdotibus,[y] omnium rerum quas
licitè quis poteſt acquirere.[z] De prouen-
tu ex molendino etiam uento molente,[a] &
alterius generis, de piſcatione, fœno, lana,[b]
de omni fructu, & de apibus,[c] de uenatione,
de militia.[d] De nouis uiuarijs autem, num de-
beantur hodie decimæ, Papus placita ſenatus
contraria notat,[e] ob conſtitutionem Philippi
Auguſti regis Galliarũ, quæ prohibẽt omnem
inſolitam decimarũ in Gallia exactionem. Por
rò ex turpi & impio quæſtu decimas pſonales
eccleſia reſpuere dẽt, ut ex arte meretricia,[f] &
ab uſuris, ne uideatur author mali Deus, cui
decima offerenda eſt, quem eius quod acquiri
mus authorem profitemur: & cui dicimus: *Quæ
de manu*

r c. ad apoſtoli cæ, c. 20. §. non eſt, c. paſtora- lis, ca 26 de de- cim. li 3. Decre tal. tit. 29.
s Deuter c. 26.
t c. ex tranſmiſ ſa, de deci.
u c. 1 c. ad apo ſtolicæ, c peruenit, de decimis.
x d. ca. ad apo- ſtolicæ, & cap. paſtoralis, cap. commiſſum, de decim.
y ca. reuertimi ni, & c. quicun- que, 16 quæſt. 1. c. ano quadra geſima, de con ſecra. diſtin. 5. c. non eſt in po- teſtate, de deci- mis.
z ca. ex tranſ- miſſa, ca. 23. de decimis.
a d. c. ex tranſ- miſſa, & cap. 5. eod
b ca. peruenit ad nos, eod.
c c. nuncios, c. 6. eod. tit. c. ex parte, 31. eod.
d ca. decimas, 16 q. 1 & can. quicunque, 16. q. 7.
e li. 1. Rapſod. areſto. titul. 12. areſto. 5.
f Deuteron. cap. 23. ibi, Nam offeres mercedẽ, &c. capit. ob- ſeruans, 90. diſt.

de manu tua ſuſcepimus hæc reddimus tibi: omne enim bonum optimũ deſcendens à patre luminis [a]. Item ne delinquendi occaſio detur offerentibus, aut approbare delictum videatur.[a] Si tamen decimæ ſint prædiales, rectè à peccatoribus & ab inuaſoribus accipiuntur: quia egri benedictioné potius, quàm perſonæ referunt, & veluti cenſum exhibent.[b] Statuit & Synodus Tridẽtina,[c] decimas in poſterum ſub excommunicationis pœnæ integrè perſolnẽdas. Exprobrat etiam auaritiem Phariſęorũ Deus, ſed non decimationem ſingulorum, dum ait,[d] *Va vobis Scribæ et Phariſæi hypocritæ, qui decimatis mentam, anethum, & cyminum, & reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis, iudicium & miſericordiã, & fidem: oportuit hæc facere, & illa non omittere.*

[a] Iacob. 1.
a cano. in'rog. 27 q6.4. ante c. ſi tantum. 16. q. 1. c. oblationes, po. diſt.
b ca. de terris, de decim.
c In ultima ſeſſione de reform. generali, c. 12.
d D. Matthæi, c. 23.

De perſonis, à quibus ſoluendæ decimæ. Cap. XXIIII.

1 *Perſonæ omnes ſine exceptione debent decimas ſoluere.*
2 *Quomodo cogantur decimas ſoluere denegantes.*
3 *Colligendi fructus non ſunt, niſi prius moneatur Curio, vt interſit.*
4 *Vel mittat ad decimas colligendas.*
5 *Compenſatio non obijcitur à debente decimas futuras.*
6 *Ex quibus ſoluant decimas abbates & monachi: & Iudæi, leproſi, Eccleſiæ.*
7 *Non ſoluunt decimas ex priuilegio Ciſtercienſes monachi, Templarij, & alij quidam.*
8 *Priuilegium non ſoluendi decimas à quo concedatur.*
9 *Priuilegium non ſoluendi amittitur, ſolutione vna.*
10 *Priuilegiati non ſoluendi decimas, alia contribuunt eccleſijs, & quando.*

1 Quia ex inſtitutione Dei diximus eſſe decimas,[e] & ab omnibus eſſe ſoluendas, non difficile eſt ſtatuere, vt tanquẽ debitum exigi poſſint,[f] vel iuri vendicatione per eccleſiam, tanquam earum dominam,[g] vel conditione ex canone, vnde oritur actio perſonalis aduerſus debentem ſoluere, vt ait Panormit.[h] A laicis itaque dandæ ſine fraude, & ab epiſcopis, & miniſtris eccleſiæ diſcretè diſtribuendæ.[i] Neque propter ſacerdotes malos, vt plerique falsò perſuadent, decimæ negandæ, cùm earum inſtitutio præcipue & primæ fuerit, non propter perſonas ſacerdotum tantùm, ſed ob Dei præcipuè honorem, & præbẽdium vtilitatem, vt ſupra diximus: & ita eccleſiæ potiſſimùm nec miniſtrorum perſonis, ſed officio eorum
2 debitæ.[k] Sunt quippè decimæ vota fidelium, pretia peccatorum, patrimonia pauperum,[l] tributa egentium animarum:[m] & filius Belial, qui hoc prætextu excutere iugum diuinæ ſubiectionis nititur, atque ſacrilegus æternæ damnationis in ſe ſententiam prouocans.[n] Quare poſt admonitionem ſoluendi eſt excõmunicandus.[o] Et ſi clericus aut religioſus poſt duos menſes non ſoluet, vel ſolui prohibeat, vel vſurpat, ab omni adminiſtratione quam habet, officijs, & beneficijs ſuſpendendus, ex concilio Vienneſi.[p] Mandaturque ijs qui verbum Dei prædicent, hortari populum non diſſuadere ſolutionem decimarum.[q] Quod ſi quis adeò ſit contumax, vt ſentẽtiam excommunicationis contemnet, retineatq; nihilominus decimas: poteſt aduerſus eum iudicis ſecularis poteſtas implorari, & ita ſoluere
3 cogitur.[r] Tradit Speculator,[s] eum, cui debetur decima, poſſe interdicere domino fundi, ne fructus colligat vel exportet, niſi aut ſe, vel ſuo procuratore ſeu nuncio præſente, ſi ſe timeat decimæ defraudandum iri. Et ita iudicatum in ſenatu Tholoſano teſtatur Auſtetius,[t] Extant hac de re duæ regiæ conſtitutiones edictales Franciſci primi: prior, anni 1545. prime Martij ſtatuit, ne fructus ex prædijs transferantur vel colligentur à dominis prædiorum, in quibus excreuerunt, priuſquam decimæ & primitiæ ſolutæ fuerint, ſecundum antiquam conſuetudinem. Atque eo tempore certiores fieri debere Epiſcopos, curiones, vel eorum procuratores aut redemptores, aliosque ius decimarum habentes, videlicet ante tranſlationem fructuum, conſtituta pœna aduerſus contumaces cõfiſcationis fructuum, deductis primitijs & decimis: rato tamen manente pacto, & ſine præiudicio legitimæ conuentionis vel tranſactionis inter ſoluentes & recipientes factæ, ſi quæ ſit. Altera conſtitutio edicta fuit 9. Iunij, 1547. qua prædiorũ dominus inhibetur metere ea, quæ decimis obnoxia ſunt priuſquam in ſuggeſtu eccleſiæ populo inibi conueniente prædicta dies metendi fuerit: vt qui ius decimandi haberet, inde certior fieret, & adeſſet, aut alium ſuo nomine mitteret, indicta pœna aliter facientibus damni, & eius quod intereſſet, ſecundum quem & iudicatum.[u] Sic iure ciuili Romæ, quando quarta pars bonorum curialium decedentium ſine filijs, curialibus erat danda, diuiſio fiebat ſub aſpectu curialium.[x] Et certè qui partem habet fructuum aut decimas, condominus videtur eſſe, & partiarius: itaque vocandus, quum omnia præſentibus illis quorum in-
4 tereſt fieri debeant.[y] Et in re communi, potior eſt cauſa prohibentis.[z] Statuit concilium Lateranenſe, laicos decimas retinentes, nec clericis reddentes priuandos eccleſiaſtica ſepultura.[a] Nec in dubium venit puniri debere hos pœnis iiſdem, quibus plectuntur qui tributa interuertunt & denegant, quæ plures ſunt.[b] Sunt quippe & de-
5 cimæ, tributa egenorum,[c] Deo præſtita. Et proinde quemadmodum quis tributa non poteſt eludere obiecta compenſatione debiti:[d] ſic in futuris ſoluendis decimis, compenſatio non admittitur,[e] quamuis in præteritis recipi poſſit.[f] Ergo qui prædia poſſident, quæ ſunt in alterius parochiæ conſtituta, decimas ſoluent prædiales, ſiue eccleſiaſticæ, ſiue alterius notæ perſonæ ſint,[g] præteritas & futuras:[h] quemadmodum nec ſine cenſu, & reliquijs fundus comparari poteſt.[i]
6 Soluuntur de rebus abbatiæ:[k] item ſoluunt monachi, de rebus nuper cultis, ex quibus anteà decimæ ſoluebantur.[l] Et Iudæi quoque de prædijs poſſeſſis, vel ſoluere eas debent, vel prædia dimittere.[m] Et leproſi, exceptis hortis eorum & animalibus, ſi communiter viuant.[n] Soluunt & eccleſiæ decimas de prædijs illis, quæ in dotem aſſignantur, niſi ea modica ſint.[o] Et ita decimarum ſolu-
7 tio ſequitur rem, & eius detentorem.[p] Excipiuntur autem aliqui, quibus priuilegium indultum eſt de non ſoluendis decimis, quales ſunt monachi Ciſtercienſis ordinis, Templarij, & Hoſpitalarij, qui non ſoluunt decimas laborum ſuorum, nec eorum quæ colunt

e c. reuertimini, c. decimas. 16. q. 1. ca. omnes decimæ, 16. q. 6.
f c. parochianos, c. 1. de decimis, cap. tua nobis, ca. grauem, eod. cap. decimas. & ca. ſi quis laicus, 16. q. 1. cano. quia oblationes, 12. q. 2.
g c. moderamine, & ibi glo. in verbo, vendicant. 16 q. 1.
h Panor. in ca. tua, in 2 col. pen. ul. de decim.
i c. præter hoc, 32. diſt. in cano. noſtras, 16 q. 7.
k can. ſi epiſcopum, 16. q. 6.
l can. quia, 16. q. 7.
m ca. decimæ, ead. 16. q. 1.
n ca. 1. 16. q. 7. & in aledictio, Malachiæ, 3. Guid. Papæ, decil. 196.
o c. omnes decimæ, 16 q 7 c. peruenit, 3. de decimis.
p clemen. 1. de decim. in Clement.
q c. 1. de decimis. in 6.

r c. poſtulaſti, c. 21. de homicid. ap. Gregor. lib. 5 tit. 12.
s Speculat. in titu. de decim. circa finem, & ibi interpres Scheuſſius.
t Auſtetius, in additio. ad deciſion. cap. Tholoſ. 419.

u Pap. libro 7. rapſod. areſto. tit. 13. areſto 6.
x L. quãdo & quib. quar. pars debetur. lib. 10. C.
y leg. de unoquoque, de re iudicata in P.
z l. Sabinus, cõmu. diuid. in P.
a cap. prohibemus, cap. 19 de decimis.
b c. ſi tributũ, 11. q. 1.
c can. decimæ, 16. q. 1. c. tua, in 2 de decim.
d l. 3 C. de compenſatio.
e gl. 1. in can. decimæ, 16 q. 1. Ludo. Rom. ſingul. 314. an ſit loc[us], & 343. an ſacerdotis
f c. acuiens, in fine, de tranſa. doctores, in c. tua, 2 de decimis, argu. l. de alimentis, C. de tranſact. l. cum ij, eod. tit. in P.
g d. c. tua. 2. de decim.
h c. acuiens, in fine, de tranſa.
i rubric. ſine cẽſu & reliq. &c.
k c. ſuggeſtum. ca. de decim.
l c. cõmiſſum, ca. 4. de decim. c. fin. §. penult. eod. in 6.
m c. de terris, c. 16. de decim.
n c. 2. de eccle. ædific.
o text. cum gl. in c. 1. de cenſibus, in c. nuper, de decim.
p Ioan. Conſtant. in conſtitution. regias Franc. 2. de litibus breuit. decid. in arti. 180. ſoeu l. penul. & ibi gl. in... & reliq. fund. comp.

pro-

propriis manibus, vel proprijs ſumptibus: de
quæſitis, inquam, ante concilium generale,
etiam ſi noualia ſint,[a] de poſteà quæſitis ta-
men ſoluunt.[b] Alij vero religioſi non ſoluunt
de hortis & nutrimentis animalium, & da
noualibus quæ proprijs excolunt manibus.[c]
Quod ſi non colant manibus ſuis, exemptio
ad noualia non pertinent.[d] Fratres minoritæ
& prædicatorij ordinis, de hortorum fructi-
bus etiam decimas non ſoluunt.[e] At non ex-
tenditur priuilegium, ſi alijs colenda prædia
dent.[f] Sicuti nec immunes à præſtatione deci-
marum priuilegio vti poſſunt, ſi aliena præ-
dia colenda ſuſcipiant.[g] Exempti enim de-
bent decimas ratione rerum, niſi res quoque
8 exemptæ ſint.[h] Convenit autem concedi &
priuilegium hoc ab alio, quàm a principe
temporali ſeu laico,[i] qui id concedere ne-
quit, nempe à Papa ſolo.[k] Porrò alia capi-
ta eorum, qui decimas non præſtant & exci-
piuntur, vide apud Rebuffum tractatu de
9 decim. quæſtione 5. Quibus ſingulare illud
addendum eſt, eos qui priuilegium habent
non ſoluendi decimas, vel qui legitimè præ-
ſcripſerint, ſi eas ſoluerint, renunciaſſe priuile
gio cenſeri,[l] etiam ſemel ſoluendo,[m] niſi cum
proteſtatione ſoluiſſent iuxta ſententiam Bar
10 toli.[n] Obſerua tamen & exemptos à ſolu-
tione decimarum, præbere gratis aliquas por-
tiones eccleſijs parochialibus, ad onera illa-
rum releuanda autoritate epiſcopali. Et hac
ratione ita coguntur Carthuſienſes & Ciſter-
cienſes, qui decimas reſeruant, congruam
portionem curioni conſtituere ad iura epiſco-
palia, & alia onera ſubeunda.[n]

a c.ex parte, c. 30. de decimis.
b c.pen. de decimis.
c d.c. ex parte.
d ad audientiam, c.12.eod.
e c. nimis prauo, c.12 de exceſſi prælato.
f cap. licet, de benignitate, c. 22.eod.
g ca.dilecti, 2. de decim.
h c. 2. §.diœceſani, & ſeq de decim in 6.
i c.100. c 25.de decimis, apud Grego.c. dudū, c.31. eod.tit.
k de hoc latè Rebuffus tract. de decim qō.5. num. 28.29.30. & ſeq.
l c.accedentib. & c. ſi de terra, de priuileg.
m argu c. cum acceſſiſſent, in §. de conſti.
n Bar. in l non ſolum, §. morte, de operis nou. nunciat. ut de hoc teneatur in decim. d.Rebuf vbi ſupra, q.13.num. 113.
n cap. 2. §. vbi autem, & §. religioſos, de decim in 6.

Quibus ſoluendæ decimæ.
Cap. XXV.

1 *Prædiales decimæ ſoluendæ curionibus locorum prædiorum, niſi repugnet conſuetudo.*
2 *Decimæ mixtæ, & animalium, quibus ſoluantur.*
3 *Ex tribus ab animalibus ſoluuntur decimæ, ex fœtu, lacte, & lana, & quibus.*
4 *Eccleſia contra eccleſiam ius decimandi præſcribit, non autem fines Eccleſiarum.*
5 *Quæ requiruntur in præſcriptione decimarum in Eccleſia.*
6 *Laicis præſtari eccleſiaſtica decimæ non debent.*
7 *De decimis conceſſis laicis ante concilium Lateranenſe: Et qui ſunt qui poſſideant, in quos transferre poſſint.*
8 *Quando in feudum laicus poſſit decimas Eccleſiaſticas tenere.*
9 *In quot partes diuiderentur olim decimæ curionibus datæ.*
10 *Quare dabatur decimarum portio Epiſcopis.*

1 PRædiales decimæ ſolui debent cu-
rionibus, in quorū parœchia ſunt
prædia, quę fructus ferunt.[p] Sicut
tributum et ciuitati pendi debet,
vbi ſunt agri,[q] niſi conſuetudo contraria eſſet,
quę ſequenda eſſet, ſi præſcripta.[r] Et ſi in nul-
lius parœchia prędia dicantur, epiſcopalis erit
prouidentiæ aſſignare cui voluerit, vel ſibi re-
tinere.[s] Quòd ſi in vna eccleſia curio ſit præ-
cipuus, quem vocamus priorem, & eius vica-
rius perpetuus, qui dictus rector: decimæ &
noualia curioni præcipuo debentur, congrua
tamen portione reſeruata vicario perpetuo.[t]

p c.quoniam à nobis, c.4. 23 de decimis, c.cum contingat, cap. 29.eod. c.ſtatuimus, c.de deci. ſi quis laic°, 16. q.1.c.1.ca.eccleſias, 13.q 1.c.ſi. de paroch. cap. ex tranſmiſſo, de præſcript.
q l forma cenſuali. §. ſi uero, de cenſib.
r cap. cum ſint homines, c.19. de decim c. ad apoſtolicæ, c.in aliquibus, eod. tit.
s d.c.quoniam à nobis.
t Vide Papam libr. 1. reſpōd. arreſto. titu. 12. arreſto. 7. & 11.

Perſonales, baptiſmalibus eccleſijs debentur
iure communi, aut vbi quis percipit ſacramen
2 ta.[u] Decimæ mixtæ & animalium debentur
eccleſiæ, in cuius parœchia animalia moran-
tur, & paſcuntur.[x] Quod ſi in vna parœchia
hyeme, in alia æſtate morentur: vel paſcan-
tur in una, dormiant in alia, diuidentur inter
illas decimæ.[y] Notant Baldus, Albericus, &
Paulus Caſtrenſis,[z] & poſt eos Nicolaus Boe-
rius.[a] Quod ſi ob bellum, animalia alicuius
parœchiæ fugiant ad aliam, & ibi pariant, de-
cima eſt ſoluenda vbi pepererūt. Tradit & Re-
buffus,[b] communiter ſeruari, potiſſimùm in
patria occitana Galliæ, decimam lactis dari il
li parœchiæ, in cuius territorio mulgentur
animalia: decimam caſeorum uerò, parœchiæ,
in qua caſei fiunt: decimas autem lanæ & fœ-
tus illi curioni, in cuius parœchia naſcuntur.
3 Ex tribus namque rebus animalium pendun
tur decimæ, quia tria in fructu ſunt, fœtus, lac,
lana, ſeu pilos:[c] ex lacte quoque & caſeus, &
butyrum, ut ex lana pannus. Veruntamen ſi
conſuetudo alia recepta ſit, illa ſequenda eſt:
quia eccleſia contrà eccleſiam poteſt deciman
di ius præſcribere:[d] dummodo occaſio conſue
tudinis decimandi non ſit ratione confuſionis
4 uel proximitatis finium parochiarum. Quia
fines pręſcribi non poſſunt, nec conſuetudo ſu
per his tenet.[e] De præſcriptione doceri etiam
debet: alioquin pro curione, utpote in iure cō-
muni ſuffulto ſententia fertur.[f] Quinimo ſi a-
lia eccleſia parochialis uel monaſterium præ-
ſcripſit decimas per quadraginta annos in alte
ra parochia, uel ex priuilegio alias poſſidet,
quam ſuæ parœchiæ, & quædam aliàs non de
cimata decimanda ſint, decimæ illæ pertinent
non ad præſcribentem, ſed ad parochum, quē-
5 admodum etiam noualia.[g] Alioquin eget iſta
oppoſita præſcriptio, non ſolum tempore an-
norum 40.[h] ſed etiā titulo,[i] & bona fide,[k] uel
tempore cuius initium memoria non habeat,
& præſumatur bona fides & titulus. De quo
docere debet qui ſe dicit eſſe in poſſeſſione de-
cimas percipiēdi in aliena parochia, aliter prę
ſumitur ueriſimiliter eas indebite occupaſſe,
cum proueniant ex prædijs in aliena parochia
conſtitutis. Sitq; manifeſtum de iure commu-
ni, niſi aliud oſtendatur ad ſuam parochiā per
tinere, ut expreſsè decidit Bonifacius VIII. pō-
tifex maximus.[l] Oſtenditur autem titulus, uel
per priuilegium conceſſum, uel per compoſi-
tionem, ſeu concordiam, ſeu tranſactionem fa
ctam inter eccleſias de decimis percipiendis,
quæ permiſſa & firma eſt,[m] ſi cum cauſæ co-
gnitione fiat, & cum examine ſuperioris, num
expediat eccleſiæ illa conuentio. Eſt enim ſpe-
cies alienationis, & proinde ſolemnia quæ exi
guntur in alienandis rebus eccleſiaſticis, requi
runtur in decimis a parochia transferendis,[n]
& decretum epiſcopi, ut notat Innocētius,[o] id
eſt, authoritas in inquiſitione utilitatis uel in-
commoditatis eccleſiæ, ſine quibus tranſactio
facta ſucceſſori non præiudicat,[p] ſuper futuris
decimis, quāuis eſſet efficax in præteritis:[q] po-
tiſſimum, cum hodie beneficiarius habeatur
6 quādiu uiuit pro uſufructuario.[r] Et cum deci-
mæ beneficijs ſeu ſacerdotijs adhęreant, ſeu ec
cleſijs, quæ conferuntur perſonis ob diuinum
exequendum officiū, quo non præſtito, nec be
neficij prouētus debentur,[s] planū eſt decimas

u can. de decimis, 16 quæſt. 1. ca. quæſti. eod. c.1. 13.q.1.c. ſi. de parœch. ca. ad apoſtolicæ, c.12 de decim. Diſputat hunc caſum de baptiſmali eccleſia, & quando plures ſint, Rebuf. in tract. de decim quæſt.6. num.8.9.10.11. 12. 13. & ſequ. uide & cap. ad audientiam, 2. de eccleſ. ædifican.
x glo. in c.1 §. item quis unquam. 13. qu. 1. Matthæus de Afflict. in conſtitut. Neapol. rubr de decim. num.23.
y glo. in d.c.ad apoſtolicæ.
z in l.huiuſmodi, § legati, de legat 1.
a Boer. in deciſio.13.num. 34.
b Rebuff. trac. de decim. qō.6. nu.17. & Boer. in §.13. de conſuetu. prædior. in conſuetu. Bituri.
c l. in pecudū, de uſuris in P. §. in pecudum, de rer diuiſ.agr tuſtio.
d ca. ad aures, cap 6 & ca.ueniens, capit. de quarta, ca.4 de præſcrip. c.cum ēt rogat, c.19. & capi. cum in tua. 30 de deci.
e gloſ. & doct. in c.fina. de paroch. c quicunque. & cano. licet, 16. q.3 cap. fin. de paroch.
f c.1. de præſcr. in 6 capit. 2 de reſt ſpol.
g dictis .cc. cū contingat, & cum in tua.
h d.c. ad aures de præſcri. & c. quarta, authen. quas actiones, C. de ſacroſan. eccleſ.
i c.veniens, de præſcrip. c.1. de præſcr. in 6.
k c. ſi diligēti, & c. vigilanti, de præſcr.
l in c. ad decimas, capit. 2. de reſt. ſpol. libr. 1. Sexti, tit. 5.
m c.2. & c. dilecti. de tranſa. c.3. de decim.
n Solemnia, in c. ſine exceptione, 12. quæſt. 2. can. placuit, eu. abbatibus, eod.
o Innocent. in ca. de tranſact.
p c. de cætero, & ca. ueniens, de tranſactio c. ad hac, de offi. vica.
q gloſſ. & interpr. in cap. ut ſuper, de rebus eccle. non alie.
r Ioā. Andreas in glo. cap. præſens, de offic. ordinar. in 6.

s cap. fin. de reſcript. in ſexto cap. eos, cap. ſi quis ſacerdotem, 81. diſtinctio. capi praeter hac, 32. diſtinct. cap. tuores, de cler. excommunica. miniſt. cap. vel paſtoralis, de appell.

laicis

laicis præſtari iure communi non debere eccleſiaſticas: quia idonei ad beneficia tenenda non ſunt.[a] Et cautum quoque expreſsè, non poſſe laicos has decimas ſine peccato retinere,[b] non poſſidere, non præſcribere.[c] Quare qui eccleſiaſticam conceſſerit laico decimam, ab ſtatu ſuo, ſicut arbor quæ perperam terram occupat, ſuccidendus eſt: vt iaceat donec emendet proſtratus.[d]
7 Legimus tamen ante concilium Lateranenſe, quondam in feudum perpetuum quaſdam decimas conceſſas laicis[e] in Gallia, à tempore Caroli Martelli, qui deuictis & expulſis Agarenis, ex conſenſu Epiſcoporum decimas eccleſiaſticas percipiendas quibuſdam diuiſit nobilibus, vt ait Gaguinus,[f] pollicitus eaſdem breui & plura alia eccleſijs ſe reſtituturũ: quod tamen non perfecit, mortuus citius quàm ſperaret: feruntque viſam animam eius deferri per dæmones ad inferos, ab Eucherio Aurelianenſi epiſcopo, viro eius temporis ſanctiſſimo: inuentumque eius mauſoleum, ſeu conditorium vacuum, ſine corpore, & pro eo ſerpentem: quod & ſcribit Paulus Æmilius.[g] Quod in vltionem tantæ vſurpationis videtur accidiſſe, & ob ſacrilegium eccleſiæ illarum cùm nullus princeps, rex vel Imperator has decimas vſurpare, minuſque alijs concedere laicis poſſit:[h] qui ſuis limitibus debeat eſſe contẽtus, non ea quæ Dei ſunt vſurpare.[i] *Quicunque*, inquit Paſcalis, *decimas & oblationes per poteſtatem ſecularem obtinet, proculdubiò contra Deum & ſanctorum patrum nititur ſanctiones*. Quinimò & qui accipit, & qui tradit, raptor & ſacrilegus iudicatur.[k] Quare concilio Lateranenſi, quod tempore Innocẽtij II. põt. max. habitũ Romæ, coactis 1000. patribus in Laterano,[l] hic abuſus emendatus eſt,[m] & ſtatutum, ne laicis in poſterum dari iſtę decimę poſſent. Et pro iam poſſeſſis, cùm non poſſent omnino eis eripi commodè, quædam remedia inuenta ſunt, quibus redire poſſent ad eccleſias vnde exierant, ſublatæque cauſę quibus aliò poſſent trãsferri. Et proinde prohibitum, ne laici decimas cum periculo animæ ſuæ detinentes, in alios laicos poſſent aliquomodo transferre: & ſi quis recepiſſet, vel acceptas eccleſiæ non reddidiſſet, eccleſiaſtica ſepultura priuaretur.[n] Prohibitum quoque, ne alias quàm proprijs poſſint relinquere eccleſijs, neve eas impignorare laicis liceret.[o] Non etiã infeudare monachis, niſi de epiſcopi conſenſu.[p] Et quamuis probentur decimæ eccleſiaſticæ infeudatæ per principes ante concilium Lateranenſe laicis, non tamen ſequitur poſſe licitè nunc detineri:[q] niſi dominus eas ſe iure habere probet, uel eccleſiæ tantumdem elargitus ſit de re maiori vel æquali, idque cõſtet.[r] Fidem autem faciet per ſe, remuneratas non fuiſſe eccleſias, quarum decimæ retinentur, ſi illæ non habeãt bona temporalia, vnde retineri iure non poſſint. Et argumẽto, ducto à ſolutis, præſumendum eſt fuiſſe à laicis vſurpatas:[s] potiſſimum cum retulerimus tempore Martelli malo initio cœpiſſe retineri, ut uix ſit præſumẽdum eas bonum exitum habituras.[t] Et ſi à ſummo pontifice approbatam detentionem oſtendat laicus, tunc ex cauſa forſan illi permittentur: ſed perceptio decimarum cõceſſa, ad noualia adhuc non extendetur.[u] Nõ negandum tamen decimarum fructus ad vitam præſtari poſſe laico ex cauſa, ſed non feudũ.[x] Quia & vẽdi poſſit.[y] At iure ſucceſſionis tenere nequeunt,[z] nec pſcribi à laicis.[a] Tradũt ẽn[b]

a c. cum adeò, de reſcript. ca. ex literis, de tranſact. c. 2. de iuſtitu. clemen. quia contingit, §. vt autem, de relig. dom.
b ca. peruenit, 1. q. 3.
c c. cauſam, §. quæ, de præſcrip. c. cum, 2. 16 q. 7. c. fina. 16 q. 1.
d c quamuis, 17. de decim.
e c. cum apoſtolica, ca. 7 de his quæ fiunt à prælat. ſine conſen. & c. lib. 3. Decretal. tit. 30 c. tua, 10 1 §. §. eod. tit.
f Gaguin. in uita Caroli Martelli.
g Paul. Aemil. libr. 2. Histor. Franc.
h c. dudum, c. 31 de decim.
i c. imperium, 10. diſt.
k c. cauſa, c. 13 de verb. ſign. c. nulli, & cano. quoniam liceat 23. quæſtio. 2 c. ex tranſmiſſa, de decimis.
l Volaterr. in Innocen. Otho Friſingenſis li. 7 c. 31.
m c. 2 §. ſanè, de decim. in 6. c. cum & plantare, capit. 3 de priuil. g. lib. 5. Decretal. tit. 3. c. prohibemus, can 19. de decim. capit. ad hoc, eod.
o c. ſi de decim.
p c. 3 §. ſinè, de decim. in 6.
q c. ſi laudum, de decim.
r per capitu. cum, §. ſed per mutare, 10. q. 6. 3. c. 1. de rer. per mutat.
s c. fin. de reſt. ſpol. in 6.
t can. principatus, c. cum ſam. 1. q. 1.
u c. tua, in 2. c. 31 §. ſi de decimis, c. 2. §. fina. eod. in 6.
x gloſ. in capi. quamuis, in verbo, conceſſerit, de decim. per cap. 2. de her.
y cap final. ne prælati uices ſuas.
z c. ad hæc. ca. 25. de decimis.
a c. cauſam, & ibi interpr. de præſcript.
b Ioan. Andr. Henric. Boich. in c. cum apoſtolica, de his quæ fiunt à prælat. ſine cõſen. cap. Dum in cap ſtatuto, de decimis, in 6.
8 laicos poſſe decimas eccleſiaſticas poſſidere in feudum eccleſiaſticum, duobus concurrentibus: primò, ſi eas poſſederint, tãquam vallalli eccleſiæ, à tempore cuius initij non extet memoria. Dehinc, ſi ſit fama, quod eas habuerint ante concilium Lateranenſe, & ita concluſum fuit in capella Tholoſana.[c] Poſſunt & ex cauſa & priuilegio concedi laicis, perceptiones de-
9 cimarum, non ius decimarum.[d] Diuidebantur aliquando beneficiorum decimæ, oblationes, reditus eccleſiæ olim in 4. partes: quarum una epiſcopo, altera ſacerdoti, tertia fabricæ, quarta pauperibus dabatur.[e] Aut aliter portiones pro conſuetudine locorum & eccleſiarum cõſtituebantur.[f] Sed & hic præſcriptio contra epiſcopos quadragenaria locum habet:[g] & ideo conſuetudinem eccleſiarum inſpicimus,[h] potiſſimum cum alia iura epiſcopalia à clericis præbeantur prælatis, & onera eccleſiarum ſint præpoſitorum earũdem: licitumque ſit vnicuique expreſſe uel tacitè renunciare iuri in fauorem ſui introducto.[i] Quare poteſt & hoc ius
10 donare epiſcopus eccleſijs ſi habeat.[k] Dabantur itaque portiones antiquitus epiſcopis ex decimis, & mortuarijs, & oblationibus,[l] in remunerationem onerum, quæ ſubit ſingularum eccleſiarum ſuæ dioceſeos, ordines conferendo, chriſma conficiendo, baſilicas dedicando, moniales conſecrando, prædicando, & id genus alia faciendo, quæ videbis apud Speculatorem,[m] & Bertachinum.[n] Quodque tunc eſſent epiſcopi pauperes, nec proprij reditus ad ſumptus ſufficerent. Qua ceſſante nũc cauſa, & illorum prouentibus auctis, portiones illis præſtari ſolitę, relictæ ſunt proprijs vſibus, & reparationi ſuarum eccleſiarum.[o] Nec omnia tempora eandem habuerũt regulam, cum & priſcis temporibus nondum diuiſis à Dionyſio decimis, decimæ & oblationes Chriſtianorum ſolum darẽtur epiſcopis, vt eas diſtribuerent viduis, egenis, & egentibus clericis ex conſtitutione apoſtolorum:[p] & aliquando, ut alibi docemus, ijdem epiſcopi & presbyteri. Cæterũ iſtę portiones epiſcopis olim datæ, nõ decimæ decimarum ſed participatio decimarum & oblationum, ueluti ea quæ à monaſterijs, in quibus parochianus eligit[q] ſepulturam, eccleſijs prębentur parochialibus, non ſunt uerè dicendæ decimæ, ſed portiones. Nouum enim eſſet genus decimarum, ut clerici pares, à paribus clericis, decimas exigerent ex decimis.[r]

c deciſ. capel. Tholo 419. inde ſolito. Nic. Boerium in cõment. ad conſuetud. Bitur. §. 1 de præſcri. & in §. 11. de conſuetu præd.
d ca. quamuis, de decimis. ca. Adrianus, 63 diſtinct. can in ſynodo, 27 diſt.
e ca. quatuor, & c. Volterrana, & concedimus. de reditib. 12. q. 2 c. vnum in quæ. 1. c. conquerente, de off. ſic ordin.
f ca. antiquos, 12 q. 1 can. conſtitutum, 16. q. 1. c. 1 de ſepult. ca. de his, cano. decernimus, 10. quæſt 1.
g c quarta, de præſcript.
h vide gloſſ. in c. cum ſoci. c. 21 c. 19 in verbo, de iure communi, de decimis.
i l. ſi quis in cõſcribendo, C. de paſt. & de epiſc. & cler.
k ca. ... 12 q. 2.
l Clem. dudum, de ſepul. l. cum ſuper. de ſepul. in Specul. in §. 1 de ſtat. monachor.
n Bertachin. tract. de epiſc. 4. part. ...
o c. priſcis quidem canonib. & can. vnio. 10. quæſt 1.
p Clément. lib. 8. a conſtit Apoſtol c 29 & ca. videntes 12 q 1 ſ. et e. 4 actuum
q ca 3. & c his que, & c. 10 noſtra, c. certificari, c. cum ſuper, de ſepult.
r ca. de decim.

De ipſa decimatione, modo, & tempore decimandi. Cap. XXVI.

1 *De quota decimæ, & quomodo vera decima minus poteſt tranſactione, & conſuetudine.*
2 *Quomodo granum in palea ſolui debet.*
3 *Quo tempore ſolui debent perſonales & prædiales, & de deductione, quæ ſit ante ſolutionem decimarum.*
4 *De quantitate ſoluenda in decimis vtriſque, prædialibus, & perſonalibus: & quod de minutis non ſoleret exigi.*

1 IVre communi integrè decima, ut dictum eſt, de ſingulis rebus debetur. Verumtamen interdum minus præſtatur, nempe uel uiceſima, uel alia pars ex conuentione ſeu tranſactione

ſactione parochianorum, & curionis,[t] vel eius qui exigit: illa enim tranſactio permiſſa, ut & illa, ne de aliquibus rebus præſtetur decima, vt de minutis ſeu alijs.[a] Diminutio namque decimę veræ, laicis conſenſu epiſcopi fieri procul dubio poteſt, ſi accedat & temporis interuallum, quod illud firmauerit:[b] at remiſſio aliquorum decimæ non ualet, niſi ſolo confirmante ſummo pontifice, qui ſolus à decimis ſoluendis eximit.[c] Neque alienum à iure eſt, pro decimis præteritis fieri tranſactionem, quia debentur, & æſtimari poſſunt, pecunia:[d] at de futuris, nec dubium valere quamdiu trãſigens vixerit,[e] non poſteà, niſi authore ſummo pontifice, & niſi quędam dentur alia eccleſiæ in remunerationem ratione permutationis:[f] potiſſimum ſi ſpiritoale ſpirituali, uidelicet cum iure decimarum, permutetur.[g] Conſideranda & conſuetudo ſeruata in loco decima-
2 rum, & ſequenda.[h] Iure communi decima granorum, quæ paleam habet, in palea debet ſolui, quia palea eſt in fructu:[i] eaque fructibus ſtatim collectis,[h] quia ſcriptum, *Decimas &*
3 *primitias tuas non tardabis offerre*.[l] Perſonales tamen ſunt ſoluendæ in fine anni ſecundum interpretes,[m] ut prædiales, frugibus collectis, uel conſuetudo ſi alia ſit, ſequenda.[n] In perſonalibus tutius duco ſtatim ſolui & ſeparari.[:] Prædiales prius ſoluuntur, quàm cenſus prædij domino, nam & ab illo accipiunt,[o] & prædiales quidem nõ deductis expenſis culturæ, uel collectionis, ſeminis, uel ſimiliũ:[p] perſonales autem admittunt quandam expenſa-
4 rum ſubductionem.[q] Quicquid decimũ uenerit de his, quæ tranſeunt ſub uirga paſtoris, ſi alia non ſit conſuetudo, ſiue bonum, ſiue malum, decimarum nomine erit,[r] & decimum natum. In perſonalibus decimis ualet etiam conſuetudo, ut modicum pro illis ſoluatur: licèt enim non detur integra, tamen ex dato honoratur Deus.[s] Quanquam decimæ perſonales hodie non ſint in conſuetudine ſecundum Abbatem.[t] Sic dicunt interpretes, conſuetudinem non ſoluendi decimas ualere, quia dando quicquam pro decima, præceptum Dei impletur de ſoluendo.[u] Sic laicus poteſt præſcribere decimas in quota, vt non ſoluat integrã: ſed uel duodecimam, uel uiceſimam, uel aliã partem.[x] Sicque iura, quę dicunt ſoluendas integras decimas, intelligenda ſunt, de integritate ſolita, & nõ deductis impenſis:[y] uel ſi aliter ſe non habeat conſuetudo, uel præſcriptio:[z] niſi curio indigeret, uel ex quota conſueta uiuere non poſſet: tunc enim petere poſſet integram decimam.[a] Imo tunc & perſonales exigere:[b] non enim ei qui ſeminat ſpiritualia, tēporalia neceſſaria neganda ſunt, ut ait D. Paulus.[c] Ita abſolutè non poteſt ullo tempore, etiam cuius nõ extat initij memoria, nec ullo modo preſcribi ius non ſoluendi à laicis ullas decimas:[d] quota poteſt, & ita iudicatum.[e] Suſtinentur porrò conſuetudines, & probatæ cēſentur tacitè à ſummo pontifice, ut decimæ relinquantur in agro, dummodo moueat curio antequam ſeparentur: ut non ſoluatur de quibuſdam minutis decimæ, dummodo ſit preſcriptio, cuius nõ extet initij memoria.[f] Et in Gallia ex conſtitutione Philippi Auguſti, anni 1304 non poſſunt exigi decimæ de rebus minutis, de quibus antea nunquam probantur exactæ, ut & ſæpe iudicatum.[g]

De alia ſpecie decimarum, quæ ſeparabatur à bonis per laicos. Cap. XXVII.

1 DIuus Hieronymus ſuper Ezechielem meminit de alia ſpecie decimarum, quas unuſquiſque de populo Iſraelis ſeparabat, ut comederet eas, cum iret in templum in Hieruſalē, & in ueſtibulo templi ſacerdotes & Leuitas inuitaret.[h] Forſan in locum iſtius moris ſucceſſerunt conuiuia, quæ pij homines ſolent anniuerſariorum nomine, ſacerdotibus, & eccleſiaſticis perſonis exhibere, poſtquam unà preces fuderunt.

De bonis eccleſiæ temporalibus extra decimas & Primitias. Cap. XXVIII.

1 *Confutatus error eorum, qui adimunt Eccleſiis alia bona temporalia, quàm decimas & primitias.*
2 *Hiſtoria & tempora ſucceſſus, quomodo in eccleſiam pertineant bona temporalia: & de conſtitutionibus, quibus bona eccleſiis conſeruata ſunt, & de bellis eorum cauſa.*
3 *De comite Cabilonenſi capto à dæmone, quòd eccleſiaſtica bona vſurpaſſet, & de pœnis rapientium bona eccleſiæ.*
4 *Reiectio exemplorum rapientium bona eccleſiæ.*
5 *De immunitatibus rerum eccleſiaſticarum, & quæ onera præſtent.*

1 PLures ſunt, qui pertinaciter cōtendunt, perſonas eccleſiaſticas ulla bona temporalia alia poſſidere non debere, quàm primitias & decimas. Fucum addunt, ꝙ dum terrã promiſſam adeptus eſt populus Hebræus, eaque diuiſa eſſ inter tribus, nullius partis poſſeſſio relicta ſit ſacerdotibus:[i] ſed eius loco illis & Leuitis fuiſſe primitias tantũ & decimas.[k] Et apud Ezechielem,[l] dum officium ſacerdotum eorũque ornatus deſcribitur, inter cætera dictum. *Non erit autem eis hæreditas eorum, & poſſeſſionē non dabitis eis in Iſrael: ego enim*, inquit Deus, *poſſeſſio eorum: uictimam ipſi et pro peccato et pro delicto comedēt, & omne uotum Iſrael ipſorum erit &c.* Item, ꝙ naſcente eccleſia omnia uendebant Chriſtiani, & in commune conferebãt.[m] Facit & quod ſcriptum eſt. *Si uis perfectus eſſe, uēde omnia quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me*, ait Dominus.[n] Verumtamen hæc leuiora ſunt argumenta, quàm poſſint eripere Deo conſecrata & eius cultui. Siquidem ut primũ euellamus zizania, admittimus quidem, nihil à Deo pręter decimas, & oblationes, & uota, & primitias fuiſſe ſacerdotibus conceſſum, uidelicet non datam partem poſſeſſionis terræ, ut de ea negotiari & diſponere ut aliæ tribus, tanquã de proprijs poſſent.[o] Et nos maximè probamus uitam eccleſiaſticarum perſonarũ, quibus nihil proprium eſt, quò curis diuexentur profanis, Quia & nomen clerici oſtendit ſatis portionē eorũ eſſe Deum ſolũ. At nihil illud
prohibet,

a c. 3. & c. veniens, de tranſact. ca. nuper, eod. Panormit. in capi. dilecti, eod. in fine.
b Innocent. & Decius, in capi. venerabilis, de confirmat. uti. vel inutil.
c c. uenerabilis, & ibi Pano. de confirm. uti. vel inutil.
d ca. ſuper eo. de tranſact.
e c. 3 & ca. ueniens, de tranſactione.
f c. ad quæſtiones, de rer. permutat.
g c. inſuper, de tranſact.
h c. aliquibus, & ibi Innocen. & c. apoſtolicæ, de decimis. Ioannes Andr. in c. 1 de decimis, in 6. c. eccleſias, 13. q. 1. Guido Papa, ſingul. 496.
i Specul. titu. de decimis, §. uno. Guido Papa, ſingul. 704.
k c. cum homines de decim.
l Exodi 22.
m gloſ. in c. peruenit. in verbo anno, 16. q. 1. Pan. in c. peruenit, de decim. Eldrg. c. 30 in fin.
n ut ait Collectar. in c. cum homines, de decimis.
o c. tum non ſit a 3. de decimis.
p c. cum homines, c. 7 c. non eſt in poteſtate, cap. 22. c. tua nobis, 26. de decimis.
q c. paſtoralis officij, c. 28. eo. de decimis.
r Leuitic. 27 ca. nun. omnes decimæ, 16. quæſtio 7.
s Rebuffus, in tracta. de decimis, q. 13. num. 44.
t Abbas, in c. cum ſint homines in 1. col. 1, de decim. Boerius in §. 12. de conſuet. præd. in conſuetud. Bituri.
u Innoc. Pan. & alij, in ca. in aliquibus, per illum text. de decim. ubi non ſequuntur contrariam ſententiam Hoſtie.
x c. commiſſũ, c. dilectis, capit. cum ſint, & c. in aliquibus de decim.
y d. c. commiſſum, de decim. Barbat. in capi. Raynald., col. 6. de teſtam.
z Rebuffus, in tracta. decima. q. 13. nu. 58
a Angel. de Clauaſio, in verbo, decima, num. 4.
b Hoſtienſ. in ca. aliquibus, in fin. de decimis.
c 1 ad Corinth. 9.
d c. cauſam, & ibi Abbas & Felin. de præſcriptio. & Barbat. conſ. 58. incipit ſapienter, col. 6. can. decimas, 16 quæſt. 1.
e Guido Papa, q. q. 18. Hoſt. in ſumma de decim. f Vide Rebuff. tracta. de decimis, q. 13 nu. 50 & 51 & 53 vide Nicola Boer. in §. 12 de conſue. prædio. in conſuetud. Bitur. Cardinal. de Zabarellis conſil. 144.
g Boerius, Id. §. 12 & Papo in rap'odi. areſt. 1 & in poſtrema parte ſtili parlam. Aufrerij. extat conſtitutio Philippi, 4. tit. de decim.
h c. 1. de decl. can. eccleſias, §. item cum decimas, 13. q. 1.
i Numero. 18. Ioſue c. 14.
k Numer. 18.
l Ezech. c. 44.
m Actuum, 4.
n D. Matt. 19. D. Luce, 18. & 22.
o can. clerus, 21. diſt.

prohibet, quin eccleſiæ quædam propria eſſe poſſint, ut oblata a fidelibus. Sicut & in lege Moſaica, qua prohibita erat poſſeſſio hæreditaria ſacerdotibus, non erat prohibitum agrũ ſuum, poſſeſſionem ſuam, domum ſuam conſecrare domino, ſed & illa conſecratio ad ius pertinabat ſacerdotum, nec ab homine pote-
2 rant adimi, uel redimi.[a] Bona eccleſiaſtica ſũt ad nutriẽdos clericos deſtinata & oblata Deo, ut cultus eius dignè & honeſtè fiat: cum digni ſint, ut de altari uictum ſumant: qui ei inſeruiunt:[b] nec alligandum ſit os bouis triturantis.[c] Et ab initio quidem eccleſia naſcẽs, dum eſſet Hieroſolymis & inter Iudæos, nullã poſſeſſionem ſibi conſeruabat, ſed fideles omnia uendebant, & pretium communicabant:[d] nec ſolum eccleſiaſticæ perſonæ id faciebant, ſed omnes diſcipuli, qui credebant in dominum noſtrum Ieſum. Velleraque eccleſiæ cenſores, quod reprehendunt in eccleſiaſticis, in ſe quoque reprehendere eadem ratione: id autem fiebat, non quòd eccleſia poſſeſſiones temporales contemneret, ut contrarias legi Dei, ſed quia ſatis uictui neceſſaria ferueſcente fide ſubminiſtrabantur. Et quòd transferendam eccleſiã præuidebant in gentes. Et proinde translata eccleſia, Chriſtiani didicerunt, perſecutionibus agitati ſæpe infidelium, cultũ Dei uix reſtitui poſſe ſine temporalium auxilio, & proinde in poſterum non omnia oblata uendenda eſſe, ſed in eccleſia conſeruari uoluerunt:[e] ut ſedatis perſecutionibus, prædia eccleſiaſtica oblata & Deo conſecrata, auxilio eſſent cultui diuino. Neque etiam omnes baſilicæ uel tẽpla, ubi exhibetur cultus diuinus, decimas habẽt, ſed tantum parœchiales eccleſiæ: quare oportuit & alia bona Deo conſecrari, quibus qui ibi Deo continuè inſeruirent, alerentur,[f] permiſſumque eſt ideo publicè a Conſtãtino Magno eccleſiæ hæreditates relinquere, & fana extruere.[g] Neque enim propter nouas eccleſias priori eccleſiæ decimæ ſunt ſubducẽdæ.[h] Et ita probè ſtatutum, ne poſthac ſacræ ædes ædificarentur ſine conueniente dote, qua ſuos Leuitas poſſet nutrire.[i] Statuit tribus conſtitutionibus Emanuel Comnenus Cæſar oriẽtis, ut eccleſiarum & monaſteriorum bona immobilia, intacta ſint a manu fiſci, ſiue cum titulo, ſiue ſine titulo poſſideantur, quodq́; bulla aurea confirmauit.[k] Idipſum ſanciuit Alexis Cõmenus ſecundus alius orientis Cæſar.[l] Iubet Theodoricus Gothorum rex, ſcribens Ibæ uiro ſpectabili duci,[m] poſſeſſiones Narbonenſis eccleſiæ, ſecundum Alarici præceptum a quibus liber peruaſoribus occupatas, etiam manu militari reſtitui. Idemq́ue Adilæ ſcribens,[n] *Specialiter, inquit, eccleſias ab omni iniuria reddi cupimus alienas, quibus dum æquabilia præſtãtur, miſericordia diuina acquiritur.* Et anno Domini 1099. bellum in eos ſuſceptum eſt, qui ſacerdotum eccleſiarumque fundos inuaſerant: apud Pariſios, Bocchardus a monte Morentij: apud Bellouacos, Drocus Mõtiacus: Rhemis, Elbo Roſſiacus: apud Aureliſos, Leonet[9] Magdunenſis: alijſq; in locis a filio Francorum regis Ludouico, & Roberto Flandrenſi comite uicti ſubactive ſunt, & eccleſijs ſuæ cuique res reſtitutæ, ut author Meyerius.[o] Pipinus rex cõtra Vuaifarium regem Aquitaniæ, cũ res quæ in ſua poteſtate erant, & ad eccleſias ſub manu Pipini regis conſtitutas, pertinentes, reddere rectoribus ipſorum uenerabilium locorum monitus per legatos recuſaret, bellum mouit: & contractis undique copijs Aquitaniam ingreſſus, bello ſe res & iuſtitias eccleſiarum exacturum pronuntiauit, & ita coegit imperata facere.[p] Alexãder Magnus, cum Thebas, quæ ante defecerant, ui recepiſſet, & in ſeruitutem Thebanos redegiſſet, agros eorum, niſi qui ſacri eſſent, inter ſocios auxiliares diſtribuit.[q] Paulus Aemilius ſcribit[r] in quiete a bello Anglico, duos Guillelmos, Anicienſem Cabilonẽſemq́; Comites, eccleſijs ſuis infeſtos, regijs
3 armis Galliæ Ludouici iunioris coercitos, & tandem Cabilionem comitem dum frequenti procerum cõuiuio epularetur, ab ignoto quodam equo pro foribus ſedente euocatum exiſſe: coactumque è ueſtigio conſcendere, è conſpectu procul raptum, nec deinceps uſpiã cõparuiſſe. Scriptum in iure pontificio, *Si qui res eccleſiæ petunt a regibus, & horrendæ cupiditatis impulſu egentium ſubſtantiam rapiunt, irrita habeantur quæ obtinent, & a communione eccleſiæ, cuius facultates auferre cupiunt, excludantur.*[s]
4 Scio multos & rebus eccleſiarũ inuidiſſe, & ſibi magis quàm Dei, piorumq́; uſib[9] malle, & ideo & profana quędã exempla in ſuę improbitatis authoritatem contorſiſſe, & pietatem quandã pro fuco obieciſſe. Scio olim Romanos Flamines, Augures, Salios, Fæciales, pontifices cõferre pecunias coactos, quæſtoria & tribunitia ſẽtentia, ut ciuitatis ęs alienum, priuatis exſolueretur, qui exhauſto ante bellũ Macedonicum ærario, nũmos in militaria ſtipendia crediderant.[t] Et ſcio Athenienſiũ lege Triarchiarũ & collationum in bellum ciuitatiſq; ſalutẽ, neminem fuiſſe immunẽ, nec poſteros quidem Harmodij & Ariſtogitonis.[u] Noui decimas quoq; & a beneficiatis exactas, & nunc exigi, pro rebus temporalibus releuandis, ut docuimus in decimis. Sed uideant qui machinas aſtruunt iſtis ratiunculis uel exemplis, nũ Deus falli poſſit, num ue dignũ Chriſtiana pietate ſit, prædia quæ libera facta ſunt iure morticinij, & a cõmercio hominum ex conſenſu principũ ſubducta ſunt, quæ Dei ſunt, minori gaudere priuilegio, quàm prædia nobiliũ, qui tantum regi tẽporali inſeruiunt, pro quorumque
5 morticinio, nec quicquã rex accepit. Immunitas rerum eccleſiaſticarũ multiplex eſt, quę perſonas & res ipſas reſpiciat. De perſonis alibi. Rerum immunitas latiſſima ex decretali Bonifacij[x] VIII. Sum. Pont. qui prohibuit tributa, indictiones, canones, & onera ulla imponi clericis etiã pro rebus ab illis poſſeſſis, & clericis, nec ſoluerent ſine permiſſione apoſtolica: perſonas ſingulares conſtitutioni cõtumaces excõmunicans, uniuerſitates interdicens. Cęterum quia illa conſtitutio in odiũ regis Galliæ facta fuerat, reuocata eſt per Clementem V. in concilio Viennenſi.[y] Et reſtitutũ ius antiquũ, quod promulgatũ antea fuerat in concilio Lateranenſi & generali, quo quidẽ nõ licet laicis imponere collectas uel ſubſidia angariarũ & ſimilia, niſi in cauſa neceſſitatis ob communẽ utilitatem, & conſulto Sum. Pont.[z] Iure ciuili immunes res eccleſię a ſordidis muneribus, ab extraordinario, & ſuperindicto, uel alio onere excepto ordinario canone & aduẽtitia neceſſitate,[a] immunes a lucratiua deſcriptione.[b] Cõfert eccleſia ad refectionem põtium & uiarũ,[c] ad angaria ob aduentum principis.[d] Confert & naues ſuas rebus transferẽdis publicis.[e] Et clerici pro prædiis propriis tenẽtur ad fiſcalia onera,[f] ad tributa, cenſus, & alia onera quę rebus inhærent,[g] ad alia onera epiſcopalia.[h]

Sunt

a Leuit. ca. 27. cano. nulli liceat, 12. q. 2.

b c. cum ſecundum apoſtolũ, c. 2. cap. epiſcopus, c. extirpandæ, § final de præben. c. cũ ſit Romana, de ſimonia.

c ad Galat. 6. Deuteron. 25. Matth. 10. Mar. 6. Luc. 9.

d Actuum. 4.

e ca. uidentes, & c. futuram, 12. q. 1.

f ca. ſeluit... de præbend. in extrauag. communib.

g can. uidẽtes, 12. q. 1. l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ.

h canc. ſi quis laicus, & ca. de decimis. § ſi ergo, 16. q. 1.

i canc. nemo, de conſec. diſt. 1. c. 3. de cenſ.

k libr. 1. iuris orientalis conſtitution. [illegible] ut eccleſiarum & monaſteriorum quæ ſunt ad urbem immobilia intacta ſint à manu fiſci.

l in libr. 1. iur. Orient. in eius conſtitut. [illegible] ne monaſteriorũ prædia deſcribantur.

m Caſſiod. lib. 4. uaria. epiſto. 17.

n Caſſiod. li. 2. uaria. epiſt. 29.

o Iacob. Meyer. in libro 4. hiſtoriæ Flandriæ in Franc.

p Ammonius, libr. 4. de geſt. Franco. c. 65.

q Arrianus li. 1. de expedit. Alexandr.

r Paul. Aemil. libr. 5 hiſtoriæ Francorum, in Ludouico iuniore.

s c. 2. de rebus eccleſiaſt. non alie. c. cauſam, de uerb. ſig.

t Liuius, lib. 3. decad. 4.

u Demoſthen. contra Leptinem.

x capi. clericis, per totum, de immunita. eccleſ. in 6. lib. 3. tit. 34.

y Clemen. unic. de immun. eccleſ. li. 3 tit. 17.

z c. non minus, c. 4. c. aduerſus conſules, cap. 7. de immuni. eccleſ. ap. Grego.

a l. placet, l. 5. de ſacroſ. eccl. ubi quæ ſunt ſordida, ſuper indicta & canonica onera, per gloſſam explicat.

b l. ſancimus, l. 10. de ſacroſ. eccleſ.

c l. ad inſtructionẽ, l. 7. de ſacroſ eccleſ.

d l. neminem, l. 11. C. eod.

e l. iubemus, l. 10. eod.

f l. 3. de epiſco. & cler.

g c. ſi tributũ, & c. magnum, 11. q. 1. can. conuenior, can. tributum, 23. q. 8. ca. 1. de cenſib. l. 1. & 2. de indict. lib. 10 C.

h de quibus in c. cõquerente. de offic. ordin.

Sunt alia priuilegia eccleſiaſticarum rerũ, quę
alibi recipiunt tractationem, ut ne uendi poſ-
ſint,[a] ut in emptione dicemus: nõ poſſint præ
ſcribi, niſi quadraginta annis, & res Romanę,
uel Conſtantinopolitanæ eccleſiæ, niſi cẽtum
annis.[b] In ſumma priuilegia eccleſiæ rata &
firma eſſe debent, & ea uiolantes puniuntur,
& irriti contrarij actus.[c]

a l. iubemus, l. 14. cum authẽ. ſequentib. de ſacroſ. eccleſ.
b l. fin. & auth. quas actiones, de ſacroſan. eccleſ. tit. ut eccleſ. Roma. cẽtum anno. gau deat priu.
c l. priuilegia, l. 12 & conſtit. ſequ. Caſſa de ſacroſ. eccleſ. l. ſi eccleſiæ, l. 25. §. priuilegijs, de epiſcop. & cleric.

De muris & portis ciuitatis. Cap. XXIX.

1 *Muri unde dicti, & oppida, & aggeres.*
2 *Ad murorum collationem omnes teneri.*
3 *Ii, in quorum terra muri, & turres ciuitatis ſiũt, uſum eorum earum ve habent.*
4 *Aedificare non licet priuatis contra muros, uel portas ciuitatis.*
5 *Prohibitum municipibus ædificare nouos muros.*

POſtquam egimus de rebus eccle-
ſiaſticis & ſacris, operæpretiũ eſt
de quibuſdam ſanctis, id eſt, in-
uiolabilibus agamus, de portis
ſcilicet & muris ciuitatum: omiſſa tractatione
legatorum, qui ſancti ſunt habiti, & de quibus
tractamus in crimine læſæ humanæ maieſta-
1 tis. Varro itaque[d] muros inuentos & dictos, ut
tutò alicubi ſimus docet: oppidum ab ope di-
ctum, quòd munitur opis cauſa ubi ſint: &
quod opus eſt ad uitam gerendam, ubi habi-
tent tutò, uel oppida, quod opere muniebant
mœnia, quo munitius eſſent. Quod exaggera-
bant, aggeres dicti, & quod aggerem contine-
ret murus, quod muniendi cauſa manu para-
batur, quo ſepiebant oppidum, ex quo murus.

d Varro, lib. 4. de ling. Lat.

Eius ſumma pinnæ ab his quas inſigniti mili-
tes habere in galeis ſolent, & in gladiatoribus
Samnites. Turres a toruis, quòd hæ proſpiciũt
ante alios: qua uiam relinquebant in muro,
2 qua in oppidum portarent portas. Ad murorũ
inſtaurationem ſeu extructionem, ſicut & por
tus & aquæ ductus, omnes certatim facta ope-
rarum collatione, nulla excuſatione dignita-
tis locum habente, inſtare debent:[e] facta ta-
men peræquatione facultatum, ut quiſque ſe-
cundũ uires patrimonij contribuere cogatur.[f]
3 Ij tamen priuati, in quorum terris turris, uel
muri noui ciuitatis conſtruuntur, opere perfe
cto, uſum ædificatorum habent, ea tamen le-
ge in perpetuum ſeruãda, ut annis ſingulis ij,
in quorum uſu terrula demigrauerit, proprio
ſumptu inſtaurationem eorum ſibi exiſtimẽt
4 procurandam.[g] Non tamen inde quis putare
debet ſibi licere contra muros uel mœnia pu-
blica ædificia habere, nã ſi ea ſint talia, ex qui-
bus formidari poſſint uel incẽdia, uel inſidiæ,
5 deijci debent & prohiberi.[h] Atque inter ædes
ſacras ſeu publica ædificia & priuata, debet eſ
ſe ſpatium quindecim pedũ.[i] Nec liberæ ſunt
etiam murorum uel portarũ refectiones mu-
nicipijs, ſed de operibus quæ in muris uel por
tis, uel in rebus publicis fiunt, aut ſi muri ex-
truantur, conſulere principem oportet.[k] quan
do potiſſimum ſumptu publico ædificari de-
bent.[l] Et Vlpianus ait, *Muros municipales nec
reficere licere ſine principis, uel præſidis authorita
te, nec aliquid eis coniungere uel ſupponere.*[m] Trã
ſcendere muros ciuitatis admotis ſcalis, aut a-
liundè, quàm per portas ciuitatem ingredi
uel egredi, hoſtile & capitale habetur:[n] & uin
dicatum in Remo fratre Romuli, qui ſolum
uallum ciuitatis tranſcendere auſus fuiſſet.[o]

e l. ad portus, l. 6. de operib. publ. lib. 8. C. tit. 12.
f l. omnes pro uunciarum, l. 12. eod. tit. de oper. publ.
g l. turres, l. 11. de operib. pub. C.
h l. ædificia, l. 31 eod. de oper. publ.
i l. ſi cui loci, l. 9. & l. Mœniana, l. 11. de ædific. priuat. lib. 8. C. tit. 10.
k Modeſt. in l. de operibus, l. 6. de operibus publ. 50. P. tit. 10.
l l. 3. de oper. publ. 10 P.
m l. ſacra loca, l. 9 § propriè, de rer. diuiſ. lib. 1. P. tit. 8.
n l. fin. de rer. diu.
o d. l. ſi Lucan. in 3. Fraterno primi maduerunt ſanguine muri. Et Plutar. in uita Romuli. Ouid. in Faſt.

Libri Secundi Primæ Partis Syntagmatis iuris uniuerſi finis.

DE PVBLICIS REBVS HVMANI IVRIS, ET DE REBVS VNIVERSITATIS,

Liber Tertius.

Dehis, quæ tractanda ſunt in hoc libro. Cap. I.

1 *Diuiſio rerum publicarum.*
2 *Diuiſio rerum vniuerſitatis.*

1 EXpoſitis rebus ſecris, & ſanctis, de rebus humani iuris, & primum de publicis, dehinc quæ vniuerſitatis ſunt, dicendum erit, & poſteà de priuatis, Deo volente. Itaque de fiſcalibus, & tributis, & vectigalibus, fluminibus, vijſque publicis, portubus, patrimonialibus principis, & pœnalibus fieri compendijs, de baſili-
2 cis, & operibus publicis, & alijs publicis. Inter vniuerſitatis autem enarrabimus quæ municipij tantum ſunt, & illis ſolum communia, ut ſtadia, theatra, nemore, paſcua, & ſimilia. Io priuatis autem, & modos acquirẽdi dabimus.

De pecunijs publicis, ſiue de rebus fiſci, & de ærario. Cap. II.

1 *Corporis humani, & reipublicæ ſimilitudo.*
2 *4. In corpore reipub. ſunt & nerui, qui nec plenitudine, nec inanitione commeſtionis pati debẽt, ſi illa ſubſiſtere velit: nerui porrò pecuniæ publicæ, & vectigalia.*
3 *Pecuniæ nomen ad omnes res pertinere nummo æſtimabiles.*
4 *Non fuiſſe ab initio publica, ſed communia, & quomodo cœperint.*
5 *Aerarij conſtituendi neceſſitas, & vectigalium origo.*
6 *Fiſcalia, & fiſcus unde nomen trahunt. Et nu. 11.*
7 *Inter fiſcum & ærarium quorundam differentia, vide num. 9. & 12.*
8 *Bona principis duplicis generis: patrimonialis, unde Comites rerum priuatarum, & procuratores Cæſaris.*
10 *Alia principis iure principatus & diadematis, confiſcatio ſine licentia principis non fit.*
11 *Lætum inteſtinum inediam prohibet, quomodo fiſcus ſemper ſoluendo eod. Aerarij fiſci et Marſupij differentia. Aerarium vbi apud Romanos, & quot, & copia, & extenſio eorum.*
12 *Quæſtores qui comitabantur prouinciarum rectores militares,* Threſoriers des guerres.
13 *Quæſtores ærarij, qui præfecti ærarij, hodie,* generaux des finances.
14 *Hic ſubſunt tribuni ærarij,* receueurs generaux. *Exactores particulares dicti,* Commis. *Tabularij,* Contterolleurs.
15 *Ordo exigendæ & deferendæ vectigalis pecuniæ in fiſcum, Tituli,* Les mandes, *nunc.*
16 *De quibus & cum quibus iudicant quæſtores prouinciarum.*
17 *Qui ærario olim Romano præfecti.*

1 AGrippa Menennius Lanetus, cum diſſidia, & ſeditionem plebis, & Senatus componere ſtuderet, plebem excendeſcentẽ epologo corporis humani, ad pacem adegit, ſimile ei eſſe corpus reipublicæ accommodè demonſtrans, futurumque niſi io utroque membra ioter ſe conuenirent, compegem corporis diſſoluendam iri.[a] Etenim qui ſimul habitant, unũ corpus tantũ faciunt ciuile, & uniuerſitatis.[b] Sic eccleſiæ omnis unum corpus & catholica ſeu uniuerſalis congregatio, in qua multa membra.[c] Vnde & corporati dici poſſunt, qui in cõmunione aliqua conſcripo uel admiſſi ſunt.[d]
2 Et regnum unum corpus. Cæterum in omni corpore ciuili, quemadmodum in humano, & caput & membra ſunt, & quędem alia, quibus illa colligantur: ueluti nerui, quibus membra ſingula mouentur, & munus proprium exequuntur. Et quemadmodum illi e cerebro & capite manãtes per totum corpus humanum diffunduntur, ut notant medici,[e] roburque & uim dant corpori:[f] & contra, conuulſionibus ſuis ualdè nocent, duabus ex cauſis, uel ex plenitudine, uel ex inanitate:[g] Sic etiam in corpore ciuili ex arbitrio imperantis, ſeu a bene diſpoſito capite, robur in ſocietatem ſubiectam permeat, & ſtatus eius fit legitim⁹, qui neruus diſciplinæ dicitur,[h] Neruiq; alij, quibus iuuatur, & quodammodo uiuificatur, ſi bene ualẽt, ſi plenitudine uel inanitate non patiantur cõuulſiones, ſunt pecuniæ publicæ, ut & Cicero uocat, nerui reipublicæ, nẽpe uectigalia,[i] quia ſine his conſiſtere nequit. Quare Ariſtoteles ait,[k] neceſſariò omnes rerum publicarum ſpecies egere pecunijs, & ipſaſmet uniuerſitates & municipia, quibus ad exemplum reipublicę permiſſum eſt habere arcam communem:[l] pecuniæ quippe obediũt omnia.[m] Et ſicut protegit ſapientia, ſic & pecunia.[n] Nec ciuitatem dicebat inexpugnabilem Philippus Macedo quãtumuis munitam, quã poſſet ingredi aſellus auro onuſtus.[o] Voco autem hic pecunias
3 cõi appellatione, prouẽtus, reditus, tributa, uectigalia, & reliqua id genus, quæ in cõpendiũ ueniunt reipubl. cum pecuniæ nomen omnes cõplectatur res, quæ in patrimonio ſunt, quæue nummo functionem accipere poſſunt.[p] Et in pecunia, omne robur patrimonij entiũ poſuerunt.

a Dionyſ. Halicar. lib. 6. Hiſto. Liuius.
b l. 1. §. quibus autem permiſſum, quod cuiuſq; uniuerſit. nom. lib. 3. P. titul. 4.
c 1. ad Corint. 12. ad Epheſ 1. & 4. ad Coloſ. 1. c. fundamenta, cap 17. de elect. in 6.
d vt in l 1 de Alex prisuat. libr. 11. C. tit. 28.
e Galen. lib 7. de decret. Platon. & Hippocratis. Et Hippocrates, lib de oſſium natura, lib. de arte, & alibi.
f Galen libr 8. de adminiſtra. anatomicis.
g Galen. ex Hippocr. libr 3. de locis aff-ct.
h cap. 1 de ſent. excommunicat lib. 5 Decret. titu. 10. ca. cum inter, de conſuetud. lib. 1. Decret c. 4.
i Cic. pro lege Manil.
k Ariſtotel 1. Polit. c. 7. & lib. 7 c 8.
l Caius in l. 1. §. quibus permiſſum, quodcumſque uniuerſ. nom in P.
m Eccleſiaſtæ, c. 10.
n Eccleſiaſtæ, c 7.
o Iuſtinus, 8. & 9. Demoſth. cõtra Aeſchinẽ.
p Paul. l. pecuniæ appellatio, l. 4. & ſeq l pecuniæ verbum, l 178. de verbo. ſign. in P.

ſuerunt.[a] Ideò & omnia uectigalia & res pu-
blicis neceſſitatibus ſubueničtes, pecunias di-
co publicas & neruos. Sic & ſenatores Neroni,
volenti aliquádo remittere omnia uectigalia,
dixerunt fieri non debere, & diſſolutionem im
perij ſecuturam, ſi fructus, quibus reſpublica
ſuſtineretur, diminuerentur.[b] Et Papyrius iuri
ſcon.[c] non obſeruandum ait, quod defunctus
certa ſumma legata uetuit uectigalia exerceri:
eſſe enim tolerabilia quę uetus conſuetudo cō
probat, eamq́ue, ut damnoſam reipublicæ reij
4 cit uoluntatem. Arbitrior autem, ab initio qui
dem prioris ſocietatis rudis, cum coirēt ex ſpe-
cubus uel ſyluis in unum homines, nulla ad-
huc ciuili prouidentia inſtructi, ſine publicis
vixiſſe, nec ſeorſum quædam publicis deſtinaſ
ſe uſibus: forſan quia omnia erant communia
illis tum, ut ætate Saturni omnia communia
fuiſſe tradunt:[d] Nam.

Nec ſignare quidem aut partiri limite campum
Fas erat, in medium quærebant, &c.[e]

Et tunc quoque utebātur priuatis ut publicis,
& ex illis pro negotiorum occaſione nullius
habita ratione dominij in communia negotia
expenſæ fiebant, donec à communione diſceſ-
ſum eſt, & quiſque rerum propriarom magis
ſolicitè, quàm publicorum negociorum cœpit
gerere curam: vnde & ſocietas humana & pax
eius cœpit unà diſſiui, nemine exiſtente qui ſpō
te ut anteà publicis prouideret calamitatibus,
nec de illis, donec illas impēdētes & deciduas
ſētiret, curaret. Quare neceſſitas, q̄ aggeres, op
pida, muros, & foſſas ad tutandā ſocietatem ex
truere compulit, coegit quoq; inter ciuiles le-
ges & ea diſponere, quæ de pecunijs exigendis
& conſeruandis ad negotia ſubeunda publica
& communia, pertinerent. Sunt enim pleraq;
in republica, quæ præſentem deſiderant pecu
niam, nec moras ad exactionem eius patiūtur,
vt bellorum impenſæ, magiſtratuum ſtipēdia,
multaque alia, quæ ex publicis ærarijs ad ma-
5 num eſſe debent. Quare & Plutar. refert,[f] pru-
dentiſſimè aduerſus bellorum neceſſitates, exa
ctis regibus Valerium Publicolā in æde Satur-
ni pecunias recōdidiſſe publicas, vt tutæ ſimul
& paratæ eſſent. Vero ſimile eſt, ſi verū non eſt,
ab initio in ciuilibus ſocietatibus, idoneos ad
gubernandam uel protegendam rempublicā
ab alijs minus idoneis uel nolētibus onera per
ſonalia ſubire, iuuatos pecunijs, & ita alios
operam & induſtriam, alios pecunias contri-
buiſſe: iuſta enim ſocietas, in qua illa contribu
tio pecuniæ cum perſonę induſtria fit.[g] Fuerūt
que multi, qui ſequentibus temporibus ſpōte
iuuarunt publicum ærarium, ut quādo Roma
ni contra Hannibalem certantes uiderunt ex-
hauſtum ærarium.[h] Nun tamen ſemper, ſed ra
rò accidit, neque ſpontaneæ quoque oblatio-
nes uel auxilia ſufficere poſſe viſa ſunt. Qua-
mobrem ex lege cœperunt imponi & exigi cer
ta quædam annuatim uel alio tempore publi-
cis & communibus negotijs deſtinata, hinc tri
buta, cenſus, vectigalia, & id genus ſimilia. Et
ante imperij uel principatus conſtitutionem,
ærarium hoc ex authoritate populi augebatur,
& diſpenſabatur: at poſteà uenit in ditionem
principis, dum omnē ſuam in ipſum populus
trāſtulit poteſtatem.[i] vnde & inter regalia ho-
die ſunt uectigalia, mulctarum, bonorumque
uacantium compendia,[k] & alia de quibus cō-
flari fiſcum dicemus. Et cum olim ex conſenſu
ſolum ciuium & quorum intererat vectigalia
poſſent imponi, hodie non poſſunt niſi conſul

a l. let. quæ tu tores, l. 22 de admini. tuto. l. 5. C. tit. 7.
b Cornel. Tacit. li. 13. annal.
c l. imperatores, l. 13 de pol licit. lib. 50 P. tit. 12.
d Macrob. li. 1. Satur. c. 8. Lucian. in Chronolo. Ouidius, Metamorph. 1. Iuſtin. ex Trogo. lib. 43.
e Virgilius. 1. Georgi.
f Plutarc. in uita Publi.
g § illa ſimil. de ſociet. apud Iuſtini. lib. 3. tit. 26. Vlpian. in l. ſi non fuerint. l. 29. pro ſocio. li. 17 P. tit. 2. l. ſocietas, l. 5 eod.
h Liuius, li. 4. decad. 3.
i § ſed quod principi, de iure natu. gen. & ciu. l. 1. § cū autem, de vet. iur. enucleand. C.
k § 1 quæ ſint regalia, in uſibus feudor.

6 to & ſanciente principe.[l] Porrò compēdia hęc
publica fiſcalia dicuntur, à nomine fiſci, quo
colligebantur, uel conſeruabantur, uel tranſ-
ferebātur pecuniæ illæ. Fiſcus porrò, uas quod-
dam ruſticum, capax, contextum, ſparteum,[m]
quo recipiebantur pecuniæ, & deferebantur:
ſi verum eſt fiſcinam à ferendo, ut ait Varro,[n]
dictam, cui affinis fiſcus. Et ideo accipitur con
tinens pro contento, nempe fiſcus pro pecu-
nia, quæ fiſcis cōtinetur, ut apud Ciceronem,[o]
fiſci Sicilienſes, pro pecunia Sicilienſium, &
eius reipub. ærario. Et apud Cornelium Taci-
tum,[p] fiſci rapti imperatoris, id eſt, arcæ, in qui
bus deferebatur pecunia principis. Neque de
nominis ſignificatione magna eſt controuer-
ſia, eo excepto, quod quidam rati ſunt, ærariū
fuiſſe pecuniam publicam, fiſcum uerò prin-
cipis propriam, ex Plinij iunioris authorita-
7 te,[q] dum ait ad Traianum: *At fortaſſe*, inquit,
non eadem ſeueritate fiſcum, qua ærarium cohibes,
imò tanto maiore, quanto tibi plus licere de tuo,
quàm de publico. Cui ſententiæ doctiorum qui-
dam ſubſcripſerunt, mihi tamen non ſatisfa-
ciunt, cum confundi hæc legamus, & ad æra-
rium deferri dicat Paulus, pro delatione in fi-
8 ſcum.[r] Ignotandum tamen non eſt, principis
bona duplicis eſſe generis, & conſiderationis:
Alia namque poſſidet ut priuatus, ſine conſi-
deratione principatus, quæ propriè fiſcalia
non dicuntur, ſed patrimonialia: & proinde
qui illis bonis præerat, dicebatur procurator
Cæſaris,[s] uel comes rerum priuatarum.[t] Me-
minerunt & Cæſares de his bonis nomine pri-
9 uatorū bonorum.[u] Et conſtat ex Strabone,[x] &
Zonara,[y] fuiſſe prouincias Romanas olim tē-
pore Auguſti, diuiſas inter Auguſtum & popu
lum: & reditus earum, quæ populo relictæ,
fuiſſe delatos ærario. Fiſci autem ea fuiſſe, quę
in ijſdem per imperatores & eorum procurato
10 res imponebantur iure regio. Alia princeps
bona habet, quæ uel iure diadematis poſſidet,
quæ annexa dicuntur coronæ, uel iure poteſta
tis & authoritatis conceſſa: ueluti quæ ex conſi
ſcatione pendent. Cum ea ſine ſuo permiſſu
non fiat.[z] Et hæc ſolent dici fiſcalia, & rationa
lis procurator fiſci, & aduocatus fiſci, qui hæc
curant uel defendunt.[a] Et quia hæc omnia ex
arbitrio principis quandiu imperat diſpenſan
tur: ideo & cum nota improprietatis, quaſi,[b]
omnia publica iſta fiſci, quaſi propria dicun-
11 tur principis ab Vlpiano.[c] Nihil prohibet e-
tiam, ut inuentis addamus. Fiſci nomen aliun-
de declinare per rerum ſimilitudinem & meta
phoram, ut fiſcus dicatur à Græco, φύσκος uel
φυσκὴ, quod idem eſt Heſychio, quod κοιλία καὶ
τὸ παχὺ ἔντερον, i. oterus, uel craſſum inteſtinū
viſcerum, cuius natura eſt in perfectis anima-
libus, non in his quibus unum rectum tantum
inteſtinum, ut latitudine ſua contineat ci-
bum immiſſum, & ſic cauſa cur aſſiduè alimen
ti ſubminiſtratione non egeamus, uelut in vri
nis idem efficit ueſica, teſte Galeno.[d] Cuius
ſimilitudinem retinet ærarium in republica, vt
inſtar uteri pecunias diſpenſandas poſteà pau-
latim ſimul ſuſcipiat, & ita fiſcus meritò, ſem-
per ſoluendo dicitur.[e] Vt tamen fiſcus ma-
ior eſt marſupio, ſic ærarium maius & capa-
cius fiſco. Forſan & ærarium non iniquè dice-
mus eſſe nunc, *La chambre du threſor*, ad quam
deferantur omni ex parte regni pecunię publi
cæ & fiſcales. Fiſcum autem & arcas fiſcales
in prouincijs Theſaurarias, ad quas minuta-
tim collectiones factæ ex pagis, oppidis, & ci-
uitatibus

l l. final. C. de vulgar. l. 1. & 2. vect. no. inſti. non poſſe C. c. innouamus, de cenſib. c. ſuper quibuſdam. de ver. ſig. l. vectigalia, l. 10. de public. lib. 39. P. tit. 4.
m Noni. Marcellus Pyrrhus Angleberme-nus libro 1. de magiſtrat. Columel. libr. 12. de re ruſti. cap. 50. Aſconi. Pædia. 2. in Verrem. l. ſed addes, l. 22. § illud nobis, loca. in P.
n Varro, 4. de ling. Lat.
o Cice. 2. Verrina.
p Corn. Taci. li. 1. Annal.
q Plinius, in Panegyri. ad Traianum.
r l. edicto, l. 13. de iur. fiſci, lib. 49 P. tit. 14. in ſin. in § penul. de vſuca. inſtit. l. neque enim, 2 de reſti. mili. li. 2. C. tit. 51.
s Vlp. in l. 1. de offic. procura. Cæſar. libr. 1. P. tit. 19.
t l. 1. de offic. comit. rerū priuat. libr. 1. C. tit. 16.
u In tit. de fundis rei priua. & ſaltib. dim. domus, potiſſimū in l. 2 & 3. libro 11. C. tit. 65 l. bene à Zenone, de quadrien. præſcr. C.
x Strabo, li. fi. Geogra. in fin.
y Zonaras in Auguſto.
z l. 1. ne ſine iuſſu princ. lice. cert. indic. confiſc. li 9. C. tit. 48.
a de aduocat. fiſc. C.
b gloſ. in l. diuortio. § ſi fundum in verbo, in æſtim. ſoluto matrim.
c Vlpia. in l. 2. § hoc interdictum, ne quid in loco public. lib. 43. P. tit. 8.
d Galen. lib. 4. de vſu partium corp. human. c. 18.
e l. 2. de fundo dotal. lib. 23. P. tit. 5.

uitatibus deferuntur. Sic etiã decreuerat Iuſtinianus eſſe in ſingulis prouincijs arcas fiſcales.[a] Marſupiũ autem dicere poſſumus, quod dicunt exactionẽ, ſeu *la lieue particuliere*, q̃ conſules ſeu decuriones locorum & ciuitatum faciunt. Aerarium ab ęre, quo tantum olim loco pecuniæ antiqui utebantur, nondum ſignato auro uel argento:[b] unde & tribuni ærarij: attamen alia pecunia, poſtea, retento priori nomine, ditatum eſt. Eratq; Romæ ærariũ in ędibus Saturni, & in Nemis & Tibure ad incertos belli euentus theſauros reconditos habẽs. Sanctius tamen in ædibus Saturni, ubi uiceſimarium aurum, quod ex uiceſimis urgebatur, qđ & uincenſimarium & chilimarchum dicebatur. Ditatum maximè ex manubijs hoſtiũ, & triumphis uictorũ: ut a Portio Catone ex Cyprijs opibus direptis.[c] Ex Cypro namq; Aſia deuicta, reportauit Cato quingenta millia talentorum.[d] Scribit & Liuius,[e] Appium Claudium Centonem ex Celtiberis ouantẽ, in hoc ærarium millia pondo argenti tuliſſe, & quinque millia auri. Hoc ſanctum ærarium Florus uocat,[f] Ex effractum tradit a Iulio Cæſare in principio bellorum ciuilium, antequã imperiũ uſurpaſſet: cum tamen ſanctum eſſet tribunis, non niſi urgente neceſſitate illud aperire. Narrat & Plinius,[g] eum primo introitu urbis in ciuili bello ſuo, ex ęrario protuliſſe laterum aureorum 26. millia in numerato, põdo 300. fuiſſeq; in ærario populi Romani Sexto Iulio, & L. Aurelio coſſ. ſeptem annis ante tertiũ bellum Punicum, põdo 727. Argẽti 92000. & extra numerũ 300. & 85000. Item Sext. Iulio, & L. Marcio coſſ. belli ſocialis initio 846. auri põdo. Deinceps tamen omnia æraria, cũ pro uno habeantur, ſunt dicta ſacratiſſima uel sãcta.[h] Fuerunt autem pecuniæ publicæ, in diuerſa ęraria ſeparata, prout ex generali in quadã negotia deſtinatæ erant, ueluti ærarium communibus pecunijs uectigalium excipiendis paratum, & negotijs ordinarijs reipubl. deſtinatũ. Aliud additum militare ab Octauio Cæſare cum uectigalibus nouis, ut facilius quæ diſciplinæ & neceſſitati militari requirerentur, pa

12 ratæ eſſent, ut refert Suetonius.[i] Erant & ante eum qui comitarentur rem militarem quæſtores, miſſi a populo Romano cum imperatoribus, id eſt, ducibus, conſulibus, & prætoribus ad adminiſtrandam rem pecuniariam, & prędam, ac manubias in rationes publicas referẽdas, ut obſeruare ſæpè licet apud Liuiũ, ex quęſtoribus qui ſortiti fuiſſent prouincias, ut ait Vlpianus,[k] dicere poſſumus hodie *Threſoriers*

13 *des guerres*. Aerario, dum populus per conſules regebatur, prępoſiti erant & quęſtores,[l] ab eo, quòd inquirendæ & conſeruandæ pecunię publicæ cauſa præfecti[m] eſſent. Tempore Romuli dicunt quidam duos quæſtores creatos, ſed incertum illud: certum tamen Tulij Hoſtilij tpe fuiſſe a populo & plebe electos.[n] Põponius Lætus[o] tradit, temporibus ẽt regũ ab illis hos authoritate legis curiatæ a Lęlio Bruto repetitę inſtitutos, & illis eiectis a conſulibus: dehinc additos accedentibus uectigalibus uſque ad uiginti, teſtatur Corne. Tacitus.[p] In locum præfectorum ærarij, ſunt hodie, *les gene-*

14 *raux des finances*. Quibus ſubſunt tribuni ærarij, quos receptores generales dicũt, & exactores ſeu coactores particulares,[q] dicimus *commis*, & alij. Nam Romanorum inter exactione facta particulari, exactio ad Theſaurarios cuiuſque prouinciæ proximos deferebatur,[r] Tabularij, antẽ quos uocamus *contrerolleurs*, duo erant cum ſuſceptore in ſingulis prouincijs.[s] Exactores autem particulares ad ſuſceptorem ſeu receptorem generalẽ referebant pecunias a ſe exactas ſingulis quatuor menſibus, conſignatas cum nomine inferentis, die, conſule,

15 menſe, cauſa, & ſumma.[t] Et hodie etiam hic ordo ſeruatur conquirendæ publicæ pecunię, ut eam conſules, uel decuriones locorum exigant ſecundum titulos illis miſſos, uocant *les mandes*. Dehinc iſti deferãt ad ſuſceptores ſeu receptores: & receptores particulares, ad Theſaurarios generales: illi ad ſacrum comitatũ, ſeu in locum ærarij principis, uel alium locũ a rege decretum, ut ex conſtitutione Frãciſci I. quęſtores generales mittere debent Lugdunũ

16 ad æs alienum regni ſoluendũ.[u] Iudicant iſti quæſtores prouinciarum cum præſidibus prouinciarũ, ſeu iuridicis, præſente fiſci patrono[x] de cauſis inter fiſcum & priuatos. Et Lutetiæ propria eſt curia theſauri, quæ de his cognoſcit, reſeruata prouocatione ad curiam ſupremam, ex conſtitutionib. Franciſci primi regis eius nomine Ianuarij 1543. & Februarij eiuſ-

17 dem anni. Anno ab urbe Roma condita 709. tempore quo delatum eſt imperium Iulio Cæſari, adminiſtratio publicæ pecuniæ a quęſtoribus ad ædiles tranſlata, nec poſtmodum ad quæſtores redijt, ſed tandẽ uiris prętorijs mandata eſt, & eo anno ædiles publicis theſauris præfuerunt, ut author Dion.[y] Inſtituit autem Octauianus Cæſar:[z] anno ab urbe 720. ut adminiſtrationi ærarij quotannis bini uiri pręto rij præficerentur. Cornel. Tacitus[a] de uaria ęrarij præfectura quæ fuit, in conſulatu. Q. Voluſij & P. Scipionis conſulum ſic ſcribit. *Dein princeps curam tabularum publicarum a quæſtoribus ad præfectos tranſtulit, variè habita & ſæpe immutata eius rei forma. Nam Auguſtus permiſit Senatui deligere præfectos: dein ambitu ſuffragiorum ſuſpecto, ſorte ducebantur ex numero prætorũ qui præeſſent. Neque id diu manſit, quia ſors deerrabat ad patrum idoneos. Tum Claudius quæſtores rurſum impoſuit, iiſque ne metu affectionum extra ordinem honores permiſit. ſed deerat robur ętatis eum primum magiſtratum capeſcentibus. Igitur Nero præfectura perfunctos, & experientia probatos delegit:* Claud. Cæſar collegio quęſtorum, curam ærarij Saturni reddidit, quam medio tempore prætores, aut prætura functi ſuſtinuerant, teſte Suetonio in Claudio.[b] Et Cornel. Tacitus.[c]

a L. 4. de nume rar. & actuar. libr. 12. C. tit. 10.
b Plinius, libr. 34. c. 1.
c Florus, lib. 3. epito. c. 9.
d Plini. lib. 33. c. 33. Lucan. in Valer. Maxi. li. 3. c. 16.
e Liui. in primo decadis. 3.
f Florus, lib. 4. c. 2.
g Plini. lib. 33. c. 3.
h vide l. 2. de quadrien. praeſcript. lib. 7. C. tit. 37. l. fi. de pagan. & ſacris ne. corum, C. li. 1. tit. 14.
i Sueto. Tranquill. in Octauio, c. 49.
k Vlp. l. 5. et quæſtorib. de offic. quæſtor. li. 1. ff. tit. 13.
l Gellius, libr. 13. c. 24.
m Pompo. in l. 2. §. deinde cum ærarium, de origi. iur. Varro lib. 4. de ling. Latin.
n l. 1. de offic. quæſtor. lib. 1. ff. tit. 13.
o Laet. libr. de magiſtrat. Romanorum.
p Cornel. Tacitus, lib. 11. & 16. annal.
q l. 1. & 2. de offic. quæſtor. li. 1. C. tit. 13.
r l. C. de exac.
largit. lib. 10. C. tit. 23.
s l. duo tabularij, l. 13. de ſuſcepto. li. 10. C. tit. 70.
t l. 1. de apoch. pub. lib. 10. C. tit. 22.
u extat conſt. Henrici 2. de l'eſtabliſſemẽt du Coffre du Louure anno 1556.
x ſecundũ ſor mam, l. 2. ſi aduerſ. fiſc. lib. 2. C. tit. 37.
y Dio Caſſius, li. 43. Hiſtor.
z Dio Caſſius, 53 lib.
a Corn. Tacit. li. 13. annal.
b Suet. in Claudio, c. 24.
c Corn. Tacit. prædi. libr. 13. annal.

Cauſæ, quæ iuſtam impoſitionem & exactionem uectigalium, tributorum, & penſitationum publicarum faciunt. Cap. III.

1 *Cauſæ tres legitimę uectigalium imponendorum, releuatio imperij, conſeruatio dignitatis eius, utilitas ſubditorum. Quare principi debeantur, rationes, finis, & effectus.*

2 *Non licet inconſulto principe tributa imponere.*

3 *Tributa quædam leuia dominium referẽtia. Trulla aurea, & porci, &c.*

4 *Præſtatio tributi quando dominium ſuperius ſignat, & quando dominus cenſualis directus dominus præſumatur.*

5 *Solam recognitionem non ſufficere ſine ſolutionibus cenſus ad probandum dominium directum, duas poſſe probare.*

6 *Iure omni debita eſſe tributa, & ſolũ debere principibus docetur.*

7 *Singula vectigalia probata, conſtitutionis ſuā ſuas exhibent cauſas, vt pedegia ſecuritatem & facilitatē itinerum: Num qui illa ſoluit pro repreſſalijs capi poſſit eod. Damnum reſarciunt itinerantium, qui pedagia & guidagia capiunt,*

8 *De malis & onerosis ſeu tyrannicis vectigalibus non imponendis.*

9 *Qui ademerint vel minuerint tributa populorum, vide numer. 11.*

10 *Facile populus nimium tributis preſſus, vel rex relinquit, vel rebellat, vt exemplis docetur. Cur peracta impoſitio nimium grauis tributorum coēgit populum in alienum regnum migrare.*

11 *Quando fraudantes vectigal Deo nec hominibus obligati tenentur, & de rebellantibus ob vectigalia noua.*

1 CVm conſtet ex ſingulorum facultatibus, & fortunis, atque laboribus pecunias colligi publicas, vidi multos dubitantes, num iſtæ exactiones & onera licerent principi, & num tyrannidi potius, quàm legitimo imperio eſſent adſcribenda. Quamobrem ne de rebus iſtis publicis diſputantes in poſterum, videamur ſepem iniquitati ædificare, paucis cenſuram meam, quando iuſta & debita ſint onera impoſita & tributa, aperiam. Itaque dico licitè cogi exigique has pecunias à populo, ſi aliqua ex tribus cauſis inde accedet, nempe, ſi ad releuanda onera imperij, vel ad conſeruandam dignitatem eius, vel ad vtilitatem communem omnium exigantur & expendantur. Duas primas exprimit Plinius iunior,[a] tertia ſub vtriſque contineri poteſt. Rectè princeps qui ſuſtinet onera reipublicæ, dignitatemque, quique omnibus proſpicere debet, hæc tributa & cenſus & reliqua, quæ conſtent patrimonium publicum, percipiet, qui pro omnibus vigilet, ob omnibus beneficij præmia accipere debet.[b] Nemo tenetur militare ſuis ſumptibus.[c] Secundum naturam quoque eſt, vt qui ſentit onus, ſentiat & commodum.[d] Et quod quis pro conſeruatione rerum alienarum expendit, æquum eſt rependi.[e] Adde quod princeps velut ſponſus reipub. ſuæ eſt, vt optimè notant Veneti, qui potiſſimùm in maritimis præualent: Dum enim eligunt ducem, eumque initiant, ſolemni modo coronatum iubent mare ſibi deſponſare, iniecto annulo in ſymbolum veri & perpetui imperij.[f] Vnde & reipub. bona dotis nomine tanquam ſponſo tradenda ſunt: qui enim onera ſubit matrimonij, penes ſe dotem habere debet.[g] Tertiò iuris regij eſt, cenſum imponere rebus & perſonis, iureque diuino probari.[h] *Reddite*, inquit dominus noſter Ieſus Chriſtus, conſultus an liceret dare cenſum Cæſari, *quæ ſunt Cæſaris Cæſari, quæ ſunt Dei Deo*.[i] Poteſtas regum ad vtilitatem communem Dei ordinatione inducta eſt, nec poteſtas, niſi à Deo.[k] *Ideo*, inquit D. Paulus[l] *Tributa eis præſtetis, miniſtri enim Dei ſunt in hoc ipſum ſeruientes. Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal, cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.* Neq; licet

2 alteri vel præſidi prouinciæ collectas, ſeu tributa inconſulto principe imponere, alioquin pœnæ quadrupli tenentur.[m] Quartò probantur & tributa propter ſubiectionis ius,[n] quod potiſſimùm in debellatas gentes victoribus conceditur. *Si quando*, inquit Deus ad Moſe,[o] *acceſſeris ad ciuitatem expugnandam, offeres ei primum pacem: ſi receperit & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea eſt ſaluabitur; & ſeruiet tibi ſub tributo*. Eaque lege victi bello Chananæi, facti fuerunt tributarij Iſraelitico populo.[p] Et Salomon fecit tributarios eos qui remanſerant ſuperſtites à gladio Iſraelis, de Amorrheis, Iebuſeis, Hethæis, Phereſæis.[q] Eratque hoc tributum veluti frænum, quo ſuperbia hoſtium deijciebatur: vt ſcriptum quoque eſt, quòd Dauid abſtulit de populo frænum tributi Philiſtinorum.[r] Deuicta Carthagine, Romani eius ciues & auxiliares tributarios fecerunt quoque:[s] & alias pleraſque gentes, quas referre longum eſſet, inter quas pro nota ſubiectionis tributum fuit. *Bella*, inquit Oroſius,[t] *maiores noſtri geſſerunt, bellis fatigati pacem petentes tributum obtulerunt. Tributum pacis eſt, nos tributum pendimus, ne bella patiamur, ac per hoc in portum ad quem illi tandem pro euadendis malorum tempeſtatibus confugerunt, nos conſiſtimus*. Nec tam quantitas

3 oneris, quantum qualitas ipſius tributi conſideratur, ſed velut ſignum imminutæ libertatis: quandoquidem quod tributi nomine aliquando dabatur, paruum erat & exiguum, ſed ſymbolum durum & graue, vt legimus quotannis Alphonſo Hiſpaniarum regi, pro tributo trullam auream à Genuenſibus penſitatam.[u] Et Foroiulienſes victi à Venetis coguntur ſingulis annis tributi nomine 12. porcos & 12. panes ſingulis exiſtentibus ducentarum præſtare librarum.[x] Sic etiā à nobis dominus poſtulat decimas, ut eum qui nobis imperat cognoſcamus facilius. Et in ſignum generalis

4 dominij.[y] Illud tamen quod diximus tributi præſtationem arguere ſubiectionem dñi eius cui præſtatur, intelligendum eſt, quando præſtatur principibus & regibus, non de cenſibus alijs directis dominis præbitis. Quia cum ob diuerſas cauſas cenſus ſolui poſſit, quàm ob dominium uel ſubiectionem,[z] cenſualis ꝓfeſſio, & tributorum ſolutio nō ſolet præiudicare domino;[a] quamuis in contraria ſententia ſit Baldus,[b] qui præſtationem hāc ſemper arguere ſubiectionem ratus eſt. Quem tñ refellit Panormitanus[c] & Felinus Sandæus.[d] Si tñ accedant alia ſolutionibus penſionum, ſignum poterit eſſe dominij, ut ſi ſolutio facta fuerit eo tempore quo alij ſubditi ſoluebant, & ea perſonæ quæ tantum à ſubditis ſolebat accipere: Et ſi territorium ſiue ager ſit inter alia prædia ſubdita, vel ipſe inter ſubditos, ut diſputat Iaſon.[e] Et Maſuerius ſcribit,[f] eum præſumi dominum directum, qui habet cēſum annuum, uel penſionē ſuper certum fundum aut oppidum, potiſſimū ſi inueniatur una recognitio cū ſolutionibus cenſus. Sola namque præſtatio tunc ſufficit ad probationem dominij, cum longi tēporis præſcriptione & inueterata redituum ſuſceptione coniuncta.[g] Et Guido Papæus[h] tuetur, unam recognitionem non transferre quidem dominium; ſed ſufficere ad probationem dominij, & confeſſionem extraiudicialem, quæ non inducit obligationem, ſed tantum eius probationem.[i] Quæ tamen ſententia iure expreſſo reprobari poteſt.[k] Proinde ſola agnitio non ſufficiet, niſi & alia quæ dixi concurrant, quod & idem Guido Papæus ſcribit:[l] multo minus ſi poſt recognitionem non ſequatur vſus, puta: non fiet ſolutio cenſus ſecundum illā, ut appareat inde non fuiſſe ius quæſitum.[m] Nam & poteſt eſſe error, unde nec confeſſio falſa præiudicat.[n] Vim & facio in nomine, recognitio, ut ſit geminata agnitio dominij, vnde ſi ſola nō ſufficiet,

a Plini. in Panegyr. ad Traianum.
b cap. cum ex officij, ſui debito, ca. 16 de præſcr. pretio. lib. 2. Decretal. & ad. c. 9. ad Corynt. 9. c. ita nunc illud, § fin. 23 q. 1. ad Galat. 6.
d l. ſecundum naturam, l. de reg. iur. l. ſi. § ſed cum in ſecundam, C. de ſ. u. lib. 6 C. titul. 2. l. uni. § pro ſecundo, de caduc. toll. lib. 10 C. tit. 50. n. l. 1 & 2 de neg. geſt. lib. 3 ſ. tit. 5.
f Gaſpar. Contarenus, libr. 1. de rep. Venet.
g l. pro oneribus, de iur. dotal. lib. 5. tit. 12. C. l. actione, l. 76 § ſi pro ſoc. lib. 17 ſ. tit. 2. Paul. l. ſi is qui, l. 57 § ibi eſſe debet, de iure dotal. lib. 23 ſ. tit. 3.
h c. Ceg. & August. cont. Manich. c. 74.
i Matthæi 22. Marc. 12.
k 1 Petri 2 & 2. ad Corinth. 3 ad Roma. 13. Sap. 6.
l ad Roma. 13.
m l. placet, l. 9. de exacuſ. tributorum, libr. 10. C. tit. 47. Lper. ...
n c. 2. de cenſ. lib. 3. Decr. tit. 39. c. accedentibus, c. 13. & c. recepimus, ca. 8. de priuileg. lib. 5. Decret. tit. 33. ...
o Deuter. 20.

p Ioſue 17.
q 3. Reg. c. 9. 2. Paralip. c. 8.
r 2. Reg. 8.
s Appia. Alex. in Lybico.
t Oroſius, li. 5. in princip.
u Anton. Pan. lib. 4. de dict. & fact. Alphonſi. c. 22.
x Flaui. Blondus, lib. 3 decadis 2.
y ca. cum non ſit homine, ca. 21 de decim.
z c. recipimus, 8 de priuileg. lib. 5. Decret. tit. 33.
a l. ſi ſeruitus, ... ſeuſ, l. 1 conſeſſo, ſi de donatio. lib. 8 C. tit. 54. & ... l. 17 de rei vendic. lib. 3 C. tit. 32.
b Bald. in l. ſolent, 2. col. 1 de offi. proconſ. & leg.
c Pan. in c. fin. num. 1. 3. 4. 5. 6. de cauſ. poſſ. & propriet. & in c. peruenit, de cenſib.
d Felin. in ca. cum Ecclesiæ, num. 26 & 27 de ſen. & re iudi.
e Iaſ. in l. placet, in 2 lectura, de ſacroſan. eccleſ. C.
f Maſueri. in titu. de locat. & iur. emphyt. § ... de glo. ... continuus, de ...
g l. Titius, § 19. de agricol. & cenſib. lib. 11 C. tit. 47.
h Guido Pap. deciſ. 79.
i l. Publia. § ſi ... depoſi. ſ. lib. 16 tit. 3.
k per leg. cum ſumus, l. 1. de agric. & cenſib. 11 C. tit. ...
l Deciſio 155.
m Ioan. Faber in § æquè, verſic. tertio quæritur, de actio.
n l. nec ſi volens, l. 6 & l. interrogatis, 24. de libera. cauſ. lib. C. tit. 16.

ſufficiet, quia aliam præſupponit, quæ non extat. [a] Dubium enim non eſt geminas agnitiones fidem facere. [b] Alioquin ſine ſolutionibus vnam non ſufficere dicimus, & res natura præſumi liberat, niſi dominus qui præſupponit ius de eo doceat, vt fusè diſputat Goillelmus
6 Benedictus. [c] Quintò iura pôtificia & regibus & ſuperioribus tributa & cenſus iubêt ſolui. [d] De iure ciuili porrò id dubium nô eſt, cum extent tituli de publicanis & vectigalibus: de colonis & tributis, &c. Imo vtrunque ius omnia dominia rerum pendere ex imperatoris voluntate ſeu principis volunt, & inde manaſſe: & poſſe non tantum cenſus in his per illos imperari, ſed etiam adimi res, & omnia imperatoris eſſe. [e] Ex conſtitutionibus apoſtolicis. [f] *Pendito te regibus & magiſtratibus tributum, vectigal, at*
7 *que omnium collationem grato animo*. Habent & poſtremo ſingula ferè genera vectigaliû, quandam rationem adhuc ſuæ inſtitutionis: vt ſi de vectigali, quod pedagium dicitur, inquiras, inuenies penſitari meritò, quia inſtituta ſunt vectigalia in itineribus periculoſis vel difficilib. vt ex illa penſitatione qui eum capit, tutû iter præbeat, & aſpera vel difficilia complanet. [g] Vnde Baldus [h] tradit ex Oldrado, q̃ ſoluês iſta pedagia, non poteſt capi pro repræſalijs ſeu clarigatione: quod tamen hodie non ſeruatur, vt ait Ludouicus Romanus. [i] Verumtamê dominus qui colligit vectigal huiuſmodi à tranſeuntibus per ſuum territorium, tenetur reſarcire omnia damna quæ paſſi ibi ſunt qui ſoluunt. [k] Sicut & breuiculum, quod vocant Guidagium Armoricæ princeps rectè exigit, & introduxit: cum eñ Armorici principes ac reges priſci, ſcopoloſo & importuoſo littore, crebra naufragia fieri proſpicerent, edicto ſtatuerunt ne iniuſſu ſuo, freto excedere liberum eſſet: ſoluentibuſq; periti maris & littorum, veniæ teſſeram ſeu breuiculû nauigaturis darent. [l] Sic enim futurum eſt, vt nec illicitę merces ad barbaras gentes deferantur, & naues quæ à portu vel littore dimittuntur, nullam concuſſionem vel damna ſuſtineant, ſi naucleri deponant in quam prouinciâ ituri ſunt. [m] Vectigalia quoq; mercium & perſonarum uel maximè proſunt & vtilia ſunt principi, ut norit quæ merces in regnum importentur vel quæ exportêtur: quædam enim ſunt, quæ non licet barbaris cômunicare, [n] ſic de ſimilibus. Hocq́ue ius tributorû gentes omnes probarunt, ut ex nationum moribus obſeruatis, quid quâtumue ſolutum ſit, poterit colligi, ut de Græcorum tributis plura
8 apud Alexandrum ab Alexandro. [o] Nec ignoramus tamen pleraque onera ferè importabilia humeris ſubditorû imponi à principibus: verum & nos de illis nô loquimur, ſed interim ea quoq́ue iure imponi poſſe dicemus, non habita ratione ad id quod fit, ſed eius quod fieri debet. [p] Boni quippè paſtoris eſt pecus tôdere, non deglubere, uel ad uiuum uſque radere, ut ſcripſit Tyberius Cęſar Aemilio recto, qui Ægypto præerat, mittenti maiorem ſummâ côſtituta. [q] Edoardi primi regis Angliæ ſanctione interdicta fuit regibus citra conſenſioné, conſiliumq́ue vniuerſæ Angliæ plebeia tributorum indictio anno domino 1298. [r] Si enim fieri poſſet, ut ſine vectigalibus ſaltem extraordinarijs regnum eſſet, fœlices eſſent ſubditi & imperantes: ut contrà infœlices vtriq;, ubi onera illa frequentantur, & modi exhauriêdi mar
9 ſupia augentur, & conquiruntur. Populus eñ tributis oppreſſus uel rebellat, vel miſerè interit. Nicephorus Boroniatus, poſtquam orientis imperator fuit coronatus: quicquid fiſco deberetur in vniuerſum aboleuit, ac notas tabulas magnifico edicto inſtituit. [s] Optimè Pertinax Imperator vectigalia omnia quæ ad contrahendas pecunias tyranni excogitauerant, in fluuiorum ripis, vrbiumq́ue portis,
10 perq́ue uias & itinera, penitus remiſit. [t] Iniuſta aliquando exordio poſſunt eſſe uectigalia, ex cauſa vrgente tunc, ut ob bellorum impenſas maximas: at quando cauſa ceſſat, iniuſta ſunt, ſi exigantur, & populus qui in neceſſitate confert vel ſpontè, dum ſine cauſa onera perſeuerant, calcitrat, vel res incultas abijcit. Sicuti quando Chilpericus deſcriptiones nouas & graues in regno fieri iuſſit, multi relinquentes ciuitates quas incolebant, uel proprias, alia regna petierunt, ſatius docentes peregrinari, quàm tali ſubiacere periculo: ſtatutum enim fuerat, ut poſſeſſor de propria terra unam amphoram vini pro aripento daret, ut author Gregor. Turonenſis. [u] Dicebat Philippus. 6. rex. [x] *Declaramus inſuper intentionis noſtræ non eſſe, quod gabella & impoſitiones noſtræ ſemper durent &c.* Periander Corinthiorum rex à nemine tributum exegit, ſed reditibus fori & portuum contentus fuit. [y] Erythrius præfectus urbis ſub Zenone, cum neque fiſcum ſufficere cerneret; neque onus imponere maius tributis quàm conſtitutum eſſet, ſuſtineret, aut improbè quippiam facere, quippè uir humanus: fiſcus autem eſſet profuſione Zenonis exhauſtus ab his quæ Leo ibi reliquerat, eorum quæ deberent, ut à Zenone donatione petita, magiſtratu abijt cum dolore ciuitatis. [z] Marcus Antoninus Philoſophus, ne exactionibus uectigalium & tributorum, ærario ob bella exhauſto, populum oneraret, auctionem ueſtium imperatoriarum fecit, uendiditq́ue pocula aurea, Chryſtallina, myrrhina, & uaſa regia, ueſtem uxoriam ſericam & auratam, & gemmas, ut ſcribit Iulius Capitolinus. [a] Tempore etiam commotionis Clodianæ, uectigalia populi Romani abrogata ſunt à Metello Nepote, ut obtemperaretur populo, ut author eſt Dion. [b] Apollonius Tyaneus, [c] de officio regis Veſpaſianum admonens. *Nec ea, inquit, æſtimes, quæ ex collatione tributorum à gentibus hominum proueniunt: etrum enim ſordidumq; putandum eſt aurum, quòd ex lachrymis oritur. Diuitijs autem optimè uteris ſuper omnes reges, ſi cum egentibus eas communicaueris.* Nouit & hoc Traianus ampliſſimus Cæſar, cum deteſtari cœpit impias exactiones. Dixit enim fiſcum lienem, nam ſicuti liene creſcente in corporibus noſtris, artus reliqui tabeſcunt: ita turgente principis fiſco reliqua ciuitatis membra marceſcunt & ægrotant. Vt ſi quis princeps uelit corpus reipub. validum eſſe, oporteat fiſcum non habere tumentem. [d] Vnde & Alexander Seuerus vectigalia ciuitatibus, ad proprias fabricas earum deputauit. [e]
11 Iuuenalis rectè certè hac de re ſentit, non eſſe ſpoliandas prouincias tributis, alioquin imminere bella, dum ait. [f]

Curandum in primis, ne magna iniuria fiat.
Fortibus, & miſeris, tollas licet omne quod vſquam eſt.
Auri atque argenti: Scutum gladiumq́ue relinques.
Et iacula, & galeam. Spoliatis arma ſuperſunt.

a arg. l. ſi quis in aliquo, de fide inſtrument. C.
b Barto. in d. l. eâ ſcimus. nu. 9. de agrico. & cenſi. lib 10. C.
c Guillel. Bened. in repe. c. Raynutius, in verbo & vxoré nomine, deciſ. 2. nu. 10. & ſeq.
d c. ſi tributû. & c. magnum 11. q. 1. c. tributum, 23 q. 8. c. conuenior, eo.
e c. quo iure de feudis, 1 diſtin. l. hanc à Zenone, de quadri. præſc. C. l. Lucius, de euicti. in P.
f D. Clem. lib. 7. conſtitu. apoſtolic. c. 17. & lib. 4. c. 13.
g Ludoui. Roman in l. 1. de public. ad §. huic ſtio.
h Bald. in c. 1. quæ ſint regalia, in uſibus feudor.
i Roman. ubi ſupra.
k Bald. in c. 1. qui feud. dar. poſſ. & in ca. 1. de pace iurament. firman. arg. l. ot quid, l. 1. de incend. ruin. & nauf.
l Argêtræus, in conſuetud. Armori.
m Gretia Cæſar, in l. vni. de littor. & itiner. cuſto. lib. 12. C. tit. 41.
n tit. quæ res export. neque. li. 4. C. tit. 41.
o Alexand. ab Alexand. lib. 4. genial. dierû, c. 10.
p ut in l. pen. de cuſt. & im.
q Diô Caſſius, lib. 57. Hiſtor.
r Polyd. Virgi. in Hiſt. Angliq.

s ll. 3. iur. Oriêtal. in continuatione 2. Botoniatis de relevatio fiſcal. debitorum.
t Herodi. in 2.
u Grego. Turonen lib. 5. Hiſt. Francor c. 27.
x in parte vlti. ſtyli parlamenti Aufrerij, tit. de talijs & exactionib. conſtitutione Philippi 6 ann. 1318.
y Heraclides, in politijs, in republic. Corinth.
z Suidas. ſuo uerbo Erythrius.
a Iul. Capitol. in Marco philoſopho.
b Diô Caſſius lib. 15.
c Philoſt. de vita Appollo. li. 5. c. 13.
d notat Philippus Beroal. in periphra. ad uitâ Auguſti Cæſaris Cal. Rhodigi. li. 4. c. 18.
e Aelius Lamprid. in vita Alexand. Cæſar.
f Iuue. Sat. 8.

Et dicebat Symmachus. *Si tributa adijciantur in ſolita forſitan conſueta ceſſabunt.* [a] Neque defuerunt qui odio onerum, & multo magis ob perniciem publicanorum, fraudantem vectigal, dixere nec Deo, nec hominibus teneri obligatum. [b] Quod tamen intelligendum eſt, ſi principis aſſenſu vectigal non probetur, vel lóga conſuetudine, cuius initij non extet memoria, vel illegitimum in ſumma ſit. Rebellarunt aliquando Dalmatæ Romanis ob iniuriam exactionum & tributorum, cum quibus tractans de pace Tyberius, qui Cæſaris partes agebat, interrogauit Barum eorum ducem, cur ita rebellarent, & deficerent à Romanis? is autem reſpódit, vos ipſi in culpa eſtis, quòd ad veſtros greges cuſtodiendos, non canes paſtoreſve, ſed lupos mittitis. Idipſumque & in ſecunda rebellione reſpondit. [c] Naturalis eſt hominibus libertas, & facile ad naturam propriam quodlibet reuertitur. Vnde & facilis ob onera, à ſeruitute ad libertatem proclamatio, & ad ſeditionem ob id prona turba, aliquando quidá Ioannes, paſtor pecorum, ad Niclaushauſſen in Franconia anno domini 1476. telonia & vectigalia non perſoluenda magiſtratui, aquas & nemora eſſe omnibus libera docuit, quem vſque ad triginta millia hominum ſecuta ſunt: donec eum tandem Herbipolenſis epiſcopus pro hæretico combuſſit, vt ſcribit Műſterus. Tempore Caroli 6. etiam regis Galliarum, Burgundionum dux cum valido exercitu Sequanam traiecit, non pauca oppida recepit, prædicans ſe rerum omnium, vectigaliumque, præterquam ſalis immunitatem adferre, ac miſeriarum omnium finem, vt narrat Paulus Æmilius. [d] Anno domini 1381. in Anglia ingens ſeditio contra procuratores & exactores tributorum & vectigalium nouorum indictorum plebi per capita, vt Cantiani ad arma plebem vocauerint, regem ipſum Richardum ſecundum obſederint Londini, & vrbem diripuerint. Sequentique anno ob eadem vectigalia noua, ferè per totum occidentem tumultus ſæuiſſimi ſuborti: vt apud Gandauos & Flandros caputiorum alborum rebellantium, & Pariſijs quoque. [e] Propter nimia tributa quę releuari ſibi petebat à rege Roboam filio Salomonis populus, deſciuerunt ab eius imperio 10. tribus ex duodecim, & fecerunt ſibi regem Hieroboam, Aduramque qui erat ſuper tributa, lapidauit omnis Iſrael. [f] Parthenius, quod apud Theodobertum Francorum regem nouorum tributorum author eſſet, à populo lapidibus quoque obrutus eſt. [g]

a Symmachus, epiſt. 13.

b colligunt ex Bartho Paulo Caſt. in l. vectigalia, de public. ouda P.

c Dió Caſſius, li. 55. Hiſt. Roman.

d Pau. Aemil. libr. 10. Hiſtor. Franco. in Carolo 6.

e Narrat Pol. Virgil. libr. 20. Hiſt. Angli. in Richardo 2.

f 3. Reg. 12.

g Grego Turonenſis, lib. 3 Hiſto. Franc. c. 36.

De finitione ſubſtantiali rei fiſcalis, & diſtinctione generali rerum fiſcalium. Cap. III.

1 *Quid fiſcus in ſubſtantia.*
2 *Qui præter principem ius ærarij & fiſci habeant. Inſubrum ciuitates regalia habent ab Imperat. Frederico & Henrico 6. Item Patricij in Gallia ſeu pares, & alij comites, & abbates.*
3 *Epiſcopos habere fiſcum docetur, & quatenus.*
4 *Ciuitates liberæ ius fiſci habent.*
5 *Fiſcus duabus rebus ditatur, vectigalibus ſeu tributis, & compendijs pœnalibus.*
6 *Vectigalis nomine comprehendi plura.*
7 *Tributum quare dictum.*
8 *Priuatorum in tributis & cenſorum officium, & conqueri licitum contra eorum fraudem.*
9 *Alia generalia nomina, & ſynonima tributi, functiones, munera publica, functiones gabellæ, & quare dicta Gabella, & quædam horum differentia.*

1 Fiſcus itaque erit, ærarium principis, ſeu alterius qui eius authoritatem habet, in quod pecunia ex publicis exactionibus ſeu penſionibus & pœnalibus iudicijs infertur. Sic enim placet nunc verbum fiſci generaliter finire. Quomodo fiſci ius ceſſerit in principis manű, iam paulò antè docuimus: at alij cuiuſcumque ſint ordinis ditioni principis ſubditi, ius fiſci propriè habere non dicuntur, niſi ſingulari conceſſione regalia iura à rege habeant.
2 Quemadmodum Inſubrum quædam ciuitates, quibus cum mero & mixto imperio, regalia quoque Imperatores Fredericus, & Henricus 6. aliquando conceſſerunt. [h] Quarum præcipuæ Mediolanum, Papia, Lauda, Nouaria, Vercellæ, & aliæ, quas enumerat Strabo. [i] Habent & hoc ius Galliæ patricij, quos pares Franciæ dicimus, & quidam comites, & abbates, qui participem principem ſuorum bonorum & territorij olim fecerunt, vocant pariagium, qualis epiſcopus & comes Caturcenſis, Abbas grandis ſyluæ, & alij ſimiles, qui iura confiſcationis habent in temporalibus: quod ius confiſcationis pendet ex mero & mixto imperio: atque ideo non ſolùm ex principis expreſ-
3 ſa conceditur poteſtate, ſed etiam tacita ex præſcripta conſuetudine. [k] Perſonæ quoque eccleſiaſticæ in ſpiritualibus cùm ſuperiorem regem non habeant, fiſcum habere dicuntur. [l] Habet & eccleſia vniuerſalis theſaurariam. [m] Negauit hoc Baldus, [n] in epiſcopo, quem dicit non habere fiſcum, ſed eum, ſuoſque aſſeclas improbant Butrigarius, Imola, Panormita. & alij. [o] Et latè Felinus. [p] Obſeruandum tamen eſt, in caſu quo clericus ad perpetuos damnatur carceres, & bona confiſcantur, Epiſcopi fiſcum capere tantùm mobilia, dominum autem temporalem loci, cui ius eſt confiſcationis, vel regem, immobilia, vt annotauit Ioan. Andreas. [q] Et ita iudicatum eſt areſto magni conſilij regis, anno domini
4 1486. Ciuitates quoque quę liberæ & ſui iuris ſunt, quæve rempub. faciunt, alicui non ſubditæ, proculdubiò fiſcum habent & ius confiſcationis: aliæ nequaquam, [r] etſi habeant ex permiſſione arcam communem ad exemplű Reipub. [s] quia nec bona inter illos commu-
5 nia publica propriè dici poſſunt. [t] Ex alijs verbis finitionis fiſci conſtat fiſcum vel ærarium augeri & ditari ex duplici pecuniarum genere, videlicet ex penſitationibus ſeu collationibus vel vectigalibus publicis, & ex pœ-
6 nalibus compendijs. Vectigalis publici nomine continentur quæcunque inuehuntur in fiſcum, ſiue penſiones tributa ſiue itineraria, portoria, & id genus ſimilia ſiut. [u] Sicut vectigalia priuata, omnes prouentus dicuntur rerum propriarum. [x] Quanquam interdum ex proprietate nominum iſta ſeparentur, Et vectigal & tributum ſeorſum aliquod habeant diſcrimen. [y] Marcus Terentius Varro, [z] omné cenſum, tributum dicit, & hoc dictum à tribu-
7 bus quòd ea pecunia, quæ à populo imperata erat tributim à ſingulis pro portione cenſus exigebatur, & ob hoc ea quæ aſſignata erat, attributű dicebatur: Hincque qui pecuniam reddere debebant, Tribuni ærarij. Siquidem Romulus in tres partes populum diuiſit, harumq;

h in l. nos Romanorum imperator, tit. de pace Conſtant. in fine feudor.
i Strabo, lib. 5. Geogr.

k gl. in § nulla exiſtente licentia, in verbo, iuriſdictione, de defenſo. ciuitat. in authen. coll. 3. tit. & Ioan. de Platea, ſuper rubr. de iure fiſc. lib. 10 C verſ. 5.
l glo. in c. quia diuerſitaté, in verbo prætereius, de côceſſ. præb.
m clem. 2. de hæret. ap. Clemen.
n Bald. in rub. de iure fiſci C.
o præd. auct. in d. c quia diuerſitatem, de conceſſ. præb.
p Felin in c. irrefragabili, § cæterum, in 4. concluſ. nu. 31 de off. iud. ordina.
q Ioan Andr. in additio. ad Specula. tit. de feud. § quoniã verſ. 40.
r Bartin l. item veniunt, § ſi ſenatus, numb. 2. de petit. hæreditatis.
s l. 1. § quibus permiſſum, quod cuiuſ. vniuerſ. nomi.
t l. etiam qui, vectigal, de verb. ſign.
u l imperatores, l 7. de publica. & vecti. in P. l. 1. ſi ager vectig. uel emphyteuti. peta.
x l arbores, 66. § ſi. de vſufr. lib. 7. P. tit. 1.
y in l. 1. § hic, tit. de pub. & vectig.
z Varro, lib. 5. de ling. Lat.

rumq; quamlibet in decé, illas tribus, has curias dixit: Græci illas φυλὰς, has φρατρίας, uel λόχους.[a] Quemadmodum & Plato,[b] tributa diſpari debere ait, habita ratione cenſus cuiuſq; ciuis, delatis redditibus fructuum annorum ad
8 magiſtratus per tribules. Cuius rei gratia etiá nunc peræquatores creati, & olim céſores, qui cenſum cuiuſque examinent, rerum fertilitatem, & ſterilem frugem.[c] Aduerſus quorum & Intabulariorum fraudem licitum eſt conqueri, ſi diuitum ſarcina in inferiores transferat.[d]
9 Vocantur & omnia tributa ſeu vectigalia alio nomine, functiones publicæ, & executiones ſeu præſtationes munerum, ſiue realium, ſiue perſonalium,[e] collationes.[f] Nempe functiones ob æſtimationem rerum & perſonarum, quæ functio dicitur:[g] vt etiam aliquibus dicuntur gabellæ, id eſt limitatio æſtimationis & definitio, id enim גבלות gabelut apud Hebræos ſignificat, id eſt, limitationem, à verbo גבל gabal, limitauit, finem poſuit. Vectigalia, item & functiones.[h] Vectigal ſeparatim pro eo, quod pro euectione rerum uel inuenctione penditur, cuius nomine communis penſitatio erat octaua pars pretij.[i] Tributum, penſio, uel annona, quæ præſtatur ratione poſſeſſionis prædiorum proprij iuris exiſtentium.[k] Rurſum & tributum à reliquis penſitationibus ſine cenſu, qui in auro & argento ſeiungitur.[l] Sic apud Græcos τέλος & φόρος differunt, nam φόρος propriè tributum, quod pro regione penditur. τέλος verò pro mercibus, ut Ammonius notat.

a Dionyſ. Halic. li. 2.
b Plato, 12. de repub.
c l. 2. & l. peræquatores, & l. ſi peræquatore, de cenſib. li. 11 C. l. forma cenſuali, eod. in P.
d l. 1. & l. qui grauatos, de cenſib. li. 11 C.
e c. audient, de defenſur. ciuita. in authent. colla. 3 tit. 2 l. immunitates, l. 9 de agric. & cenſ. lib. 11 C. tit. 47.
f l. 2. de praetor. & honor. praep. li. 12. C.
g l. 2 § 1. de rebus credit. l. pretia rerum, ad l. Falc.
h l. omnium, de vectigal. & commiſſ. lib. 4. C. tit. 61.
i l. vniuerſi. & l. ex præſtatione, l. à legatis, de uectigal. & comm. C.
k l. 1 de annon. & trib. lib. 10. C. l. 2. & ſi ſine cenſ. & reliq. fund. comp. nō poſ. l. 1. & 2. ſi propt. public. penſita. vend. fu. celebr.
l 2 ſin. ſi propt. publ. penſitat. &c.

De penſitatione canonis publici. Cap. V.

1 *Penſitationum in fiſcum delatarum quatuor ſpecies, Canon, oblatio, indictio, patrimonium principis. Item canon quid, idemque quod domanium. Canonem nec reſcripto principis minui poſſe, niſi ex certa eius ſcientia.*
2 *Morticinij impetrandi formula.*
3 *Exactiones ordinariæ ſeu canonicæ, uel reales, uel perſonales: & de ſingulis, & quibus impoſita rerum tributa & perſonalia.*
4 *Lege Thoria remiſſa veſtigalia fundis Italicis impoſita, exceptis qui iuris eſſent Italici.*
5 *Tributa realia penduntur ab alijs qui fructus percipiunt prædiorum, & fructus pro penſione obligati.*
6 *Iuris canonis erant annonæ à prouincialibus preſtitæ, conſiſtentis in frumento, larido, vino, oleo, & ſimilibus, de quibus inibi.*
7 *Præſtationes canonis leges accipiunt à conuentione vel conſtitutione prima, & diuerſa agrorum impoſita à Romanis præſtatione. Decimæ arborum & frugum & aliarum fructuum, & pecorum quinta.*
8 *Cenſuales & tributariæ prouinciæ ab Auguſto quomodo factæ, & quæ ſtipendiariæ dictæ prouinciæ populi, & tributariæ Cæſaris prius ideo in dominio populi vel principis reſeruatis fructibus colonis.*
Italicorum & ſtipendiariorum & tributariorum prædiorum differentia ratione proprietatis.
9 *Darius apud Perſas prius Satrapeia tributa in certam exactionem redegit.*
10 *Perſonale vectigal ſeu tributum dictum, & capitale, & quale impoſitum à Romanis Carthaginenſibus, & eorum auxiliarijs.*
11 *Capitale & Hebræis impoſitum.*
12 *Romana plebs à capitatione exempta, & Thracenſes coloni. Iugatio tributum eod. & circa finem capit. Capitatio transmigrationis in colonias alias, quæ.*
Heſychij lectio emendata. Drachmæ valor noſtrorum nummorum. Capitatio virorum & mulierum diuerſæ præſtationis, pro diuerſitate locorum. Capitatio animalium.
13 *De gradibus cenſus Romanorum, legum Platonis, & Athenienſium, remiſſiuè.*

1 PEnſitationum, quæ ad ærarium principis deferuntur quatuor ſunt in vniuerſum ſpecies, canon, oblatio, indictio, patrimonium principis: quod & iiſdem quibus fiſcus potitur priuilegijs.[m] Canonis nomine propriè id, quod domanium dicimus, ſignificatur. Canon dicitur, quod perpetuo & eodem modo exigitur à principe ſeu à fiſco, ex rebus, vel perſonis. Ordinaria exactio ſiue conſueta[n] omnibus ſine exceptione, qui res canonis poſſident, communis.[o] In quo nec aliud pro alio ſolui poteſt etiam ex reſcripto impetrato à principe,[p] immutabili forma canonis ex lege Zenonis remanente.[q] Lædunt enim publicam cauſam, & damnoſa ſunt fiſco hæc reſcripta, & ideo improba.[r] Nec prætextu eorum quiſquam eximitur ab onere vtilitatis publicæ.[s] Quod enim omnibus utile eſt, priuato commodo præferri debet.[t] Neque princeps intelligendus eſt conceſſiſſe quæ damnoſa alijs ſunt,[u] qui dum quidam eximuntur à canone, onus grauius ſentiunt. Leuius autem eſt, quod à plu-
2 ribus portatur. In quibus iudices ſequentur praxim ex iure depromptam,[x] ut ſi quando exhibeantur huiuſmodi reſcripta immunitatis à tributis, qualia illa quæ aliquandu conceduntur nobilibus uel eccleſiis, uocamus *Amortiſſement ou affranchiſſement*. Ne ea ſtatim admittantur à curijs, nec deſcribantur, donec plenius de hoc negotio princeps certior fiat,[y] & iuſſio eius ſecunda ad eoſdem iudices dirigatur. Tunc enim princeps cenſetur de negotio admonitus, & ex certa ſcientia derogare iuri communi: quo caſu tunc voluntas eius debet impleri, dummodo exequatur impetrans quæ moris ſunt in Gallia, ut camera computorum deſcribat exemptionem, & componat, uel ſoluēda ſoluat, ut fieri ſolet, pro huiuſmodi extin-
3 ctione ſeu morticinio.[z] Ordinariæ exactiones ſeu canonicæ, ſunt aut reales, aut perſonales, hoc eſt, uel ratione rerũ mobilium uel immobilium, aut perſonarum exiguntur. Antiquitus habito ciuium Romanorum cenſu & facultatibus per iuſſum Hoſtilij deſcriptis, ſecundum patrimonium cuiuſq; onera imponebantur.[a] Vnde & diximus tributum dici à tribubus Romanis, quibus præſtatio imperabatur.[b] Cæterum paulatim creſcentibus opibus Romanorum, ipſi quoque paulatim tributis ſe exonerarunt, potiſſimum quo tempore L. Paulus Æmilius gazas Macedonũ poſſedit, & ex manubijs duorum ærarium ditatum eſt: factis reliquis ſubactis prouincijs, tributarijs, vt authores Plinius,[c] & Cicero.[d] Nec poſteà præſtitit tributum Romanus vſq; ad conſulatum Hirci & Pãſæ, teſte Plutarchũ.[e] Erantea quoque plebs, nempe homines rei domeſticæ anguſtijs inopes, pauperes viduæ, pupilli, ſecundo ab exactis regibus anno, exonerati fuerunt tributo.[f]

m Vlpian in l. fiſcus. § fin de iur. fiſ. lib. 49. P. tit. 14. Iuſtinia. in l. 1 de quadrien. præſcr. li. 7 C. tit. 37.
n l placet, l 5. de ſacroſan. eccleſ. C.
o l. fundos, l. 10. de fundis patrimonial. li. 11 C. tit. 61. l. nemo, l. de fund. rei priuat. l. 11 C. tit. 65. & l. 3. de immun. nemi. conce. li. 10 C. tit. 45.
p l fi. de cano. vrb. Romæ lib. 11. C tit. 22. l. fi. ne rei dom. vel templor. &c lib. 7 C. l. 1 de pet. bono. ſublat. lib. 10. C. tit. 12.
q l. fin. de canon. largition. titul. lib. 10. C. tit. 23. l. 1 eod. tit. l. 2. de can. vrb. Roman. lib. 11. C.
r l. fi. ſi con. ius vel utilit. publ. C. li. 1 tit. 25 l. 1. de prec. impera. offer. lib. 1. C. tit. 22.
s l. iubemus, l. 11 de ſacroſan. eccleſ. C.
t l. actione, l. 64 § Labeo, p. ſoc. lib. 17. P tit. 2. l. vni § pen. de cad. toll. lib. 6. C. tit. 50.
u l. 2. & l. merito, & l. ſi quis à principe, ne quid in loc. pub. lib. 43. P. tit. 8.
x ex § & hoc vero iubemus, vt nulli iudic. lico. habe. loca. ſeruat. collat. 9. tit. 9.
y quid cõtinere debeat monitio, hæc ad principem per iudices miſſa, traditur in §. deinde competens eſt. de arãd. princip. collat. 9. tit. 24.
z de his vide latè Rebuff. in 2 par. conſtitut. Galliæ titu. des amortiſſemẽs, & Aegidi Magiſtri, in deciſ. tractat. des amortiſſemens. Quid autẽ ſoluatur pro iure morticinij, vide in vlt. parte ſtyli parlamen. Auſt. in ordinat. regijs titu. de finantia for mi. feudorũ & nouorum acquiſituum & tit. de finantis acquiſition feudor. & retrofeudo. &c.
a Liuius, lib 1. Diony. Halicar. lib 4.
b Varro. 4. de ling. Lat.
c Plini. lib. 33. c. 3.
d Cic. 2. offic.
e Plut. in ſ. vita Pauli Aemil.
f Plut. in vit. Publicolæ, Liu. lib 4.

4 Poſteà autem illis quoque impoſita & remiſſa
ſępè potut urgebat reſpub. neceſſitas. Vectiga
lia autem omnia lege Thoria, ab Sp. Thorio
trib. pleb. lata, ſublata ſunt ex fundis Italicis,
exploſa quoque lege Agraria.[a] Sic prædia pro
uincialia fuerunt tantum onerata tributis pro
pace impetrata, uel ob colonias acceptas, ut di
ximus, inter quas & illæ coloniæ erunt excipiē
dæ, quę Iure Italico donatæ erant à Cęſaribus,
quæ & immunes à tributis,[b] cuius generis plu
res fuerunt:[c] iuris Italici dictæ ob immunitatē
tributorum qualem habebat Italia, ut refert
5 Alexander ab Alexandro.[d] Ab illis itaque pro
uincialibus pendebantur realia hæc tributa,
nempe à poſſidentibus res & fructus earū, ſeu
ab vſufructuarijs,[e] & maritis in dotem res ha-
bentibus,[f] ſecundum bonorum quantitatē &
menſuram.[g] Quò fit etiam, ut eius exēplo, fru-
ctus prædij ſint tacitè pro penſione domino di
recto obligati,[h] etiam pro reliquis 29. anno-
6 rum,[i] & ſecundum alios 4. annorum[k] Erāt ex
canone quoque annonæ quædam annuæ, con
ſiſtentes in his quæ victui erāt neceſſaria, uelu-
ti in frumento, uino, hordeo, larido. Nam pro-
uinciales pēdebant frumēti quinquageſimas,
hordei quadrageſimas, vini & laridi uiceſimas,
exceptis Armeniæ populis, qui propter locorū
longam intercapedinem præbebant tantum
frumenti & hordei quadrageſimas, vini & lari
7 di quintas decimas.[l] Demptis etiam ꝓuincijs,
quæ ad maiora uel minora tributa ſe obliga-
uerant, quæ iuxta conuenta præſtabant.[m] Sicu
ti nec domini directi æqualia accipiunt ab Em-
phyteotis, ſed prout conuenerit in contractu.[n]
Sic Ioſeph in Ægypto famis maximæ tempo-
re, emit omnem Ægyptum, & poſtea ſub pen-
ſione quintæ partis frugum annuatim eam co
lendam poſſeſſoribus tradidit, vnde & ab illo
tempore Ægyptij quintam partem fructuum
pendunt regi.[o] Plato[p] tributa duplicia diſpo-
nenda voluit in Repub. vnum, genus quod ra-
tione cenſus, per tribus pēderetur: aliud, quod
annuis ex fructibus daretur. Meminit quoque
Appianus,[q] Romanos agros bello adeptos,
poſſeſſoribus uel alijs colēdos dediſſe, ea lege
ut omnium uectigalia ſoluerētur, arborum &
frugum decima pars, aliorum fructuum quin
ta, & ex pecoribus & armentis quæ illis uiciſ-
8 ſim uenundabant. Theophilus ait[r] Imperato-
rem (ſcilicet Auguſtum[s]) ſubacto orbe Roma-
no, prouincias diuiſiſſe, & quaſdā ſibi retinuiſ
ſe, quaſdam populo reliquiſſe, vtraſque ſub cē
ſu & à populo & principe colendas; datas fuiſ-
ſe & ideo populi ſtipendiaria prædia dicta, qđ
ſtipes [Greek] ſiue collationem ſignificet, & par-
ticulatim argenti aliarumque rerum factā col
lectionem. At imperatoris ꝓuincias dictas tri-
butarias: *Quoniam*, inquit, *tributum eſt graue il-
lud vectigal, quod princeps prouincialibus ſuis indi
cebat, eo nomine ꝙ magnis exercitibus alendis ſum
ptus faceret*: ita, inquit, *qui ex largitione populi
vel principis, ſtipendiaria habebant vel tributoria
prædia, domini illorum non erant, verum dominiū
apud populū erat, aut apud principē, ſed vſumfru-
ctum habebant, aut pleniſſimam detentionem, ita ut
transferre poſſent, & ad hæredes tranſmitterent.*
Sic prædia hæc ab Italicis differebant, tunc,
quia Italicorum fundorum & domorum do-
mini, dominium eorum habebant. Poſteà ta-
men & ad formam horum Italicorum prouin
cialia redacta ſunt.[t] Prædiales itaque penſita-
tiones, decimæ, ſolaria, & huiuſmodi vectiga-
lia canonem faciebant olim, ſiue pecunia, ſiue

a Appia. lib. 1. bello. ciuil. & Cicero ſtrato.
b l. de his, l. 3. de epiſcop. & cler. C.
c refert aliquot Vlpia. l. 1. Celſus, l. colonia, 6. Paul. l. iuris Italici, 7 & l. fi. de cenſi. in P. lib. 50. titu. 14.
d Alexand. ab Alexand. lib. 4. genial. d. c. 10.
e l. ſi pēdentes, § 2 de vſufruc.
f l. neque ſtipēdium, de imp. in reb. dotal. fact.
g l. 1. & 2. & l. pro locis, t. de anno. & tribut. li. 10. C. ti. 16.
h l. ſi in lege locationis, l. 27 §. ſi colonus, loc.
i l. qui fideiuſſor, 52. eod. tit. l. in prædijs, l. 7. in qb caus. pign. uel hypo. tac. contrah.
k ſecundū Maſuerium in pra xi tit. de loca §. item dominus directus.
l gl. pen. in c. conſtitutā, de relig. dom.
l Valens, in l. modios, l. 9. de ſuſcept. lib. 10. C. tit. 70.
m Theodo. l. fi. de anno. & tribut. lib. 10 C. tit. 16.
n Iuſtin. in l 2. de iur. emphy. C. lib. 4. titu. 66.
o Geneſ. 47.
p Plato, li. 12. de ll.
q Appia. lib. 1. bello ciuil.
r Theophil. 2. li. Inſtitut. iur. ciuil. de re. diuiſi. §. ſed & ſi. quis tradit.
s Strabo, libr. poſteriori Geograph.
t Theoph. vbi ſup. & Iuſtinia. in § per traditionem, de rer. diuiſ.

9 ſpecies eo nomine penderetur.[u] Apud Perſas
primus Darius Hiſtaſpis filius, diuiſo imperio
in viginti prouincias ſeu ſatrapeias, taxauit qd
pro tributo penderent ſiue argenti, ſiue auri, ſi
ue alterius ſpeciei. Etenim ſub Cyro atque de-
inde ſub Cambyſe, nihil dum fuerat circa tri-
buta inſtitutum, ſed munera offerebantur. Et
ideo ob hanc tributi ordinationem & alia hu-
iuſmodi, Perſæ aiunt Darium fuiſſe inſtitoris
filium: Cambyſem, dominum, quia aſper erat
& moroſus: Cyrum verò patrem, quia mitis e-
rat, & omni ratione de illis benè mereri ſtude-
10 bat.[x] Tributa perſonalia erant, quæ ratione
perſonarum tātum exigebantur, quale Roma
ni deuictis Carthaginienſibus, ijs qui opem il-
lis tulerant vectigal rerum & perſonarum, ui-
rorum & mulierum impoſuerunt:[y] uocant ca
pitale, cum per capita imponitur, exigiturq́ue
ut plerumque uel ratione habitationis, uel ar
11 tificij, ſeu, ut dicūt, induſtriæ. Et apud Hebręos
quoque iuſſit Deus ſingulis, qui in nomen po
puli Dei tranſirent, dimidium ſicli iuxta men-
ſuram uel pondus templi, dare, & ſusceptā pe-
cuniam eſſe in vſum tabernaculi,[z] ne plaga
vlla afficerentur. Vſurpata hæc capitatio & à
Romanis, verum plebs urbana ab ea eximeba
12 tur lege Conſtantini:[a] Cum tamen ruſtici &
tributum & capitationem ſoluerent.[b] Exce-
pta colonia Tracenſi, cuius coloni non capi-
tationem, ſed iugationem terræ tantum ſol-
uebant.[c] Qui tranſmigrabant in alienas colo
nias, Inquilini dicti, ob tranſmigrationis rece-
ptionem, in ea ciuitate, in quam tranſibant, ca
pitationem duodecim drachmarum etiā olim
pendebāt. Sic enim Heſychius ſcribit, *μέτοικοι
οἱ ἐνοικοῦντες ξένοι ἐν τῇ πόλει, καὶ τελοῦντες εἰς τὰ δραχ
μὰς δώδεκα τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰς τὸ δημόσιον, μετανάσται
δημόσιοι*, id eſt, *inquilini, inhabitantes ſunt hoſpites
in ciuitate, & pendentes ſinguli duodecim drag-
mas ſingulis annis populo, dicti & tranſmigrantes
& exules à populo*, Et ruſum idem, *μέτοικιον τέ-
λος τοῦτο ἐκαλεῖτο ὃ ἐτίθεσαν ἐν τῇ πόλει δραχμὰς
δέκα*, uel melius, *δώδεκα. τῷ δημοσίῳ τριώβολον*,
id eſt, *Metœcion ſeu inquilinare vocatū erat uecti-
gal, quòd præſtabatur ciuitati, nempe drachmæ de-
cem: vectigali autem publico tres oboli.* Adnotan
dum tamen eſt in Aldinis exemplaribus eſſe
mendum, uel legendum eſſe loco uerborum il
lorum *δραχμὰς δέκα*, ſcilicet, *δραχμὰς δώδεκα*.
Si quidem oboli tres non poſſunt conſtituere
cum prioribus decem, duodecim drachmas: nā
ſex oboli reddunt tantum drachmam Atticā,
vnuſquiſque autem obolus ualebat ſeptem de
narios turonenſes noſtræ monetæ. Sic duode
cim drachmæ ciuitati præſtabātur: tres autem
oboli fiſco, ut opinor: firmaturq́ue ſententia ex
Iulio Polluce[d] *μέτοικος*, inquit, *ὁ τὸ μετοίκιον συν
τελῶν, τὸ δ᾽ ἦν δύο καὶ δέκα τῷ δημοσίῳ δραχμαί,
καὶ τῷ γραμματεῖ τριώβολον*, id eſt, *μέτοικιον*. *Vnde
& μέτοικιον, tractum vectigal, quod erat duodecim
drachmarum, publico illatarum.* Et deſcribenti
acta publica uel ratione deſcriptionis, tres
oboli. Iſæus autem & duodecim drachmas
tributi nomine à viris præſtitas ait: à fœminis
autem non tot, ſed ſex tantum, ut duæ mulie-
res tot præſtarent, quot vir vnus. Variauit ta-
men mos tempore & locorum diuerſitate.
Nam & olim ruſticis Byſantinis, capitatio
vnius uiri æquabat duarum mulierum ca-
put, poſteà tamen placuit tres uiros unam
capitationem, & quatuor mulieres quoque
aliam unam capitationem facere.[e] Scribit
Heſychius Mileſius Illuſtrius[f] Xenocratem
philoſo-

u conſtat ex ti tu, de cano. frumen. urb. Romæ, & titu. de frumento, Alexand. lib. 11. C.
x hæc Herod. in 3.
y Appia. Alex. in Lybico.
z Exodi, c. 30
a l. 1. de capitatio. ciuium cenſib. exim. li. 11. C. tit 48.
b l. 1. ne ruſtica. ad v. ullum obſequium reuocen. libr. 11. C. tit. 54.
c l. 1. de colon. Thracenſ. libr. 11. C. tit. 51.
d Iulius Pollux, lib. 3. Onomaſt. c. 4.
e l. cum antea, l. 10. de agricol. & cenſi. lib. 11. C. tit. 47.
f Heſychi. Mileſ. lib. περὶ σοφῶν.

philoſophum Athenienſes uendidiſſe τὸ μετὰ κατὰ ἐννενῆκοντα θέναι, quod non haberet unde in quilinarium ſolueret. Cum Taxis Hungarorũ rex, uenit cum magno exercitu in Italiam, Berengarius decem modijs nomm ſtum eũ iuuauit, quos ex tributo collegit indicto, ut quiſq; mas, fœmina, magnus & lactans, nummũ ſolueret.[a] Fuit quoq; ſe capitatio animalium pro ſingulis animalibus impoſita, uel pro iugo loco perſonarum.[b] Et Poloniæ in conuentibus Coli & Corcini iugecalis exactio duodenorũ groſſorum ruſticis impoſita ad ſtipendia militum,[c] anno domini 1457. Erant Romæ Thetes, id eſt, proletarij ſiue capite cenſi, qui pendebant uectigal dictum θητικὸν, qui neque ad ullum magiſtratum admittebantur, neq; militabant.[d] Apud Anglos anno domini 1381. exhauſto ærario, uel libidine exactorum tempore Richardi II. Regis, in capita ſingula hominum utriuſque ſexus triburum impoſitum, ut ſinguli legitimæ ætatis groſſos, ſingulos, id eſt, nummos argenteos ſoluerent, quod fuiſſe
13 ditionis maximæ occaſio.[e] Multa de cenſus Romanorum gradibus, legito apud Polydorũ Virgilium,[f] Et quos conſtituerit Plato uide,[g] etiam: quos Athenienſes uide Suydam in uerbo, ἐν τιμήματι, & in uerbo, θῆτες.

> a Luithprãdus li. 2. de reb. per Europã geſtis, c. 17.
> b l. 2. de immunit. nemini con ced. lib. 10. C. tit. 15.
> c Mart. Chromerus, lib. 24. de reb. Polon.
> d Suidas, in uerbo θητικόν.
> e Polid. Virgil. lib. 20. Hiſtor. Anglic. in Richardo 2.
> f li. 3. de inuen tor. rer. c. 1.
> g ap. Plato. 6. de legibus.

De Oblatione. Cap. VI.

1 *Secunda ſpecies fiſcalis penſitationis ex oblationibus, Gall.* Les aides. *& qualis in Gallia.*
2 *Oblatio antiquis, auxiliaria tributa ſpontè oblata præter morem creſcentibus imperij negotijs.*
3 *Facta oblatio & ex uoto, eaque duplex, uel ob ſalutem principis, uel ominationis bonæ cauſa per ſtrenas.*
4 *Auxiliares oblationes rectè a laicis & ſpiritualibus præpoſitis peti poſſunt ex cauſa.*
5 *Oblationis ſpecies in Gallia,* Tributa dicta la compoſitioo, *quare.*
6 Commutation & æquiualant, & ſouchet, *qualia tributa & oblationes in Gallia.*
7 *Tributi noui ſpecies poſſeſſionis hæreditatis nobilium in Anglia introductio.*

1 SEcunda ſpecies fiſcalis penſitationis & tributi, dicitur oblatio, quã hodie diximus auxiliorũ, ſeu ſubſidiorum nomine, *Les aydes.* Cuius generis eſt octaua uini Pariſijs heminatim uenditi, uiceſima eius quod cauponum culeatimque uenit: & eorum quæ a ſolidarijs mercatoribus uenduntur, quos uocant groſſarios, quæve a minutarijs, ſeu propolis qui ſua non uenduot, ſed a negotiatoribus, emptitata, plu-
2 ris, quàm emerint, diſtrahunt. Factæ oblationes ſpontè antiquitus a ſubditis ad iuuandas bellorum impenſas, præter modum antiquum ex cauſa legitima auctas, extra ordinarium ca-
3 nonem. Compertum & eſt aliquando olim largitiones oblationales ex uoto principi factas fuiſſe a populo, quæ poſtea in conſuetudinem tranſierunt, & petitæ fuere ordinariè a principibus,[h] ut & nota ad præſtationem obligant.[i] Erant earum oblationum uotiuarum duæ potiſſimæ ſpecies, quæ principem Romanum reſpiciebant: una ob ſalutem principis, ueluti quando omnes ordines Romanorum propter ſalutem Auguſti, in lacum Curtij quotannis ex uoto iaciebant ſtipem.[k] Fiebant & alia uota pro ſalute principis, quæ ſuſcipiebantur tertio die poſt calendas Ianuarias.[l] Erant aliæ oblationes quæ ſtrenæ dicebantur, quæ fiebãt in principio Ianuarij in calendis principi,[m] ob memoriam ætatis Saturni, in qua homines liberales erant.[n] Quemadmodum & fiebant hoc die inter priuatos: Et a principe quoq; priuatis.[o] Dabantur autem pro bona ominatione futuri anni a paganis, unde uetitæ, ut augu-
4 ria inter Chriſtianos.[p] Auxiliorum nomine itaque rectè oblationes iſtæ petuntur a ſubditis ex neceſſitatibus, uel rationabilibus cauſis ſuperuenientibus, nec ſolum a ſecularibus, ſed
5 etiam ab ſpiritualibus præpoſitis.[q] Eſt & genus oblationis, genus tributorũ, quod in Gallia dicitur: *La compoſition:* Nam cum olim mitterentur per Galliæ prouincias, qui fructuum ubertatem, uel utilitatem diſpicerent ſingulorum, & ex quantitate cenſum diuiderent, certum aliquid prouinciales obtulerunt principi, pactique cum eo ſunt, ut ſe ab hac annua moleſtia liberarent inſpectionis. Cœpitq; tantum oblatio exigi, quæ & compoſitio dicta, uideturque in iure recepta.[r] Valent enim pacta inter ſuperiorem & ſubditos de modo exigendorum tributorum.[s] Transferuntur autẽ hoc
6 pacto tributa in perſonalia.[t] Sicut & perſonalia in realia transferri poſſunt.[u] Cuiuſmodi ſunt plura tributa in Gallia, quæ commutationes & æquipollentia ſeu *equiualans,* dicuntur, ut tributum Tholoſæ ex cauponis exa-
7 ctum, quod dicunt, *Le ſouchet.* Refert Polydorus Virgilius,[x] tempore Hẽrici III. Regis Britanniæ ſeu Angliæ nunc, excogitatum nouũ uectigalis genus ad inuandum tunc Regis ærarium, auitis bellis exhauſtum, concedentibus ultrò nobilibus ob inopiã, ut quoties quiſpiam eorum qui poſſeſſiones haberent, quarũ rex eſſet dominus, antè moreretur, quàm liberi quos feciſſet hæredes uiceſimum alterum agerent annum, tum eatenus tam ipſe hæres, quam patrimonium in poteſtate, ac tutela regis foret, & ille huiuſmodi patrimonij uectigalia caperet, quoad hæres ad eam ætatẽ perueniret: uerum quãuis iſta oblatio gratia Henrici III. tantum eſſet, a poſteris regibus poſtea uſurpata eſt. Quin & non modò reges, ſed reliqui locorum domini, in hæreditates nobilium demortuorũ inuaſerunt.

> h leg. unic. de oblat. uoto. lib. 12. C. tit. 49.
> i c. ex parte, c. 18. de cenſib. lit. 3 decret. tit. 10. c. licet, c. 6. de uoto & uot. redemp. 2. de pol licit. li. 50. P. tit. 12. Lomnes, l. 4. de anno libr. 10 C. tit. 16.
> k Sueton. in Octauio. c. 57.
> l Caius, in l. ſi calumniator. §. poſt calendas, de uerb. ſign.
> m 99 Sueton. in Caligula c. 42. & in Octauio, c. 57.
> n Ouid. 1. Faſt. Macrob. 1. Saturna. c. 7.
> o l. laudabile, 14. de offic. diuerſis iudicio. lib. 2. C. tit. 16
> p c. non obſeruetis, 26 q. 5. c. legat, 37. diſt.
> q c. cum apoſtolus, c 6. §. prohibemus. de cẽſib. li. 3. Decret. c. 13 c. conquerente, in fin. de offi. ord.
> r l. fin. de ann. lib. 10 C.
> s l Caſar, l 15. de public. & uectigal. lib 39 P. titu 4. l pen. de donat. int. uir. & uxo. C. lib. 5. tit. 16.
> t d l. fin. de an non
> u l. reſcripto. §. fi. de muneribus & honor. in P.
> x Polyd. Virg. lib 16. Hiſt Angliæ in Hẽnrico 3.

De Indictionibus. Cap. VII.

1 *Indictio, talea, collecta, uel collectio ἐπινέμησις, coactio idem, & quomodo fiebat.*
2 *Statæ indictiones Gall.* Tailles ordinaires, *munera mixta indicta perſonis, & rebus, diſtributa per as & libram, aliquando per capita, & quomodo.*
3 *Superindictum, Gall.* Tailles extraordinaires & emprunts.
4 *Indictio quare dicta, & cur præmouebantur prouinciales ante exactionẽ: Curq; contineret quinque luſtra: & quid ſingulis præſtandum eſſet.*
5 *Differentia inter aurum luſtrale, & coronarium.*
6 *A quibus ſuſciperetur, & quo aurum luſtrale, & nomina ipſorum officiorum Gallicis explicata. Archarius communis, Gall.* Receueur, *Numerarij ſeu tabularij, Gall.* Contrerolleurs.
7 *Iudices ſeu ζυγοστάται, ſeu libripendes qui.*
8 *Tributa in ſpecie ferri debita ad arma conficiẽda non poterant mutari in aliam præſtationem.*
9 *Hodie indictiones, uel taleas imperij, uel a principe, uel ab alijs eius authoritate tantum.*

10 *Quomodo collectæ imponi poſſint a pagis, oppidis, ciuitatibus, & comitijs patria.*

11 *Quando & quomodo domini clientelares poſſunt ſubditis taleas imponere.*

1 Tertia ſpecies functionum publicatum, eſt indictio: nos dicimus taleam, antiqui & Cicero collectã, uel collectionem, Græcis ἔρανος, ut ſcribit Iulius Pollux,[a] & Heſychius coactionem ſcilicet pecuniarum ex locis, oppidis, & ciuitatibus collectam, præcedenti facta admonitione, ut ſe ad ſolutionẽm præparent, unde indictio.[b] Factæ enim indictiones aliorum onerum & exactiones, non ſufficientibus canone, oblationibus, & auxilijs ordinarijs, nego-

2 tijs reipub. Et quia annuatim, negotijs in eodẽ ſtatu ex æquo remanentibus, exiguntur, ideo ſtatæ illæ exactiones indictioneſque ſunt, vocamus *Les tailles ordinaires*. Nam inter munera ordinaria ſunt collectæ, quando ſtatutũ eſt exigi poſſe ſingulis annis.[c] Onus tamen mixtũ quod imponitur perſonis, ſed pro rebus:[d] ideo diſtribuitur & exigitur, nulla facta differentia pauperum & diuitum, habita tantum ratione bonorum poſſeſſorum:[e] unde cedẽdo rebus in poſterum non poteſt cogi ſoluere collectas, quod tamen diuerſum eſt in annonis & tributis,[f] ſicuti re deſtructa ius quod in ea erat tollitur:[g] ut uſusfructus re perempta, uel flumine occupata.[h] Et proinde diuiduntur iſtæ collectæ in ſingulos per æs & libram, utq; cũ vulgo loquar, per ſolidum & libram, id eſt, ſecundum quantitatem & qualitatem patrimonij.[i] Quod tamen Bartolus[k] in collectis ciuitatis uel oppidi, tantum habere locum dicit, ſi illæ fiant pro debitis ciuitatis, aut mutuo ſoluendo, non ſi pro remouendo aliquo munere perſonali, ueluti ſi ſoluenda pecunia, ne incolæ talis loci eãt ad bellum: tunc enim fiet per capita non inſpecto patrimoniũ.[l] In dubio autem ſi de eo non liqueat, fiet pro uiribus patrimonij.[m] Obſeruarunt & Cynus, & Petrus de Bellapertica diſtinguendum eſſe in extraordinarijs indictionibus, num indictio fiat pro negotijs principis, ut tunc conſerant loci cuiuſque habitatores pro modo poſſeſſi patrimonij, nõ tantum in loco habitationis, ſed & eius quod alibi eſt,[n] ſecundum ſcilicet æſtimationem totius patrimonij:[o] num uerò fiat ratione negotiorũ ciuitatis in qua quis moratur, puta ad comparandum exercitum, & ad ſtipẽdia militum, ad tutandam & defendendam ciuitatem: tunc tantum pro modo patrimonij, quod quis habet in ea ciuitate, & nõ quod eſt alibi, fit contributio.[p] Et ita fuiſſe iudicatum ſcribit Guido Papæus.[q] Et ſic ſubſidia ſoluuntur in loco domicilij, nõ in loco patrimonij,[r] habita tamen ratione patrimonij alibi conſti-

3 tuti.[s] Quod & de ſuperindictis, quę uocantur, *Tailles extraordinaires & emprunts*, intelligendũ eſt. Aequale enim ius ac in indictionibus, quia ſuperindicti etiam nomen hodie ſublatũ eſt a Cęſaribus: utpote, quòd ſpeciem quãdam tyrannidis referret, & ideo noluerunt ſuperindicti nomen, indictionem, & canonem quoq;

4 uocari.[t] Porrò cenſus iſti qui ex prouincijs accipiebãtur, indictiones dicti, eo quòd antè admonerentur prouinciales, quàm tributũ hoc exigeretur,[u] quomodo collectio indicti eſſet facienda: fiebat namque poſt indictionẽ eius integri, quod petebatur, conſideratio, quãtum unicuique prouinciæ, cuique ciuitati, pro uno quoque iugo, aut uillis, aut centurijs, aut alio quolibet, tam in ſpecie, quàm in auro, fiſcaliũ cauſa immineret: cum indictione quoque ęſtimationis ſpecierum, ſecundum menſuram cuiuſque loci.[x] In indictione una, cum onus hoc cępit eſſe ordinarium, tria luſtra ponebantur, nempe quindecim anni unumquodque luſtrum quinque conſtabat annis; tunc enim finiebatur quinto quoque anno officium cenſoris Romæ, luſtratione ciuitatis facta, ſacrificio, & expiatione peractis in campo Martio ex ſue, tauro, & oue, ut author Flauius Blondus.[y] In fine cuiuſque quinquẽnij, ſeu luſtris ſingulis, tributum aliquod certum pręhebatur a prouincijs: quatuor autem pręcedentes anni cuiuſque luſtri deſtinati ad iter peragendum, & ad tranſuectiones, propter longa interſtitia itineris inter Romam & prouincias. Primo itaque luſtro, aurum præbebatur, in ſymbolũ dominationis: in ſecundo, argentum, ad ſtipẽdia militum: in tertio, æs & ferrum, ad armorum reparationem. Sicut exemplo Hebræorum, qui aurum, argentum, uaſa ænea, ferrumque in ærarium domini mittebant, conſecrata

5 pro militia.[z] Aurum tamen hoc luſtrale aurum coronarium non erat. Nam coronarium illud, quod tantum exigebatur ad coronã, uel ſtatuam principis conflandam ab ijs, qui ſoliti erant illud pendere:[a] nempe a Iudæis & primatibus Paleſtinæ, qui ante ob ius Synedrij, ſeu Sanhedrin, id eſt, concilij, uel congregationis ſuæ, ſolebant illud præſtare patriarchis occidentalibus, donec in ſuum theſaurum tranſtulerunt Theodoſius & Valens.[b] Liquet & ex 1. Machabeo. cap. 10. uerſic. 29. Iudæos pro tributo coronas tribuiſſe principibus. Sic. o. ibi rex Demetrius Iudæis ſcribit. Et nunc abſoluo uos & omnes Iudæos a tributis, & pretia ſalis indulgeo, & coronas remitto, & tertias ſe-

6 minis, &c. Porrò aurum & argentum luſtrale colligebatur apud duos numerarios & ſuſceptores, ut ſcribit Archadius,[c] nobis ſuſceptor & arcbarius, *commis, & receueurs* utrumque enim ſuſceptor & archarius promiſcuè accipitur.[d] Numerarij autem ſeu tabularij, *contrerolleurs*, dici poſſent, qui ad maiorem fidem ſuſceptoribus accedũt, duo per ſingulas prouincias qui deſcriberent in tabulis quę colligerẽtur.[e] Hi hæc ſuſcepta & conſignata ad ærarij comites mittebãt, & iſti ad ſacrum theſaurũ.[f] Liberum fuit prouincialibus, pro auro & ſolidos & aliam materiam, æqua tamen lance ſeu æſtimatione præſtare.[g] Et pro argento quoq; theſauris inferendo licebat præbere aurum, pro ſingulis libris argenti, quinos ſolidos auri inferendo.[h] Et pro ęre quoque licitum aurum ſoluere, dummodo pro uiginti libris ęris, unus

7 auri ſolidus a poſſeſſoribus redderetur. Atque eius rei gratia pro qualitate uel bonitate auri indaganda ſolidorum, conſtitutus eſt iudex, q de ea cognoſceret per ſingulas prouincias.[i] Hi

8 iudices Græcis ζυγοστάται dicti libripendẽs. At præſtationem ſpecierum ferri in fabricam vel facturam armorum debitam non potuiſſe pręſtari a prouincialibus in pecunia conſtat, tãta fuit armorum Romanis cura, & bellorum cu-

9 pido.[k] Notandum eſt hodie indictiones ſiue collectas fieri, uel ab ipſo principe, uel ab alijs uidelicet a repub. ſiue ciuitatibus & pagis, cũ facultate a principe conceſſa, uel a dñis clientelaribus. Quę a principe fit, ordinaria dici poſſet, aliæ extraordinariæ. De priori, iam ſupra

10 dictum. At a communitate extra ordinem im-

ponuntur

a Iul. Pollux, li. 8. Onomaſti. c. 6.

b l fi. de indiction. lib. 10. C. tit. 17.

c Bald. in l fin. col 2. uerſi. ſed hoc poteſt dubitari, C. ſine cenſib. & reliq. fund. compar. non poſſ., l. 4. de ann. & trib. li. 10. C tit. 16.

d Baldus, in l. prædic, col. 1. uer. ſed quæro, cum collecta, C de fideicom miſſ.

e glo. in l. 2. ad verbũ inopes. de epoch. publi. li. 11 C.

f Barto. in l. is, cum quo, num. 2. iunct. text. de aqua. plu.

g Forma cẽſua li. §. 1 de cẽſib.

h l eum uſumfructum, l. 24. quib. mod uſuf. fru amit. li. 9. P. tit. 4.

i c graue, de ſenten excommun. l. omnes, de operib. pub Bartol in l. 4 §. actor. nu. 2. de re iudica.

k Bart. in d. §. actor.

l argumẽto. §. illud, pro ſoc. l. ſecundum naturam, de regu. iur.

m l. reſcripto, in fin. de mune rib. & honor.

n l. reſcripto, § ſerendum, de muner. & honor P.

o leg. 1. § 1 de impon. lucra. deſcript.

p l. 1. in octa gl. ſi de mulier. & in quo loc lib. 10 C § ad hæc ſancimus, de eccleſ. ti. in authen. collat 2.

q Guido Papa deciſ 5.

r Bart. in l. 1 de mulier. & in quo loco.

s ſecundum l. 2 C de muner. patrimonio.

t l. 1. de indict. li. 10. C. tit. 17. l. unic. de ſuper indict. lib. 10. C tit. 18.

u l. 2. de indict. lib. 10. C.

x §. 1 de collatoribus & alijs ec. in authent. coll. 9 tit. 14.

y Blondus, li. 3. Romæ triumphantis.

z Ioſue. cap. 6. videnda glo. ut præponat. nomen Imperator. in uerbo indictionis, cantor dilectos, de fid. inſtrumen. in uerbo indictionis.

a leg. 1. de aur. coron. lib. 10. C. tit. 74.

b l. Iudæorum, l. 16. de Iudæis, li. 1. C. ti. 22.

c Archad. in l. duos tabularios, leg 13 de ſuſceptor. præpoſ. & archar. li. 10 C. tit. 70.

d l. fi. eod. titu. de ſuſcep.

e l. 4. de numerar. & actuarijs, lib. 12. C. ti. 50.

f leg 1. de ſac. largit. lib. 10. C. tit. 24. l. fina. de ſuſcept. & archar. l. uni. de offic comit. ſacr. largit. lib. 1. C. tit. 35.

g l. 1. de ponderator & auri illatione lib. 10. C. tit 71.

h l. 1. de argen. pret. quod Theſau. in fer. lib. 10. C. tit. 76.

i Archad. & Honor. in l. 1 de collat. æris, lib. 10. C. tit. 29.

k Iuſtinia. in l. 3. de pondera. & auri illatione. li. 10. C. tit. 71.

ponuntur collectę uel in primirijs alicuius patriæ, [a] vel conſilio ciuium, de quorum negotijs agatur communibus, ſi pecunia in arca deficiat, [b] vocatis omnibus quorũ intereſt, quos omnes oportet conſentire vel maiorem partem. [c] Si tamen pro negotijs vniuerſitatis, quæ omnes non tangunt, collectæ fiant, non poſsũt cogi ad eas niſi cõprehẽſi in negotio & ſyndicatu, vel qui ei adhæſerunt & conſenſerunt: veluti ſi vniuerſitas aliqua litem moueat ex cõſilio aliquorum, & propter ſumptus vel condemnationem, neceſſarium ſit conferre & collectas facere, illi tantũm contribuunt qui ſyndicatui & conſilio adfuerunt vel comprobarunt. Et ita ſæpe vidi iudicari in ſenatu Tholoſano dum cauſas agerem. Neque ambitioſa decurionum decreta operare debent non conſentientes. [d] In negotijs autem quæ omnes vniuerſitatis reſpiciunt, puta quia pecuniæ mutuo acceptæ nomine vniuerſitatis, & in vtilitatem communẽ expenſæ, tunc collectæ imponi poſsũt à conſulibus pro modo patrimonij, iudexque poterit iubere municipibus, vt eius rei gratia conueniant vnà, vt imponant, diſtribuant, & exigant: quod ſi non imponant, iudex ipſe poterit imponere, vt ait Bartolus. [e] Et in eo puto verũ quod ſcribit Petrus Iacobi, [f] conſules ſufficere & repræſentare vniuerſitatem. Antequam autem & comitia & conſules poſſint imponere collectas, vtriſque à principe oportet poteſtatem dari, vel ab officina æquitatis ſiue eius cancellaria: aliter pecunias cogere ſine crimine maieſtatis non licet, vt in

11 crimine maieſtatis humanæ diximus. Porrò à dominis clientelaribus collationes ſeu Taleæ a ſubditis exiguntur aliquando, ſed non temerè, nec ad arbitrium, ſed in primis non vltra duplicationem cenſus annui ſibi debiti, & ita iudicatum. [g] Et tantũm in quatuor caſibus, idque vel ex cõſuetudine recepta, vel pacto emphyteoſeos: [h] nempe ſi nuptui velit dare filias, ſi nouum equitatum ad propulſandos hoſtes comparet, ſi vltra marina loca petat, ſi capiatur ab hoſtibus pro ſui redemptione. [i] In patronatu clientelari, de ſuo loco, hæc ferè patronis erant debita. [k]

a l. Auguſtus, l. 1. de fabricen. lib. 11. C. tit. 9.
b Guido Papa q. 414.
c Bart. in l. 4 §. actor, de re iudica. l. quod maior pars, ad munici pal. l. 2 §. ea his igitur de verb. oblig.
d l. ambitioſa de decret. ab ordin. facien. vide Guido. Papa deci. 414.
e Bartol. in d. l. 4 §. actor. de re iudic. facit l. 2. & 3 de mune rib. patrimo. lib. 10. C.
f Petrus Iacobus in tracta. libellorum titu. de conſulib. regum. l. munici pibus. de condit. & demonſtrat. l. munici pes, ad munici pal.
g citat placita Papus, lib. 19. ca pſod areſto. tit. 9. areſto 5.
h Angel. in §. atque ſi agat, in fin. de actio.
i Papus, vbi ſuprà.
k Dionyſ. Halic. lib. 2.

Quæ perſonæ immunes ſunt à vectigalibus. Cap. VIII.

1 *Qualia non præſtant tributa, fiſcus, rector prouinciæ, clerici, Eccleſiæ.*
2 *Priuilegium immunitatis ementibus à priuilegiatis pro rebus non competit. & 3.*
4 *Ad excubias quando tenentur perſonæ Eccleſiaſticæ.*
5 *Nobiles non contribuunt pro Taleis, vel alijs exactionibus, & bona ignobilium illis aduenientia eadem immunitate gaudent, quandiu apud eos ſunt, non poſteà.*
6 *Et niſi negotiatores nobiles ſint, nam tunc contribuunt pro mercibus, vt ignobiles. Alia item exceptio, vt teneantur ad gabellam, & quartam vini.*
7 *Pro nobilibus habentur plebeij, qui habent feudum nobile, non ſi cenſum tantum habent.*
8 *Iacobinus à S. Georgio, & Albericus onerant nobiles contributionibus, rationibus, quas vide.*
9 *Senatores à collectis eximuntur, & domeſtici regis, & ſilentiarij, & quis ſilentiarius dictus. Item horum viduæ immunes: & ſecretarij principis ordinarij, non ſupernumerarij, neque alij iudices.*
10 *An conſules ſeu ſcabini Gall. Eſcheuins, ciuitatum & oppidorum, anno, quo decurionatum gerunt, ſint à collectis immunes.*
11 *Minores viginti quinq; annorum, quomodo ſubijciantur Taleis.*
12 *Immunes profeſſores artium & iuris, à quibus ſint muneribus, exceptis poetis.*
13 *Clerici in Academia ſtudẽtes immunes à vectigalibus: & poſt ſex menſes ſtudentes ſcholaſticos dici tantùm.*
14 *Doctores aduocati ſupremarum curiarum, vel etiam non aduocati, immunes à collectis, idem in licentiatis, ſed non ſeruari.*
15 *Pauperes à quibus tributis immunes.*
16 *Iuſſit Nicephorus Imperat. inopes militare, vicinos eis arma & victum ſubminiſtrare.*
17 *Χρυσάργυρον tributum à diuitibus pro pauperibus ſolutum indictum & abolitum.*
18 *Immunitas dabatur collectarum ob quinque liberos ſuſceptos, ſed vt vult Guid. Pap. 12. hodie minimè.*
19 *Miſerabiles perſonæ à collectis eximuntur, et quæ huius generis.*
20 *Item qui vacationem munerum habent, ab extraordinarijs immunes.*
21 *Laxata & remiſſa ſæpe ob infortunia damno affectis à principibus tributa, exemplaque adferuntur.*
22 *Conductor pro re conducta non ſoluit tributa vel collectas regulariter, quando contrarium.*
23 *Vſufructuarius tãtùm pro re ſoluit collectas, caſu excepto, ſi immunes eſſent collectæ: idem in marito pro rebus dotalibus.*
24 *Qui ſoluere debent portoria, an mulio qui equos ſuos ad portandas merces locauit, an dominus rerum.*
25 *Immunes à pedagijs, Ligerim nauigantes, qui annonam Lutetiam deferunt. Seuerus Cæſar & mercatoribus Romam venientibus vacationem munerum dedit.*
26 *Aurum negotiatorium luſtrale exactum ex lucro mercatorum aliquando, remiſſum poſteà ab Alexandro Seuero.*
27 *Ob egregium factum, remiſſum tributum.*

1 PErſonarum qualitas & priuilegia à tributis & collectis potiſſimùm, & à cenſibus eximunt. Nec præſtant itaque tributa fiſcus, [l] rectores prouinciarum de ijs quæ ſui cauſa euehunt, [m] clerici: [n] non enim ſoluunt onera perſonalia dominis laicis quibus non ſubijciuntur, nec res eccleſiæ, nec pedagia, [o] ſi non negotientur: nam tunc amittunt priuilegium. [p] Sic immunitas tributorum à Pharaone in Ægypto data ſacerdotibus. [q] Et ab Artaxerxe ſacerdotibus, Leuitis, cantoribus, ianitoribus, Nathinæis & miniſtris domus Dei. [r] Verũtamen ſi clerici velint gaudere priuilegio ſoluentium vectigal, non poſſunt ni-

2 ſi eo ſoluto. [s] Adhæretque priuilegium hoc immunitatis clericis: & proinde qui à clericis emunt, eo non gaudent, [t] vt nec ex fiſco ad alium ementem vel in ſui locum ſuccedentem transfunditur exemptio. [u] Sic partiarij & villici eorundem, in parte fructuum, quã accipiunt, non habent immunitatem vectigalium. [x] Extat concilium Lateranẽſe, quo cauetur ne onerẽtur eccleſiæ vel eccleſiaſticæ perſonæ tributis vel angarijs, niſi neceſſitate cogente, & exhauſtis laicorum facultatibus, conſultoq;

l l. locatio, l. 9. § ſi de publica. in P.
m l. 4. eod. titu.
n l. 2. & l. item nulla communitas. de epiſc. & cler. C. l. placet, & ibi Sald. de ſacroſan. eccleſ. c. clericis. de immunita. eccleſ.
o c. quanquam, de cenſibus in 6. cle. præſenti, eod. tit. Clem.
p d. cle. præſen. & c. conuenior. 23 q. 8.
q Geneſ. 47.
r 2. Eſdræ c. 7.
s argu. l. Titio centum. §. 1. de condition. & demonſtr. Bal in l. 3. de contrah. emptio.
t glo. in d. cle. præſenti, l. quia tale, ſol. matr.
u l. locatio, l. 9. §. ſi. de publ. & ibi Bal.
x Federic. de Senis, conſil. 106. incipit. q. eſt. Ancharan. in c. quanquã, de cenſib. facit in argumẽtum l. legatis, l. 36. de lega. 2.

3 conſultoq; Sum. pont.[a] in neceſſitatibus oam
que mutua ſibi debēt auxilia princeps & eccle
ſia.[b] Et Cæſares rata alioquin voluerunt & fir
ma eſſe eccleſiarū priuilegia,[c] pœnas contra
uiolatores eorundē ſanciētes.[d] Realia tamen
ratione rerum onera preſtanda non negamus,
ſimul & mixta, vt canonis illationem refectio-
nes pontium, itinerum, & ſimilia,[e] quia & ad
ea res principis tenētur.[f] Sequuntur realia res,
4 & quoſcunq; poſſeſſores.[g] Nec recuſamus ad
portas inſtantibus hoſtibus, ad murorū defen-
ſionem clericos poſſe aduocari,[h] reliquaſq; p-
ſonas eccleſiaſticas, quæ alioquin immunes
ſont:[i] tūc enim & pro ſe, & eccleſiis ſuis rectè
vigilare debent, & compelluntur.[k] Et natura-
lis cuique defenſio.[l] Et neceſſitas legem non
accipit, ſed dat.[m] Inuadere autem aliquos illis
non permittitur, etiā ſi agareni eſſent: alioquin
5 irregulares fiunt.[n] Pari modo non contribuūt
ad collectas nobiles,[o] talia namque munera
plebeijs imponuntur, pro modo ſuarum facul
tatum,[p] Ideò & in ſeſſionibus ſeu comitijs pa
triæ, vbi ſtatus tres perſonarum conueniūt, dū
agitur de imponendis collectis, excipiūtur no
biles nobiliter viuentes:[q] quæ exceptio iuri cō
gruit, quo qui militiæ operam dant, immunes
à muneribus ſunt,[r] nō autem ueterani,[s] Extat
& conſtitutio Caroli ſexti[t] anni 1498. qua ſta
tuitur, ne ſubſidia aliqua, taliæ, focagia, impoſi
tiones, auxilia à nobilibus & eorum ſucceſſori
bus ſoluātur uel exigantur, ratione bellorum
aut quouis modo pro perſonis boniſq; eorum
quæſitis, vel acquirendis, quoquo modo uel ti
tulo, nec pro fructibus & reditibus ex eorū pa
trimonio prouenientibus. Et quod notabile eſt,
voluit ut ſi aliquis ex nobilibus acquirat ali-
qua bona, vel ſibi aliter obueniāt, mobilia vel
immobilia, uel hæreditates ab ignobilibus, ea
bona cenſeantur cuiuſdem conditionis priui-
legij, & libertatis cuius ſunt alia bona mobi-
lia & immobilia nobilium: quandiu tamen in
6 eorum dominio permāſerint, aliàs non. Item
alia exceptio, ut nobiles tali non gaudeant im
munitate, ſi negotiatores ſint:[u] quo caſu cōtri
buere pro ſuis mercibus, ac cęteri ignobiles de
bent. Item alia exceptio, ut ideo nobiles nō exi
mantur ab exactione gabellæ & quartæ vini.
7 Quę & in plebeio intelligi debent, qui habet
feudum nobile infeudatum à rege vel nobili,
habetq; territorium & omnem iuriſdictionē.
Quia feudum nobilitat poſſeſſorem,[x] & habēt
perſonę immunitatem propter res.[y] Nō tamē
hæc uera ſunt in habenti feudum particulare,
vel feudi partem, puta cenſus uel reditus alicu
ius feudi, ut fusè explicat Guido Papæus.[z] Ia-
8 cobinus tamē à ſancto Georgio,[a] & Albericus
de Roſato[b] defendunt nobiles teneri ſubire
onera patrimonialia, ſeu onera collectarū quę
imponuntur in illo loco vbi res ſunt, legibus
ſubnixi, tum etiam & quo ad perſonalia in iu-
re teneantur,[c] quòd ve participes commodorū
locorum, & oneribus conferre debeant:[d] exce
ptis tamen feudalibus, pro quibus ſeruitium
principi exhibent, ne duplici onere grauētur.[e]
Quæ certè ſententia mihi videtur æquior, vt
pro alodialibus cōferre debeant cum plebeis,
vel releuandum eſſe populum ab onere eo,
quod rebus quæſitis ruralibus, à nobilibus exi
mitur: uel quod iuſtum eſt quod nobiles qui
gaudent hoc priuilegio, & illos qui hodie ex
ſordidis auratis mercatoribus & negotiatori-
bus pro maiori parte fiunt, & in ſuam ditionē
ruralia omnia ferè redigunt, regi ſeruitia ma-
iora exhibere debere quàm pro feudalibus, a-
lioquin futurum breui eſt, plebem ſub onere
defecturam, & omnia bona in immunes tran-
ſitura: verumtā legi regiæ æterna authoritas
9 eſto, ſi non ita uideatur. Senatores quoq; ſupre
marum ciuitatum à collectis eximūtur:[f] nam
qui in ſenatu deſcribunt, deſinunt eſſe plebeij
& nobiles ſunt.[g] Atq; codicillis regijs 2. Maij
1547. ſenatores magni conſilij, aduocatus, &
procurator regius, ſuſceptor, quem vocant, *re-
ceueur*, & oſtiarij immunes declarati ſunt ab
omnibus ſubſidijs: item ij qui ſunt in domeſti-
cos regis tranſlati. Firmatumque iterum edi-
ctalibus codicillis. 10. Martij 1547. publicatis
in magno conſilio 23. Aprilis 1548. atque eo-
dem anno & die declarauit rex, uelle ſenato-
res clericos eius conſilij immunes eſſe à pręſta
tione decimarum quas ipſe percipit, niſi ob ab
batias & epiſcopatus. Eadem immunitas one-
rum data iure ſilentiarijs, qui conſiliarij prin-
cipis, & decuriones dicūtur.[h] Et vt Procopius
ait,[i] Romani miniſtrum ad ea quæ ſunt quie-
tis ſilentiarium dicunt. Vir quoque dictus ſpe-
ctabilis[k] & clariſſimus.[l] Proinde & horum &
ſenatorum viduæ, quemadmodum & viduæ a-
liorum, qui immunitatem habent, nō compel
lentur contribuere:[m] quia retinēt dignitatem
maritorum,[n] dummodò caſtè in uiduitate ui-
uant, & honeſtè, non aliter.[o] Sed & ſenatores
qui depoſuerunt alia de cauſa, quàm ex crimi
ne, dignitatem, gaudent immunitate & priuile
gio dignitatis,[p] contrà, ſi ob crimen, quia inter
plebeios tunc habentur.[q] Placuit cum ſenato
ribus etiam ſecretarios regis ex conſtituto nu
mero eſſe immunes ab iſdem oneribus, ſuper-
numerarios nō itoque, ut iudicatum à ſenatu
Pariſienſi 20. Septemb. 1542.[r] At alios iudices
quàm ſenatores, hos conuenit ad collationes
teneri.[s] Decuriones tamē ciuitatum uel oppi-
dorum, ſeu conſules locorum, non tenent con
tribuere eo anno, quo munus gerunt.[t] Et ita
ſeruari tradit Guido[u] Papæ, repugnat tamen
10 Petrus Iacobi.[x] Tum ꝙ conſules ſeu eſcheui-
ni noſtræ ætatis, nec ſint eius qualitatis, cuius
olim decuriones, nec in illorum locum aliqua
lege ſubrogati. Dehinc ꝙ exactores & alij offi
ciales principis tenerentur ad collectas:[y] quæ
tamen parum urgere uidentur, cum decurio-
num loco iſti conſules mihi videantur præfe-
cti temporarij, nō perpetui, neque ſimpliciter
exactores dici poſſint, cum nec ſtipendia ha-
beant, ut illi, & alia illis reipub. munera obeū-
da ſint, quàm collectionum publicarum. Si ta
men inter has diuerſas ſententias, quis inſpi-
ciendam loci conſuetudinem uelit, non recla-
11 mo, cū uim legis habeat.[z] Sed progrediamur
iure etiam Gallico, non ſubijci Taleis ſeu col-
lectis perſonalibus, ut opinor, minores uſq; ad
ętatem perfectam placuit,[a] donecque poſſint
12 ſibi acquirere. Profeſſores quoque publici
omnium artium & iurium, immunes ſunt iu-
re ab Angariorum præſtationibus & hoſpi-
tijs,[b] alijſque oneribus patrimonialibus & p-
ſonalibus.[c] Atque eorum adminiſtri ſeu offi-
ciales academiarum ex conſtitutionibus quo-
que Gallicis:[d] habentque de his academiæ
ſingulæ priuilegia, excepti tamen iure ab ea

immu-

a c. 4. & aduerſus, de immunita. eccle. l. mil-lm penitus, de Curi publi. lib. 10. C. l. neminē de ſacroſan. eccleſ. C.
b c. principes, 23. q. 5. ca. cum ad uerum. 96. diſtinct.
c l. omni innouatione, l. 6 l. priuilegia. l. 12. & conſtitutione caſſa, de ſacroſan. eccl. C.
d l. ſi eccleſia, l. 13 conſtitutione, item quæcunque cō municas, de epiſc. & cleric.
e l. ad inſtructionem, C. de ſacroſ. eccleſ. c. ſi tributum, 11. quæſtio. 1 c. tributum, 23. q. 8.
f l. ab ſit. de priuileg. dom. Auguſt. lib. 11. C.
g l. impetratores, de public. in P. cano. ſi quis laicus, 16. q. 2. cano. rationes, 100. d ſt.
h ca. ſecundo, de conſ.
i ca. eccleſiarum ſeruos 12. quæſt. 2.
k c. cōuenior, 23. q. 8.
l l. 2. de iuſtit. & iur.
m cann. omni ... can. ſi nulla ... 23. q. 8. c. ... cap. 2. de obſeruat. ieiun. c. quanto, de conſuetud. c. quòd non eſt licit. de reg. iur. l. un... de relig. & ſumpti. funer. P. l. 2. de patr. qui filios diſtrax.
n c. ex multo, § ſi de uoto.
o Guido Pap. deciſ. 384.
p l. 2. de muneribus patrim. C. l. 1. de anno. lib. 10. C.
q Guido Pap. deciſ. 380. & 384.
r leg. 3. §. 1. de muner. & honor. in P. l. à muneribus, de uacat. muner.
s l. his honoribus, de uacat. muner.
t hæc conſtitutio ponitur in vlt. parte ſtyli parla. inter ordinatio. regias, titu. de talijs & exactio.
u Prohibetur illis negotiari. l. 3. C. de commerc. & mercibus, l. 3 ... & conſtitution. regia l. ... C. loco.
x Antoni. de Tſerma, in titu. de capitaneo qui curiam uēdidit, in princi. in uſib. feud. & in § 2. quis dicatur dux, marchio.
y facit l. 3. de uacatio. muner. lib. 10. d. tit. 5.
z Guido Pap. deciſ. 385.
a Iacobinus, de ſancto Georg. tract. de Homag. num. 39 & 41.
b Alb. de Roſa in rub. de muner. & honor. 12. fol. verſic. ſed quero vtrum nobiles per l. & qui origine §. 2. e et ſ. ceteri, & l. reſcripto, de muneribus & honoribus.
c § penult. de defenſor. ciuit. in auth.
d l. e § deinde cum poſt, de orig. iur. l. ſecundum naturam de reg. iur.
e contra l. Titia § qui inuita, de leg. 2.

f l. ſenatorum & l. nemo, & l. ius ſenatorum, de dignitat. li. 12. C. Guido Pap. q. 376.
g l. iudices C. de dignitat. lib. 12 C & ibi ... tol. l. honores, § his qui non ſunt, de decurionib. P.
h l. 3. de ſilentiar. lib. 12 C.
i Procop. lib. 2 de bello Perſico.
k in ſi. omnimodo, C. de inoffi teſt.
l in l. iubemus, de ſilentia. li. 12. C
m Guido Pap. deciſ. 379 ſicut & conſtitutio hac de re Fran. 1. anni 1529.
n l. cum te. de nup. l. fœminæ, de ſenator. in P. l. mulieres, de dignitat. lib. 12. C. l. ſi. de in col. libr. 10. C.
o l. qui adulterium, C. de adulter.
p l. uni, de comiti. qui promine. reg. li. 12. C. l. eam legem de excuſat. muner. lib. 10. C. l. 2. ut dignitat. ord. ſeruet.
q l. iudices, de dignita. lib. 12. C. l. ſenatores, eod. tit. l. ſi. in ... & glo. in verbo de decurio.
r Papus, lib. 5. rapſod. areſto. tit. 12. areſt. 13.
s Guido Pap. q. 378.
t Barto. in l. honorum, de muneri. P.
u Guido Pap. deciſ. 318. facit l. 2 ſi non vrbē, de uſuc. præf. urb.
x Petrus Iacobi. in preci. tit. de conſulib. c. de ſtatu uniuerſi. col. 5.
y l. exactores, de exactor. tributor. lib. 10. C. l. 3 C de offi magiſt. ciuita.
z l. 1. § ſi. de aqua plu. arc. in P.
a Papus, lib. 3. rapſo. areſt. tit. 12. areſt pen. ſi mes Paul. Ceſ. in l. pomis, C. de iur. deliber.
b l. 3. de decret. decu. lib. 10. C. tim 46 & l. his oneribus, de uacat. muner. l. ſi. § ſi de mun. P.
c l ſin. & l. medicos, de profeſſ. & med. li. 10. C.
d in conſtitut. Franc. 1 de la confirmation des priuileges de l'vniuerſité.

immunitate Poetæ.[a] Conſtitutionibus autem editis in comitijs generalibus Aureliacẽſibus anno 1560.[b] immunes declarantur ab omnibus Taleis ultra uiginti ſolidos profeſſores publici academiarum, gymnaſiarchæ, ſcribæ, bedelli eorum, & ſcholaſtici actu ſtudentes. Ob Pyrrhonem Eleum Philoſophum & maximę pietatis uirum, omnibus philoſophis immunitas a uectigalibus plebiſcito promulgata eſt.[c] Clerici quoque in academijs priuilegiatis ſtudentes non tenẽtur ſoluere collectas in terris proprijs,[d] exemplo eorum qui militiæ armatæ dederunt nomina, qui immunes ſunt.[e] Iſti autẽ milites uel tyrones ſunt, quia & arma eorum libri ſunt:[f] Habent & ſcholaſtici immunitates alias plures, de quibus Rebuffus librum edidit, quẽ uideto, quibus gaudent qui in Academijs ſunt poſt ſex menſes: ante enim ſcholaſtici non dicuntur, nec gaudent priuilegijs. Vetitumque academiarum rectoribus, ante ſex menſes ſtudio impenſos, ſcholaſticis dare dyplomata atteſtatiõis ſcho-

14 laritatis.[g] Guido Papæus,[h] quoque notat doctores, qui cauſas agũt in ſupremis ſubſellijs, in curia uidelicet ſuprema, immunes quoque eſſe ab his collectis, quia & hi ſeriò militare uidentur, &c.[i] Nullamque ideo peræquationem pati debere,[k] ut in militantibus receptũ:[l] habent enim & dignitatem doctores.[m] Idemque & in doctoribus alijs non poſtulantibus, ſeu qui aduocati non ſunt, dicendum tradit idem Papæus,[n] & in licentiatis.[o] Hæc tamen non ſeruantur, & tantum profeſſores publici, hique ægrè immunitatem habent, ſcilicet qui

15 aſſiduè legunt.[p] Pauperes item a tributis immunes, nec ſoluunt collectas,[q] inanis quippe alioquin eſt actio, quam inopia debitoris excludit.[r] Nec inopes ſuſtinent onera patrimoniorum,[s] obſequia tamen corpori indicta ſubeunt.[t] Sic forma cenſuali minuitur, uel tollitur cenſus ab his qui bonis minuũtur, uel pri-

16 uantur.[u] Inter tyrannidis maleficia Nicephori Imperatoris orientis, illud etiam ex eius cõſtitutionibus Græcis[x] colligitur, quòd imperauerit, ut inopes militarent, ijſque, a uicinis

17 arma & ſtipendia in ſingulos, 18. numiſmatũ darentur, ac cenſus prætereа publicus eorum nomine penderetur: id uocatur allelengyum: quod alij pro alijs tributi nomine ſponſores eſſent. Alius etiam Baſilius Porphyrogeneta imperator orientis, conſtituit tributum pauperum qui non ſoluendo non eſſent, a locupletibus exigendum eſſe, τοῦτο καὶ ἐκλήθη ἀλληλέγγυον, uocatum allelengyon.[y] Romanus Argyrius alius imperator orientis, poſtea allelengyum aboleuit, quod Conſtantinus quoque erat ſublaturus, niſi mors eum anteuertiſſet.[z]

18 Liberorum quinque numerus tribuit a collectis immunitatem,[a] & potiſſimum a muneribus perſonalibus, etiam ſi poſt impoſitam collectam filij moriantur.[b] Cæterum Guido Papæus in hac cauſa exegit duodecim liberos.[c] Et paulo poſt concludit nec ullum liberorum numerum hodie excuſare a collectis, ſed ſine ratione eorum peræquationem fieri. Nam etiam de liberorum numero ad immunitatem hanc ſufficiente non conſtat inter interpretes, cum & Azo ſexdecim exigat.[d] Et pro ratione munerum & numerus quoque liberorum aliter atque diuerſo modo definitus eſt.

19 Dehinc miſerabiles perſonæ a collectis immunes eſſe debent, ueluti cæcus, ſi pauper ſit, non contribuet:[e] ſatis enim morbo afflictus, alio onere grauari non debet.[f] Et ſi omninò pauper non ſit, nec debet exemplo cæterorum onerari, quia is potius ex collectis iuuari deberet.[g] Surdi quoque a perſonalibus muneribus excuſantur.[h] Miſerabiles in ſumma perſonæ dicuntur, quorum miſericordia illis aliquid remittimus, ut decrepitæ, diuturno morbo fatigatæ, & ſimiles,[i] uiduæ, pupilli, orphani.[k] Inter miſerabiles non ſunt plebeij, nec ruſtici, imò iſti ferè ſoli potiſſimũ in Gallia indictionibus ſubiacent. Et ad hunc modum Sarraceni, & Græci eos tantum qui uillani dicebãtur, penſionibus obnoxios faciebant:[l] atque ij qui cunctos nutriunt, ab omnibus opprimuntur. Item ij qui muneris publici uacationem habent ad extraordinariè imperata non ſolent

20 compelli.[m] Plato[o] ſancit peregrinos, qui in urbem migrarunt, & aliquam artem exercẽt, habere ius acquirendi per uiginti annos, a die conſcriptionis quo in tempore incolendi, nullum uectigal ſoluere cogi debent, niſi frugalitatis exemplum, nec emptionis uenditioniſq; gratia quicquam ærario debere. Cum autem uiginti anni elapſi erunt, accipere rem ſuam, & abire debere, niſi ob magnum quoddam beneficium in ciuitatem collatum, digni nume-

21 ro ciuium eſſent. Releuauit penſionem cõductoribus Apulis Theodoricus rex, quòd frumẽta eorum ab inimicorum incurſibus fuiſſent concremata.[o] Laxauit & idem rex Arelatenſibus per indictionem quatuor fiſcalia tributa, quòd partes eius ſequuti, glorioſæ obſidionis penuriam ſuſtinuerunt: ita tamen ut futuro tẽpore ad ſolitam redirent functionem, *Quid. n.* inquit, *a domino agri exigas, quem eum non coluiſſe cognoſcas.*[p] Rurſum idem Theodoricus ſcribens prouincialibus in Gallia:[q] *Vobis,* inquit, *hoſtili ferocitate uaſtatis, pro qualitate læſionis per indictionem quartam relaxatam agnoſcite tributariam functionem, quia non gratulamur exigere quod triſtis ſolutor noſcitur offerre: ita tamen ut de illis, quæ conſtant intacta, exercituales iniũtur expenſæ, quia illis in totum deuotio non debet deſeruire, quos per ſe laborare cognoſcit.* Legibus Francorum cautum ita, *Ad regem, uel in bellum proficiſcens, uel rediens, a uectigali, quod ſtraſlarã uocãt, immunis eſto:* Item alia lex de rebus, quæ ad uictum pertinent, *Niſi quis negotiationem exerceat, & de Saumis a illus teloneum ſoluat: hac immunitate qui ſacra loca adeunt gaudento.*[r] Saumarum nomine clitellaria intelliguntur iu-

22 menta.[s] Conductor pro re conducta non tenetur ſoluere collectas. Veruntamẽ ſi quis locauit fundum ſub penſione percipienda in pecunia, ita quod omnes fructus remaneant penes colonum, dominus nõ tenetur ad tributa, niſi conſuetudo aliter ſe haberet.[t] Quod uerũ ſecundum Bartolum, in oneribus realibus: in collectis uerò quæ imponuntur perſonæ pro rebus, inſpicienda domini perſona cui imponitur.[t] In uſuario diſtinguitur an in commodo cuius debetur uſus, dominus participat, & tunc dominus tenetur tantum ad expẽſas: aut participat ſolus uſuarius, & tunc ipſe ſolus te-

23 netur.[u] Quod autẽ pertinet ad uſumfructuarium, ipſe proculdubio tenetur pro rebus, unde percipit uſumfructum, ad tributa & collectas,[x] niſi tanta eſſet collectarum quãtitas, quæ perceptioni fructuum æquiualeret: tunc

enim

a l. poetæ, de profeſ. & medic. lib. 10. C.
b art. 126.
c Heſychi⁹ Mileſius Illuſtrium, lib. ...
d Guido Pap. deciſ. 573 per l. 2. de epiſco. & cleri. C. facit.
e & 4. qui mil. uel profeſſ. ſe excu. lib. 10. C.
e leg. 3. §. 1. de muneri. & hon.
f gloſſ. in l. nepos proculo, de verb. ſign.
g Pap. lib. 5 ... art. 4.
h Guido Pap. deciſ. 388 facit l. medicos, de profeſſo. & medi. lib. 10. C.
i l aduocati, de aduocat. diuerſ. iudicio.
k l. ſancimus, C. eo. ti.
l l 3. §. 3. de muneri.
m per nota. in clem. 2. de magiſt. Bar. in l. 2. de ſacroſ. eccl.
n Guido Pap. deciſ. 310.
o Guido Pap. deciſ. 390.
p Aarul. in l. medicos, de profeſſ. & medic. ...
q l. ... de ... lib. 10. C.
r Bart. qui numero liberor. ſe excuſ. eod. lib. 10. C.
s l. ... de dolo in P. ...
t l. ... & ...
u l. forma cenſuali, de cenſi. in P.
x in conſtitutionibus ...
y cod. lib. 1. tit. ...
z in cod. lib. 4. in conſtitu. Romani tit. ...
a l. ... qui numer. libe. ſe excuſ. li. 10. C.
b Barto. in l. 2. §. non ſolum, de excuſa. tutor. in P.
c Guido Pap. queſt. 401 per l. neque, de muneri. patrimon.
d Azo in ſumm. ...

e Guido Pap. deciſ. 400
f c. 1. de cleric. ægrotant. ...
g l. ... de cenſib.
h l. 2. qui morbo ſe excuſant, li. 10 C.
i Azo in ſumma, tit. quar. imperat. inter pup. & uiduam C.
k nota, in cap. ex tenore, de foro compet.
l Falcandus, in hiſtoria Siculæ.
m l. hi qui mancis, l. 7 de uacat. muner. lib. 50 P. tit. 5.
o Plato, 8. de legib.
o lib. 1. epiſtolar. vari. Caſſio. epiſt. 16 Theodorici Iuliano.
p Theodoric⁹, rex Gotthorũ epiſt. 32. Beneilo uiro ſpectabili. li. 3 varia. Caſſiod.
q epiſt. 41 libr. 1. varia. Caſſio.
r Rhenan. de his, li. 2 de reb. Germa. ...
s glo. in l. editionib., de anno. & trib. libr. 10. C.
t l. reſcripto, in fine, de muneri. & in d. l. indictiones.
u l. ſi dominum, de uſu & habitat.
x l. quæro. 18. de uſu & uſufru. lega. P. l. apud Iulianum, §. heres, de lega. 1. ...

enim tenetur proprietarius.[a] Eadem dicenda ſunt de rebus dotalibus, quarum maritus uſufructuarius eſt, qui tributa & ſtipendia pro illis præſtare debet, non uxor, nec ea minuunt
24 dotem.[b] Singularis deciſio Iaboleni, *Vt ſinebiculum coaduxiſti, ut onus tuum portares, & ſecum iter faceres, & cum pontem tranſiret redemptor eius pontis portorium ab eo exigebat: quærebatur, an etiam pro ipſa ſola rheda portorium daturus fuerit: puto,* inquit, *ſi portorium mulio nō ignorauit, & ſe ea tranſiturum cum nebiculum locaret,*
25 *mulionem præſtare debere.*[c] Fauore commerciorum mercatores Ligerim amnem nauigantes immunitatem a principe impetrarunt anno 1440. 1448. 1483. Qui annonam Lutetiā deferūt exempti a uectigalibus, lege Ludouici XI. anno 1474. repetita a Franciſco I. anno 1532. Alexander Seuerus mercatoribus, negotiatoribus, ut Romam uenirent facilius, uacationē munerum dedit.[d] Negotiatorum corporatorum Romæ & immunitas ab equorum colla-
26 tione, & ab alijs muneribus.[e] Aliquando negotiatoribus indictum tributum χρυσαργύρου, auri luſtralis, quod & negotiatorium ex lucro mercatorum ſumebatur,[f] quod remiſit etiam
27 Alexander Seuerus.[g] Ob egregium aliquod nauatum facinus aliquando alicui, uel perſonæ ſingulari, uel populo arrogatum priuilegium immunitatis uectigalium & poſteris. Quemadmodum Decelenſibus ob factum egregium, quòd olim uagantibus Tindaridis pro inquiſitione Helenæ, cum copioſo exercitu, & ignorantibus ubinam gentium eſſet, uaſtantibus oras Atheniensium, in quas inſcij irruperant, eis ubi eſſet renunciarunt, & Athenienſium terris eduxerunt amicè, permanſit in Sparta immunitas uectigalium & dignitas præſidendi.[h]

a gl. l. concubinam, § qui hortos, de legat. 3. allega. l. ii rea obligata, de legat. ... gl. annotat Batto. & Ilyn. in l. his verbis. §. dein teſtatos, de leg. 3. & ita ſe obtinuiſſe Florentinæ, ait Ladou. Roma. ſing. 116.

b l. neque ſtipendium, l. 13. de impen. in reb. dotal. fact. in P. li. 25. tit. 1.

c in l. cum in plures, l. 62. §. vehiculum, locati in P. lib. 19. tit. 2.

d Lamprid. in Alexand.

e Symmachus, epiſt. 13.

f l. negotiatores, de excuſ. munerum, lib. 10. C. tit. 47. negotiatores de luſtralis auri collatione in C. Theodoſiano.

g Lamprid. in Alexandro.

h Herod. in 9.

De Portorijs, ſeu uectigalibus in ſpecie. Cap. IX.

De publica. & uectigalibus. Lib. 39. tit. 4. P.

1 *Vectigal portorij pro inuectis & euectis rebus.*
2 *Portoria Plato & Nero uoluerunt aliquando tollere.*
3 *Iulius Cæſar peregrinarum rerum portoria inſtituit: Franciſcus primus in Gallia, uocat hæc portoria,* Traicte foraine.
4 *Nundinæ quædam in Gallia a portorijs liberæ.*
5 *Portorium non ſoluunt, ſeu uectigal ad proprium uſum delata, quæ fiſci ſunt, & delata in opus ruſticum.*
6 *Empta a fiſco ſoluunt.*
7 *Vectigalia ſecundum conſuetudinem tantum exiguntur, non plus, nec alio modo, nec de alijs rebus.*
8 *Cautum, ne uectores deuient a recto itinere, quo uectigal exigitur.*
9 *Nihil ſupra debitum uectigal exigendum.*
10 *Vectigalia eſſe portoria, pedagia, & guidagia, & quæ.*

1 Sed ſatis in uniuerſum de tributis dictum eſt, pauca nunc oportet in ſpecie ſubnectere, quæ exemplorum loco erunt. deque uectigalibus & portorijs, quæ ex rerum euectiona & inuectione colliguntur: unde & ἐξαγωγικὰ & εἰσαγωγικὰ dicuntur ab Strabone.[i] Et Iuſtinianus,[k] & alij Cæſares[l] de his meminerunt.

i Strabo, lib. 17.
k in edicto de Alexandrinis.
l in l. vnic. de Alexan. prima tib. lib. 11. C.

2 Portoria omnino ex ſua republica exploſit Plato,[m] nempe quemadmodum opinor, ut cōmercia libera exiſtentia, mercatores ad rerum copiam inuehendam allicerent. Nero quoque omnia uoluit remittere, & cum monitus a ſenatu fuiſſet, è republica id non eſſe, cauit tamen ne cenſibus negotiatorum naues adſcriberentur, neve tributa pro illis penderent.[n] Rata tamen fuit hæc principum manſuetudo, & factum ut mutatio principum & onerū quoque adferret innouationem, negotijs quo-
3 que, uel urgentibus uel labentibus. Primus Iulius Cæſar peregrinarum mercium portoria instituiſſe traditur a Suetonio Tranquillo:[o] quod poſtea uſu ſeruatum, & ex Martiani reſponſo liquet.[p] In Gallia rex Franciſcus primus eius nominis permiſit euectionem tritici & uini, dummodo pro ſingulis modijs aureus nummus ſolueretur.[q] Et uectigalia impoſita pro rebus aliunde in Gallias importatis, nocant *la traicte foraine*:[r] Exceptis certis nūdinis in quas inuecta immunitatem habent, ut in nūdinis dictis, *du lendit*, opp di S. Dionyſij, propter Pariſios.[s] Solent exigi iſta uectigalia ex rebus quæ negotiandi cauſa inuehuntur & euehuntur, non obſtante reſcripto contrario, impetrato a principe[t] immunitatis: quod ſubreptiuum præſumitur, & quamuis domini rerum, ſint milites, ſi non ſoluant, excuſati quidem ſunt a commiſſo, id eſt, ne confiſcentur res ob uectigal non ſolutum, tamen deprehēſi
5 ad ſolutionem coacti.[u] Res tamen in triplici differentia ſunt a portorijs liberæ, nempe quæ quis ad uſum proprium defert, 2. pro ipſo fiſco delatæ, 3. quæ exercendi ruris gratia.[x] Ad proprios uſus delata intelliguntur, quæ pro ſe uel pro ſua familia defert. Nam qui uſum pro ſe habet & pro familia habere cenſetur.[y] Et quia fiſcus de rebus ſibi neceſſarijs nō ſoluit,[z] neque illi qui fiſci res potiſſimum tractant, ne lun preſides prouinciarum pro ſuis rebus, nec
6 etiam ſoluitur de rebus exercitui paratis.[a] Qui a fiſco tamen emunt, uel de rebus fiſci negotiantur, fiſci priuilegio non utuntur, quia ceſ-
7 ſat, & portoria præſtare tenentur.[b] Soluuntur autem tantum de his rebus quæ ſolent illud præſtare, non de omnibus, nec alio modo, nec amplius quàm conſuetudo recipit.[c] Et proinde in comitijs Aureliæ generalibus,[d] decretū anno 1560. iuſſumque, ut qui contendunt ſe ius uectigalis habere, portorijque, palā in albo deſcribant iura, & ex quibus rebus & quatenus exigant, ne ſupra modum, de alijſque rebus quàm ius habeant, poſſint extorquere, pœna priuationis iuris eius etiam quod habent & corporali, aduerſantibus indicta. Sunt leges Caroli Magni de his portorijs in hæc uerba.[e] *De Theloneis,* inquit, *ut antiqua & iuſta Thelonea a negotiatoribus exigantur, tam de pontibus, quàm de nauigijs, ſeu mercatibus, noua uerò, ſeu iniuſta, ubi uel funes tenduntur, uel cum nauibus ſub pontibus tranſitur, ſeu hic ſimilia, in quibus nullum adiutorium itinerantibus præſtatur, ut non exigantur. Similiter etiam nec de his qui ſine negotiandi cauſa ſubſtantiam ſuam, de una domo ſua in aliam, aut ad palatium, aut in exercitum, ducunt.* Alia lex[f] rurſum: *Theloneis quæ iam antea ſurmanita fuerunt nemo tollat, & niſi ibi ubi antiquo tempore præſumat.* Et in legibus Longobardorum,[g] idem ſancit, *De Theloneis quæ iam ante ſurmanita fuerunt, ut nemo tollat, niſi ubi antiquo tempore conſuetudo fuit.* Vox Saxonica thol, tributum, ut ait

m Plato, lib. 8. de legib.

n Cor. Tacit. li. 13. annal.

o Sueto. in Iulio Cæſare, cap. 32.

p Martia. l. interdum, l. 16. §. diui, de public. & vectig. li. 39. tit. 4.

q à l'ordonnance du Roy Françoys, de la traicte des bleds.

r conſt. Franciſ. 1. de l'impoſition foraine, & Henric. 2. ſur le faict de l'impoſition, & Carol. 7 de l'impoſition foraine, & Carol. 8.

s conſti. de nō imponen. nouis vectigalib.

t l. omnium rex, l. 6. de vectiga. & commiſſ. li. 4. C. tit. 61.

u l. 3. C. de vectigal.

x Conſtanti. in l. vniuerſ. l. 5. de vectig. C.

y l. in lege cenſoria, l. 204. de verb. ſigni. d. l. omnium, l. 2. de vſu & habitat. li. 7. P. tit. 8.

z l. locatio, §. fiſcus, de publica. in P. li. 39. tit. 4.

a d. l. licitatio, § earum rerū, & l. ſi publicū, l. 4. §. 1. eod. tit. P.

b d. l. locatio, §. fiſcus.

c l. ſi publicanus, l. 4. §. fina. & d. l. licitatio. nis §. earum rerum, de pub. P.

d in conſtitutio. Aurelia, artic. 138.

e In capitularibus Caroli Magni, cap. de pace, c. 13.

f In capitulari 1. c. 10 in capitul. Caroli Magni.

g lib. 3 legum Longobardorum, ut. de epiſcop.

Vitus Amerbachius: ſed potius ego Græcam puto originem. Et turſum Carolus Magnus,[a] *Nullus cogatur ad pontem ire ad fluuium tranſeundum propter Theloneı cauſam, quando in alio loco compendioſius tranſiri poteſt fluuius. Similiter, vt in campo plano, vbi nec pons, nec traiectum eſt, ibi omnino vt Theloneum non exigatur præcipimus.*

8 Iubet tamen Carolus 8. Galliarū rex,[b] vt merces quæ vectigalibus ſubijciuotur, rectoitinere ducantur eò vbi vectigalia debeot, oon obliquo.

9 Marcus Cæſar curatoribus viarum ac regionum (ſcilicet vrbis) dedit poteſtatem vt vel punirent, vel ad præfectum vrbis puniendos remitterent eos, qui vltra vectigalia quicquam exegiſſeot.[c] Et Theodoſius ad Senatum vrbis Romæ hoc etiam programmate edictali vſus: *Noueritis*, ioquit, *in cunctorum prouincialium cognitionem pertinuiſſe, vt liberè prorumpat in publicum, qui ſe alienæ functionis no-*

10 *nerit oppreſſum*.[d] Vocant nuoc vectigalia iſta portoria, pedagia, & guidagia, quæ pro itinere tutando, & pro ductu, & pro impeoſis io hæc factis exiguotur, anthoritate expreſſa principis, vel tacita cum antiqua conſuetudine aliter illicita.[e]

a In l. ut nulli cogantur d. ti. de epiſc. li. 3. legū Lōgobard.
b in Conſtitutio. Caroli 8 de l'impoſition foraine.
c Iul. Capitoli. in uita Marci.
d Caſſiodo. in 2. variar. epiſto. ad Senatum.
e c. ſuper quibuſdam, c. 26. § præterea, de verbo. ſign. lib. 5. Decretal. ext. 4b.

De quibuſdam rebus, ex quibus nomine tributi vel vectigalis, fiſcus quædam accipiebat. Cap. X.

1. *De vectigali ſalis, & origine. Liuius ſalinator vnde dictus.*
2. *Salis ſodinæ vbi.*
3. *Salis vectigal, dictum Gall.* Gabelle, *quando in Gallia inſtitutum.*
4. *Mirum de ſale euaneſcente Tragaſeo poſt impoſitum tributum à Lyſimacho.*
5. *Salinæ aliquando priuatis liberæ, quæ poſteà tributariæ, vt argenti, aurive, & aliarum rerum fodinæ.*
6. *Centeſima rerum venalium ſub Tyberio in ærarium miſſa.*
7. *Vectigal pro litibus, Caligulæ quadrageſima ſummæ controuerſæ.*
8. *Vectigal ex gerulorum quæſtibus Caligulæ, & ex meretricum lucris, & ex matrimonio.*
9. *Vectigal ad cuſtodes, quinquageſima pretij venditorum mancipiorum Octauij.*
Item octaua pars poſſeſſorum a libertis: & quadrans omnis reditus acceptus ab ingenuis.
10. *Renouauit omnia uectigalia, addiditq; noua Veſpaſianus, & uectigal ex Lotio.*
11. *Vectigalia* [illegible], *id eſt, fumaria, ſeu infumibula, ſeu ut noſtri dicunt, par feus, ab Iſaaco Comneno Imper. orientis introducta, & a Nicephoro etiam Imperat. orientis exacta.*
12. *Vini uectigal & ſalis Pariſus impoſitum tempore Caroli V.*
13. *Tritici uectigal impoſitum, ui excuſſum.*
14. *Solarium tributum ob locum publicū poſſeſſum.*
15. *Vini uectigal olim in Gallia, & Tholoſæ a Romanis exactum.*
16. *Vectigal ex metalli fodinis, & metallarijs.*
17. *Quatuor genera perſonarum, quæ in metallis publicis conſiderantur, procuratores metallorum, adſcripti metallis, in metallum, uel opus metalli damnati, monetarij.*
18. *Vectigal ſolutum pro umbra Platani.*

1 APud Romanos vectigal præbebat ſal, quod ingens fuit Romanis, vt ait Liuius,[f] impoſitum à M. Liuio & C. Claudio cenſoribus, vnde & Liuio nomen ſalinatoris inditum. Quod vectigal ægrè tulit populus. Salino præpoſitus, alaſatchos dictus.[g] Plinius tamen tradit:[h] Ancum Marcium regem, ſalis modia ſex milia in congiario dediſſe populo, & ſalinas primùm inſtituiſſe. Caius meminit de his,[i] *Vectigalium publicorum*, ioquit, *ſocijs permiſſum eſt corpus habere, vel auri fodinarum, vel ſalinarum.*

2 Io Dorinaoa, quæ hodie Rana dicit, io comitatu Moramuriſienſi in Dana mediterranea, Salinæ extaot, ad foores Tibiſci locum iocolæ Sigeth appellant, vbi ex montibus proximis tanta copia foſſilis ſalis eruitur, vt magnum inde vectigal Vngariæ reges recipiant, atque cameras tres in prouincia habeant, vbi ingentes montes ſalis congregant, Tordæ videlicet, Viſaſtinæ, quam & Salezeburgam dicunt, &c.

3 vt eſt apud Volphgan. Lazium.[k] In Gallia ſalis uectigal quoque opulentiſſimum dicunt *la gabelle*, quòd impoſitum ſali ac promercali uino, tradit Paulus Aemilius[l] tempore Caroli V. qui ſapiens dicebatur, ob oeceſſitates belli eius tempeſtatis, is fuit Rex ordine, 51. anno Domini 1364. Gaguinus autem[m] putat impoſitum a Philippo Valeſio, ſeu ſexto, qui fuit antea Rex 40. anno Domioi 1328. Refert inſtitutum uectigal Meyerus anno Domini 1342.[n] & in Flandria prohibitum. At oobis adhuc ſuipereſt conſtitutio Philippi pulchri, eius nominis IIII.[o] q extitit 45. ordine rex anno 1286. per quam apparet iam ab eo uectigal inditū ſali quatuor denariorum in ſingulas libras, atque declaratum in ea, hoc auxilij tantum nomine impoſitum ſali, oon ut perpetuo dominio regio incorporaretur, eaque de reuocata regni publica comitia. Vt pro cōciliatione horum dicendum ſit a tempore Philippi pulchri fuiſſe quidem hoc oectigal nomine oblationis & auxilij impoſitum, a ſequentibus autem principibus in ordinarium tributum translatum, & aliquibus legibus alijs munitum: uel noo in omni loco ubi ſal eſt primum impoſitum, ſed ſucceſſu temporis. Nam nec diu eſt ob hoc tributum Matenēſes rebellaſſe io magiſtratus regios in Aquitania Burdigalæ.

4 Impoſuit Lyſimachus tributū Tragaſeo ſali quē anteà licebat uolentibus etiam capere: ſed eo impoſito ferūt ſalem euanuiſſe, & naturam liberalem, auariciæ inuidia ſe ſubtraxiſſe: quod cum audiſſet Lyſimachus, remiſit tributum, & ſtatim ſal ut anteà apparuit, ſi credamus Athenæo.[p]

5 Salinæ aliquando fueruot liberæ priuatis,[q] non minus quàm ſulphurariæ,[r] argenti fodinæ, auri & cretæ fodinæ, ex quibus & imperatores tantum decimas capiebant.[s] Neque cuncta quæ in mari ſunt uel ex aqua marina fiunt, ut ſal, iuris imperatorij cēſentur: alioqui illud adulationi Palphurij ſimile eſſet dixiſſe, is enim omnia dicebat in mari capta & exiſtētia, Domitiani Cæſaris eſſe, ut Iuuenalis:[t]

Si quid Palphurio, ſi credimus Armillato,
Quicquid conſpicuum pulchrumque ex æquore toto eſt.
Res fiſci eſt, vbicunque natat.

Quod falſiſſimum eſt, nā quæ in mari, ut quæ in cœlo capiontur, occupantium fiunt.[u] Idō & ſalinæ in q̄ ex aqua marina multis laboribus coaleſcunt dn̄orum & occupātium iure ſunt: verumtamē poſteà principes ſibi ſalinarū ius & redi-

f Liuius lib. 9. decad. 3.
g meminit Cic. 4. ad Atticum, & Ioſeph. vlt. antiquita.
h Plinius, libr. 31. Hiſtor. natur. c. 7.
i Caius, in l. 1. quod cuiuſque vniuerſit. nomine.
k Volphgā Lazius, li. 12. commentario. reipub. Roma ſectiō tit. 2. c. 1
l Paul. Aemil. libr. 9. Hiſtor. Franc. in Carolo ſapiente.
m Gaguinus, lib. 8.
n Iacobus Meyerus, li. 22. Hiſtor Fland.
o cuius memi nit Franc 1 cōſtitutio des gabelles anno 1517. 10. Iulij.
p Athenæ libr. 3. dignoſ. c. 3.
q Vlp. in l. quæſit puto, de rebus eor. q ſub tut in P.
r l. ſi quis uxori. 13 § ſi ſulphuratia, de furt. in P.
s l. cuncti, de metalla. lib. 11. C.
t Iuuenal. Sat. 4.
u l. 1 § fi. de acquir. rer. domi. §. & quidem, de rer. diuiſ. & l. iniuriarū, de iniur. in P. l. 2. & 3. de rer. diuiſio. l 3. ne quid in loco pub. P.

6 & reditus conſtituerunt. Vt & aurifodinas ſeu
aurarias aliquando Tyberius ſibi reſeruauit
bonis priuati proſcriptis. [a] Sub Tyberio cen-
teſima pars rerum uenalium præbebatur, quæ
in ærarium militare mittebatur poſt bella ci-
uilia in ſubſidium militum, [b] antea pendeba-
tur ducenteſima: ſed is ſubſtituit in eius locum
centeſimam. [c] Eo refertur quod Vlpianus
ait, [d] uectigalis nomine ex emptione aliquid
deberi poſſe, & tunc quod debetur præſtandũ
ab emptore, uel uenditore, prout placuerit, ſi
7 nihil dictum ab emptore. Caligula intro-
duxit uectigal pro libitus, atque iudicijs ubi-
cunque conceptis, quadrageſimam ſummę de
qua litigaretur. Nec erat ſine pœna, ſi quis
compoſuiſſe uel donaſſa negotium conuince-
retur, ut ſcribit Suetonius. [e] Vidi & meo tem-
pore hoc uectigal in Gallia, uocabant conſi-
gnationes: uerum quia & nimium crudele ui-
8 ſum eſt, ſublatum eſt. Ex gerulorum diurnis
quæſtibus, Caligula quoque partem octauam
accepit: & ex capturis proſtitutarum, quan-
tum quæque uno concubitu mereret, atque
additum ut tenerentur publico, & quæ mere-
tricium, & quæ lenocinium feciſſet. Necnon
& matrimonia obnoxia uectigali eſſe uoluit. [f]
Poſtea tamen Seuerus Cæſar uetuit inferri in
ſacrum ærarium lenonum & meretricum ue-
ctigal, ut ſcribit Lampridius. [g] Sic & inter
Chriſtianos aliquando lupanaria permiſſa,
& uectigalia exacta, ſed poſtea utrumq; Chri-
ſtianè expunctum eſt: ut & Alphonſus pri-
mum fecit Arragoniæ. [h] Et Boemi apud ſe ex
9 lege prohibente. [i] Octauius Cæſar ad uutrien
dos cuſtodes & milites, uectigal impoſuit, ut
deferretur ærario quinquageſima pars pretij
mancipiorum uenditorum. [k] Et tempore
triumuiratus eius, Lepidi, & Antonij impera-
tum libertis quotquot in Italia degerẽt, & du-
centa ſeſtertia, uel amplius poſſiderent, octa-
uam partem ſuarum facultatum deferrent in
publicum, quod & turbas, cædes, & incendia
edidit multa. Verum tandem domiti liberti,
& ab ingenuis quoque quadrans anni reditus
exactus: [l] id enim ferebat miſeria illius ętatis,
in bello conſtituendo contra Caſſium & Bru
tum authores necis Cæſaris, qui Aſiatica oc-
cupauerant tributa, exque eadem cauſa alio-
rum uectigalium infinita propè proles, ut Ap
10 pianus [m] narrat, & Velleius Paterculus. [n] Re-
nouauit omnia uectigalia, & noua addidit Ve
ſpaſianus, ita ut ex lotio exigi iuſſerit. [o] Nice-
phorus quoque imperator orientis, omnes o-
nerum releuationes ſuſtulit, noua & incogni-
11 ta ante impoſuit. [p] Iſaacus Comnenus impe
rator orientis ſtatuit [q] canonem, quem dicunt
canonicum pro uico habente τριάκοντα καπνὸν, id eſt, triginta infumibula, aureum unũ,
argẽteos duos, arietem unum, hordei modios
ſex, uini menſuras ſex, farinæ modios ſex, gal-
linas triginta pro uico qui uiginti habet infu
mibula, aurei beſſem, argenteum, agnum di-
midiatum, hordei modios quatuor, uini men-
ſuras quatuor, gallinas uiginti, pro uico decẽ
infumibulorum, argenteos quinque, agnellũ
unum, hordei modios duos, gallinas decem.
Nicephorus etiam alius imperator orientis,
qui tempore Caroli magni uixit τὰ καπνικὰ,
id eſt, fumaria tributa exegit ab initio uſque
ſui imperij, etiam ex omnibus ſacris ædibus,
necnõ ab eccleſijs, monaſterijs, imperatorijs,
a parœchis, orphanotrophis, hoſpitalibus, ge-
rocomijs. [r] Vini uectigal Lutetiæ impoſitum

a Cornel. Tac. lib. 4.
b Cornel. Tac. li. 1. annal.
c Diõ Caſſius, lib. 58.
d Vlp. l. debet, §. 27 de ædil. edicto. lib. 21. P. tit. 1. Ludou. Roma. ſing. 582.
e Sueto. in Caligu. c. 40.
f Sueto. in Caligu. c. 40.
g Aelius Lamprid. in Seueri uita.
h Antonius Panormitanus li. 2. de geſtis & fact. Alphon. c. 61.
i Syluius, libr. de dict. & fact. Alph. c. 61.
k Diõ Caſſius, lib. 15. Hiſtor. Roma.
l Diõ Caſſius, lib. 50.
m Appia. Alexandrin. lib. 4. bello ciuil.
n Velleius Patercul. lib. poſteriore Hiſto. Romana.
o Xiphyli. ex Dione in Veſpaſiano. Suetonius, in Veſpaſ. c. 23.
p vide li. 2. iuris orientalis in eius conſtitutionibus.
q li. 1. iur. orientalis in conſtitutio Iſacci Comneni τῆς ἀγρικῆς ...
r in 2 libr. iur. orienta. in conſtitutionibus Nicephori ... de mulieribus ...

eſt tempore Caroli V. inuento ærario inſuffi-
ciente pro impendijs belli in Anglos. Atque
12 pro uictu quotidiano regis & filij eius Del-
phini, duodecim denariorũ Turonenſium per
ſingulas libras ſalis diuenditi, pluraque per-
ſonalia alia, & realia tributa, quæ refert Ga-
13 guinus. [s] Impoſitum aliquando Brugenſibus
uectigal tritici, uerum ipſi anno 1411. ui ſeſe
liberarunt ab hoc onere. Et domo nouo illi
tributo colligendo conſtructa in Bambergo,
malleis confracta, & in profluentem abiecta,
Ioannes Bieſſe, Nicolaus de Zontere, Liuinus
uan Melaue, Ioannes Brito, Liuinus Scuetelã-
14 re, tributi inuentores exilio puniti. [t] Solarium
aliud uectigal eſt, quod ex ſolo publico a pri-
uato poſſeſſo, publicatione, uel emphyteuſi
colligitur: [u] qui enim ædificat in loco reipu-
blicæ, tenetur canonem, uel uectigal eius rei
nomine præſtare, nec aliter licet occupare. [x]
Sic & de agris, & de rebus ciuitatum dicimus,
ut alij fundi uectigales, alij non uectigales
ſint, uectigaleſque annuam habeant penſio-
15 nem. [y] M. Fonteius prætor Galliæ pro Roma-
nis apud Allobroges, inter cætera a Gallis ac-
cuſatus, quòd nouum uini portorium inſti-
tuiſſet: quòd tamen diluit Cicero, [z] & antea in
Italia fuiſſe. Et in Gallia Titurium Toloſæ in
ſingulas uini amphoras portorij nomine exe-
giſſe: Crodinium Portium, & Numium ter-
nos nictoriatos, Nuchalone ſerene, umbinos
& uictoriatos mille. Atque in his locis a ſe
Codimi è Neucalone, ab his portorium eſſe
exactum, ſi qui Cobiamacho, qui uicus inter
Tholoſam & Narbonam eſt, dimitterentur,
16 neque Tholoſam ire uellent, &c. Vectigal
item fiſco penditur a metallarijs ex metalliſo
dinis. Quicunque volebat metallarij officium
profiteri, prius præſtabat fiſco octo ſcrupulos
in balucha, [a] id eſt, in arenato uel minutato
auro puro. Sic enim minutas arenas auri uo-
cant Hiſpani baluchas, Græci chryſamos. [b]
Scrupulus uigintiquatuor pars unciæ eſt. Prę-
ſtabant & ſingulis annis quoque iſti aurilegu
li, ſeptem ſcrupulos auri. [c] Et ultra, ſi quis in
ſuo ſolo cuniculo auri quærendi cauſa effodiſ
ſet, decimam auri præſtabat fiſco: ſi in alieno,
17 decumam domino ſoli, & decumam fiſco. [d] In
metallis publicis quatuor genera perſonarũ
conſiderantur, qui alijs regendis præficiũtur,
procuratores metallorũ ſunt, qui ad tempus
præficiebantur, quo niſi expleto, ad aliam di-
gnitatem non conſcendebant. [e] Aliud genus,
eorum qui adſcripti metallis erant, qui inibi
perpetuò ſeruire cogebantur, ut ex corpore
metallariorum cum vxoribus & ſobole, quò
exeuntes, cum ſobole reuocabantur. [f] Erant ta-
men liberi hi homines metallarij. Tertium ge
nus erat eorum, qui ad metallũ, uel opus me-
talli damnãtur, qui pro definito tẽpore vincti
metallis operam præbent, libertateque amiſ-
ſa ſeruiunt: [g] interdum tamen inde remittun-
tur, ſi inutiles ſunt operi propter valetudinem
vel ætatis infirmitatem, dummodo impetre-
tur à principe. [h] Quartum genus faciunt mo-
netarij, qui metalla tractant & ſignant, quo-
rum peritia certa eſſe debet & fides, unde &
18 corpus olim faciebant & collegium. Pro um-
bra platani ſolutum etiam vectigal tradit Pli
nius, cum ea arbor vmbræ gratia tantum ex
alieno fuerit petita orbe. [i]

s Gaguin. lib. 9. in Carolo 5.
t Iacobus Meyerus, lib. 15 annalium Flandriæ in Ioanne Burgundione.
u l. 2. §. ſi quis nomine prohibente, ne quid in loc. pub. lib. 43 P. titu. 8. l. 1. de diuerſ. prædijs pub. lib. 12. C. tit. 69.
x l. ſi legatum l. 10. de operibus pub. li. 50. P. ti. 10. l. ſi qui ex tit. l. 3. de diuerſ. prædi ja. li. 11. C.
y l. 1. ſi ager vectigal. uel emphyteut. petat. li. 6. P. tit. 3.
z Cicero pro M. Fonteio.
a l. 1. de metallar. li. 11. C. tit. 6.
b Plinius, lib. 33. c. 4.
c l. per annos eod. tit. de metallar.
d Gratianus, l. cuncti. l. 3 de metallar. C.
e l. 4. de metallar. li. 11. C.
f l. fin. eod. de metallar.
g l. aut damnum, l. 8 §. eſt pœna, & § ſeq. l. quidam ſunt ſerui pœnæ, l. 17. de pœn. in P l. 48 tit. 19.
h l in metall. damnati, l. 22. de pœnis. eod.
i Plinius, lib. 12. c. 1.

De theſauris inuentis in fiſcum inferendis. Cap. XI.

1 *Vectigal captum a ſubito ditatis.*
2 *Theſauri inuenti in quantum, & quando fiſci ſunt. Theſaurus quid.*
3 *Quando quis dicatur theſaurum in ſuo inuenire, & cedere emphyteutæ in re emphyteuticaria inuentum docetur.*
4 *Non autem uſufructuario rei, in qua inuenitur: Non ei, qui hypothecæ nomine habet, uel nomine dotis inſtituendum.*
5 *Mercenarius in alieno operans inueniens theſaurum, nihil ex eo tanquam inuentor percipit.*
6 *Lex Apuliæ antiqua, omnes theſauros inuentos defert fiſco: alia diuidit cum inuentore: et in Gallia, & alibi qualis hac de re ſit lex, explicatur.*

1 Inter exactiones Tyrannicas, quæ enumerantur [a] Nicephori Cæſaris Orientis, qui ſucceſſit Irenæ, eſt uectigal inſtitutũ, quòd a magiſtratibus inſpici res eorum iuſſit, qui ex paupertie ſubitò ad opes peruenirent: ab iiſq; uelut qui theſauros inueniſſent, pecuniam poſtulari. Ad ius fiſci theſauros inuentos pertinere 2 indicat Calliſtratus. [b] Quod cum diſtinctione temperandum eſt: nam qui in ſuo theſaurum inuenit, ſuum facit: ſi in alieno uel fiſcali prædio fortuna inuenerit, cũ domino ſoli ual fiſco partitur: [c] ſi inſcio uel nolẽte domino in alieno inquirens inueniat, omnis domino debetur: ſi autem magicis & malis artibus alicubi quis inuenerit, fiſco quæritur. [d] Abſurdum enim eſſet, ut quis ex eo lucrum caperet, unde pœnam meretur. Conſtituerunt autem leges pœnas magis hariolis & huiuſmodi ſuperſtitioſis & pernicioſis hominibus. [e] Plato porrò [f] omnino a theſauris inuentis abſtinendum eſſe docuit, niſi quis ſit ex familia eorum, qui ſe condiderunt, atque ideo publicè ſacrandũ uoluit modico præmio accepto, ueluti ſapientes tripodem aureum inuentum in mari, Deo potius cenſuerunt conſecrandum, quàm ſibi reſeruandum. [g] Theſauri nomen non omnẽ pecuniam reconditam cõtinet, ſed eam tantum, de cuius depoſitione ſeu infoſſione, non extat memoria. [h] Alioquin autem, ſi quis metu bellorum, aut latronum, aut cuſtodiæ cauſa infoderit, non eſt theſaurus huius generis, ut cedat inuentori, imò furtum qui effoderit, committit: [i] nam & poſſidere dicitur is pecuniam, qui eam terra condidit, etiam ſi ignoret locũ ubi 3 condiderit. [k] At in ſuo inuenire dicitur non ſolum dominus loci, cum pleno dominio poſſidens, ſed etiam emphyteuta, qui utile dominium habet in prædio uectigali: tum quia proprie theſaurus, nec fructus quidem fundi eſt ciuilis aut naturalis, [l] nec uerè fundi portio, [m] ſed res penitus ab eo ſeparata, nihil habens cum fundo commune. Et proinde, fortunæ donum in uiſceribus terræ conditum; [n] nullius & quod inuentori, et occupãti potius cedere, quàm alij debeat. Tum etiam quia emphyteuta habet utilem actionem pro fundo petendo & in rem, [o] ſuumque cuiuſque uidetur, quod uindicari poteſt. [p] Et meum eſt, cuius uendicandi ius habeo. [q] Cum in rem actio competit eis, qui iure gentium, aut ciuili dominium acquirunt. [r] Proinde emphyteuta in ſuo inueniſſe dicitur, ſi inueniat theſaurum in re emphyteuticaria, & ſibi totum acquirat, uel ſi alius

a l. 1. ſitr orig. in conſtitut. Niceph. citat.
b l. 1. de iure fiſc. P.
c & hæc fuit etiam Adriani conſtitutio, teſte Aelio Spartiano, in Adriano, § theſauros, de rer. diuiſ.
d l. 3. de theſaur. lib. 10. C. tit. § theſauros, de rer. diuiſ. § fin. quæ ſint regalia lib. 2. feud. tit. 56.
e l. 5. & 4. de mathe. & maleficiis lib. 9. C. tit. ... cap. 1. 2. 3. de ſortileg. lib. 5. Decreta. tit. 21. tota 26 quæſt. Deutero. 18. Leuit. 20. & 27. 1. Reg. 28. cum ſimilib.
f Plato, lib. 10. de legib.
g Diog. Laert. in Solone.
h l. 1. de theſaur. lib. 10. C.
i Paul. l. nunquam nuda, l. 31 § theſaurus de acqu. rer. dom. li. 41. P. tit. 1.
k l peregrè. 44. de acquir. poſſeſ. lib. 41. P. tit. 2.
l Labeo ... § ſi fundum, ſol. matr. P.
m l. 1 § Neratius, de acquir. poſſ. in P.
n Menãder in fabula, l. quæ theſaurus, & l. ſi is qui, § ſi ſeruus, de acq. rer. dom.
o Paul. in l. 1. ſi ager uectig. vel emphyteo. petat.
p Vlpianus. l. Quintus Mutius, l. 2 a § argẽto legato, & §. cum legati eſt, de auro & arg. lega. lib. 34. P. tit. 2.
q Celſus, l. ſolum, l. 49. § meum eſt, de uer. ſignificat. lib. 50. P. tit. 1.
r Paul. l. in rem actio. l. 29. cod. P.

ſibi inueniat, medietatem tanquam dominus, præferturque domino directo, cum etiam emphyteuticarios poſſeſſores Theodoſius uocet fundorum dominos. [s] Et ita Angelus Areti- 4 nus contra Placentinum defendit. [t] Hinc ſequitur theſaurum inuentum in fundo, in quo uſusfructus debetur alicui, non uſufructuario, ſed domino directo quæri. Quod & Tryphonius iuriſconſultus reſpondit. [u] Sic & ſimilis uſufructuario, hic qui hypothecæ nomine poſſidet, ut theſaurum in re hypothecata inuentum non ſibi quærat, ſed debitori ut domino relinquat, [x] quanquam alienare poſſit pro debito. [y] Idipſum in marito, ſi inueniatur theſaurus in fundo dotali inæſtimato, dicendum, ut non illi, ſed uxori quæratur, niſi ipſemet maritus inueniat, tunc enim, ut alius in alieno inueniens, iure inuentionis medietatem conſequitur: [z] quòd & in uſufructuario & creditore intelligo uerũ, ut inuenientes ipſi in prædio uſufructuario uel oppignorato, mediam conſequantur partem, tanquam in ſolo alieno in- 5 uenientes, non tanquam domini. Cæterum in mercenario, qui operas ſuas locauit, ſi fodiendo uel ædificando inueniat theſaurum, Angelus notat nihil eum inde percipere debere, [a] argumento procuratoris qui ex mandato domini agens, litem puta uel aliud: omnia domino reſtituere tenetur, etſi iniuſtè a iudice fue- 6 rint aſſignata. [b] Ex Apuliæ regni ſtatuto, theſaurus reconditus inuentus ſiue publico ſiue priuato loco, fiſci omnino erat. Alia poſtea lege Caroli II. diuidendus inter regem & inuentorem. [c] Lege Conſtãtini quiſquis theſaurum repeririſſet, ultrò ad fiſcum referre debebat. [d] Ludouici noni conſtitutio etiam aureum theſaurũ aurifodinas regi omnimodo attribuit. Et ita uetuſtiſſima extant ſenatus Pariſienſis decreta, theſaurum aureum quocunque in agro repertum ad principem: argenteum ad agri proprietarium pertinere anno 1259. & 1261. [e] Eadem re ſic etiam Eduardus primus Angliæ rex ſtatuit, theſauros de terra, domini regis eſſe, niſi in templo, uel in cœmiterio inuenirentur, eoque caſu aurum regis fore, cum argenti parte dimidia; reſidua parte eccleſiæ attributa. [f] Theodoricus Oſtrogothus Italiæ rex, quoque depoſitiuas pecunias ex longa uetuſtate dominis carentes, ad fiſcum pertinere ſtatuit. [g] At aliquando Pariſienſis ſenatus diuidendum theſaurum a principe cum repertore pronunciauit. [h] Sed & Calend. Sextil. anno 1570. expulſo fiſco regio theſauri reperti pars una domino iuridico, altera repertori, tertia alia domino fundi proprietario aſſignata. [i]

s l. poſſeſſores l. 13. in fine, de fundis patrim. li. 11. C tit. 62.
t Ang. Aret. in § theſauros. de rer. diuiſ.
u Trypho. in l. ſi is qui in aliena poteſtate, l. 63 § quod ſi ſeruus, de acq. rer. domi. li. 41. P tit. 1.
x d. § quod ſi ſeruus.
y § contra, gl. aliena. licet, li. 2. inſti titu. 8. cum ſimilib.
z Papinia. in l diuortio, l 8. § ſi fundum, ſolut. matri. li. 24. P. tit. 3.
a Ang. Aret. in dict. § Theſauros. nume. 3. de rer. diuiſ.
b Caius in l. 46 § procurator, de procuratori. li. 3 P tit. 3.
c Matthæus de Afflict. conſtit. Neapolita. de offic. ſecret.
d de Theſaur. in C. Theodo.
e Chopinus li. de domanio 2. h. tit. 5.
f in leg. Saxo. ex Lambardi.
g Caſſiodo. li. 6. Variarum.
h Ioan. Gal. q. 193 deciſa per arreſt.
i Chopinus, ubi ſupra.

De hæreditatibus, aut portionibus illarum in fiſcum delatis. Cap. XII.

1 *Fiſcus olim auctus inſtituto principe, qui hæreditates priuatorum acceptaret.*
2 *Principes qui repudiarunt ſibi delatas hæreditates.*
3 *Cautum, ne liceat Imperatorem litis cauſa inſtituere.*
4 *Caduca hæreditates quando in fiſcum delata.*
5 *Vigeſima hæreditatum aliquando delata in fiſcũ. Deſcriptio uniuerſi orbis quare & quando ab Octauio imperata, cod.*

6 Decima

6 *Decimæ legis Papiæ & uigeſima teſtamentaria ſublata.*

7 *Decimū omnium hæredita. Turcæ principi pendent. Patalnagius æſtimator bonorum Turcis.*

8 *Hæreditates morientium ab inteſtato ſine proximis, et uxore, uel marito deferuntur fiſco nunc, ut bona uacantia.*

9 *Albanagij iure & Galliæ princeps ſuccedit alienigenis in regno morientibus, non factis regnicolis.*

Excluſis filijs, nu. 11. Bononia habet & hoc ius, eod. & Sicilia, nu. 14.

10 *Nothis ſeu ſpurijs ab inteſtato decedentibus ſuccedit princeps, uel dominus loci, qui iuriſdictionem habeat loci, uide & nu. 13.*

12 *Delata fiſco non petita quadriennio, non delata 20. annis præſcribuntur.*

15 *Bona uacantia & regis, interdum & dominorum iuridicorum ſunt.*

16 *Hæreditates & legata indignis relicta, quando fiſco deferantur.*

1 NOn reſpuit principes hæreditates, eorum qui eum inſtituerūt, & ita ille quoque fiſcum augent.[a] Mos namque antiquus erat, uel metu, uel gratiæ aucupandæ cauſa inſtituendi imperatores: unde Caius Caligula ad conficiēdam pecuniam edictum ſenatuſc. propoſuit, ut qui ante hæredem ſibi deſtinaſſet Tyberium, Caio legaret morte ſua,[b] quamuis Paulo iuriſc. placuerit eius bona qui ſe imperatorem hæredem facturum eſſe iactauerit, a fiſco occupari 2 non poſſe.[c] Neque etiam omnes principes in ea fuerunt ſententia, quinimo & aliqui illorum, delatas legitimè repudiarunt eorum quibus erant proximi uel filij, ut Adrianus fecit teſte Spartiano.[d] Et Antoninus Pius alio nomina dictus Aurel.[e] Et Octauianus Cæſar nunquam quicquam ex ignoti teſtamento capere ſuſtinuit.[f] Nec Flauius Domitianus ab illis accepit, quibus liberi eſſent.[g] Qui omnes excelluerāt maximè in hoc & Tyberio iuſtiores, qui auariſſimus cum eſſet, omnes ſibi delatas hæreditates lubēs adibat.[h] Vnde & plures illum inſtituebant vel ad inuidiam aliorum, vel ut uindictam facilius per ipſum hæredem 3 exequerentur in alios. Cui tamen malo poſteà proſpectum cautumque, non licere Imperatorem litis cauſa hæredem inſtituere, minuſque inuidioſum viſum, neque calumniæ facultatē ex principali maieſtate capi oportere.[i] Ælius quoq; Pertinax hac de re ſenatuſconſultum tulit, & eo ſe profeſſus eſt nullius ſe aditurum hæreditatem, quæ aut adulatione alicuius delata eſſet, aut lite perplexa, aut legitimi & neceſſarij hæredes ſeſeruarentur. Addiditque ſenatuſconſulto, *Sanctius eſt, patres conſcripti, inopem rempub. obtinere, quàm ad diuitiarum cumulum per diſcrimen ac dedecorum veſtigia peruenire.*[k] 4 Præter inſtitutionem & voluntatem quoque decedentium hæreditates olim ad principem uel eius fiſcum deuoluebantur, quando perueniebant in cauſam caduci: ueluti ſi inſtitueretur qui tunc non erat in rerū natura, uel nō exiſtenti legaretur, uel inſtitutus vita decederet ante teſtatorem. Sublatū tamē hoc poſtmodum tempore pacis, quod erat ob penuriā temporis belli inductum.[l] Iſtam legem de augendo ærario, quæ poſteà moderata fuit, tulit ſenior Auguſtus, ut ſcribit Cornel. Tacitus.[m] 5 Fuit & aliquando ex hæreditatibus & legatis pars adiudicata fiſco, & ærario militari uigeſima per eundum Auguſtum Octauianum, qui eam inſtituit exceptis his quæ proximo genere iunctis, ac pauperibus morte aliorum relinquerentur,[n] quæ cum oneroſa viſa fuiſſet Romanis, dicerentque ſe quoduis aliud tributū quàm uigeſimam paſſuros: Octauianus, anno vrbis conditæ 766. anno 1. ſui quinti decennij imperij in agros & domos penſionem tranſtulit, ac ſtatim nō oſtenſo quantum aut quomodo cuilibet pendendum foret, alios alio diuiſit, qui priuatorum ac ciuitatum facultates deſcriberent, ut cum ſinguli maiorem iacturam vererentur, mallent uigeſimam pendere: idq; eius conſilium ita res ipſa probabit.[o] Edictūque fuiſſe propoſitum de illa deſcriptione meminit Diuus Lucas[p] amanuenſis ſacer: *Exiuit,* inquit, *edictum à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur uniuerſus orbis, &c.* Legem uigeſimæ renouauit M. Antonin. philoſophus, ut teſtis Iuli. Capitolinus.[q] Iuſtinianus & huic aliam addidiſſe Adrianum vult, utpotè qui ualde fuit de 6 ærario ſtudioſus, ut ſcribit Eutropius.[r] Ipſe autem Iuſtinianus quæ de hæreditatum uigeſima introducta erant, ſuſtulit.[s] Sicut & ſublata decima quæ ex lege Papia deducebatur ex legatis à uiro uxori, uel ab uxore marito relictis 7 ſi illis nō eſſent legitimi liberi.[t] Apud Turcas eorum imperator, bonorum defuncti decimā quamque corradit, etſi defuncto legitimus ſit hæres. Eſtque eius rei gratia magiſtratus æſtimationem bonorum faciens, dictus Petaluo-8 gius. Accipit tamen nunc & fiſcus hæreditates morientium ab inteſtato ſine proximis, vxore, vel ſine ſocio liberalitatis à principe collatæ, tanquam in bonis vacantibus, excluſis ciuitatibus, quæ ius fiſci non habent.[u] Et ſic Theodoricus rex Gotthorum ſcribit.[x] *Proximos defunctorum nobis legaliter anteponis, quia in hoc caſu principis perſona poſt omnes eſt: ſed huic optamus non acquirere, dummodo ſint qui relicta* 9 *debeant poſſidere.* Hoc etiā in Gallia obtinet, ex cuius generali conſuetudine rex iure albanagij, id eſt, alibi nati, extraneis alibi natis ſuccedit, ſi illi non fuerunt regnicolæ à principe facti, id eſt, ut diximus ſi non fuerint afiliati, uel naturaliſati, etiam ſi fecerint teſtamentum. 10 Et nothis quoque, ſiue ſpurijs non legitimatis ſuccedit princeps, ſicuti & quilibet dominus directus habens iuriſdictionem ſpurijs decedentibus ſuo territorio, ſi illis non ſint deſcendentes ex linea recta legitimi & naturales, ut ſæpe ſecundum hæc quæ diximus tam in alienigenis ſeu peregrinis, quàm ſpurijs iudicatum eſt.[y] Poſſunt tamen ex conſuetudi-11 ne teſtari ſpurij ſeu baſtardi.[z] Et quamquam ſint filij peregrinis, tamen fiſcus his excluſis ſuccedit, quia illorum patres, ſine adoptione regia, non ſunt capaces acquiſitionis bonorum in regno, nec etiam beneficiorum, ut deciſum conſtitutione regia 6. idus Martias 1431. ut nec Bononiæ extranei, ut ait Barba-12 tia.[a] Cæterum ad bona aduenarum ſeu peregrinorum uocatur principis fiſcus, tanquā ad bona vacantia, quæ principis ſunt: niſi ſi delata ſint, & admonitus, de his fiſcus non petierit, quo caſu iure poſſunt præſcribi contra fiſcum quadriennio:[b] quæ non delata ſunt, uiginti annis.[c] In Gallia autem Chaſſaneus in utroq; caſu triginta annos deſiderari putat.[d] 13 Et extat conſtitutio 8. idus Sept. 1486. qua fiſcus in nothorum bonis occupandis præfertur dynaſtis, qui aliquando ſibi hoc ius adſciſcūt, vt ait Paul. Caſtrep. conſil. 34. unde & in lib. 2.

a L. 2. de iur. fiſ. in P. Vlp. in l. 2. Paul. in l. 2. de offic. procurat. Cæſar. lib. 1. P. tit. 19.

b Diō Caſſius, lib. 59.

c l. eius bona, l. 11. de teſtam. li. 28. P. tit. 1. ſa. cit. l. nolumus, & l. ex imperfecto, C. de teſta.

d Aelius Spartia. in uita Adriani.

e Iul. Capitol. in uita Antonini Pij.

f Suetoni. in Octauio. c. 66.

g Sueto. in Domitia. c. 9.

h Diō Caſſius, lib. 58.

i Paul. in l. imperatorem, l. 91. de hæredit. inſtituen. li. 28. P. tit. 2.

k Iul. Capitol. in Aelio Pertinace.

l l. 1. §. 1. & § & cum triplici, & §. pro ſecundo, decad. tol. li. 6. C. tit. 50.

m Cornel. Tacit. li. 3. annal.

n Dion Caſſius, li. 55.

o Diō Caſſius, li. 56. Hiſtor.

p D. Luc. c. 2.

q Capitoli. in M. Antonino.

r Eutrop. lib. 8.

s l. edicto. D. Adriani, l. 3. de edict. D. Adria. toll. li. 6. C. tit. 30.

t l. 2. de infir. pœnis cœlibat. lib. 8. C. tit. 58.

u Diocletia. & Maxi. in l. 1. & Theodo. & Honor. in l. uacantia. l. 4. de bon. vacantib. lib. 10. C. tit. 10.

x Caſſiodo. li. 6. Variarum.

y Papon, lib. 5. [illegible]

a [illegible]

b l. 1. § diuus, de iure fiſci [illegible]

c d § diuus, l. 1. de iur. fiſc.

d Chaſſan. in conſuetu. Burg. [illegible]

Cameræ

Cameræ ratiociniorum fol. 320. ſcriptum eſt, bona baſtardorum decedentium in terra altorum iuſtitiariorum, non capiantur per officiarios regis, niſi conſtet per informationem legitimam, regem eſſe in poſſeſſione capiendorũ in illo loco: quod ſi dubium ſit, fiat inuenta-
14 riom, & tradatur in manu ſecura. Apud Siculos inteſtato aduena, quem ipſi garagangum uocant, mortuu, bona in fiſcum coguntur.[a]
15 Competunt & bona uacantia non ſolũ principibus, ſed & alijs dominis iuridicis aliquando, qui ius gladij habent, ſecundum mores diuerſos. Perueniunt & alio modo ad fiſcum hæ
16 reditates & legata. Et quamuis melius ad pœnalia compendia hic modus referendus eſſet, tamen de hæreditatibus ad fiſcum deferendis inſtituturus ſermo dabit huic modo locum: nẽpe cum is cui relinquitur tacitè legatum, uel hæreditas: non poteſt capere, incapaxq́ue non ſe defert, ut partem aliquam conſequatur: tũc enim fiſcus relicto potitur.[b] Quæ reddunt autem incapacem, ut illi in fraudem relinqui tacitè non poſſit, plura ſunt, ut damnato in metallum relinquatur, uel hæretico, uel nato ex nefario coitu, & ſimilia quæ enomerat & probat glo. in l. 1. de iure fiſci in P. Ideo hæreditates fideicommiſſariæ, de quibus contra legem reſtituendis perſonis prohibitis a lege promiſſionem quis adhibuerit, fiſco deferuntur.[c] Deferuntur & ſucceſſiones mortuorum, quorum hæreditates hæredes adierunt ante uindicatã necem eorum, quibus ſuccedunt.[d] Quod & in patronis etiam receptum eſt, ut niſi libertorũ necem uindicent, fiſcus ab illis hæreditates repoſcat, cum omnes hæredes, ut ait Paulus, in defunctos officioſos eſſe oporteat.[e] Quod tamen intelligẽdum, dummodo hæres pupillus non ſit, qui ob ætatem ab indignitate illa excuſatur:[f] quia ibi nulla culpa eſſe uidetur, ubi conſilij defectus eſſe conſpicitur. Quo fit, ut is hæres etiam non priuetur hæreditate, qui cũ ignoraret authores patrati ſceleris, mortẽ non uindicauit.[g] Sic quoque necis priuatur, qui ante ſuam culpam, in agendo ab alio præuentus fuit: tunc enim tutò adit, ſi culpa negligentiæ non imputatur: contra ſi imputari poſſit.[h]

a Conſtitutio Neapoli. de offic. ſecreti, & ibi Matth. de Afflict.

b Paul. in l. edicto, l. 13 de iur. fiſ. l. 2. eod. P. l. 1. C. de delator. li. 10 tit. 11.

c Papin. l. eum qui, l. 18 de ijs quib. ut indig. li. 34. P. tit. 9.

d l. ſi ea, q. l. 3. de ijs quib. ut indig. lib. 6. C. tit. 35. Vlp. l. neceſſarios, l. 3. §. 3. ad Senatuſc. Syllania. li. 29. P. titu. 5. l. 1. de iur. fiſ. in P. Vlpian. l. Marcellus, l. 3 § fin ad Sc. Trebell. lib. 36 P. tit. 1.

e l. portiones. l. 21. de ijs quibus ut indig. in P.

f d. l. ſi ea quæſtio, & l. muneribus, de ijs quibus ut indig. C.

g l. ſi ideo uſum, l. 7. eod. tit. C de ijs quibus ut indig. l. cum fratrem, l. 9. eo. C.

h l. ſororem, l. 10. C. eod.

De vijs publicis. Cap. XIII.

1 *Via publica juris regalis eſt, quidve uia publica, Via diuiſio, & ſpecies, publicæ, priuatæ.*
2 *Vicinalis, iter, actus, uia quid. Viæ publicæ latitudo quanta eſſe debeat, eod.*
3 *Vias publicas non licet occupare, uel concludere priuatis, quibus ſine metu occupantibus quilibet poteſt ſe opponere.*
4 *Viarum publicarum cura aliquando fuit conſulũ, & ædilium curulium, & quid huiuſmodi curarent in eis, ἀστυνόμοις Græcorum.*
5 *Curator uiarum aliquando ſolus, qualis poteſtas eius, & quot conſtituti.*
Curam tandem uiarum, & ſecuritatem in Cæſares tranſtulerunt. Quare & uectigal exigunt. Maiſtre des ports & paſſaiges, *in Gallia quis.*
6 *Viæ publicæ communes uſu, non uicinia illis prædia, in quibus non eſt declinandum.*
7 *Itinera uiarum per milliaria, & lapides metiebantur ab antiquis. Et quomodo columnæ lapideæ uijs apponerentur.*
8 *Lex uiarum una, comiter iter docendum eſſe.*

1 Regaliæ cenſentur uiæ publicæ.[i] Viam publicam eam dicimus, cuius etiam ſolum publicum eſt:[k] non enim ſicut in priuata uia, ita & publica accipimus, uiæ enim priuatę ſolum alienum eſt, ius tamen eundi, & agendi nobis competit ſeruitutis iure.[l] Sic uiæ publicæ, ſiue baſilicæ, uel regiæ, prætoriæ, conſulares, priuatæ aliæ, quæ & agrariæ, & uicinales, quæ in ui-
2 cis ſunt, uel in uicos ducũt.[m] Inter quas iter, actus, uia: iter ius eundi per fundum alienum hominis tantum actus & iumenti & plauſtri agendi ius.[n] Via ius eundi, iumenti & uehiculi agendi, quæ continet actum & iter.[o] Via in porrecto 8. pedum, in anfractu 16. cõſtitui debet.[p] Actui dimidium, id eſt 4. pedes tribui debent. Poteſt tamẽ uia uel anguſtior, uel latior pacto conſtitui, dummodo per eam uehiculũ ire poſſit.[q] Ex cõſuetudine quarundam regionum uiæ publicæ latiores aliquando, ut ex Turonenſi, uia publica debet habere 16. pedes latitudinis, & uicinalis 8. habetq́; notionem delictorum in illis commiſſorum ex ea lege Caſtellanus,[r] quæ & ex alijs conſuetudinibus ob-
3 tinent.[s] Non licet ſine authoritate diuini reſcripti angiportus integros uel partes, ſuis domibus includere, uel porticus uſurpare, ſed debent reddi ciuitati, eum multando qui auſus eſt 50. libris auri.[t] Viæ publicæ ſine permiſſu principis, quia illius ſunt, quicquã priuati operis non admittunt.[u] Reficere tamen & purgare licet impunè, non deteriorem facere, alioquin & ei uis impunè fit a quolibet de populo,[x] non obſtante oppoſita præſcriptione, quia populus non utendo, non amittit uiam publicam:[y] cum nec loca publica, licet uſibus priuatorum deſeruiant, tamen non quaſi propria cuiuſque ſunt, & tantum iuris habemus ad obtinendum, quantum quilibet ex populo ad prohibendum habet.[z] Et cuilibet in publicum petere permittendum eſt id, quod ad uſũ hominum pertineat, ueluti uias publicas, itinera publica. Et ideo quolibet poſtulante, de
4 his interdicitur.[a] Florente repub. Romana cẽſorum ea functio erat, ut uias ſternendas in urbe, ſilice, glarea, extra urbem, ſubſtruẽdas marginandaſque locarent apud Liuium.[b] Olim hæc cauſa uiarum publicarum magiſtratibus proprijs commiſſa fuit; nempe Aedilibus Curulibus, qui poſtea curatores uiarum dicti ob id,[c] qui cogebant dominos agrorum, uel ædificiorum uicinorum uijs publicis eas pro modo obiecto loci reparare & emendare: cauebantque ne quis effoderet uias, ne ſubrueret, neque in his conſtrueret, cõſtitutum diſſoluerent, purgarive curarent, ne permitterent ſtercora, non morticinia, non coria in eis iacere, nõ in illis rixari.[d] Græci munus hoc ἀστυνόμοις ſuis decreuere, ut itinerum publicorũ per urbem curam agerent, uti complanarentur, & quæ in urbem tendunt, ne perfoderentur, aut aggeribus congeſtis obruerentur, neve quid in militari uia ædificaretur, teſte Platone.[e] E-
5 rat aliquãdo uiarum curator proprius, qualis Octauius fuit conſtitutus, quique, qui uijs reficiendis præeſſent prætorios uiros, qui lictorib. binis uterentur, deſignauit.[f] Atque ijs antea uias extra urbem reficiendas mãdauit partim publicis, partim ſuis, partim patrum quibuſdam ſumptibus.[g] Statuerunt Cæſares, omnes ſine exceptione conceſſi priuilegij immunitatis tributorum, ad uiarũ & pontium reparatiõẽ conferre debere.[h] Alexander Cæſar Romę

i § a. quæ ſunt Regal. lib. 2. feudo. tit. 56.

k l. 2. §. uiam publicam, ne quid in lo. pub. lib. 43. P. tit. 8.

l d. § uiam, & in l. loci, ſi ſerui. uend. in P.

m l. 2. § uiarũ, ne quid in loc. pub l. 3 de loc. & itiner. pub.

n l. inter actũ, l. 12. de ſeruitu. ruſt. prædi. lib. 8 tit. 3. l. qui ſella. l. 7. eod.

o l. 1. de ſeruit. ruſti. prædio in P. ubi gloſſ. in uerbo uia, differentiam actus & uiæ dat.

p l. uiæ latitudo, l. 8 de ſerui. ruſt. prædi. in P.

q Paul l. uia. l. 23. de ſeru. ruſt. præd. P.

r in cõſu. Turonen. titul. des droicts du ſeigneur chaſtelain, art. 1.

s Couſtume d'Anjou, eod. titul. artic 43. 44. 45. Maine, eod. tit. art. 50. Rochelle, titu. de iuriſ. art. 1.

t l. qui ſiue, l. 19. de operibus pub. li. 8 C. tit. 11.

u l. ſi in publico, l. 18 § 1 de aqua plu. arcẽ. li. 39 P. tit. 3 l. 2. § ait prætor, ne quid in loc. publ. P. l. 2. de lo. & itiner. pub. P.

x l. 1. de uia publica lib. 43. P. tit. 10.

y l. 2. eod. de uia pub.

z l. 2. §. hoc interdictum, ne quid in loc. publ. l. 1. de loc. & itiner. pub. lib. 43 P. tit 7.

b Liuius, lib. 1. deca. 3.

c l. ad curatores rei publi. & l. qui uias publicas, de damn. inf. in P. l. 3. §. ſed & ſi curatores, ad municipal. P. Lamprid. in Alexandro.

d l. 3 de uia publ. lib. 43. P. tit. 10.

e Plato, 6. de legib.

f Diõ Caſſius, lib. 54.

g Diõ Caſſius, lib. 53.

h l. 7 a. 3 1. 6. de itiner. muniend. lib. 15. C. Theodoſ.

F orbis

urbis, regionum, & uiarum curatores fecit:
14. [a] Auguſtus fecit Agrippam generum uiarum curatorem.[b] Poſtea uiarum curam ad ſe principes auocarunt, & ſecuritatem, ut tranſeuntibus,[c] a quibus uectigal exigitur, tutum eſſet iter. Propriumq́; in Gallia regium magiſtratum habemus, *Maiſtres des ports, paſſages,*
6 *& chemins*. Publicæ uiæ omnibus communes uſu, tamen uicinia prædia minimè, in qua nõ eſt a uia declinandum. Sic & liberum iter publicum petijt Iſraeliticus populus a Sehone rege Amorrhæorum,[d] *Obſecro ut tranſire mihi liceat, per terram tuam: non declinabimus in agros & uineas, non bibemus aquas ex puteis, uia regia gradiemur, donec tranſierimus terminos tuos.* Viáque hanc regiam fuiſſe publicam explicatur in Deuteronomio, ubi ea repetontur.[e] *Tranſibimus per terram tuam, publica gradiemur uia, nõ declinabimus neq; ad dextram, neq; ad ſiniſtram.* Alexander Seuerus Imperator, ſi quis de uia in alicuius poſſeſſionem deflexiſſet, pro qualitate loci, aut fuſtibus ſubijciebatur in conſpectu eius, aut uirgis, aut condemnationi: aut ſi hæc omnia tranſiret dignitas hominis grauiſſimis contumelijs: cum diceret, uiſne in agro tuo hoc fieri? alteri ne feceris, quod tibi fieri
7 non uis.[f] Per milliaria & lapides itinera metiebantur antiqui, unde & lapis, & milliarium pro eodem:[g] ſingulis milliarijs tribunus Gracchus lapideas columnas habentes inſcripta ſpatiorũ ſigna poſuit, ut author Plutarchus.[h]
8 Inter leges uiarum publicarum illa, Erranti uiam comiter oſtendendam. *Homo*, inquit Ennius, *qui erranti comiter monſtrat uiam, quaſi lumen de ſuo lumine accendat, facit*,[i] *&c*, Et Diphylus Comicus,[k]

ἀγνοεῖς ἐν ταῖς ἀραῖς
ἔνοχον, εἰ καὶ μὴ φράσει' ὀρθῶς ὁδόν,
ἢ πῦρ ἐναύσει', ἢ διαφθείρει ὕδωρ
μέλλοντι δειπνεῖν, ἢ κωλύσει τινά, id eſt.
Neſcis execrationibus obnoxium eſſe,
Si quis aut non rectè monſtrauerit uiam,
Aut ignem accenderit, aut aquam corruperit
Volenti comedere, aut prohibuerit iſtu.

a in author L. Aſpid. in eius uita.
b Sueton. in Auguſto.
c c. 1. quæ ſint regalia.
d Numer. c. 21.
e Deutero. c. 2.
f Lamprid. in vita Alex. Seueri.
g L. 1. §. inuito, de offic. præf. urb. l. propter litem, §. ult. de excuſat. tutor. l. 2. de erogat. milit. anno, lib. 12. C. tit. 38.
h Plutarch. in Graccho.
i Cic. de Senec.
k in ſententijs Comicorũ antiquorum c. 23.

De mari & fluminibus publicis. Cap. XIIII.

1 *De mari relatiuè. Flumina regalia, & compendia eorum principis. Flumina publica, & priuata: publica quæ.*
2 *Fluminis & riui differentia: flumen quid, & quid torrens, & priuatum flumen.*
3 *Flumina publica uſu communia, proprietate principis.*
4 *Fluminum duo genera, Regalia, & bannalia, & quæ regalia, regalium utilitates & uectigalia principis.*
5 *Bannaria flumina, quæ uidelicet donata uaſſallis.*
6 *Leges piſcationibus, & inſtrumentis piſcatorijs impoſitæ.*
7 *Portus publici iuris, ideo cuilibet licet in ijs piſcari: Regij autem iuris, uel domini loci, ratione iuriſdictionis & uectigalium. Portus quid, & eius differentia ab ſtatione, eod.*
8 *Litus quid, & ripa, & differentia.*

1 DE mari iam ſatis diximus, dum egimus de aqua, ideo nihil addã. Inter regalia flumina publica etiam ſunt, & compendia ad principem pertinent:[l] Fluminum quædam publica ſunt, quædam non. Publicum eſſe Caſſius definit, quod perenne ſit, id eſt, perpetuò fluat.
2 Flumen a riuo magnitudine diſcernendum, aut exiſtimatione circumcolentium. Torrens eſt, quod tantum hyeme fluit.[m] Sic intelligenda de perennibus, quæ traduntur a Iuſtiniano & alijs iuriſcõſultis, flumina omnia & portus 1 publica eſſe, taliaque eſſe dicentur, quæ omnium uſibus patent, & ſunt in iure principis, ut olim populi, & quæ oriuntur in publicis locis, & per publica fluunt aut priuata, quæ ſunt in dominiu, commodo, uſu alicuius priuati, quæ in priuato oriuntur, aut fluunt, & quæ talia habentur ex principis conceſſione, uel præ
3 ſcriptione, uel alio iuſto titulo.[n] Publica uſu ſunt communia, ſed proprietate ſunt principis, & olim populi: ſicuti riparum uſus publicus & communis, ſed earum proprietas eorũ cenſentur, quorum prædijs hærent.[o] Communia quidem ſcilicet uſu hæc omnia iure naturæ, aer, aqua profluens, & mare, & per hoc litora maris.[p] De legibus aquarũ plura diximus, dum de quatuor elementis in iure conſiderandis egimus titulo de aqua, quę nõ repetemus.
4 Fluminum ubi & lacus continentur duo genera, alia regalia, alia bannalia, ſeu proſcripta. Regalia ſunt, in quibus princeps iure patrimoniali ſeu domaniali uectigal capit, & ideo in his modum piſcandi & tempus conſtituit. Et quia onus & curam fluminum ſibi aſciuerunt principes,[q] æquum eſt uectigalia, piſcarias, aliaque commoda eorum, ad illos pertinere.[r] Carolus Magnus tamen illa uectigalia uoluit exigi de pontibus, nauigijs, & mercatis, non quando funes tenduntur, uel quãdo ſub pontibus cum nauibus tranſitur, uel ex ſimilibus, in quibus nullum auxilium itinerãtibus
5 præbetur.[s] Nam & hæc aboleuit Pertinax inſtituta a tyrannis uectigalia.[t] Bãnaria ſeu proſcripta flumina quibuſdam beneficis ſeu uaſſallis condonata ſunt priuatis, uel conſuetudine, uel pacto uſurpata. Hodie in Gallia piſcandi in omnibus bannalibus moderata licẽtia.[u]
6 Moduſque piſcandi redemptoribus piſcationum & alijs præſcriptus. Et de modulo retiũ, uerriculorum, & naſſium, & de magnitudine, & de tempore capiendorum piſcium, leges datæ a Philippo IIII. rege Gall. menſe Sextil. anno 1291. & menſe Martij anno 1302. Et a Carolo V. conſtitut. *des eaux & foreſtz*. Sunt por-
7 tus quoque publici iuris & regij.[x] Ideo ius piſcandi omnibus iure gentium commune,[y] quod pertinet ad iuriſdictionẽ, & regis ſunt, uel illius domini, in cuius territorio ſunt,[z] & ideo uectigalia quoque eius ad eũ pertinent.[a] Portus appellatus eſt concluſus locus, quo importantur merces, atque exportãtur: & ea quæ nihilominus ſtatione concluſa, atque munita ſunt.[b] Portus ſpecies forſan non concluſi, ſtatio eſt, ab ſtando: locus inquam ubicunque naues tutò ſtare poſſunt.[c] Et ita diſtinctio fit, ut interdictum detur, ne quid in mari iuva litore fiat, quo portus, iterve nauigio deterius fiat.
8 Litus maris, eſt quatenus hyberni fluctus maximus excurrit,[d] communeque eſt uſu ut mare,[e] quod & de litoribus fluminum dictũ eſt.[f] Tamen quòd pertinet ad iuriſdictionem, & ius tutandi & ad uectigalia, principis litora ſunt, aut eius qui habet in illo loco imperiũ.[g] Ripam tamen propriè fluminum aiunt, ut Ouidius,

... campoque recepti
Liberioris aquæ, pro ripis litora pulſant.[h]

l § 1. quæ ſint reg. in uſib. feu do. Ret. Iaſ & alijs. l. quo minus, de fluminibus.
m hæc in l. 1. de fluminib. lib. 43. ff. tit. 12.
n §. flumina, de rer. diuiſ. l. nemo, l. 4. eod. in ff. l. adeo, l. 7. § inſula, de acq rer. domi. in ff li. 41. tit. 1. l. fluminum, l. 24. de damn. infecto.
o Iaſon, in l. quo minus, nu. 2. de rer. diuiſ.
p d § flumina, de rer. diuiſio. l. 7. de fluminibus, l. riparũ, de rer. diuiſ.
q l. 2. de rer. diuiſio. in ff.
r l. quod principe & l. ſi in publico, de aqua plu. arcen. ff. l quo minus, de fluminib. l. ſeruitutes, §. publica, de fluminib.
s l. ſecundum naturã, de reg. iur ff l § ſed cum ſecũdum, de furt. C.
t in lib. 2. leg. Franciæ. c. 12. de Theloneis.
u Herodia. in 2.
x ita intelligend Ioan. Faber, in § fluminum, de rer. diuiſ.
y § 1. quæ ſint regal l. nemo, de rer diuiſ.
z §. flumina, de rer diuiſio.
a d. § 1 quæ ſint regal. l. edicto, § 1. & l inter publ § 1. de verbo ſignif.
b Vlpia. l portus, l 59. de verbo. ſignif.
c l. 1 § ſtationem, de fluminib. in ff.
d l. 1. § ſi in mari, de fluminib.
e l. Titius, l. 6. & 112 de verb. ſignif. § equidem, de rer. diuiſ.
f §. flumina, de rer. diuiſ.
g l. litora, ne qd in loc. ſacr.
h Ouid. 1. Metamor.

Ripæ quoque ſolent habere præcipitem aſperitatem, vt liquet, in omnium ripis, litora vt plurimum plana ſunt, vnde Pomponius Mela[a] de Æthyopia agẽs, vaſta omnia vaſtis præciſa montibus, ripæ potius ſunt quàm litora. Crepido ſeu labrum amnis, id quod flumen continent naturalem rigorem ſui curſus tenẽs.[b] Cõfunditur & appellatio cum litore. Verùm fluminũ ripæ ad poſſeſſores proprietatis proximiores pertinẽt.[c] Iuriſdictio ad dominos locorum vel ad principem. Reparationem omnes ſine exceptione conferre tenẽtur.[d] Ex conſtitutionibus Gallicis latis anno Domini 1517. & 1543.[e] cautum, vt rerum omnium, quæ à pelago in litora extrahuntur, tertia pars ad principem regio iure pertineat, tertia altera ad maris præfectum, alia ad nauarchos repertores. Et ſi tamen dominus rerum ſuarum iacturam perſequatur intra annum, ei reſtituantur refuſis ſumptibus.[f] Æquè annumerantur inter regalia in Sicilia, Anglia, & litoribus Italicis naufragiorum compẽdia.[g] Eſt & ius guidagij in Armorica, regale in mari.[h]

De bonis patrimonialibus principis à fiſco colligendis, & de paſcuis. Cap. XV.

1 *Tot ſpecies patrimonij principis, quot priuatorum.*

2 *Prouentus ex ſaltibus & paſcuis principi, & pœna paſcentium in illis.*

3. *Saltus & paſcua quid.*

4 *Non licet pecus in paſcua aliena vel nemora immittere prohibente domino.*

5 *Duobus modis prohiberi cenſetur ingreſſus paſcuorum, voce, ſigno: & quomodo ſigno. Iterum banno, vel cruce, vel foſſis, vel vallo.*

6 *Animalia in paſcuis, & nemore principis inuenta pro noxa ſunt, non ſi inueniantur in priuatorum paſcuis, quia tunc tantum damnum datur.*

7 *Quando & quomodo dominus ius habet retentionis animalium inuentorum in ſuo paſcealium, & de praxi huius rei.*

8 *Damnum datum modicum ab equo viatoris neceſſitate vrgente, vel à pecore deperdito ſine culpa domini an reſarciendum.*

9 *De iure paſcendi in alieno fundo, & iure illius ſeruitutis, quo tamen abutendum non eſt præter modum.*

10 *Duo iura paſcendi, viridis paſcui, & vacui paſcui, quidque vtrunque, & tempus paſcendi vacui paſcui quod.*

11 *Porci paſcuis non debent immitti.*

12 *Abutentes paſcuis & ſaltibus iure priuantur conceſſo.*

13 *Paſcua publica Romana, vnde vectigalia olim dicta agri ſcripturarij.*

14 *Thoria lex in depaſcentes agros publicos.*

15 *Paſcuorum antiquum vectigal.*

1 Tot ſpecies patrimonij principis eſſe poſſunt, quot & priuati.[i] Quiobrem de hoc pauca dixiſſe contentus ero, & proſequar quæ de
2 paſcuis & ſaltibus regijs frequentia ſunt. Iure itaque qui immiſit animalia in paſcua, vel ſyluam, vel ſaltum principis, ſi ius nõ habeat paſcendi: illa amittit & fiſco dantur. Atque ſaltuũ vel paſcuorum procurator, id eſt, qui curã gerit eorum, ſi conniueat, & pretio venalem gratiam fecerit, grauiſſimo ſubditur ſuppli-
3 cio.[k] Saltus ſunt propriè, paſcua loca inculta crebris ſyluis & dumetis repleta, vt innuit Virgilius.[l]

Saltibus in vacuis, inquit, *paſcuntur plena ſecundum Flumina*---.

Et Varro,[m] *Quos agros*, inquit, *non colebant, propter ſyluas, aut id genus, vbi pecus paſci poſſet, & poſſidebant, ab uſu ſuo ſaltus antiqui nominabant, Græci* νέμος, *Latini nemora.* Saltus atque paſcua, aut ſunt priuatorum, aut publica, ſeu vniuerſi
4 tatis alicuius. Generaliter non licet in paſcua alterius ſiue ea ſint fiſcalia, ſiue priuata, pecus paſcendi gratia immittere, nec militibus quidem:[n] quia nec licet fundos alienos, inuito domino ingredi ſine iure ſeruitutis,[o] maxi-
5 mè ſi prohibeat dominus. Porro prohiberi videtur ingreſſus duobus modis, uel expreſſa uoce, uel ſigno. Quid uocalis expreſſa prohibitio ſit, palam eſt: ſigno uerò fit prohibitio, ſi in ingreſſu uel limitibus, ſeu terminis fundi ſeu prati, crux uel aliud ſimile, quod dicitur bannum, ponatur uel figatur authoritate iudicis ordinarij uel territorij, uel ciuitatis habentis imperium merum ſeu aliam iuriſdictionem, cuius indictæ pœnæ aduerſus ſcientes & uiolãtes, bannum habent executionem.[p] 2. fit inhibitio, ſi paſcua, prata, uel nemora, cingantur
6 foſſa, aggere, uel maceria.[q] Hoc ſingulare in paſcuis, principis, ut animalia inibi inuenta aliena, fiſco addiudicentur pro noxa: in alijs aliorum nequaquam receptum, nam tantum dominus animalium, quæ damnum dedere, tenetur illud reſarcire, nec domino fundi, læſi, ius retentionis animalium datur, ſed actio ad damni repetitionem.[r] Quinimo ſi quis durius, aut aliter quàm ſuũ animal, à fundo ſuo alienum expellendo & abigendo, lædat, ut ſi abortum equa abacta fecerit, pro damno tenetur.[s] Habet enim actionem paratam contra dominũ animalis, ut de paſtu pecoris, cum in ſuo a-
7 lienũ pecus depaſcitur.[t] Fuerunt tñ qui defendant poſſe à domino fundi detineri inuentum alienum animal, donec fuerit damnum datũ reparatum, uel de eo cautum. Quod & ſeruatur ex conſuetudine diuerſorum pagorum, potiſſimum iuxta Tholoſam & approbatum Neratij videtur authoritate,[u] & Vlpiani.[x] Suntq; expenſæ quæ in hac detentione fiunt reſarciẽdæ quoq; à domino animalis.[y] Et pro damno dato electio domini animalis eſt, uel damnũ reparare, uel dare animal pro noxa.[z] Receptum quoque eſt, ut teſtãdi damni cauſa, quis poſſit hominẽ repertum in crimine etiam retinere per uiginti horas.[a] Et ita probo poſſe retineri animal nocens, & recludi teſtationis cauſa, & ut damnum reſtituatur. Nec pugnat l. quamuis, ad l. Aquil. in P. quæ dicit non licere includere: etenim hoc uerũ eſt, ſi dominus damnum offerat, uel non licebit ei cõcludere, ut ſuum pecus faciat, uel domino interuertat. Hoc enim ad paſcua principis ſolũ pertinet, non priuatorum. Item nõ licere puto diutius animal includere ſine monitione domini, ut ſuum recipiat,[b] ſi ſciatur, cuius ſit animal. Quod ſi quis ignoret, utetur cõſilio Vlpiani,[c] ut proponat palam libellum: ſe inueniſſe tale animal in ſuo prædio, quod ſit reſtituturus domino damnum ſoluenti. Quo inuento, & de damno cauenti, id reſtituere debet, ut aliàs fuit iudicatũ.[d] Cautione quippe recepta, probare debet damnum teſtibus, uel per relationem ſeu cenſuram expertorum, qui damna indi-

a Pompo. Mela, lib. 3.

b Vlp. l. 1. § ripa, de flumini. P.

c l. riparum, de rer. diuiſ. P. § riparum, eod. ap. Inſt. vide de ripis plura, & de illis minuendis Capolam, lib. 3. de ſeru. ruſt. c. 30.

d l. ad portus, C. de operibus publ.

e art. 11. conſt. du fruit de la marine.

f iuxta l. nauigia, C. de furt.

g Lucas de Pe. & Ioan. de Platea. in l. 1. de naufra. lib. C. Matthæus, de Affl. lib. conſil. 29.

h Argentræus, in conſuetu. Armoricis.

i videas. tot. titulus, de fundis rei priu. & ſalt. diui. domus li. 11. C. titu. 65 & de fundis & ſalt. rei domin. eod. tit. 66. & de agricol. et mancip. domini. tit. 67. & 68. & 70. 72. 73. 74. 75. 76.

k l. 1. de fund. & ſaltib. rei dominic. li. 11. C.

l Virgil. libr. 3. Geor.

m Varro, 4. de ling. Latin.

n l. 9. & 3. de paſ. publ. & priuat. li. 11. C. tit. 9.

o c. omnes leges, 1. diſtin. l. per agrũ, l. 12. de ſeruit. lib. 3. C. titu. 34 Call. l. diuus Pius, l. 16 de ſeruit. ru ſtico. prædio. li. 8. P. ti. 3. Caius, l. 3. de acq. rer. domi. lib. 41. P. tit. 1. Iuſtinia. §. feræ, de rer. diuiſ.

p l. ſiua. de decret. ab ord. faci. li. 50. P. tit. 9. Notat expreſſe Petrus Iacobi, l. rubr. de actio. ex pauperie, § item notandũ, circa finem.

q l. 3. § item feras, de acq. poſſeſſ. lib. 41. P. titu. 2. l. ſi uſufructuarium venari, l. 62. de vſufr. lib. 7. P. tit. 1.

r Pompo. in l. quamuis alienum, l. 40. ad l. aquil. libr. 9. P. tit 2.

s Pompo. in l. quintus Mutius l. 39. & l. ſi bones, l. 3 ad leg. aquil. P.

t Iulia. in l. qui ſeruandarum, l. 15 §. vlt. de præſcrip. uerb. lib. 19. P. tit. 5.

u Nerat. l. ſaxea. l. 8. de incẽd. ruin. & nauf. P.

x Vlp. in l. hoc amplius, l. 9. § Neratius, de dam. inf. li. 39. P. tit. 2.

y argu. l. Celſus ſcribit, l. 5. § ſed & ſi ratio, ad exhibẽ. lib. 10. P. tit. 4. l. prætor ait, l. 9. § ſi de dam. inf. in P. l. ſi nõ fortem, l. 26 § ſi centum, de cond. indeb. li. 12 P. tit. 6.

z l. 1. ſi quadrupes pauper. fec. dica li. 9. P. et ti. § 1. eod. tit. ap. Inſt. lib. 4 tit. 9.

a Vlp. l. capite, l. 20 ad l. Iulia. Mœch. li. 48 P. tit 5.

b d. l. quamuis, ad l. aquil.

c Vlp. l. falſus creditor, l. 43. § qui alienum, de furt. libr. 47. P. tit 2.

d Pariſiis anno 1546. 6. Februarij. Papon. li 18. rapſod. areſt. ti. 9. areſt. 1.

cant, ſic tutò ad petitionem condemnationis damni accedit: alioquin enim deficiēte in probatione damni capiente, aduerſarius rectè de occupatione illegitima, vt de furtu, aduerſus
8 eum conqueri poſſet. Inutile tamen hic non erit annotaſſe duos caſus in quibus in ſuo depaſcent a animalia pro damno non poteſt rè tioote, vel damnum repetere à domino eius, primus in viatore, ſi neceſſitate compulſus, equum in itinere, vel in vicinis pratis pauit,[a] putà equo deficiente ob penuriam alimenti, vel ob morbum: & neceſſitas faciet licitum quod alioquin prohibitum.[b] Alius caſus notatur ab Alberico,[c] vt dominus animalis non teneatur de damno ab eo dato, quādo animal deperditum fuiſſet ſine domini culpa, & depopulatur aliena. Verùm ego non ſubſcribo, ſed arbitror damnum teneri reſarcire, liberari tamen à pœna, quæ vltra damnum domino imponitur fiſco, vel domino rei læſæ addicenda: neque enim æquum eſſet euaſiſſe ſaturum vel
9 nutritum animal cum ulterius iactura, & ita ditari alterius malo dominum.[d] Excipitur tamen alius caſus à reparatione damni dati in prædijs alienis ab animalibus noſtris, ſi in illis ſeruitutem paſcendi pecoris habeamus, quæ Ius tribuit impunè,[e] & acquiritur interdum in rebus dominorum clientelarium ex cautione traditionis in emphyteuſim nominatim facta, vel alio titulo, ſeu præſcriptione longiſſimi tēporis, quæ vicem legis obtineat[f], etiam ſine titulo. Cum titulo tamen decem annorum poſſeſſione, vel quaſi, inter præſentes, & 20 inter abſentes.[g] Et contra dominū etiam directum, ſi modo ei tributum, ſeu cenſus eo nomine præſtetur.[h] Et ita iudicatum.[i] Nam cenſus eius præſtatio arguit titulum, vt vſurarum præſtatio præcedentem obligationem.[k]
10 Quæ vera ſunt quatenus modus cōceſſus paſcendi ſeruatur. Nam paſcendi modi duo, viridis, inquam, paſcui, & vacui. Viride paſcuum eſt, quod tempore fructuum conceditur: vt in pratis tempore quo herbæ virent in fœnumque creſcunt. Et in ſyluis tempore quo glans eſt. Ita vacuum, quod exciſſo fœno, & collectis glandibus tantum permiſſum eſt. Paſcua virentia & virentia, intelliguntur in nemoribus & ſaltibus à die feſti S. Michaelis, vſque ad diē ſuncti Andreæ. Quare hoc tempore inhibentur his qui tantum vacuum habent paſcuum.[l] Ex conſuetudine Biturigum paſcua virentia inhibentur in pratis à die annunciationis Deiparæ, qui eſt 25. Martij vſque ad 29. Septembris.[m] Quod & alibi ſeruatur. Marcus Cato in hæc verba ita ſcribit,[n] *Qua lege pabulum hybernum vendere oporteat, qua vendas, finis dicito. Pabulum fini accipito. Ex Calendis Septembribus prato ſicco decedat, vbi pyrus florere cœperit prato irriguo: vbi ſuper inferque vicinus permittet, tum decedito, vel diem certam vtrique facito: Cætero pabu*
11 *lo Calendis Martijs cedito.* Et iſtis legibus vti licet paſcuis iure etiam vicinitatis extra tempora prohibita, & dummodo prædia vicina non ſint circundata, quæ ita excipi videntur, & dūmodo in prata aliquo tempore porci non immittantur, quia iſti roſtro radices herbarum
12 exarant & eruunt.[o] Neque enim hoc modo vel alio licet, etiam ſi conceſſa ſit paſcendi facultas, abuti rebus ſeu nemoribus vel paſcuis: alioquin abutentes priuantur iure, vt iudicatū fuit 3. Non. Iulij 1530. teſte Ioāne Lucio.[p]
13 Erant etiam Romæ paſcua publica, ex quibus etiam vectigalia peruenieba nt ad ærarium publicum, vocabanturq; agri illi ſcripturarij, in quibus vt pecora paſcerentur, certum æs erat: ita dicti, quia publicanus ſcribendo conficit rationem, vt ait Sextus Pompeius. Et eorum, qui paſcua publica conducebant, ratio, ſcrip-
14 tura dicebatur, vt ait Aſconius Pedian.[q] Erat que lex Thoria, quæ animaduertebat in eos, quorum pecora agros publicos depaſcerent.[r] Ouidius florales ludos olim curatos & exhibitos tradit, ex pecunia, quæ ex mulctatione eorum, qui paſcua depaſcerentur, colligebatur. Refertque primùm libera fuiſſe paſcua, poſtea in publicum redacta aliqua, & inde vectigalia exhibita, his verbis:[s]

Dic Dea, reſpondi, ludorum quæ ſit origo:
Vix bene deſieram, rettulit illa mihi,
Cætera luxuriæ nondum inſtrumenta vigebant,
Aut pecus aut latam diues habebat humum.
Hinc etiam locuples, hinc ipſa pecunia dicta eſt:
Sed iam de vetito quiſque parabat opes.
Venerat in morem populi depaſcere ſaltus,
Idq; diu licuit, pœnaque nulla fuit.
Vindice ſeruabat nullo ſua publica vulgus,
Iamq; in priuato paſcere inertis erat.
Plebis ad ædiles perducta licentia, talis
Publicios, animus defuit ante viris.
Rem populus recipit, mulctam ſubiere nocentes,
Vindicibus laudi publica cura fuit.
Multa data ex parte mihi magnoque fauore,
Victores ludos inſtituere nouos,
Parte locant cliui, qui tunc erat ardua rupes,
Vtile nunc iter eſt, publiciumque vocant.

15 Scribit & Plinius,[t] etiam nunc id ſuo tempore in tabulis cenſorijs: paſcua dicuntur omnia, ex quibus populus reditus habet, quia diu hoc ſolum vectigal fuerat. Paſcua vniuerſitatis cuiuſdam, vel pagi, vel ciuitatis, illis tātum communia, ſunt, qui eiuſdem ſunt municipij, vel qui ius alio modo ſibi quæſierint. Sic enim fuiſſe communia in diuiſionem agrorum, paſcendi cauſa, tradunt Agennius,[u] Flaccus, & Frontinus. Quæ tamen poſteà priuati ſibi aliquando vſurparunt & inuaſerunt per potentiam. Data & compaſcua à dominis directis, aliquādo colonis agrorum, & clientibus cenſualibus, ſub cenſu certo annuo, certis legibus & conditionibus, quæ placuerunt in traditione.

De ſyluis, & nemoribus.
Cap. XVI.

1 *Ius regium & in ſyluas.*
2 *Cura nemorū & itinerū ſummæ politiæ curas, ob ſecuritatem itinerum & vtilitatem communem conſulibus etiam commiſſa.*
3 *Iura regis in ſaltibus Normanicis, tertium, & Dangerium ius Granariæ.*
4 *Compēdia quoque Romanis olim fuiſſe ex ſyluis.*

1 IVs regium in ſyluas quoque porrigi nemo dubitabit, qui legit, curam ſyluarum & nemorum in politiæ genere bene conſtituto ſummam fuiſſe, & ideò præfectos eſſe eis conſtitutos peregrinos, vt notat Ariſtot.[x] & vt Virg.[y]
Si canimus ſyluas, ſyluæ ſunt conſule dignæ.
Siue ad ſecuritatem referas publicam, ſiue ad vtilitatē & cōmodum publicum, quorū cura
2 principis eſt.[z] Nam & cōcedebāt Conſulibus ſicut prouinciā, & curam ſyluarū & itinerū,[a] quia, inquit Philippus Beroaldus,[b] *loca ſunt latrocinijs exercēdis accōmodata, vt ita à conſulibus repurgarentur.*

a c. 1 § ſin. de pace tenen. l. 2. feud. tit. 27.
b c. quod non eſt licitum, 4. de regu. iur. apud Gregor. 2.
c Alberic in 4. pat. ſtatuto. q. 36.
d l. nā hoc natura, de condict. indebi. ff. l. locupletari. de regu. iur. l. iure naturæ, eod. tit. ff.
e Vlpia. in l. 4. Papin. in l. 4. de ſeruitu. ruſtic. præd. li. 8. ff. tit. 3.
f l. 1. § pen. de aq. plu. arcen. lib. 30 ff. tit. 3. Pompon. l. hoc iure, l. 3. de aqua quotid. & æſti. lib. 43. ff. tit. 19.
g l. ſi quis diuturnu, l. 10. & ibi gl. & doct. ſi ſer. vendi. lib. 8. ff. tit. 5 & in l. ſi ſequuntes prædia, l. 14. de ſeruit. li. 8. ff. tit. 4.
h Vlp. in l. venditor, l. 14. ff. ſi conſtet commu. præd. lib. 8. ff. tit. 4.
i Guido Pap. quæſt. 163. Pap. lib. 14. ſ. plod. oteſt. libr. 5. aneſt. 4.
k l. cum de in rem verſo. l. 6. de vſuris li. 22. ff. tit. 1.
l Chaſſaneus in rubr. 14. des ſeruis & paſturages. § 4. & 3. in conſuetud. Burgun.
m § 4. de conſuetu. Biturig.
n Cato. lib. de re ruſt. c. 149.
o in § 1 des cā ſuetud. prædio. in conſuetu. Biturig.
p Ioan. Lucius, lib. 7. placitorū curiæ, tit. 7. p. 26. 6.
q Aſcon. pedia. in diuinatio. Ciceronis.
r Cicero. 2. de officijs.
s Oui. 5. Faſto.
t Plin. 18. c. 3.
u Agēnius Vrbicus & Flacc. de conditionibus agrorum.
x Ariſtote. lib. 6 Polit. ca 8. & lib. 7. c. 10.
y Virg. Bucol. Ecolog. 4.
z l. 3. de offic. præf. vigil. li. 1. ff. tit. 15.
a Sueto. Tranquil. in Iulio Cæſ. c. 19.
b Philipp. Beroal. in, adnotationes Tranquill.

repurgarentur, fierentque loca uiatoribus tutiora. Nam & ſyluæ ideo latrocinijs ſuſpectæ, publico præſidio obtineri conſueuerant, ut innuit Iuuen.

Armato quoties tuto cuſtode tenetur
Et pontina Palus, & Gallinaria ſylua.

Fuerunt & ſyluæ publicæ curæ, ad deligēdam & conſeruandam materiam uſibus publicis neceſſariam, ſicuti Lampridius memorat.[a] Alexandrum Cęſarem in publicos uſus thermarum eas deputaſſe. Ita Veneti præfectum conſtituunt ſyluis, ne materia deſit ad naues conficiendas.[b] Salomon rex ideo petijt a rege Tyriorum Hiramo, ligna cedrina & abiegna,[c] eā quam ab eo, in cuius manu ſyluæ regni eſsēt. Et Neemias ædificaturus Hieruſalē, petijt ab Artaxerxe epiſtolam ad Aſaf cuſtodem ſaltus regis, ut daret ligna.[d] Ex lege Ludouici & Clotarij de ſyluis, & ibi dicitur, de foreſtibus nouiter inſtituendis, ſic ſcriptum,[e] vt *Quicunque illas habet, dimittat, niſi forſan iudicio ueraci oſtendere poſſit, quod per iuſſionem, ſiue permiſſionem domini Caroli genitoris noſtri eas inſtituiſſet, præter eas quæ ad noſtrum opus pertinent, unde nos decernere uolumus quicquid nobis placuerit. Ius regium eſt monarchæ noſtro Gallico, in ſaltibus Nor*
3 *manicis, vulgi uocabulo, Tertum & Dangierum, cuius canon conſiſtit, ut in alijs, in quibus ius habet in arborum cæſura, glande, paſcuis, & alijs ſimilibus commodis, iuſque Gruariæ. Ea de cauſa, ne fraus fieret canoni, inſtituti præfecti Gruarij, uiridarij, cuſtodes ſaltuarij, alijque quibus ſyluarū procuratio demandata.* Sunt & hac de re cōſtitutiones regiæ, quæ latè de horum cura, & iuriſdictione, & reditu tractant, *des eaus & foreſtz* a
4 Franciſco I. & Henrico II. editæ. Et olim quoque de ſyluis compendia publica fuiſſe conſtat ex Iuuenale, dum ait,[f]

Nunc ſacri fontis nemus, & delubra locantur
Iudæis, quorum cophinus, fœnumque ſupellex.
Omnis enim populo mercedē pendere iuſſa eſt.
Arbor, & eiectis mendicat ſylua camœnis.

a Lamprid. in Alexand.
b P. Calnitus.
c 3. Reg. 5.
d 2. Eſdræ, c. 2.
e L. 4. legis Fräciæ c. 39.
f Iuuenal. Satyr. 3.

De compendijs fiſcalibus pœnalibus. Cap. XVII.

1 *Malè quæſita & retenta fiſco danda, & confiſcata in pœnam, enumeratique caſus, quibus bona delinquentium in fiſcum deponuntur, ſeu confiſcantur, & quando filijs reſeruetur legitima.*
2 *Quæ detrahantur a bonis confiſcatis.*
3 *Nouiſſimo iure ceſſat confiſcatio, exceptis paucis criminibus enumeratis. Nec in Aquitania, niſi rarò confiſcatur. In Gallia contra, confiſcato corpore confiſcantur bona, reſeruata uxori & liberis rei quadam portione.*
4 *Bona confiſcata in quibus criminibus quærantur dominis iuriſdictionalibus, & quādo ſoli Regi.*
5 *Quando confiſcatio bonorum a iudice laico facta non tollit ius patronatus rei.*
6 *Defertur fiſco duplum pretij emptionis ementis domum, ut demoliatur: Item bona deſiſtentis ab accuſatione, pretium rei litigioſæ uenditæ: & ex alijs cauſis, quæ enumerantur.*

1 DItatur fiſcus quoque ex pœnis, uel pœnalibus compendijs: Nam in primis malè quæſita & retenta, fiſco adduntur,[g] onde illa parœmia, quæ non capit Chriſtus, capit fiſcus.[h] Secūdo, res magni pretij, a fiſco minoris empta, fiſco adijcitur,[i] ſi fraus emptoris interueniat conſulto, non aliter.[k] Tertiò, bona monopolantium.[l] Quartò, bona eius qui ruſticanom ad obſequia ſibi præſtanda iure mancipij compulit, aut bouem, aut ſeruum eius in uſus proprios conuertit.[m] Quintò, bona ſortilegorum & maleficorum.[n] Sexto, & damnatorum crimine, quod habet pœnam capitalem, in inſulam deportationem & relegationem, cum bonorum ademptione.[o] Septimo, reorum quoque ulim ex crimine falſi, uel quaſi falſi.[p] Octauo, tutoris pupillum corrumpentis.[q] Nono, hæreticorum bona quoque deferuntur fiſco.[r] Decimo, apoſtatarum antea,[s] quę poſtea ſucceſſoribus reſeruata fuerunt.[t] Vndecimo, publicantur bona damnatorum de ui publica.[u] Duodecimo, tertia pars quoque damnatorum de ui priuata.[x] Decimotertio, bona redeunt ad fiſcum, ſi ex præuaricatione aduocati, uel procuratoris ſui uictus ſit.[y] Decimoquarto, in ſumma iure Pandectarum, & Codicis, bona eorum, qui capite damnati ſunt, ad fiſcum pertinent, reſeruata quadam portione legitimæ liberis,[z] niſi mater deportata eſſet: nam tuoc filijs, Diocletianus & Maximianus legitimam non dant.[a] Solebant Romani bona publicare, id eſt, in uſus publicos redigere, quos maximis criminibus damnabant, ut docet pluribus exemplis Alexander ab Alexandro,[b] & eorum quoque qui metu pœnæ crimi
2 nis mortem ſibi inferebant.[c] Notandum tamen condemnato filiofamil. de crimine, ubi confiſcatio locum habet, uiuente patre, nec legitimam eius confiſcari, nec bona caſtrenſia, uel militiæ gratia a patre conceſſa, ſecundum Alexandrum imperatorem:[d] quia & præmatura eſt petitio legitimæ ante mortem patris.[e] Nec ueniunt etiam in confiſcationem, ſed detrahuntur a bonis confiſcatis quæ ante condemnationem donata ſunt, parapheralia uxoris, & alia donata filijs,[f] etiam ſi poſt contractum capitale crimen, fiant iſtæ bonorum diſtractiones, dummodo in fraudem fiſci ſcienter non fiant,[g] & niſi commiſſum fuiſſet crimen perduellionis, uel læſæ maieſtatis, poſt quod donationes etiam perfectæ ante condēnationem a reo, factæ a fiſco reuocantur.[h] Si mulier quoque deliquiſſet nupta, in eo caſu quo maritus lucratur dotem, uel partem eius, dos non datur fiſco, ſed apud maritum rema-
3 net, perinde, ac ſi duraret matrimonium.[i] Nouiſſimo iure nouellarum exceptis quibuſdam criminibus non confiſcantur bona.[k] Excepta crimina ſunt utriuſque maieſtatis, & diuinæ,[l] & humanæ,[m] raptus,[n] & alia plura, de quibus uidendus Boerius.[o] In Aquitania ob crimen nulla confiſcatio regi ob priuilegium, quod illi conceſſit anno domini 1337. ſecundum quod iudicatur,[p] niſi tam atrox fuerit delictum, nempe comprehenſum in authentica bona damnatorum, de bon. proſcrip. C. At generali, conſuetudine Galliæ, confiſcato ut dicunt, corpore, confiſcantur & bona, reſeruata
4 uxori & liberis quadam portione. Ceditque huiuſmodi confiſcandi ius & confiſcatio dominis, in quorum iuriſdictione bona cōfiſcan-

g l. in hæredē, §. de calūnia, lib. 3. P. tit. 6.
h ca. maiores, 16. q. 7.
i leg. 1. de iure fiſc. C.
k l. 1. de fide inſtrum. & iur. haſt. fiſcal. lib. 10. C. l. ſi minori pretio, l. 1. de iur. fiſc. lib. 10. C.
l l. un. de monopol. lib. 4. C. tit. 59.
m l. 2. ne ruſtica. ad ullum obſequium deuocen. lib. 11. C. tit. 54.
n l. 3. de malef. & mathema. lib. 9. C. titu. 2. ſapuerit capit. eſ uatum, de ſortileg.
o l. 2. § fina. ad leg. Corn. de ſicar. lib. 48. P. tit. 8. vbi & crimina enumerātur & eius pœnæ, & in l. 4. eius titu.
p Marti. in l. 1. § ſi ad l. Corn. de fall. li. 48. P. tit. 10.
q l. 1. ſi quis eū cuius tut. fuer. corruperit, lib. 9. C. tit. 10.
r Manichæi, l. 4. de hæret. lib. 1. C. ti. t. 9. Innocen. 5. in c. urgentis, de hæretic.
s l. 1. de apoſtatis, lib. 1. C. tit. 10.
t l. apoſtatarū, C. eod.
u l. 1. ad le. Iul. de ui publ. P.
x l. 1. ad le. Iul. de ui priuata.
y l. 1. de ſent. aduer. fiſc. retractan. lib. 10. C. tit. 9.
z Calliſt. in l. 1. & Pau. in l. fin. de bon. damn. lib. 48. P. tit. 20. Grat. & Theo. & Valentinia. in l. ſi deportatus, de bon. proſcrip. li. 9. C. tit. 49.
a l. de bonis, l. 6. de bono. proſcrip. eod.
b Alex. an. li. 3. genialiū dier. c. 12.
c leg. 2. & 3. de bo. eor. q. mor. ſibi conſciue. l. parrici. l. 8. ad l. Pompe. de parric. li. 48. t. ti. 9.
d in l. ſi filiusfam. l. 3. de bono. præſcrip. C.
e in l. 1. § ſi impuberi, de col. lat. bonor. lib. 37. P. tit. 6.
f Archad. & Honor. l. ſi quis poſthac, l. 9. de bon. proſcri.
g l. poſt contractum, l. 15. de donat. lib. 39. P. tit. 5.
h l. donationes, l. 32. § perfectæ, eod. de donat. l. pen. & fin. ad leg. Iul. maie. lib. 9. C. tit. 8.
i Calliſtra. in l. quinque legib. l. 3. Paul. in l. & omnes, l. 4. Vlpian. in l. ſed ea lege, l. 1. de bon. damnat. P.
k authen. bona damnatorum, C. de bon. proſcr.
l ca. cum ſecundum leges, de hæret. in ſexto, l. Manichæos, l. 4. eodem C.
m l. quiſquis, l. pen. & fin. ad leg. Iul. maieſt. C. & l. donationes, § perfectæ, de don. P.
n ca. ſi quis rapuerit. 27. q. 1.
o Boerius, deciſ. 64.
p Papon, lib. 24. rapſod. areſt. ti. 2. areſto. 1. Imbert. Manuali, de pœn. pecunia abrogat.

da ſita ſunt: exceptis criminibus priuilegiatis, nempe hæreſeos, falſæ monetæ, imminutæ, maieſtatis, ob quæ crimina bona deferuntur fiſco
5 regio, ut ſcribit Maſuerius.[a] Facta tamen confiſcatio à iudice laico, non priuat reum iure patronatus: quia hoc eſt extra forum, & iuriſdictionem laici, ut notant aliqui,[b] quamuis alij diſtinguant,[c] ut ademptione partis bonorum, ius patronatus non perdant, contrà ſi omnia adimantur, quod verius credo: quia ius patro-
6 natus cenſeat cum uniuerſitate bonorum, ſi ei adhæreat nec excipiatur.[d] Decimoquinto. In fiſcum defertur duplum pretij, quo quis emit domum, vel villam, ut eam demoliretur.[e] Malè affectus enim in rempublica viſus eſt, qui ſpe aliqua particularis commercij & pretij, patitur publicum aſpectum deturpari. Sic enim ſiue ſpe lucri patiatur res ſuas deturpari, uel alia ratione demoliantur, hac lege nō uincitur.[f] Ad decus tamen urbis pertinet ædificia non derelinquere:[g] cum deformetur ruinis.[h] Licet tamen vnicuique in eadem ciuitate ex una domo in aliam materiam transferre.[i] Decimoſexto. Ad fiſcum pertinet, quæ quis uiui cognati ignorantis bona uel partem bonorum, tanquam iam hæres, & poſteà ſucceſſit, nam ea tanquam ab indigno auferuntur.[k] Decimoſeptimo. Pœna pecuniaria accedit fiſco eius qui ab accuſatione receſſit.[l] Decimooctauo. defertur fiſco rei litigioſæ, pendente lite uenditæ ſcienter, pretium, & tantundem, exceptis alienationibus cauſa dotis, & iure tranſactionis uel diuiſionis, uel legati, uel fideicommiſſi.[m] Decimonono. Ex contractu priuato poteſt quæri fiſco, & pœna quæ ſoluenda fiſco inſeritur compromiſſo, niſi ſtetur arbitrio.[n] Vigeſimo. Accedit fiſco pœna quæ debetur ex contractu inito contra prohibitionem.[o] Vigeſimoprimo. Et fiſci ſunt multæ pro pœna impoſitæ.[p] Vigeſimoſecundo pœna fraudantis uectigal legitimum, confiſcatio eſt, cum incidit in commiſſum,[q] niſi per quinquennium rem in commiſſum venientem fiſcus non petierit, poſteà enim qui fraudauit uectigal, tutus erit.[r] Vigeſimotertio domus in quam aliquid ex ſepulchro uiolato delatum eſt, conſentiente domino, fiſco adiudicatur,[s] cum pœna viginti librarum auri, quam ſoluunt uiolantes.[t] Vigeſimoquarto. Qui in baltheis, & equeſtribus frænis auſus fuiſſet lapides pretioſos inſerere ueluti, Iacinthos, margaritas, fiſco quinquaginta libras auri debebat. Et qui cultum imperatorium ex auro vſurpaſſet, vel fabricando, uel deferendo, centum librarum auri mulcta damnabatur fiſco, pœna quoque imminente capitali.[u] Vigeſimoquinto. Iudex qui noluerit audire eum, qui ſe docere paratus eſt, immunem à functionibus publicis, debet fiſco triginta libras auri, apparitor quinquaginta.[x]

De compendijs ex pœna eorum qui ciuitates ſuas relinquunt. Cap. XVIII.

1 *Curialis rure in fiſcum delato in quod relicta ciuitate ſua ſe contuliſſet, priuabatur: Et inibi de amore in patriam, & de bono ciue.*
2 *Ciues reparare domos, quas in ciuitate habent, coguntur, aut ædificare de nouo.*
3 *Decuriones ex ciuibus delecti munera obibant: & ibi de curionibus, & decurionibus, & decurijs. & quid curia, & curiales. Et num. 5.*
4 *Corporati urbis Romæ nec rus, ut nec curiales, ſe poterant habitandi cauſa conferre. Valens Chriſtianos proſecutus odio.*
6 *In duabus ciuitatibus poſſe quem incolam eſſe, & vtraque ad munera cogi ſubeunda.*
7 *Quid faciat ciuem alicuius ciuitatis.*

1 SI ciuitatis cuiuſdam curialis, id eſt, in numerum magiſtratuum relatus ciuitatis immemor rus habitandi cauſa ſe conferebat, eò quòd ob ruſticanum fundum ciuitatem contempſiſſet, fundo priuabatur, quod fiſco quærebatur.[y] Et exiſtimati impij, qui patriam contempſerint, potiſſimum qui perſonam in ea gerunt publicam, quales ij curiales curijs & populo præpoſiti munerum ciuilium diſpenſatores, quibus ſatis eſt ſi inſeruiant, ut ait Augustus.[z] Aulus Gabinius trib. pleb. ſuadens Pompeio recuſanti bellum contrà Pyratas, *o Pompei*, inquit, *mihi & patriæ concede, cui & natus es & educatus, teque eius commodis inſeruire oportet, eius cauſa nullos labores, nulla pericula ſubterfugere, ſed etiam, ſi res ita ferat ut moriendum ſit, pro ea quouis mortis genere.*[a] *Omnis peregrinatio*, ut ait Cicero,[b] *Obſcura & ſordida eſt ijs, quorum induſtria in patria poteſt eſſe illuſtris.* Et rurſum,[c] *Ciuis eſt is, qui patriam ſuam diligit, ac bonos omnes ſaluos & incolumes deſiderat.* Et hic argumenta plura peti poſſunt à loco communi dilectionis patriæ, & obedientiæ quæ iuris naturalis ſui gentium eſt.[d] Cui & addo ciuem non probè dici, ſi unitatem illam ciuitatis à qua ciuis eſt, curare, recuſet, etſi inde ſeorſum ſecedat. Quamobrem & Cæſares in curiales & ciues præclaram hanc legem ſtatuerunt his uerbis,[e] *Singularum vrbium curiales etiam inuiti, vel reparare intra ciuitates, quas olim habuerunt domos, uel de nouo ædificare cogantur: illic ſemper munijs inſeruituri, & aucturi propriarum frequentiam ciuitatum. Poſſeſſores verò, qui non erunt curiales in vrbibus in quibus domos poſſident, eaſdem domos dirutas neglectaſque reparent iudiciaria ad conſeruandum hoc præceptum authoritate retinendi.* Non enim omnes habitatores alicuius ciuitatis curiales erant, ſed digniſſimi ex illis meritis & facultatibus, ad ſubeunda patriæ munera eligebantur.[f] Et decurionum & curialium publica fuiſſe munera conſtat ex Liuio,[g] & Dionyſio Halicarnaſſeo.[h] Sed apertius ex Pomponio Læto,[i] *Multitudinem*, inquit, *Romulus vel ſecundum alios Seruius Tullius in partes tres, quas tribus appellauit, et tribuum duces, tribunos, Ipſas autem tribus ſingulas in triginta partes diuiſit, quas curias dixit, quoniam earum cura reſpub. ſententiam expediebat, indeque latæ à regibus quædam leges curiatæ dictæ, Curiarum præfectos, Curiones dixit: diuiſit & ſingulas curias in decurias, id eſt, alias decem partes quarum propoſiti decuriones.* Poſſunt etiam dici curiales, qui lecti ex curijs in ſenatorium ordinem reducti erant, vt actitatum eſt ante primum interregnum, teſte Feneſtella.[k] Et ſenatus quoque curia dicebatur: quia illa rempub. curat, quemadmodū & curiæ à cura dictæ ſecundum. M. Terētium Varronem.[l] Accipitur & curialis in hoc exemplo, qui is prohibetur ciuitatem ſuam relinquere, pro decurione & præpoſito curijs: nam eadem prohibitio quæ fit curiali,[m] fit & decurioni à Pomponio iuriſconſulto,[n]

Quod

a Maſuer. l ſed præm. tit. de pœnis § item aduertendum, & in conſuet. Burgundiæ, § 1. tit. de confiſcatione, & ibi Chaſſan.
b glo. in clem. paſtoralis, circa § cæterum, in verbo ſubiectæ, de ſentent. & re iud. in Clemen. Marem. & Cæſarium Laudenſ. tract. de fiſ. num. 9.
c gl. in c. filiis. 16. q. 7.
d c. ex litteris. de iur. patron.
e Paul. l. ſenatus, l. 25. de contrah. empt. lib. 18 tit. 1. l. 2 de iur. fiſc. P. l. 2. de ædif. priuat. lib. 8. C. tit. 10.
f l. cætero. l. 42. § item quæri, & § ſed & ſi quis de lega. 1. lib. 30 P. tit. 1.
g l. prætor ait. l. 20. § interdictum, de oper. noui nunciat. lib. 39 P. tit. 1.
h l. fin. ne quid in loc. publ. lib. 43 P. tit. 8.
i l. ſi quis, de ædific. priuat.
k Martian. in l. 2. de his quib. ut indign. lib. 34 P. tit. 9. l. quidam § fin. & l. ſequen. de donat. in P. l. fin. C. de pact.
l l. 1. de SC. P. l. 2 § ſi quis autem. de ſecuſatione. ad Sc. Turpill. lib. 48. P. tit. 16.
m l. fin. de litigioſ. l. 8 C. tit. 37.
n l. 1 de rec. arb. in P. Rebuff. in commentar. ad regias conſtit. tract. de arbit. & arbitr. art. 8. gl. 13. nu. 12. & ſequentib.
o ut in l. fi. de contract. iud. lib. 1 C. tit. 50. Lauſſerant. l. 44. § quod à præſide, de iure fiſ. P. cum ſimilib. ibi ne in verbo vēdicamt. l. 2. de his qui ut indig. in P. l. mercatores, de cōmerc. & mercat. C.
p l. mulctarum ſeuera compendia l. 2 de mod. mulctand. lib. 1. C. tit. 55 Leonis lianos l. tertia. de aſſeſſor. lib. 1. C. tit. 52
q l. commiſſa, l. 14. de public. lib. 39. P. tit. 4. cum ſimilib.
r l. 2. de vectig. & commiſſ. lib. 4 C. tit. 61.
s l. ſecunda, de ſepul. violat. C.
t l. 3 C. eod.
u in l. 1 nulli. lic. in frænis & equestr. lib. 11. C. tit. 11.
x l. 2 de offic. ciuil. iudic. lib. 1. C. tit. 46.
y l. 2. de decurion. l. unica. ſi curia. relic. c. habi. &c. lib. 10. C. tit. 37.
z l. curialis, l. 22. de decurion. lib. 10. C. tit. 31.
a Diō Caſſius, lib. 36 Hiſt. Roma. item hoc Cicer. 4. ad Terentium.
b Cic. ad Mar. Cælium lib. 2. epiſto. famil.
c Cicero, in Vatinium.
d l. 2. de iuſt. & iure.
e l. ſingularū, l. 8. de ædif. priu. lib. 8. C. tit. 10.
f l. ad ſubeunda. l. 46. de decurio. l. 10 C.
g Liuius, in 7.
h Dion. Halic. in 2.
i Pompon. læt. lib. de magiſtr. in princ.
k Feneſt. libr. de magiſtratibus, cap. 4.
l Varro, 5. de ling. Lat.
m in l. 1. ſi curial. &c. lib. 10. C.
n l. 1. ad municipal. lib. 50. P. tit. 1.

4 Quod & ad corporatos vrbis Romæ producen
dū eſt,cum & ij ciuitate donati, ſuffragijs poſ-
ſent ad munera decurionum peruenire, & eiſ-
dem functionibus ſubijciſtur. Quare nec illis
licet extranea uel peregrina loca incolere, & ſi
fecerint ad urbem retrahuntur. [a] Quod & ſtri-
ctè iuſſit obſeruari Valēs Cæſar, ut ab heremo
Chriſtianum curialem ad munera reuocaue-
rit.[b] Quanquam hic non zelo publico fecerit,
ſed odio Chriſtiani nominis, quo flagrabat:
nā & hic perſecutus eſt eccleſiam Dei,[c] & plu-
res Chriſtianos Gothis obiecit occidendos, a-
lios quoq; 80. epiſcopos ad ſe miſſos legatos,
cū nauibus incendit,ut ſcribunt Sozomenus,[d]
5 & Greg. Nazianzenus,[e] & alij. Alciatus [f] exiſti
mauit curiales eſſe, ex decurionibus & princi-
palibus ciuitatis cuiuſque electos,qui munera
omnia ſuſtinere cogebantur, & ab alijs exige-
re. Vtcunque tamen res ſe habeat,exploratum
eſt, curiales municipalibus muneribus obſtri-
ctos eſſe, & ideò prohibitum illis iure, ne ſe
alibi transferrent,ne deſertores officij impoſi-
6 ti eſſent. Sed ſi quis non adhuc decurio in aliā
ciuitatem ſe conferat,uerum eſt ciuitatem illā
ſecundam,quæ plurium eſt,non confiſcari. Cę
terum placuit huiuſmodi incolam vtriuſq; ci-
uitatis muneribus poſſe affici, ſi quādo viſum
ſit municipibus.[g] Poteſt namq; municeps ori-
ginarius,qui munere aliquo non fungitur,ali
bi transferre domicilium liberè,[h] & ibi eſſe e-
tiam incola,qui talis erit,ſi intra mœnia ciuita
tis,uel intra ſaltem pomæria habitat.[i] Non.n.
incolam facit habitatio intra territorij ciuita-
tis fines ſola,neque is ad ſubeunda munera co
gi poteſt ibi. Cæterum ſi eodem anno duarum
ciuitatum incola,in utraq; ad munus uocetur,
uel ad decurionatum, uel ad alium honorem,
pręfertur ciuitas originaria.[k] Alterius enim ci
uitatis incola,poteſt in loco originis fieri con-
7 ſul.[l] Ciues in ſumma facit,origo,manumiſſio,
allectio,adoptio: incolas domicilium,munici-
pes quoque origo paterna.[m]

a l. 1. de priuileg. corp. urb. Romæ li. 11. C. tit. 14.
b l. quidem liquanie, l. 26. de decurio. lib. 10. C. tit. 31.
c Paul. Diaco. lib. 11.
d Sozomenus li. 7. c. 14.
e Gregor. Nazianz. in Mono dia.
f Alciat. libr. 2. dispunct. ca. 26. & 10. l. pup. lib. l. 19. § decuriones, de verb. ſigni.
g l. 1. & fin. de municip. & orig. lib. 10. C. tit. 38. Paulus in l. incola, l. 29. ad municipal. lib. 50. P. tit. 1.
h l. 1. de incol. li. 10. C. tit. 39.
i l. 3. de incol. eod.
k Paul. in l. libertus, l. 17. § præſcriptio, ad municip. li. 50. P. tit. 1.
l l. priuilegio 4. de inco. lib. 10. C. tit. 39.
m l. ciues, l. 7. de incolis. lib. 10. C. l. 1. ad municip. P.

De compendio fiſcali ex cœlibatu. Cap. XIX.

1 *Cœlibes antiquitus certam pendebant ærario pe-*
cuniam ex lege,cuius authores Camillus & Po-
ſthumius: eandem & Plato tulit.
2 *Quomodo intelligenda illa lex cœlibatus.*
3 *Sublata pœna cœlibatus poſtea.*

1 DEferebatur antiquitus ex lege in
ærarium certa pecunia & mulcta
indicta & exacta per cenſores à cę
libius: authores eius feruntur Ca
millus & Poſthumius.[n] Nam lex quæ uetabat
cœlibatum,tranſtulit etiam caſtigationem ad
cenſores.[o] Plato ferè eandem legem ita ſanci-
uit:[p] *Si quis viuat in ciuitate ſine connubio, & ege*
rit trigintaquinque annos: ſingulis annis, ſi de maxi
mo cenſu eſt, drachmis centum multetur: ſi de ſe-
cundo, ſeptuaginta: ſi de tertio, ſexaginta, ſi de quar
to triginta. Verum Plato illam pecuniam non
2 ærario ſed Iunoni conſecrari iuſſit. Quæ leges
probabiles aliqua ratione erant, in illis qui ca
ſtè uiuere non poterant, & melius ſit nubere
quàm uri,[q] vel habita ratione tēporis, in quo
ob bella propemodum periturum genus erat
hominum,niſi generatione repararetur, quod
ſit per nuptias legitimè.[r] Porrò nec matrimo-
nium imperatum uirginitatem uouētibus per
petuam,ſatis docuimus in Artis mirabil. ſynta
xib. etiam apud gentiles,apud quos veſtales &
3 aliæ virgines erant ſummo in honore.[s] Erde-
inceps, poſtquam in mœchos iuſta conſtituta
vindicta, & cum lex Dei innotuit euangelica,
cœlibatus approbatus & laudatus eſt caſtus,[t]
ſublatumque uectigal & pœna cœlibibus, &
qui liberos non habebant impoſita etiam iu-
re ciuili.[u] *Sancimus*, inquit Iuſtinianus,[x] *omnes*
fœminas ſecundum quod poſſunt, caſtitatem agere,
quæ etiam ſola Deo cum fiducia poſſibilis eſt ani-
mas hominum præſentare. Nuptiæ terram im-
plent, uirginitas paradiſum.[y] Erita futurum
eſſe in eccleſia Dei prædixerat Dauid,dicens,[z]
Adducentur regi virgines.

n Val. Maxi. li. 2. cap. 9.
o Cicero. 3. de leg.
p Plato, 6. de legib.
q 1. ad Corint. 7.
r § 1. de nupt. in auth.
s docuimus, li. 40. Syntax. art. mir. c. 11.
t prior ad Corinth. 7.
u l. 1. de infirman. pœn. cœlib. & orb. li. 8. C. tit. 58.
x § ſancimus, de lenonib. in auth. col. 3. tit. 1.
y c. nuptiæ, 32. q. 1.
z Pſalm. 44. & ibi ita Euthymius.

De alijs pœnis deferendis fiſco. Cap. XX.

1 *Auri libram fiſco pendit occupans ex grege prin-*
cipis equum, & pęna arboris laureæ ſucciden-
tium eidem refertur: uel eorū qui ex ſyluis prin
cipis cedunt uel emant.
2 *Licebat exponere liberos lege Romuli quomodo,*
& de abolitione legis, & de pęna.
3 *Aliæ cauſæ proſcriptionis bonorum.*

1 IN fiſcum etiam defertur pœna li-
bræ unius auri,ab eo qui ex armē
to uel grege principis,equum vel
equam occupauerit, neque red-
diderit ad uocem præconis quærentis: ſi duos
vel duas, duarum librarum: ſic pro ſingulis u-
nam libram auri præbebit. Quod ſi ex alijs
gregibus, ſex uncias auri niſi ſponte obtule-
rit.[a] Ementes & vendentes ex arboribus luco-
rum Daphnes in Syria, uel Perſides in Aegy-
pto quinquaginta libras auri fiſco debebāt.[b]
Item qui cupreſſos etiam ſpontè lapſas in ſyl
uis principis tranſtulit propria authoritate,
uel exciderit, etiam ſi alias nouellas ſubroga-
uerit, obnoxius fiſco quinquaginta librarum
auri pondo.[c] Cautum de arboribus & ſyluis
principis in Gallia, conſtitutionibus proprijs
2 regis. Inuenimus etiam inter leges Romuli
eam, quæ neceſſitatem colonis imponit edu-
candi quicquid illis naſceretur maſculum: è
filiabus autem primogenitas: nullam autem
prolem necari permiſit minorem triennio, ni-
ſi ſi quid mutilum, aut alioquin prodigioſum
in ipſo partu eſſet editum: tales enim fœtus
exponi a parentibus non uetuit, ſed iudicatos
prius quinque uiris proximis uicinis, ſi illis
quoque exponendos eſſe uiſum fuiſſet. Cōtra
autem legem committentium, præter alias
multas, etiam dimidiam bonorum addixit æ-
rario.[d] Hodie tamen ut ſuo loco latius tradi-
tur, & ius necis, & exponendi liberos pro-
hibetur, & iuſſum ut quiſque ſobolem ſuam
omnem cuiuſcunque ſit generis & fortunæ
nutriat:[e] imò & iure pandectarum, qui par-
tum non agnoſceret, extraordinario iudicio
coercebatur.[f] Proſcribebantur & bona corū,
qui ſpectaculis, diebus feſtis potiſſimum do-
minicis interfuiſſēt, quive die dominico actus
3 iudiciales exercuiſſēt.[g] Sunt & aliæ cauſæ pro
ſcriptionis, quę, cum de criminibus agetur, ap
parebunt, ex quibus ditatur ærarium. Atque
hæc pauca exempli cauſa nūc ſufficit monuiſ
ſe, cætera ad propria relego loca. Compen-
dia quoque alia propriè infinita fiſci ſunt, quę

a l. 1. de greg. domin. li. 11. C. ti. 75. l. 1. de his qui ſe defer. li. 10. C. tit. 13.
b l. 1. de cupreſſ. lib. 11. C. tit. 77.
c l. 2. eod. tit.
d Dionyſ. Halicar. lib. 2.
e l. 2. de infant. expo. libr. 8. C. tit. 52. l. nec filiū. 19 de patri. pot. li. 8. C. tit. 47.
f Paul. in l. 3. § pœna, de liber. agnoſc. libr. 25. P. tit. 3.
g l. ſi de feriis li. 3. C. tit. 12.

priuilegij nomine illi concedunt, quæ cùm fu
sè ſint ab alijs tractata, conniueo, cùm & tra-
ctatum ediderit de fiſco & fiſci priuilegijs Lu-
cas Parmenſis. Tractat & Caſtrenſis in l. fi. de
priuileg. fiſci C. Interpretes in tit. de ſententijs
aduerſum fiſcum non retractandis lib. 10. C.

De ædificijs & operibus publicis ſeu vniuerſitatis. Cap. XXI.

1 *Aedificia publica magnificentius quàm priuata
olim exſtructa.*
*Valerius Publicola eminentes ædes, ne offende-
ret populum, in plana ſubmiſit, eod.*
2 *Nouum opus publicum non debet incipi, prinſ-
quam cæptum perficiatur.*
3 *Aedificans opus publicum de vitio intra quinde-
cim annos tenetur, ſe ſuoſque obligat.*
4 *Aedificium priuatum publico non iungendum, in
tra 15. pedes, vel iuxta horrea publica 100. pe-
dum, omni præſcriptione ceſſante.*
5 *Super ergaſteria publica licet ædificare.*
6 *Qui contribuunt ædificijs publicis, & qui non.*
7 *Quibus liceat titulos ſuos, operibus publicis inſcri
bere vel affigere.*
8 *Prætereà & loca publica non poſſunt, quàm à
publicis perſonis habitari.*
9 *In palatio non licet priuatis nuptias & conui-
uia celebrare.*
10 *In ſumma enumerata omnino opera publica.*

1 APud antiquos cura erat maxima
ornare & magnificè conſtruere
ædificia publica, templa, portus
& ſimilia: particulares autem æ-
des, quantumuis eſſent præſtantiorum viro-
rum, non magis quàm vicinorum, apparere
vt ait Demoſth.[a] Et Valerius Publicola ne
ſpecie arcis offenderet populum eminentis, æ-
des ſuas in plana ſubmiſit.[b] Opera publica
omnibus proſunt, & ideo maximè cura adhi-
benda eſt vt ea pulchra, & ſolida, tuta, & ma-
2 gnifica ſint. Leges itaque eò diriguntur, atque
ne prius nouum inchoetur quàm vetus per-
ficiatur, ſaltem ſine principis licentia.[c] Et pro
inde ex pecunia legata ad opus nouum prius
poteſt refici vetus, ſi alia pecunia non ſuffi-
3 ciat, & ſatis ſit operum publicorum.[d] Et vt
ſolida ſint opera, qui ędificat, de vitio ædificij
tenetur intra quindecim annos,[e] extra caſus
fortuitos. Curatorque operis non tantùm ſe,
ſed & ſuos obligat hæredes & ob ceſſationē.[f]
4 Vt autem tuta ſint, cautum ne quis priuatus
iuxta opera publica ædificet, vt circa theatra
vel amphytheatra.[g] Et ædificia diruuntur ob
metum inſidiarum vel incendij,[h] relicto ſpa-
tio quindecim pedum inter hæc & priuata o-
pera.[i] Et ſi iuxta horrea publica, centum pe-
5 dum,[k] omni præſcriptione etiam reiecta.[l] Per-
miſſum tamen aliquando ſuper ergaſteria pu-
blica ædificare.[m] Quin ſi opus publicū ædifi-
candum conceditur interdum, & diruere pri-
uata ædificia, dummodo valorem 50. libra-
rum non excedant, non alia.[n] Magnifica por-
rò vt ſint, cauetur primùm, omnes ſine exce-
6 ptione contribuere debere.[o] Excipiuntur ali-
7 cubi ſenatores.[p] Dehinc vt in operibus publi-
cis publico ſumptu excitatis, nemo præter-
quam princeps titulos ſuos vel nomen ſcri-
bat.[q] Impenſis tamen tunc accepto ferendis
curatoribus,[r] dummodo rationes reddant præ
ſidibus prouinciarum, & alijs viris ſpectabili-

a Demoſth. in Orat. de recipiendis & aduerſus Ariſtocra.
b Plut. l. 15. de viris illuſ. Dion. Halic. l. 5. Plutarch. in eius vita. Vale. Maxi. li. 4. c. 1. & alij.
c l. 4. & l. nemo, l. 12. & l. fi. de operib. pub. lib. 8. C. tit. 12. l. 3. 15. 16. 17. 20. 22. 27. & 28. eo. tit. in 15. lib. C. Theod. tit. 2.
d Calliſtrat. l. pecuniam, l. 7. de oper. publi. li. 50. P. tit. 10.
e l. omnes, l. 7. C. de ope. publ.
f l. 2. eod. P.
g l. 3. eod. P.
h l. ædificia, l. 13. C. eod.
i l. ſi qui, l. 9. & l. fi. C. de ædif. priuat.
k l. 4. de oper. public. in Cod. Theodoſ.
l l. præſcriptio, eodē C. Theodoſ.
m l. comperimus, l. 9. eo. tit. C. Theod.
n l. ſi quando, l. 9. C. de operi. publ. in C. Iuſt. & in l. 3. eo. ap. Theod.
o l. ad portus, l. 6. eod. C. Iuſt.
p l. omnes, l. 12. eod.
p l. 5. eod. titu. in C. Theodoſ.
q l. 3. & l. fi. 9. 6. l. 9. eod. titu. in C. Iuſtie.
r l. 2. C. eod. C. Iuſtin.

bus:[s] niſi quis ſuis ſumptibus ædificauerit o-
pus publicum, tunc enim permittitur nomen
ſuum inſcribere volente populo.[t] Nec tamen
reparanti ſuo ſumptu, eius nomen qui ædifi-
cauit ſuo quoque ſumptu licet delere, ſed ſu-
8 um tantum ſubijcere.[u] Ad magnificentiam
quoque pertinent, ne prætoria, locave publi-
ca alijs quàm publicis perſonis, concedantur
inhabitanda.[x] Domus principis, baſilicæ, &
palatium plerumque dicitur, in quo tantùm
habitare debent poſt principem qui eius vſi-
bus inſeruiunt, & alij excludi, & ei ædificia
contigua dirui.[y] Iubet Leo Cæſar in ciuitati-
bus in quibus palatium eſt, alibi quam in eo
ne habitet rector prouinciæ, vt habitandi ra-
9 tio, ſaltem curam ædificij ſuadeat.[z] Non li-
cet item in baſilica inaurata alicuius priuati
imaginem pingere, non equos introducere,
10 vel nuptias priuatorum celebrare.[a] Inter o-
pera communia vniuerſitatis, & quæ ſunt pu-
blici vſus, enumerātur quę in ciuitatibus ſunt,
theatra, & ſtadia,[b] forum,[c] curia, baſilica, viæ
publicæ, balnea publica, piſcinæ, aquæductus,
fontes, campi publici, vt Martius, fana, porti-
cus, & ſimilia, paſcua, nemora, & ſimilia. Item
agri vectigales & non vectigales: vectigales,
qui in perpetuum fruendi locantur: non vecti
gales, qui ita colendi dantur, vt priuatis agros
noſtros colendos dare ſolemus.[d]

s l. vlt. de ratiocin. operum pub.
t l. 2. & 7. de operi. publ. P.
u d. l. 7.
x l. 3. de operi. pub. in C. Iuſt.
y l. quicſque, l. 16 de operib. pub. li. 8. C. tit. 12. l. vni. de palat. & domib. domin. li. 11. C. tit. 76.
z l penultl. de offic. rectro. prouinc. lib. 1. C. tit. 44.
a l. Baſilicam, l. 20. de operib. publ. lib. 8. C. tit. 12.
b l. 2. de operi. publi. in P. l. in tantum, l. 6 §. vniuerſitatis, de rer. diu. P. §. vniuerſitatis, eod. ap. Iuſtin.
§. 1. de inſti. &l pulat. Cic. 1. de offic.
c §. 1. de inutil. ſtipul. §. ſi. de emptio.
d l. 1. cum ſiue §§. ſi ager vect. vel emphytheu. peta. lib. 6. P. tit. 3.

De fontibus, Et aquæductu. Cap. XXII.

Lib. 43. P. tit. 21. Lib. 11. C. tit. 42.

1 *Aquarum vſus neceſſarius & vtilis, & ſalu-
bris.*
2 *Fontium memoria cum ſanctitate.*
3 *Fontes & eorum aquæductus, aut publici, aut
priuati.*
4 *Ius hauriendi ex fonte publico, & aquæ ducendæ
quomodo præſcribatur.*
5 *Lege aquarum, aquæductuum publicorum, & de
officio curatorum aquarum.*

1 AQuarum officium & ad publicum
vſum, vt ad potum, ad ſalubrita-
tem: vel ad eluenda pauimenta,
ad lauationes, & ad ſecuritatem
publicam pertinet, vt dum ea cinguntur vr-
2 bes. *Fontium memoria*, inquit Frontinus,[e] *Ro-
mæ cum ſanctitate adhuc extat & colitur.* Salu-
britatem enim ægris corporibus adferre cre-
3 duntur, ſicut C. Amarinus meminit. Fontes
& aquæductus aut publici ſunt, aut priuato-
rum, & ex priuatis fieri poſſunt publici: ta-
men in priuatorum non poſſunt poſtmodum
redire poteſtatem longi temporis pręſcriptio-
4 ne.[f] Quamuis ius hauriendi vetus longoque
dominio conſtitutum, ſingulis manere ciui-
bus ſtatutum ſit, ſi de temporis initio non
extet memoria.[g] Proinde vti fontibus pu-
blicis quis prohiberi non poteſt nequa eo fon
te quo vſus anteà eſt: alioquin interdictum
propoſitum erat à prætore, vt de eo *fonte quo
de agitur, hoc anno aqua nec vi, nec clā, nec preca-
rio ab illo vſus es, quominus ea ita putaris vim fie
ri veto.* De lacu, puteo, piſcina, ita quoq; inter
dictū.[h] Quod & interdictum pertinet ad coer-
cendam aquam ne fluat, & ad purgandū fon-
tem, ſine quibus vſus aquæ nullus eſt,[i] & ſiti
perirent hoīes,[k] ſicuti in aqua æſtiua ſtatutū.[l]

e Frontin. li. 2. de aquæductibus.
f l. diligenter, l. 9. de aquæduct. li. 11. C.
g l. 4. eod. C.
h l. 1. de fonte, li. 43. P. tit. 21.
i d. l. 1 §. fi. de fonte, P.
k l. fi. de riuis, li. 43 P. tit. 20.
l in l. 1 §. ſi. a periore, de aqua quotid. & æſtiua, in P.

Poſſunt naſci ex his duæ ſeruitutes vt priuatæ aquæ alijs communicentur, nempe ſeruitus aquæ ducendæ & hauriendæ, cui adhæret, appellendi pecus ad aqoam, & ſunt prodita interdicta pro his diuerſa.[a] Et pariter de modo ducendi varia tractatio, quæ in titulo de riuis lib. 43. P. Verùm de his omnibus ſuis locis, népe dum de aquæ elemento, & dum de ſeruitu-
5 tibus agemus rerum. Leges aquarum, áquæductuum publicorum apud Iulium Frontinum[b] deſcriptæ ſunt, quas curator aquarum tenebatur conſeruare, quarum vna ex S.C. *Ne quis ſine literis Cæſaris*, id eſt, ne quis aquam publicam non impetraram, *& ne quis amplius quàm impetratum fuerit, ducat.* Alia, *Qui aquam in vſus priuatos deducere volet, impetrare debebit, & à principe epiſtolam ad curatores deferre.* Aliud ſenatuſconſultum quod Q. Ælius Tubero, & Q. Fabius Maxim⁹ V. F. id eſt voluerūt fieri. *Ne cui priuato ex riuis publicis liceret aquã ducere, vtque omnes ij quibus aquæ ducendæ ius datum eſſet, ex caſtellis ducerent, animaduerterentque curatores aquarum, quibus locis intra extraque vrbem aptè caſtella priuati facere poſſent, ex quibus aquam ducerent, quam ex caſtello communem accepiſſent à curatoribus aquarum, ne quẽ eorum quibus aqua daretur publica, ius eſſet intra quinquaginta pedes eius caſtelli, ex quo aquam ducerent, laxiorem fiſtulam ſubijcere, quàm quinariam.* Hoc ſenaſconſultum autem aquam non niſi ex caſtello duci permittit, ne aut riui aut fiſtulæ publicæ lacerarentur. Alia lex, *Vt ius impetratæ aquæ neque hæredem, neque emptorẽ, neque vllum prædiorum dominum ſequeretur, exceptis balneis, quibus quæ publicè lauarent, priuilegium antiquitus concedebatur, vt ſemel data aqua perpetuò maneret.* Vlpian. tamen[c] in alijs diſtinguit, num perſonis datus ſit aquæ ductus, vt tunc perſonam non egrediatur: an rebus, vt tunc ſequatur poſſeſſorem. Aliud ſenatuſconſultum apud Frontinum,[d] quo de reficiendis riuis ſpecubuſque, per quæ opera publica corrumpuntur, *Placuit circa fontes, & fornices, & muros utraque ex parte uacuos centenos quinos denos pedes patere, & circa riuos qui ſub terra eſſent, & ſpecus intra urbem, & extra urbẽ continentia ædificia, utraque ex parte quinos pedes uacuos relinqui: ita ut neque monimentum in his locis, neque ædificium poſt hoc tempus ponere; neque conſerere arbores liceret, & ſi quæ tunc eſſent arbores circa id ſpatium, exturparentur: præterquam ſi quæ uillæ continentes, & incluſa ædificijs eſſent. Si quis aduerſus ea commiſiſſet in ſingulas res, in dena millia damnas eſſet: ex quibus pars dimidia præmium accuſatori daretur, cuius opera maximè conuictus eſſet, qui aduerſus hoc Senatuſconſultum commiſiſſet: pars altera dimidia in ærarium redigeretur, deque ea re iudicarent, cognoſcerentque curatores aquarum.* Conſtantinus tamẽ à formis aquæductuum publicorum arbores 15. pedes uoluit ſeiungi,[e] Auguſtus 10.[f] Alia lex,[g] quàm T. Quintius Criſpinus cõſul rogauit populum, populus autem ſciuit. *Quicunque poſt hanc legem rogatam, riuos, ſpecus, fornices, fiſtulas, caſtella, tubulos, lacus aquarum publicarũ, quæ ad urbem ducuntur, earumve quam ſciens dolo malo forauerit, ruperit, forare rumpereve curauerit, peioremve fecerit, quominus eæ aquæ earumve qua in urbem Romam ire, cadere, fluĕ, peruenire, duci poſſint, quæ urbi continentia ſunt, erunt, in hiſque hortis, prædijs, locis, quorum hortorum, prædiorum, locorum dominis poſſeſſoribus V. F. aqua data uel attributa eſt, uel erit, ut ſal diſtribuatur diuidatur, in caſtella immittatur: is populo Romano C. Millia dare damnas eſto. Et qui clam quid eorum ita fecerit, id omne ſarcire, reficere, reſtituere, ædificare, ponere, & calare, demoliri, damnas eſto, ſine dolo malo, &c.* De modis ducendi aquã, & de aqua ducẽda plura tractata uidebis paulo poſt, libro ſequen. 4. cap. decimoquinto, de aquæductu, & cap. decimoſexto, de aquæ hauſtu, & cap. decimoſeptimo.

a l. 1. § hoc interdictum, de fonte in P.

b Iulius Frontin. li. 2. de aquæduct. l. 1. § permittitur, de aqua quotidia. & æſti. libr. 43. P. tit. 19 de his dicitur in ſequent. aquæductus, quædam

c l. 1. § permittitur, de aqua quotid. & æſti.

d lib. 2.

e l. 1. de aquæduc. li. 11. C. tit. 42.

f l. omnes, l. 6. eod.

g Frontin. lib. 2 de aquæduct.

Libri Tertij Primæ Partis Syntagmatis Iuris uniuerſi finis.

DE REBVS SERVIENTIBVS ET LIBERIS.

Liber Quartus.

De Seruitute prædiorum in genere. Caput I.

Lib.3.C.tit.34. Lib.8.P.tit.1. Inſtit lib.2.tit.3.

1 *Diuiſio rerum in liberas, & ſeruientes, & quomodo res ſeruire intelligantur.*
2 *Res quatuor modis ſeruire intelliguntur. Vnde quatuor genera ſeruitutum, ſeruiunt namque perſonæ perſonis, perſonæ rebus, res rebus, & res perſonis.*
3 *Seruitus realis quid.*
4 *Prædium optimum maximumque non eſt quod ſeruit.*
5 *Prædium quid dicatur hic: & duplex, ruſticum, & urbanum.*
6 *Futuro ædificio quæ ſeruitus poſſit imponi.*
7 *Seruitutes indiuiduæ, & antinomia hac de re conciliata.*
8 *Seruitutum realium diuiſio.*

1 Alia rerum diuiſio eſt, vt
harum quædam ſint liberæ, quædam ſeruæ, uel
ſeruientes. Qualitates autem hæ rerum natę ſunt
ex dominio earum: ſiquidem vbi dominia diſtincta fuerunt, res propriæ cœperunt cuiuſcúque
dici. atque ſubiectio illa, qua domini arbitrio
res tractatur, alio nomine quàm ſeruitutis, dicitur, nempe per pronomina, meum, tuum,
ſuum.[a] Nam res ſua nemini ſeruit.[b] At ſi integro remanente dominio, quiſpiam in re alterius aliquod ius percipiendi aliquam utilitaté
habeat,[c] res ſeruire tunc, ſed alij, quàm ſuo
domino, dicetur. Nec ideo minus dicetur dominus is, cuius res eſt: quia ſeruitus illa, uel
illud in re aliena, potius incorporale eſt,[d] &
afficit ius præcipuè domini, ut cogatur pati, &
ne poſſit pro arbitrio re ſua uti.[e] Similiter hęc
nomina, libertas rerum, uel res liberæ, dicuntur potius de domino, quem nemo poſſit prohibere, quin illis liberè utatur, & ut dicitur,
quin poſſit de ſuis lapillis ex arbitrio ludere:[f]
ut contrà, ſeruitus rei, quando illa libertas nō
eſt domino in re integra aut arbitraria. Inde tamen dicimus prædia ſeruitutem pati,[g] & ſeruientia,[h] aut libera.[i] Vera prædialis ſeruitus
ex facto videtur orta hominis, item formolæ,
quibus conſtituitur: ſiquidem ſi natura ſubijciatur inferior ager ſuperiori, propriè non eſt
ſeruitus, ſed ius ſeu natura prædiorum:[k] nō ſecus quàm nō eſt ſeruitus, uti re ſua, ut diximus.
Adhęrent autem iſta incorporalia ſeruitutum
rebus, vt neque quiſquam ſeruitutem acquirere uel urbani uel ruſtici prædij poſſit, niſi qui
prędiū habet, nec quiſquam debere, niſi qui habet prædium.[l] Sed ut explanemus ſcopulos, q
in hac ſeruitutum tractatione offendūt incautos paucis expedit generalia ſeruitutum mone
2 re, ne æquiuocatio ingerat errorem. Itaq; ſeruire dicuntur quadrupliciter res, primū, perſonæ
perſonis: & ideo ſeruitus dicitur perſonarū melius quàm perſonalis, de quo in perſonis diximus. 2. dicuntur, quamuis impropriè, perſonæ
rebus ſeruire, ut ét in ſeruitutibus perſonarum
diximus. 3. res ſeruiunt rebus: vel 4. loco res perſonis. Nūc de ſeruitute duorum poſtremorum
membrorum tractandum eſt, & de eius ſubſtā-
3 tia generaliter, dehinc in ſpecie breuiter. Eſt itaq; ſeruitus realis, diminutio iuris prædij alieni, ad vtilitaté, & ius ſeruitutis alterius prædij,
4 vel perſonę. Ex quibus in primis cōſtat, ſeruitutem eſſe iuris alterius prędij, diminutionem, &
optimum maximumq; dici nō poſſe, quod ſeruitutem debet, quodve liberū non eſt.[m] Ita ſeruitutis impoſitione, alterius fundi ius diminui,
alterius augeri tradit Sextus Pædius.[n] hēt prædium dominās uel perſona, cui ſeruitus à re debetur, vtilitaté quādam in fundo ſeruiente,[o] q̄
minuit ius ſeu libertatem alterius ſeruiētis pręd
dij.[p] Prędiumque pretioſius hr̄ à ſeruitute liberū.[q] Prædium uocatur hic quodcunq; immobi
5 le, ſiue ſit fundus, ſeu domus. Idq; duplex eſt, vrbanum, & ruſticum: urbanum eſt, ędificiū habitandi cauſa factū, ſiue in vrbe, ſiue in villa ſit:[r]
ruſticum eſt, quod nō eſt ędificium, ut fundus,
6 vinea, pratum.[s] His imponuntur ſeruitutes ob
aliorū prædiorum uel aliarum perſonarū vtilitatem, uel præſenté uel futuram. Et licet utilis
non ſit ſeruitus cōſtitutionis tempore, tñ imponi poteſt, ſi talis futura ſit,[t] vt habeatur tō futuri temporis in his,[u] ſicut & futuro ædificio imponitur.[x] Et hæc ſnĩa, ut paucis dicā, mihi placet, omiſſis diuerſæ ſnĩæ rationibus. Hęrēt hæc
7 iura prædijs quæ ſemper ſequūtur.[y] Et quia iura per ſe diuidi nequeūt,[z] ita ſeruitutes indiuiduæ ſunt,[a] nec ꝑ parte præſtari poſſunt, uel cōcedi, vel adimi.[b] Ideo ſi generaliter per fundū
concedatur à pluribus dominis ſeruitus in fundo inter illos cōi, ualent quidem ceſſiones ſeparatim à ſingulis factæ, ſed ſine effectu ſunt,
niſi omnes conceſſerint, ut nouiſſima ceſſione
cæteræ firmari videantur.[c] Siquidē nō deſignata certa parte fundi, ſeruitus per fundū conceſ
ſa, omnes & ſingulas partes fundi cōplectitur:
ut tota in toto, & tota ſit in qualibet eius parte
vt dicitur de anima, niſi pars quæ ſeruiat deſignetur: Imò & in ſolū ipſum penetrat, nec in
ſola ſuperficie reſidet, in l. certo, de ſerui. ruſti.
pręd. Itaq; & naturaliter & ciuiliter eſt indiuidua ſeruitus: natura, quia quæ tangi non poſſunt, indiuidua ſunt,[d] qualia iura ſunt:[e] minus
ciuiliter, quia tantā utilitatem non adfert pars
intuitu partis, quantam totū reſpectus totius.[f]

Dehinc

a cap. quo iure defendia villas 8. diſt.
b l. ſi quis ædes, l. 29. de ſeruit. urban. prædi. l. vti frui, ſi vſufru. peta. P. l. in re communi, l. 26. de ſeru. vrb. P. l. cum eſſent, l. 11 §. ſi de ſer. ruſtic. prædio. in P.
c l. quoties, 15. de ſeruit. P.
d l. 1. §. fin. de rer. diuiſ. §. 1. de reb. corpo. ap. Iuſtinian.
e l. quoties nec holuen, l. 15. §. 1. de ſeruit. tit. generali: & l. 1. de aqua pluui. arcen. in P.
f l. ſed & ſi lege, l. 98 § conſuluit, de peti. hæred. lib. 5 P. tit. 9 l. ſi quid, 94 §. ſicut, eod. tit.
g l. ædificia, l. 31 de ſeru. urb. præd. in P. l. altius, C. de ſeru.
h l. uia, l. 29 §. pen. de ſeruit. ruſtic.
i l. ſi ædes, l. 32. in prin. & §. 1. de ſeruit. vrb. præd.
k l. 1 §. fina. de aqua plu. arce.

l Vlpian. l. 1. communia prædiorum, libr. 8. P. tit. 4. §. idem, de ſeruit. ruſti. l. qui aliena. §. vlt. de nego. geſtis.
m l. cum uenderes, l. 59. de contrah. empt. lib. 18. P. tit. 1. l. §. uti optimā, l. 90. de verbo. ſigni. l. pen. de cuſt. ... P.
n l. de pupillo, l. 5 §. Sextus Pędi°, de op. nou. nunc. lib. 39. P. tit. 1.
o l. quoties, in 1. de ſeruit. P.
p l. ſtipulatio iſta, §. ſi quis forte, de verb. oblig.
q l. 1 §. fin. de actio emp. P.
r l. vrbana prædia, de verb. ſignific.
s l. 1. commu. præd in P.
t l. ei fundo, de ſeruit. P.
u l. ſi infantia, de vſufruct. l. Labeo, de ſer. ruſtic præd. l. interdum, de verb. oblig.
x l. ſi ſeruitus, § 3. de ſeruitu. vrban.
y l. uia conſtitui, l. 23. §. ſi fundus, de ſer. ruſt. l. cum fundo, 16. eod. tit. l. neque, quib. mod. vſuſfruc. amitta l. cum fundum, l. 13 cōmu præd. in P.
z l. 1 §. incorporales. de rer. diuiſio. §. 1. de reb corpor. & incorp.
a l. ſtipulationes non diuiduntur, l. 72. de verbo oblig. & l. 2. §. & harū, eod. titu l. uiæ, de ſeruit. l. 1. §. ſi vſusfructus, ad le. Fal. in P.
b l. pro parte, l. 11. de ſeruitu. l. ſi is qui duas, de ſeruitu leg. §. 1. commun. prædio.
c l. per fundū, de ſer. ruſt. pd.
d l. certo generi, l. 13 §. 1 locus 1. & l. ſi mihi conceſſeris, l. 22 de ſer. ruſt. prædio. l. ſi uia, l. 26. eod. tit. & l. ſi cui, de ſeruitu. titu. generali.
e §. 1. de reb. corp. & incor. l. 1 de rer. diui.
f l. in executione §. pro parte, de verb. oblig.

Dehinc & in omnibus iubent leges finem & intentionem actuum inſpici.[a] Porrò in ſeruitutibus, finis commodum eſt in vſu earum,[b] qui indiuiduus eſt,[c] quia & hic in facto conſiſtit, quod eſt quoque indiuiduum.[d] Sed ius maximè ſeruitutis indiuiduum illud continet omnino. Quò fit, vt antinomiæ, quæ in hac tractatione indiuidui objiciuntur, facilè ſubmoueantur: nam ad ius non pertinet fundi, corpus quod ſeruitutem admittit. Et aliud eſt ius in corpore, & aliud corpus. Et corpus quidem diuiduum, ſed ius quod in eo eſt, indiuiduum: fructus quamuis diuidi poſſint, qui ex fundo percipiuntur.[e] Ita ſi qui pro parte poſſumus,[f] & vti etiam partim fructibus in vſum acceptis, & parte domino aliqua derelicta.[g] Et diuiduus vſusfructus,[h] ſed ius vtendi fruendi erit indiuiduum,[i] & vſus indiuiduus.[k] Alia etiam inde euaneſcit antinomia, qua videtur diuidi vſus, adiecto tempore, cùm quis illa die vel hora, alius alia vtatur, vel alternis diebus,[l] quia id ad modum pertinet iuris conſtitutæ ſeruitutis, non ad ius vtendi,[m] vt ſecernatur vſus temporibus. Pari modo alia quæ ad certam partem fundi, vel rei conſtitui ſeruitutē probat, vbi corpus fundi diuiditur, vel ſuperficies,[n] ad quam certam pro diuiſo ſeruitus tota, vel ius integrum refertur. Facta autē relatione ad partem ſeruitutis vel iuris, ſeruitus pro parte conſtitui nequit.[o] Sic Paulus ait, iura ſeruitutum interdum diuiſa à fundo, non eſſe diuidua menſura vel temporibus: interdum mēſura aut temporibus diuidi vſum pluribus debitum, vt ſi plures vni, qui ius aquæ ducendæ habebat, ſuccedant.[p] Sic dum ius aquæ ducendæ per eundem aquæductum pluribus conceditur, vel eundi per idem iter, ius quidem non diuiditur, ſed aqua vel modus communi diuidundo.[q] Et plures integræ poſſunt eſſe per eundem locum & plurium ſerui-
8 tutes.[r] Poſtrema verba finitionis ſeruitutis realis, realium ſeruitutum membra oſtendunt, vt aliæ à rebus, perſonis: aliæ à rebus, rebus debeantur: illas perſonarum dixit Martianus vt vſum & vſumfructum: iſtas, rerum, vt ruſticorum prædiorum, & vrbanorum.[s]

a l. verum. §. qui iniuriæ, de furt. in P.
b l. videamus, l. 19. in fin. de vſur. lib. 22. P. tit. 1.
c l. vlt. de ſeruitut.
d d. l. in executione, & l. ſtipulationes nō diuiduntur, de verb. obl. P.
e l. 1. §. ſi vſusfructus, ad leg. Falcid. l. 5. de vſufruct.
f l. vſus, pars l. 19. de vſu & habit. li. 7. P. tit. 9.
g l. fundi vſu, l. 16. & l. diuus, l. 23. § 2. de vſu & habit. in P.
h l. vſusfructus, de vſufr. P.
i expreſſè in l. 1. §. quadā, de verb. obl.
k dicta l. vſus pars, l. 19. de vſu & habit. & l. via itineris, l. 17. de ſeruit. in P.
l l. vlt. l. 5. § 1. de ſeruit. in P.
m l. 4. § fin. eo. leg. 2. de aqua quot. & æſti.
n l. ad certam partem, l. 6. de ſeruit. in P.
o l. ſi quis duas, § ſi quis partē, commun. præd.
p Paul. in l. vlt. ſer. 19. § final. commun. diuid. lib. 10. P. tit. 3.
q Iulian. in l. Lucio Titio, l. 4. de aqua quotid. & æſti. lib. 43. P. tit. 20.
r l. ſi prius, l. 29. de aqua pluuiæ arcen. lib. 39. P. tit. 3. l. 2. § 1. de ſeruit. ruſtic.
s Marci. in l. 1. de ſeruitut. tam. generali.

De ſeruitutibus debitis à rebus perſonis: & primùm de vſu & habitatione. Cap. II.

Lib. 2. Inſtit. tit. 5. Lib. 7. P. tit. 8.

1 *Quinque ſpecies ſeruitutis debitæ à rebus perſonis enumeratæ.*
2 *Prius tractandum de vſu & habitatione, quàm de vſufructu.*
3 *Vſus quid, & quæ vſuarius poſſit percipere.*
4 *Vſuarius nec locat, vel vendit, nec in alium transfert vſum.*
5 *Caſus tres excepti, quibus vſuarius vendit, addictione diuiſionis, videlicet, vel ſi lignorum vſus à longè petendus, idque pro ſumptibus: vel ſi vini & frumenti procul petendus vſus 8.*
6 *Vſuarius domus, poteſt locare partem eius, parte contentus.*
7 *Num cui relicta fuerint à pluribus ſeorſum ad vſum ſufficientia, accedente alterius poſtea vſu legato, debeat altero priuari, vel vtraque retinere poſſit.*
8 *In vſu determinando conſideranda res, perſona, & modus dictus, & quales perſonas habitationem domus habens poteſt ſecum admittere.*
9 *Qui habet vſum capatioris domus, quàm ſua conditio exigit, vacuam quoque partem ſibi reſeruat, nec proprietarius occupat.*
10 *Habitationem habens domus, ſimilis ferè vſuario domus, & in quibus differant.*
11 *Habitationem domus habens, ſeorſum habitans, eam poteſt locare.*
12 *Qui habet vſumfructum domus vel fundi, quomodo vtatur & quibus.*
13 *Vſus ſyluæ vſumfructum continet.*
14 *Conceſſo vſu ſeruorum, quid conceſſum videatur.*
15 *Plus eſt in operis ſerui debitis, quàm in vſu debito ſerui.*
16 *Vſu animalium conceſſo, quid liceat vſuario.*
17 *Vſus pecuniæ vſumfructum habet.*
18 *De vtendi modo & cautione præbenda.*
19 *Differentia vſus, & commodati.*
20 *Vſuarius reficere debet domū, cuius habet uſum, ſi ſolus uel pro parte, qua utitur: quomodo uti poteſt, & quid cogitur pati ab eo proprietarius. uide & infra c. 3. nu. 20.*
21 *Quibus modis acquiratur, & amittatur uſus.*
22 *Commoditas prædij conceſſa alicui, accedit ſeruitutibus prædialibus perſonalibus.*

1 INter ſeruitutes perſonales, debitas a rebus perſonis, quinq; conſtituemus & explicabimus Deo fauente, uſum, habitationem, operas ſeruorum, commoditates ex rebus aliquibus, & uſumfructum. Quatuor priores ſub
2 uſu concludi poſſunt. Tractarunt iuriſconſulti prius de uſufructu, quàm de uſu & habitatione;[t] mihi methodus uidetur facilior contraria, ut de uſu primū & habitatione, quàm de uſufructu agamus, ut intelligamus priori loco ſimplicia, poſt compoſita. Vſusfructus enim latiſſimè patet, & uſum & habitationem continet, cæteraſque ex rebus commoditates fructuum.[u] Et minus in uſu, quàm in uſufructu. Et fructus ſine uſu eſſe non poteſt, uſus au-
3 tem eſt ſine fructu.[x] Proinde uſus, ſeu ad maiorem ſignificationem, uſus nudus ſeu χρῆσις, ſine fructu,[y] eſt ius alienis rebus utendi, ſalua rerum ſubſtantia.[z] Qui uſum habet tantum ad indigentiam quotidianam propriam, ſecundum qualitatem, & cōditionem ſuam fructibus, uel rebus utitur: ut non poſſit ultra cōpendium inde uel utilitatem conſequi, uel impedimento eſſe domino agri, ædis, uel fructuum.[a] Et ſi uſu legato, magis ſit uſus legatarius, quàm oportet: officio iudicis, qui quemadmodum utatur indicat, continetur, iubere,
4 ne aliter quàm debet utatur.[b] Ex quibus ſequitur uſuarium non poſſe uſum concedere alij, nec locare, uendere, uel alio modo in alium transferre:[c] quia perſonalis: ut neque ad hæredem uſuarij tranſeat.[d] Et perſonalia cum perſona extinguuntur, nec perſonam cui irrogantur, egrediuntur,[e] potiſſimum inſpecta qualitate ſeruitutis huius, quæ ad perſonæ neceſſitatem, & alimenta pertinet, & præbet
5 neceſſaria, quæ alienari nequeunt.[f] Paulus excipit caſum, ſi ex neceſſitate diuiſionis iudex adiudicando alteri uſum uendat, & ita admitti.[g] Item ſingulare eſt, quod notant Accurſius, & Angelus Aretinus,[h] quod ſi lignorum ex ſylua alicui uſus relictus eſt, & necuta facienda longius ſit, poteſt qui uſum habet pro neceſſitate

t cōſtat ex tot. lib. 7. P.
u l. 2 & l. per ſeruum, l. 14. §. 3 de uſu & habit. l. uſusfructus, l. 7. de vſufruct. Iul. Paul. lib. 3 recep ſent. tit. 6 l. plenum, de vſu & habita.
x §. minus autem, de vſu & habita. l. ſi habitatio, l. 10 §. ſi vſus, & l per ſeruum, l. 14. §. ſi uſu. fructus, eod. tit. in P.
y l. 1 & 2. & l ſi habitatio, l. 10. de vſu & habitat. P.
z glo in l. 1. de vſu & habitat.
a § 3 de uſu. & habit. l. denique, l. 11 & l. plenium, cū ſuis §§ eod. in P.
b l pen §. ſi. de vſu & habit P.
c §. minus, §. item is qui, & ſequ. de uſu & habit l 2. §. domus & l. 3 cum 3 ll. ſequē. eod. in P.
d l. vſus aquæ, l. 22. eo tit. in P.
e l. quia tale, ſol. matrim. in P. l. priuilegia, & l. in omnib. de regul. iur. P.
f l. de alimentis, C. de tranſact. l. cum hi, eod. tit. in P.
g Paul. in l. itē quamuis, l 10. § pen. libr. 10. P tit 3.
h gloſ in §. minus, in fine, & Angel. ibidem num. 3 l diuus, de vſu & habitat. P.

neceſſitate perſonæ ſuæ, in compenſationem
ſumptuum, qui aliter uſus commoditatem ex
cederent, de lignis uendere non amplius; quia
uſuarius tantum habere debet, quantum pro
neceſſitate ſibi ſufficit. Idemque Angelus reci
piendum putat in uſu uini, frumenti, & alio-
rum, ſi de longinquo percipi debeant. Et hæc
fauore uſuarij inducta recipio, ne uſus illi ob
expenſas grauiores ſit inutilis: & quia, ut dixi,
6 ius hoc utendi alienari prohibetur. Quare &
in eiuſdem utilitatem non difficilis erit ratio,
cur liceat uſuario, cui domus amplioris capa-
citatis, quàm ipſi neceſſaria ſit, uſus relictus
eſt, pēſionem habitationis ex ea ab inquilino
accipere, dum ipſe quoque inhabitat, & modi
ca portione contentus ſit: hoc enim ei non eſt
7 inuidendum, inquit Vlpianus.[a] Mouet & aliā
quæſtionem perpulchram & quotidianā gloſ
ſa,[b] quam inſolutam Angelus Aretinus,[c] re-
linquit. Num ſi mihi hodie uſus in fundo con
ſtituatur, qui mihi ſufficiat: & cras in alio, nū
ſecundus minor uel inutilis erit, quòd iam a-
lius mihi ſufficiat, eo quòd ad quotidianam
neceſſitatem uſus relinquatur. Et reſpondet
glo. locū eſſe gratificationi in toto, uel in par-
te, uel electioni. Citat §. ſi generaliter, de lega.
qui nihil ad rem, & l. fina. de religio. & ſumpt.
funer. in P. quæ tamen contrarium probare ui
detur. Nam ſi uſufructuarius ab hærede ſepul
tura defuncti oneretur, cum hæredis eſſet ele-
ctio, inibi uel alibi ſepelire, & eſſet locus grati
ficationi inter plures, qui poterant pati ſepul-
turam, aget uſufructuarius actione utili in hæ
redem, quòd propter eam electionem minu-
tus eſt uſusfructus. Sed hic uſuarius, cui diuer-
ſorum fundorum relictus uſus eſt, non nocet
alicui, & ſi ab ambobus uſum accipiat. Nam
utitur iure ſuo,[d] quod pertinet ad debitores.
Proinde rectè ad illam legem finalem ſimili-
tudo non uidetur relata. Et exiſtimarem a ſin-
gulis uſum deberi, non habita ratione, quod
aliunde uſum habere poſſit: non ſecus, ac ei
qui uſum habet, non poteſt obijci, quod pecu-
nias habet, unde poſſit aliunde, quàm ex re u-
ſuaria ſibi comparare. Nec improbatur uſus
habitationis conceſſione facta filiofamil. uel
ſeruo, quòd illi penes patrem uel dominum
habitare poſſint, imò & additur habitatio ad
utilitatem patris & domini.[e] Nec improbatur
relictum & exactio legati alimentorum, ſi is
cui legantur alioquin ſufficiens ſibi ſit & fa-
cultatibus abundet.[f] Itaque, ut ait Paulus, fun
di uſu legato, licebit uſuario, & ex fœno, quod
in anno dūtaxat ſufficiat, capere: licèt medio-
cris prædij eo modo fructus cōſumantur, quia
& domo & ſeruo ita uteretur, ut nihil alij fru-
ctuum nomine ſupereſſet. Sic & de alijs, in qui
bus uſum habet. Omnia enim ad uſum eius
peruenient, & poſſunt reſeruari, & in diuerſis
domibus, ſed diuerſo tempore, & aliqua parte
anni quis habitare, quia & domicilium in di-
8 uerſis locis habere poteſt.[g] In uſu, ſimul res &
perſonæ, & modus utendi, coniungi debent.
Nam res ad neceſſitatem perſonæ, ut dixi, &
neceſſitas ad modum referri debet. Proinde
conſidera cuius rei relinquatur uſus alicui, &
quis qualiſve ſit is, cui relinquitur. Si domus
habitatio relinquitur maſculo, poteſt is in ea
habitare, & ſolus, & cum familia ſua, cū uxo-
re, cum liberis, cum amicis, & hoſpitibus gra-
tis, & cum penſione admiſſis, quamuis ſeorſū
inibi in eo reſidente non poſſit locare.[h] Si mu
lieri competat, & poteſt in ea cum marito ha-

a Vlpia. in l. 4. eod. titu. Ioan. Fab in titul. de vſu & habit. in Inſtitutio.
b glo. in §. minus. in uerbo quotidianum, eod. tit.
c Angel. in d. § 1. de uſu & habitat.
d l. Proculus, de dam. inf.
e l. filiofam. h 28. de vſu & habitat.
f l. cum hi, §. ſed & perſonaſū, & § in perſona, de tranſactio. P.
g Paulus, in l. Labeo, l. 5. Vlp. in l. aſſūptio, l. 6 § iuriſprudētib. ad municip. & de incol. lib. 50. P. tit. 6.
h l. 2. 3. 4. & 8. de vſu & habi. §. item is qui ædium, eod. tit. ap. Iuſtin.

bitare, & cum ſocero, etiam ſi tempore, quo ui
dua eſt, acquirat uſum, & poſtea nubat,[i] & cū
nuru, cum liberis, cum libertis, & parētibus.[k]
Verū hoſpitem recipere non poteſt quæ vſum
habet, alium q̄ eum qui honeſtè cum ea habi
taturus ſit:[l] poteſt & alia quę mulier ad uſum
9 habet cōicare marito.[m] Notabile & illud, do-
mo ad uſum legata, etſi amplior ſit, quàm exi-
10 gat uſuarius: uacuā tamen partem & ei rema-
nere, non proprietario.[n] huic uſui domus affi
nis eſt habitatio domus debita, quæ pinde pe-
nè eſt, ac uſus, ut neq; uendi poſſit, nec donari
ab eo qui ius habitationis habet, eaſdēq; per-
ſonas qui habet habitationem, quas uſuarius
11 domus recipere poſſit.[o] Verum in aliquibus
hoc ius habitationis differt ab uſu domus, q̄a
in habitatione latior facultas ineſt: nam qui
eam habet, & alteri locare poteſt ſeorſum, &
ſi ibi ipſe non habitet, nō ſecus quam ſi uſum
12 fructum haberet domus.[p] Si fructuū, uel fun-
di uſus relictus ſit, uel debitus, utitur uſuarius
ad uſum quotidianum horto, oleribus, pomis,
floribus, aqua, lignis, non ad compendiū, uel
abuſum, ſed ad uſum ſtramentis: nec pro ſe tā
rum, ſed ēt pro hoſpitibus aliquando largius
pro dignitate ſua, neq; in uilla tantum, ſed &
13 ex his in oppida ferre poteſt.[q] Quibus conceſ
ſus eſt uſus ſyluæ, & fructus cōceſſus uidetur.[r]
Verum ijs non permittitur ex qualibet ſyluæ
parte depromere, quāuis tota ſylua ſeruire di-
catur: Nam ad certam partem reſtringitur &
inuitis quibus ius eſt, ne ad nutum utentiū in-
formis ſylua euadat, & ita iudicatum fuiſſe ſæ
pe refert Papus.[s] Et contra hi in arctam nemo
ris partem uſum ſuapte natura ſolidum, & to-
tum in toto, & totū in qualibet parte, placuit
curiæ ſupremæ Pariſiorum.[t] Atque uſuarios
ob nemora, coniuratione uique armata, ab v-
niuerſitate uaſtata ipſorum nemorum uſu ac
litis æſtimatione, eiuſq; impēdijs multari quo
14 que decretum eſt.[u] Vſus aliquādo cōſtituitur
in ſeruis alienis, in quo id uenit, ut ipſe uſua-
rius tātum eorum opera ac miniſterio uti poſ
ſit, non etiam alius, neve in alium transferat.[x]
Poterit tamen eo cum alijs uti,[y] ueluti cum u-
xore, & uxor coniuge, cum patre, cū domino.
Nec tamen operas ſerui locabit, nec alijs uten
das concedet. Tamen ſecum in rebus alienis
ſeruo uti poterit, ut ſi fundum conduxerit, po-
terit ſeruum in eo iubere operari, & ſic in alijs
negotijs, quæ ipſe ſuſceperit faciēda uſuarius,
poterit uſuarijs ſeruis & uſuarijs ancillis uti:
quia illi operari uidentur, non alijs.[z] Poſſum
& ex re mea ſeruo uſuario ſtipulante, acquire
re, uel eo per traditionem accipiente: quia in
15 illis eius opera utor.[a] Notādum aūt hic plus
eſſe in operis ſerui debitis, q̄ in uſu ſerui: quia
fructus hominis in operis cōſiſtit, & in merce-
dibus operarū, quę capi a fructuario poſſunt,[a]
16 & uſus quoque ineſt.[b] Eadem quæ de uſu mi
niſterij ſerui dicta ſunt, & in animaliū uſu re-
licto intelligi debent,[c] ut poſſit his uti, nō lo-
care alijs: niſi & uſuarius talis ſit, qui operas
ſuas, & equorum ſuorum ſoleat locare, ut au-
riga.[d] Porrò pecoris uſu relicto, uſuarius ad
ſtercorandum tm̄ agrum ſuū uti poteſt, & mo
dico tantum lacte, reliquis non utique, neque
lana, neque agnis,[e] quia ea in fructu ſunt.[f] Si
boū armēti uſus relinquatur, ad arandū, & ad
reliqua, ad q̄ boues apti ſunt, uſuarius utitur.[g]
17 Vſus pecuniæ cōceſſus æqualis eſt vſufructui,[h]
ſicut & q̄n fundi uſus legatur, nā & fructus ad
uſuarium pertinēt, qui in annū ei ſufficiant.[i]

i l. 4. eod. tit.
k l. 1. & 4. eod.
l l. non aliter, l. 9. eod.
m Paul. Lecte ratum, l. 9. eod.
n Notat Azo in Summa tit. de vſu & habitat. apud Iuſtin. verſic il lud uidetur notandum.
o l. ſi habitat. l. 10. eod.
p § ſed ſi cui, de uſu & habi. ap. Iuſtin. l. cū antiquitas, l. 13 de vſu & habitat. C.
q l. plenum, l. 12 § 1. & 2 de vſu & habit. §. minus, eod. ap. Iuſtin.
r l. O. Adrian. l. 23. eo. P.
s Pap. lib. 14. in pſod. areſt. ti. 9. areſt. 2. 3. 10. 11.
t Ioan. Lucius li. 7 placitorū, tit. 7. plac. 2.
u Ioan. Luc. P. tit. 7. lib. 7 plac.
x §. item is ad quē, de vſu & habita.
y l. plenū, l. 12, §. fin. de vſu & habit. P.
z leg. per ſeruum, l. 14. eod. & l ſeruus, l 22. & l. ſi ita legatus, 17 eod. tit.
a l. 3. 4. de operib. ſeruor libe. 7 P tit. 7.
b l. operis ſerui, l. 5. de oper. ſeruo in P. l. 2. de vſu & uſuf. lega. lib. 33. P. tit. 2
c d. §. item is qui, de vſu & habitat
d l. plenum §. equitij eod tit. de uſu & habi.
e d l plenum, § ſed ſi pecorum, eod tit. ap. Iuſtin.
f l. in pecudū, de vſur. in P. §. in pecudum, de rer. diuiſ.
g d. l. plenum, §. ſed ſi boum.
h Vlp. in l. hoc ſenatuſconſultum, l. 5 § ſi & in l. quoniam, l. 10. de vſufru. ear. rerum quæ vſu conſum. li. 7. P tit. 5.
i l fundi, l. 26. de vſu & habi. in P.

Et ſi

Et ſi ita conceſſus uſus fundi, ut inſtructus eſſet, etiam & inſtrumentorum uſus compe-tit.[a] Modus utendi eſt, ut uſuarius ſicut uſufructuarius caueat, de utendo arbitrio boni uiri, & de reſtituendo cum opus erit.[b] Quare dictum eſt in finitione, uſum eſſe rei alterius ſalua rerum ſubſtantia. In cautione, omnia damna, quæ ab uſuario contingent, ſe reſar-
19 citurum, uſuarius promiſiſſe cenſetur.[c] Differtque in hoc a commodato & precario, in quibus alicuius rei datur uſus, ſed non ſalua rerum ſubſtantia, nec cum cautione damni præſtandi, quod non reſarcit qui accipit, dummodo culpa non adſit commodatarij.[d] Quamuis & maxima ſit affinitas inter commodatum & utendum datum:[e] omitto alias diffe-
20 rentias. Debet per hanc adiectionem, ſalua rerum ſubſtantia, & uſuarius domus, reficere domum uſuariam, ſi alius quàm ipſe non percipit commodum: ſi enim fructuarius uel proprietarius cum uſuario participaret in fructu, uterque ad refectionem contribuit.[f] Nec poteſt prohibere uſuarius, quin dominus, uel fructuarius fundi eum colat:[g] quominus cautionem omiſſam, per condictioné incerti repetat, & finito uſu ré ipſam per ad exhibendum & condictione,[h] quinve iudex imploretur, ut eius arbitratu uſuarius utatur.[i] Sed nec is qui pati debet alium uti, quicquam facere poteſt, quominus is cui legatus eſt, uel conceſſus utatur, ut bonus paterfam. uti debet:[k] nec deteriorem cauſam uſuarij facere, nec uſuariæ rei ſpeciem etiam in me-
21 liorem commutare.[l] Quibus autem modis acquiratur & amittatur uſus, intelligetur in uſufructu: nam totidem acquiritur & amitti-
22 tur, quibus uſusfructus.[m] Superioribus ſeruitutibus perſonalibus poteſt accedere commoditas quædam conceſſa prædij certis perſonis: ut ſi teſtator legauerit certæ perſonæ tantum, ius ad aquam appellendi pecoris, uel paſcédi, ut ait Papinianus, quæ alioquin eſſet realis ruſticorum.[n] Sic apud Vlpianú,[o] Lucius Titius tradens, & donans teſtamento aquæ profluentis in fontem, Caio Seio digitum in domum ſuam, uſum aquæ perſonalem conceſſiſſe uidetur, ut illa ſeruitus ad hæredes non transeat Caij. Aliud exemplum in eo qui promittit coquere panem alicuius in furno ſuo, quod poteſt dici ſeruitus uſus, ex quo ad neceſſitatem familiæ eſt introducta, ex ſententia Cæpolæ.[p] Sunt & alia his ſimilia, quæ plerique ad ſeruitutes innominatas, uel iura perſonalia referunt.[q] Alij negant eſſe ſeruitutes, ſicuti in ſpecie leg. fin. de ſeruit. urban. præd. in P. Quamobrem & nos commoditatem rei duximus.

a Pompon. l. ſi ita legamus, l. 15 eod tit.
b Vlpian. in l. huic ſtipulatio ni, l. 5 § 1. v ſuſ. quéad. cáueat. lib 7 P tit. 9. Papin. in l. penult. eod. tit.
c l. ſi uſusfructu, l. 14 § denique, de uſufru. & quemadmú. quis uta. l. 1. uſufru. quéadm. caueat l. hoc ſenatuſconſultú, l 5. § 1. de uſufru. ear. rer. quę uſu conſum.
d l. fin cómod. in P lib. 13. ti 6.
e l 5 § 3. commo. in P.
f l. ſi domus uſus, l. 19 de uſu & habita.
g l. fundi, § 1. eod. ti P l. ſi habitatio. § ſi. eo.
h l 5. § 1. de uſufruct. ear. rer. quæ uſu conſú.
i l. ſi cuius, l. 21 § denique nó ſolum, de uſufr. in P.
k l. fundi, l. 16. § fin. de uſu & habitat.
l l. fin. eo. in P.
m § 1. de uſu & habit. l. 3 § fin. de uſufr. in P.
n Papin. in l. pecuſe, l. 4. de ſeruit. ruſtica. prædior. in P. lib. 8. P tit. 3. facit l. Mela, l. 14. § ſi. de alimen. & ciba. lega. lib. 34. P tit. 1.
o Adamo Teraua l. Lucius Titi⁹, l. 37. de ſeruit. urbac. prædior. Pompom. in l. non ſolú, l. 9. § tale, de libera. lega. li. 34. P. tit. 3.
p Cæpol. in ſ, ſi. de ſeru. ruſt. præd. c 7 nu. 3:
q vide Cæpolam, in præd. dicto loco, & 69 num. 2.

De Vſufructu. Cap. III.

Apud Iuſtin. lib. 2. tit. 4.
Lib. 7. P. tit. 1.
Lib. 3. C. tit. 33.

1 *Vſusfructus, ſeruitus prædialis perſonis debita.*
2 *Vſusfructus quid, & de fructu formali & caſuali.*
Frui & uti quid, & quomodo differant, &c.
3 *Fructus & uſusfructus differentia.*
4 *Vſusfructus pars dominij, & quomodo, uide numero 16.*
5 *Vſufructuario inuito in eius præiudicium nihil facit proprietarius.*
Vſufructuarius non cogitur per manus proprietarij accipere uſumfructum.
Vſusfructus differt a reditu, &c.
6 *Res quomodo in uſufructu conſideranda.*
7 *Differentia uſufructuarij & bonæ fidei poſſeſſoris in fructibus colligendis & pendentibus.*
8 *Beneficiarij, ſintne ſacerdotiorum uſuarij: Item de mala fructuum ſacerdotiorum diſpenſatione.*
9 *Vſufructuaria uxor relicta a marito inſtitutis liberis, nihil præter alimenta ex bonis percipit, niſi illi prædecedant, uel extranei ſint ſubſtituti.*
10 *Vſufructuarius non percipit contra proprietarium, nec deteriorem ſubſtantiam, uel cauſam uſusfructus facit, & de cautione reſtituendis.*
11 *Teſtator relinquens uxori uſumfructum, non poteſt remittere ei cautionem.*
12 *Vſufructuarius pecuniæ & mobilium quemadmodum caueat.*
13 *Cautio hæc exigi poteſt, & ante traditionem rei, & tempore uſusfructus.*
14 *De cautione præſtanda ab uſufructuario, ſi moueatur ei controuerſia, quod uti frui non poſſit, aut debeat.*
15 *Vſufructuarius poteſt propria authoritate fructus colligere, non qui habet tantum emptionem fructuum pendentium.*
16 *Vſufructuarius utitur actione negatoria, & confeſſoria.*
17 *Vſufructuarius non debet abuti re, & quæ hic nomine uſusfructus poſſit percipere ex re, qua debetur.*
18 *Vſufructuarius gregis, ex natis uel alijs, debet ſupplere demortua, & quando.*
19 *Vſufructuarius quando teneatur ſubrogare arbores.*
20 *Refectio eius rei quę debet ſeruitutem, & uſumfructum, quando pertineat ad eum cui ſeruit, uel eum qui debet.*
21 *Seruis ut debemus & famulis, ſecundum qualitatem & actionem rei, aliter abutimur.*
22 *Vſufructuarius debet cuſtodiam rei, unde percipit uſumfructum, præſtare, uendere, uel alienare non poteſt proprietatem, nec pignorare.*
23 *Proprietarius inuito uſufructuario, uendit, uel oppignerat proprietatem, dummodo fiat ſine præiudicio perceptionis uſusfructus.*
24 *Vſufructuarius poteſt uendere, locare, & alienare uſumfructum.*
Qui uſumfructum acquirit, poteſt conductorem ex re uſufructuaria expellere.
25 *Vſufructuarius ædium quid poſſit in his facere, & quid non: proprietarius quoque, quid poſſit in re debente uſumfructum, & quid non.*

1 INter debitas perſonis a rebus ſeruitutes, & uſusfructus numeratur:[r] quia ſine perſona, cui acquiratur, eſſe non poteſt.[s] Vſuſ-
2 fructus eſt ius alienis rebus utendi fruendi, ſalua rerum ſubſtantia.[t] Ius, ſeruitutem ſignat in alieno,[u] & uerba, alienis rebus, indicant nos loqui de uſufructu, non de fru-
ctu:

r l. 1. de ſeruit. in P.
s Pom. in l. uſuſfru. l. 26. de ſtipula. ſeruo. lib. 45. P. tit. 3.
t l. 1. de uſufr. in P. § 1. eod. ti. ap. Iuſtini.
u l. 1. § fina. de rer. diuiſ.

ctu: Nam fructus iure communi dicuntur
domini rerum. Vocant hunc fructum inter-
pretes uſumfructum cauſalem, quia coniun-
ctus cum ſua cauſa, id eſt, cum proprietate.[a]
Ego malo ſimpliciter, proprieque fructum
hoc dicere. Frui enim eſt re omnino gaude-
se, eaque potiri, at dum addis uſumfructum,
demonſtras te non planè te potiri, ſed uti uo-
ſtuaris tantum, & ut fructus ſit in uſu, quem-
admodum plus eſt frui, quàm uti.[b] Et uſus
pro utilitate fructuum adijcitur, uocant hūc
uſumfructum formalem, quia habeat diſtin
ctam formam a proprietate ſeparatam a re,
a proprietate ſcilicet, alij competenté, quàm
3 domino proprietatis. Sic Iulianus iuriſcon-
ſultus, inter fructum uel uſumfructum,[c] in-
tereſſe dixit: quòd cum dicimus fructum rei,
non ius, ſed corpus demonſtramus, ſicuti præ-
diorum frumenta, & uinum, fructum rectè
dicimus, quæ non rectè nomine uſusfructus
appellantur, qui conſiſtit in iure: Item uſuſ-
fructus non corpus, ſed ius in corpore, quo
ſublato, & ipſum tolli neceſſe eſt.[d] Et com-
ponitus uſusfructus ex fruitione & uſu, at-
que in facto aliquo eius, qui fruitur & uti-
4 tur, conſiſtit.[e] Sic in multis caſibus uſuſ-
fructus pars dominij eſt, ut ait Paulus.[f] Vſu-
fructuarius dominus pro parte ſcilicet indi-
uidua, quæ & totum dicitur,[g] cenſetur, do-
minus. Sic enim nouè Paulum explico o-
5 miſſis aliorum pugnis. Quo fit ut quemad-
modum in re communi pro indiuiduo ſo-
cius ſocio inuito quicquam agere non po-
teſt:[h] ſic nec proprietarius poteſt inuito uſu-
fructuario, proprietatem uendere in eius præ-
iudicium, nec poteſt uſufructuarius cogi ac-
cipere per manus proprietarij fructus, ſed ſi-
bimet ipſe colligit, in quo differt ius uſusfru
ctus a reditu debito ex agro alicuius, ut eru-
ditè tractat Scæuola.[i] Qui enim uſum-
fructum habet, liberè per ſe omnes fructus
6 accipit rei uſufructuariæ.[k] Conſidero hic
totam rem cum pleno dominio, quod habet
proprietatem & vſumfructum, ſeu fructum,[l]
ita pars eſt:[m] ſi conſideres autem ſeorſum v-
ſumfructum, ut ius ſeruitutis, non pars do-
minij eſt, ſed dominium per ſe: quia in illis
fructibus, qui proprietatem habent, ius non
habet, & ita ſe explicat idem Paulus, dum di-
cit, uſumfructum nō eſſe dominij partem,[n]
& addit,[o] unam & eandem rem poſſe dici
noſtram pro parte, & totam noſtram pro in-
diuiſo: imò & quandiu fructus pendent in
fundo, ſunt proprietarij, & ita pars dominij,
in eius dominio, non autem ſunt uſufructua
rij, donec ab eo percipiantur, & a ſolo ſepa-
7 rentur,[p] ſi modo eius nomine ſint percepti,
non aliàs: in quo differt a bonæ fidei poſſeſ-
ſore uſufructuarius: hic enim uſufructuarius
excisſos & demeſſos, uel collectos fructus, ſi-
ue maturos, ſiue immaturos ſuos facit, ſi mo-
do ipſe, uel alius ſuo nomine id fecerit, nec
intereſt num uuæ collectæ expreſſæ ſint, uel
grana ab ſpica excuſſa.[q] At bonæ fidei poſ-
ſeſſor quomodocunque, & a quocunque, &
cuiuſcunque nomine fuerint a ſolo ſepara-
8 ti fructus, ſuos facit.[r] Quod pro beneficia-
tis obſeruandum eſt qui ſe dicunt uſufru-
ctuarios ſacerdotiorum, eoque nomine ſibi
fructus & hæredibus uſurpant, propter au-
thoritatem Ioannis Andreæ,[s] ſeu cuiuſdam
gloſſellæ. Quam tamen plerique meritò
reijcere uidentur, cum uſuarios tantum pu-
tem, & procuratores & diſpenſatores rerum
eccleſiaſticarum & pauperum,[t] ut arbitrer
committere ſacrilegium eos, qui in alios u-
ſus bona eccleſiaſtica abliguriunt, quàm in
pios uſus expendant.[u] Sic enim Diuus Pau-
lus unus ea ijs ad quorum pedes ferebantur
Chriſtianorum pecuniæ diſtribuendæ, pro-
ut cuique neceſſarium erat, dixit de ſe & ſo-
cijs ad Timotheum ſcribens,[x] *Habentes au-
tem alimenta & quibus tegamur, his contenti ſi-
mus.*

9 Sed pergamus & oſtendamus non con-
ſequi perpetuò ex concluſione quod quis ſit
uſusfructuarius, omnes fructus ſuos eum fa-
cere, imò reſtringi ad alimenta aliquando,
ut non debeant eccleſiaſticæ perſonæ ægrè
ferre, ſi dixerimus eos tantum ex beneficio-
rum fructibus alimenta delibare debere. Si
uxor itaque relinquat uſumfructum marito,
& faciat uſufructuarium, non conſequetur
inde iure aliud, quàm alimenta extantibus
liberis, ut defendunt omnes ferè interpre-
tes.[y] Idipſum quando maritus extantibus
liberis illiſque inſtitutis facit dominam &
uſufructuariam bonorum ſuorum uxorem,
ut ea nihil præter alimenta inde habeat,[z] ſi
prædecedat relictis liberis ſuperſtitibus: ali-
ter enim ſi inſtitutis extraneis relinqueretur
domina & uſufructuaria, omnem uſumfru-
ctum perciperet: uel ſi inſtitutis etiam libe-
ris, illi prædecederent, ut notat Cepola,[a] poſt
Bartolum,[b] & Alexand.[c] Cæterum a matri-
monio hoc ad coniunctionem prælati, uel
præpoſiti, uel beneficiarij cum eccleſia, rece-
ptam ratiocinationem,[d] nemo ambigit, eo
excepto, quòd ſicut maritus accipit dotis fru
ctus pro oneribus matrimonij.[e] Non ita præ
latus accipit omnino, ſed propter officium
ſuum exercendum, quod & in cura paupe-
rum, & in diſtributione redituum uerſatur
etiam, cum officio in res diuinas impenden-
do.

10 Fructuarius cauſam proprietatis dete-
riorem facere non poteſt, meliorem poteſt,[f]
neque ulla præſcriptione ad retinendam
proprietatem ſibi ſuiſque hæredibus muni-
ri.[g] Dicitur poſtremis uerbis finitionis, ſal-
ua rerum ſubſtantia uſumfructum eſſe, ut
intelligamus proprietatem ſaluam eſſe de-
bere domino: & proinde cauendum ab uſu-
fructuario ſe boni uiri arbitratu uſurum &
fruiturum, & cum uſusfructus ad ſe pertine-
re deſierit, ſiue mobilis rei ſit, ſiue ſoli,[h] ſe
reſtituturum, id eſt, non deteriorem cauſam
ſe uſusfructus facturum, cæteraque acturum
quæ in re ſua faceret.[i]

11 Et ſicut debet fructuarius uti frui, ſic de-
bet & proprietarius ſecurus eſſe de proprie-
tate[k]: vt etiam teſtator qui donat vſumfru-
ctum uxori ſuæ omnium bonorum, non poſ-
ſit cautionem remittere.[l] Eſt & in cautione
vſusfructus rerum quæ vſu conſumuntur, vt
uini, olei, frumenti, ut quandocunque re-
12 ſtitutio facienda ſit, eiuſdem qualitatis re-
ſtituantur cuius ſunt, cum dantur, aut æ-
ſtimatis rebus, pecuniæ nomine caueatur,
quod & facilius eſt.[m] Propter hanc cau-
tionem, utendi fruendi arbitrio boni uiri to-
ties experitur proprietarius, vel is cui cautū
eſt, quo

a Florianus, in rubr. de vſufru. Cepola, li. 1. de ſeruit. c. 4 & paſſim in gloſſis hæc diſtinctio formalis & cauſalis uſusfruct.

b vt docet Valla, lib. 5. Elegan. cap. 5.

c l. vstem, empto. l. 43 de euictio lib. 21 tit. 2.

d l. 2. de vſufr. in P. §. 1. eod. ap. Iuſtinia.

e l. 2. quando dies vſusfruct. lega. ced. lib. 7. P. tit. 3.

f Paul. in l. 4. de vſufr.

g l. vnū ex ſocijs. de ſeruit. l. Sabinus, com. diuid. in P.

h Paul. in leg. rectè dicimus, l. 25. §. 1 de ver. ſign.

i Scæuola, in l. fundi Trebelliani. l. 58. de vſu & vſufru legat. li. 33 tit. 2.

k l. de vſufru. cum ſimil.

l l. per procuratorem, de acq. poſſeſſ.

m l. ſi unus, l. 27. § item ſi pactus, de pact. in P.

n Paul. in leg. rectè dicimus, 2. de verb. ſign.

o d. l. rectè, §. 3. ita & intelligendus Inſtitu. in § ſi cui, de legat.

p l. ſi fur, l. 14. de vſufruct. l. ſi vſufructuari, l. 12 quib. mod. vſufr. amit. §. is verò, de rer. diuiſ. Caius, l. in ſingulos, l. 8 in ſi de annuis legat. li. 33 P. tit. 1.

q d. ll. proximè citatis, & l. ſi abſente, § fin. de vſufr.

r gloſ. ſingularis in hac diſtinctione, in d. l. ſi fur. l. 14. in uerbo percipiatur, per l. qui ſcit, 25 § in alienū, & §. præterea, de vſur. in P. & l. ante penul. de rei vend. in P.

s Ioan. Andr. in addition. ad c. præſenti, in verbo reſeruata, de offic. ord. 186.

t c. ...

u Actuum, 4. & 5.

x 1. ad Timot. 6.

y Bal. in auth. hoc locum, in vlt. q. ſi ſecun. nupt. muli. C. Iaſon. in l. vlt. verſ. in ſex. ſimili de indict. vid. toll. C. Baldus, & D D. in l. Titia cum teſtamento, §. Titia, de lega. 2

z glo. Bart. & omnes interp. in d. auth. hoc locum, & d. §. Titia, Boer q. 49 & queſt. 194. Ludou. Roma. conſ. 318.

a Capo. lib. 2. de ſeruit. vrba. c. 4 num 6.

b in l. ſeut in annos, per il. ſi text qb. mod. vſusf. amit.

c Alex. conſil. 6 in 2 volum.

d c. ſicut alteriua, 7 q. 2.

e l. pro oneribus, ſolut. matrim. C. l. dotis fructus, de iure dot. in P.

f l. aquiſſimū, l. 17 §. fructuarius, & l. vſofructuarius, l. 13. de vſufr.

g l. neque fructuariū, l. 18. de vſufr. C.

h §. itaq; ſi pecunia, & §. cætera, de vſuf. I. 2. vſufr. quemad. cauc. li. 7 P. tit. 9 & l. 4. C eod. Iul. Paul. lib 3. ſent. tit. 6. & li. 2. tit. 9 l. 1. 2. 3. 4. l. 6. 11. de vſufr. earum rer. quæ vſu conſum.

i l. 1 §. cauere, vſufr. quemad. cauea.

k l. ſi cuius, l. 13 de vſufru. & quemad. quis vtatur.

l leg. 1. C. de vſufru.

m l. ſi tibi vini, l. 7 de vſufr. earum rer. quæ vſu conſum. & §. cætera.

eſt,[a] quoties fructuarius re abutitur,[b] & pro-
pter cautionem reſtitutionis faciendæ, rerum
quæ vſu conſumuntur ſit ſalua ſubſtantia per
13 ſubrogationem. Vlpianus & ante traditionẽ
rei vſufructuariæ,& poſt,cautionem exigi poſ
14 ſe reſpondit.[c] Huic affinis alia eſt cautio, qua
proſpicitur vſufructuario, ſi quæſtio,quòd vſu
fructuarius non ſit, illi moueatur,ob quam v-
ſusfructus ei dari differtur,niſi caueat de reſti-
tuendo eo quod ex fructibus percepturus eſt ſi
oportuerit:[d] ſi tamen ipſe eſſet in poſſeſſione,
cum ei mouetur controuerſia, non differretur
15 perceptio,[e] eò quòd pro illo præſumatur.[f] Quia
& vſuſfructuarius poteſt fructus percipere pro
pria authoritate,[g] quod non licet emptori fru
ctuum fructibus pendentibus:[h] quia vendens
fructus, videtur vendere corpora,[i] qui autem
vſumfructum vẽdit,ius vendere videtur, quia
16 pars dominij.[k] Et propterea vſufructuario da
tur realis actio,& cõfeſſoria,& negatoria quæ
17 domino dantur.[l] Cautiones iſtæ itaque & na-
tura vſusfructus hoc habẽt, vt vſufructuarius
re non abutatur, quæ vſumfructum debet,ſed
tãquam bonus paterfa. fruatur, percipiat quic
quid ex fundo percipi poteſt ex fructibus,& la
picidinis, alluuionibus, venationibus, piſca-
tionibus,& ſimilibus.[m] Proinde fundos rectè
colere debet, & ſeminarium agri conſerendi
cauſa paratum ſemper renouare, quaſi inſtru
mentum agri,[n] vt finito vſufr. domino reſti-
18 tuatur.[o] Sicuti ſi gregis vel armenti vſumfru-
ctum habet, debet ex natis gregem ſupplere:
& ſi quid natum non eſt,ex alijs aliunde perfi-
cere ſi gregis ſit aliter vſusfructus, non autem
19 ſi ſeparatim ſingulorum capitum.[p] Cogitur
& per arbitrum ſubſerere arbores in locum de
mortuarum,[q] vel exciſſarum, niſi ſine culpa
20 ſua aut vi tempeſtatis fuerint euerſæ,[r] Et quia
omnes fructus rei ad vſufructuarium perti-
nent,reficere quoque ædes per arbitrium cogi
tur,hactenus tamen vt ſarta tecta habeat; ve-
rùm ſi qua parte vetuſtate corruiſſent, nec pro
prietarius nec vſufructuarius coguntur refice-
re. At ſi hæres eius qui reliquit vſumfructum,
refecerit, debet pati fructuarium vti, qui tan-
tùm ad modicam refectionem tenetur:[s] quia
in omnibus ſeruitutibus refectio ad eum per-
tinet, qui ſibi ſeruitutem aſſerit, non ad eum,
cuius res ſeruit.[t] Quam ſi non exequatur,uel
ſi abſens ſit,hæres & proprietarius,ſi faciat, ab
eo repetit:[u] niſi uel ipſe hæres uel proprieta-
rius ex pacto uel teſtamento & iuſſu teſtatoris
teneantur reficere,[x] vel vſufructuarius para-
tus ſit recedere ab vſufructu,[y] dummodo ipſe
damnum non dederit aut ſui, quod refectionẽ
exigat:tenetur enim tunc quamuis velit cede-
re:[z] nam debet ſalua ſubſtantia rem reſtituere
ut diximus. Sicuti etſi quid præter ſarta tecta
& vltrà quàm impendi debebat ab eo erogatũ
ſit,poteſt à proprietario repetere.[a] Cęterum in
expenſis illis faciendis diſtinguendum eſt, an
reſpiciant rem ipſam, & ad conſeruationem
proprietatis pertineant: an verò vſusfructus
gratia fiãt, ut has vſufructuarius ſibi imputet,
aliàs priores proprietaria dominus: quẽadmo-
dum minuunt dotem & imputantur uxori,nõ
marito vſufructuario, impenſæ neceſſariæ in
valetudinem ſeruorum factæ, & pro utilitate
agri,ut ſi inſulam ruẽtem fulſerit, & ſimilia,[b]
quæ ad perpetuam vtilitatem proprietatis per
tinent,nõ quæ ad temporalem rei cuſtodiam,
quia illæ ſumptibus fieri debent mariti ut uſu
fructuarij.[c] Quod & in alijs quibuſlibet poſſeſ

a diuerſis enim ſit eſnuo, l. ſi tibi, ſ. eſusfru. quemad. caue. l. ſi tibi decem, l. 6. de eſufruct. earum rer. quæ vſu &c.
b l. 1. §. habet, vſufr. quemad. caue. l. damni infecti ſtipulatio, l. 13. § ſi cuius, 2. de damno infect. l. inter fructuariũ, 20 eod. tit.
c l. quoniã pecuniæ, l. 10. §. 1. de eſufru. earũ rer. quæ uſu obſum.
d Paulus, in l. cuiuſcũq; l. 67. § ſi fundus, de vſuf. & quẽad. quis vta.
e l. penul. de aqua quotid. & æſtiu.
f §. commodũ, de interd.
g l. fundi Trebatiani, & ibi nota. de eſuſf. lega.
h l. qui pẽdentem vindemiã, de cõtra. emp. in P.
i l. uacuæ, de quiet. P.
k l. 2. de eſufr. l. ante diem, de verb. ſign.
l l. ... ſi vſusfr. pet. in P.
m l. item ſi fundi, l. in l. ſed & ſi quid, l. 10 in principio. & §. generaliter, l. 1. § pen. & fin. eſufr. quemad. caue.
n d. l. cũ de lanionis §. paſto res, de fundo inſtr.
o d. l. quoniã pecuniæ, l. 10. de vſufru. ear. rer. quæ &c.
p l. item ſi fundi, l. 70. § ſeminarios, de eſu.
q Vlp. in l. ne... l. 7. §. ſ. l. uel inutiliũ, l. 66. cũ ſeq. de vſufr. in P. & l. hactenus, l. 8. §. 1. l. agric. 29. eod.
r Paul. l. arboreã, l. 65. eod.
s l. vſufructu legato, l. 7. & l. hactenus, l. de vſufru. P. l. inter fructuarium, l. 20. de dam. infect. l. 19. tit. 2.
t l. eũ ſorte, l. 6 § Galſus, ſi ſeruit. vendi. l. 2. P. tit. 1. l. ſiquis aſſectio, l. 9 eo.
u l. ſi abſente fructuario, l. 50 de eſufr.
x l. ſi extraneo, l. 50. § ſina. & l. quod ſi hæres, l. 14. de fundo dot.
y l. ſi abſente, l. 65. de vſufr. l. cum fructuarius, l. 71. de vſufru. in P.
z leg. ſed cum fructuarium, l. 72. de vſuf. in P.
a leg. cum ad quem, l. 7. de vſufru. C.
b l. 2. § 4. 3. de impenſ. in reb. dot. fact. l. 1. § 3. & l. uni. §. ſed nec ob impenſas, de rei uxor. actio. l. 5. in ...
c l. ... &

ſoribus ferè locum habet.[d] Et hæc vera,tamen
ſi rerum in dotem datarum vſusfructus tãtum
ad maritum pertineat, & res reſtituendæ ſint:
aliter namque quando res æſtimatæ datæ ſunt
nec reddendæ,ſibi impenſas imputat maritus,
vt in rebus proprijs.[e] Imputat etiam vſufru-
ctuarius impẽſas omnes,quę vſumfructum re-
ſpiciunt,etiam magnas. Nam licèt prædia quæ
dã talia ſint, vt magis in ea impẽdamus,quàm
de illis acquiramus, tamen vſusfructus eorum
relinqui poteſt,[f] vt ſi vſufructuarius velit aſſe,
qui cum onere, habeat, vel cedat, vel expectet
fructum rei, ſi res habitura eum ſit, quæ nunc
non habet.[g] Quare & impendia in ſeruos qui
vſumfructum debent, facienda ſunt ab vſufru
ctuario, ſiue ſani ſint, ſiue ægroti,[h] eoſque &
ſufficienter tenetur alere & veſtire, ſecundum
21 ordinem & dignitatem mancipiorum. Nec de
bent ijs abuti, ſed ſecundum conditionem eo-
rum uti: Nam ſi librarium rus mittat, & qua-
lum, & calcem portare cogat, uel hiſtrionem,
balneatorem faciat,uel de ſymphoniaco atriẽ
ſem, uel de paleſtra ſtercorandis latrinis præ-
22 ponat, abuti uidetur proprietate.[i] In ſumma,
cum vſufructuarius omnem curam rei, qua
frui debet, ſuſceperit,cuſtodiam præſtare ei de
bet, & agere quæ in ſuis ageret, ut uſucapio-
nem interpellare,[k] & ne alienentur res, proſpi
cere: neque habet in poteſtate proprietatem
23 rerum oppignorandi,[l] vel vendendi.[m] Pro-
prietarius autem poteſt pignori dare,[n] & ſer-
uum vſumfructum debentem noxæ dedere,cũ
inde vſusfructus non impediatur, item caſti-
gare, dummodo miniſterio uſusfructus non
reddat deformem,neue occidat.[o] Poteſt tamẽ
uſufructuarius uſumfructum locare,uendere,
uel rem fruendam alij aut precario cõcedere,
donareue fructus, & quia tunc is uti uidetur,&
ſibi retinere nomine alterius,[p] ut tandiu ſcili-
cet fruatur is in quem fit translatio, quandiu
poteſt frui qui transfert: exceptis ueſtibus,qua
rum uſusfructuarius eſt, quas non poteſt loca-
re,quia ſic non uteretur illis bonus paterfam.[q]
24 Poteſt & inuentum conductorem in re cuius
vſumfructum acquirit, expellere,[r] uti empto-
25 ri quoque idipſum licet.[s] Qui ædium uſum-
fructum habet,poteſt lumina aperire quidem,
ſed non claudere, poterit & ornare picturis,
marmore, ſigillis; non dietas transformare,
vel cõiungere,uel ſeparare, uel aditus poſticaſ
que euertere, uel refugia aperire, uel atrium
mutare,uel uiridaria ad alium modum cõuer-
tere,nec qualitatem ædium immutare,non al-
tius tollere, non meritoriam ibi facere ſeu di-
uerſorium,uel fullonicam.[t] Sed etſi quid inæ-
dificauerit, poſteà neque eum tollere hoc, ne-
que refringere poſſe; refixa planè uendicare
poſſe placuit.[u] Nec ei ædificium inchoatum
conſummare licet,etiam ſi aliter habitare non
poſſit,[x] nec nouum tectorium parietibus; qui
rudes eſſent,imponere,etiam ſi melior fiat cau
ſa,[y] nec nouum riuum parietibus imponere.[z]
Neque proprietarius ipſe hæc eadem facere
poteſt ſine uoluntate uſufructuarij:[a] quia ſo-
cij uidentur in dominio,& inuito altero,alteri
in re communi nihil licet,[b] ut neque proprie-
tarius in area, cuius uſusfructus debetur, ædi-
ficium ponere poſſit,[c] ne impediat vſumfru-
ctum. Sed nec ſeruitutem imponere poteſt
proprietarius etiam conſentiente fructuario,
nec amittere: acquirere autem planè poteſt in-
uito fructuario. Fructuarius tamen nec ac-
quirere ſeruitutem poteſt, retinere autem po-
teſt:&

fin. de impenſ. in reb. dot. fact. in P.
d l. ſed etſi hæreditas, § 1. ad exhib. in P. & l. ſi in reb. § poſſunt, commod. P. leg. ſi res, de rei uend. in P.
e l. intereſt, l. 7. de vſufr. C.
f l. ſtatuæ, l. 41. §. fin. de eſufru. in P. l. arbo rib. 13. § de illo, eod.
g l. ſi infantis, l. 40. de vſuf. P.
h l. ſicut impẽdia, l. 52. eod. tit.
i l. ſed etſi quid, 39. §. mancipiorum, & § ſufficienter, de vſufruct. P.
k l. 1. § ſi. & l. 2. vſufr. quẽad. cau. lib. 1. P. tit.
9 l. ſi fundo, de fun. dot. d. l. ſed etſi quid. § ſi.
l l. intereſt. l. 5. C. de eſufr.
m l. vſufructus meus, l. 9. C. eod. l. item ſi fundi, l. 10. § inſtrumẽta, eo.
n l. 2. & 6. C. de vſuf.
o l. iterum, 27. § pen. & fin. de vſuf. & quẽad. quis uta.
p l. arboribus, l. 13. § uſufructuarius, de uſufr. P. §. 2. de uſu & hab. l. nam utitur, l. 41. & 2. ſeq. & l. quod noſtrũ, l. 70. de eſufru. in P.
q l. ſed etſi quid, § etſi ueſtium tonum, de vſufruct. in P.
r l. arboris, l. 66. §. de vſufruct. P.
s l. Iulianus, §. ſi fructibus, de actio. emp. in P. l. emptorem, C. locat. l. ſi cum venderes, de contrah. emp. in P.
t de his Iulia. l. æquiſſimum, l. 13. § ſed ſi ædium, cum ſeq. §§.
u l. ſed etſi quid, l. 19. eod.
x d. l. æquiſſimum, § item Nerua, l. uſufructu, l. 7. § hac ratione, eod.
y l. uſufructu rnæ, l. 61. § 2. eod.
z leg. vſufructuarius, l. 31. eod.
a d. l. 69.
b l. potieſtem, 7. de ſeru. vrb. præd. in P. l. Sabinus, com. diuid. P.
c l. vſufructu, l. 7. §. de vſufru. l. repeti, l. 5 §. 2 & l. 6 & 7. quib. mod. vſusf. amit.

teſt: & ſi furtè quæſita fuerit, non utente fructuario, amiſſa, hoc quoq; nomine tenebitur.[a] Verum poteſt proprietarius locum facere religioſum conſentiente vſufructuario, idque fauore religionis receptum.[b]

a l. ſed etſi qd. 19. §. ſi de vſuf. b Vlpia. in l. loc. l. 21. de uſufruct. & quan. quis ut.

De rebus, in quibus vſusfructus conſtituitur. Cap. IIII.

1 *Omnium rerum poteſt eſſe conceſſus vſusfructus.*
2 *Etiam ſeruitutum, & quomodo ſeruitus ſeruitutis eſſe poteſt.*
3 *Vſusfructus mobilium & immobilium conſtitui poteſt.*

1 QVanquam ex ſuperioribus apparere poſſit, in quibus rebus conſtituitur vſusfructus, tamen per anacephaleoſim breuiter explico: generaliter omnium rerum, quæ in patrimoniu eſſe nuſtro poſſunt, conſtitui poſſe uſumfructum, niſi in legatis excedat is, dodrantis æſti-
2 mationem.[c] Et quamuis ſeruitus ſeruitutis proprie legari nun poſſit, & ideo ſeruitutis prędialis vſusfructus legari non poſſit, quia etiã nec in bonis, nec extra buna nuſtra eſſe uidetur: tamen incerti actione ab hærede eius qui legauit peti poteſt, ut legatario quandiu uixerit, eundi, agendi dicendiue facultatem præſtet.[d]
3 Poteſt & cunſtitui pro parte bonurum, & pro parte diuiſa & indiuiſa.[e] Ergu conſtitui poterit in fundis, ædibus, ſeruis, iumentis, & in cæteris rebus[f] ſoli, & mobilibus,[g] ex lana,[h] oduribus, aromatibus, ſtatua,[i] numiſmatibus uel argenteis ueteribus, quibus pro gemmis uti ſolemus,[k] in partu,[l] in his quæ uſu conſumuntur, ea cautiune & lege,[m] quam ſuperiuri capite explicauimus.

c l omnium, l. 3. de vſufr. P. l. 3. de vſufr. ear. rer. quæ uſu cõſum.

d l 1 de vſu & uſufru legato. lib. 33 P. tit 2. e l. ſi alij vſus, 49. de uſufr in P. d. l. vſufructu, l. 5 eod. f §. cõſtituitur, de vſufr. l. 3. §. cõſtituit, eo. P. g l. uſufructu legato, l. 7. eo. h l. ſi lana, l. 11. de uſufruct. earum rei. quæ vſu conſum. i l ſtatuæ, 41. de vſufr. P. k l numiſmatum, l. 33 eod. P. l. proculus, eod. l l. uetus fuit, l. 71 §. quid tamen, de vſufr. m §. conſtituitur, & ſequ. de vſufru l. 1 & 2. de vſuf. ear. rerum quæ vſu conſum.

De acquiſitione & extinctione vſusfructus. Cap. V.

1 *Vſus, habitatio vſusfructus, acquiruntur vltimis voluntatibus & pactionibus, quomodo per ſingula.*
2 *Seruitutes aliquando fuerunt inpræſcriptibiles, nunc contrà.*
3 *Vſusfructus extinguitur multis modis, ex parte rerum, perſonarum, deficiente conditione, & tempore. Primum ex parte rerum.*
4 *Vſusfructus ædium, quæ omnino corruerunt uel conſumptæ ſunt, non reſtituitur refecto & ædificato ædificio, contrà naturam ſeruitutum prædialium: vide & aliam uſusfructus & ſeruitutis differentiam, numero 10. ſeruitutes prædiales bene reſtituuntur reſtituto ædificio uel prædio &c.*
5 *Ceſſione vſusfructus facta proprietario, uel contrà, uſusfructus extinguitur.*
6 *Vſusfructus etiam extinguitur ademptione, & repudiatione legati.*
7 *Vſusfructus ex parte perſonarum, morte & capitis minutione vſufructuarij, non proprietarij extinguitur.*
8 *Mortuo filiofa. vel ſeruo, qui vſufructuarij relicti erant, vſusfructus remanet penes patrem & dominum, & contrà, mortuo patre penes filium.*
9 *Vſusfructus qua capitis minutione pereat.*
10 *Vſusfructus nõ extinguitur morte vſufructuarij, nec minutione capitis, ſi is grauatus eſt alteri vſumfructum reſtituere.*
11 *Vſusfructus & aliarum ſeruitutum prædialium realium differentia, quæ non extinguitur morte uel capitis minutione ius habentis ſeruitutis.*
12 *Vſusfructus extinguitur deficiente conditione, & adueniente die.*
13 *Vſusfructus finitur non utendo: Exceptis operis ſeruorum.*
14 *Vſusfructus relictus ciuitati, quomodo extinguatur morte, & alijs modis: vide num. 18.*
15 *Aratrum ciuitati inducere quid, & quibus inductum.*
16 *Ciuitates quomodo intereant.*
17 *Vſusfructus relictus ciuitati, extinguitur centum annorum ſpatio. Eccleſiæ relictus vſusfructus quoque centum annorum tempore finitur.*
19 *Extinctus vſusfructus ut plerunque ad proprietatem reuertitur, & quando alio.*
20 *Iure accreſcendi quomodo uſusfructus accedat.*
21 *Coniunctio iuris accreſcendi tripliciter fit, re, verbis, & vtriſque interuenientibus.*

1 COnſtituitur & acquiritur vſusfructus, uſus, & habitatio ex ultimis voluntatibus ut ex legato,[n] conuentionibus, pactionibus, & ſtipulationibus,[o] per iudicium familiæ erciſcundæ, & communi diuidundo, cum alij uſumfructum, alij proprietatem iudex adiudicauerit,[p] vel purè, vel ex die, vel in diem,[q] in annos ſingulos,[r] uni uel duobus ſimul, alternis annis,[s] ſub conditione.[t] Inutiliter tamen relinquetur vſusfructus alicui, cum is morietur, collatus in id tempus quo à perſona diſcedere incipit. Acquiritur quoque præſcriptione longi temporis codicis iure,[u] quamuis antiquo, quo inpræſcriptibiles erant ſeruitutes,[x] aliud fuiſſet receptum,[y] item iure accreſcendi.[z] Extinguitur autem uſusfructus, uel ratione rerum, quæ debent eum, uel perſonarum, quibus debetur, uel deficiente conditione, uel tempore: ex parte rerum, ſi res in qua uſusfructus erat conſtitutus interierit, ut ſi ædes incendio conſumptæ,[a] uel ſi terræmotu, uel uitio ſuo corruerunt in totum ut nec areæ quidem uſusfructus debeatur, non cæmentorum,[b] etiam ſi reficiatur ex iiſdem cæmentis.[d] In quo hæc ſeruitus uſusfructus differt à ſeruitutibus realibus prædialibus, in quibus reſtituto ædificio, reſtituitur ſeruitus.[d] Verumtamen ſi uſusfructus fundi legatus ſit, & in eo ædificia ſint, & interierint uel corruerint, uſusfructus areæ erit eius, cuius eſt & fundi, non enim principaliter uſusfructus ædium legatus erat, ſed fundi, cui ædificium ut acceſſorium aduenit:[e] ſi pecus qđ in uſufructu eſt moriatur, caro & corium pecoris non ſunt in fructu:[f] perit & vſusfructus legati gregis, ſi tantum numerus gregis decreuerit, ut grex nõ intelligatur.[g] Mutatione quoque rei interit uſusfructus, ut ſi teſtator qui legauit uſumfructum balnei, ex balneo tabernam uel dietam fecerit: Hiſtrionem, cuius debitus uſusfructus, in alium miniſterium trãſtulerit,[h] quia ius hoc eſt in corpore,[i] ueluti accidens in ſubſtantia, & hoc corpore ſublato, neceſſe eſt hoc ius interire. Quò fit, ut redeunte ſtatu corporis, natura ſine artificio in priſtinũ ſtatum redeat, & extinctus uel melius ſuppreſſus uſusfructus: ueluti quando ager, in quo uſumfructum habemus, occupatur à flumine, amittimus uſumfructum, & quando eodem impetu receſſerit aqua, quo uenit, ſicut reſtituitur

n l. 3. & 6. de vſufr. & quẽad. quis uta. tot. tit. de uſu & uſuf. legat. n § ſine teſtamento, de uſufruct. in P. & l. 3. § ſine teſta. eod. tit. p l. vſusfructus § conſtituitur, de vſufr. P. q l. 3. & fin. de vſuf. l. 1. § item ſi ex die, quan. dies vſusfr. leg. ced. lib. 7 P. tit. 3. l. 3. qb. mod. uſusfru. amitt. r l. 3 qb. mod. vſusfru. uel uſ. amitt. lib. 7. P. tit. 4. s l. 1. § ſi. eod. t l. ſub conditione, l. 61. de uſufr. u l. ſi. de præſc. long. temp. x l. ſeruitutes, li. 14. de ſerui. y l. iuſto l. 44. § antepen. de uſur. P. z l. 1 & 4. § 2. de vſusfruct. accreſc. P. a l. Titio, l. 58. de vſufr. P. l. p. de vſufru. lega. P. cum ſimilib. ibi nota. b § eo amplius cõſtat, de uſuf. ap. Iuſtin. Vlp. l. repeti poteſt, l. 5. §. rei mutatione, quibus mod. uſusfru. amitt. lib. 7. P. titu. 4. l. ſeruitutes, leg. 19. § ſi ſublatum, de ſerui. vrb. præ. lib. 8 P. titu. 2. l. quoties, 41. § final. eod. tit. de vſufr. l. ſi cui, de vſufr. P. c l. quid tamẽ, l. 34. § in nauis, quib. mod. vſusfr. amitt. d d. l. ſeruitutes, § ſi ſublatum, l. ſi teſtamentum, & l. 6. de ſeruit. urba. l. & ſi forte, & l. etiã, ſi ſeruit. uendic. in P. e l. pen. & fin. qb. mod. vſusfruct. amitta. f l. ſi eod. g l. fundi, l. 9. & l. ſed & eod. tit. & l. quid tamen, 10. quib. mod. uſusfruct. amittat. l. qui uſusfructũ areæ l. 43. de vſuf P. h l. ſi cui balnei, l. 12. eod. qb. mod. vſusfr. amitta. i l. 9. de vſufr. in P. § 1. eod. de. ap. Iuſtin.

ſtituitur proprietas, ſic & uſusfructus.[a] Sic ſi ager ab hoſtibus ſit occupatus, ſerui ſve capti, & redeant uel redimantur, iure poſtliminij, reſtituetur eorum uſusfructus.[b] Neque tamen uſucapio proprietatis, priuat aliquem uſufructu,[c] quam ius paulò aliter dixeris in operis legatis, nam ſeruo uſucapto, legatum operarum
5 eius perit.[d] Extinguitur deinceps uſusfructus, ſi domino proprietatis ab uſufructuario cedatur: nam cedendo extraneo nihil agitur: uel ex contrario, ſi uſufructuarius proprietatem rei acquiſierit, quæ res conſolidatio appellatur.[e]
6 Item redemptione legati[f] facta a teſtatore,[g]
7 uel repudiatione legati.[h] Ex parte perſonarũ, quibus debetur uſusfructus, morte extinguitur uſufructuarij uſusfructus, & capitis diminutione.[i] Et tamen morte proprietarij, uiuen-
8 te uſufructuario non extinguitur.[k] Notandum tamen hic eſt uſumfructum filiofam. uel ſeruo alieno relictum, ita acquiri patri & domino, ut licet filius uel ſeruus moriatur, uel ſtatum mutent, remaneat uſusfructus penes eos: ſicuti & mortuo patre, uel magna aut media capitis diminutione affecto, apud filium remanet, etiã ſi hæres a patre non relinquatur, quia utriuſque contemplatione relictus cenſetur:[l] ita & penes dominum ſerui ex aſſe remanet pro parte ſeruo alienato, cui relictus fuerat uſusfruct⁹.[m]
9 In capitis minutione rurſum obſeruandũ eſt, magnam & mediam perimere uſumfructum iam conſtitutum & competentem, non autem eum, qui poſt minutionem competit uel cedit, uel conſtituitur.[n] Item nec minima capitis minutione amittitur uſusfructus, ueluti emancipatione,[o] uel contra, cum is qui ſui iuris eſt, cœpit alterius iuri ſubiectus eſſe.[p] Poteſt & deberi poſt capitis minutionem magnam & mediã, ſi in legato repetatur, *quoties quis capite minutus erit, do, lego:*[q] quod cenſetur repetitũ, quando in annos ſingulos res legaretur, ut Antoni-
10 nus Cæſar ad libellum reſcripſit.[r] Item quando legatarius grauatus eſt, reſtituere alij uſumfructum, nec morte, nec minutione capitis legatarij extinguitur,[s] ſed magis inſpicimus per-
11 ſonam fideicommiſſarij: In quo etiã iura prædiorum ab uſufructu differunt, nam illa nec morte, nec capitis diminutione eius cui deben-
12 tur, intereunt.[t] Finitur etiam uſusfructus deficiente conditione, uel die, ad quam conſtitutus eſt.[u] ſi tempus, ad quod legatus eſt, finitum
13 ſit.[x] Non utendo quoque, ſi per nos ipſos, uel per alias perſonas non retineamus nomine noſtro,[y] nempe amittimus decennio inter præſentes, & 20. annis inter abſentes, a tempore quo cœpit competere computandis.[z] Excipiuntur operæ ſeruorum, quæ legatæ, nec capitis diminutione amittuntur, nec præſcribi poſſunt.[a] Quia opera in actu conſiſtit, nec prius eſt in rerum natura, quàm is dies uenerit, quo præſtan-
14 da eſt.[b] Rationem etiam temporis habet extinctio uſusfructus legati, uel conceſſi municipibus, uel ciuitati. Nã ne inutilis ſit perpetuò proprietas, placuit extingui poſſe uſumfructũ illis relictum, uel ratione rei, uel ratione temporis in ciuitate conſiderati, perinde ac in homine ſingulari. Proinde ſi inducatur aratrum ciuitati, ciuitas eſſe deſinit, & uſusfructus extin-
15 guitur.[c] Aratrum ciuitati inducere, eſt ita eã demoliri, ut uix ueſtigia ciuitatis relinquãtur: ſed inibi terra culta aratro locum præbeat non habitationi, ſed ſationi idoneum. Quemadmodum paſſa eſt aratrum ita Carthago a Romanis,[d] ab alijs Ilion, Thebæ, Corinthus, Numãtia, Athenæ, Saguntum. Et ab Abimelech Sichen, qua deſtructa etiam, ſuper eam diſperſit ſalem.[e] Ab Auguſto Federico Aenobarbo Mediolanum, ab Henricho Bononia, Brixia.[f] Sic Micheas[g] de impijs iudicibus per munera iudicantibus loquutus, *Super dominum*, inquit, *requieſcebant dicentes: nonne dominus eſt in nobis? non uenient ſuper nos mala. idcirco propter uos Syon, quaſi ager, arabitur, & Hieruſalem ut cuſtodia pomerij erit.* Et alibi Deus,[h] *ſi audieris, in una ex ciuitatibus quas dominus Deus tuus dabit tibi, inhabitare ibi dicentes: eamus & ſeruiamus dijs alienis, quos non nouiſti: interficiens necabis omnes qui ſunt in ciuitate cæde gladij, & incendes ciuitatem igni, & erit ſine habitaculo in æternum, non reædificabitur etiam nunc, &c.* Horatius quoque,[i]

Iræ Thyeſtem exitio graui
Strauere, & altis urbibus ultimæ
Stetere cauſæ, cur perirent
Funditus, imprimeretque muris
Hoſtile aratrum exercitus inſolens.

16 Idem dicendum eſt, ſi alio modo ciuitates extingui, & mori dicantur: puta qui inhabitabiles, & ab habitatoribus relictæ, eo animo ne poſthac in illas reuertantur:[k] uel quia hoſtium ferarumve metu pulſi, non redierũt, uel peſte aliove morbo populari necati ſunt incolæ, nec alij eo conſederunt poſtea: ſi incendio perierint ædificia nuſquam, dehinc refecta: ſi ab animalibus ſubruta. Sicuti narrant a cuniculis ſuffoſſum in Hiſpania oppidum: a talpis, in Theſſalia: a ranis ciuitatem in Gallia pulſam: a locuſtis, in Africa: ex Gyaro Cycladum Inſula incolas a muribus fugatos: in Italia Amiclas a ſerpentibus deletos: in Aethyopia deſertam regionem, gentem ab ſcorpionibus & ſolpugis ſublatam: Oreterietes abactos, ab Scolo-
17 pendris.[l] Præterea ultra interitum realem ciuitatis, tempore centum annorum, qui finis uitæ longiſſimus, uſusfructus relictus municipibus expirat.[m] Quod ius obſeruari placuit[n] in uſufructu relicto eccleſiæ quæ gaudet ijſdem priuilegijs, quibus reſpublica.[o] Neque hanc ſententiam offendit, quod Maximius[p] tradit in computatione legis Falcidiæ in uſufructu reipubl. legato, ſiue ſimpliciter, ſiue ad ludos, computationem fieri tantum 30. annorum: Siquidẽ nõ ideo minus in centum annos porrigitur lega-
18 tũ uſusfructus, nec id Maximius uetat. Amittitur & a municipibus uſusfructus, non utẽdo, alijſque modis, quibus a priuato amitti recẽſui-
19 mus. Cæterum extinctus ſeu amiſſus uſusfructus, interdum & ut plerumque reuertitur ad proprietatem:[q] aliquando ad alios quàm proprietatem habentes: ueluti ſi alicui proprietas deducto uſufructu legata fuerit: ſi alij uſufructuarius reſtituere uſumfructum rogatus fuerit:[r] uel ſi quæſitus per filium patri, uel per ſeruum domino, altero horum præmoriente, non redit ad proprietatem, ſed ad ſuperſtitem per-
20 tinet quamdiu uixerit.[s] Per ius accreſcendi quoque ad alios, quàm proprietarios ab uno ex uſufructuarijs amiſſus peruenit. Et Celſi ſententia eſt, toties ius accreſcendi eſſe, quoties duobus qui ſolidũ habuerunt cõcurſu diuiſus

a l. ſi ager, l. 13. §. l cũ uſumfr. l. 24. quib. mo. uſusfr. amitt.
b l. ſi ager. ab hoſtib. l. 16 ro. l. poſtliminiũ, de capt. & poſtlimi. reuer.
c l. locũ, l. 31. §. proprietar⁹. de uſufr. in P. l. inſto, l. 44. §. nõ mutat, de uſuca. li. 41 P. tit. 3.
d l. 2. §. fina. de uſu, & uſufruc. leg.
e §. itẽ finitur, de uſufr. ap. inſtim.
f l. ſi tibi fũdi, l. 17 l. ſi ſeruus, 27. quib. modis uſusfr. amitt. l. quoties a. 41. §. quod ſi fil⁹ & l. dom nus fructuario, l. 64. de uſufr P.
g l. per ſeruũ, l. 14. §. ſi de uſu & hab. P. lib 7 tit. 8 l. idem generali, l. 31. §. idẽ quæſiit, de uſu & uſufr. lega. P.
h l ſi Titio fundo l. 10. de uſu & uſuf. leg.
i §. finitur, de uſufr. l. 3. §. fin. qb mod uſufr. ami. l. ſi uſufr. l. 41 §. ſi de uſufr l. in ſingulos, l. 8. de annuis leg. lib. 33. P. tit. 1 l. patrimonij, l. 21. & l. ſi quis uſumfr. l. 29 de uſu & uſufr legat. l. r. l. ambiguitatẽ, l. 12. l. 3 l. antiquitas, 14. l. corruptione, l. 16. de uſufr C.
k l. 3 & l. ſi domina, l. in C. de uſufr l. ſi ſocerus tuus, l. 18. de iure dot. li 5. C. tit. 12.
l l. unal. C. de uſufr.
m l. inter antiquam, l. 13. de uſufr. C.
n l. 5. cum ſuis §§ quib mod. uſufr. amitt l. Titius uſusfru. de cond. & demonſtr.
o l. corruptionem, l. 16 §. ſed neque, de uſuf. C. §. 2 de acqui. ſi. per arrog. c.
p §. 1. de cap. dimin. ap Inſt. & ibi de tripl. ca. diminut. ut & in l ſin & l. 2. in princ & §. 2. eod. tit. lib. 4. P. tit. 4.
q l. ſicuti in annos, l. 3. & l repeti, l. 5. quibus mod uſusfruc. amitt. l. in ſingulos, l. 1. de annuis lega. P.
r l. licet ſe tatori, l. 29 de uſu & uſufr leg. P.
s l. ſi quis uſumfructum, l. 30. de uſu & uſuf. legat. l. 4. quib. mod. uſusfruc. amitt.
t l. quẽ ad. ſer. amitt. lib. 8. P. tit. 6.

u l. ambiguitatem, l. 12 C de uſufru. l. cui uſusfructus, l. 30. & l. 32 §. duas, de uſu & uſufru. lega.
x l. 8 uſusfructus, l. 8 de uſufru. lega.
y §. finitur, de uſufr & Vlp. in l Pomponius, l. 29 l ſi mulieri, l. 22. l ſi uſusfructus, l. 28. quib mod uſusfruct amitt l arboribus, l 11 §. uſufructuarius. & §§. ſeq l. ano utitur, l. 45. cum duab. ſeq. de uſufr. P. l 3. ſi uſufruc. petat. lib. 7 P. tit. 6
z l. cum notiſſimi. §. in his, C. de præſcrip. 30 uel 40. ann. Melius in l. pen de ſeruit. & aqua. lib. 3 C tit. 34 l. corruptionem, C. de uſufr. l. ſi. de præſcr. long. temp. l. ſeq. ut ſi. tit. §. ſi. de uſucap. P.
a l. 2. de uſu & uſufr lega in P l 1. de oper. ſeru. in P.
b l. 1. de oper. liber. lib. 7. P. tit. 7.

c l. ſi uſusfr. ci uitatis, l. 21 qui b. mo. uſufr. amitt. Aratrum inſigne. Cæl Rhodigi. lib. 14 c 5.
d d. l. ſi uſusfr.
e Iudic. c. 9.
f Aurt. lo Laut ſ. dz. §. nemũ qm m. de pace. Panormi in c. dilectus, de ſimonia.
g Micheas, ca. 3 can iudices, 3 q 1.
h Deute. c. 4. & can ſi audis 23. q. 5.
i Horat. libr. 1. Carmi. ode 16.
k gl in d. l. ſi uſusfru⁹, 21. de uſufr.
l Plinius, lib. 8. cap. 29.
m l. ſi uſusfructus municipibus, l. 8 de uſu & uſufru. lega. lib. 33 P tit. 2. l. an uſusfructus, l 43. de uſufruct.
n gl in a. d l. an uſusfructus.
o l. ſi. C. de ſacroſan. eccl.
p l hæreditatẽ, l. 68. ad l. Falcid. in P. li. 35. tit. 2.
q §. ne tamen, de uſufr & l. 3. §. ne tamen, eodem. P.
r l. ſi legatum, l. 4 quib. mod. uſusfr. amitt. l. ſi quis uſumfructum, l. 30. de uſu & uſufr. lega. P.
s l. 8. C de uſufruct.

eſt.[a] Et quoties uſusfructus legatus eſt, ita inter fructuarios eſt ius accreſcendi, ſi coniunctim ſit uſusfructus relictus; Cæterum ſi ſeparatim unicuiq; partis rei uſusfructus ſit relictus,
21 ſine dubio ius accreſcendi ceſſat.[b] Cõiunctio tripliciter fit re, uerbis, & re, & uerbis ſimul.[c] Re, ut Titio uſumfructum fundi Semproniani do, lego, & eiuſdem fundi uſumfructum Caio do, lego, faciunt enim partes cõcurſu, utrique in ſolidum uſufructu legato.[d] Quamobrem altero ex legatarijs mortuo, uel legatum repudiante, quia concurſus ceſſat, alteri in ſolidum per ius non decreſcendi debetur. Verbis coniunctio fit, ut Titio, & Sempronio uſumfructũ æquis portionibus fundi Semproniani do, lego; uerbis namque & coniunctione coniuncti ſunt, ſed re & portionibus diuiſi intellectu. Re & uerbis, ut Titio & Sempronio Corneliani fundi relinquo uſumfructum, quorum coniunctio cæteris coniunctis præfertur.[e] Coniunctio realis illa, dum ſeruo communi uſusfructus relinquitur, nam uno dominorum repudiante, uel amittente portionem ſuam, alteri per ius accreſcendi acquiritur, non autem proprietati accedit.[f] In re coniunctis adimit ius accreſcendi modus legandi, ſi a pluribus hæredibus duo eiuſdem rei uſumfructum conſequantur ſeparatim,[g] niſi ſint & uerbis coniuncti.[h]

a l idem Neratius, l 4 de uſufru accreſc. lib 7 ff tit. 9.
b l 1. de uſufr. accreſc. in ff.
c l tripli. l. 142. de uer. ſig. l re coniuncti, l 89 de leg. 3.
d l 1 § fina. de uſufr. leg.
e d. l. tripliciter, & l re coniuncti, & l 1 § idẽ eſt, de uſufr. accreſc.
f l 1 § deniq. de uſuf. accreſc.
g l cum ſingulis, l 11 & l fin. de uſufr. accre.
h l ſi duobus § fin. de lega. 1.

De diuiſione ſeruitutum realium prædiorum. Cap. VI.

1 *Seruitutes reales prædiales, aut in ſolo, ut ruſticæ: aut in ſuperficie, ut urbanæ: prædium urbanum quid faciat, & quid urbanum.*
2 *Vrbana ſeruitus quid.*
3 *Ruſtica ſeruitutes in affirmatiua conſiſtunt.*

1 SEruitutum prædiorum aliæ conſiſtunt in ſolo, aliæ in ſuperficie.[i] Seruitutes ſoli, ruſticæ dicuntur: ſuperficiei uerò urbanæ.[k] Vrbanum prædium, non ſolum, ſed materia facit:[l] ædificiaque talia ſunt, quæ uel in uicis, uel uillis, uel alio loco extra urbem ſunt ſita,[m] & ſtabula ædificijs coniuncta; non coniuncta enim ruſticis accedunt:[n] per ſe enim urbana ædificia dicuntur habitandi cauſa conſtructa, ad ſimilitudinem urbis. Quare duo requiruntur in illis, nempe ædificium, & quòd cauſa habitandi ſit.[o] Omitto reliquas urbani appellationes, nã latiori uocabulo quàm egeamus comprehenduntur; ueluti ſi dicamus urbanum, quod ambitu murorum urbis continetur,[p] unde & prætor urbanus.[q] Item etſi uocamus urbanum, quod ad uſum urbis uel urbanæ habitationis comparatum eſt, ueluti ſuppellectilem urba-
2 nam,[r] ſeruum urbanum.[s] Vrbanæ ſeruitutes ſunt, quæ urbanis ædificijs adhærent,[t] id eſt, quæ debentur ædificijs urbanis, uel a prædio urbano, uel a ruſtico. Sicuti & ruſticæ, quæ inhærent prædijs ruſticis, eiſque debentur uel ab urbanis, uel a ruſticis prædijs, ſine quibus non
3 poſſunt conſtitui.[u] Omnes ſeruitutes ruſticæ ſunt in affirmatiua tantum, ueluti ius eſſe eundi, agendi, & ſic de ſimilibus. Vrbanæ autem & in affirmatiua & negatiua conſiſtunt, ut ius eſſe altius tollendi, uel non tollendi, ſtillicidium auertendi, uel non auertendi, &c.[x]

i Pau. in l 3 de ſeruit. ff.
k l ſeruitutes quæ, in fi. l 19. de ſeru. urban. præd.
l l urbana prædia, l 198. de uerb ſign. & l. urbana familia, l 166 eod. tit. l. ſi pendiſſ, C. de præd. minor.
m d l. urbana prædia, l 1 cõ. ſeru præd. in ff. § prædiorũ, de iure urat ap Iuſtin.
n l eo iure. l. 4 § ſtabula, in quib. cau. pign. uel hypot. tac. contrah lib. 20. ff. tit. 2.
o d. l. urbana prædia.
p l. 2. de uerb. ſign.
q l 2 § cumq; ædiles, de orig. iur. in ff.
r l quemadmodum, de ſuppellec. lega.
s l. ſeruus urbanus, de leg. 3
t § prædiorũ, de ſeru. ruſt. l. 1. comm. præd. in ff.
u d. l 1 comm. præd. § ideo, de ſeru. ruſt.
x l. 2 & ibi gl. in uerbo & officiendi, de ſer. urb. præd.

De ſeruitutibus urbanis, primùm de ſeruitute oneris ferendi, de parietibus, & de his quæ admouentur illis, balneis, tabulis, fornacibus, latrinis, cloacis. Cap. VII.

1 *Oneris ferendi ſeruitus, urbana.*
2 *Qui debet ſeruitutem oneris ferendi, debet columnam uel parietem gerinum reficere, non qui habet.*
3 *Poteſt tamen dominus inferior relinquendo rem ſe onere liberare.*
4 *Parietes pro columnis, & quid paries.*
5 *Porticus, paries apertus.*
6 *Parietes gerini, & intergerini, & liberi qui.*
7 *Per areas diſtributa loca fundandis ciuitatibus deſignata, ubi ædificia fierent.*
8 *Leges de craſſitudine parietum ædificiorum lata.*
9 *Domus Romæ primum unius contignationis, poſtea plurium, ædes ab aditu plano, cella, penaria, cubiculum, cænaculum unde dicta, &c.*
10 *Modus altitudinis domorum quando, & qualis præſcriptus.*
11 *Appellatio parietis & murum, maceriam continet, & quid utrumque & ſiccus paries, maceria, &c.*
12 *Parietum uariæ diſtinctiones a materia quæ ſunt: Marmorei, cæmentitij, cratitij, formacei, &c. & qui.*
13 *Parieti balnea uel tubulos, non liceat admouere.*
14 *Parieti uicini quando fornacem admouere liceat.*
15 *A furno damnum datum uicino, qua actione petatur, & quomodo ne detur proſpicitur.*
16 *De furno & molendino bannario.*
17 *De ſcalarum admotione ad parietem uicini, quando permittatur.*
18 *Parietum fundandorum lex ex Solone, & de interſtitio, ſeu ſpatio pedum iuxta uicini prædium uel murum relinquendo.*
19 *Capolæ contradictio, de interſtitio ædificandi iuxta uicinum, & delecta opinio.*
20 *Cuius ſint interſtitia inter duos parietes inuenta.*
21 *Signa quibus murus proprius uel communis probatur, & docetur.*
22 *Aedificare ſuper parietem alterius, uel in alterius ſolo quando liceat.*
23 *Fiſtulas & tubulos per parietem immittere quando liceat.*
24 *Latrinæ quando & quomodo uicino parieti adijciantur.*
25 *Fodere uel cauare ſub alieno non licet.*
26 *De puteis, penu terreſtri, cloaciſque iuxta uicinum ædificandis.*
27 *De machinis ædificandi cauſa in uicini pariete admouendis.*
28 *Sterquilinium non licet habere iuxta uicini parietem, uel iuxta communem, nec in ſuo quod noceat uicino.*
29 *Fœtidum ſterquilinium uel cornua, non poſſunt iuxta uicinos poni, ſi odor offendat uicinos.*
30 *De pariete in uicini ædes uentrem faciente emendando, & de alio pariete reficiendo, quomodo, & a quo, & cuius expenſis reficiendus. Socius, qui contumax eſt in ſoluendo refectionem parietis communis, amittit ius quod fit in ſolidum reficientis.*

1 SEruitutes nrbanæ ſunt enumeratæ
a Iuſtiniano, Caio, & aliis. [a] Pri-
ma, ut onera uicini ſuſtineantur, [b]
dicta ſeruitus oneris ferendi. Cu-
ius ædificium iure ſuperius eſt, ei ius eſt ſupra
ſnum ædificium imponere, dummodo inferio-
ra ædificia grauiore ſeruitute nõ oneret, quàm
2 pati deberent. [c] Et hoc ſingulare in bac ſeruitu
te, ut is qui debet ſeruitutem, quique babet æ-
des, quæ debent columnam uel parietem one-
ri ferendo, debeat parietem reſtituere, non is
qui onus vult imponere, quia perpetuum talē
qualis erat tunc cum impoſita fuit ſeruitus, de-
bet. [d] Et ita actio pro hac ſeruitute competit, vt
onera ferat, & ædificia reficiat ad eum modū,
qui in ſeruitute impoſita cumprehenſus eſt, &
poteſt eum ſingulari iure cogere, [e] ueve faciat
deteriorem quàm debeat, aut operis noui nnn-
ciatione, aut hac actione conſeſſoria, prohibe-
re: [f] poteſt & petere, ſi non reficiatur, uel ſi ope
re non competenti ædificetur, fructus, ſcilicet
commodum, quod conſequeretur, ſi onera ui-
cinus ſuſtiueret. [g] Tuncq́ne per iudicem impe-
ratur uel refectio, uel cautio: alioquiu & iu li-
3 tem iuratur quanti interſit. [h] Verum & hoc ſin
gulare eſt in gratiam domini ædium quæ ſer-
niunt, ut quia hæc eſt ſeruitus rerum non per-
ſonæ, poſſit relinquendo rem liberari: [i] & ita a
refectione erit liber, ut uſufructuarius, rem o-
mittendo. [k] Sed quia plura ſunt onera quæ pa
rietibus imponūtur, de bis pauca dicēda ſunt,
& quia parietes debeut eſſe oneribus ferendis
pāres: alioquin nec rectè ſeruitus illis imponi-
tur, uel ſi imponatur onus nimium graue, pro
xima ruina eſt, & commoditas utilitaſve iute-
4 rijt. Parietes ſunt, ueluti ſingulæ perpetuæ in
latitudinem & altitudinem columnæ: [l] uti por
5 ticus, eſt pluribus in locis apertis paries, unde
fiunt latiores in imo, ſed contractiores in uerti
cem, ad imitationem columnarū tollēdi ſunt.
6 Nam & onera iſti ſuſtiuent, ſed alij alijs maio-
ra. Qua ratione alij intergerini, alij gerini, alij
liberi ſunt ab onere. Intergerini ſunt, in quos
onera dnarum domorum, uel duarum diuerſa
rum partium domus, incumbunt & ſuſtiuen-
tur: dicuntur vulgò, communes & medianij:
gerini ſunt, qui unius partis onus ſuſtinent, ut
qui in angulis inſularum ſunt, quive liberi a
trabibus: liberi dicuntur, qui extra ædificia sūt
areas diuidentes, uel cingentes fundos, mace-
7 rias, ſepes. Ab initio fundatis ciuitatibus areæ,
ſiue loca diſtributa fuerunt pro priuatorū do-
mibus ædificandis ſingulorum, iuxta numerū
ciuium recipiendorum. Vnde bodie alicubi, &
ferè nbique in ciuitatibus norunt conſules uel
decuriones, quot fuerint areæ, quot nunc quiſ-
que poſſideat, ædificijs dilatis auaritia nel cupi
ditate, uel neceſſitate rei familiaris, nt cenſus
impoſitio & exactio pro modo poſſeſſionis lo-
8 ci facilior ſit. Romæ idipſum aliàs factitatum,
& diuiſæ areæ, legeſque ædificationi parietum
impoſitæ, ue areæ habitationi deſtinatæ parie-
tibus occuparentur. *Et proinde* inquit Vitru-
uius, [m] *leges publicæ non patiuntur maiores craſſi-
tudines, quàm ſeſquipedales conſtitui loco commu-
ni: Cæteri autem parietes, ne ſpatia anguſtiora fie-
rent, eadem craſſitudine collocantur. Lateritij uerò
(niſi diplinthij, aut triplinthij fuerint) ſeſquipedali
craſſitudine, non poſſunt pluſquam unam ſuſtinere
contignationem.* In ea autem maieſtate urbis &
ciuium infinita frequentia, innumerabiles ha
9 bitationes opus fuit explicare. Antea quidem
unius tantummodo contignationis erant do-

a Iuſtin. in §. prædiorum, de ſeru. ruſt. præd. l. 1. 2. & 3. de ſeru. urb. præd.
b l. & ſi fortè, l. 6. §. etiam ſi ſeruitu. uendic. lib. 8. P. tit. 5.
c l. caius, l. 23. de ſeruit. urba. præd. in P.
d l. eum debere columnā, l. 32. de ſeru. urb. præd.
e Vlp. in l. & ſi fortè, l. 6. §. ait, de ſeru. ti ſeru. uend. P. l. ſicuti, l. 8. §. duntat, co. tit.
f d. l. & ſi fortè, §. parietem.
g d. l. & ſi, §. modus, & § uenit & fructus.
h l. harū actionū, l. 7 & l. ſeq. eod. ti ſer. uen.
i d. l. & ſi fortè. §. Labeo.
k l. cū uſufructuarius, & l. ſed cum, de uſu fruct. in P.
l Leo Baptiſta Albertus, lib. 1. de re ædificato ria, c. 10.
m Vitruuius, lib. 2. de architectu. c 8. Plin. quoque, li. 35. c. 14.

mus in plana area, unde ædes ab aditu, quòd
plano pede adibant. Et in illis erat area quædā
operta nec tecta, locus intra parietes pātulus,
qui eſſet ad communē omnium uſum, dictus
cauædium, circa quod erat, nniuſcuinſque rei
ntilitatis cauſa parietibus diſſepta: ubi quid cō
ditum eſſe nolebant, a celando cellam appellæ
runt: penariam, ubi penus: ubi cubabant, cubi-
culum: ubi cœnabant, cœnaculum uocitabāt,
10 ut horum omnium autbor Varro. [n] Et altitu-
do ædificandi conſtituta tempore Cæſarum. [o]
Cæterum cnm recipere non poſſet area plana
tantam multitudinem ad habitandum iu ur-
be, ad auxilium altitudinis ædificiorum res ip-
ſa coegit deuenire. Itaq; pilis lapideis, ſtructu-
ris teſtaceis, parietibus cæmentitijs, altitudines
extructæ, contignationibus crebris coaxatæ,
quæ cœnaculorū ſummas utilitates perficiunt
& deſpectationes. *Sic*, inquit Vitruuius, [p] *menia
nis & contignationibus multiplicatis populus Ro-
manus egregias cœpit habere ſine impeditione habi
tationes.* Superuenit lex ædificatoria Traiani,
ne domorum altitudo ſexaginta ſuperaret pe-
des, ob ruinas faciles, & ſumptus, ſi quādo hæc
11 contingerent, exitioſos. [q] In iure appellatio pa
rietis continet & murum & maceriam. [r] Murū
cum cæmento: mâceriam ſine cæmento, & ſic-
12 cum, ut nocant, parietem arbitrantur. Sunt ta-
men aliæ parietum diſtinctioues, a materia &
forma tractę: nam quidam ſunt marmorei, alij
ex lapide quadrato conſtantes, alij cæmentitij
ex informibus, ſed imbricum modo hærētibus
lapidibus: ſunt teſtacei, ex latere igne præco-
cto: latericij, ex crudis lateribus ſole tantum ſic
catis: ſunt craticij, ligneis cratibus, aut cannis
in modum cratis, implexis inter arrectariorū
& trāſuerſariorum diſpoſitiones, luto inducto
ſubagitato, uel commixto fœno, uel palea. vo-
camus Tbolosæ, *tortis*, alibi ut Pariſijs cratitij
gypſo replentur & ędificātur. Sunt formacei, [s]
qui in forma intra duas tabulas inſtruuntur,
dum infarcitur forma, terra aute ſubacta, &
ibidem uectibus depreſſa, uocamus, *paroit de
table*. Maceriæ alij, ut diximus ex cęmentis ſine
arenato connexis. Craticios improbat in ædifi
cijs ob incendia Vitruuius his uerbis. [t] *Cratitij
uelim ne inuenti fuiſſent. Quantum enim celeritate,
& loci laxamento proſunt, tanto maiori & commu
ni ſunt calamitati: quòd ad incendia, uti faces, ſunt
parati. Itaque ſatius uidetur eſſe impenſa teſtaceo-
rum in ſumptu, quàm compendio cratitiorum eſſe
in periculo, &c.* Formaceos æuis durare incorru
ptos uentis, ignibus, imbribus, omniq́ue cæmē
to firmiores tradit Plinius [u] in Africa, Aſiaq;.
In iure quidem & hæc obſeruari debent. Verū
quod pertinet ad uſum ſeruitutum, hoc unum
mihi uidetur tantum perpendendum, ut oneri
ferundo paries ſit idoneus & ſufficiēs, ſiue aga-
tur de partiario intergerino, uel alio. Et proin-
de onera erunt, quæ parietibus imponuntur,
13 conſideranda. Quare balnea uel tubulos non
licet facere contra parietem uicini, ſi is ex illis
lædatur, etiam ſi ſit partiarius: contra, ſi non lę-
datur. [x] At ſi paries ſit alienus, uicinus non pōt
habere contra eū nllo modo ſine iure ſeruitu-
tis balneum, niſi iuxta murum uicini aliū ſibi
14 ædificet ſufficiētem ad id munus. Idem de for-
nace dicendum eſt, niſi paries cōmuuis forna-
ci eſſet deputatus. [y] In ſuo tamē poteſt quis ędi
ficare contra parietem uicini, dūmodo pericu-
lum incendij non immineat: tunc. n. prohiberi
15 poteſt. [z] In furno, ſi uicino parieti eo damnum
datum eſt, ut quia combuſtus, agitur actione

n Varro, lib 4. de ling. Latin.
o l. 1. de ædific. priua. C.
p Vitru. libr. 5. c. 8.
q Sext. Aurel. Victor, in epito Cæſarum, in Traiano.
r l. quantum, l. 157. de uer. sig. & ibi gl. de maceria, in l. ſi ote cano, l. 18. commu. præd. in P.
s de quib. Plin. lib 35. c. 14. Iſidor lib. 15. etymolog. c. 9.
t Vitru. lib 5 c. 8.
u Plin. libr. 35. c. 14.
x l. fiſtulas, in princ & §. 1. de ſeruitu. urba. l. quidā libere. § ſi eod. l. fiſtulas, ſi ſer. uend.
y l. arboribus, de uſufruc. l. ædes, com. diui. in P. l. cum duobus, § item me la, pro ſoc. P. gl. in l. Sabinus, com. diui in P.
z d. l. quidam liberus.

In factum legis Aquiliæ:[a] ſi datum adhuc nõ ſit, ſed uereamur ne accidat, uel ex uitio furni
16 & fornacarij, petitur cautio.[b] Non tractabo hic de furno ſeu clibano bannario, quod habent aliqui, ad quod tenentur certi ratione iuris quæſiti uel trãſacti, ire & coquere: & alteri non licet inibi aliud clibanum habere uel ædificare: ſicut de molendinis, ſeu piſtrinis bannatijs dicitur: hæc.n. quæſtio forſan ad ſeruitutẽ quodammodo pertinet, ſed non ad parietis ſeruitutem: proinde reijciam uidendam tractationem ad Petrum Iacobi,[c] Cæpolam,[d] Alberi-
17 cum de Roſato,[e] Guidonem Papæum.[f] Aliud onus quod imponitur muris ſeu parietibus a uicino, eſt ſcalarum, quę adiungi poſſunt ab altero uicinorum muro communi, ſi illę poſſint fieri ſine damno parietis, puta quia ligneę, quę per ſe aliquando ſtare poſſunt, duabus infixæ trabibus, nec impediunt refectionem, uel commoditatem uicini in pariete communi,[g] uidelicet, q; lumina eius nõ offendunt, uel alio modo non nocent ſcalæ rectæ itionis, minus uel nihil parieti cõmuni cui adiacent, nocere poſſunt, cum parum uel nihil in eum immiſſi habent. Scalæ quoq; ligneę cochlides non multũ innituntur parietibus lapideas certè cum uinci deſiderent parietibus, non licet uicinis parietibus adijcere citra ius ſeruitutis, uel ſine conſenſu ſocij partiarij, niſi is paries non lædatur: ſiquidem ſi immodicè non lædatur, licet uti re communi, & ſi ſocius prohibeat, experiri communi diuidundo.[h] At ſi iuxta uicini parietem non communem quis ſcalas coniungere uult, & tigna immittere, nullo modo licet, ſed intra domum ſuam, uel murum, & fundamenta ſcalarum ædificet oportet, uel ius ſeruitutis in pariete quærat, iuxta tamen, ſed non affixas habe-
18 re poterit.[i] In ſumma, leges parietum hę ſunt generales. Prima eſt ex lege Solonis, ſi quis ſepem aut maceriam, iuxta alterius regionem, id eſt, fines,[k] effoderit, terminum non excedat: Si autem murum, pedem derelinquat: ſi domum, duos pedes: ſi autem ſepulchrum, aut foueam effoderit, quantum profundum, tantundẽ derelinquat, ſi autem puteum, paſſum.[l] Arbitror rationem eius ſanctionis eſſe, quæ in muro pedem unũ ſpacij requirit, & in domo duos, fundamentorũ cauſam. Quia murus iuxta fines alterius ædificaturus fundamentũ in ſuo non in alieno debeat ponere, ut & domum ipſam. Et quia diximus inſtar columnarum parietes extrui, apparet fundamenta uel fundamẽtorum extructiones latius ædificari, uſq; dum ad areæ planitiem coæquentur poſtea, unde minus latum & arctius perficitur extra planiciem ædificium.[m] Et quia ædificia ſolidiora eſſe debent, quæ domus cauſa fiunt, utpote ad ſuſtinenda onera deſtinata, ideo & profundiora, & latiora excauari eorum debent fundamẽta. Atq; duos pedum relinqui debere interſtitia in macerijs & ſepibus placuit, quia nulla excauatio fit, nec fundamenta, ſufficit obſeruaſſe terminorũ legitimos fines, quod in pariete ligneo & crati-
19 tio locum habere mihi uidetur. Cæterum non exigua quæſtio eſt, num in ædificijs urbanis iuxta parietem ſocij ædificatis, iſta interſtitia pedis unius uel duorum ſeruari debeant, uel locum habeant. In hoc ſibi ſæpe contradixit Cæpola. Nam ex profeſſo de hoc agens pluribus firmare uidetur, locum habere:[n] alibi tamen ſæpius, repetit, locum nõ habere, nec ſpacium illud relinqui debere.[o] Mea ſententia in hac re contraria erit, ut ſi uicinus in ſuo ſolo ædificans fundamenta latiora faciat intra ſolũ ſuũ, & poſtea, extra planitiem iuxta uicini parietẽ ad perpendiculum uelit ædificare, poſſit: nã & inde uicinus utilitatem accipiet, quòd eius paries fortior inde euaſurus ſit, ut uirtus unita maior ſit ipſa diſperſa, ita licet, dummodo non noceatur uicino. Sed illa quęſtio, ſi noceat, alia eſt. Ratio autem diuerſitatis, cur hoc potius in urbanis liceat iuxta parietem ædificare uicini, non autẽ iuxta fines fundi ruſtici, eſt ſatis idonea, ut mihi uidetur, quòd per ædificium additum uicino ędificio, nihil noceatur uicino: at iuxta fundum ædificando, ædificio nocetur, q; a foſſione fundamentorum, ſi iuxta fines proximè fierent, ſemper ex neceſſitate operis, & propter fragilem terram, & facilè deciduam, lęderentur & minuerentur fines uicini: ideo interſtitium relinqui maius debet, quanquam quis in ſuo totam ſubſtructionem fundamẽtorum faciat. Reſiſtit autem in urbanis paries uicini, ne quippiã uicino adimatur. Subijcitur & lex illa Solonis, titulo Finium regundorum, cuius actio ad ruſtica prędia tantum pertinet.[p] Accedit quòd ſi illa interſtitia relinquerentur in ędificijs urbium, deformes futuras ciuitates, & in illis ſpacijs mutium & immunditiarum tantum fore receptacula, ut ferè tot eſſent cloacæ putridæ in ciuitate, quot domus, quæ ſalubritati maximè aduerſantur, cum cœlum peſtilens & ruinas minentur earum immundities,[q] uti obſeruaui in quibuſdam oppidis, ubi hęc inter-
20 ſtitia uiſuntur. Si tamen hoc ſpacium inueniatur inter parietes, certè eius erit, & uſus ad illũ ſolum pertinebit, qui reliquit, ſiquidem cõſtat quis reliquerit uel inſtrumẽto, uel probatione alia, uel per ipſum parietem, quòd fundamẽta eum locum intra terram occupẽt, uel quòd in pariete ſint tegulæ uel lapides eatenus ſe extẽdentes, uel aliter. Quòd ſi non cõſtet, ſpacium illud commune inter uicinos cẽſebitur, exem-
21 plo inſularum inter duas ripas natarum.[r] Porrò ſigna muri proprij ſunt, ubi probationes ex titulis & teſtibus, uel alijs manifeſtis nõ apparent: ſi quis feneſtras in eo habeat, quæ perforent totum murum: quod aliàs non licet,[s] niſi & uicinus uiciſſim ſimiles haberet in eodẽ muro, quia uidetur tunc eſſe murus pro indiuiſo communis: ueluti ſi uterque haberet tigna in parietem immiſſa extra mediam partem parietis.[t] Dehinc armaria foruli, ſeu armariola fiũt in muris, quæ ſi ad medium uſque ex utroque latere uicinorum penetrent, docent pro diuiſo murum communem: ſi ultra medium, pro indiuiſo. Si autem ex uno tantum uicini latere & parte parietis, is ſolus uicinus uidetur dominus: niſi contraria alia ſigna pro uicino aduerſo concurrant, puta quòd in illum parietẽ habeat immiſſa tigna. Sic & aliud ſignum dominij proprij, ſi tubi uel infumibula caminorũ, uel arca ipſius camini excedat medietatem internam muri: quod & in tubulis latrinarũ obſerua: quia in communi uel alieno pariete hæc fieri, uel alia ſimilia nequeũt.[u] Obſeruaro perpetuò, ne paria quoque ſigna uicinus in eodẽ pariete habeat, quo caſu eſſet communis paries pro indiuiſo. Probant parietem quoque eſſe alicuius, ſi eius inſignia domeſtica, uocant *armes*, inſculpta uel depicta inueniantur.[x] Et ſunt etiam adhuc ueſtigia parietis antiqua conſideranda, & ſi ædificium deſtructum ſit, num ea ſint ex genere eorum, quæ diximus communem murum docere, uel quæ ſeruientem: niſi alius uicinus qui negatoria utitur, do-

ceat

a l. ſi ſeru[9] ſer uã. §. ſi fur, ad l. Aquil. l. fluminum. § præterea ſi tamẽ, de dam. infect.
b d. § ſi furnũ, & ibi interpr.
c Petrus Iacobi, in praxi in libello de furno.
d Cæpola, lib. 1. de ſeruit. urb. prædio. c. 50
e Albert. in 1. parte ſtatutorum, q. 135
f Guid. Pap. q. 298.
g l. fiſtulam, l. 13 § pen. & fi. de ſeruit. urba. præd. P.
h l. ſi ædes cõmunes ſint, l. 13. & l. Sabin[9], 29. & ibi gloſſ. com. diui. P. li. 10 tit. 3.
i vide Capolam, lib. 1. de ſeru. urb. præd. c. 54.
k l. pro regione, & ibi glo. & l. inter eas, fin. regund. in P.
l l. fi. fin. reg. in P lib. 10. tit. 1.
m Leo Baptiſt. Alber. li. de re ædific. c. 10.
n Capola li. 1. de ſer. urb. prędio. c. 40. nu. 2. & 61 nu. 3
o Capola, eo. li. 1. c. 32. nu. 2. & c. 65. nu. 6.
p l. 1. §. regun. in P.
q l. 1. de cloac. li. 43 P. tit. 23.
r l. inter eos, 29. & l. pro regione, de acq. rer. dom. in P.
s l. quid ſi ſeruus, de ſer. urb. pręd.
t glo. in l. ſi ædes, comm. diuid. P. uide de iſtis ſignis parietis proprij, uel cõmunis, Capolam, de ſeru. urb. præd. c. 40. nu. 53. & ſeq.
u l. quẽadmodum, §. ſi protectũ, ad l. Aquil. l. qui uetam, §. ſi ad ianuam, qd ui aut clã. l. Sabinus, com. diu. cum ſim. l. parietẽ, de ſer. urb. præd. P.
x l. qui libertatem, § 6. & ibi Bar. & l. fin. de ope. liber. Bar. in tract. de inſignib. & armis.

ceat illa uectigalia eſſe, quòd attentata aliàs ſeruitute fuerit ea prohibita, & opus factum, ideo deſtructum. Sed & in reliquis adhibendũ eſt iudicium peritorum architectorum, uel eorum qui experti iſta, ſolent iudicia referre iu-
22 dicibus. Aliud onus quod apponi poteſt parietibus, eſt ſupra alienum parietem uicini ædificare, quod non fit niſi cum iure ſeruitutis, alioquin ædificatum cedit inferiori ædificio. Id ipſum ſentio ſi ſupra cõmunem ſolus ſocius non conſentiente ſocio ædificet. Nam ędificiũ continuatum, ſeu immobile eius cenſebitur, cuius imum erat: quod tamen nõ debebat ſeruitutem, ut cedat ædificatum domino ſoli:[a] ſi tamen mobile ſit ædificatum in alieno, tolli a
23 domino poterit.[b] Aliud quoque, quando fiſtulæ uel tubuli per parietem immittuntur, unde fluat in uicini aream aqua, uel ſupra parietẽ canales ad aquam excipiendam: nam hæc nõ licent citra ſeruitutis ius,[c] uel niſi in plano, iuxta parietem ad aquam ſtillicidij, uel lotionũ extra deriuãdam: cauere enim debet uicinus, qui canales etiam in ſuo admouet, ne refluat in canalibus, ſeu aquarijs, uel tubulis aqua, ex
24 qua lædatur uicinus. In latrinis, quæ de tubulis dicta ſunt, repetenda ſunt, ſed & annotandum, non oportere ædificantem in ſuo ſcrobẽ pro excrementis excipiendis, obſeruare interſtitia Solonis[d] de ſcrobibus effodiendis, & de foſſis in ruſticis prædijs iuſſis, potiſſimũ, quia ſolent iſtæ ſcrobes fieri muro concluſæ, arcuatæ, concameratæ, ut quando opus eſt, purgari
25 poſſint. Si tamẽ inde paries uicini, uel cõmunis lædatur: ius prohibendi eſt, ut puta, ſi excauetur locus ſubtus aream uicini, cuius ſolum, illi ut ſupra uſque ad cœlum liberum, ſit & qđ infra ſuperficie eſt:[e] nec intra fodere, uel ſubtus licet alienum.[f] Sed & qui puteum propè habet, uel penum ſubterraneam, quales apud nos frequentes ad conſeruandum triticum, uocamus, *creux*, ſi eo ex latrina uicini, uel eius foſſa reſudet, uel diſtillet fœtidus humor, agere poteſt aduerſus dominũ latrinæ, ut reficiat, neve noceat, iuſq; illi non eſſe ſic latrinas ha-
26 bere.[g] Eadem in cloaca ædificanda in muro proprio uel communi dicenda ſunt,[h] & de ciſterna, de puteo, & lauatoria piſcina,[i] caſtello,
27 & de fiſtula aquã reminentibus.[k] De machinis ædificandi cauſa in muro impoſitis, tractatur etiam a Cæpola,[l] ne poſſint imponi, niſi aliter ædificari uel in proprio, uel in commu-
28 ni pariete non poſſit. Idque expenſis ædificantis ſolum fieri.[m] Non licet etiam iuxta parietẽ alterius, uel communem ſterquilinium ponere citra ſeruitutem:[n] in ſuo licet, niſi defluxione noceat alijs, ut ſi madeſcat eo proximus ei alienus paries, ut de latrinis & foricis dictũ:[o] In ſuo enim licet inijcere, dummodo in alie-
29 num quid quis non immittat.[p] Et dummodo cornua non ponantur ibi, uel fœtidum nõ ſit ſterquilinium quod offendat uicinos: nã nunc in ſuo, nec in publico olidum illud abijci de-
30 bet, ubi homines frequentius tranſeant.[q] Si paries uicini inter binas ædes exiſtens uẽtrem faciat, ita ut in uicini ędes ſemipedem, uel amplius procumbat, agi poteſt non eſſe ei ius ita habere.[r] Item ſi communis & opere a uicino facto ita proiectum faciat:[s] non tamen cõmunem parietem uetuſtate deformem, poteſt ſocius ſocio inuito reficere.[t] At iamiam ruiturum, aut non ſatis idoneum oneri, poteſt etiã repugnante ſocio reficere, & impenſas a ſocio pro parte repetere.[u] Et ſi is qui refecit, fiat contumax in reſtituendis impenſis intra quatuor mẽſes, qui reficit ſit dominus rei in ſolidum,[x] quia intereſt reipubl. ruinis aſpectum ciuitatis non deturpari.[y]

a l. ſi ſuprà, l. 28 de acqu. rer. dom. P. l. fundi. l. granaria, de actio emp. P.
b l. Titius, hoc ſeruum, 60 eod. tit. de acqu. rer. dom. l. ſi geminae, arbor. furt. Cæſar. P. l. ſi ſtillam, §. penul. & ſi. de ſeru. urb. præd. P.
c l. ſi ſiſtulæ. & l. ſi ſtillicidia. de ſeruitu. urb. præd. l. fiſtulas, & l. fundi, §. penul. & fin. ſi ſeruit. vend. P.
d legem final. tit. fin. regund. non obſeruari hic tradit Cæpola, lib. 1. de ſeru urba. c. 05. num. 6.
e l. altius, C. de ſeru. l. fin. de ſeru. in P.
f l. uenditor, §. ſi conſtat, com. prædio. l. duorum, §. ſi ut in fundo, ſol. matrim.
g l. ſi quando, §. fin. de ſeru. urb. l. ſicut, §. ariſto. eod. titu. uide latè Cæpo li. 1. de ſeru. cap. 61.
h de hac Cæpola, d. lib. 1. c. 48.
i de his Cæpo. lib. 1. de ſeru. c. 47. de lauatorijs, c. 66.
k de qua Cæp. eod. lib. 1. c. 67. & 68.
l li. 1. de ſerui. urb. c. 71.
m l. ſicuti, ſi ſeru. vend.
n l. ſi quãdo, l. 17. §. ſecundum, ſi ſeru. uend. P.
o gloſ. in d. §. ſecundum.
p l. ſicuti, 8 §. ariſto, verſ. idẽ ait, ſi ſeru. uen.
q l. ædiles, in fin. de via pub. l. 2. §. idem ait ſi odore, ne qđ in loc. publ. c. l. pen. § penul. quod vi aut clam
r l. ſi quando, l. 27. ſi ſeruitu. vend.
s l. ſi cum me[?]. l. 14. eod. titu. l. ſed etſi. l. 36. de ſeru. urb. præd.
t l. parietem, de ſerui. urba. prædio.
u l. in parietes, cum duabus ll. ſeq. de dam. infec. l. ſi communes, de negot. geſt. in P. l. ſi ædes, commu. diuid.

De ſeruitutibus urbanis, tigni immittendi. Cap. VIII.

1 *De ſeruitute tigni immittendi in parietem uicini. Quando liceat protectum in parietem noſtrũ immiſſum, uel traiectum, propria authoritate exſcindere.*

2 *Nunciatio noui operis in ſeruitutibus impediendis, ut conſeruetur poſſeſſio, debet fieri iactu lapilli.*

3 *Parieti communi tantum immittere, uel imponere quod deſtinatum eſt, non alia, licet: & de actionibus ius non eſſe tignũ immiſſum habere.*

1 Secunda ſeruitus, quæ parieti quoque imponitur, eſt tigni immittẽdi:[a] ut liceat in parietem uicini tignum immittere, alioquin iure communi non licet. Nam ſi protectum ſupra domum tuam habeam nullo iure potes mecum agere, ius mihi nõ eſſe ita protectum habere, quia propria authoritate reſcindere non poſſis tigna: quãuis, ſi traiectum aquæductus per tuam domum citra ius ſeruitutis faciã, iure tuo poſſis intercidere.[a] Et generaliter, ſi quid in tuo fiat manu artificioque. Quia cuiq; licet ſuam tueri poſſeſſionem, & authoritate propria deſtruere uel prohibere. Si autem in ſuo quis faciat quod tuum lędat, non potes deſtruere, ſed experiri ius illi non eſſe ita agendi.[b] Hoc enim habet commodum poſſeſſio, ut in alieno factum & ædificatum ſolo cedat:[c] & ita in arbitrio poſſidentis eſſe uideatur opus demoliri, ut ſuum. Denegatur autem authoritas illa in opere malè facto in re communi per ſocium, etiam contra ius ædificantem: & proinde perueniendum eſt ad interdictum, ſeu nunciationem noui operis, uel ad negatoriam actionem.[d] Quemadmodum ſi quid naturali facto, ex tuo in meum immittitur, puta, ſi tuæ arbores in meum ſolum radices quæ noceant, uel nociture ſunt immittant, non licet propria authoritate exſcindere, quin prius te interdicto admoneam non licere tibi radices ita habere, utque ſuccidas, uel mihi ſuccin-
2 dere & tollere liceat.[e] Cauere tamen debet is qui in re communi agentem ſocium præter ius uidet, uel arbitratur rem ſuam eſſe, ne ſileat, uel ne uerbo tantum denunciet nouum opus, ſed iactu utatur lapilli: alioquin ædificãtem uel immittẽtem redderet & fateretur poſ-
3 ſeſſorem.[f] Nõ licet autem in pariete communi uel ſupra aliquid ædificare uel imponere, quod noceat ſocio: permiſſum namq; uti pariete communi ſolum ad opus deſtinatũ, & ad ea quæ nocere parieti communi nõ poſſunt.[g] Itaque ut liceat mittere tignum in alienũ parietem, uel in cõem, præter legem communitatis, uel conceſſione expreſſa, uel patiẽtia unde conſtituatur ſeruitutis ius, opus eſt: eaq; ſeruitus ſecundum conceſſionem limitatam, uel ſecundum antiquam conſuetudinem intelligenda eſt, ut alibi, quàm ubi cõceſſum eſt, nec plura quàm permiſſum ante liceat modoque nouo immittere,[h] & ita refectio primã ſequi debet formã,[i] niſi generaliter quis conceſſerit ſeruitutẽ tigni immittẽdi, ſine limitatione, uel

x l. ſi fratres, §. idem reſpõdit, in 2 pro ſocio. in P. l. ſi ut proponis, de ædif. priuat. C.
y l. 2. § ſi quis nemine & l ſi. ne quid in loc. publ. l praetor ait. §. hoc interdictum, in 1 de dam. infect.
a §. prædiorũ, de ſeruit. l 1 de ſeru. urb. præd.
a l quẽadmodum, l 29. § 1. ad l Aquil. lib. 9 P. l ſi uiſum, l. at § ſi ad ianuam, quod vi aut clam. li. 43. P. tit. 24.
b Examinat Cæpola libr. 4 de ſerui. urb præd. c. 1 nu 8. Barto. in l. 1. § nunciatio, de ope no. nunciat. Florianus, in l. quemadmodum, § ſi protectum, ad l. Aquil. l. ſed ſi inter, ſecũdum unam lecturã gl. de ſeruit. l. ſi duo. § et enim uideamus, & §. Labeo, uti poſ. c. l. adeò, § ex diuerſo, de acquir. poſſe. P. § ex diuerſo, de rer. diuiſ.
d l. ſi inter me & te, de ſeruit. urb. præd.
e l. ſi plures, arbo. furt. Cæſar. 10 P. l. 1. C. de interd.
f l. etſi fortè, l. 6 §. ſciendum, ſi ſeru. uend. P.
g l ſi leg. ſi nedes: iuncta glo. commu. diui. P. l cum duob. §. melius, pro ſoc. l. 10 pariete cõ ſeq. de dãn. inf. cuius ædificium, de ſeru. urb. præd.
h leg. ſi cum meus, l. 19. ſi ſeruit. uend. lib. 8. P. tit 5
i l. ſeruitutes, quæ in ſuperficie, l. 19 §. ſi ſublatũ, de ſerui. urb. præd. P.

diffinitione alicuius partis, qoia uerba generaliter prolata debent intelligi generaliter, &
de omnibus & perpetuò,[a] & contra concedentem in cuius fuit poteſtate uerba expreſſius cō
cipere.[b] Quare datur aduerſus cedentem, uel
concedentem confeſſuria actio, ut tigna ſuſcipiat:[c] ut contra, ſi dominus duarum ædium,
quæ una contignatione teguntur, duobus ſeparatim & cuique alteras legauerit, uel ceſſerit, purè uel ſub conditiuoe il i nullam habēt
inuicem actionem, ius non eſſe immiſſum tignum habere, ſed cuinſque erit pro ſua parte
contignatio.[d] At ſi quis uictus eſt ius illi non
eſſe tigna in parietem meum immiſſa habere,
judicis officio continetur, ut de futuro uictus
quoque opere caueat de non immittendis.[e]
Porrò quæ de tigno diximus, intelligēda ſunt
de omni ſpecie & materia, quæ eius appellatione continetur, prout vulgare in iure eſt.[f]

a l. 1 § & generaliter, de leg. praſt. l. in fraudem, in fin. de leg. 3. cap. cum tu, de verb. ſig. Romanorū, 19. diſt.
b l. ueteribus, ff. de pact.
c l. ſicut, l. 8. § diſtant, ſi ſerui. vend.
d l. binas ædes, l. 33 & l. idem-que, l. 39 de ſer. urba. præd.
e l. ſabol. in l. egl. l. 12 ſi ſer. vend. in P.
f ex l. 1. de tig. iniunct. in P. l. tigni, de uerb. ſig. l. adeò. § ſp pellatione, de acqu. rer. dom. l. tigni, ad exhiben. in P.

De ſeruitute vrbana ſtillicidij immittendi, uel non auertendi. Cap. IX.

1 *Tres ſeruitutis urbanæ ſpecies ſtillicidium in ædes ſuas recipiendi, auertendi, uel non auertēdi.*
2 *Stillicidium quid, & flumen, & quomodo differant. nu. 3. & 4.*
3 *Stillicidij ſeruitus in quo differat a ſeruitute aquæ recipiendæ.*
4 *Stillicidij modus eſt tantum duorum pedum in aream uicini productio.*
Idem in impluuio quod recipit, & quomodo forma mutari poſſit.
5 *Area, in quam cadit ſtillicidium, præſumitur eſſe proprietatis domus: uide & nu. 6.*
6 *Ianuam extra aperire quis poteſt, quatenus ſtillicidij rigor competit.*
7 *De ſeruitute ſtillicidij non auertendi.*

1 TErtia urbana ſeruitus, ut ſtillicidium, uel flumen quis recipiat in
ædes ſuas.[g] Eſtque duplex, ſtillicidium auertendi in tectum, uel
2 aream uicini, uel non auertendi.[h] Stillicidiū,
dicitur tectum unde aqua guttatim, in impluuium ſeu aream decidit. Sicuti innuit Vitruuius,[i] dum de ædificiorum ſucceſſiua perfectione agens, dicit, *Poſtea quoniam per hybernas tempeſtates tecta non poterant imbres ſuſtinere, faſtigia facientes luto inducto proclinatis tectis,
ſtillicidia deducebant*, Varro de his hoc modo,[k]
*fluuius quòd fluat, item flumen, a quo lege urbanorum prædiorum ita ſcribitur, ſtillicidia flumina, a-
3 quæ ut ita fluant, cadantque.* Inter hęc, hoc intereſt, quòd ſtillicidium ſtillatim cadat: flumen
quòd fluat continuò. Ideo & perpetuā cauſam
flumen, & ſtillicidium dicuntur habere: quòd
ex naturali cauſa, quæ perpetua eſt, fluant, &
aquam cœlo lapſam non artificio aliunde im
4 miſſam habeant.[l] In quo differunt a ſeruitute
aquæ recipiendæ, quæ per foramen domus in
aream alienam cadit.[m] Aliter Paulus diſtinguit,[n] & differre putat ſtillicidium a flumine,
quòd ſtillicidium ex alto decidat, & leuius, interdum directò in locum ſeruientem, interdū
obliquè alibi uento delata aqua. Flumen autem proximius ſit areæ: unde & ſtillicidium al
tius inquit tolli poteſt, quia leuior fit ſeruitus:
inferius dimitti non poteſt, quia fit grauior,
5 & pro ſtillicidio flumen. In hac ſeruitute modus conceſſus ſtillicidij conſiderandus eſt, ut
ſtillicidium ſit duorum pedum in aream uicini, & non ultra producatur, nec tectū fiat productius.[o] Item & locus impluuij qui recipit,
qui quidem immutari non debet in formam
in qua ſtillicidium non recipiatur. Proindè
qui aream ſtillicidio debet, non poteſt in ea ædificare, ubi cœpit caſitare ſtillicidium,[p] niſi
ædificando ſuſcipiat quoque ſtillicidium, uel
flumen, ſeu canales aquæ fluentis, tunc enim
licet,[q] dummodo locus qui ſubtus ſtillicidiū
6 eſt, ſit eius qui ſeruitutē debet. Nam alioquin
præter ius ſeruitutis apparens, præſumitur locus qui ſub ſtillicidio ædium eſt proprietatis
eius eſſe, cuius ædes ſunt, quantum ſtillicidiū
protenditur, qua ratione & aperto pariete domus ſuæ, dominus ianuam extra in publico aperire poteſt, quatenus ſtillicidij rigor & tignorum protectus competebat, modo ne itine-
7 ri uicini uel luminibus officiat.[r] Sed eo magis
ſi ſolum inferius eius, qui habet ſtillicidium,
ſitnā ſi poſſideretur ab alio uicino, certè eius
præſumitur. Et ſi neuter poſſideat, forsā quòd
locus ſit publicus, uel uliginoſus, ſeu paluſtris, uel ſterilis, adhibenda diſtinctio, & repetenda antiqua forma, an tēpore quo quis quæſiuit ædificium ſolum illud pertineret quoque
ad vendētem, uel ſi diuidentibus fratribus bona: uni domus, alteri area in partem ceſſerit.
Nam tunc cenſetur ius ſeruitutis impoſitum,
habita ratione eius, quod eſt, ut quale ius eſt
dum uenditur, legatur, uel diuiditur, ita poſſideatur.[s] Si autem diuerſorum dominorū fuerit area & domus, cenſetur ius ſeruitutis non
proprietatis eius ſoli cōceſſum, cum alioquin
non liceret immittere uicino ſtillicidium in
aream uicini, cuius erat liberum per ſe natura
ſolum, uſque ad cœlum.[t] Quæ dicta de ſtillicidio recipiendo, dicta cenſentur de non auertendo:[u] ueluti ſi dominus areæ aliquam utilitatem capiat ex ſtillicidio uel flumine decidente ex domo uicini: ueluti ſi pauimentum
areę eius lauetur, uel ſi aqua in ciſternam eius
excurrat, uel hortum irrigat. Et proinde agere
poteſt in dominum domus de ſeruitute; ius ei
non eſſe ſtillicidium auertendi, uel flumen, &
ut regulas, canaleſve reficiat ſuis expenſis, ut
aqua ſecundum ius ſeruitutis fluat.[x]

g l. prædiorum, de ſeruit. ruſt. prædior. l. 1 de ſeru. urb.
h d. l. 1. de ſer. vrban.
i Vitruui. lib. 2. archit. c. 1.
k Varro, 4. de ling. Latin.
l l. foramen, l. 29 de ſeru. urb. præd.
m d. l. foramē, & l. ſi quod igitur, eod.
n Paulus, in l. ſeruitutes quæ in ſuperficie, l. 20 § ſtillicidiū de ſeruit. urba. præd. in P.
o d. § ſtillicidium.
p d. l. ſeruitutes, 20 § ſi ſeruitus, & l. ſi eo loco, l. 9 § 2. ſi ſeru. uend.
q d. l. ſeruitutes, 20 § fi. & l. ſi domus, l. 20 de ſeru. vrb.
r l. ſi § fina. de ſerui. vrb. præd. uide Capoll. lib. 1. de ſeruit. vrb. c. 23 nu. 4.
s l. quod conclaue, de dam. infect. Bart. in l. 1 de ſeru. leg.
t l. altius, C. de ſeruit.
u d. l. 1. de ſer. vrban.
x arg. l. eum debere columnā, de ſerui. vrb. præd.

De ſeruitutibus urbanis altius tollendi, & non tollendi, & officiendi luminibus, & de proſpectu & lumine. Cap. X.

1 *Altius tollendi ſeruitus negatiua, & affirmatiua quid.*
2 *Mercatores lumen in tabernis exoſum habent.*
Altius ut quis teneatur ædes tollere, rationes.
3 *Luminibus ne officiatur ſeruitus, qualis: Luminis & proſpectus ſeruitutes ut differant, &c.*
4 *Luminum ſeruitus, diuerſa a ſeruitute ne luminibus officiatur.*
5 *Inuito uicino fit, non tātum ſi is repugnet, uerum ſi non conſentiat expreſsè.*
6 *Aedificium quilibet ſuum licitè tollit, etiam ſi obſcuret uicini lumina, niſi impediatur ſeruitute.*
7 *Ventus molitionis quomodo ab alio impediri non poteſt.*
8 *Seruitus ne ſolis radijs opponatur arbor, uel aliud.*

9 *Seruitus*

9 *Seruitus ne luminibus officiatur, intelligitur de præſentibus & futuris, niſi expreßè aliter caueatur.*
10 *Minus eſt in ſeruitute altius non tollendi quàm inſeruit, ne luminibus officiatur.*
11 *In ſeruitute altius non tollendi, quæ inſpicienda altitudo.*
12 *Seruitutes altius non tollendi, & luminibus non officiendi imponi poſſunt & vicinis, & remotis ædibus, & quomodo.*

1 QVarta ſpecies vrbanæ ſeruitutis eſt
ius altius tollendi, & officiendi lu-
minib[a] vicini, [a] vt vicinus vel qui
inferius ædificiũ habet patiatur; [b]
item altius tollendi, vt vicinus teneatur altius
ſuas ædes tollere, iura hoc ſeruitutis. Forſan
quia ius hoc habet, inde percipit vtilitatem, ne
ventis vel frigore infeſtetur propria domus e-
2 ditioribus ædificijs interpoſitis. [c] Vel quia mer
cator eſt, aut interpolator, & lumen in ſua ta-
berna exoſum habet, vt ſæpe qui malè agit, o-
dit lucem, & doloſis tenebræ ſunt appoſitæ: vel
forſan quia proſpectus in eam partem, cui o-
bijcitur ædificium alienum, eſt inſuauis &
iniucundus veluti ſi patibuli publici, vel loci
paluſtris. Forſan etiam quia locus cui illa ſer-
uitus debetur, eſt is, in quem ſolent æſtate con-
uenire homines & opus non eſt directo ſole,
3 vt ait Leo Baptiſta Albertus. [d] Huic ſeruituti
alia affinis negatoria, altius non tollendi, [e] &
non officiendi luminibus vel proſpectui, [f] &
alia luminũ. *Inter ſeruitutes*, inquit Vlpianus, [g]
ne luminibus officiatur, & ne proſpectus offendatur, diuerſum obſeruatur; quòd in proſpectu plus quis habeat, ne quid ei officiatur ad gratiorem proſpectum & liberum; in luminibus autem non officere eſt ne lumina cuiuſquam obſcuriora fiant, ideò & nouum opus denunciatur, ſi ita fiat, vt lumini noceat. Paulus ait, [h] lumen id eſſe vt cœlum vi-
deatur, ita ex ſuperiori loco non inferiori eſt.
Proſpectus autem etiam ex inferioribus locis
eſt, & ſuperioribus, & obiectis, vt proſpectus
in mare, de quo & Iuſtinianus, [i] cauit ne impe-
diatur. Quare ædificia quæ ſeruitutem debent,
ne quid altius tollatur, viridaria ſuper eam al-
titudinem habere poſſunt: at ſi de proſpectu
eſt, eaque obſtatura ſunt, non poſſent, vt ait Ia-
bolenus. [k] Seruitus luminum aliá eſt ab ea ne
4 luminibus officiatur. Nam luminum ſeruitus
eſt, vt lumina noſtra vicinus excipiat. At cùm
ſeruitus imponitur, ne luminibus officiatur,
hoc adepti ſumus maximè, ne ius ſit vicino in-
uitis nobis altius ædificare, & ita minuere lu-
5 mina noſtrorum ædificiorum. [l] Inuiti autem
cenſendi ſumus, non ſolùm ſi contradiximus,
verùm etiam ſi non conſenſerimus, [m] niſi
tam longa eſſet patientia, quæ in præſcriptio-
6 nem tranſiret. [n] Operæpretium eſt eum qui pro
hibere vult vicinũ, ne altius tollat, ne lumini-
bus officiat, ius ſeruitutis oſtendere: nam ſine
eo poteſt quiſque ſuum ædificium liberè tol-
lere, & ædificare, etiam ſi obſcuret lumina vici
ni. [o] Dummodò ædificandi formam conceſſam
communem non lædat, veluti vt in area quæ
nulli ſeruitutem debet, ædificando intermitta-
tur legitimum ſpatium à vicina inſula, [p] quòd
eſt ex iure codicis, ſi inſula ſit publica, 15. pe-
dum: ſi priuati, decem: [q] aliter enim nouum o-
pus nunciari poſſet à vicino. [r] Tradit tamen
Cæpola, [s] quòd prope murũ alienum ſuper tra
bibus vel lignis poſitis vel requieſcentibus in
ſolo ſuo inferiori, quilibet poteſt ædificare ſtil
licidium & ſolarium, nec tenetur relinquere
aliquod ſpatium etiam vnius pedis: quia non
7 habet in hoc locum l. fin. fini. regundo. in P. Et
ita obſeruari. Altius non tollendi ſeruitus quæ
ſita, ad vtilitatem quoque areæ pertinere po-
teſt, vt non ratione luminum tantùm cenſea-
tur impoſita, ſed etiam altius ædificare prohi-
beat, ſi ventus impediat, quo minus liberè in
aream influat ad ſemina purganda: [t] alioquin
enim ſine iure ſeruitutis, nec areæ conſidera-
tio erit vlla, & licebit in ſuo cuique & tollere,
etſi vicino noceat. [u] Quod & in piſtrinus ſeu
moletrinis ventilatis, quæ vento aguntur ve-
rum eſſe puto, dummodò vicinus ad æmula-
tionem vicini, & ad iniuriam ex profeſſo non
obijciat impedimentum vento. Et hæc ſerui-
tus altius non tollendi ſic accommodatur, ad
aream vel piſtrinum ventilatum, ei qui ex ſua
vtilitate ſibi ita proſpexit, ne ventus ea parte
interciperetur. Verùm frequentior cauſa eſt,
quæ ne luminibus officiatur vetat altius ędi-
8 ficari. Poteſt tamen locũ habere in alijs prohi-
bitio ne luminibus officiatur, quàm in ædi-
bus: [x] ueluti ſi is qui debet, arborẽ ponat, quæ
officiat lumini, non autem ſi ſolem tantũ tol-
lat: niſi heliocamino ſeruitus debeatur, uel ſo-
9 lario in quibus ſole opus eſt. [y] Placuit autem
generaliter, ſeruitutem impoſitam ne lumini-
bus officiatur, & de præſentibus luminibus, &
de futuris intelligi, ſiue quæ ſint tempore con
uentionis, ſiue quæ poſtea futura ſunt: niſi in
impoſitione ſic dictum, lumina quæ nũc ſunt,
ut ita ſint: nam tũc de futuris luminibus nihil
10 caueri uidetur. [z] Minus itaque eſt in ſeruitute
altius non tollendi, quàm ne luminibus offi-
ciatur. Nam qui non poteſt altius, quàm certa
ſit altitudo tollere, poteſt uiridaria ſupra alti-
tudinem illam habere. [a] Quod in ea ne officia
tur luminibus uerum non eſt, ut diximus. Por
11 rò ſi controuerſia ſit, uſque ad quam altitudi-
nem non liceat ædificium habere, arbiter acci
pi debet, [b] uel formam antiquorum ædificiorũ
ſequi [c] debet: iudexque conſuetudinem longi
temporis, uicem ſeruitutis obtinere ſciet. [d]
12 Nec intereſt in hac ſeruitute, ne luminibus of
ficiatur, & altius non tollendi, num ædificium
quòd eam debet proximè noſtro dominanti,
uicinum ſit, an aliud ſit medium: Nã & ei qui
ulteriores habet ędes deberi poterit, [e] licèt me
diæ aliæ liberæ in medio ſint, quia donec illæ
ſublatæ non erunt, erit utilitas ſeruitutis. [f] Vbi
tamen mediæ fuerint altius ſublatæ, aliæ ſer-
uientes liberæ cenſentur, quia amplius domi-
nantium ædium non intereſt tolli, niſi ſi depo
natur iterum medium ædificium, quia tunc re
naſcetur uendicatio: [g] Alioquin ædibus, quæ
proſpici non poſſunt, aut quarum conſpe-
ctum medius mons auferat, ſeruitus non im-
ponitur. [h]

De ſeruitute luminum, & iure immittendi, & habendi feneſtras in pariete uicini. Cap. XI.

1 *Luminum ſeruitutis quid, & quando immittere feneſtras in parietem liceat.*
2 *Murus cæcus quando aperiri poteſt.*
3 *Feneſtræ in ſuo pariete proſpicientes in aream uicini, quantæ altitudinis; & quales debeant eſſe ex conſuetudinibus Pariſiorum & aliarum gentium.*

a l. 1. de ſeruit. vrb. §. prædiorum, de ſeruit. ruſt.
b l. cuius ædificium, de ſerui. vrb.
c uide Cæpollam, lib. 1. de ſeru. c. 26.
d Leo Baptiſt. Albertus lib. 1. de arte ædific. c. 12.
e l. altius, l. 8. l. ſi in ædibus, l. 9 de ſerui. & aqua, C. li. 3 tit. 34 §. æquè, de actio.
f l. 2. de ſeruit. vrb. præd.
g Vlp. in l. inter ſeruitutes, l. 15. de ſeruit. vrba.
h Paul. in l. lumen, l. 15. de ſeru. urb.
i in nouellis conſtitutione, 63. & 165.
k Iabol. in l. ædificia, l. 13. de ſerui. urba. prædio.
l l. 9. de ſeruit. vrb.
m l. 4. eod. l ſi filios, §. inuitus, de procur. in P.
n l ſi quis diuturno, ſi ſeruit. vendic. l. hæc autẽ iura, 5. de ſeru. vrba.
o l. cum eo, l. 8. & l. binas ædes, l. 9. de ſer. vrb præd. l altius, C. de ſeru.
p l. imperatores, l. 13. de ſer. vrban.
q l. ſi cul, & l. memana, C. de ædif. priuat.
r l. 1 §. nunciatio, de nouo op. nunciat. in P.
s Cæpo lib. 1. de ſeru. vrb c. 36.
t hic intelligẽda, l. fin §. fi. de ſeru. C. ſi tam pactis ut ſeruitus, non alia
u l. Proculus, de dam. infe. & l. ſluminum, §. fi. cum a. legg. eod. tit.
x l. inter ſeruitutes, l. 14. §. quæcunque igitur de ſeru. urban.
y l. ſi arborem, l. 12. de ſeruit. urb. præd.
z l. qui ædificium, l. 21 & l. ſi ſeruitus, l. 22 de ſeru. urb. prad.
a l. ædificia, quæ ſeruitutẽ, l. 12. de ſeruitu. vrb. & l. quod autẽ, eod tit.
b l. qui luminibus, l. 10. § fin. de ſeru. urban. præd.
c d l. qui luminibus, eod. & l. ſi manifeſto, l. 7 C. de ſerui. & aqua, l. ſeruitutes, l. 19. §. ſi ſublatis, de ſer. vrb. præd.
d L. 1. C. de ſeruit. & aqua.
e l. 4. §. final. ſi ſeru. vend. l. in tradendis, l. 8. §. 1. comm. præd. l. ſi quis duas l. 6. eo. tit.
f l. & ideò, l. 5. eod. ſi ſeruitu. vend.
g l. & ſi forte, l. 6. ſi ſeru. uẽd.
h l. ſi ædes, l. 37. & l. uenum, de ſeru. vrb.

4 *Feneſtræ quæ iure tantùm proprij parietis ſunt clathratæ ſunt ſine iure ſeruitutis, & ita poſſunt obſcurari à uicino ædificante, & obturari.*

5 *In Gallia ſeruitutes non præſcribuntur temporè, vel vſu, ſeu poſſeſſione.*

6 *Feneſtra conceſſæ ſine iure ſeruitutis, non debent vltra murum prominere.*

7 *In pariete communi feneſtram facere quomodo liceat.*

8 *Latrinas ædificandi qualis iuxta vicinum formula.*

1 Seruitus luminum, eſt habere vnã vel plures feneſtras in pariete: vnde Paulus reſpondit, eos, qui ius luminis immittendi non habuerint, aperto pariete communi, nullo iure feneſtras immiſiſſe.[a] In qua ſeruitute ſic diſtinguẽdum eſt, an paries ſit totus eius, qui feneſtram vult facere, ân communis cum vicino. Si proprius ſit & ſeruitus contraria non ſit impoſita, in eo certè quodcunque voluerit, dominus, tanquam rei ſuæ libero moderatori, facere licet.[b] Et ita poteſt facere feneſtram, per quam
2 excipiat lumen à vicini etiam area.[c] Et quamuis murus ſit antiquus cæcus ab omni tempore, tamẽ non ideò prohibetur dominus, quin, vt in ſuo poſſit in eo feneſtrã facere, eumque aperire:[d] Sicuti nihil prohibet quin in mea area ædificem, quamuis nunquam anteà ibi ædificatum fuerit.[e] Si tamen impoſita ſit ſeruitus, ne liceat aperire murum proprium, lex ſeruanda eſt,[f] nec aperire poteſt: ſicuti nec in vicini æmulationem faciens feneſtram, vel in vicini contẽptum, vtque omnia ſecreta rimetur & nouerit, vel ſi vt contra honeſtatem velit oculos in monaſterium monialium inijcere, ei concedendum eſt:[g] quia malitijs hominum non eſt indulgendum.[h] In quo & qualitas perſonarum facientium conſideranda, & pariter odium, vel amicitia vicinorũ. Alioqui iure communi quilibet præſumitur bonus,[i] & nõ facere nocendi animo, ſed ratione ſuæ vtilitatis, vt non interſit valde, num noceat ſibi conſulens.[k] Ex conſuetudine Pariſio-
3 rũ dominus parietis quamuis ſolus, nõ poteſt lumina vel feneſtras habere in vicini domũ, niſi nouem pedes diſtent à terra, ſeu à prima contignatione: in alijs autem, iuxta ſuperius tabulatum, ad altitudinem ad minus ſeptem pedum: & in his permiſſis, adhuc debent adijci ferrei cancelli, clathrati, & vitreatæ quieſcentes feneſtræ, ſpecularia videlicet affixa, & quæ non aperiantur.[l] Hybernis obiecta notis, ſpecularia puros admittunt ſoles, & ſine luce diẽ,
4 vt ait Martialis,[m] Thuluſana quoque conſuetudo non ſcripta eſt, vt vicinus in aream vicini vel hortum, poſſit habere feneſtram in pariete ſcilicet ſuo, diſtantẽ tamẽ ab inferiori cõtignatione per decem pedes, ſine iure tamẽ ſeruitutis,[n] quia & vicinus poteſt iuxtà in ſuo
5 ædificare, & ita tollere lumina impunè. Nam ex cõſuetudine generali regni Frãciæ, nõ præſcribũtur ſeruitutes tempore, nec poſſeſſio earum, quamuis quis vel feneſtris, vel ſtillicidijs vſus fuerit ſpatio triginta vel quadraginta annorũ, vel longiori tẽpore.[o] Eo modo quoque ſancitum eſt Lutetiæ, ſeruitutes in domos altèrius poſſe tolli, ſi aliud ius nõ ſit, quàm p patiẽ
6 tiam quæſitum.[p] Sed & in prædictis feneſtris permiſſis, cãcellatis, & vitreatis, vel tela cẽrata concluſis, illud obſeruatur, ne protẽdi poſſint extra murum vel parietem, vel ſtillicidium, in aream vicini, quæ illi libera remanere debent vſque ad cœlum:[q] quod & de cancellis, quos vocant *Ialouſies* ſeu *treillis* intellige, quæ ſpe-
7 cularia à quibuſdam dicuntur.[r] Quòd ſi murus vel paries ſit communis, placuit ne is aperiri poſſit inuito ſocio, nec ibi feneſtram fieri:[s] nam feneſtra fieri non poteſt, quin alteretur vel lædatur paries. Cæpola tamen in hoc dubitat, potiſſimùm ſi vnus ex ſocijs extulerit parietem communem, item ſi paries poſſit pati apertionem ſine damno, & ita pleriſque in locis feneſtras permitti tradit: verumtamen leges municipales eſſe conſulendas, & conſuetudines.[t] Vt Lutetiæ prohibitum eſt in pariete partiario ſeu communi, feneſtram vel proſpectum habere, ſine conſenſu dominorum ſeu ſociorum parietis. Atque ideò ſtatutum muro illo caduco, qui egeat refectione modos & mẽſuras feneſtrarum ibi exiſtentium, ab expertis iuratis ciuitatis inſpici debere, vt non reficiantur præter modulum aut mẽſuram antiquam.[u] Poſſe tamen aperiri murum communem etiam vſque ad proximi domum pro tignorum trabeationis immiſſione dummodò
8 poſteà foramina legitimè obturentur.[x] Sic conſuetudine Turonenſi cautum,[y] vt qui latrinas, foraminave in ſuo pariete iuxta vicini parietem facere voluerit, teneatur inter murum proximi & ſuum, murum alium conſtruere duorum pedum & ſemis calce & ſabulo. Idipſum conſtitutum conſuetudine Andegauenſium,[z] & Aureliaenſium.[a]

De ſeruitute vrbana protecti & proiectus. Cap. XII.

1 *Seruitus proijciendi & protectus vrbana.*

2 *Protecta ſeu proiecta, quid.*

3 *Inter proiectum, & commiſſum differentia.*

4 *Suggrundia quid.*

5 *Meniana quid.*

6 *Podium quid.*

7 *Meniana, & ſuggrundia, vel proiecta quando in area vicini liceat habere.*

1 Extra ordinem tractanda eſt ſeruitus proijciendi, protegendive, quam inter ſeruitutes vrbanas cõnume
2 rat Caius Iuriſconſultus.[b] Protecta ſiue proiecta, ſunt prominentiæ, & veluti ſupercilia parietum: ſuggrundulæ, ad arcenda ſtillicidia inuentæ, quæ vulgari ſermone, *larmiers*, dicimus. Sic nos docet Vitruuius[c] de ædificandis parietibus loquens: *Summis parietibus ſtructura teſtacea ſubijciatur, altitudine circiter ſeſquipedali, habeatque proiecturas coronarũ ita vitari poterunt quæ in his ſolẽt fieri vitia. Cùm enim in tecto tegulæ fuerint fractæ, aut a ventis deiectæ, qua poſſit ex imbribus aqua perpluere, non patietur lorica teſtacea lædi laterem, ſed proiectura coronarum, reijciet extra perpendiculum ſtillas, & ea ratione ſeruauerit integras lateritiorum parietum ſtructuras.* Accedit Palladius,[d] *Quòd ſi lateritios parietes in prætorio facere volueris*, inquit, *illud ſeruare debueris, vt perfectis parietibus in ſummitate, quæ trabibus ſubiacebit, ſtructura teſtacea cum coronis prominentibus fiat ſeſquipedali altitudine, vt ſi corruptæ tegulæ aut imbrices fuerint, parietes non poſſint penetrare per pluuiam.*

a l. eos qui, l. 39 de ſeruit. urban prædio.
b l. in re mandata, C mand. l. nemo exter. C. de Iudæis
c hoc notat Bald. & Doctores in l. altius, C de ſeruit. & aqua.
d Cæpola, qui de hoc, feneſtrarum materia tractat. libr. 2 de ſeruitu. ruſtic c 44.
e gloſ in l qui luminibus, in verbo aream, in fine, de ſeruit. urbã prædi.
f Paul Caſtr in l. quoties, de ſeruit. per l. vendi. l. 13 com. prædio.
g Cinus, Paul. Caſtren. in l. ſi tertius, de ſerui. factl. opus, de operib. publ.
h l. in fundo, de rei uend. P.
i l. merito, pro ſoc. 10 P l. ſ. de præſumptio.
k l. ſi ſominum § ſin. de damn. infec.
l à le ſtile du Chaſtelet de Paris, touchant la maſſonerie, art. 9. 11 & 12.
m Martial lib. 8. ...
n Ioan. de Caſa ueteri, in cõmuent. ad conſuetud. Tholoſanas tit. de ædific. & baſtimentis in gloſ ſin.
o Nicol. Boer. in § 5. de præſcriptio. in conſuetud. ... & conſuetudo Turonenſium titul. des veues & eſgouts artic. 5. Andegauenſiũ tit. des preſcriptions, art 454. 455 couſtumes du Maine, tit. des preſcription, art 461. 463. 464. ... art. 230 arti de ſeruitox reeles, & 231 & 233. Orlean, tit. de preſcri. arti 190. & 201. & 202. Paris, titre de raport des iurez artic. 20. Chartres, titu de leſ. ... & preſcrip. art 80. & 81. Clermont, tit. des eſgoutz, artic. 216 & 218 omitto ſimiles.
p en le ſtille du chaſtelet de Paris touchant la maſſon. arti. 10.

q l. ſin. de ſeruit. urba. prædio. P.
r uide de his Cæpolam, lib. 1 de ſeruit. urban prædio. c. 83
s Angelus, in l quidam liberius, de ſeruit. urb præd. Idem Angel. in l. inter quos, 4. colum. verſic ex his infertur, de damn. infe Caſt. in l. quoties, de ſeruit. & in l. parietem, de ſeruitu. urban. q tamẽ permittit, ſi non nocet uicino, ſed ſemper nocet & alterat parietem, unde reijcitur eius ſententia a Cæpola, lib. 1. de ſeruit. c. 84 nu 3.
t Cæpola, ubi ſuprà, nu 4.
u à le ſtille du chaſtelet touchant la meſſonnerie, artt. 3. 32. 33.
x eod in ſtilo circa prenc.
y in conſuetudi. Turonen. titu des veues & eſgouts art. 2.
z tit. de perſcr. arest. 458.
a Aureliae. tit. de præſcri. art. 291.

b in l 1 de ſeruit. urbano.
c Vitru. lib. 6 architec. c. 8.
d Pallad. lib. 1. de agric. c. 11.

3 Labeo

a l. meniana-
na, 4. aga. §. 1.
de urb. ſign. l.
quemadmodũ à
30 §. ſi procẽſſ.
ad l. Aquil. in P.

3 Labeo [a] inter proiectum & immiſſum hoc in-
tereſſe ait, quòd proiectum eſſet, quod ita pro-
tenderetur, ut nuſquam requieſceret, qualia
meniana & ſuggrundia eſſent: immiſſum ue-
rò, quod ita fieret, ut aliquo loco requieſceret,
ueluti tigna, trabes, quę immitterentur. Atque
eo loci inter proiecta, meniana, & ſuggrundia
4 ponit differentiam. Suggrundia, ſunt tecti par
tes prominentiores, ex quibus, imbrices aquã
& ſtillicidium in impluuium remittũt. Varrò
5 uocat ſubgrundas, Græci γεῖσα & ὑπογεῖσα. Me
niana, ædificia quædam dicta, ut putatur, a Me
nio inuentore, qui primus excogitauit hoc ſtru-
ctutæ genus, ut tignis extra columnam proie-
ctis, tabulisq; ſuperpoſitis, pluribus in una co-
lumna ſpectatoribus locus fieret. Is enim Me-
nius cùm domum, quàm habuerat ad forum
ſpectantem, uendidiſſet, excepta columna, ti-
gna ibi proiecit, unde ipſi & poſteri ſpectarẽt
gladiatores, ut authores Aſcon. Pedianus, Se-
xtus Pompeius, & Porphyrio. Ita Vitruuius in
ſpectaculis meniana ſuperioribus coaxationi
bus (id eſt tabulatis ab axibus) collocari debe
6 re tradit. [b] Dicit & Podium, idem quod menia
num Vitruuius: [c] uterque namque eſt locus
porrectus inſtar pulpiti, mutulis è marmore,
7 uel ligno ſuppoſitis. Meniana itaq; & ſuggrun
dia, & proiecta unam habebũt tractationem.
Porrò lex eſt poſita, ne meniana iuxta uel con
tra aream, uel domum uicini priuati habere
liceat, niſi interſint pedes decem, ſolis & aeris
liberi nobis: ſi autem obijciantur ædificijs pu-
blicis, pedes quindecim, aliter uerò decidan-
tur; [d] ſcilicet ſi ſint iure ſeruitutis. Nam iure
ſeruitutis licet, & uidẽte & patiente domino. [e]
Paulus quoque de proiectu diſputans ait, ſi qs
proiectum ſupra uicini ſolum non iure habe-
re dicatur, tolli interdicto poſſe per eum, cu-
ius eſt ſolum. Et ſi iure habeatur, poſſe prohi-
beri per dominum domus, ne inhibeatur pro-
iectum a domino ſoli. [f] Et ſi menianum priua
tum ſit, in publicum ſolum reſpiciens, & uelũ
extra poſuerit, quod uicini luminibus officiat,
utile interdictum competit, ne quid in publi-
cum immittat, qua ex re luminibus officiatur
alterius. [g] Sic Ludouicus XII. Rex Gall. Lug-
duni mandauit deijci proiecta domorum in
uias publicas anno domini 1499. [h] Subinde
anno Domini 1560. Idipſum fieri per uniuer-
ſas ciuitates Galliæ, in comitijs Aureliacenſi-
bus ſtatutum eſt. [i] Et lege Romana inhibitum
quoque, ne ſupra uias pontes ad coniungẽdas
domos facere liceat, uel aliud, quo deterior
uia fiat, ut ſpecus. [k]

b l. Vitruui. li.
5. de architect.
c. 1.
c in c. 7. lib. 5.

d l. Meniana,
de ædific. priu.

e gl. in d. l. Me
niana, in uerbo
decernere.

f l. 1 §. item ui
demus, 10 2. &
§. Labeo, uti,
poſſid. li. 43. P.
tit. 18 l. quẽad-
modum, 28 §.
2. ad l. Aquil. in
P.

g l. 2. §. cum
quidam, ne qd
in loc. publ. lib.
43 P. tit. 8

h Guillel Para
dinus, lib. 3 Hi-
ſtoriæ Lugdu-
nenſ. c. 10.

i in conſtit. Au
reliacenſ. anni
1560 artic. 96.

k l. 2. § tracta-
turum, & tot. tit.
ne quid in loc.
publ. 10 P. facit
l. fina. de flumi
ni. P.

De ſeruitute urbana proijciendi aquam, uel quiſquilias. Cap. XIII.

1 Non licet proijcere aquam ex ſuperiori loco, uel quiſquilias, ſine iure ſeruitutis: aliter ius prohibendi eſt.

2 Qui habet ſeruitutem proijciendi aquam in inferiora, non poteſt fœtida, uel urinam, uel alia in iniuriam inferiorum proijcere.

3 Fumum in ſuo facere licet, lauareque, aquam ſumere: dum non fiat in iniuriam alterius.

4 Fumum quando licet ex inferioribus ſine ſeruitute in ſuperiora immittere.

5 Interdictum utile uti poſſidetis, pro conſeruando iure fumi faciendi.

6 Ob quas cauſas quis prohiberi poteſt, ne fumum etiam in ſuo faciat.

1 Hic affinis tractatio ſeruitutis proij
ciendi, [l] uidelicet aquam uel quiſ
quilias, in aream uel hortum vici
ni: nam non omnis qui habet lu-
men immiſſum uel lumina in res uicini, hanc
ſeruitutem proijciendi uel proſpiciẽdi habet,
ſed luminis tantum. Itaque ex ſuperiori loco
in inferiorem non licebit citra ius ſeruitutis,
aquam uel quid aliud immittere: aliter agitur
2 ita ius non eſſe, negatoria. [m] Sed ſi ius ſeruitu-
tis ſit, licet, [n] dummodò iniuriæ faciendæ cau-
ſa non proijciatur, quià tũc iniuriarum nomi-
ne agi poteſt. [n] Et dum non proijciatur vrina,
fœtida, uel ſtercora, aliaue ſimilia, quæ in hac
ſeruitute non cenſentur cõceſſa, ſed excepta. [p]
3 In ſuo tamen ſine proiectione quis poteſt libe
rè ſedere, lauare, & fumum facere ſolito mo-
do, & dum non faciat animo iniuriandi, neq;
ob aquam modicam cadẽtem in alieno repre
4 hẽdi poteſt, uel prohiberi ne in ſuo lauet. [q] De
fumo etiam eadem dicenda ſunt aſcendente
& immiſſo ex inferioribus partibus in ſuperio
ra, ut non liceat citra ius ſeruitutis, [r] alioquin
agatur actione, ita ius nõ eſſe, uel iniuriarum,
ſi animo iniuriandi fiat. [s] Quòd ſi quis vult im
mittere iure ſuo, nec faciat aīo iniuriãdi, quod
in dubio non præſumitur: [t] diſtinguendum an
faciat ignem ſolitum quem exigat uſus ſui &
familiæ, & ita fumum non grauem faciat, ut
non poſſit prohiberi. [u] Etenim hoc natura pre
eſſe uidetur, & ignis. Nam ignis uſus ſine fumo
vnquam, carbonum etiam quamuis ſit. Ignis
autem & fumi natura ſurſum tendere, ut aquę
deorſum ad ſuum centrum: & proinde eadem
ratio, ac in aqua erit, aduerſus cuius dãnũ pro
ſpicitur uicino toties, quoties manufacto ope
re agro aqua nocitura eſt: ſed cũ quis manu fe
cerit, quò aliter flueret, quàm natura ſoleret,
ſi fortè immittendo eam aut maiorem fecerit:
aut uehementiorem, aut ſi comprimendo re-
dundare fecerit: quòd ſi natura aqua noceat,
ea actione non continetur. [x] Et quando lex a-
gris dicta non eſt, naturam loci ſeruandam eſ
ſe placuit, & ſemper inferiorem locum ſupe-
riori ſeruire debere, atque naturaliter hoc in-
commodum inferiorem à ſuperiore pati, & ibi
quaſi quandam ſeruitutem eſſe. [y] Superior au-
tem is dici poteſt ager, ſeu potius ædificium ſu
periùs, ubi fumus fit reſpectu ignis, qui primũ
ab eo oritur, & inferius ædificium per qd tran
ſit. Nam quemadmodum aqua, quæ in inferio
ra tendit, dicitur reſpectu centri immitti: ſic
& fumus ab inferiori ad centrum pergens, di-
5 citur quoque immitti. [a] Et ſi quis uelit ita nõ-
tem iure ſuo, in ſuo prohibere, datur ei interdi
ctum vti poſſidetis. [b] Scilicet utile, ueluti pro
quaſi poſſeſſione, quæ in ſeruitutibus conſide
6 ratur. [b] At ſi præter conſuetum morem uel in
quantitate uel in qualitate ignem ſolitum au
geat, unde ſit uel fum[9] grauior uel copioſior:
putà ſi res fœtidas, ueluti centones coriorum,
oſſa, ſtipulam madidã, uel fœnum comburat,
vel uice mediocris ignis, putà carbonũ, quod
tantum poterat facere, ligna urat potiſſimum
viridia & fumantia: uel ſi auteà domus domi-
nus igni communi utens, locauerit ei qui ca-
ſeariam tabernam exercet, & fumo caſeos uel
alia ſiccet, prohibitio fieri poteſt, ſi ſeruitus nõ
ſit impoſita fumum immittendi. [c] Quare & pu
to nec pro fumo agi poſſe cum eo cui ius eſt

l in l. 2 § fi. de
ſeruit. urb.

m Vlp. in l ſi-
cuti, l 8 § in-
ſto ſi ſeru. uẽd.
P l. fiſtulas, 19.
eod. l. quidam
libertas, l 12. de
ſeru. urb. præd.
n d § ariſto.
o l pen. de in-
iurijs, in P.
p Cap. in 1. de
ſeru. urba in c.
34 nume 4 per
text & glo. in l.
ſi § pen quod
ui aut clam, &
per text & glo.
in l. 3. § idem
ait ſi in odore,
ne quid in loc.
publ. fac l. 1. §.
2 de cloac.
q d. l. ſicuti, §.
fin.
r d l. ſicuti, in
§. ariſto & § ſi.
ſi ſeruit. uend.
s l. pen. de in-
iur. P.
t l. fluminum,
§. fin. de damn.
inf. P.

u d. l. ſicuti, §.
fin.

x Vlp. in l. 1. §.
hęc autẽ actio,
de aqua plu. ar-
cend. li. 39. P. ti-
tu 3.

y d. l. 1 § deni-
que, de aqua
plu. arc.

z d. l. ſicuti, §.
ariſto.

a d. l. ſicuti, §.
ſed & interdi-
ctum, l. ſane, l.
14 de ſuine. in
P l ſi duo, §.
hoc interdictũ
uti poſſid.
b l. penult. de
ſeruit. in P.

c d. l. ſicuti, §.
dicit igitur A-
riſto

focum habendi, neque pro damno, quod inde
euenit ex incendio, niſi anteà proſpectum fue
rit damni infecti cautione: [a] contrà, ſi præter
morem ignem fecerit, uel negligenter cuſto-
dierit, [b] uel conſulto, ubi non ſolet fieri, fo-
cum fecerit. Sicque intelligo reſponſum Vl-
piani, quo ſi quis fumo facto apes alienas fu-
gauerit, uel necauerit, in factum actione te-
netur. [c]

a l. ſi ſeru. ſeru. uſ. 27. §. ſi fornicarius, ad l. Aquil.
b d. l. ſi ſeruus ſeruum §. ſi fornacarius.
c Vlpia. in l. ſi quis fumo, l. 50. ad l. Aquil.

De ſeruitutibus ruſticorum prædiorum, ſemitæ, itineris, viæ, & actus. Cap. XIIII.

1 *Tranſire per prædium alienum ius non eſt, fas etſi ſit. Iniuriarum actio contra uolentem ingredi fundum alienum inuito domino competit.*
2 *Quibus cauſis licet aliena prædia inconſultis dominis ingredi.*
3 *Via publica imbribus deſtructa, per uicina prædia ire licet.*
4 *Coguntur vicini viam vendere ei, qui habet inter illos prædium medium.*
5 *Seruitutes prædiales ruſticæ quæ: Iter, actus, uia quid, & ſemita.*
6 *Latitudo actus, uiæ, & itineris quanta eſſe debeat.*
7 *Conceſſis ſeruitutibus actus, viæ, & itineris, omnia in prædio agere licet, ſine quibus quis uti nequit.*
8 *Dominus prædij ſeruientis in ſeruitute ruſtica, non tenetur reficere prædium pro uſu ſeruitutis: contra, in ſeruitute urbana.*
Refectionis nomine in ſeruitute quæ non liceant, & de actionibus pro iure hoc confirmando, &c.
9 *Confeſſoria quomodo, & quando domino prædij dominantis competit. Interdictum prohibitorium de itinere quando dicitur.*
10 *Exceptiones quæ dantur uocato in ius ex interdicto de itinere.*
11 *In interdicto de itinere, fit æſtimatio eius quod intereſt prohibitionem non fieri, uenitque cautio de non prohibendo.*
12 *Explicatur differentia inter actum & uiam.*

1 IVre communi diuiſione probata
bonorum, per fundum alterius tran
ſire ius non eſt, [d] etſi fas ſit. [e] Et
ideò dominus poteſt prohibere
ingreſſum fundi cuilibet. [f] Et ſi eo inuito uelit
ingredi, tanquam prohibitus re ſua uti, poteſt
actione iniuriarum experiri: [g] fas tñ eſt, id eſt,
ſi non prohibeat dominus potiſſimum, æquũ
eſt: maximè ſi innoxius eſt tranſitus, & iam fa
cta uia uel ſemita fructibus collectis, nam per
eum ire deſiderat, etſi dominus ſemitam non
interciderit. Alioquin enim intercidendo ue-
tare uidetur: ſignum enim eſt eum non con-
ſentire, & uetare: idcirco etiam ignorans, qui
non conſentit, uidetur. [h] Neque alteri permiſ-
ſum eſt legem, quam ſuis rebus quiſque po-
2 nit, uiolare, ut iuri conſonam. [i] Paucis exce-
ptis, in quibus leges permittunt alienum ſo-
lum & cum authoritate iudicis ingredi, ut in
theſauri effoſſione, quod in alieno poſitum
quis iurat ſe habere, [k] in perſecutione ſerui
fugitiui: [l] ſi dominus qui pendentes ſui prædij
fructus uendidit, emptori ingreſſum colligen
di cauſa prohibeat: [m] ſi glandem quæ cecidit
in fundum alterius, dominum fundi colligere
vetat: [n] nam hoc licet data cautione damni in
3 fecti. [o] Et ſi uia publica deſtructa eſt imbribus,
ut per eam iri non poſſit, tunc enim ire licet
per fundum alienum, [p] uidelicet uicinum uiæ
publicæ: cum quòd ſuo quis vtilitatis publicæ
cauſa priuari poteſt, [q] tum etiam, quòd ipſe
eſt quodammodo in culpa, quòd publicũ iter
4 ſibi uicinum non reficiat, ut tenetur. [r] Sic e-
tiam, ſi ager alicuius ſit utrinque alienis cin-
ctus, is poteſt aliquem ex uicinis cogere obla-
to pretio, iter ſibi dare ea parte, qua minus in-
commodum paſſurus eſt. [s] Item ſi per illud
iter per annum & triginta dies proximos iue-
rit, ſciente & patiente domino fundi. [t] Quare
qui fundum habet, ad quem ire colendi cauſa
non poteſt, nec inde fructus exportare, uicinis
circundatus ſine uia publica poſſet cogere ui-
cinum ſibi iter præbere, ne illi prædium inuti-
le ſit oblato legitimo pretio pro iure conceſ-
ſo, & prouidentiæ iudicium eſt, ius neceſſitati-
bus agriculturę ſatisfacere: [u] ſi modò aliũde ad
fundum uenire non poſſit, alioquin enim eo
adire deberet, quamuis lõgiſſimum eſſet iter.
Et ſic ſeruari tradit Maſuerius, [x] & iudicatum
fuiſſe Papus. [y] Itaque ad utilitatem prædio-
rum & commoditatem dominorum conſtitui
oportuit remedia quædam, quibus dominorũ
iura aliis uicitus communicarentur, ſuaſit ne-
ceſſitas prædiorum, & utilitas, ſine quibus nõ
conſtituitur ſeruitus hæc realis [z] prædiorum.
5 Ea prædiorum ſeruitus in multiplici differen
tia eſt pro ratione diuerſæ utilitatis: atque eius
generis, iter, actus, via, aquæductus. [a] Iter, eſt
ius eundi, ambulandi hominis, non etiam iu-
mentum agendi, uel uehiculum. Actus, eſt ius
agendi uel iumentum uel uehiculum, conti-
netque iter. Via, eſt ius uehundi, ambulãdi, &
agendi. Exiſtimo & ſemitam annumerãdam,
quæ itinere anguſtior, quaſi ſemi-iter. [b] In ſer
mone communi, & apud bonos authores ex-
tra etiam tractationẽ ſeruitutum in iure, hæc
uia & iter promiſcuè uſurpantur, at in ſerui-
tutum cauſa longè differunt, quia minus iter,
quàm uia. Et ire dicitur non tantum qui pe-
des it, ſed qui iumento inſidet, aut lectica, aut
ſella eques: non autem iumentum ducere per
iter poteſt, ſcilicet pedes. Et is qui actum ha-
bet armentum trahere, & uehiculum ducere
6 poteſt. [c] Latitudo actus itineriſque ea eſt, quæ
demonſtrata eſt, quòd ſi nihil dictum eſt, hoc
ab arbitro ſtatuendum eſt. In uia aliud eſt, nã
ſi ea dicta non eſt, legitima debetur. [d] Legiti-
ma autem eſt latitudo uiæ, in porrectum octo
pedum: in anfractum ubi flectitur, ſexdecim. [e]
Anguſtior tamen uel latior conſtitui poteſt. [f]
De priuata loquor, non de publica, quæ alte-
rius tractationis, & multiplex eſt, militaris, re-
7 gia, conſularis, communis, publica. [g] Prędictis
tribus ſeruitutibus commune, ut illis conceſ-
ſis, poſſit is cui quæruntur, in prædio ſeruien-
te ea omnia facere, ſine quibus uti non poſ-
ſet, niſi fodiendo, ſubſtruendo, & alia fa-
ciendo. Sicut & in alijs ſeruitutibus. [h] Viden-
tur enim conceſſione alicuius facta, omnia ea
quoque conceſſa, ſine quibus inutilis ea con-
ceſſio eſſet. [i] Inutilis autem eſſet ſeruitus præ-
dialis, ſi locum ſeruitutis non liceret reficere,
uel idoneum reddere ei cui debetur. Siqui-
dem dominus prædij ſeruientis ad id non te-
8 netur. [k] In quo diſtinguitur a ſeruitute ur-
bana oneris ferendi hæc prædialis ſeruitus. [l]
In hac tamen refectione vel ædificatione ſer-

uientis

d l. per agrum, l. 11. de ſeru. C.
e c. 1. pen. diſt.
f l. 3. §. 3. de acq. rer. dom. §. plane, apud Iuſti. de rer. diuiſ. l. diuus Pius, de ſeru. ruſt. præd.
g l. iniuriarum actio, l. 13. §. ſi quis, de iniur. ff.
h l. qui iuſſ. §. uetare, de furt. in ff. facit l. inuitum, 4. de ſerui. urb. præd.
i §. diſponat, de nupt. l. 9. de his qui ſunt ſui uel alie. iu. l. ſi. §. ſi C. de pact.
k in l. Theſaurus, l. 15. ad exhib. l. 10. ff. tit. 4.
l l. 1. de ſer. fugit. C.
m l. g penden. tes, l. 2. de act. emp. lib. 19. ff. tit. 1.
n l. de glan. legen.
o l. Iulianus, l. 9. §. glant, ad exhib. lib. 10. ff. tit. 4.
p l. ſi locus, §. ſi. quemad. ſerui. amitt.
q l. Lucius, de euict. in ff. l. ità ſi uerberatum, de rei uẽdicat. in ff.
r l. ædiles, l. 3. de via publ. l. 43. ff. tit. 10.
s l. ſi quis ſepulchrum, de relig. & ſump. fun. ff.
t l. 1. in prin. & §. prætor ait, de itine. act. priua.
u l. 3. de agric. & cenſit. li. 11. C. auth. agricultores, C. q. res pig. oblig. poſſ.
x Maſ. in praxi, § item ſi quis petat uiam, de ſeruit. per l. binas ædes, & l. Olimpo, de ſeruitu. urba. ff. & l. teſtatrix, in princ. ſi ſeruit vendic. l. ſeruit. §. ſi. de leg. 1. l. damnas eſto, §. 2. de uſufr. leg.
y Papus, li. 14. rapſod. areſt. ti. 1. areſt. 3.
z l. quoties, l. 23. de ſeruit. ti. generali. in ff. l. ſeruit. §. ſin. ſi ſeruit. uendic.
a l. 1. de ſeruit. ruſt. prædio. li. 8. ff. tit. 3. §. rurſ. corũm, de ſeruit. ap. Iuſti. ubi ſinitiones traduntur.
b l. quantum, l. 17. de verbo. ſignifi.
c l. qui ſella, l. 7. l. inter actum, l. 13. de ſer. ruſt.
d l. certo generi, l. 13. §. 2. & l. latitudo, de ſeruitu. ruſt.
e l. uiæ latitudo, l. 8. eod.
f l. uia, l. 23. eodem. tit.
g ut in l. 2. §. uiarum, ne quid in loc. publ. ff. ædedo, & ambiguus, dum de publicis rebus egimus, li. 3. c. 13.
h l. ſi iter, l. 10. de ſeruit. tit. generali, l. ſeruitutes, l. 20. §. ſi domo, de ſeruit. urba. præd. l. quinta, l. 15. de ſeru. ruſt. l. refectiones, §. ſ. cõmu. præd. l. Seruius, §. ſeruus, de uſu. l. 1. §. ſi quis uſſit, ſi ſerpit vend. l. 1. §. vtilitas, de itin. actuq. priua. ff.
i l. 1. ſi. de offic. eius cui mand. eſt iuri. l. 2. de iuriſd. om. iud. l. 3. §. qui hauſtum, de ſeruit. ruſtic. l. 1. §. 1. ſi uſusfruct. pet. l. binas, 1. §. nõ autem, de ſeru. urban.
k l. quoties, l. §. ſi. de ſeruitu. tit. generali.
l d. l. quoties.

tientis loci,cauendum eſt, ne forma proprie-
tatis immutetur, quia tunc non licet:[a] neque
etiam licet, iter vel viam lapide ſeu ſilice ſter-
nere.[b] Neque reficere quoque licebit, ſi in ſer
uitutis conſtitutione lex dicta ſit,vt qui eundi
agendive ius habeat,reficiẽdi ius non habeat:
vel ſi velit reficere vſque ad certũ tantum mo-
dum poſſit. [c] Cauere etiam debet & vt qui re-
ficit, minori quoad fieri poſſit detrimento præ
dij ſeruientis faciat:aliter enim meritò prohi-
betur, [d] extra hos caſus vel ſimiles minimè.
Nam competunt domino prædij dominantis
actio cõfeſſoria,& interdictum de itinere actu
que priuato:illa , ſi in iure ſeruitutis impedia-
tur: hoc, ſi facto aliquo ab vſu & quaſi poſſeſ-
ſione prohibeatur. [e] Confeſſoria itaque con-
tra prohibentem reficere, [f] vt ſuprà diximus,ſi
in loco itineris ædificatur,[g] vel ſi arborem ha-
beat impendentem vicinus,quæ viam vel iter
inuium vel iuhabile faciat. [h] Interdictum au-
tem præcedens prohibitorium eſt de itinere
actuve priuato, pertinens ad tuendas ſeruitu-
tes, cuius conceptio ſubſtantiam demonſtrat,
Sic enim prætor ait, *Quo itinere actuque priuato,*
quo de agitur, vel via, hoc anno, nec vi , nec clam.
nec precariò, ab illo vſus es , quominus ita vtaris,
vim fieri veto. [i] Quo interdicto prætor non in-
quirit,vtrùm is qui eo vtitur habuerit ſeruitu-
tem iure impoſitam,vel non:ſed tantùm an v-
ſus ſit hoc itinere vel actu , hoc anno , non vi,
non clam,non precariò:& in hoc tuetur eum,
licèt eo tempore , quo interdictum redditur,
vſus non ſit:ſi modo hoc anno vſus eſt, vel mo
dico tempore, id eſt, non minus quàm trigin-
ta diebus.[k] Quòd ſi hoc anno vſus nõ eſt,pro-
pter inundationem fortè vel aliud ſimile, ſed
ſuperiore anno, poteſt repetita die hoc quo-
que interdicto vti per in integrũ reſtitutionẽ,
ex illa parte, ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur:
Et ſi per vim contigerit non fuiſſe vſum,in in-
tegrum reſtituetur.[l] Differt autẽ ab interdicto
de itinere reficiendo: quòd hoc non compe-
10 tat,niſi ei qui hoc anno ſit vſus.[m] Exceptiones
vocatæ,quæ agẽtem excludunt, erunt, quòd is
vſus ſit precario, clam, vel vi ſeruitute.[n] Item
ſi eò commeauit , non tãquam iure ſuo vtens:
nam vt hoc interdictum competat, ius fundi
poſſediſſe oportet. [o] Mens enim inſpicienda
poſſidentis, ratione cuius quis non ſolùm per
ſeipſum vti dicitur, ſed etiam per colonum,
per hoſpitem, vel alium nomine ſuo, [p] ex ſuo
11 mandato, [q] & per vſufructuarium.[r] Et in hoc
interdicto æſtimatio fit, quãti interſit via pro-
hiberi vel itinere , [s] daturque cautio de non
impediendo, quandiu de iure ſuo , qui pro-
12 hibet, doceat. [t] Sed quæſtio eſt inter interpre-
tes, quid interſit inter actum & viam, cùm ex
ſuperioribus finitionibus appareat eandẽ tri-
bui vtrique facultatem. [u] Et ideò cùm com-
miniſci oporteret, quandam aliam differen-
tiam , quàm nominum diuerſitas adferret:[x]
interpretes quidam putarunt viam latiùs pa-
tere, quàm actum:alij alia adferunt. Ego ne-
minem reprehendo, ſed exiſtimo differentiam
petendam à M. Terentio Varrone, qui mihi
perſuaſit actum eſſe, viam in agris ruſticiſque
cõceſſam,viam & alibi quàm in agris,vt actus
ſit viæ ſpecies. Sic enim ſcribit: [y] *Via ſiquidem*
iter , q̃ ea vehendo teritur : actus iter in agris: iter
iterum, q̃ agendo teritur: etiam ambitus iter, quod
circumeũdo teritur,&c. Vt actus ita ſit,ius agen
di uel iumentum uel uehiculum,ſcilicet in a-
grum à uilla. Et eo modo uidetur ſenſiſſe Vlp.

a l. vſuſfructus iuſſu in 1 §. ædificiũ, de vſufr. in P.
b l. loci corp. l. 4. §. ſi quis, ſi ſeru. vendic. P.
c l. 1 § fieri autem, de itiner. actuque priua. li. 43 P. tit 18.
d l. veteres, l. 4. & l. ſequ. de itiner. actuque priua.
e l. 2. § final. ſi ſeru. uend
f l. 4. § ſi quis mihi, ſi ſeruit. uend.
g per totum l. ſi in eo loco, l. 9. eod. ſi ſerui. vend.
h l. loci, l 4. §. ſi quis mihi, ſi ſeru. uend.
i explicatur in l 1. & tot tit de itin. actu priu. lib 43. P. tit. 18.
k d. l 1 §. hoc interdicto.
l d. l. 1. § ſi qui propter inundationem & § Iulianus, in 2. eo. tit.
m l 1 §. hoc interdicto, eo. tit.
n d. l. 1 §. ſi tibi fundum, & l. 3. eod. tit.
o l. ſi. de itin. actu. priu. & l. 1. §. Iulianus, in 3. eod tit. l. ſi. ſi ſeru. vend. li 8. P. tit. 6.
p l 1. §. ſi ſeruus colonus, de iti. actuque priu.
q l. 1. §. ſi quis, eod.
r d. l. 3. §. vti ui demus.
s l 3. §. in hoc interdicto, eo.
t l. ſi. de aqua quotid. & æſti. li. 43. P. tit. 20.
u l. 1. de ſeruit. ruſti. prædio. §. ruſticorum, de ſeruit.
x l. ſi idem, C. de codicil.
y Varro, 4. de ling. Latin.

dum agit de priuatis itineribus.[z] *Priuatæ uiæ,*
inquit, *dupliciter accipi poſſunt: uel hæ quæ ſunt*
in agris, quibus impoſita eſt ſeruitus, ita ut ad a-
grum alterius ducant, uel eæ quæ ad agros ducunt,
per quas omnibus commeare liceat, in quas exitur
de via conſulari: & ſic poſt illam excipit uia, uel
iter, uel actus ad uillam ducens. Sextus Pompe-
ius Feſtus in libris de uerborum ſignificatio-
ne, *Actus*, inquit, *modò ſignificat in comœdijs &*
tragedijs, certa ſpatia canticorum, modò iter inter
vicinos quatuor pedum: modò in Geometrica mi-
norem partem iugeri, id eſt, centum viginti pe-
dum,&c.

z Vlp. in l. 1 §. priuatæ uiæ, ne quid in loco publ. li. 43. P. tit. 8.

De aquæductu. Cap. XV.

1 *Aquæductus quid.*
Seruitutes iura dicuntur.
Aqua ducitur ex publico uel priuato loco, ſed per
mittente domino,&c.
Aquam ab alio ducens prædio, quando alij poſſit
impertire,&c.
Aquæ dominus, ſi alius ius ſeruitutis non habeat,
concludere & continere in ſuo aquam poteſt
opere manufacto.
2 *Princeps permittit aquam ex riuo uel loco publi-*
co ducere, hocque ius eſt reale & perſonale.
Concedebant hoc ius olim prætores & ſenatus,
cauſa cognita priuatis,&c.
3 *Conſuetudo immemorialis cuique ex publico a-*
quam ducendi tribuit.
4 *Per viam publicam, uel ſupra aquam ducere, ad*
principem concedere pertinet.
5 *Via publica media ductum aquæ, non hauſtum*
impedit.
Impedit etiam medius locus, ſacer, & religioſus.
6 *Ex publico ducere aquam licet, ſi ſine iniuria fieri*
alterius poſſit, uel nauigantium.
7 *Ex flumine publico non nauigabili, & quod in*
nauigabile non deſcendit, licet cuique priuato
aquam ducere, ſine præiudicio tamen accola-
rum, & non auertendo aquæ alueum.
8 *Flumina ſunt publici iuris, etſi non ſint nauigabi-*
lia neque quiſquam priuata authoritate pontem
facere poteſt ſupra. Stagnum quid, & lacus,
& foſſa.
9 *Medium prædium inter aquam & prædium du-*
centis aquam, ſeruituti conſentire debet, aliter
impedit.
10 *Qui habet aquæductum, non poteſt ſupra alterius*
iter aream ſcindere.
11 *Seruitus ducendæ aquæ ex flumine per uicinum*
fundum, flumen inde recedens non ſequitur.
12 *Ductus aquæ, & aquæ hauſtus ſeruitutes diffe-*
runt.
13 *De modis aquæ ducendæ,&c.* 14
15 *De aquæductibus inſignioribus Romanorum.*
16 *Modus ducendæ aquæ mutandus non eſt. Riuus*
quid,&c.
17 *Ductus aquæ præſentis & inquirendæ, & fontis,*
& ex fonte conceditur.
18 *Aquæ ducendæ, ut nec itineris ius diuidi nequit,*
at poteſt aqua & vſus diuidi.
19 *Diurnæ, nocturnæ, æſtiuæ, quotidianæ, ab vſu diui-*
ſo dictæ quomodo.
20 *Modus cõceſſus aquæ ducendæ, & quomodo quis*
incipit vti, ſi indefinitè fuiſſet conceſſum ius du
cendi, ſequendus. Idẽ in itinere, & actu, & via.
21 *De remedijs contra vtentem alio quàm oportet*
modo ductu aquæ, & de tuitione rectè vtentis.
22 *Aqua exareſcens, ex qua ſeruitus, ſi poſtea re-*
deat, ſeruitutem retinet.

Aquædu-

1 AQuæductus eſt, ius aquæ ducendæ
per fundum alienum.[a] Res enim
ſua nemini ſeruit:[b] ius commu-
ne omnibus eſt ſeruitutibus, quæ
in iure conſiſtunt, & iura dicuntur.[c] Aqua por
rò ducitur, uel ex priuato, uel ex publico.[d] Cæ
terum aquam quæ in alieno loco oritur, ſine
uoluntate eius, ad quem uſus eiuſdem aquæ
pertinet, prætoris edictum non permittit duce
re.[e] Sicuti & qui aquæductũ ab alio obtinuit,
ex eodem alteri nõ poteſt impertire, inuito eo
qui primus conceſſit,[f] niſi poſtquam ingreſſa
aqua eſt fines prædij ſui.[g] Nec præſes prouin-
ciæ ſeu iudex, uſum aquarum, quę ex fontibus
iuris noſtri oriuntur, contra ſtatutam conſue-
tudinis formã, nos carere nobis inuitis, cogit:
utpote quòd durum ſit, & crudelitati proxi-
mum, agris noſtris ſitiẽtibus, aquam noſtram
ad aliorum uicinorum agrorum uſum propa
gari.[h] Ideo ſi conſtitutio ſeruitutis non docea
tur, dominus fundi in quo aqua eſt, facto in lo
co proprio opere, continere aquam poteſt, ne
2 alibi fluat.[i] Permittitur [k] etiam aquam uel ex
caſtello, uel ex riuo, uel ex quo alio loco publi
co ducere: uerum id a principe conceditur.[l]
Alijque nulli competit ius aquæ dandæ. Da-
tur ius hoc interdum prædijs, & eſt tunc reale,
quòd extincta perſona non extinguitur: inter
dum perſonis, & ideo ad alium dominum præ
diorum non tranſit, neque ad hæredem qualẽ
cunque ſucceſſorem.[m] Videtur & hoc ius con
cedendi datum prætoribus antiquitus,[n] & ſe-
natui, eo quòd populi uel principis authorita
tem referrent: uel iſti tantum cauſa cognita
concedebant, ſi non noceretur publicæ utilita
3 ti.[o] Sicut & conſuetudo aliquando, quæ initij
non habet memoriam, aquæductum ex publi
co ſuſtinet:[p] uidetur enim id princeps ratum
4 habuiſſe. Sic ad principem pertinet, ut ab eo
ſolo petatur, ut per uiam publicam ſine incõ-
5 modo publico aquam ducere liceat. Nam is
locus intermedius, quamuis aquæ hauſtũ non
impediat: impedit tamen aquæductum, ut &
6 ſacri & religioſi loci interuentus.[q] Cõceditur
autem & aquam ex publico, & per uiam in pu
blico ducere, ſi ſine iniuria alterius id fiat.[r] Fie
ret autem iniuria alterius: ſi conceſſus aquędu
ctus eſſet ex flumine nauigabili, uel ſi is flue-
ret in flumen nauigabile, unde nauigatio &
commercia lędantur.[s] Quare nec princeps po
teſt tunc permittere, niſi huic iuri nominatim
7 deroget.[t] Si tamen publicum flumen nauiga-
bile nõ ſit, nec damnum publicum ſequatur,
licet cuique etiam ſine imperatoris permiſſu,
uel ſenatus, niſi illi uetent, inde aquam duce-
re.[u] Quod intelligo ſine iniuria etiam accola-
rum, ut non liceat aquæ alueum diuertere.[x]
8 Sunt enim flumina perennia iuris publici, etſi
non ſint nauigabilia: nec ab aliquo ex priua-
tis uſurpari omnino debent, nec poſſunt: non
ſecus quàm non poſſunt impedire, ne fluant:
& ideo qui in fluminis publici utraq; ripa ha-
bet domum, non poteſt flumini pontem priua
ti iuris imponere,[y] nec prohibere ne nauige-
tur in eo.[z] Si tamen ſtagnum, foſſa, lacus, pri-
uati iuris ſint, qui dominus eſt, poteſt liberè
his uti, & alijs interdicere. Stagnum eſt, quod
temporalem continet aquam ſtagnantem po-
tiſſimum tempore hyemis. Lacus, qui perpe-
tuam habet aquam: foſſa, receptaculum eius
manufactum.[a] Quæ tamen eſſe etiam publi-
ca poſſunt, ut tunc cuilibet uti ex arbitrio non
9 liceat.[b] Fieret item iniuria dominis prædiorũ
mediorum, inter prædium eius qui obtinuit,
ductum aquæ & ipſam publicam aquã, ſi per
eius fundum eo inuito duceretur: proinde &
de ſeruitute depaciſci ducentem oportet cum
eo, cuius eſt prædium medium, quod alioquin
ſeruitutem impedit,[c] ſicuti ſi aliunde ex priua
to ulteriori fundo ducere uellet, conuenire de
bet, & cum illis quorum intereſt per locũ du-
10 ci.[d] Nec qui habet aquæductum, poterit ar-
cum ſupra iter alteri debitum ſtruere, per quẽ
11 aqua relicto itinere tranſeat.[e] Imò ſi aquam
ex flumine publico per fundum meum uicinũ
flumini ducas, & flumen receſſerit, non poteſt
ſubſequi flumen ſeruitus: quia ei loco ſeruitus
impoſita non ſit, quãuis is locus meus ſit: ſub-
ſequi tamen poteſt, ſi alluuione ad fundũ tuũ
12 acceſſerit.[f] Aquęductus, ſeruitus ducendę tan
tum aquæ eſt, ut differat ab hauſtus aquæ ſer-
13 uitute. Porrò modi ducẽdi aquam quales per
miſſi ſint conſiderare oportet, nam plures
ſunt: ducuntur enim per riuos apertos & clau
ſos, per ſubſtractionem, per opera arcoata, per
modulos, fiſtulas,[g] euripos, tubos, digitos,[h]
per formas,[i] & ſimilia, ad hauriendam & con
tinendam aquam organa plura a Vitruuio[k]
explicata, ut per tympanum, per rotam cum
modiolis,[l] & caſtello, per rotam cum ſitulis,
per cochleam, per ctheſbicam machinam. Et
apertius alibi idem Vitruuius,[m] *Ductus*, in-
quit, *aquæ fiunt generibus tribus: riuis per canales
ſtructiles: aut fiſtulis plumbeis: ſeu tubulis fictili-
14 bus*, docetque conſtruendi rationẽ. Palladius[n]
& hos & aliũ refert modum. *Cum ducenda*, in-
quit, *eſt aqua, ducitur aut forma ſtructili, id eſt,
canali fabrica conſtante, aut plumbeis fiſtulis, aut
canalibus ligneis, aut fictilibus tubis*. Æreis fiſtu-
15 lis ducere recens inuentum. Fuerunt & aquæ-
ductus Romæ 14. ex cocto latere, ea latitudine
& altitudine, ut eques inſidens equo per eos
ire poſſet.[o] Paulo iuriſconſul. placuit,[p] non
aliàs per lapidem aquam duci poſſe, niſi hoc
in ſeruitute conſtituenda comprehenſum ſit:
quia *Non conſuetudinis ſit*, inquit, *ut qui aquam
habeat, per ſtratum lapidem ducat: illa autem quę
ferè in conſuetudine eſſe ſolent, ut per fiſtulas aqua
ducatur, etiam ſi nihil comprehenſum in ſeruitute
conſtituenda, fieri poſſunt: ita tamen, ut nullum dã
num domino fundi ex his detur*. Sic is qui ius a-
quæ quotidianæ habet, uel fiſtulã in riuo po-
nere, uel aliud quodlibet facere poteſt, dum-
modo ne fundum domino, aut aquarium riua
libus deterius faciat.[q] Et ſi aqua ducatur ab
alio, etiam ſupra eam alia aliqua per põtem,
qui ſupra riuum factus ſit, iure ducitur, dum
16 inferiori riuo non noceatur.[r] Modus tamen
ducendi electus ſequendus erit. Nam ſi quis
ex riuo tecto uſus, per apertum ducere uelit:
uel contra, qui ante aperto duxit, nunc tecto
uelit: interdicto ne quid in flumine publico,
ripave eius fiat, tenetur, ſi modo hoc eius fa-
ctum, incommodum aliquod circa accolen-
tes afferat.[s] Simili modo ſi incile[t] ducat, uel
alio loco faciat, uel ſi alueum fluminis mutet:
nec ex aperto riuo terrenum facere debet, nec
ſigninum ſeu lapideum, non attollere, nõ de-
primere, non dilatare, uel extendere, non ope
rire apertum uel contra.[u] Riuus autem, locus
eſt per longitudinem depreſſus, quo aqua de-
17 currat.[x] Conceditur ductus aquæ non tãtum
præſentis & fluentis, ſed etiam quærendæ &
nondum inuentæ.[y] Olim ex capite ſeu ex fon
te aquam ducere non erat permiſſum, hodie
& inde ſeruitus conſtitui poteſt aquæ ducen-
dæ. Et

a l. 1. de ſeruit. ruſtic. §. ruſticorum, cod. apud Iuſtin.
b l. uti frui, ſi uſusfr. peta. l. in re communi, de ſeruit. urban. l. nemo. 38 eo.
c l. 1 § fin. de ſer. diuiſ. l. 1. de ſeruit. urban. l. 1 quemad. ſeruit. amit.
d l. 1. § hoc interdicto, de aqua quotid. & æſti.
e l. aquam, l. 4 de ſeruitu. & aqua, li. 3 C. ti. 34.
f l. Lucius, de aqua quo. et æſtiu. l. ex meo, l. 24. de ſer. ruſt. præd.
g l. 2 §. illud, aqua quotid. & æſti. lib. 43. P. ti. 19.
h l. præſes prouinciæ. l. 6. de ſeruit. C.
i l. ſi ſibi. l. 10. C. de ſeruit.
k l. 1 §. permittitur, de aqua quotid. Iulius Frontinus, lib. 2. de aquæductu.
l d. §. permittitur, l. quo minus, de flumi. ni P. l. ſi in publico, § ſine permiſſu, de aqua plu. arcen. P.
m d. §. permittitur, l. pecoris, & l. quaro, de ſeruit. ruſtico. præd. l. arbor §. 2. com. diuid. P. l. priuilegia. de reg. iur. l. qualem, ſolu. matrim. P.
n l. ſi autẽ plures, l. 10. § ſi de aqua plu. arcẽ. li. 43 P. tit 3
o l. 2. de flumi nib. P.
p l. hoc iure. §. ductus aquæ, de aqua quoti. & æſti.
q l. ſeruitutes prædiorum, l. 24. §. publico loco, de ſeruit. P.
r l. imperatores, 17. §. fin. de ſeruit. ruſtic.
s d. l. ſi autem, § fina. de aqua plu. arcen. l. 2. de fluminib. li. 43 P. tit. 11. l. 1. ut in fluminib. publ. nauig. lice. li. 43. P. ti. 13.
t gloſſ in d. l. 2. de flumin.
u d. l. 2. de fluminib.
x l. 1. §. ſiunt autem qui putãt, ne quid in flu. pub. lib. 43. P. ti. 12.
y l. ſi. de flumi nib. P.
z d. l. 2 §. hoc interdicto, ut in flum. pub. naui. lice.
a l. 1. § ſi priuata, & ſeq. §§. ut in flumin. pub. naui. lice. l. lacus, de aq. rec. domin.
b d. l. 1. § plane, ut in flumi. pub. naui. lice.

c Pau. l. qui ſella, l. 7. § fin. de ſerui ruſt. prædio. & idẽ Pau. l. ſi prius, l. 17 §. ſi. de aqua plu. arcen. l. 1 §. 2. de aqua quotidia. & æſti.
d l. in concedẽdo, l. 2. l. in diẽ, 9 l. ſi autem, l. 10 de aqua plu. arcen. P.
e l. ſupra iter. l. 11 eod.
f l. hoc iure, l. 3. §. ſi aqua, de aqua quotid. & æſti.
g Iul Frontin. in princ. 1. li. de aquaduc. & in 2.
h l. Lucius, de ſeruit. ruſtic.
i l. 1. de aquæduct. li. 11. C.
k Vitruui. lib. 10. architec. ca. 9 10 11. 12.
l de hac in l. 2. com. prædio.
m Vitru. lib. 8. cap 7.
n Pallad. lib. 9. de re ruſt. c. 11.
o Procopius, li be 1.
p Paul. in l. ſi prius, l. 17 § 1. de aqua plu. arcen. l. 1. § ſi de riuis. li. 43. P. ti. 20.
q l. 1. § pen. de aqua quotidia. & æſti. l. Quintus Mutius, l. 15. de ſeruit. ruſtic P.
r d. l. 3. § ſi. de aqua quotid.
s l. 1. § ſi quis ex riuo, ne quid, in flu. pub.
t quid incile, in l. 1 § incile, de riuis, lib. 43. P. tit. 21
u l. 1 § ſi & l. 2. de riuis P
x d. l. 1 §. riuus, de riuis.
y l. Labeo, de ſeruit. ruſt. prædio l. pen & fi. ſi ſeru. uend. in P. l. ei fundo, l. 19. de ſeruit. ti. generali.

18 dæ.[a] Et qoamnis oiæ, itineris, actus, & aquędu ctus pats io obligauonem deduci non poſſit, quia uſus eorum indiuiſus ſit:[b] tamen temporibus & modo uteodi, aqua & deductio eius diuidi poteſt, remanente iure uſendi indiuiduo.[c] Idem & in aquæhauſtu, ſi aqua ſufficiẽs ſit pluribns. Et ſi pluribus per eundem locum, aquæductu coucesſo, non conuetiant inter ſe qui ius habent quomodo utantur, poſſunt agere ioter ſe communi diuidundo:[d] uel uti debent alternis diebus, ſeu temporibus inter ſe præfinitis.[e] Vnde fiunt & aquatum diuiſiones temporibus, ut diurnarum uel nocturnarum aquatum, quia horis illis tantum quis aquam duce
19 re poſſit.[f] Inde & dicta æſtiua & quotidiana:[g] æſtiua, quæ eſt, qua æſtate ſola uti expedit, uel tantum conceditur, uel æſtate tantum ſui natura duci poteſt. Quotidiana, quæ aſſiduè duci ſolet uel poteſt, uel æſtiuo uel hyberno tempore. Ea quoque quotidiana, cuins ſeruitus intermiſ
20 ſione temporis diuiſa eſt, ſi perennis eſt.[h] Eo modo quo conceſſa eſt ſeruitus aquæ ducẽdæ, utendum eſt, nec miſcenda alia aqua,[i] eoque quo quis cœpit uti.[k] Nam conceſſio aquæ ducendæ per fuodum generaliter facta, ut & uiç, & itineris, & actus, quãlibet partem fuodi habet ad uſum liberam: ciuili tamen modo, qui tacitè in cõceſſione uenire uidetur, ut nec per uineas, nec per uillam ipſam hæc liceant, cum ea æquè commodè per alteram partem duci poſſit, & minori ſeruientis fundi detrimento: uerum conſtitit, ut qua primum quis uiam direxiſſet, ea ire agereve deberet, neque amplius mutandæ poteſtatem haberet: ſicuti & riuum primò qualibet licuit ducere, ſi certus non conuenit locus, poſtea autem quàm ductus eſt, nõ licet transferre,[l] niſi in conuentione ſeruitutis id ſit permiſſum nominatim, ut per quamlibet partem fundi, ire, agere, ducereve liceat, nihil enim prohibet, ſubinde ſi uelit mutare,[m] quia expreſſa conuentio tollit tacitam le
21 gis interpretatione.[n] Itaque ſi quis alio modo quam permiſſum eſt, uel alio tempore interdicto uſus ſit, prohibetur: ut contra, ſi quis modo conceſſo & uſu continuato utatur, & prohibeatur uti, uel conceſſum reficere, interdicto quoque iouatur de aqua quotidiana & æſtiua,[o] in
22 terdicto de riuis.[p] Sed ſi fons exaruerit, unde duceretur aqua, & poſtea renaſcatur, ſeruitus quæ antea extincta uidebatur, & una reuiniſcet: tuendumque erit prædium dominãs, quia citra domini negligẽtiam amiſſa erat uel ſuppreſſa,[q] per reſtitutionem quandam. Sed hactenus de aquæ ducendæ ſeruitute dictum ſit, plura alia ſuperiori lib. tertio, explicata uidere poteris de aquæductu, cap. uigeſimoſecundo, & libro primo, cap. tertio, & quarto.

a l. ſeruitus aquæducendę. l. 9. de ſeru. ruſt. præd. l. 1. §. hæc interdicta, de aqua quotid.
b l. 10. & l. 17 de ſeruit. lib. 8. ff. tit. 1.
c l. 4. in prin & §. 1 & ſi & l. 5. de ſeruit. tit generali. l. 2. § 1. & ſi de ſeruit. ruſt. l. cum conſtet l. 5. de aqua quot. 10 ff.
d l. 4. in fin de aqua quotid. & æſti.
e l. cũ uenſſet, l. 5. de aqua quotid
f l. 2. de aqua quotid. l. ſi cõmune, §. 1 quẽ adm. ſeruitu amitt. l. 4. § modũ, & l. una §. 1. de ſeruit. tit. generali.
g l. 1 de interdicto. l. 6. & tot. tit. de aqua quot. & æſti.
h l. 1 § duo ſunt cũ ſeq §§. de aqua quoti.
i l. 1. § itẽ quæritur, eod.
k d. l. 1 §. iſtud, eod.

l l. ſi cui ſimpliciter, l. 9. de ſeruit. tit. generali, l. ſi mihi cõceſſerit, l. 21. & l. ſi uia, 26. de ſeruit. ruſt. præd. l. certo generi, §. ſi locus, eod.
m l. nam ſatis, l. 6 §. cæterum, quemad. ſeru. amitt. lib. 8. ff. tit. 6.
n l. 1. § ſi cõuenit, depoſ. in ff. l fin. de pact. conuen. C.
o prout uidebis in l. 1. cum ſuis §§. de aqua quotid. & æſti.
p tit. de riuis, l. 43. ff. tit. 20.
q l. unus ex ſocijs, l. 34. §. ſi & l. & Atilicinus, l. 35. de ſeru. ruſt. præd. l. ſi quis ex fundo. l. 13. & l ſi locus, l. 14 quẽ adm. ſer. amitt.

De aquæhauſtu. Cap. XVI.

1 *Aquæhauſtus ſeruitus ruſtica prædialis, cui aqua imponitur.*
2 *Ius hauriendi prædialis ſeruitus prædio acquiritur, ut non poſſit inde alteri concedi: Et qui differat ab uſu hauriendæ aquæ perſonæ conceſſo.*
3 *Hauſtus aquæ uicino proximo tantum, uel medio conſentiente remoto conceditur, conceſſo hauſtu conceſſum cenſetur iter ad hauriendum per fundum, & reliqua, ſine quibus hauriri non poteſt, actio, & refectio, & ſimilia, &c.*
4 *Interdictum de fonte: & confeſſoria quando pro hauſtu detur.*

1 AQuæhauſtus ruſticorum prædiorũ ſeruitus eſt,[r] quæ imponitur aquæ, quæ duci non poteſt qualis putealis,[s] qua conceditur ius hauriendi aquam, non ex flumine publico, quia id de ſine ſeruitute cuilibet licet haurire:[t] ſed ex flumine, fonte, riuo, lacu, puteove priuato, uel in ſumma ex prædio uicino, quatenus ad fun
2 dum noſtrum opus ſit. Nam ad prædij tantum dominantis neceſſitatem reducuntur prædiales ruſticæ ſeruitutis,[u] ut & alijs uicinis prædiis, qui acquiſiuit, nõ poſſit communicare ex alieno, niſi conuentum ſit,[x] cum ſeruitus etiã ſeruitutis eſſe non poſſit.[y] Et hauriendi ius nõ hominis, ſed prædij eſt.[z] Et ita tantum conceditur ei, qui fundum uicinũ habeat,[a] & in hoc diſtinguitur hæc ſeruitus ab uſu aquæ haurien dæ perſonæ conceſſo, quæ ſeruitus potius perſonalis, uel aliud debitum perſonale cenſetur, & quæ extinguatur cum perſona:[b] cum tamẽ
3 realis, prædii poſſeſſor ... quatur.[c] Conceditur hauſtus tamen uicino alii, quàm proximiori, dummodo intermedius, iter præbeat ad tranſeundum, & ad hauriendum.[d] Qui tamen uicino proximiori aquæ hauſtum concedit, in ſuo uidetur conceſſiſſe, & iter ad hauriendum,[e] vt conceſſa alia uoa omnia cenſentur, ſine quibus conceſſo uti quis non poſſet, ueluti refe
4 ctio, purgatio, & id genus ſimilia.[f] Et proinde competit interdictum de fonte utendo, ſi haurire, purgare, reficere quis prohibeatur, uel ſi iter denegetur, quo uſus antea non ui, non clã, non precario.[g] Si de iure autem quæſtio, agetor confeſſoria uel negatoria:[h] ſiue unus ſit, qui habeat hauſtum aquę, ſiue plures, cum nihil prohibeat, quin ex eadem aqua, ſi ſufficiẽs ſit, pluribus non poſſit concedi hauſtus certis diebus & diuerſis temporibus limitatus.[i]

r l. 1. §. in prædijs, de ſeru. ruſtic. præd §. aucter, de ſeruit.
s l. 1 §. quamquam, de aqua quot.
t l 3 § fina de ſeruit. ruſt.
u l. ergo, l 5 de ſeruit. ruſt. prædio.
x l. ex meo, l. 24 & l. cum eſſent, l 33 § fin. de ſeruit. ruſt.
y l 1 de uſu & uſufr. lega.
z Pompo in l. ſi mihi, l 20. §. ſi de ſeruit. ruſtic.
a l. ergo, l 5 de ſeruit ruſt.
b l. pecore, l. 4. & l Aduenerunt l. 37 de ſeruit ruſt: l. mellia, l. 13 § fin. de aliment & cib. lega lib. 34. ff. tit. 1.
c l. 1 §. permittitur, de aqua quotid & æſti. l. ſi in publico. § ſiue permiſſu de aqua plu. arcen.
d l. ſi prius, l. 17 §. ſi de aqua plu arc ff.
e l. 3. § fina. de ſeruit ruſt.
f l ſi iter, de ſeruit. tit. generali. l. ſeruitutes, §. 1. de ſeru. urbã. ff. l ueteres, de itin. actuve priu. l. refectionis, cõmu. præd. ff.
g uide per totum, l 1. de fonte, lib. 43. ff. tit. 22.
h l. 1. §. ſi. ſi ſeruit. uẽdi.
i l. 2. § 1. fin de ſeruit. ruſt. l Lucio, de aqua quot. & æſti.

De ſeruitute prædij inferioris excipiendi aquam ex ſuperiori profluentem. Cap. XVII.

1 *Excipiendæ aquæ ſeruitus impoſita fundo inferiori, quæ ſit.*
2 *Lex fundorum duplex, priuata, publica: & qualis utraque ut ſeruitutem faciat, idem nu. 3.*
3 *Aquæ pluuiæ arcendæ actio, locum quando habeat.*
4 *Agrorum uaria limitatio, & terminatio qualis.*
5 *Agri natura quomodo ſeruiat.*
6 *Vetuſtas quid operetur in ſeruitutibus agrorum.*
7 *Aqua pluuialis, non pluuialis, & mixta, quid.*
8 *Aquæ pluuiæ arcendæ interdictum quando competit.*
9 *Interdictum de aqua pluuia non datur pro aqua retenta a ſuperiori prædio, ſed pro immiſſa, uel auerſa.*
10 *Pro damno dato aqua immiſſa opere, datur interdictum quod ui aut clam, & quomodo pro dato agendum eſt.*
11 *Opus, per quod nocet pluuia, conſiderandum eſt. Et de ſulcis aquarijs in agro faciendis.*
12 *Foſſas, agrorum ſiccandorum cauſa, quomodo liceat facere.*
Aggeres quomodo debeant reſtitui.
13 *Qui debet ſeruitutis ruſticæ aquam foſſa continendi, uel recipiendi, non tenetur foſſas purgare, uel reficere.*

Aquam

1 AQnam ducere, uel haorite ex alie-
no prædio, interdum prædijs utile
eſt: & ideo prædictæ ſeruitutes in-
troductæ ſunt, ut liceat ducere. A-
liquando autem defluentem in noſtra prædia
aquam ex alienis, damuoſum eſt excipere: uti-
le autem illis qui prędia ſuperiora habent, fun
dos ita decurſu aquæ deſiccari. Et proinde inde
aliæ ſeruitutes, uel aquæ arcẽdæ interdictum,
uel non immittendæ oriuntoc. *In ſumma tria
ſunt*, inquit Paulus,[a] *per quæ inferior locus ſupe-
riori ſeruit, lex, natura, loci uetuſtas, quæ ſemper*
2 *pro lege habetur minuendarum litium cauſa.* Lex,
priuata uel publica eſſe poteſt: priuata conſti-
tutio ſeruitutis ex cunuentione partium defini
ta, quæ inſtar legis ſeruanda inter conuenien-
tes,[b] ut ſi dictæ leges agris quibus uicina ma-
gna ſunt flumina, ut liceat mihi in agro tuo
3 aggeres uel foſſas habere.[c] Ideo ſi fundus tuus
ita uiciuo ſeruiat, & propterea aquã recipiat,
ceſſat aquæ pluuiæ arcendæ actio, ſi tamẽ non
ultra modum noceat, ut ſi uicino quis ceſſerit,
ius ei eſſe aquam immittere.[d] Idem ſi uicinus
operi quo aqua immittitur, quæ uocet, conſen
ſit, id eſt, facientem patiatur[e] ſine errore.[f] Pu-
blica lege factum uidetur, quod in agrorũ di-
uiſione factum eſt,[g] & ſi qua opera aquæ im-
mittendæ cauſa publica authoritate facta ſint,
quæ in aquæ pluuiæ actionem non ueniunt.[h]
4 Antiquitus agri decumani militibus aſſigna-
ti, & limitibus ſuis tradiri sũt poſſeſſoribus do-
minis.[i] Fuit & ager uel diuiſus uel aſſignatus
coloniarum liminbus, & per poſſeſſionem pro
ximarum rigores percorrens delineatus in lõ-
gitudinem per ſtrigas, limitatus cum mẽſura.
Erat & arcifinus ſine menſura, finitus tamẽ ſe-
cundum aliquam obſeruationem, fluminibus,
foſſis, montibus, uijs, ab arcendis hoſtibus ita
dictus.[k] In his ſeruitutes, uel iura primũ con-
ſtituta ſeruanda ſunt, & antiqua monumenta
ſequenda: non ſecus, ac in priuatis prædiis di-
uiſis quæ dominis placuerint, potiora ſunt.[l]
5 Natura res interdum ſeruire dicitur, quando
ex natura agri ſiue opere manufacto, aqua a
ſuperiori in inferiorem decidit & nocet, & ibi
eſſe quoque naturam agri ſequẽdam placuit,
compenſareque debere damnum inferiorem,
quod ex ſuperioris aqua accipit, cum commo-
do alio, nempe quòd ſicut omnis pinguedo ter
ræ ſuperioris ad eum decurrit, ita & aquæ om-
ne incommodum ad eum defluat.[m] Id enim ſe
cundum naturam eſt, ferentem commoda, &
incommoda pati debere.[n] Et ceſſat prohibitio
immiſſionis, ſi aqua naturaliter decurrat.[o] Ve-
tuſtas etiam operis manufacti arguit ſeruitu-
tem, ſi eius initij memoria nõ extet, & habetur
6 pro lege.[p] Alioquin enim tollitur, ſi fieri non
debuit.[q] Probatio autem memoriæ huius ope-
ris facti recipitur, non tantum ſi teſtes teſtẽtur
ſe opus fieri uidiſſe, ſed etiam ſi audierint ab a-
liis qui memoria tenuerint: nec ad liquidum,
7 dies uel conſul exquiritur.[r] Extra iſtos caſus a-
liæ ſunt cõſiderationes immiſſionis aquę, quas
ut dilucidius intelligamus cum ſuperioribus
præire debet cognitio, aquam eſſe uel pluuia-
lem, ſeu de cœlo per imbres uenientem, uel nõ
pluuialem, interdum mixtam. Aquam pluuiã
Tubero dicit, quæ de cœlo cadit, atque imbre
excreſcit: ſiue per hæc aqua cœleſtis noceat, ſi-
ue cum alia mixta ſit.[s] Notio aquæ mixtæ quæ
imbre excreſcit, eſt, quando colorem mutat.[t]
Sine pluuia dicuntur fluere flumina fontes, &
id genus: & ea aqua quæ immittitur, ueluti
quando qui fullonicas artes exercet, uel bal-
neum aquam in uicini fundum immittit.[u]
8 Si quis præter ius ſeruitutis opus faciat, quo
aqua pluuia deriuari poſſit in fundum uicini,
& ei nocere, ut aggeres, foſſas, & ſimilia, diſtin-
guere oportet, an in ſuo, uel in publico opus
faciat. Nam ſi in ſuo, competit interdictum
aquæ pluuiæ arcendæ, ſi in publico, minimè.[x]
Atque tantum datur, ſi agro eius noceat: cæ-
terum ſi ædificio uel oppido noceat, ceſſat hæc
actio: agi autem poterit ius non eſſe ſtillicidia
uel fluminà ita immittere. Eſt enim actio de
fluminibus & ſtillicidiis generalis, aquę autem
pluuiæ ſpecialis:[y] quæ tamen competit ratio-
ne agri tantum proximi, ut non quæramus un
de illa oriatur. Nam ſi ex publico orta, uel ex
loco publico uel ſacro, per fundum uicini de-
ſcendat, iſque opere facto in meum fundum
eam auertat, aquæ pluuiæ arcendæ tenetur: ſi
autem oriatur ex proximo ædificio urbano, &
noceat agro, uel ædificio ruſticó, agendum de
ſtillicidiis & fluminibus.[z] Dehinc & ſciẽdum
eſt hanc actionem pluuiæ arcendæ locum ha-
bere in damno nondum facto, opere tamen
iam facto ex quo damnum timetur, toties quo
ties quis manufecerit, quo aliter aqua flueret,
quàm natura ſoleret, aut ſi fortè eam immittẽ-
do, aut maiorem fecerit, aut citatiorem, aut ue-
hementiorem, comprimendo redundare coe-
gerit.[a] Sed & oportet eſſe aquam pluuiam no-
cẽtem agris, quia in rem eſt, non in perſonam
interdictum hoc.[b] Nam pro aliis fluentibus
uel immiſſis hoc ceſſante, proditæ ſunt actio-
9 nes aliæ.[c] Subinde & datur pro aqua nocente
tantum contra uicinum opus facientem, quo
aqua decurrat, non autem ſi uicinus opere a-
quam retineat, quam nobis profuturam puta-
mus: & ſi ita aqua pluuia noceat, datur: non, ſi
non proſit.[d] Nam actione aquæ pluuiæ, peti-
tur auerti aqua, & opus p quod nocet deſtrui,
& in priſtinam formam reponi, damnumq; re
ſtitui expenſis eius qui fecit in re ſua: uel ſi do-
minus non fecit, ut patiatur opus tolli,[e] datur
& actio quod ui aut clam aduerſus colonum
10 opus facientem.[f] Sed & in iſta aqua auerten-
da diſtinguendæ actiones, ut pro damno præte
rito opere dato conueniri quis poſſit interdi-
cto quod ui aut clam, in hoc autem iudicium,
futurum damnum ueniat. Et de eo quod poſt
ſententiam iudicis futurum eſt, damni infecti
caueatur, uel ita opus reſtituẽdum, ut nullum
periculum damni ſuperſit. De eo opere quod
poſt litem conteſtatam factum eſt, nouo iudi-
cio agendum eſt.[g] Sed & ſi is qui opus fecit,
potentiori alienet prædium, agi & cum eo po-
teſt intra annum utilem, quod ui aut clam: ſi
annus præterierit, de dolo iudicium dandum.[h]
11 Opus quoque per quod nocet aqua pluuia cõ-
ſiderandum quale ſit, ueluti ſi agri colendi cau
ſa quis in ſuo prædio ſuperiori ſulcos fecerit
aratro: non competit enim pro his hæc actio, ſi
modo recti ſunt, id eſt, qui in unam tendant
partem, ſi aliter ſerere non potuit, niſi ſulcos
aquarios faceret: contra, ſi ſine iis poſſet, & ſi
ſulcos aquarios, quos Græci ὑδραγωγοὺς uocãt,
uel ſulcos tranſuerſos aquarios, per quos in a-
grum uicini aqua deflueret, fecerit.[i] Placuit
quoque quæ frugum, fructuum percipiendo-
rum cauſa fiunt, extra hanc cauſam eſſe.[k] Item
12 & licere foſſas facere agrorum ſuorum ſiccan
dorum cauſa, fundi colendi, non tamen deri-
uandi aquæ gratia.[l] Ex quibus ſi aquam plu-
uiam nocere poſſe appareat arbitro, is cogere

poteſt

a In l. 2. de aqua plu. arcen. lib. 39. P. tit. 3.
b l. 2 §. ſed & ſi uenit, depoſ. l. legem quã dixiſti, C. de pact. § ſi de ſeruit. apud Inſt. l. ſemper in ſtipulationibus, de reg. iur.
c l. 1. §. denique, de aqua plu. P.
d l. 2. § ſi eod. de aqua.
e l. Labeo, l. 29. de aqua pl. l. qui bona 8. de, l. 13. § ſi ſiguſta, de damn. infec. lib. 39. P. tit. 2.
f l. ſed hoc ita. l. 20. de aqua plu.
g l quod principio, l. 23. eod. tit.
h l 2 § Caſſius, de aqua plu arcen. d. l quod principio.
i Iulius Frontin. li. de iure limit. l. in agris, de acq. rer. do. P. de qualit. agro. P.
k Iulius Frontin. li. de qualit. agrorum.
l l. 1. & 2 C. ſi regun. li. 3. titu. 39. l. in finalibus, l. 11. & l. uos, l. 12. eod. tit. li. 10. P. tit. 1.
m l. 1. § denique, & §. item Varus, & §. ſed & ſi uicinus, de aqua plu arcẽ.
n l. nat. §. pro ſecũdo, de cad. ſoll li 6 C titu. 39. l ſecundum naturã, de reg. iur.
o l. 1. §. idem aiunt, & §. in ſumma, de aqua plu.
p l. 1. § denique, & l. 2. in princip. & in §. item Varus, & §. Caſſius, de aq plu.
q l quod principio, l 23 §. ſi. de aqua plu. d. §. item Varus.
r l. 2 §. idem Labeo, eod.
s l. 1 §. aquam pluuiam, eod.
t l. 1 §. illud in ſumma, ueniat. imbre. eod. tit.
u l. apud Trebatium, l. 3. eo. de aqua plu. arcen.
x l. 1. §. fina. de aqua plu.
y l. 1. §. item ſciendum, eod.
z d. l. 1 § item ſciendum, & ſequen.
a d. l. 1. § hæc autẽ actio, de aqua plu.
b l ſi tertius, l. 6 § aqua pluuiæ, eod.
c l. 3. de aqua plu.
d l. 1. § ſi ſentam tem, eod.
e l 2. in princ. & § Neratius, & l 4. l. ſi tertius, l. 6 §. ſi. & l. is cum quo, l. 7. l. ſuper iter, l. 11 § apud ferocem, & §. Trebatius, l. emptor, l. 12. de aqua plu.
f l ſi colonus, l. 5. eod.
g l. Atteius, l. 14. §. ſi. cum 12. ll. ſeq. de aqua plu. l. 2. §. 2. & l. ſupra iter, l. 11. § officium, eod. tit.
h d. l. Atteius, l. 4 § Iulianus, & l. poſt uenditionem, l. 16. eod. tit.
i l. 1. §. de eo opere, §. ſed & ſi quis, & § item Sabinus & l. uicinus, l. 24. de aqua plu.
k d. l. 1. §. Labeo.
l d. l. 1. § ſed & foſſas.

poteſt eas explere, & niſi iuſſus faceret condẽnare, quamuis antequam iudicaret, aqua per foſſas nunquam fluxiſſet, [a] quia & hæc actio ad damna futura pertinet. [b] Verum tamen ſi aggeres, qui aquam fluere faciunt in uicini prædium, aquæ inundatione, uel uitio ſoli ſubſidentis uiam aquæ pluuiali nocenti aperuerint, non tenetur dominus prædij de damno aliqua actione, [c] ſi nihil ipſe manufecit quominus agger ſupereſſet. Et ita tantum præſtare patientiam cogitur, ut is qui læditur uicinus, aggerem uel opus aquam auertens, glarea iniecta repletum ui fluminis, uel limo, uel deletam reficiat. [d] Si tamen ſit foſſa antiqua, cuius initij memoria non extat, ſi inferior uicinus non purget, unde ex reſtagnatione nocetur uicino, cum inferiori aquæ pluuiæ actione aget, uel ut purget, uel patiatur in priſtinum ſtatum, eum cui nocet, eam reducere. Poteſt & qui in confinio eſt agere aquæ pluuiæ arcendæ. [e]
3 Notabile eſt in hac ſeruitute recipiendi aquam foſſa uel continendi in fundo ſuo, ut is, cuius fundus debet ſeruitutem, non teneatur, niſi dictum ſit nominatim, foſſas purgare, uel aggeres facere, uel munire, ſed ſolum cogatur pati dominum prædij cui debetur ſeruitus, ut reficiat uel noua faciat, [f] exemplo aliarum ſeruitutum, [g] excepta ſeruitute oneris ferendi. [h] Si tamen ex alueo foſſæ pinguedo quędam ex purgatione erui poteſt, certè poteſt dominus prædij ſeruientis uel agere ut uicinus purget, uel purgare ſinat. [i] Si tamen qui debet lædat opus ſeruiens, alio opere tenetur proprijs expenſis reſtituere in priſtinum ſtatum. [k]

De ſeruitute ruſtica appulſus pecoris ad aquam. Cap. XVIII.

1 *Seruitus pecoris appulſus ad aquam quid.*
2 *Seruitus appulſus pecoris, quando realis, & quando perſonalis.*
3 *Pecoris appellatione in hac ſeruitute quæ animalia ueniant, & quid aliud.*
4 *Modus & numerus pecoris decretus inſpicitur in hac ſeruitute.*

1 Pecoris ad aquam appulſus, inter ſeruitutes prædiales ruſticas ponitur, [l] quę nihil aliud eſt, quàm ius appellendi, ſeu ducendi pecudes
2 ad aquas uicini. Hæc ſeruitus realis eſt, quando prædium, unde pecus appellitur, paſcuale eſt, & fructum ex pecudibus dominus accipit: aliter & ius aliud perſonale eſſe poteſt, cum perſona cui conceditur extinguibile. [m] Porrò hic conſidero tantum prædium cui conceditur ſeruitus, quod paſtionibus deputatum eſt, qualia ſunt macra loca, prout innuere uidetur M. Varro ad Nigidium Turanium ſcribens, [n] *Turanium, inquit, noſter liber, ſcilicet dicatur de re pecuaria, qui uehementer delectatus pecore, propterea quòd ſe empturientem, in campos macros ad mercatum adducunt crebrò pedes, quò fecundius ſumptibus nihil a poſcentibus minuſtres, &c.* Quemadmodum & eſt curis genus, in quo nec pecora, nec aues haberi poſſint: [o] ita & aliud eſt, in quo nihil aliud quàm armenta, uel ouilia ſunt, ob locorum infrugiferam naturam, obque crebros montes & ſyluas, & non aliter ex ſaltu fructus percipi poſſit, niſi per greges. [p] Proſunt & agris ſterilibus pecoris ſtercorationes & caules: [q] ut ita uideantur fundi eſſe: quia & agri fructus in pecore etiam conſiſtere dicitur. [r] Et Vlpianus [s] inſtrumenta fundi exiſtimauit, quæ fructus quærendi, cogendi, & conſeruandi gratia parata ſunt, inter cætera & boues domitos, & pecora ſtercorandi cauſa parata: etſi fundus ſaltus, paſtioneſque habeat, greges pecorum, paſtores, ſaltuarios.
3 Pecoris appellatione continentur oues, boues, capræ, equi, muli, aſini, aliæque quadrupedes, ut ſues, elephanti, cameli: exceptis canibus, urſis, leonibus, pantheris. [t] Proinde in hac ſeruitute appellendi pecoris, animalia omnia, quæ pecoris nomine ueniunt, continebuntur. Sed & canes paſtorales, ſine quibus greges conſeruari non poſſunt, ut & ipſe paſtor, tanquam
4 acceſſoria neceſſaria. [u] Atque in hac ſeruitute conſideramus quoque modum impoſitum, ut, ſi numerus certus eſt pecudum adiectus, quæ appelli debeant, plures non liceat appellere: & ſi plures appellantur, liceat non quidem uniuerſum gregem, ſed ultra numerum appoſitas repellere. [x]

De ruſtica ſeruitute iuris paſcendi. Cap. XIX.

1 *Seruitus pecoris paſcendi, ruſtica.*
2 *Sine iure paſcendi non licet in aliena pecus immittere, & ſi fiat, quæ remedia.*
3 *Paſcua quid.*
4 *In paſcuis conſideranda, & alia remiſſio.*

1 Seruitus alia ruſticorum prædiorũ. pecoris paſcendi, [y] ius, [z] ſcilicet paſcendi in alieno prædio, [a] utilitatis meę cauſa: uidelicet uel ut paſcua mea conſeruem, uel ut ſtercoratione pecoris pinguius prædiũ meum reddam. Citra
2 ius ſeruitutis, in alieno non licet pecus paſcendi cauſa immittere, prohibente lege duodecim tabularum, quæ eſt de paſtu pecoris. [b] prohibet & lex Aquilia. [c] Sunt & aliæ actiones proditæ, pro reſarciendo damno, ſi quis aliena depaſci fecerit: ut ſi alienos fructus in ſuum prædium decidentes immiſſo pecore depaſcat, in factum aget: [d] ſi dolo malo autem idipſum faciet, ad exhibendum: [e] uel ſi in alieno aliena iniuria matura depaſtus eſt, datur actio utilis legis Aquiliæ, id eſt, non ex uerbis, ſed ex ſententia legis Aquiliæ. [f] hic propria tractatio pa-
3 ſcuorum: Paſcua namque dicuntur, ubi animalia paſci ſolent, ſicque ſaltus, ſylua, paſcua. [g] Sunt & huiuſmodi prata, uel campi paſcua, & dometa, loca uidelicet dumis, ſeu uepribus & ſentis obſita, ut ait Virgilius,

Tercentum niuei tondent dumeta iuuenci.

4 In hac ſeruitute & cætera quæ in alijs conſideranda, ut modus conceſſionis, pacta, ne nimiũ noceatur, & ſic de ſimilibus. Et num ſit uniuerſitati habitantium debita, [h] uel quibuſdam tantum priuatis. Aliaque pleraque quæ notabilia & quotidiana ſunt, de quibus tractaui abundè, dum de publicis rebus ago, [i] ac de bonis patrimonialibus principis & paſcuis. Quæ hic non tranſcribam.

a d. l. uicinus, § 14.
b l. ſupra iter, § officium, & l. Atteius, § pe. l. 1. § 2 de aqua plu. arcen.
c l. Atteius, l. 24 eo. tit.
d l. 2. § 1. & § item Varus, & apud Namusa, & l. ſupra iter, l. 1. § fin. de aqua plu.
e l. 1. § apud Labeonem, & § praeterea, & § apud Alphenum, de aqua plu.
f l. 1. § fi. de aqua plu.
g l. quoties, § ſeruitutum, de ſeruitu. praed. & § fin. de itin. actuq.
h l. eam debere colu. nunam, de ſeruit. urba. praed.
i l. 2. § apud Labeonem, de aqua plu. Cæpol lib. 2. de ſeruit. ruſt. c. 4 nu. 91.
k l. in ſummâ, § item Labeo, de aqua plu. Et l. 2. Caeſ. in l. 3. § & h. ut. eod. tit.
l l. 1. § pecoris de ſeruit. ruſt. praed. ſu. de ſeruit.
m l. pecoris, de ſeruit. ruſtic. l. molliſ, § quod liberti, de alimen. legat.
n M. Varro, 2 lib. 2. de re ruſtica.
o Col. lib. 2. de re ruſt. c. 15.
p Paul. in l. de grege ouium, l. 9. de ſer. ſituat. lib. 33 P. 117.
q § ſed & ſi pecorum, de aſis & habita.
r 10 l. pecoris, l. 4. de ſeruit. ruſtic.
s Vlpia. in l. in inſtrumenta, l. 8. eod.
t Caius, l. a. ad l. Aquil. l. 2. aduerſus eunt, l. 38. § ſed etium, de ad. l. edi. lib. 33 P. tit. l. § ſi pecorib. de ter. diuil. l. numerantis, & l. legatus, § pecoribus, de leg. 3.
u arg. l. quib. tum, l. 32 § ſi in agro uectiones ſit, de fund. inſtru. P.
x l. 1. § Trebatius, & § Marcellus, de aqua quotid. & aeſti. li. 43. P. tit. 19.
y l. 1. § pe. & l. pecoris, de ſeruit. ruſt. praediorum, de ſeruit.
z § 1. de ſeruit. § fin. de rer. diuiſ. l. hac autem iura de ſeruit. ruſt. praed.
a l. uel ſoo ſeruitutem, uti frui, & uſuſfr. petat.
b l. qui ſeruũ datum, l. 1. § 6. & praeſcript. uerb. lib. 19 P.
c l. Quint Mutius, ad l. Aquil. d § ſin l. qui ſerui.
e l. Iulianus, § glans, ad exhibend. lib. 10.
f l. ſi de leg. Aquil. l. 3. § C. tit.
g l. ſylua, eodem, § fin. de uerbo. ſign. l. ſi domino, § pla ne lib. 2. cum l. & ſic de paſc. publ. uel priua. lib. 11. C.
h ut in l. teſſetera, l. 2. a. § plures, ſi ſeruit. nd.
i ſup. li. 3. c. 15.

De ſeruitutibus alijs ruſticorum prædiorum. Cap. XX.

1 *De ſeruitute arenæ fodiendæ, calcis coquendæ, cretæ eximendæ, quando hæc ſint ſeruitutes prædiales, & quando perſonales, &c.*
2 *Creta quid.*
3 *Calx quid, & ex quibus fiat.*
4 *Aliæ ſeruitutes ruſticæ, boues quibus fundus colitur in uicino prædio paſcere: fructus in uicinam uillam cogere: pedamenta ex uicini agro tollere: terram uel lapides in fundum uicini iacere, altius tollere: per prætorium uicini tranſire, &c.*

1 ALiæ ſunt etiam ſeruitutes pro utilitate prędiorum dominantium inſtitutæ, arenæ fodiendæ, & calcis coquendę in prædio alieno,[a] cretę eximendæ, quę conſtitui poſſunt iure ſeruitutis ruſticanę in quantum exigit ſolum utilitas fundi dominantis, puta ad opera fructuum colligendorum cauſa facienda, uel ad uillulam ea cauſa ædificandam, & ad ſimilia, non ultra, ad vendendum uel transferendum: Nam ſi hoc concedatur, alia erit ſeruitus perſonalis uſusfruct[9] uel uſus, uel ius aliud: ueluti ſi quis figulinas habens, cretæ eximendæ ius habeat, uel dolia inde facta uendat, quæ rectè explicant Vlpianus, & Paulus.[b] Poſſunt enim lapicidinæ, uel cretæ fodinæ, & fornaces calcis prouentui eſſe domino prædij, qui alio iure in alios quàm ſeruitutis transferre poteſt.[c] Et poſſunt conduci ſalinæ, arenæ, cretifodinæ, ut me-
2 tallifodinæ,[d] & cotoriæ.[e] Cretam eſſe ſpeciem terræ dixit Varro,[f] & terram ab admixtis dici aut cretoſam, aut glareoſam, &c. id eſt cum creta uel glarea mixtam. Eſtque creta, terra tenax qua utuntur figuli, quam nonnulli uocant argillam.[g] A Creta inſula, quæ illa terra abundat, dicta: quamuis & multæ eius terræ ſint participes regiones. Vnde & diuerſorum colorum adferuntur hodie, picturis & alijs rebus ſubſeruientes: ut cimolia, ſardia, umbrica, ſaxum, argentaria, de quibus & earum uſu Plinius.[h]
3 Calx ex lapidibus in fornace concoctis fit, potiſſimum ex lapidibus albis, non uarijs nec duris effoſſis, qui meliores ad id opus, quàm ex ripis fluminum collecti:[i] fit & in India hodie ex oſtreis & buccinorum cruſtaceorum teſtis.[k] Vtriuſque modi opificium deſcribit Dioſcori-
4 des.[l] Neratius addit[m] etiam alias ſeruitutes ruſticas, licere altius tollere, & officere prędio uicini, uel cloacam licere habere,[n] per uicini domum, uel prætorium, uel protectum habere. Item[o] poſſe & ita ſeruitutes imponi, ut & boues per quos fundus colitur, in uicino agro paſcantur, ut fructus in uicini uilla cogãtur, coactique habeantur: & ut pedamenta ad uineam ex uicini prædio ſumantur, item uicino, cuius lapicidinæ fundo tuo immineant, poſſe te concedere, ius ei eſſe terram in fundum iacere, ſaxaque impoſita habere, & in tuum lapides prouoluantur, ibique poſiti habeantur, indeve exportentur. Cæterum iſtæ ſeruitutes particulari non egent enucleatione, quando iam ſatis earum ſubſtantia & iura poſſint ex his, quę de urbanis & ruſticis alijs diximus, intelligi. Sicuti, ſi lapicidinæ in tuo agro ſunt, ſeruitus conſtituta de illis eximendis habet eandem tractationem: nam ſine conſuetudine uel ſeruitute, ius non eſt inuito prædij domino cedere.[p]

a l. 1 § pen. de ſeruit. ruſt. prædio. § inter ruſticorũ, de ſeruitut.

b in l. ergo, l. 5. & l. ueluti, l. 6. de ſeruit. ruſt. prædio.
c ut in l. diuortio, § ſi uis in fundo, ſol. matrim.
d l. ſed & hi, l. 13. de public. & uectig. lib. 19. P. tit. 4.
e in l. Cæſar, l. 3. eod.
f Varro, lib. 1. de re ruſt. c. 9.
g Colum. li. 3. de re ruſt. c. 11.

h Plin. li. 35. c. 17. & c. 6.

i Plin. lib. 36 c. 23.
k Amat. Luſita. in commen. in Dioſcorid. li. 5 enarra. 91.
l Dioſc. li. 5 c. περὶ ἀσβέστου ca. 133. de calce uiua.
m in l. 2. de ſer uit. ruſtic.
n l. 9 & ſeruitus, l ius cloacæ, l. 7 de ſeruit. u. generalis, qd cloaca, in l. 1. § 1. de cloac. loc° concernu, per quē colluuies quædam fluat.
o l. 3. de ſeruit. ruſt.

p l. uenditor, l. 13 § ſi conſtat, comm. præd. P.

De conſtitutione ſeruitutum. Cap. XXI.

1 *In conſtitutione ſeruitutum, res, perſona, modus conſtituendi conſiderantur, & quomodo ad prædium habere debet, qui debet, & qui habet ſeruitutem prædiorum: futura ſeruitus promitti poteſt, uerum ſtatim non dicitur debita, &c.*
2 *Rebus publicis priuatus nemo imponit ſeruitutem.*
3 *Rei propriæ ſeruitus imponi poteſt, non ſacræ, non religioſæ.*
4 *Perſonæ quæ in ſeruitute acquirenda, uel concedenda exiguntur, debent eſſe domini prædiorum.*
5 *Modi conſtituendi ſeruitutem tot, quot acquiritur uſusfructus: & quomodo lege publica, & priuata, & pactis conſtituatur, & patientia.*
6 *Quomodo antiquitate conſtituantur ſeruitutes, ſeu de præſcriptione ſeruitutum.*
7 *Ex rerum conſequentia conſtitutæ ſeruitutes.*
8 *Modus utendi ſeruitute a domino tantum, & paciſcentibus conſtitui poteſt.*
9 *Seruitutes quædam prædiales reales, ne niſi ex æquitate, ex tempore, ad tempusve conſtitutæ ſuſtineantur: prædiales perſonales quoque, iure ipſo.*
10 *Ab uno ex dominis communis rei ſeruitus quomodo imponi non poſſit.*

1 QVia quædam ſuperioribus ſeruitutibus communia ſunt, ne ſæpius eadem repetere cogeremur, ea in communem quandam tractationem reijcienda cenſui. Proinde de conſtitutione ſeruitutum, dehinc de actionibus, quæ pro ſeruitutibus competunt, & poſtremò de earum extinctione & fine in uniuerſum agendum eſt. Itaque in conſtituenda ſeruitute, res, perſonas, & modum conſtituendi perpendi debere arbitror. Res, in quibus conſtituitur ſeruitus, & quibus conſtituitur uel quæritur conſidera. Nam ſine prædijs ſeruitutes prædiales conſtitui non poſſunt. Et nemo poteſt ſeruitutem acquirere uel urbani, uel ruſtici prædij, niſi qui prædium habet: nec quiſquam debere, niſi qui prædium habet:[q] atque ideo prædia ſequuntur.[r] Quamuis qui fundum non habet promittere poſſit,[s] ſed ideo non debet, ut alius ſibi acquirat: aliud eſt enim tradere uel dare, quod traditionibus & patientia fit: aliud obligari ad dandum, in quo conſiſtit obligationum tantum ſubſtantia.[t] Sic futuro ædificio acquiri uel imponi ſeruitus poteſt.[u] Ita & futuræ nondum inuentæ aquæ ducendæ ſeruitus conſtitui poteſt.[x] Verum non ſequitur ſtatim deberi, ſed ſolum ædificio facto, uel aqua inuenta. Nec ſtatim ut ſeruitus promiſſa eſt, fit mea,[y] quando rebus non exiſtẽtibus, quibus uel a quibus deberi poteſt, fit promiſſio. Quia ea conditionalis ſua natura eſt, ſi res ſit: & qui debet ſub conditione, quamuis ei cui debetur ratione ſpei creditor ſit,[z] tamen qui promiſit uerè debitor non eſt, quia poteſt conditio non impleri. Et ideo ſub conditione debitum per errorem ſolutum, pendente conditione, repetitur, ut tunc indebitum.[a] Habemus exemplum ualde conueniens in ſtipulatione dotis cauſa facta: nam dos ante nuptias malè petitur, quaſi hoc expreſſum fuiſſet, & nuptijs non ſecutis, ipſo iure euaneſcit ſtipulatio,[b] quia ipſa promiſſio

q Vlpia. in l. 1. commu. præd. lib. 8 P. tit. 4 §. ideo. de ſeruit. ap. Iuſtin.
r l. cũ fundus, l. 13 com. præd.
s l. heredes eius l. 26. § ea, famil. erciſ. lib. 10 tit. 2.
t l. obligationum ſubſtantia, de actio.
u l. ſi ſeruitus, l. 23 § ſi. de ſeruit. urba. præd.
x l. Labeo, l. 10. de ſeruit. ruſt. præd. l. pen. & ſi. ſi ſer. uen. in P.
y l. ſtipulatio, l. 98. de uerbor. oblig. P.

z l. is cui ſub conditione, de actio. P.

a l. ſub conditione, l. 16 de condic. indebi. lib. 12. P. tit. 6. l. Græcè, §. ſi. de pignor. in P.
b l. 4. §. huius rei, de pact. lib. 2. P. tit. 14.

habeat in ſe conditionem, ſi nuptiæ fuerint
ſequutæ.[a] Et ideò non poteſt dici debitum
2 ante conditionem, quia nec agi poteſt.[b] De-
inde conſidero prædia eſſe debere priuata:
nam publicis imponere non poteſt priuatus
ſeruitutem, veluti vt ex flumine vel caſtello
publico hauriat, quamuis eius longa poſſeſſio
aliquomodo ſuſtineatur.[c] Idipſum ſi impoſi-
ta ſit ſeruitus, ne piſcari liceat in mari, cui nul-
3 la imponi ſeruitus poteſt.[d] Neque in re pro-
pria quis ſibi conſtituit ſeruitutem, cùm res
ſua nemini ſeruiat:[e] vt nec acquirere quis po-
teſt alienis ædibus,[f] nec per ſacrum locum,
religioſum, vel ſanctum, poteſt ſeruitus de-
4 beri.[g] In perſonis conſideramus generaliter
idoneas ad res ſuas tractandas, itaque ſua ce-
denda: vt quemadmodum reliqua bona libe-
rè poſſunt diſtrahere & quærere, ſic & in his
quærendis vel amittendis ſeruitutibus ſtatua-
mus per eandem libertatem adminiſtratio-
nis bonorum propriorum.[h] Debet igitur eſſe
dominus plenè fundi, qui imponit vel qui ac-
quirit ſeruitutem: ſiquidem imponi alienis
non poteſt,[i] vt nec maritus fundo dotali[k] poſ
ſit imponere, nec proprietarius fundo vſufru-
ctuario, nec vſufructuarius,[l] ſaltem vt noce-
re poſſint alijs. Sic vaſſallus & emphyteuta
quidem ſeruitutem feudo aut fundo emphy-
teuticario rectè imponunt, & quandiu poſſi-
dent hoc iure valet:[m] at ſi redit ad dominum
feudum, vel res emphyteuticaria, iure domi-
nij, prælationis, vel commiſſi, extinguitur ſer-
uitus: ſecus, ſi ad eum tanquam ad priuatam
veniat.[n] Poteſt arbiter in iudicio communi di
uidundo conſtitutus, ſi regionibus fundum
non vectigalem diuiſum duobus adiudicaue-
rit, quaſi in duobus fundis ſeruitutem impo-
5 nere.[o] Cæterùm modi conſtituendi ſeruitutes
tot ſunt quot acquiritur vſusfructus,[p] de qui-
bus in vſufructu dictum. Conſtituuntur ita-
que loci natura, lege, & vetuſtate, conſuetudi-
ne:[q] de natura loci paulò antè diximus: & de
lege, quæ publica & priuata.[r] Continetur ita-
que priuatæ legis nomine conſtitutio ſeruitu-
tis facta in teſtamento, cùm hæres per dam-
nationem quæ eſt legati ſpecies,[s] iubetur ſer-
uitutem alicui dare, vel concedere, vel pati
eam.[t] Eſt enim teſtamentum lex priuata.[u] Cu
iuſmodi & ſunt pacta conuenta & ſtipulatio-
nes,[x] quibus & conſtituitur ſeruitus.[y] Sed &
potiſſimùm patientia domini, cuius prædium
ſeruitutem debet, quæ realis conſtitutio eſt.[z]
6 In antiquitatis cauſa, & præſcriptiones, lon-
guſve vſus, & conſuetudo conſiderantur. Ser-
uitutes quæ in ſuperficie conſiſtunt poſſeſſio-
ne retinentur: nam ſi fortè ex ædibus meis in
ædes tuas tignum immiſſum habuero, hoc vt
immiſſum habeam, per cauſam tigni poſſi-
deo habendi conſuetudinem.[a] Et ſi quis diu-
turno iure, & longa quaſi poſſeſſione ius aquæ
ducendæ nactus ſit, non eſt ei neceſſe docere
de iure, quo aqua conſtituta eſt: veluti ex lega-
to, vel alio modo: ſed vtilem habet actionem,
vt oſtendat per annos fortè tot ſe non vi, non
clã, non precariò poſſediſſe.[b] Et ſi agri lex non
inueniatur, vetuſtas vicẽ legis obtinebit: Et in
ſeruitutibus hoc idẽ ſequimur, vt vbi ſeruitus
non inuenitur impoſita, aut quãdiu quis vſus

a l. pleruque, § ſi antè, & l. ſti pulationem, de iur. dot. P.
b l. cedere, de verbo. ſignific.
c l. 2. com. prædio. tit. 4. lib. 8.
d l. 1. ædificet fun di, l. 14. comm. præd. in P.
e l. vti frui, l. 5. ſi vſusfru. peta. lib. 7. P. t. 6. l. in re communi, de ſeruit. ruſti. prædio. l. cum in fundo, de iur. dot. l. quicquid, l. 11. comm. præd.
f Vlpia. in l. ſi quis duas ædes, 6. § 1. com. præ dio.
g l. ſeruitutes, 24. § ſi. de ſeru. tit. generali, l. ſi prius, l. 17. § ſed loco, de aq. plu. arcen. libr. 39. P. tit. 3.
h l. in re mandata, l. manda.
i l. ſed & ſi lege, § conſuluit, de peti. hæred. l. 1. de leg. fuſ. can. tollend. cum ſi milib.
k l. ſi quis duas, § 1. comm. præ dio. P.
l l. Iulianus, l. 5. & l. ſeq. de fundo dota. lib. 23. P. tit. 5.
l l. ſed & ſi q d, l. 10. § ſed neq; ſeruitutem, de vſuf. & quẽad. quis vta.
m Petr. Iacobi, in ſua pract. tit. de actio. in rem pro re emphy teuticaria Flo- ria. et Pau. Caſt. in l. 3. de ſeruitutibus in P. & l. 3 C. eo. Boer. queſt. 181 nu. 1.
n Petrus de bel la pertic. in l. 3. de ſeruit. P. Gui do. Pap. q 175 & ita iudicatum tradit & Boer. d. q. 181. num. 6 & 7.
o l. communi diuidundo, l. 7. § Neratius, cõ mu. diuid. l. 25. verſ. ſed & re gionibus, fam. erciſc. P.
p l. vti frui, l. 5. de ſeruit. l. 3. de vſufr. § fin. eo. Iuſtin.
q l. 1. § fin. & l. 2. de aqua plu. & ſupra cum de ſeruitute exci piendi aquam egimus, c. 7.
r § 1 de legat. Paul. lib. 5. re cept. ſentent. ti tul. 6. Vlpia. in tit. 24.
s § fin. de ſeruit. in l. poteſt, l. 19. comm. præd. P.
t § diſponat, de nupt. in au thent.
x l. legem quã dixiſti, de pact. C. l. 3 § ſi con uenerat, depoſ.
y § f. de ſeru. l. hæredes eius, l. 26. § an ea, fam. erciſc. P. l. exiſtimo. l. 98. de verb. obl.
z l. 5. de vſufr. l. 1 de ſeruit. ruſt. prædio. l. 3 § ſi iter, a. de actio. emp. in P.
a l. ſeruitutes quæ in ſuperficie. l. 19 de ſeruit. vrban prædio.
b Vlpian. in l. ſi quis diuturno, l. eod. ſi ſeruit. vend. lib. 8. P. tit. 5.

ſit ſeruitute, neque vi, neque clam, neque pre-
cariò, is habuiſſe longam conſuetudinem &
veluti iure impoſitam ſeruitutẽ videatur.[c] Et
Scæuola reſpondit, ſolere eos qui iuri dicendo
præſunt tueri aquæductus, quibus authoritatẽ
vetuſtas daret, tametſi ius non probaretur.[d]
Et Pomponius ductum aquæ, cuius origo me-
moriam exceſſiſſet, iuris conſtituti loco habe-
ri.[e] Antoninus quoque Cæſar longitudinem
temporis vicem ſeruitutis habere voluit.[f] Et
hæc referenda ſunt ad prærogatiuam tempo-
ris, non impugnatam, id eſt, quæ authoritatem
habeat citra malæ fidei ſuſpicionẽ, vtpotè vſu
continuato, præſente & patiente domino, qui
conſtituiſſe ita cenſetur à lege. Nec veriſimile
enim eſt in ſeruitutibus vel iuribus, quæ habẽt
vſum continuũ, vbi aliud non docetur, ſcilicet
de precario, vel vi, vel clandeſtino vſu, dominũ
paſſum fuiſſe ſine voluntate vſum vicini: & ita
ductus aquæ, & tigni immiſſio, quæ vſum ha-
bent continuum per temporis prærogatiuam,
rectè ſibi conſtitutionem ſeruitutis arrogant,
patiente domino & ſciente, exemplo rerũ im-
mobilium.[g] In alijs autẽ ſeruitutibus, quæ non
continuum vſum ſed interpolatum habent, ex
quo domini patientia argui non poteſt, certè
aliud ſtatuẽdum cenſeo, vt & titulus & bona fi
des & poſſeſſio prædij cui adhæret ſeruitus, exi
gatur: nec per ſe ſeruitutes vtpote incorporales
vſucapi poſſe:[h] at cũ prædijs præſcribi iure ci-
uili[i] longo tempore 10. annorum inter præſẽ-
tes, & viginti inter abſentes cum bona fide & ti
tulo ita clam pato, vt non opus ſit tot interpre
tum cõmetarijs & ambiguitatibus, ex Iuſtinia
ni expreſſa deciſione. Is enim cùm de præſcri-
ptione lõgi temporis agit, idem obſeruari no-
minatim ſtatuit, non tantùm ſi res ſoli ſint, ſed
etiã ſi ſint incorporales, quæ in iure conſiſtũt,
veluti vſusfructus, & reliquæ ſeruitutes:[k] dum
modò quis iure ſeruitutis vſus ſit & ab eo tem-
pore quo ita vſus, nõ aliter,[l] & aduerſario ſciẽ-
te. Recordari tamen oportet eorum quæ dixi in
ſeruitute vrbana luminum, præſcriptionẽ ex
generali conſuetudine Galliæ, luminum vel fe
neſtrarum non fieri ſine titulo, per quantum-
cunque fuerint tempus vſurpatæ. Quia genera
lis eſt pſcriptionũ regula, vt cũ poſſeſſione, vel
quaſi poſſeſſione, qualis in ſeruitutibus,[m] quæ
non poſſidentur:[n] interueniat bona fides,[o] &
titulus, vt etiã exemplo rerum immobiliũ ſerui
tutes præſcribi voluit Iuſtinianus:[p] in quibus
titulus exigitur.[q] Atq; recepta interpretũ ſen-
tentia ex authoritate Vlpiani, vtentẽ ſeruitu-
te non cogi oſtendere titulum.[r] Quod tamen
ego verum non exiſtimo, præterquam in his,
quæ vſum continuum habent, vt in aquædu-
ctu quotidiano, de quo meminit Vlpianus. Por
rò in alijs quibus non ineſt continuus vſus,
arbitror edendum eſſe titulum, ex quo & bona
fides præſumitur, etiam ſi ſit minus ſufficiens,[s]
niſi improba poſſeſſio præceſſerit.[t] Pro titulo
tamen erit, ſi dominus prædij ſeruientis putà
paſcui, aliquid acceperit pro iure paſcendi, &
tunc ſufficit decem annorum præſcriptio, quia
illud pro titulo.[u] Qui ſi non adſit etiam in paſ-
cuis vſucapiendis, quæ continuam cauſam
non habent ſine ope hominum, requiritur cen
tum annorum & immemorialis poſſeſſio, &
7 ita iudicatur.[x] Conſtituuntur præterea ex
conſequentia ſeruitutes: vt ſi quis hauſtum
aquæ concedat, conſequenter videtur iter ad
hauriendum concedere.[y] vſufructu legato, &

c l. 1 § ſi. de aqua plu. arc. lib. 39. P. tit 3.
d l. fin. cod. de aqua.
e l. 3. § ductus aquæ, de aqua quot. lib. 43. P. tit. 20.
f l. 1 C. de ſeru. & aqua lib. 3. tit. 34.
g l. 2. & l. ſi ma nifeſtè, l. 7. de ſi ruſt. & aqua, C.
h l. ſeruitutes, l. 14. de ſeruitu. l. ſeruus § 2. de acquirend. rer. dom.
i l. ſi abſens, § 1. de vſuc. ſi ha bent inquiunt Doctores con tinuatam cau ſam, ſi non ha bent immemo rabili tempore. Ioan. Fab. in § æquè, de actio. nu. 10 & ibi An ge. 7. col. Docto res in l. 2. C. de ſeruit. Pelt. in cap. de quarta, 15. de præſcrip.
k Iuſt. in l. fin. in ſinal verbis de præſcri. lon. temp. libr. 7. C. tit 33.
l l. fin. de itin. actu. priua. l. 2. C. de ſeruit. tit. generali.
m l. ſi quis diu turno, ſi ſeruitus vend. l. quo ties, l. 10 de ſer ui tit. generali. ita intelligẽda l. 2. com. præd P § 3. de preca.
n d. l. ſeruitu tes, l. 14. de ſer uit. l. ſeruus, § incorporales, de acqu. rer. do mi.
o c. vigilanti, de præſcript. ex preſsè in l. fin. quemad. ſerui. amitt. lib. 8 P. tit.
o l. fina. de itin. act. priua. in P.
p d. l. fin. C. de præſcr. lon. tem po.
q l. nullo, C. de rei vend. l. lon. gi, & l. diutur na, de præſcrip. longi temp. C.
r Vlpia. in l. ſi quis diuturno vſu, ſi ſerui. ven dic.
s l. pen. de euic tio. lib. 8 C. tit. 45. c. 1. de præ ſcript in 6.
t l. improba, l. 7. de acq. poſſ. lib. 7. C. tit. 32.
u l. venditor, § ſi conſtat, cõ mu. præd.
x Papon, libr. 14. rapſod. arr. tit. 1. arreſto 4. & 5 & 7.
y l. 3 § fin. de ſeruit. ruſt.

a l. ſi binæ ędes, l. ę de ſeru. vrb. prædio. l. damnas, de vſufru. leg. l. ſeruum ſi l. 1. §. vlt. de leg. 1.

iter ad vtendum legatum cenſetur.[a] Et hæc
quæ diximus, conſtitutionis partem vnam ex-
plicant ſeruitutum: alia autem quędam ad mo-
8 dum conſtitutionis pertinent. Qua in parte,
primùm animaduertendum eſt à domino ſo-
lo modum proculdubiò impuni poſſe, quem
pepigerint conſtituentes, vel qui placuerit te-
ſtatori, vel qui per vſum retentus eſt: veluti
quo genere vehiculi agatur, quod pondus de-
feratur, quæ res vehantur, qua hora & tempo-
re quis vtatur.[b] Vt in certa tantùm parte fun-
di ſeruitus imponatur.[c] Diuidi enim per mo-
dum res, qua vtimur, poteſt, quamuis ius in-
9 diuiduum ſit.[d] Verumtamen ſeruitutes con-
ſtitui debent purè prædiales: Quia hæ prædia-
les ipſo iure, nec ex tempore, neque ad tem-
pus, neque ſub conditione, neque ad certam
conditionem, verbi gratia, quandiu volam,
conſtitui poſſunt. Sed ſi hæc adijciantur, per
pacti vel doli exceptionem occurretur, contra
placitum ſeruitutem vendicanti.[e] Quia &
alij actus, in quibus ſtricto iure deficimur, æ-
quitate ſuſtinentur.[f] In perſonalibus & hæc
10 licet iure ipſo, vt in vſufructu, & vſu.[g] Quòd
ſi plures domini & ſocij vnius rei ſint, nec con
ſtitutio ſeruitutis, nec modus ab vno ex illis ap
poni poteſt in re communi pro indiuiſo.[h] Nec
licet vni ſolo quicquam agere, potiſſimùm
quo res deterior communis reddatur inuito ſo-
cio,[i] habetque ſocius ius prohibendi facien-
tem.[k] Nec poteſt ſeruitus in parte prædij ſub-
ſiſtere, id eſt, pro parte ſeruitus non dicitur
concedi,[l] nec ſtipulationes vel pacta earum
rerum diuiduntur quæ ſua natura diuiſionem
non recipiunt.[m] Indiuidua autem eſt ſerui-
tus, & tota in toto demonſtrato ſeruiente
prædio, & tota in qualibet eius demonſtrati
parte eſſe dicitur.[n] Adde quòd re exiſtente
communi pro indiuiſo, vnus ex ſocijs etſi do-
minus dicatur, tamẽ communitatis ratione &
indiuiſi rem ſocij quoque inuenies eſſe, ſi con-
tra conſtituentem pro alio ſocio rationem il-
lam contorqueas, quod commune eſt, meum
eſt.[o] Et proinde ſicut in re aliena quis conſti-
tuere ſeruitutem non poteſt.[p] Sic nec in re
communi quæ loquente ſocio ſua dici poteſt,
non poterit conſtitui. Si tamen res ſeruitutis
diuidi poſſit, & vnus ex ſocijs diuiſæ parti im-
ponere poteſt: at tunc non communi, ſed ſuæ
abſolutè imponere videtur. ita vſusfructus
pars concedi poteſt & conſtitui, qua res illa
diuidua.[q] Et ita diuiſo fundo vel vnius exiſten
te, & ad certam partem conſtitui poteſt ſer-
uitus.[r] Proinde quando fundus pluribus com-
munis eſt, qui vult ſeruitutem in illo acquire-
re, à ſingulis quidem ſeorſum impetrare po-
teſt, ſed tunc non eſt debita, quandiù vnius cõ-
ſenſus adhuc ſupereſt: quamobrem & inutilis
eo prohibente conceſſio, & eo conſentiente
aliæ conceſſiones, quæ interim illi inutiles e-
rant, ratæ fiunt. Et ſic non ab vno ex dominis,
ſed ab omnibus dicitur impoſita.[s] Sicut &
iure, actus pendentes alio actu firmari poſ-
ſunt.[t] Et dignus quidem eſt dominus, vt con-
ſulatur, dum de ſua re agitur, cùm ſua inter-
ſit,[u] imò nec in meliorem ſtatum eo inuito
res eius ab alio reduci poteſt.[x] Et ideò com-
muni fundo pro indiuiſo ab vno ex ſocijs al-
tero inconſulto vel inuito acquiri non poteſt
ſeruitus.[y] Quod aliũde etiam habet rationem,

b l. 4. §. 1. & l. vſu, l. 4. §. 1. de ſeruit. tit. generali, l. eum con ſtet, l. 1. de aqua quotid. & æſti.
c l. ad certam, l. 3. de ſeruitu. l. ſi ſic, l. 7 quem ad ſerui amit.
d l. via, l. 1. §. vſus eius qui ſtinerus, l. 17 de ſeruit. titu. generali.
e l. 4. de ſeruit. tit. generali.
f l. 1. §. item Var., de aqua plu. arc. lib. 39 P. tit. 3.
g l. 4. de vſufr. l. & puto, §. vſusfructus, famil. erciſc. in §. 1. de vſu & habita.
h l. 2. de ſeruit. tit. generali, l. vnus ex ſocijs, l. 34. de ſeruitu. ruſt.
i l. parietem, & l. in re communi, de ſeruit. vrba.
k l. Sabinus, cõmun. diuid. P. l. de pupillo. § ſi de pupillo. § ſi plurium, de no. op. nunciat. P. l. in concedendo, & l. ſi autẽ, de aqua plu. arcen.
l l. pro parte, de ſeruit.
m l. ſtipulationes non diuidũtur, de verbor. oblig.
n l. via, § fina. de ſeruit. ruſtic. prædio.
o l. ſerui electione, § pen. & ſi. de leg. 1. l. illud, de iure. dot. P.
p l. ſi quis duas ædes, l. 6. §. 3. commu. prædio. P.
q l. ſerui, vſufruct. quemad. caueat. l. 3. de vſufruc. l. 1. §. ſi vſusfructus, ad l. Falc. in P.
r l. ad certam, de ſeruit. in P.
s l. per fundũ, de ſeruit. ruſt. præd. l. ſi commun. prædio P.
t l. donationes quas parentes, de donatio. inter vir. & vxo. C. l. fin. C. ſi maior fact. al. rat. habe.
u l. de vnoquoque, de re iudica. l. 2. de his q̃ ſunt ſui vel alien. iur. l. item quæritur, l. 14. § ſi mancula tur, loca. lib. 19 P. titu. 2.
x l. fina. de vſu & habit. in P. & um ſimilib. ibi nota.
y l. ſi vnus, de ſeruit. ruſt. prædior. l. proprium, comm. præd. P.

quòd alteri nemo ſtipulari poſſit,[z] neque ac-
quirere alienis ædibus ſeruitutem.[a] Nec ad
rem facit, quòd res quæ pro indiuiſo commu-
nis eſt, poſſit pignori dari:[b] nam longè diuer-
ſa cauſa iuris pignoris eſt, quod non niſi par-
tem pro diuiſo in executione reſpicit ſocij de-
bitoris, remanente intacto iure alterius ſocij.
Hoc autem non poteſt fieri in ſeruitute, quæ
afficit totum prædium, & per totum diffuſa
cenſetur, & minuit vtilitatem prædij, vt in fini
tione docuimus ſeruitutis: quod non facit pi-
gnus.[c] Et ſuum ius poteſt ſocius quidem ven-
dere, legare, donare:[d] at ſocij ius lædere non
poteſt, nec in melius reducere, nec reficere, niſi
communi nomine: quo caſu ſi neceſſariò fa-
ciat, & à ſocio impenſas repetit, vel ſi is intra
quatuor menſes contumax ſit, impenſas re-
ſtituendi, in ſolidum ſibi rem communem re-
tinet.[e]

z l. ſtipulatio iſta, § alteri, de verb. obliga. § alteri, de inutil. ſtipul.
a l. ſi quis duas, l. 6. § 3. com. prædio.
b l. vni, ſi cõm. res pig. dat. ſit, lib. 8. C. tit. 21. l. 3. commun. diuid.
c d. l. 1. ſi commun. res pigno. da. ſit.
d l. falſo, C. de commu. rer. alienat. l. ſi ſocius, ſi cert. peta.
e l. ſi fratres, § idem reſpondit ſocius, pro ſoc. in P. l. ſi ædes, commu. diuid. in P. l. ſi ut proponis, l. 4. de ædific. priua. lib. 8. C. tit. 10.

De actionibus pro ſeruitutibus introductis: Cap. XXII.

1 *Pro ſeruitutibus actiones in rem negatoria & con feſſoria, & quibus competant.*
2 *Qui poſſeſſor vel quaſi in ſeruitutibus dicatur, ex contendentibus.*
3 *Poſſeſſionis commodum poſſidenti.*
4 *Quis poſſeſſor in ſeruitutibus dicatur, Item numero 7.*
5 *Quomodo qui prætendit ſeruitutem, nunciando ſe facit poſſeſſorem, & poſſeſſionem retinet.*
6 *In ruſticis ſeruitutibus, nunciatio noui operis an locum habeat.*
7 *Poſſeſſio vel quaſi, ex quo actu inducatur.*
8 *Forma libelli pro confeſſoria.*
9 *Qui vti poſſunt his actionibus, negatoria & confeſſoria.*
10 *Et aduerſus quos.*
11 *Effectus harum actionum qui.*
12 *Vtile interdictum, & vti poſſidetis, pro ſeruitutibus quando detur.*
13 *Alia interdicta quæ pro poſſeſſione ſeruitutum conſeruanda competunt.*

1 *PRo ſeruitutibus, inquit Vlpianus,[f]
in rem actiones competunt nobis, ad
exemplum earum quæ ad vſumfru-
ctum pertinent, tam confeſſoria quàm
negatoria. Confeſſoria, ei qui ſeruitutem ſibi compe-
tere contendit. Negatoria, domino, qui negat: hæc
autem in rem actio confeſſoria, nulli alij quàm do-
mino fundi competit. Seruitutem enim nemo alius
vendicare poteſt, quàm is, qui dominium in fundo*
2 *vicino habet, cui ſeruitutem dicit deberi. In ſerui-
tutibus illud ſingulare, poſſeſſorem, id eſt, quaſi
poſſeſſorem, eundem eſſe iuris ac petitorem. Et ſi
fortè non habeam ædificatum altius in meo, ad-
uerſarius meus poſſeſſor eſt, nam cùm nihil ſit
innouatum, ille poſſidet & ædificantem prohi-
bere poteſt, & ciuili actione id eſt, confeſſoria,
& interdicto quod vi aut clam, Idem eſt & ſtila-
pilli iactu impedierit. Sed ſi patiente eo ædifica-
uero, ego poſſeſſor ero effectus.*[g] Quæ verba to-
tam euoluunt difficilem agendi tractationem,
& valde conſideranda ſunt propter commo-
3 dum poſſeſſorij. Siquidem qui poſſidet, à mul-
tis releuatur, quibus petitor: & qui non poſ-
ſidet, oneratur. Et longè commodius eſt poſ-
ſidere, quàm petere: quia ſi actor non poterit
probare,

f l. 2. ſi ſeruitu. vẽdi. lib. 8 P. titu. 5. § æque de actio. ap. iuſt.

g l. etſi fortè, l. 6. § ſciendum tamen, ſi ſeruit. vendic.

probare, remanet in ſuo loco poſſeſſio, & pro
poſſeſſore iudicatur, obſcura exiſtente inten-
tione actoris.[a] Nec cogitur poſſeſſor ab eo qui
expetit dicere titulum poſſeſſionis ſuæ.[b] Imò,
vt clarius Diocletia. & Maximia. ſtatuunt, *res*
alienas poſſidens, licèt nullam tenendi cauſam iu-
ſtam habeat, non niſi ſuam intentionem implenti
4 *reſtituere cogitur.* [c] Quocirca vtiliſſimum eſt
in ſeruitutibus annotaſſe quis poſſeſſor ſit:
ideo obſeruandum ciuili actione confeſſoria
vel negatoria agentem, non minuere ſibi ius
poſſeſſionis, dummodò cautè concipiatur li-
bellus. Sicque Vlpianus ſcribit: [d] *ſi quæratur*
quis poſſeſſoris partes ſuſtineat, ſciendum eſt poſ-
ſeſſoris partes ſuſtinere, ſi quidem tigna immiſſa
ſunt, eum qui ſeruitutem ſibi deberi ait; ſi verò im-
miſſa non ſunt, eum qui negat. Et ſi quidem is ob-
tinuerit, qui ſeruitutem ſibi defendit, non debet ei
ſeruitus cedi, ſiue rectè pronunciatum eſt, quia ha-
bet: ſiue perperam, quia per ſententiam non debet
5 *ſeruitus conſtitui, ſed quæ eſt, declarari.* Reſtitui
tamen amiſſa poſt litem conteſtatam poteſt.
Qui retinere quaſi poſſeſſionem ſeruitutis vr-
banæ vult, ædificante vel contra poſſeſſionis
ius aliquid aduerſario faciente, rectè & con-
ſultius faciet nunciatione noui operis,[e]
quæ fit per iactum lapilli: nam aliæ nun-
ciationes conſtituerent aduerſarium poſſeſ-
6 ſorem.[f] In ruſticis tamen ſeruitutibus, vten-
dum eſt confeſſoria, vel negatoria. Nam ſi quis
in via ſibi debita ædificat, opus nouum nun-
ciando, nihil agit: ſed vendicare ſeruitutem
non prohibetur.[g] Et hæc eſt ſententia inter-
pretum, opus nouum nunciari non poſſe in
ruſticis, in vrbanis poſſe.[h] Idque metu con-
trarij, lege qui viam, de operis noui nunciat.
in P. Quod ſi agatur tamen inter dominos re-
rum de iure, de diuidendis rebus communi-
bus, tunc & pro iuribus prædiorum inter eos
tantùm, nunciatio locum habet. Sic & Pompo
nius generaliter loquitur, in iudicio familiæ
erciſcundæ vel communi diuidundo, ſi dum
res in arbitrio ſit, de iure prædij controuerſia
ſit: placet omnes eos, inter quos arbiter ſump-
tus ſit, & agere, & opus nouum nunciare pro
ſua quemque parte poſſe.[i] In perſonalibus
vt vſufructu, ſuo quidem nomine nunciare
non poteſt opus nouum vſufructuarius, ve-
rùm poteſt procuratorio nomine, vt in rem
7 ſuam procurator.[k] Angelus[l] in quæſtione
quando quis dicatur in poſſeſſione vel quaſi
poſſeſſione iuris ſeruitutis diſtinguit,[l] vt in
ſeruitutibus negatiuis, vt altius non tollen-
di, acquiratur poſſeſſio per vnicam prohibi-
tionem cum patientia aduerſarij: vt ſi quan-
do voluit ædes ſuas depreſſas tollere, & prohi-
bitus eſt ab eo. Nam ante prohibitionem, et-
ſi per mille annos depreſſæ vel humiles ſta-
rent domus, tamen libertas tollendi adem-
pta non cenſetur.[m] In affirmatiuis autem, vt
quod liceat agere, ire, &c. conſiderandum di-
cit modum vtendi: an quis vtatur iure facul-
tatis tantùm conceſſæ: vt permitto tibi ire per
fundum meum, & tunc tandiu durat facul-
tas, quandiu non prohibetur,[n] aut vſus non
eſt per modum facultatis, vt ſi quis ducat a-
quam per fundum tuum, vel quòd quis ſit
in concilio generali, vel quòd quis ſit in qua-
ſi poſſeſſione eligendi. Et tunc per primum
8 actum inducitur quaſi poſſeſſio.[o] Libellum
in confeſſoria componit Ioannes Faber,[p] fun-
do meo fundus Titij debet ſeruitutem eun-
di, agendi: cùm vti vellem ſecundùm indi-
gentiam rei, idem Titius me impediuit vti ſer-
uitute: quare peto pronunciari ſeruitutem fun
do meo deberi & competere, quo pronun-
ciato, ab impedimento domine iudex eum
quieſcere facias, cogaſque cauere, ne in futu-
rum impediat. Et quia damnum paſſus ſum
eo impedimento, in centum aureis, pro dam-
9 no eum condemnes.[q] Vtuntur iſtis actioni-
bus, vt diximus, ij, quorum prædia ſunt ſeruien
tia & dominantia, non alij,[r] niſi ſint hæredes
dominorum ſtipulantium, qui & agunt,[s] vt
emptores prædiorum eorumve hęredes.[t] Vti-
les autem actiones harum directarum dan-
tur, nunciatioque noui operis etiam credito-
ribus qui fundos poſſident, & emphyteutis
qui vectigales habent agros.[u] Datur & vti-
lis in rem ſuperficiario, & nunciatio,[x] item
& fructuario.[y] Quòd ſi plures domini fun-
di vnius ſunt cui ſeruitus debetur, quilibet ex
dominis in ſolidum agere poterit, ſed in æ-
ſtimationem id quod intereſt veniet, ſcilicet
quod eius intereſt qui experietur: & ſi plurium
ſit fundus qui ſeruit, aduerſus vnumquem-
que eorum in ſolidum agi poteſt, & qui de-
fendit ſolidum reſtituere cogitur, quia hæc
10 res diuiſionem non recipit.[z] Agitur autem
his actionibus contra quemcunque impedien
11 tem vti ſeruitute.[a] Perpulchrè autem expli-
cat Paulus:[b] harum actionum effectus, quo-
rum prior, vt victori aut res præſtetur aut cau-
tio: ſeruitus ſcilicet vel libertas: & caueatur
ab aduerſario, nec ſe, nec ſucceſſores ſuos pro-
hibituros aduerſarium vel hæredes eius in il-
lis. Dehinc ſecundò, vt ſi rem non præſtet,
nec caueat, in tantum condemnet aduerſa-
rium iudex quantum actor in litem iurauc-
rit.[c] Alius effectus, vt quod præter ſeruitu-
tem aut contra ius ſeruitutis factum eſt, re-
uocetur ad priſtinam formam, damni etiam
ratione habita,[d] ſumptibus facientis quo-
12 que demolito facto opere.[e] Veniunt & fru-
ctus, nempe quanti interſit actoris.[f] Sunt
& alia remedia pro conſeruandis ſeruituti-
bus introducta, veluti vti poſſidetis inter-
dictum, quando quis prohibetur, ſuo quali-
ter velit vti:[g] vtile videlicet interdictum vti
poſſidetis,[h] nam directum pro rebus corpo-
ralibus tantùm datur,[i] & ſeruitutes tantùm
13 quaſi poſſidentur.[k] Competunt autem inter-
dicta & aliæ actiones pro ſeruitutibus non ſi
de iure, ſed ſi de facto & poſſeſſione conſer-
uanda quæſtio ſit:[l] quale interdictum de itine
re actuve priuato,[m] ne quid in loco publi-
co, & de damno infecto,[n] in factum,[o] com-
muni diuidundo,[p] nuntiatiove noui ope-
ris.[q] Tutelæ actio & impuberi datur, vt quod
pendente minore ætate non iure factum eſt,
tollatur:[r] de dolo,[s] vſusfructus vendicatio,
quæ vſufructuario pro ſeruitute datur:[t] ex
venditione facta alterius ex duabus ædibus
ſeruitute non impoſita, ex vendito vel in-
certi condictio,[u] exceptio,[x] & remedium,
quod aduerſus latitantes inductum eſt, ſi qui
prohibet ſeruitute vti, copiam ſui non faciat.[y]
Et pro opere facto, quod vi aut clam interdi-
ctum.[z]

a § retinendæ, & § commodù de interd. l. qui accuſare, C. de edend. l. res, C. de rei vendica. l. vti frui, ſi vſuſfru. peta.
b l. cogi, l. 32. de petit. hæred. lib. 5 C. tit. 31. l. poſſeſſionem, C. de probat. l. extat decretum, de iur. fiſci.
c l. fin. C. de rei vendic. lib. 3. C. tit. 32.
d Vlp. ff. ſicuti, l. 8. § ſed ſi quæratur, ſi ſeruit. vendic. in P.
e l. inter ſeruitutes, l. 14. § ſi. de ſerui. vrban. præd. l. etſi fortè, § 1. & ſi. ſi ſerui. vendic.
f ij l. de pupillo § meminiſſe, de oper. no. nunciat. l. etſi fortè, § 1. ſi ſerui. vendic.
g l. qui viam, l. 14. de ope. noui nuncia. li. 39. P. tit. 1.
h glo. in l. & ſi fortè, § ſciendum, in verbo lapilli, ſi ſerui. vendi. glo. in d. l. qui viam, in verbo egit, gl. in l. in iudicio, in verbo nunciare, famil. erciſc.
i l. in iudicio, l. 48. fami. erciſc. lib. 10. P. tit. 2.
k l. 1. § fina. de oper. nou. nunciat. in P. cum ſimilibus ibi notat.
l Angel. Aretl. in tit. de actio. § æquè, nu. 21.
m l. Altius, & ibi inter. & gl. C. de ſeruit. l. 9. luminibus, & ibi glo. Bart. & Flora. de ſerui. vrb. prædio.
n l. diuus, iuncta gl. de ſeruit. ruſtic. prædior.
o l. 1. in princ. & in §. qui autem, de aque quoti. & æſtiu. Bart. & alij, in l. 1. C. de ſeruit. Bald. l. 2. C. eo. tit.
p Ioan. Faber in d. § æquè, in q. nu. 16.

q probatur libellus, in l. ſicuti, § ſi quæratur, & l. Aegidius, & l. harſ., l. loci, § 1 & l. etſi fortè, § ſi. ſi ſeru. & uend.
r l. 1 l. 2 § hæc autem, & l. 4. § competit, ſi ſeruit. vendic.
s l. 2. § ex his igitur, verſ. ex quo quidem, de uerb. oblig. lib. 45. P. tit. 1.
t l. cum fundo, l. 36. & l. 4. de ſeruit. ruſt. prædior. P. l. teſtatrix, l. 20. § 1. ſi ſeruit. vend.
u l. et q. pigno., l. 16. de ſerui. sit generali, l. creditori, l. 9. de oper. nou. nunciat. li. 39. P. tit. 1. Vlp. l. 1. § fin. de remiſſio. li. 43. P. tit. 24.
x l. 3. § ſi ego ſuperficiarius, de no. ope. nunciat. P.
y l. 1. § item Iuliano, de remiſſio. P. l. 2. § ſi ſi ſeruit. uendi. P.
z l. loci corp., l. 4. § ſi fundus, ſi ſeruit. uédi. l. viæ, itineris, l. 17. de ſerui. l. P.
a l. ſi quis diuturno, l. 10. § ego autem, ſi ſeruit. uend. l. 1. § competit, verſ. nã etſi, de aqua quotid.
b l. harum, l. 7. ſi ſerui. vendic. vt de cautione Legi, l. 12. eod. titu.
c d. l. harum, & l. e. & l. in actionibus, de in litem iuran.
d l. ſi quid para aduerſa, l. 5. de ſeruit.
e l. altius, l. 8. & l. ſeq. C. eo.
f l. loci corpus, l. 4. § in confeſſoria, & l. har., l. 7. ſi ſerui. uendic. l. & ſi fortè, l. 6. § venit eod. tit.
g l. ſicuti, l. 8. § ſed & interdictum, ſi ſeruit. vend. P. l. 1. § vlt. de aqua plu. arcend.
h gl. in d. § ſed & interdictum.
i l. 1. § hoc interdictum, uti poſſid. P.
k l. pen. de ſeruit. in P.
l l. 2. § ſi. ſi ſeruit. uendic.
m d. l. 1. § ſi. & l. loci, l. 4. § ſi quis uerò, ſed & de refectione, ſi ſeruit. uendic.
n l. ſi quendo l. 17. § ſi ſi ſeru. vend. l. ſi ſtatu li., l. 17. l. ſi quid igitur, l. 28. de ſerui. vrb. præd.

o d. l. ſi quendo.
p l. in re communi l. 25. de ſeruit. vrba.
q l. inter ſeruitutes, l. 14. § ſi. eod. tit. l. & ſi fortè l. 6. § ſi. ſi ſeruit. vend.
r l. altius, l. 15 ſi ſeruit. uendic.
s l. ſi eo loco, l. 9. eod. reperi. § ſi. quib. mod. vſuſfru. amittat.
t l. 1. & l. 5 § vtrum, ſi vſuſfru. peta. lib. 7. P. tit. 6.
u l. ſi binarum ædium, l. 34. de ſeruit. vrb. prædio. l. ſi in venditione, l. 7. commu. præ. l. e.
x l. ſi à te emero, l. 16. & l. teſtatrix, l. 20. ſi ſeruit. vend.
y l. ait prætor, l. 18. ſi ſeruit. uend.
z l. & ſi fortè, l. 6. § ſciendum, eod. l. 1. § 1. de oper. no. nunciat.

De amiſſione ſeruitutis & eius peremptione. Cap. XXIII.

Lib. 8. P. tit. 6.

1 *Quibus modis perimitur ſeruitus.*
2 *Re pereunte & reuiuiſcente, extinguitur & reuiuiſcit ſeruitus.*
3 *Ex parte perſonæ, quibus modis intereat ſeruitus prædialis.*
4 *Seruitus tacito conſenſu, facto permiſſo & expreſſo remittitur.*
5 *Amittitur ſeruitus non vtendo.*
6 *Non vtendo non amittitur via ad ſepulchrum, & via publica, contrà.*
7 *Vti ſeruitute, & per ſe, & per alium nomine ſuo poteſt quis.*
8 *Vſus qualis in ſeruitutibus retinendis & amittendis exigitur.*

1 HOc loco, vt opinor, repetendum
non erit, quibus modis vſus & v-
ſusfructus amittatur, hoc enim in
vſufructu iam explicatum eſt, ſed
de prædiorum ſeruitutum peremptione age-
mus. Perimitur itaque ſeruitus prædialis, aut
ratione rei, vel ratione perſonæ, vel ratione
2 eius quod geritur. Ratione rei, ſi illa intereat
cui adhæret vel debetur,[a] redeunte tamen re
in ſuum ſtatum, reſtituitur ſeruitus, vt ſi fons
exaruerit, vnde aquæductus eſt conſtitutus, &
poſteà in ſuas venas redierit.[b] Si domus deſtru-
cta reædificetur,[c] ſi locus ſeruiens alluuione
occupatus, iterum à flumine relinquatur:[d] ſi
quis ſtipulatus ſeruitutem ſuo fundo ante con-
ſtitutionem pro parte fundum vendens amit-
tat, parte rurſum recuperata, ager pro ſeruitu-
te conſtituenda:[e] vt &, ſi aditione ſeruitutes
confuſæ ſunt ab hærede, rurſum ſi oporteat
fundum dare legatarijs, ſeruitutes reuiui-
3 ſcunt. [f] Ratione perſonæ amittitur ſeruitus,
ſi is qui conceſſit, non habebat ius perpetuum
in re, & reſoluto iure dantis reſoluitur ius ac-
cipientis:[g] ſi is qui prædio ſuo ſtipulatus eſt
ſub conditione ſeruitutem, pendente condi-
tione prædium alienauit, quia in eum caſum
recidit promiſſio, à quo incipere non potuit,[h]
quia fundus deſinit eius eſſe, & alieno fun-
do nemo rectè acquirit ſeruitutem, ut dixi-
mus.[i] Nec ea prædij à tempore ſtipulatio-
nis cenſetur eſſe, priuſquam conſtituatur: alio-
quin enim prædio quæſita domini mutatio-
ne, nulla ſeruitus perit,[k] quia transeunt præ-
dia cum iuribus ſuis, & cum onere ſeruitutis,[l]
niſi aliud prohibeat ſingulare: veluti ſi contra-
tium in conſtitutione placuit.[m] Quò referen-
da eſt affectio perſonæ cui conceſſa eſt.[n] Inter-
dum & natura conſtitutionis repugnat tranſ-
lationi, vt quia vſus ſeruitutis legatus eſt, ne
ſeruitus ſeruitutis ſit.[o] Idipſum ſi is qui ſtipu-
latus eſt ſeruitutem ſub conditione, pro parte
fundum alienet, quia corrumpitur ius ſtipu-
lationis,[p] excepta quæſita:[q] aliter autem per-
ſona domini non mutat ſeruitutem realem
prædiorum, nec capitis diminutione, nec mor-
te eorum peribit.[r] Facto autem amittitur ſerui-
tus, ſi is cui ſeruitus debetur, permittat aliquid
fieri in eo loco vbi debetur, per quod impedi-
4 tur & tollitur ſeruitus.[s] Nam tacitè remiſſio
fit, vt etiam & expreſſo conſenſu aboleri, & tol-
li, remittive poteſt.[t] Confunduntur etiam iura
prædiorum, ſi vnus prædiorum dominantium
& ſeruientium dominus eſſe cœperit,[u] quia
res ſua nemini ſeruit:[x] dummodo in ſolidum
fundorum ſit dominus: nam partem acquiren-
5 do tantùm, remanet in fundo ſeruitus.[y] Amit-
titur ſeruitus & non vtendo certo tempore: ve-
rùm hoc diſcriminis ponitur inter ſeruitutes
prædiorum vrbanorum, & ruſticorum: quòd
vrbanorum non omnino pereunt non vten-
do, donec vicinus libertatem vſucapiat, veluti
ſi habeo ſeruitutem contra te altius ne tollas,
nec vtor, & tu altius ſuſtulens, amitto ſeruitu-
tem, non autem antequam aliquid noui fece-
ris, vt etſi tuis immiſſo tignum habeam, &
ego exemero tignum, tu autem obturaueris,
& per conſtitutum tempus ita habueris. Aliæ
ruſticæ ſimpliciter pereunt tempore, vti Caius
reſpondit:[z] vt ſi via, quam habebam per fun-
dum tuum, me expuleris, per longum tem-
pus non vtendo, amittam:[a] quamuis ob vim
tunc, ex æquitate reſtitui integrum potuiſ-
6 ſem.[b] Duo tamen non vtendo nunquam amit
tuntur, vt iter ſepulchro debitum[c] & via pub-
7 lica.[d] Quamuis pacto omitti poſſint.[e] Nec ta-
men omnis qui ſeruitutem habet, vt per ſe
ipſum vtatur, exigitur: nam poteſt illam per
alium nomine ſuo vtentem retinere, & per ſo-
8 cium fructuarium bonæ fidei poſſeſſorem[f] Ne-
que etiam opus eſt, vt perpetuò vtatur, ſed ſuf-
ficit conſtituto vel ſtatuto tempore vti.[g] Nec
exigimus etiam per omnem locum ſeruien-
tem vſum extendi, ſed vſu alicuius partis to-
tius ius retinetur.[h] Amittit autem ratio tem-
pore ius quod habet, ſi alio modo, quàm con-
ceſſum eſt, vtatur certo: vt ſi conceſſa aqua ho-
ris diurnis, vtatur nocturnis, per certum tem-
pus præſcriptionis amittit ſeruitutem diurna-
rum.[i] Cæterùm ſpatium legitimum, quo non
vtendo quis omittat ſeruitutem, eſt 10. anno-
rum inter præſentes, & 20. inter abſentes.[k]
Habita tamen ratione diſtinctionis, de qua
paulò antè, Caij: vt in vrbanis incipiant à tem-
pore vſurpatæ libertatis:[l] libertas nunquam,
niſi[m] interpellata.

a l. ſeruitutes, l. 10. § ſi in locum, de ſeruit. vrba. l. certo generi, l. 11. de ſeruit. ruſtic. b l. vnus ex ſo-ciis, l. 14. § ſi & l. ſeq. de ſeruit. ruſtic. c d l. ſeruitutes, § ſi ſub e-tum, de ſeruit. vrba. d l. ſi locus, l. 14. quemad. ſeru. amitt. li. 8. P. tit. 6. e l. ſi ego ex fundo, l. 3. quemad. ſeru. amitt. f l. Pipinianus, l. 18. de ſeruit. in generali, & l. ſi cui 10. com. prædi. g l. ſi is qui, l. 11. § 1. quemadm. ſeru. amitt. l. ſi fundum, e te. de cond. & demon. P. h Mutius l. eod. ſimo. l. ea & Paul. l. ſi ſub conditione, l. 136. § fin. de ver. obl. lib. 45. P. tit. 1. i ar. l. ſi quis domo, § 1. com. pr. ad cuius fin. k l. neque vſusfructus, l. 10. quemad. vſusfru. amitt. l. 7. P. tit. 4. l l. 3. C. de ſeruit. vltim. l. mu. l. 23. § ſi fundus, & l. cu fundo, de ſeru. ruſt. præd. l. ſi aquæductus, & l. alienatio, de contr. empt. l. cum fundus, com. præd. m gl. in l. pecoris, de ſeru. ruſtic. l. 3. C. de ſeruitut. n l. pater, de ſeruit. legat. o l. 1. de vſu & vſufr. lega. p l. pro parte, l. 31. de ſeruit. tit. generali, l. an vnco, l. 24. de ſeruit. ruſt. q l. ſi partē fundi, l. 23. de ſeru. ruſtic. r Cur l. 3. quemadm. ſeru. amitt. P. s l. ſi ſtillicidij, l. 8. quemadm. ſeru. amitt. l. ſi precario, l. 18. com. præd. t l. ad certam, l. 6. & l. ſeruitutes prædiorum, l. 14. § ſeruitus, de ſeruit. tit. generali, l. ſi domus tua, l. 10. & l. ſi ædes meæ, l. 32. de ſer. vrba. l. ſi tibi, eo tempore, l. 20. & l. vnus ex ſocijs, l. 34. de ſeruitu. ruſtic. l. vnic. de remiſſion. li. 41. P. tit. 4.

u l. 1. quemad. ſeruitu. amitt. l. ſi cū ſeruitus, l. 15. eod. l. 1. pignoris, l. 18. de ſeru. tit. generali, l. ſi qui ædes, l. 28. de ſeru. vrb. l. ſi cōmuni fundo, l. 27. l. vna ſidis, l. 31. de ſeruit. urban. x l. quicquid venditor, l. 11. com. præd. l. vti frui, ſi vſusfru. petat. l. iura cōmunia, l. 23. de ſeru. vrb. præd. y l. vt pomum, l. 8. § 1. de ſeru. tit. generali. z l. hæc autem iura, l. 5. de ſeru. vrba. l. vnum aditum, l. 18. de ſeruitu. ruſt. l. ſi cum, l. 8. § plane, ſi ſeru. vēd. l. ſi tibi, l. 10. C. de ſeruit. a l. 4. § ſi mi, de vſucap. lib. 41. P. tit. 3. b l. ſi plures, § adiectum, & l. ſi de fundo, de vi & vi arma. c Pau. l. iter, l. 4. quemadmo. ſeruit. amitt. d l. vlt. §, de via publ. e l. ſeruitutes, § 1. de ſeruitutib. f l. ſeruitus, & pri ſociū, quē ad ſeru. amitt. l. ſi communē, l. 10. l. qui fundum, l. 21. & l. vſu retinetur, l. 10. & 3. ſequ. eo. tit. g l. 2. & l. ſi ſic conſtituit, l. 7. quemad. ſeruit. amitt. h l. ſi ſtillicidij, l. 8. § ſi & l. ſi in partem, l. 9. quemad. ſeruit. amitt. l. vlt. ſons, l. 6. eod. i l. ſi communem, l. 10. § 1. quemad. ſeru. amitt. l. ſi prius, l. 17. de aqua plu. arcen. k l. pe. & fi. C. de ſeru. l. fi. C. de præſcr. lon. temp. l l. hæc autem iura, de ſeruit. vrba. prædio. m l. ſi qu. l. 6. inſ. quemadm. ſeruit. amitt. l. ſi. præſes, vbi interpretes, C. de ſeruit. Ange. in § prædiorum, nu. 3. de ſeruitut.

De vicinis. Cap. XXIIII.

1 *Quare de vicinis in ſeruitutum tractatu agitur.*
2 *Vicinus vnde dictus, & quis dicatur vicinus. Idem numero 4. & 5.*
3 *Vicinus alius proximus, alius remotus, primus, ſecundus, tertius.*
4 *Quæ vicina, quive vicini dicuntur, arbitrio iudicis relinquitur.*
5 *Dicta vulgaris, & legalis, quid.*
6 *Vicinitas vnde cœpit.*
7 *Inter vicinos fraternitatis ſpecies & amicitia maxima, &c.*
8 *Vicinorum bonorum magna commoditas, ex malo plura incommoda.*
9 *Vicini mali valde fugiendi, ſed & illis benefaciendum, quare.*
10 *Vicini mali qui & lenones & meretrices, à vicinia expelli debere.*
11 *Vicini peſſimi ſunt qui cupidi.*
12 *Vicinus concludens ſua domo vicini pullos, furti tenetur.*
13 *Leges, quæ vicinorum pacem continent & fidem, non concupiſces.*
14 *Remedia quæ, quibus vicinorum damna reparari poſſunt, de quibus ſequentibus agitur capitulis.*

Quia

1 QVia in ſuperioribus, ſeruitutũ quæ-
ſtionibus frequens fuit mentio de
vicinis, & de eorum controuerſijs
ſopiendis per actiones & interdi-
cta, per diſtinctiones iuris conſtituti, vel liber-
tatis in res alienas vſurpatæ & imminutæ: non
erit alienum, ſi per genera quædam paucis re-
tractemus, quibus lucem maiorem priora ac-
cipiant, & ne cogamur alibi hæc tractantes,
ſeorſum maiorem dictorum partem tranſcri-
2 bere. Dicemus de vicinis pauca: vicini à vico,
vicus à via, quòd dextera parte viæ ſunt ædifi-
cia, vt ait Varro.[a] Qui itaque proximitate ædi-
ficiorum vel viæ alicuius iunguntur, vicini di-
cti ſunt. Ex quo improbatur manifeſtè Barto-
li[b] opinio, dum ait vicinos eos non dici, qui
habent ex aliqua tantùm parte domos conti-
guas, ſi illæ aditum aliunde habeant. Nam et-
ſi illi non ſint vicini exitus, quòd ionare expe-
ditè vicinos non poſſint, qui ianuas vicinas
non habent: tamen vicinos eſſe alio modo, ne-
gare non poſſumus. Accedit Paulus, dum in-
ter vicina & confinia prædia diſtinguit:[c] præ-
dia dicens confinia eſſe ruſtica, nullo pariete
diuiſa: vicina autem vrbana, quia communi-
bus parietibus plerunque diſcernũtur. Et pro-
inde in vrbe, niſi in hortis, finium regundo-
3 rum agi non poſſe. Imò & dicimus in iure, vici
num & proximum & remotum, primum, ſecun
dum, & tertium:[d] vicinum ſimpliciter, & ma-
4 gis vicinum.[e] Quare & quæ loca vicina dicau-
tur, relinquendum cenſent interpretes, arbi-
trio iudicum.[f] Et in pagis, vbi villæ diſpun-
ctæ & ſeparatæ ſunt ab inuicem, certè & vicini
nobis illi dicendi, qui vocem ex villa alia au-
dire poſſunt.[g] Et à pragmaticis obſeruatum,
eum vicinum dici, qui vicini ſui cantãtem gal
lum aut gallinam exaudire poteſt. Et poſſemus
etiam eum talem dicere, cuius res aut domũ
videre ex noſtris poſſumus, ſi alludamus ad vo-
5 cem gallicam, *voiſin*, à verbo, *voir*, videre. Vel
dici non poſſe vicina, vltra duas dietas vulga-
res,[h] vel legales.[i] Vulgares, menſuræ ſunt pro
more regionis cuiuſque: legales, ſingula vi-
cena millia paſſuũ faciunt.[k] Iulius Pollux vi-
cinos nominari tradit & domeſticos, & pro-
6 pe iuxta ciuitatem habitantes.[l] Cœpit vi-
cinitas à ſocietate ciuili formari, nam coniun-
ctio & amicitia plurium in locum vnum con-
ſedentium, ciuitatem & oppida fecit: in oppi-
7 dis, autem vici, & inde, vt dixi, vicinia. Habent-
que vicini, vel habere debent, ſpeciem quan-
dam fraternitatis inter ſe, propter ciuilem ſo-
cietatem initam, in qua & ſpecies eſt fraterni
tatis.[m] Et præponere videtur hiſtoria Tobiæ
amicis alijs vicinos, dum ait, *fecit Raguel in
nuptijs Tobiæ & filiæ, vicinis ſuis, & cæteris ami-
cis conuiuium.*[n] Et apud D. Lucam,[o] *homo qui
inuenit ouem, & mulier quæ reperit drachmam,
vocauerunt vicinos & amicos, & lætati ſunt cum
eis.* Iuſſerat & Deus[p] in comedendo agno paſ-
chali, vocari vicinos proximiores vſque ad nu
merum animarum ſufficientium ad eum man
ducãdum. Et meliorem vicinum iuxta, quàm
fratrem procul, dixit ſapiens.[q] Quod de bonis
8 vicinis intelligendum eſt. Nam illi propter
opportunam & quotidianam opẽ, ſi boni ſunt,
nobis noſtriſque proſpiciũt, nos ipſis, & quæ il
lorum ſunt uiciſſim: vt contrà, ſi mali vicini
ſunt, nihil pernicioſius eſſe poteſt, propter no-
cẽdi omni momento datã opportunitatẽ, cum
que omnia quæ vicinorum ſunt, præſumantur
noſſe, & ſcire facta eorũ:[r] Et vt ait Heſiodus.[s]

a Varro, lib. 4. de ling. Latin.
b Bart. in l. 3. §. ſubueniatur, ad Sc. Sylian.
c Paul. l. 4. § fin. regund. P. facit l. urbana prædia, de verb. ſign.
d l. ſi tertius, §. de aqua plu. arc. lib. 39. F. tit. 3.
e l. 4. §. ſi tã ul cinu, de damn. infect.
f gl. in cap. ſe-licis, in verbo vicinorum, de pœn. in 6.
g arg. l. 1. §. eo-dem autem, ad Sc. Sylian. in P.
h in c. nonnul-li, de reſcript.
i c. præſenti, §. loca vero, de prob. in 6.
k l. vicina. l. 1. ſi quis cautio. P. l. de verb. ſign.
l in l. Pollux li. 2 onomast. c. 2. [illegible]
m Vlpia. l. uerum, 64. pro ſoc. lib. 17. P. tit. 2.
n Tobiæ, 8.
o Lucæ, c. 15.
p Exod. c. 12.
q Prouer. 26.
r l. 1. §. Romæ, de ſenatorib. l. dominus hor-reorum, loca. in P. c. poſtquã, de electio.
s Heſiodus, in Ergis.

πῆμα κακὸς γείτων, ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ.
ἔμμορέ τοι τιμῆς, ὅς τ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ·
οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ' εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη, id eſt,
*Noxa tã mala eſt malus vicin⁹ quã bonus cõmodũ,
Sortitus eſt ꝑmiũ, quicũq; ſortitus eſt vicinũ bonũ.
Neque ſanè bos interierit, niſi vicinus malus ſit.*
Vt non immeritò apud Plutarchum,[t] Themi-
ſtocles, cũ prædium aliquod venditurus eſſet,
hoc quoque præconem addere iuſſit, quod vi-
cinos etiam bonos haberet: quaſi vicini com-
mendatione futurum eſſet longè vendibilius.
Referunt Thalmudiſtæ, aliquando Rabinum
Iohannam, certamen propoſuiſſe inter diſci-
pulos, in præſtantiori dicenda ſententia, de ele
ctione viæ quam ſequi deberent[u] homines:
grauiſſimaſque hac de re prolatas vtrinque,
verum laudatam maximè, & vt tutiſſimam
commendatam Rabini Ioſe dicentis, viam bo
nam eſſe, שכן טוב ſcacen tou, vicinum bonum.
Vt Iudæus ſi ſummas diras & Erynnes alicui
imprecatur, nihil peius illi optet, quàm vt vi-
9 cinus malus illi contingat. Conſentit Ben Si-
re.[x] Elonga te à vicinis malis, neque particeps
fias ſocietatis eorum, nam pedes eorum cur-
runt ad malum, & properant, vt effundant ſan
guinem. Idem tamen, Benignus eſto erga vi-
cinos tuos, tametſi mali ſint, atque imperti
eis de alimonia tua: ſic fiet, vt in tempore, quo
tibi ad iudicium ſtandum erit, pro te teſtimo-
nium ferant. Illis ſiquidem bene faciendum,
quia boni, vt iuuent nos: iſtis autem, quia ma-
li, ne noceant. Atque Nithæus Arbelites Ra-
binus alius monet,[y] הרחק משכן רע harecheth
miſchacen ragn, id eſt, elonga te à vicino ma-
lo. Et Plautus,[z]

*Nunc ego verũ illud verbũ eſſe experior vetus,
Aliquid mali eſſe propter vicinum malum.*

Caius Iuriſconſultus,[a] eum qui in vendendo
prædio confinem celauerit, quem emptor ſi au
diſſet, non emiſſet, teneri vẽditori tradit: Nam
Plinius agrum paraturos, ante omnia intueri
oportere ait,[b] aquarum vim, & vicinum. Et
rurſum colonis humaniſſimum, id agendum,
10 vt diligant vicini.[c] Mali vicini dici poſſunt,
qui malis moribus imbuti ſunt, maleque vi-
uunt, vt lenones, meretrices, quæ ideò ab hone
ſta vicinia poſſunt expelli, ne inficiant mores
11 vicinorum probos.[d] Mali quoque & peſſimi
cupidi, qui vt vicinos ſuis ſpolient, nihil non
audent, cùm putant ſua intereſſe confines fun
dos habere[e] & naturali vitio comparatum ſit,
quemque ſibi malle, quam alteri æquitate con
tempta.[f] Sic Demoſthenes,[g] οὐκ ἔστιν ἄρα χαλεπώ-
τερον οὐδὲν ἢ γείτονος πονηροῦ καὶ πλεονέκτου τυχεῖν,
id eſt *nihil peius quàm vicinum malum & cupi-
dum poſſidere.* Expertus id Naboth vir bonus,
tamen calumnijs à Iezabele regina & rege
Achabo criminibus impietatis inſimulatus,
& occiſus, vt vineam eius, quam ille vt hæ-
reditariam & paternam vendere noluerat,
raperent, & pomeria ſanguinolenta ſibi vt il-
lis videbatur accommoda, ſererent.[h] Et plu-
res vicinitatis ius vt prædæ venabula cap-
tant, vt hæredia pauperum ſuis fundis iun-
gant, in quos tamen maledictio Dei per Ie-
ſaiam prophetam prolata:[i] *Væ qui coniungitis
domum ad domum & agrum agro copulatis vſ-
que ad terminum loci: nunquid habitabitis vos ſoli
in medio terræ?* Quo in loco & Diuus Hierony-
mus notat, illa verba, *vſque ad terminum lo-
ci*, apud ſeptuaginta Græcos interpretes eſſe
ἵνα τοῦ πλησίον ἀφέλωνταί τι; id eſt, *vt auferant
proximo aliquid.* Lyſimachus & Theodotio,

t Plutarch. in themiſt.
u in lib. qui Pirke Aboth, ſeu capitula patru.
x Ben Syre, in ſentẽtijs alphabeticis, in ſentent. 7 relicta.
y in Pirke Aboth. c. 2.
z Plautus, in Mercatore.
a Caius, in l. qd ſæpe. l. 39. §. ſi, de cõtrah. empt.
b Plinius li. 18. c. 5.
c idem Plinius lib. 18. c. 6.
d l. non alleg. de vſu & habitat. Lucas de Pen. in l. ſi quis, de ſpectac. lib. 11. C. Ioan. de Blanaſco. l. pra ꝛi criminalis, de lenon. Nicol. Boer. conſil. 1.
e l. ſi cui fundus, de leg. 2. l. & ſi æque pretio, de leg. 1.
f l. cum duobus, pro ſoc. in P.
g Demoſthe. orat. de fundo contra Calicl.
h 3. reg. 21 ca. concuencior, 12. q. 2.
i Ieſa. c. 5. c. ſi-cut, 42. diſt. cap. hoc autem, §. diſt.

donec deficiant vt non ſit locus. Et in hoc ſic egregiè Horatius[a] inuehitur,

a Horat. lib. 2. Carm. ode 18.

Tu ſecanda marmora
Locas ſub ipſum funus: & ſepulchri
Immemor ſtruis domos,
Mariſque Baijs obſtrepentis vrges
Submouere littora,
Parum locuples continente ripa.
Quid? quòd vſque proximos
Reuellis agri terminos? & vltra
Limites clientium
Salis auarus? pellitur paternos
In ſinu ferens deos.
Et vxor & vir, ſordidoſque natos.

Sic velit nolit inops vicinus cogitur contra ius[b] propria diuiti vicino vendere, vel, vt verius dicam, donare: alioquin ex malo, vicinus fit peſſimus inimicus, cum nullus capitalior ſit inimicus domeſtico & familiari,[c] nullus ad nocendum periculoſior eo, qui in vicinia quotidie captare momenta ex arbitrio nocendi cauſa poteſt.[d] Et ideò iure diuino rectè ſtatutum, vt ſi occiſus iacens in via reperiatur, & ignoretur homicida, vicinus proximior ſuſpe-
12 ctus ſit, de eoque quæſtio habeatur.[e] Vt & præſumitur vicinus concludens in domo ſua pullos vicini animo furandi facere, & tenetur furti.[f] Quamuis in eo admittatur pœnitentia.[g]
13 Quamobrem vt obuiam iretur fraudibus, deceptionibus, & malitijs vicinorum, variæ leges cùm generales, tum ſpeciales latæ ſunt, quæ & fidem bonam inter vicinos, & ſocietatem, & pacem confirmarent, & controuerſias eorundem componerent. Lex itaque lata in vniuerſum à Deo, *non concupiſces domum proximi tui, non ancillam, non bouem, non omnia quæ illius ſunt*.[h] Et vt illa habendi rerum proximi cupiditas adhuc proſterneretur, induxit annum Iobilæum, vt poſt quinquaginta annos, quilibet ad hæredia & bona ſua diſtracta rediret gratis.[i] Ob pacem etiam vicinorum conſeruandam, ſeruitutes reales prædiorum receptæ ſunt, ne præter ius conſtitutionis, in re vicini vicinus prærerque domini voluntatem amoliretur, de quibus ſuprà dictum eſt ad vtilitatem, neceſſitatem videlicet prædiorum & hominum: alioquin enim conſtitutiones illa-
14 rum reijciuntur.[k] In his autem quæ vicinos lædere poſſunt, ſeu alium quorum intereſt, remedia inducta ſunt, quorum effectus & finis, vel vt opus in præiudicium vicini factum tollatur: vel ad prohibendum, ne damnum ea re vicini vicino contingat: vel ne opus nouum fiat, quod nociturum ſit vicino, vel vt commune diuidatur, confuſum finibus ſuis regatur, de ſingulis pauca dicamus.

b l. nemo, de pact. P. Sar in l. 2. de debitor. ci uita lib. 11 C. l. nec amore, de iure deliberã. l. inuitos, de loca to, C. l. inuitã, & l. dudum, de cōtrah. emp. C. c. can ſi inimicus, 23 diſt.
d l. ſi q. ex familiis ſi l. 1 in g acce non poſſ. C. l. data ſupridem, C. de donatn
e Deuteron. c. 21. c. dilecto, c. 6 de ſent. ex com m. 6
f Aret. in l qui ea mente, de fur.
g Florian. in l. quintus, ad l. Aquil. facit §. gallinarum, de acr. dimiſ.
h Exod. 20.
i Leuit. ca. 25. Numeros. c. 8.
k l quoties nec hominum, & l. et pomum, de ſeruit. P.

De reſtitutione operis nocentis in priſtinam formam, & de eo quod vi, aut clam. Cap. XXV.

Lib. 43. P. tit. 23.

1 *Vi, aut clam, aut precariò factum reſtituendum in priſtinum ſtatum.*
2 *Vi quando opus factum dicitur.*
3 *Clam opus fieri quando dicatur.*
4 *Interdictum quod vi aut clam, tantùm datur pro rebus ſoli, aut quæ in ſolo.*
5 *Quibus datur hoc interdictum quod vi aut clam, & contra quos.*
6 *Quamdiu competat interdictum quod vi aut clam.*
7 *Effectus huius interdicti, & quid in condemnatione eius.*
8 *Precariò opus factum, quomodo reſtituendum.*

1 RESTITUTORIUM interdictum pro demoliendo opere, quod nocet vicino, competit, ſi illud vi, aut clam, aut precariò factum eſt, vel non iure.[l] Agimus porrò hic, de opere vi vel clam facto reſtituendo, non de vi ipſa, vel de vi in perſonam, de qua alio loco tractamus, nempe
2 in criminibus. Vi feciſſe videtur opus, qui contrà, quàm prohiberetur fecit, vel prohibitus iactu lapilli opus cœptum proſecutus fuerit: vel contra denuntiationem: vel cùm ſciret ſe prohiberi poſſe, ne prohiberetur per vim amolitus eſt, purà ianuam clauſit.[m] Et quicunque propria authoritate aliquid in re contentioſa facit, vi facere videtur.[n] Siue quis per ſemetipſum prohibuerit, ſiue per alium, vt per procuratorem, ſeruum mercenarium,[o] inquilinum, vel alium.[p] Si quis tamen interdictus paratus ſit ſe iudicio defendere aduerſus eos, qui interdicendum putant ne opus fiat, deſinet
3 vim facere, ſi modò ſatis offerat.[q] Clam hic facere dicitur, qui celauit aduerſarium, nec ei denuntiauit, ſi modo timuit eius controuerſiam, aut debuit timere. Et qui celandi animum habet eum, quem ſe prohibiturum intellexerit, & quem exiſtimat aut exiſtimare debet ſe prohibiturum iri.[r] Item & is clam facit, qui denuntiauit quidem ſe opus facturum, ſed nec diem nec horam denuntiatione complexus eſt, & vbi, aut quod opus facturus eſſet, vel perfunctoriè denuntiauit.[s] Qui autè bona fide iuſſit opus fieri ſine hoc metu, etſi ſeruus faciens metuerit non tenetur.[t] Fruſtra autem hic tereremus tempus in percurrendis rebus, quæ vi & clam fieri poſſunt: nam tot ſunt ferè,
4 quot modi nocendi rebus alienis. Eo tamen obſeruato, vt interdictum hoc quòd vi aut clam, locum non habeat, niſi pro opere quod fit in ſolo,[u] vel in opere quod in ſolo eſt:[x] vt ſi arbores ex ſolo ſuccindantur,[y] pro quibus & vtile
5 hoc interdictum competit. Datur hoc interdictum domino qui prohibuit; & cuius nomine prohibitio facta eſt,[z] & ijs quorum intereſt,[a] etiam ſi non poſſideant.[b] Contra eos qui fecerunt, & quorum iuſſu factum eſt.[c] Si tamen colonus nouum opus fecerit, vnde interdictum detur ſine iuſſu domini, colonus tenebitur, vt patientiam & impenſam præſtet, pro reſtituendo opere, dominus autem tantùm patientiam præſtare tenebitur, vel impenſam demolitionis.[d] Idem conductore faciente ſine iuſſu domini reſponſum[e] datur: & ſemper contra poſſeſſorem operis hoc in-
6 terdictum.[f] Item & in hæredes reliquoſque ſucceſſores in id quod ad eos peruenit, intra annum: non enim datur poſt annum: incipitque annus ex quo id opus factum perfectumve eſt, aut fieri deſijt, licèt perfectum non ſit,
7 non à tempore quo cœpit fieri.[g] Vnde ſequitur effectus, vt opus factum tollatur & reſtituatur in priſtinam formam,[h] & tanti lis æſtimetur, quanti intereſt opus factum non eſſe.[i] Etſi quis propter opus factum, ius aliquod

l l. 1. § hoc interdictũ, quod vi aut clam.
m l. 1. § quid ſit vi, & ſeq. §. factũ, & l. iam factu, l. 12 quod vi aut clam.
n l extat, quod met. cauſ. l. 1. C. de ſuffra. l. quo tutela, §. vi factam, de regu. iur.
o l. 3. quod vi aut clam.
p l. interdictũ, 17. eod.
q l. 1 §. ſi quis paratus, quod vi aut clam.
r l. 3. § fin. & l. 4 quod vi aut clã P. l. quo tutela, § clam. de reg. iur. l clam poſſidere, de acquir. poſſeſſ.
s Vlp. in l aut qui aliter, l. 5. in princ. & §. 1. eo. quod vi aut clam.
t l ſi in, l. 20. § ſi iuſſero, eodem.
u l. ſi alius fecit. l. 7 § notaui n. 10, & l nam neign. l. 1 & l. fin. quod vi aut clam.
x l. nam & ſi removeo, l. 9. & ſeq. eod.
y l. deniq. 13. eod. tit.
z l interdictũ, 17. & l. 3. eodẽ. Pom. l. ſi procurator, l. 17 de oper. nou. nunciat. lib. 38. P. tit. 1.
a l. is qui in puteum, 11. § ſi. l. denique, 13 §. ſi ea ſocij, quod vi aut clam.
b l. competit, 9. eod.
c l 5 §. hæc verba, & l. ſeq. l in qui in puteum, 11. § ſi tutores, l. ſemper, l. 15. § ſi in ſepulchro, eo. tit.
d l. deniq. 13. §. 8. l. nam etſi, 14. §. fin. eod. l. quanquam, §. idẽ Iulianus, & l. ſi colonus, de aqua plu. arcen. l. 2. § religiſus, ne quid in loc. publ. l. 3 §. item, de alien. iud. mut. cauſa fac.
e l. ſemper, 15. § is cui, quod vi aut clam.
f l. ſemper, in prin. 15. eod.
g l ſemper aduerſus, §. hoc interdictum, & l. 1 quod vi aut clam. l. ſi aut l.
11 eod. l. Atteius, de aqua plu. arcen.
h l. 1. § hoc interdictum, quod vi aut clam.
i l. ſemper aduerſus. §. in hoc interdicto, eodem titul. facit l. ſi quando, Cod. unde vi.

8 prædij amiſerit, id reſtitui ex hoc interdicto debet, [a] & fructus & omnis cauſa. [b] Si precario eóam quis poſſideat, & opus fecerit in eo iniuſſu domini, tollit vt illicitũ, debet & reſtitui precarium ſuæ formæ: [c] alioquin fit condemnatio quanti interſit & fructuum. [d] Sed de precario alibi Deo fauente latius ſuo loco, dum agemus de contractibus.

a l. ſi opus, l. 20. § fin. quod ui aut clam.
b l. uideamus, l. 13 § ſi poſſeſſionem, uerſic. interdictu. de uſur. libr. 22. P. tit. 1.
c l. 2 § hoc interdictum, l. & habet, l. 15. de precar. li. 43 P. titu. 25. l. quæſitũ, l. 8 §. ex hoc interdicto. eo.
d d. l. quæſitũ, §. ex hoc interdicto, l. 1. precario, l. 18 commu. præd. P.

De damno infecto. Cap. XXVI.

Lib. 39. P. titu 2.

1 *Damnum infectum quid, & vnde dictum: & damnatio, vnde.*
2 *Remedium de damno infecto, & cautio pro quo opere detur.*
3 *Remedium de damno infecto extraordinarium eſt, nec datur alia actione competente, & num poſſit concurrere.*
4 *Quis vtatur hoc remedio, de damno infecto: & de ſtipulatione & cautione eius.*
5 *Petenda eſt damni infecti cautio antequam damnum fiat, & tamen facto datur, ſi qui dedit velit rudera tollere.*
6 *Inquiritur tantùm, num præſtita cautione ante damnum datum, quis moram fecerit poſt vocationem in ius, an actor vel reus.*
7 *Iudex interpellari debet, aliter non tenetur de negligentia, & quid ſit poſtulare à iudice.*
8 *Quando committatur ſtipulatio damni infecti: & non porrigi hanc cautionẽ ad fortuitos caſus, & naturale loci vitium: damnum iniuria aduerſarij factum, &c.*
9 *Quæ veniunt in ſtipulationem damni infecti commiſſam.*
10 *Contra non cauentem vel non defendentem in damno infecto, fit miſſio in poſſeſſionem. Miſſio in poſſeſſionem ob hanc cauſam quomodo fiat in rem minantem damnum. Miſſione has facta dominus adhuc eyciendus eſt inde, &c.*
11 *Miſſionem præcedere debet denunciatio, vt cautio detur, &c. Denunciatio quomodo & quibus facienda, &c.*
12 *Miſſio in poſſeſſionem duplex, ex primo & ſecundo decreto. Miſſio ex primo & ſecundo decreto quæ, &c.*
13 *Miſſio in poſſeſſionem rei ſeruandæ cauſa, alijs negotijs communis, nec verè poſſeſſionem dat.*
14 *Miſſio in poſſeſſionem ex Carboniano edicto dat poſſeſſionem.*
15 *Miſſio in poſſeſſionem ex 2. decreto fit poſt annum, & datur ius dominij.*
16 *Dominus rerum ruinoſarum dando res, liberatur ab omni damno danda, & dato.*

1 DAmnum infectum eſt, damnũ nondum factum, ſed quod futurum veremur. [e] Damnũ porrò & damnatio, ſecũdùm Paulum, ab ademptione, & quaſi diminutione patrimonij dictũ eſt. [f] *Damnum*, inquit Varro [g] *à demptione, cùm minus re factum, quàm quanti conſtat.* Quando itaque ex opere facto à vicino, vicinus damnũ imminere ſibi præuidet, proſpicit ſibi agendo, ius non eſſe vicino ita opus habere: veluti ſi paries communis opere facto à te, in ædes meas ſe inclinauerit, potero tecum agere, ius tibi non eſſe ita parietem illum habere, [h] vel
2 ſi ventrem faciat. [i] Accedit remedium prætorium, quod propter neceſſitatis celeritatem commiſſum eſt magiſtratibus municipalibus, de damno infecto: [k] quod pertinet ad actionẽ, & poſſeſſionẽ: cætera omnia que ſibi reſeruauit. [l] Cautio ne damnum fiat, *hoc edictũ*, inquit Vlpianus, [m] *proſpicit damnum nondum factum, cùm cæteræ actiones ad damna quæ contigerunt ſarcienda pertineant, vt in legis Aquiliæ actione & alijs, de damno verè facto nihil hoc edicto cauetur.* Simile in hoc remedio de aqua pluuia arcẽda: quod tamẽ differt: quia illud damnum non factum, ſed futurum ſpeciale ratione pluuiæ reſpicit: [n] hoc autem, ſi ædium vitio, ſiue operis, quòd vel in ædibus vel in loco vrbano aut ruſtico, publico aut priuato fiat, damni aliquid futurum ſit, curat prætor, vt timenti damnum ex operis vitio, non loci, caueatur: [o] publico videlicet, quando in eo loco, ob priuatum commodum & priuata authoritate quid fit: nam ſine damno vicinorum, qui agũt, facere debent: [p] ſecus,
3 ſi publicè reficiantur res. [q] Remedium hoc extraordinarium eſt, ideò non datur niſi deficiente alia actione: [r] vt ſi conductor tutò in domo conducta habitare non poſſit, ob damnum minatum, cùm ex conducto experiri poſſit, hæc non datur. [s] Concurrere autem cum diuerſis alijs remedijs ad diuerſa tamen tendentibus, hoc remediũ poteſt, veluti cum operis noui iam facta nuntiatione, & cum interdicto, quod vi aut
4 clã. [t] Porrò quis poſſit hoc auxilio vti, definita non poteſt dari alia regula, quã id omnino ſubijci prætores arbitrio, & omnes audiri qui ſibi caueri damni infecti poſtulant: & ad ſtipulationem admittitur quilibet, ſi prius iurauerit de calumnia, & ſacramento præſtito non inquiritur an eius qui petit, interſit vel non. [u] Competit tamen damni infecti ſtipulatio maximè ijs quorum intereſt dãnum non dari: non tantùm ei, cuius in bonis res eſt, ſed etiam ei cuius periculo res eſt. [x] Domino fructuario, ſuperficiario. [y] Et pro auertendo ſtillicidio, ſeu projecto, vnde damnum veremur nobis contingere, ſi quid ex foramine vnde aqua mittitur per parietem nociturum ſit. [z] At contra dominum rerum vitioſarum & ſi dominium in controuerſia ſit, contra poſſeſſorem cautio facienda dirigitur. [a] Et cum medio vicino rerum vitioſarum: quia fieri poteſt vt ædes ruinoſæ in vicinas incidentes mihi noceant. [b] In hac vel promittendum cùm in ſuo opus ſit, vel cauẽdum ſeu ſatiſdandum, ſi in alieno. Sic prætor enim ait in hoc edicto, [c] *damni infecti ſuo nomine promitti, alieno ſatiſdari iubebo ei qui iurauerit, non calumniæ cauſa id ſe poſtulare: eumve cuius nomine aget, poſtulaturum in eum diem, quem cauſa cognita ſtatuero. Si cõtrouerſia ſit, dominus ſit necne qui cauebit, ſub exceptione* [d] *ſatiſdare iubebo.* Exceptio, vt eligat actor quomodo velit ſibi caueri, an tanquam à domino, an tanquam à non domino: nec enim vtrunque poſtulans auditur: [e] quia electio in iuribus ad eundem finem concurrentibus fieri debet ab eo cui cõpetunt. [f] Si alieno nomine quis ſtipuletur, ita concipi debet ſtipulatio, vt quod damnum domino datũ ſit cõprehẽdatur: cauere autẽ debet is qui ſtipulabitur dominum ratũ habiturum. Exceptioq́; procuratoria ſtipulationi inſerẽda eſt, [g] ſicut in ſtipulatione legatorũ: [h] adijciturq́; in hac ſtipulatione & hęredũ nomẽ vel ſucceſſorũ, eorumq́ue ad quos res pertinet. [i] Debet itẽ adijci dies certa ſtipulationi, infra quã ſi dãnum datũ ſit, emẽdetur, veluti ſi intra mẽſem vel 2. vel plures, ſicuti iudici videbitur, qui diẽ definiet habita ratione operis, qđ ruinã minatur: nũ ſit antiquum, quod breui ſit caſurũ, vel alterius gñis.

e l. 2. de dam. infec. P.
f l. 3 eod. tutul. Pau. li. 5 recep. ſent. tit. 10.
g Varro, lib. 4. de ling. Latin.
h Pompon. in l. ſi cum meus, l. 14 § ſi, ſi ſeruit. uend.
i Alphe. in l. ſi quando. l. 17. eod. ut. ſi ſeru. uend.

k l. 1. de damn. infect.
l l. 4 in princip. & §. ſi intra, verſic. duas ergo, eod.
m l. prætor ait, §. hoc edictum, de dam. infect. l. ſupra iter, l. 1. §. officium, de aqua plu. arcen. lib. 39 P. tit. 3.
n l. Atteius, §. in hoc edicto, de aqua plu. arcen.
o Caius, in l. eorum, l. 32 § fin. de dam. infect. l. fluminum, l. 24. eod.
p d. l. fluminũ, & l. qui ma..., l. 31 de damn. infect.
q l. ſi finita, l. 15 § ſine, & § ſi publicus, & l. fluminum, de damn. infect.
r l. ſi ædibus, l. 32 § ſi de dam. infect.
s l. qui bona fide, l. 13 § de illo, de damn. infect. l. inquilino, & l. 2 eod. l. habitatores, §. ſi loca. in P.
t l. qui bona fide, l. 1 § ſi quis opus, de damn. infect. P.
u d. l. qui bona fide. §. qui damni infecti.
x Paul. l. damni infecti l. 18 de damn. infect.
y l. 5. § ſi. & d. l. qui bona fide, & ſuperficiario de dam. infect. l. inter fructuarium, l. 20. eod. l. inter quos, l. 39. § damni infecti, eod.
z l. eorum, l. 29. § ſi. de damn. infect. l. ſi quid ignis, l. 28. de ſeruit. vrb. prædio.
a l. inter quos, l. 39 § ſi dominus, de damno infect.
b l. qui bona fide, l. 13. § cum inter, eo. tit.
c l. prætor ait, l. 7 de damn. infect. l. damni infecti, l. 30 § iterum, eod. l. 1. §. item ex cauſa, de prætor. ſtipulat.
d facit & l. qui vias, l. 31 § fin. de dam. infect.
e l. ſi proprietarius l. 22 §. ſi de damn. infect.
f l. u. C. de codicil. l. quod in hęredem, §. eligere, de tributor. l. 2 vt legati nomi. cauea. P.
g l. inter quos l. 39. § alieno, de dam infect.
h l. ſi ſtipulemur, § ſi ſtipuletur, de procur. l. 1 §. ſed & procuratoribus, ut lega. nomi. cauea.
i l. fluminum, l. 24. §. adijcitur, de dam. infect.

Non enim in infinitum debet produci ſtipula-
tio, ut perpetuò qui cauit teneatur.[a] Quod ſi
ſtipulatio facta fuerit ſine die, ualebit quidem
ſi expreſſa uoluntate contrahentium fiat: ut ſi
cautum, teneri promiſſorem quandocunque
domus ceciderit: at ſi per errorem ſine die con-
cepta eſt, ualebit tantùm ſtipulatio intra eam
diem, qua ſolitum eſt caueri, & deſideratur à
prætore vt liberetur. Veruntame ſi finita die o-
pus non ceciderit, iterum ex arbitrio prætoris
erit cauendum,[b] quia prætoriæ ſtipulationes
5 repeti poſſunt.[c] Diligenter porrò quis debet
ſuum munus exequi in poſtulanda cautione
& ſtipulatione, ob ruinam propinquam &
damnum imminens: alioquin enim, ſi ante-
quam cautio poſtulata ſit, uicini ędes uel aliud
opus damnum dederint, certè: nulla actio con-
tra dominum eſt, ſi is rudera noluerit ex uicini
area uel ædibus; quia non cogitur tollere, &
habeat pro derelicto:[d] alioquin enim ſi uellet
tollere, non prius licet, niſi de damno dato &
6 futuro caueat.[e] Verum hic animaduertēdum
eſt, qua ratione interpoſitio cautionis & ſtipu-
lationis fuerit intermiſſa poſt impetratum in-
terdictum, ſeu uocationem in ius factam: an
per negligentiam ipſius actoris, & tunc uera
ſunt, quæ dicta proximè: an uerò propter ali-
quod legitimum impedimentum ſibi proſpice-
re citò non potuit, ueluti, quia abſens neceſſa-
riò ob negotia reipublicæ, uel alia legitima
cauſa. nam interdictum ei, in cuius ædes rude-
ra deciderint, datur per quod uicinus cogetur,
uel tollere rudera, aut totas ædes pro derelicto
habere, & de præterito damno cauere.[f] Sed
Africanus tradit,[g] *Si, cùm poſtulaſſem, ut mihi*
damni infecti promitteres, noluiſti: & priuſquam
prætor adiretur, ædes tuæ corruerunt, & damnum
mihi dederunt, Pedium dixiſſe prætorem nihil noui
ſtatuere debuiſſe, quòd mea culpa damnum ſim
paſſus: quia tardius experiri cœperim. At ſi prætor
ut promitteres decreuiſſet, & te non repromittente,
me ire in poſſeſſionem iuſſiſſet, & priuſquam eo ue-
niſſem, corruerint, perinde omnia ſeruanda eſſe, at-
que ſi poſteaquam in poſſeſſionem ueniſſem, dam-
num datum eſſet. Si autem poſt decretum eundi
in poſſeſſionem, qui iuſſus erat ire, neglexerit,
& interim corruerunt, diuerſum ſtatuitur.[h]
Quòd ſi, dum prætor aditus de danda ſtipula-
tione deliberat, damnum cōtigerit, miſſio qui-
dem ceſſabit, prætor tamen decernere debet,
quicquid damni contigerit, ut de eo quoque
caueatur, aut ſi putat quod utiliter actionem
daturus ſit, decernat.[i] Cæterum ſi cautionem
ſibi delegatam magiſtratus municipalis non
curauerit, & interim damnum datum ſit, in eū
iudicium datur, quod non ad quantitatem re-
fertur, ſed ad id quod intereſt, & ad utilitatem
7 venit, non ad pœnam.[k] Scilicet ſi poſtulatum
fuerit remedium, nam qui non poſtulauit, ex-
periri non poteſt: atque hic poſtulare propriè
8 dicitur, pro tribunali petere, non alibi.[l] Com-
mittitur autem ſtipulatio adueniente damno,
vel ſi pro damno euitando quid faciendum ſit,
ſi uitio operis fiat. Non enim porrigitur ſtipu-
latio ad ruinam uel damnum, quod uitio natu-
rali ſoli contingit, uel iniuria aduerſarij factū,
uel quod caſu fortuito, cui proſpici non po-
tuit, accidit.[m] Parcitur quippe uitio naturali.[n]
Et fortuita, ut terræmotus, uis fluminis, & ſimi-
lia in poteſtate prouidentia hominis non
ſunt.[o] In alijs autem caſibus quibus ſibi quis
facilè proſpicere poteſt, locum habet.[p] Si etiā
de damno infecto quis ſibi cauerit in pariete

a l. qui bona fide, l. 13. §. fin. & l. ſe. de dam. infect.
b Superiora probat Vlpia. in l. ſi finita, l. 13. de dam. infec.
c l. prætoriæ ſtipulationes, de prætor. ſtipulatio. l. neſcio, §. hæc uox, de eodem.
d l. euenit, l. 6. de dam. infect.
e l. prætor ait, l. 7. §. 1. eod. tit.
f d. l. prætor ait, § ſi iuncta, l. quod fortè, l. 8 & l. hoc amplius, l. 9 de dā. infec. gl. in d. l. euenit, eod. tit.
g l. cum poſtulaſſem, l. 44. eodem.
h l. ſi finita §. ſi quis metu, l. prætor ait, §. fin. & ſeq. & l. ſi finita. § Iulianus & § eleganter, & § ſi ita ruerint, de dam. infect.
i d. l. ſi finita, l. 15. § eleganter.
k l. dies cautioni, § in cā, de damn. infect.
l d. l. dies cautioni, § hoc autem iudicium, l. 1. §. magiſtratibus, de magiſt. conueniēd. l. ſtipulatio, §. habet, de oper. noui nuntiat. in P.
m l. fluminū, l. 24. § uictum, de damn. infect.
n l. 1. § hæc cautio, & § idem aiunt, ſi aqua, & § ne ſecundum, de aqua plu. arcend.
o l. in rebus, commod. in P. l. 1. C. eod. l. quæ fortuitis, de pignor. actio. C. l. 2. § ſi eo tempore, de adminiſt. rer. ad ciuita. perti. in P.
p l. qui bona fide, § eum inter, & l. fluminum, l. 24 § ſeruus quoq., de damn. infec.

communi ob nimium onus à ſocio impoſi-
tum, rectè agitat ſi paries æqualiter utriuſque
oneribus preſſus decidat, uterque ſibi imputa-
9 bit.[q] Quando autem commiſſa eſt ſtipulatio
de damno infecto, ueniunt in eam, quanti
ea res erit, & impenſæ quas fecit qui eſt ſtipu-
latus, ne opus ſibi noceret in fulciendo, & ob
emigrationem metu ruinæ, ſi hoſpitium alibi
ſit conducendum.[r] Sed tamen in æſtimando
nouo pariete communi, ratio haberi debet
eius impenſæ, quæ modum probabilem non
excedit in ueteri eius cultu, non qui aggra-
uet.[s] Nec ex damni infecti ſtipulatione opor-
tet infinitam uel immoderatam æſtimatio-
nem fieri, ut puta ob tectoria vel picturas:[t]
quia honeſtus modus ſeruandus eſt, non im-
10 moderata cuiuſq; luxuria ſubſequenda.[u] Et
hæc quæ dicta ſunt, locum habent, quando
damni infecti nomine cautum eſt: At quando
non cauetur intra diem à prætore conſtituen-
dum in poſſeſſionem rei eius, cuius de damno
timetur, ob rem non defenſam actor mitten-
dus eſt,[w] etiam cōtra pupillum indefenſum,[x]
& in eum qui neque cauerit, neque in poſſeſ-
ſione eſſe, neque poſſidere paſſus ſit, iudi-
cium dat prætor, ut tantum præſtet, quantum
præſtare eum oporteret, ſi de ea re ex decreto
eius prætoris, uel eius cuius ea de re iuriſdictio
fuit quæ in ea re eſt cautum fuiſſet.[y] Si ædes
ſint ruinoſæ in parte, pro qua nolit cauere do-
minus, miſſio fit in totas ædes: ſi tamen amplæ
ædes ſunt, & in plures partes diuiſæ, in eam
tantum quæ ruinoſa eſt fiet miſſio:[z] ubi au-
tem quis poſſidere iuſſus eſt, dominus deij-
11 ciendus erit à poſſeſſione.[a] Obſeruare autem
expedit ante hanc miſſionem exigi denun-
tiationem factam ei qui cauere debet ut ca-
ueat, uel ei ipſi, vel ad domum ipſius, uel ubi
habitat: & ſi habitationem non habeat, ad
ipſum prædium erit denuntiandum, uel pro-
curatori eius, uel inquilinis.[b] Et ſi res hære-
ditaria ruinoſa ſit, nec illa adita, & non in-
habitentur ædes, tutius erit libellum ad ip-
12 ſas ædes proponere.[c] Miſſio in poſſeſſionem
in hoc interdictio duplex eſt, ex primo &
ſecundo decreto. Prior ex primo decreto eſt,
quando ob contumaciam rei qui non cauet
iuſſus, actor mittitur in poſſeſſionem eius
rei, quæ ruinam minatur, cuſtodiæ cauſa, ut
eam pignoris iure detineat, donec reus ueniat
reſponſurus:[d] miſſioque fit, etiam ſi poſt de-
cretum miſſionis ædes ruinoſæ corruerint an-
te miſſionem.[e] Et poſſidere quoque intelligi-
tur ante ruinam, ſi metu ruinæ, ne ea opprima-
tur miſſus in poſſeſſionem, receſſerit ab illis.[f]
13 Hoc remedium miſſionis huius rei ſeruandæ
cauſa, commune in omnibus actionibus in
rem, ut tædio affectus, contumax hoc modo
ueniat. Et ſi ueniat intra annum, non poſteà,
nec prius audiatur, quàm de impenſis & reli-
quis cauerit uel ſoluerit, &c.[g] Neque hæc miſ-
ſio in poſſeſſionem ex primo decreto transfert
dominium in poſſidentem.[h] Præfertur tamen
qui ex hac cauſa mittitur creditori, qui pignus
in ea re habet, ſi is non ſatiſdet de damno in-
fecto.[i] Quanquam qui ita miſſus eſt in poſ-
ſeſſionem, non uerè poſſeſſionem uideatur
14 habere, ſed potius rei cuſtodiam.[k] Hoc enim
ſpeciale habet miſſio ex Carboniano edicto.[l]
15 Cæterum poſt annum contumax in cauendo,
rei ſuæ poſſeſſione uerè priuatur.[m] Et iubet
prætor dominum de poſſeſſione decedere, &
poſſidere actorem[n], Daturque ius dominij ex
ſecundo

q l. ex damni, l. 40. §. 1. eod. tit.
r l. in hanc, l. 28. & l. ſeq. de dam. infect.
s l. inter quos, l. 39 §. fin. l. in parietis, §. ſi & l. ſeq. l. in reficiendo, de dā. infect. in P.
t Vlpia. in l. ex damni infecti, l. 40. de damn. infect. l. quod ū, § fin. de ſeruit. vrb.
u l. 4. § ſi intra diem, de dam. infect. l. prætor ait, l. 7. § de eo opere, verſ. eū cui, & l. hoc amplius, l. 9. ver. integra, eo tit. l. 1. quib. ex cau. in poſ. eat. ll. 43 P. tit. 4.
x l. ſi finita, l. 15. § ſi pupillus, de dā. infect. l. item ait prætor. §. hoc autem, quibus ex cauſ. in poſſ. P. l. hoc autem, quibus ex cau. in poſſeſſ. eat.
y d. l. prætor ait, § de eo. verſic. in eum.
z l. ſi finita, l. 15. § ex hoc edicto, & ſe. de dam. infect.
a d. l. ſi finita, §. ubi autem, & l. 4. §. ſi fortè, eod. l. 9. uniuerſas, §. item cum prætor, de acqui. poſſeſſ. l. nō alienum, de interrogat. act. c. ſi §. ſi. ut lit. non conteſt.
b l. 4. § prætor ait, de damn. infect.
c d. l. 4. § ter°.
d l. 4. §. ſi intra diem, de damn. infect.
e dict. l. ſi finita. §. ſi iam ruerunt.
f d. l. ſi finita, § ſi quis metu.
g c. ſi. § fin. ut lit. nō conteſt. §. & qui iurat, de bon. auth. iudi. poſſid. in auth. l. cū proponas, l. 9. de bon. auth. iud. poſſid.
h l. in poſſeſſionem, eod. d. l. ſi finita, § Iulianus ſcribit, de dam. infect.
i Vlp. in l. qui de creditore, l. 12 & Paul. in l. is qui, l. 12. de damn. infect.
k Pompon. in l. cum legati, l. 12. quib. ex cauſ. in poſſe. eat. P. l. 1 § fin. de acquir. poſſ. P. l. ſi quis anſ. § idē Pōponius, eod. l. is cui, in prin. ut in poſſe. lega. in P. l. ſi duo creditores uti poſſ. P. l. 1. §. quæſitum, quor. legat. P.
l l. 1 § miſſo, de Carbo. edi. in d. c. ſi. §. fi. ut lit. non conteſt. c. contingit, de dolo & contum.
m l. 4. §. ſi fortè, & l. 5. de dam. infect.

ſecundo decreto, vt nequaquam poſtmodum locus ſit oblationi cautionis. [a] Nec ſtatim vbi prætor miſit in poſſeſſionem, etiam poſſidere iubet, ſed tum demum cum iuſta cauſa videbitur. Et ideò interuallum debet aliquod præcedere a prima miſſione, quòd aut pro derelicto ædes longo ſilentio dominus videatur habuiſſe: aut miſſo aduerſario in poſſeſſionem & ali-
16 quandiu morato nemo caueat.[b] Ita pro omni damno accepto, qui paſſus eſt dãnum, vel qui pati poteſt ex ruinoſo opere, nihil aliud conſequitur non cauente aduerſario, quàm opus ipſum ruinoſum: quo dato dominus liberatur, non ſecus ac dominus dans animal pro noxa, ad amplius non tenetur.[c]

a l. ſi finitę. §. poſteà autem, l. 5 & l. 7 § 1. de dam. infe. & l. 2 de eo qui mit. in poſſ. rei ſerua. cau.

b d. l. ſi finita, § non autẽ ſtatim de damn. infect. P.

c l. prætor ait, § hoc edictum de dam. infect.

De operis noui nunciatione. Cap. XXVII.

Lib. 39. P. tit. 1. Lib. 5. Decreta. tit. 32.

1 *Operis noui renunciatio quid, & quod ante opus factum locum habeat.*
2 *Operis noui nunciationis rationes.*
3 *Nouum opus quid hic, quidve reficere ab eo diſtet. Reficere quid, &c.*
4 *Nunciatio quid.*
5 *Nunciatio noui operis pertinet ad ædificationem ſolum, & ad res quæ ſoli ſunt.*
6 *Operis noui nunciationis cauſa triplex, naturalis, publica, impoſititia, & de ſingulis.*
7 *Finis operis nunciationis, vt liceat quod in noſtro licet, & quo temperamento.*
8 *In ſuo ædificanti non poteſt nunciari opus nouum, niſi certis de cauſis.*
9 *Pro opere in loco publico facto, nunciatio noui operis a quolibet etiam alienigena fit.*
10 *Qui nunciare poſſunt opus nouum.*
11 *Nunciandi formula, in damno infecto.*
12 *Habet locum nunciatio pro rebus eccleſiaſticis.*
13 *Operis noui nunciationis remedium tantum locum habet, ut extraordinarium deficiente remedio prohibitorio.*
14 *Non fit nunciatio noui operis in ruſticis operibus.*
15 *Nunciatio noui operis fit vel totius, vel partis, quo modo.*
16 *Nunciatio fit in re præſenti, & omnibus diebus.*

1 ALiud remedium, iuris publici aut noſtri conſeruãdi cauſa, aut damni depellendi gratia inuẽtum eſt, operis noui nunciatio.[d] Quod antequam opus fiat, locum habet & interdicit, ne fiat, ſumma cum vtilitate, quia melius eſt in tẽpore ante factum occurrere, quàm poſt læſionem, ad reſtitutionẽ & auxilium proclamare,[e] quando videlicet ius eſt prohibendi ne ſe inui-
2 to aliquid fiat.[f] Hoc remedium prætor facilè interponit, & pollicetur, ne vicini inter ſe de opere pertinacius contendentes ad arma prorumpant, quos boni iudicis eſt ſua iuriſdictione ab armis compeſcere.[g] Neue vicinus reſiſtendo, ſibi arma permitti putaret & ultionem, ob quã tamen compeſcẽdam iudiciorum vigor in medio poſitus eſt, cauens ne quiſque eam ſibi permittat.[h] Et proinde ſtatutum, ut ſiue iure, ſiue iniuria opus nouum nunciatum eſſet, opus intermitteretur,[i] propter authoritatem prætoris, vt poſteà latius dicetur Deo fauente. hinc & illud bonum ſequitur, ne potẽtia aduerſarij manu & reipſa ius prohibentis opprimat uel læ-

d l. 1. § nunciatio, 1 2. de oper. nou. nunciat.

e l fin. in quib. cauſ. in integr. reſtitut. non eſt neceſſ. & l. 1. quã do lice. vnicuique ſine iudi. ſe vendic. C.
f l. 1 de remiſſion. li. 43. P tit. 24.
g l. æquiſſimũ, de vſufruct. in P. li. 7. tit. 1.

h l nullus, de Iudæis, C.

i l. 1. de oper. noui nunciat.

dat. Quemadmodum ne id accidat in alijs iuris articulis proſpectum inuenimus. [k] *Vide itaq;*, inquit Ioannes Petrus Ferrarienſis, [l] *hoc interdictum maximè in ciuitatibus, vbi diuites uani ædificia magna & ſplendida, non habita ratione iuris vicinorum amoliuntur, vaniſſima & inani gloria tumidi, ita fatui & ſtolidi, ut putent hic perpetuo ſibi eſſe mundum.* Neque ædificia iſta ſolent perfici, niſi per homines elatos & ſuperbos, quos
3 vocat Auguſtus animoſos. [m] Nouum opus hic primum conſiderandum eſt non factum, videlicet imperfectum: nam pro eo quod factum eſt, ad interdictum quod vi aut clam, recurritur. [n] Nec immotandum eſt in dictione opus, quæ perfectam rem ve plerunque demonſtrare uidetur, ut notat Paulus. [o] Nam & opus rectè de perfecto & de imperfecto ſeu cœpto dici poteſt. [p] Nouum portò opus dicitur quod anteà non fuit, ut Eccleſiaſtes tradit. [q] *Quod eſt*, inquit, *quod futurum eſt? id quod fuit: nihil ſub ſole nouum.* Nouum itaque non facit, qui detegit quod uetus eſt.[r] Et qui excutit ſpicas, non facit nouam ſpeciem, ſed eam quæ eſt detegit: aliudq́ue reficere eſt, aliud facere. [s] Nouumque opus facere videtur qui uel ædificando nuper, uel detrahendo, priſtinam faciem immutat: [t] ſecus ſi reficiat, uel cæmentum unum uel alterum addat uel ſubtrahat, & ideò tunc hoc remedium non datur.[u] Quia reficere iter ſecundum Vlpia. [x] eſt, ad priſtinam formam, actum & iter reducere, id eſt, ne qs dilatet, aut producat, aut deprimat, aut exaggeret. Et vt alij aiũt, nec liceat ampliare aut utile detrahere.[y] Et in ſumma, uerbo reficiendi continetur apud Vlpianum, corruptum reſtaurare, tegere, ſubſtruere, ſarcire, ædificare, aduehere, & adportare ea, quæ ad eam rem neceſſaria ſunt. [z] Item aperire purgandi cauſa, & purgare dummodo ſub ſpecie refectionis, neque altiorem, neque longiorem, neque latiorem, neque humiliorem fa-
4 ciat. [a] Nunciatio, ꝙ ad nomen pertinet, nihil aliud eſt, quàm relatio uel delatio rei alicuius, vel monitio, quæ & de criminibus & alijs fieri poteſt.[b] Quocirca ratione adiecti reſtringitur, ut nunc nunciatio nihil aliud erit, quàm monitio, ꝙ opus nouum fiat, & prhhibino ne opus nouum exædificetur. [c] Denunciare idem eſt, quod prohibere: [d] prohibitio autẽ hic ad opus nouum reſtringenda. Nam nõ omnis prohibitio opus nouum reſpicit, nam alia prohibẽt leges,[e] alia iudicia,[f] quæ huc non pertinent. Opus portò nouum diſtinguit a damno infecto, & ab interdicto quod vi aut clam,[g] vt ſuis locis antè diximus. Et ædificandi nomen diſtinguit
5 naturam negotij, quo de agimus. Nam hoc edictum omnia opera non complectitur, ſed ea ſolum quæ ſolo coniuncta ſunt, quorum ædificatio uel demolitio, videtur opus nouum continere, idcirco placuit, ſi quis meſſem faciat arboremue ſuccidat, vineam putet, quanquam opus faciat, tñ ad hoc edictum non pertinere: quia ad ea opera, quæ in ſolo fiũt, pertinet,[h] ex
6 ædificatione imperfecta. Operis noui nũciationis triplex eſt cauſa, naturalis, publica, impoſititia: Naturalis, cum in noſtras ædes quid immittitur, uel in noſtro ædificatur: publica, quoties leges uel ſenatuſconſulta, conſtitutioneſque principum, per noui operis nunciationem tuentur. Impoſititia, ſi quis poſteaquam ſeruitutem ędibus ſuis impoſuit, contra ſeruitutem fecit.[i] Hoc auxilio itaque prohibemus, ne quis in noſtro ædificet, uel in noſtras ædes immittat: [k] & ſi in noſtro ædificatum ſit, poſſimus

k l. illicitas, in princip. & § ne potentiores, de offi. præſid.
l Ioan. Petr. de Ferrarijs, ſ ſua forma libelli da actio. noui oper.

m l 1 c. de præd. & alijs reb. minorum lib. 5. C. tit. 4.

n l. 1 § hoc autem edictum, de oper. nou. nunc. in P.
o Paul in l. rei appellatio, l. 5. § 1. de uer. ſign.
p l. qui inſulã l. 43 §. qui adit. loca. lib. 19. P. tit. 2.
q Eccleſ. c. 1.
r l. adeo, § cum quis, de acqui. rer. dom. P.
s l. 9 § reficere, de itine. act. priua.
t l. 1. § opus nouum, de oper. no. nunc. P. l. ſtipulatio, l. 21 §. opus, eod.
u l. 1. § ſi quis ædificiũ, & d. l. ſtipulatio, §. opus, de oper. no. nunc. l. vſufructuarius, l. 51. de vſufruct.
x l 3 § pen. de itin. act. priua. li. 43 P tit. 18.
y l. hactenus, l. 2. § ſi & l. quãuis, de vſufr. li. 7. P tit. 1
z l 1 §. deinde de riuis. lib. 43. P. tit. 20.

a l. 1. de via publica li. 43. P. tit. 10.

b c. 2. & 3 & c. ſuper his, de accuſat. l. 1. § 3 de precariis. l. qui ſoueas ...
1 an. ad leg. Aquil. P.
c ex glo. in l. ſi procurator. l. 17 de oper. no. nunciat.
d l 1 § nunciatio, eod.
e l. 3 & l. contra legẽ, de legib.
f l cum prætor de iudi. l. quæ prohibet da populi. P.
g l ſi alius, §. notauimus, quod vi aut clam. P.

h l. 1. § hoc autem edictum, de oper. nou. nunc.

i l. de pupillo, l. 5. § Sextus Pedius. de oper. noui nunciat.
k d. l. de pupillo. § ſed et ſi in ædes, & l quemadmodum, 29. § 1. ad leg. Aquil. ...

propria

propria authoritate tollere & demoliri.[a] Vt
mihi licet ſine metu calumniæ, ſigna meis re-
bus impreſſa ſine authoritate iudicis tollere &
confringere.[b] Vt & in ſolo meo ædificata, iure
meo arrogo,[c] & demolior, cum re mea abuti
7 mihi liceat.[d] Et ſi quis me prohibere uelit, in-
iuriatum agere poſſum in eum qui non ſinat
liberè mea re uti:[e] hæc tamen non licent ciui-
li temperamento, niſi monitione uicino facta
prius.[f] Ideo & ſi quid fiat in pariete, commu-
ni ve alio loco, ad nunciationem rectius confu-
giendum eſt, nec factum propria authoritate
licet tollere uel incidere:[g] cum quis ſuo iure
uti præſumatur, niſi contrarium appareat.[h] Et
omnia iure licere præſumuntur, niſi probetur
non licere:[i] atque unus ex ſocijs prohibere
quidem poteſt, ne alius ædificet, uerum deſtrue-
8 re ædificatum non poteſt.[k] At ſi quis in ſuo
ædificet, iure communi interpellari non poteſt
hoc edicto nunciationis noui operis, niſi con-
tra leges edictave principum, quæ modum ædi
ficijs extruendis adijciunt, uel ſi in ſacro uel pu
blico, uel religioſo ædificetur,[l] aut præter mo-
9 dum per ſeruitutem impoſitum.[m] Interdicit
prætor nequid in loco publico fiat, & ideo ſi
quid fiat aduerſus illam prohibitionem, denű-
ciatio fieri noui operis poteſt a quolibet.[n] Et
non ſolum ab incolis, ſed etiam ab alienigenis
uiatoribus, ſi quid in uia publica fiat, quia &
eorum intereſt, ut ſcribunt Angelus & Alexan
10 der.[o] Nunciabit & ſuperficiarius nouum o-
pus uicino, quia & ſeruitutum cauſa ei actio
datur:[p] conſtant enim ædes ſolo & ſuperficie.[q]
11 Et in cautione damni infecti, concurret nun-
ciatio hac formula: ne progrediaris ad ædifica
tionem uel demolitionem operis, niſi prius me
indemnem conſeruandum iri caueas,[r] quam-
uis pro damno ipſo infecto, quod minatur per
12 ſe ruinam, non fiat nűciatio noui operis.[s] Ha-
bet & locum nunciatio pro rebus eccleſiaſti-
cis, & pro eccleſijs ipſis.[t] In præiudicium enim
eccleſiæ unius, alterius ædificatio non permit-
titur ſine iuſta cauſa.[u] Et ita res explicatę ſunt,
13 pro quibus nunciatio fieri poteſt. Obſeruan-
dum tamen in his & ſimilibus, noui operis nű
ciationem eſſe remedium extraordinarium, ne
que competere pro omni opere nouo, ſed pro
eo tantum, pro quo aliud remedium prohibi-
torium non eſt proditum per prætorem, uel le-
gem: ueluti ſi unus ex ſocijs loci communis
in eo aliquid faciat, non datur nunciatio, ſed
communi diuidundo iudicio prohibetur,[x] po-
tiorque conditio prohibentis.[y] Sic de ſimili-
bus, ut de damno infecto, quod ui aut clam,
prohibitione prætoris, quæ tamen æquipollet
nunciationi, ut poſtea ędificatum deſtruatur,[z]
14 efficitur. Tradit Hoſtienſis,[a] nunciationē non
habere locum in ruſticis ſeruitutibus & præ-
dijs, in fauorem agriculturæ, quæ nec momen-
15 to ſuſpendi debet.[b] Sed & illud obſeruandum
eſt, nunciationem operis noui fieri, uel totius,
uel partis: ſi totius fiat, ſufficit nűciare nouum
opus ſimpliciter: ſi partis, oportet illius demon
16 ſtrare locum. Quia in re præſenti fit nuncia-
tio.[c] Et omnibus diebus fieri poteſt, ferijs
quamuis.[d]

a d. l. quemad.
b l. ſi ut nemi. liceat ſine iud. authorit. ſig. reb impo C. li. 8. tit. 17. & l ſi. ut nemo priua. titul præd. ſuis &c. l. 2. C. ut. 16
c l. redemptores, de rei uendi. in P. § & ex diuerſo, de rei. uind. l. ſi is contra, de ædif. priu. et l. 2. C. de ſeruitu.
d l. ſed etſi lege. §. cōſuluit, de pet. hæredit. in P. l. domū ſuā, de reg. iur.
e l. iniuriarū. l. 13. §. pen. de iniuri. in P. lib. 47. tit. 10.
f l. quid ſi libertas, de ſeruitu. urb. præd.
g d. l. quemad modū, ad l. Aquil. & l. ſed etſi. de ſeru. urb.
h l. metiũ. pro ſoc. P.
i d l. merito. §. quòd eis, ex quibus cau. maior. in P.
k l. an unus ex ſocijs, ſi ſerui. uend. in P.
l l. 1. §. nunciatio ſit, de nou. oper. nun. ut in exemplo, l. 2. C. de ædif. priu. nos ſupra de modo petendi, in ſeruit. urb. diximus.
m l. inter, §. ſi. de ſeruit. urba. prædio. P. l. 1. & l. ne quid, & l. præſes C. de ſer uit. nouel 165.
n l. 1. ne quid in loc. publ. l. 1. § nunciatio, & l. in prouincia. li. l. 1. § ſin. & l. ſeq. de no ope. nun. l. opus, de oper. publ. P.
o Angelus & Alexan. in l. 1. ne quid in loc. pub.
p l. 3. § ſi ego ſuperficiarius, de operis nou. nunciat.
q l. cum qui ędes de uſucap. in P.
r d. l. 1. § nunciatio, in ſin. de oper. nou. nunciatio. & l. 1. §. pe. quod ui aut clam, in P.
s l. ſi ędibus, de dam. infe.
t c. 1. & c. 2. de oper. nou. nunc. ap Greg. lib. 5. Dec. tit 32.
u can. quicunque, & ca eccleſia, 16. q. 1. c. ad audientiam, de eccleſ. ædific.
x l. 3. de operis noui nunc.
y l. in re communi, de ſerui. urba. præd. l. Sabinus, commu. diuid.
z d. l. Sabinus, & d. l. in re communi.
a Hoſtienſis, in Summa de operis noui nunciat. §. quis poſſit facere.
b l. 3. C. de ferijs, l. 2. de nundin. in P. ca. 5. de ferijs, § innouamus, de treuga & pace in uſibus feudor.
c l. de pupillo. § qui nunciat. & §. ſi pluribus, de oper. nou nunciat.
d l. 1. §. nunciatio, uerſ. item nunciatio, de oper. nou. nunciat.

Quibus & contra quos fiat nunciatio noui operis. Cap. XXVIII.

1 Quis opus nouum nunciare poſſit.
2 Perſonæ, quibus nunciari nouum opus poteſt.

1 PErſonas nunc in hoc remedio nun
ciationis conſideremus, actoris, &
rei, & quis poſſit primum nuncia-
re. Qua in re placuit, eum qui ius
non habet in re, nunciare non poſſe.[e] Denun-
ciabit igitur,[f] qui uel dominium, uel ius ſerui-
tutis habet, qui pignori fundum accepit, qui
habet detentionem ſeruitutis,[g] quia illis dan-
tur actiones utiles.[h] Vſufructuarius tamen ſuo
nomine nunciare non poteſt: procuratorio po
teſt, ut in rem ſuam procurator uendicando
uſumfructum.[i] Denunciat & procurator.[k]
Verum qui alio nomine nűciat, neceſſe habet
ſatiſdare, rem ratam dominum habiturum.[l]
Si de mandato potiſſimum dubitetur, uel, ut
alijs placet, etiam ſi de mandato conſtet.[m] Bo-
næ fidei poſſeſſor nűciare poterit, quia ad eum
res quodammodo pertinere uidetur.[n] Poteſt
& nunciare nouum opus, non ſolum uicinus
proximus, ſed inferior ſuperioribus faciētibus
opus nouum: Nam & ſeruitutes quædam inter
uenientibus medijs, uel publicis, uel priuatis,
eſſe poſſunt.[o] Pupillus ſine tutoris authoritate
non nunciat, nec ſeruus.[p] Mulier quoque &
pupillus, ſi de denunciatione agatur operis fa-
cti in publico, non nunciant, niſi ſingulariter
illorum interſit, exemplo popularium actio-
num, quæ tantum in eo caſu illis concedun-
tur.[q] Et qui de opere publico nunciat, bonæ fa
mæ, integræque eſſe debet, ut in popularibus
actionibus exigimus.[r] Arcentur & a denuncia
tione operis illi, cum quibus pactum ab ijſdē
ædificantibus ea de re factum, uel ſi rei euiden-
tia appareat eos ius non habere, uel manifeſtè
inhabiles ad nunciandum ſunt.[s] Si plurium
etiam res ſit, cui opus nouum noceat, omnes
nunciare debent, nec unius nunciatio ſufficit.[t]
2 Cum de perſonis quibus nunciari poteſt quæ-
ritur, ſtatuendum primum eſt, nunciationem
in rem fieri, non in perſonam. Proinde ea fieri
poteſt furioſo, infanti, ut nec tutoris authori-
tas exigatur.[u] Et ideo cuilibet intelligenti, ſci-
licet in re exiſtenti, ueluti fabro nunciatum, in
fantem & furioſum tenet.[x] Quod enim rem re
ſpicit, obligat furioſum tacitè.[y] Ita & ſeruo de
nunciatio fit rectè, quamuis ille denunciare
non poſſit.[z] Hoſtienſis[a] quoque dicebat de-
nunciationem domino extra rem fieri nō poſ-
ſe ad effectum, ut poſt denunciationem opus
factum demoliri debeat: quia fieri poteſt, ut
fabri id non reſciuerint, niſi poſtea dominus
ad opus redierit a quo tempore ualidatur præ-
cedens denunciatio. Denunciatur item non ſo
lum proximo, ſed & remotiori uicino.[b] Et ſi
plurium res ſit, in qua opus nouum fiat, ſi uni
nuncietur, rectè nunciatum uidetur, & omni-
bus cenſetur facta nunciatio: ſed ſi unus ædifi-
cauerit poſt nunciationem, alij qui non ædi-
ficauerint, non tenebuntur: contra, ſi commu-
ni rei plurium noceat, opus nouum omnes
nunciare debent, nec unius nunciatio ſuffi-
cit.[c]

e l. 2. de remiſſio. P. gl. in l. 3. § ſi ego, in uerbo, inquilinus, de operis noui nunc. l. 1 § ſumma. eod. Bart. in l. 1. in princ. & § nunc uideamus, & l. de pupillo §. interpoſitas, de operis nou. nun. Spec. in tit. de oper. non nunc. in § ſed nunc uideamus.
f Spec. ubi ſupra. & § ſi.
g l. creditori. l. 10. de ope. nou. nunciat.
h l. ei qui pignori, de ſerui.
i l. 1. §. uſufructuarius, de operis nou. nunc. l. 1. in ſi. & l ſeq. uſufru. quad. caueat. in P.
k l. cum procurator, l. 13 de ope. noui nun.
l l. de pupillo. § qui procuratorio nomine, de operis noui nunciat.
m l. illud, in ſi. de minorib. in P.
n l. uerbum illud pertinere, de uerb. ſign.
o Paul. in l. nō ſolū, proximo, 8 de oper. nou. nunc. de ratione, l. loci, § ſin. & l. ſeq. ſi ſeru. uen. l. ſeruitutes §. pe. de ſer. P. l. in tradendo, § interpoſitas, com. præd. l. ſi proximus, § ult. & § ſi. de aqua pluu. arc. eo. P.
p l. de pupillo. de ope. no. nunciat. P.
q l. mulieri, de pop. actio. P.
r d. l. 4. eod.
s l. non ſolum, & l. de pupillo, de operis nou. nunciat.
t l. ędibus communibus, l. 18. de pupillo. §. ſi plurium, de ope. nou. nunc.
u l. operis nou. nuncia. l. 10. de ope. nou. nunc.
x d. l. cuilibet. eod tit.
y l. furioſus. & l. ſi a furioſo, de actio.
z l. de pupillo, uerſ. 1. de oper. noui nunc.
a Hoſt. in Summa, de oper noui nunc. §. cui fiat.
b l. nō ſolum, l. 8. de oper. noui nunc.
c l. de pupillo, § ſi plurium. l. ędibus communibus. l. 18 de oper. nou. nun.

De modo & formis nunciationis noui operis. Cap. XXIX.

1 *Nunciatio in re præſenti ſit.*
2 *Nunciatio quadrupliciter ſit: denunciatio quando verbo fiat.*
Denunciatio quæ verbo ſit, exuit poſſeſſione denunciantem. &c.
3 *Facto quomodo iactu lapilli, & appoſitione manuum nunciatio fiat.*
4 *Nunciatio per prætorem moleſtior, in Gallia probabilior.*
5 *Nunciatio operis per prætorem quo tempore fieri poſſit: an omnis nunciatio omnibus diebus fieri poſſit.*

1 Nunciatio in re præſenti, in loco operis demouſtrato fieri debet, & in parte, ſi in ea tantùm nuncietur.[a]
2 Nunciatio quadrupliciter fit, verbo, per iactum lapilli,[b] per oppoſitionem manuum, per prætorem.[c] Probibitio, quæ verbo fit, cùm quis dicit ſe opus prohibere, habet timiditatis aliquid, & videtur qui prohibet de iure ſuo dubitare: quare dicitur conſtituere eum poſſeſſorem, cui fit denunciatio,[d] quamuis poſſideat.[e] Nihil autem intereſt, quibus ſententiæ verbis fiat prohibitio, dummodò prohibitio, in illis conſtet: ſicuti de ſententiæ ſermonis viribus dicitur, in quo mens tantùm quæritur.[f]
3 Facto prohibitio cenſetur perfici, iactu lapilli, vel oppoſita manu operi, prohibendi gratia.[g] Et iſtæ videntur paulò audaciores, & conſeruant poſſeſſionem denuncianti. Quia dũ lapillum quis iacit in opus, aut dum opponit manũ operi, videtur profiteri apertè ſe iure ſuo agere in re ſua, & velle defendere rem ſuam, retinereque poſſeſſionem, quæ animo alioquin amitti poteſt.[h] Neque id omnino temerarium eſt, cùm hoc fieri cenſeatur, donec adeatur iudex, cuius iuriſdictioni ſe committunt nunciantes, niſi aliter conueniãt expreſsè.[i] Et propter abſentiam iudicis licet interdum res proprias vi etiam eripere ei, qui aufugit cum eis.[k] Obſeruare & hic oportet, in iactu lapilli & manuum oppoſitione interuenire quoque verba, quæ exprimunt ea ratione ea fieri, vt prohibeatur opus vel ſaltem interuenire debere nutum æquipollentem.[l] Nec ſimplex iactus lapilli prohibitionem facit: quinimò quidam tradunt, & triplicem lapillum proijciendum.[m] Neque tamen exigo, vt nuntians teneatur dicere cauſam, cur nunciet & prohibeat, ſed puto ſufficere ſimpliciter eum prohibuiſſe, ſicut de teſte dictum[n] in alijs, quamuis contrarium verius
4 videatur.[o] Modeſtior & firmior eſt per prætorem facta denunciatio, qua in Gallia vt plerunque vtimur. Et fieri quidem poteſt, vt rectè nunciatio fiat, ſed non vt rectè, is ideò moueatur, id eſt, vt moueri poſſit, vt ait Papinianus.[p] Et facilis à verbis priuatiſque concertationibus in verbera prorumpere, niſi prætoris intercedat authoritas, dum quis licitum putat contra aggredientem vi, iactu lapilli vel obiectione manus, vi & manu ſe defendere.[q] Et idcirco conſultius eſt medio, id eſt, iudice & iudiciorum vigore vti, ne ad arma veniant contendentes.[r] Iuſſus ſimplex ita hic iudicis, vim habet ſententiæ quodammodo, dum per illum ſuſpendendum eſt opus;[s] quamuis alioquin comminationes, programmata, epiſtolæ, ſubſcriptiones iudicum, parte inaudita ſententiæ vel rei iudicatæ vim non habeant.[t] Vnde Ferrarienſis,[u] hic ſingulare notat, vt quando per viam præcepti procedit iudex contra aliquem inſtante & petente aduerſario, præceptum huiuſmodi euaneſcat comparente reo, & petente ſibi libellum offerri: quòd iudicia non ſint à præceptis inchoanda, ſed à libelli
5 oblatione fundamentum capiant.[x] Diſſidet autem Ferrarienſis cum Bartolo in tempore nunciationis faciendæ: nam cùm iuriſconſ. abſolutè dixerit, omnibus diebus nunciationem fieri poſſe.[y] Ferrarienſis vult tantùm locum habere in nunciatione facto vel verbo peracta: at in prætoria, dies feriatos excipit in honorem Dei.[z] Bartolus autem contendit, etiam prætoriam fieri poſſe omni die & feriato.[a] Ego pium exiſtimo feſtis diebus ab his abſtinere contentionibus: verùm ſi neceſſitas vrgeat, putà quia futura die pluribus redemptoribus vel operarijs opus perficiendum ſit, Deum non offendi arbitror, vt conſulatur paci. Diſpenſat namque neceſſitas à feriarum exacta obſeruatione.[b]

a l. de pupillo, l. 1. §. qui nunciant, & §. ſi plu ribus, & §. annunciationem, de oper. no. nunc. b d. l. de pupillo. §. meminiſſe, l. 1. §. nuncia tio, eod. l. 1. §. quid ſit vi factum, quod vi aut clam. c d. §. quid ſit vi. d d. l. de pupillo. §. meminiſſe & l. 1. §. in operis noui nunciatione, de oper. nou. nun. P. e l. ſi alius, §. Iulianus, quod vi aut clam. f l. in ſumma, l. 1. de re iudi. in P. l. 3. §. conditio, de adim. leg. a l. ſi quæ res pign. obli. poſſ. l. promittendo, C. de iure dot. g l. nam facit, l. 29. §. prohibitũ autem quis intelligatur, quod vi aut clam. h l. 3. §. in amittenda, de acq. poſſ. in P. l. 1. quod. §. nu. C. eod tit. i l. 1. §. de poſt operis noui, & §. ſeq. de operis no. nunc. facit l. 2. quando lic. ſine iud. ſe vindic. k l. aut prætor, l. in §. ſi debitorẽ, quæ in fraud. credit. lib. 42. P. tit. 9. l arg. c. cum apud, & c. ex. de ſponſalib. m arg. l. contumacia, de re iudica. c. indigni, 22. q. 2. c. ex literis, de conſti. n in audientia, de ſent. excom. n §. ſancimus, de teſtib. in authen. o arg. l. fin. de edic. d. Adriani toll. C. l. cũ hi, §. qui igitur, de tranſac. ea cum diſecti, §. ſi de accuſat. l. edita, C. de edend. p Papin. l. 5. de pigno. P. lib. 20. tit. 1. q l. vt alim. de liber. & iure, cũ ſimilib. r l. aquiſſimũ, de vſufruc. P. l. nullus. C. de iu dæis. s l. in re cõmuni, de ſer. vrba. prædio. l. quod iuſſit, de iudic. t l. 2. ſi quis ius dic. non obtem pe. gl. ſſ. in c. ex parte, in Chriſto, de verb. ſign.

1 l. 1. 2. 4. 1 tit. communica. epiſto. program. lib. 7. C. tit. 57. u Ioan. Petr. de Ferrarijs in praxi, titu. de oper. no. nunc.
x l. 1. in fin. de in ius voc. authen. offeratur, de lit. conteſt. l. libellorum, de accuſ. in P. l. 1. de libell. oblat. y l. 1. §. nunciatio, verſic. item nunciatio, de ope. no. nunc. z iuxta l. dies feſtos, & l. omnes, C. de ferijs. a Bart. in d. l. 1. §. nunciatio, de oper. no. nunc.
b l. 2. C. de ferijs, c. 3. eod. ap. Grego.

De effectu nunciationis noui operis. Cap. XXX.

1 *Effectus nunciationis noui operis, intermitti opus, paſteaque ædificatum demoliendum. Quis teneatur præſtare ſumptus demolitionis operis aut patientiam demoliendi, &c.*
2 *In nunciationis teſtatione debet apponi quantum opus iam factum ſit.*
3 *Quando ædificantis nunciatione opus ſuſpenditur.*
4 *Nunciatio noui operis non ſe defendentem facit ex actore reum.*

1 Præcipuus & inſignior effectus nũciationis noui operis eſt, vt nunciatione facta quiſcere debeat ædificatio, & opus intermittatur, donec ea de re cognitũ ſit, alioquin omne poſt nunciationem, vt illegitimè ædificatum, deſtruendum ſit.[c] Obtemperandum enim nunciationi eſt, ſiue bene ſiue malè facta fuerit,[d] vt de excõmunicatione dicitur eccleſiaſtica,[e] & probibitus qui poſteà ædificauit, in exceptionibus non auditur ante reſtitutionem operis in priſtinum ſtatum, nec datur ei actio per prætorem volenti agere ſibi ius eſſe ita ædificatum habere:[f] & quia vi, vt diximus, poſt prohibitionem factũ dicitur. Qui vi aut clam fecit, ſi poſſidet, debet patiẽtiam & impenſam tollendi operis: qui fecit nec poſſidet, impenſam: qui poſſidet nec fecit, patientiã tantùm.[g] Et Marcellus.[h] *ſi is, cui opus, inquit, nouum nunciatũ eſt, ante remiſſionem ædificarat, deceſſerit, hæredes eius debent præſtare patientiam aduerſario deſtruendi operis.* Quia in reſtituendo huiuſmodi opere, pœna verſatur eius qui contra edictum facit, quæ in hæredes non tranſit, niſi lite cõteſtata.[i] Veruntamen quamuis ad pœnam non teneantur, non dubito teneri hæredes ad impenſas demolitionis ſi poſſideant: quòd hoc vitium rei ſequitur quemcunque poſſeſſorem & omni damno eũ onerat,[k] niſi ædificatũ fuiſſet opus inuito domino loci: quo caſu ſolùm pſtat patiẽtiam demolitionis, vt ſi à ſeruo, ſine iuſſu do-
2 mini, fuerit ædificatum.[l] Propter hunc effectũ demolitionis faciẽdæ ædificati poſt nunciationem

c Lunie in fin. de oper. no. nũcia. C. c. 2. eod. tit. ap. Grego. l. prætor ait, §. 2. & §. prætor ait, eod. in P. d l. 1. de oper. nou. nunc. P. e c. 2. 11. q. 3.
f l. 1. §. ſed etſi is cui opus nouum. de operis nou. nunc. P. g l. competit, l. 17. §. ſi quod vi aut clam. l. 2. §. pen. ne quid in loc. publ. l. 3. §. item ſi locum, de alien. iudic. mut. cauſ. fact. in P. h l. pe. de oper. no. nuncia. i l. 1. in delict. in quan. hæred. tenean. C. k c. 3. de no. oper. nun. c. quia verò, de iudic. c. ſupe. de reſtit. ſpol. expreſsè, & in l. prætor ait, in ſi. de ope. nou. nunc. c. ſi. ga ſieauerunt, de reſt. ſp. l l. ſi reus, §. pen. & l. denique, §. ſi. quod vi aut clam.

nem, qui opus nunciet nouum, debet referre
in teſtationem, quantùm operis iam nunc fa-
ctum erat, & modulos ſeu menſuras capere, vt
3 appareat quid poſteà fuerit factum.[a] In quæ-
ſtione tamen ſuſpenſionis operis poſt nuncia-
tionem, arbitror diſtinguendum, num prætore
authore, vel ſine prætore fiat nũciatio: ſi ſine
prætore, & manifeſtè appareat ius nõ eſſe nun-
ciãdi ei qui nunciat, ab ędificio quieſcere quis
non tenetur, priuſquàm ad prætorem vocetur:
veluti ſi cõſtat pupillum nunciare, vel ſeruum,
vel extraneum, vel eum qui antè permiſit, vel
alio modo manifeſta ſit iniuſta nunciatio. Ne
inde iniuriarum naſcatur occaſio, vnde iura
naſci ſolent.[b] At ſi dubitetur de iure, vel ſi per
prætorem quis intermittere opus iubeatur, cer
tè quieſcẽdum ab opere, propter authoritatem
prætoris, ne eius imperium eluſorium ſit.[c] Et
quamuis manifeſtè iniuſta vocatio in ius ſit,
aut quamuis citatio non liget vocatum:[d] atta-
men non eſt malè vocati contemnere vocan-
tis imperium, coram quo exceptiones ſuas pro
ponere poteſt.[e] Cæterùm quando intermiſſio
operis periculũ adfert, nunciatio quoque hunc
effectum non ſortietur, vt ſuſpendatur opus,
ſed contemnitur: vt ſi cloacæ purgentur, vel
reficiantur, vel riui.[f] Nam ob id quod denega-
tur exemptio operis noui, id eſt, ſuſpenſo & de-
molitio, non abolentur actiones legitimæ, ſed
integræ manent: ſicut & in his, in quibus præ-
tor ab initio noui operis nunciationem ne-
4 gat.[g] Alius effectus nunciationis noui operis
apud Africanum, vt nunciatione facta, ſi is cui
nunciatur ſe non defendat, ex poſſeſſore conſti
tuatur petitor, atque poſteà cogatur docere &
probare, ius ſibi eſſe ita ædificatum habere.
Prætor enim cogit fugiẽtem cauere, quod non
procedet in opere, niſi prius de iure ſuo docue-
rit: quemadmodum etſi is qui nunciauit, fu-
giat, fit ex poſſeſſore petitor: quia cauere debet
ſe non prohibitum ædificantem, niſi doceat
de iure ſuo prohibẽdi, & ſic vtroque caſu tranſ
feruntur, per fugam onera probandi. Fuga por
rò intelligitur hic poſt tres menſes à tempore
nunciationis differendo.[h]

a l. aſt ſolum, 8. §. q. opus nouum nũciat, & §. ſciendum, de oper. no. nunc.

b l. meminerint, C. unde ui.

c l. fin. ne quid in loc. publ. P. l. ſi prætor, de iudic. in P.

d l. ne quis eũ, qui in ius uoc. ui exim. l. ſi de iuriſd. om. iud. in P.

f l. de pupillo, §. ſi quis nunc. de oper. no. nũcia. l. 2. de riuis, lib. 43 P tit. 20. l. 1. § ſi qs purganti, de cloac. P.

g Paulus, in l. ſciendum, 19. de oper. no. nũciat. P.

h l. unica, de ope. no. nun. C. l. ſi. de ædiſ. priua. C.

Quot modis operis noui nunciatio-nis prohibitio extinguatur.
Cap. XXXI.

1 *Remiſſione nunciationis tollitur nunciatio. Remiſſio tripliciter fit, à denunciante, à iudice, à lege.*
2 *Cautio de demoliendo, ſi dictum ſit, tollit nunciationem.*
3 *Denuncians, intra tres menſes, non cogitur ſatiſdationem acceptare ab aduerſario oblatam, ſi dicat ſe paratum intra eos de iure ſuo docere: poſtea tamen cogitur.*
4 *Olim nunciatio noui operis anno tollebatur, hodie nequaquam.*
5 *Nunciatio noui operis morte nunciantis, non eius cui nunciatum eſt, tollitur. Item numero 6.*
6 *Finitur nunciatio alienatione rei.*
7 *Diſtinctio, quando duret nunciatio poſt mortem.*
8 *Ratio cur non extinguatur morte eius cui nunciatur, & alienatione ab eo facta, quemadmodum ex parte nunciantis.*
9 *An ſatiſdatione data de demoliendo, hæres cui nunciatum eſt teneatur ſuis impenſis opus demoliri, an tantum pręſtare patientiam.*
10 *Remiſſa cenſetur nunciatio, ſi actor non iurat de calumnia.*

1 Tollitur prohibitio, & extinguitur
nunciatio noui operis, per remiſ-
ſionem nunciationis.[i] Ea remiſ-
ſio tripliciter fit,[k] nempe à de-
nunciante, à iudice, à lege: à denunciante, ſi is
permittat expreſsè opus proſequi.[l] Poteſt au-
tem remittere, ſiue facto, ſeu verbo, ſeu per præ
torem nunciauerit: ſi partes enim conueniunt,
nihil intereſt iudicis.[m] A iudice, ſi examinato
negotio iudex pronunciauerit ius eſſe ędifican
di,[n] quia res iudicata finem imponit nego-
tio.[o] A lege dupliciter fit remiſſio, primò,
quando nunciatio eſt ipſo iure nulla, vt ſi fa-
cta ab eo eive, à quo, cuive fieri non poterat,
per perſonas, & illis à quibus, & quibus iam
anteà fieri non poſſe monuimus. Paria enim
ſunt non fieri, vel fieri perperam ſeu inutili-
ter,[p] et ſi procurator non cauerit de rato.[q] Se-
cundò, remittit lex prohibitionem, ſi cautio
data fuerit coram iudice de demoliendo, &
reſtituendo opere priuato, ſi poſteà appareat
iniuſtè ædificatum, vel ſi pro publico promiſ-
2 ſio eadem fiat.[r] Et hæc ſatiſdatio, etiam ſi ab-
ſentis nomine poſtuletur remiſſio, non ad rati
habitionem, ſed ad noui operis nunciationem
pertinet.[s] Hic fit oblatio ſatiſdationis, quam
ſtipulatur aduerſarius: quòd ſi eam ſtipulari
noluerit, pro data habebitur iure, ſitque remiſ-
ſio noui operis nunciationis.[t] Niſi poſteà is
qui obtulit, interpellatus vt caueat, noluerit
3 cauere, & ita in mora poſtremus ſit.[u] Sic ei
vltima mora nocebit, vt in alijs receptum eſt.[x]
Cæterùm hic quoque annotandum eſt denun-
ciantem ante tres menſes non cogi ſatiſda-
tionem acceptare, ſi paratus ſit, de iure ſuo pro
hibendi docere: poſt tres menſes autem cogi-
tur, vel remiſſio per legem fit.[y] Differtur quip
pè in reſtitutorijs interdictis, quale eſt hoc, re-
ſtitutio, ſi incontinenti offerantur probatio-
4 nes.[z] Fruſtraque cautio acciperetur, ſi nunc
conſtat de iure non ædificandi. Secundò olim
extinguebatur nunciatio noui operis poſt an-
num, hodie non, ſublataque eſt l. prætor ait,
in §. ſi. de oper. non. nun. in P. per l. unicam eiuſ
dem titul. C. qua refertur olim extinctam poſt
annum noui operis nunciationem, ſed nunc
ſtatutum durare etiam poſt annum: vt aliæ in
rem actiones, quæ pœnales non ſunt, perpe-
tuæ ſunt, & poſt annum dantur, quales nego-
5 tiorum geſtorum, de peculio, & ſimiles.[a] Ter-
tiò tollitur nunciatio morte nũciantis,[b] quam
uis morte eius cui fit nunciatio non extingua-
6 tur. Item quartò finitur, ſi rem alienauerit is
qui nunciauit, ob quam nunciatio facta erat.[c]
Quia morte & alienatione finitur ius prohi-
bẽdi:[d] morte nãque quis deſinit eſſe dominus,
quia mors omnia ſoluit,[e] & voluntatem.[f] Et
iuris noſtri conſeruandi cauſa nunciatio fit,[g]
quòd alienando, & morte amittimus, & proin-
de cauſa ceſſante ceſſat effectus,[h] & poſt vendi
tionẽ deſinit noſtra intereſſe damno omni &
commodo poſteà contingẽte pertinente ad em
ptorẽ,[i] Nec pugnat quod tradit Vlpian.[k] hoc

i l. non ſolum. § ſciendum, de ope. nou. nunc.

k glo. in l. 1. de remiſſio.

l de hac in d. l. 1. § inde quęritur, de operis nou. nun. l. uim facit. § tandem, quod ui, aut clam.

m d. l. 1. § inde quæritur, & l. ſi conuenerit, de re iudica. P. l. ad dicem, comm. diuid. P.

n l. prætor ait, §. habet autẽ, de operis noui nunciat. P.

o l. 1. de re iudic. P.

p l. quoties. q ſatiſd. cogan. l. 2. ſi quis in ius uoca. non ier. l. quarta. §. condemnatum, de re iudica. cum ſimilib.

q l. de pupillo, §. qui procuratorio, de operis noui nunciat. P.

r l. uni. eo. C.

s d. l. de pupillo. § qui remiſſionem, c. fina. eodem titu. ap. Gregor. l. non ſolum. §. ſi cum poſſem, eodem P.

t l. prætor ait, §. ſi quis paratus, & §. deinde ait prætor, de oper. nou. nunciatio. l. ſtipulatio. §. ſi quis autem, eodem tit. P.

u l. prætor ait, § ſi aliquo modo ſteterit, de oper. non. nunciat.

x l. illud, de pa rit. & commo. rei uend. l. hominem, mand. P. l. obſignatione, C. de ſolu. l. ſemel mora, ſolu. matrim. in P. l. 2. C. de iure emphyt.

y l. uni. de no. oper. nuncia. C. c. pen. & ſi. eod. ap Greg. & ibi glo.

a c. literas, de reſti. ſpol. l. ſi in eo quo, ut in poſ ſeſſ. legato. l. 3. §. ibidem, ad exhib. c. dilectus, de ordin. cognitio.

b l. in honorarijs, de action. cum ſimilib. ibi nota.

b l. nõ ſolum, §. morte, de oper. nou. nunciatio.

c l. ſi. eod.

d d. §. de morte.

e §. deinceps, de nupt. in authen.

f l. 4. loca. P.

g l. 1 §. iuris noſtri, de oper. noui nunciat.
h c. cum ceſſante, de appell. l. adigere § quamuis, de iure patr. in P. l. 2. §. ſi. de don. P.
i l. id quod, l. 7 & l. neceſſario, de pericu. & comm. rei uend. in P. l. 1. C. eod. l. iulianus § cum autem, de emptio.
k Vlpian. in l. prætor ait, l. 20. §. hoc interdictum perpetuò, in l. 1. de operis noui nunciatio.

interdi-

interdictum perpetuò dari, & hæredi & cęteris ſucceſſoribus competere, &c. Siquidem nō negamus quin & ſucceſſoribus, uel uniuerſalib⁹ hæreditarijs, uel ſingularibus ex contractu nō detur, ut poſſint poſt adeptum ius nunciare no. opus. Veruntamen ibi non eſt controuerſia, ſed num nunciatio facta a mortuo uel alienante,
7 ad eos tranſeat, de quo nihil Vlpianus, uel ſi ſenſit de eo, cum diſtinctione intelligēdus eſt, prout Accurſius bifariam diſtinguit,[a] *Interdum, inquit, nunciatio fit, ne opus nouum fiat, quandu delibe at quis incipere ſed nondum incæpit: aliquando quando incæptum eſt. Et rurſum aliquando cæptu opere denunciatum eſt, & ante mortem denunciantis, uel ante alienationem non eſt ſatiſdatū, uel eſt ſatiſdatum*. Porrò extinguitur nunciatio morte & alienatione, ſi opus cœptum adhuc non ſit, & res integra ſit: item ſi cœptum ſit, & tamen ſatiſdatum non ſit. Probat argumento mandati, quod extinguitur moriente mandante re integra: nō autem ſi ante mortem procurator cœperit tractare negotium.[b] Et certè iudicia cœpta tranſire in hæredes non ambigitur.[c] Notat & Bartolus,[d] quodq́ue mihi placet, ut ſi aliquid operis poſt nunciationē, quantumuis modicum factum fuerit uiuente nunciante, res non ſit integra, & ideo tranſeat in hæredes pro futuro opere præcedenti connexo.[e] Item ſi quis nunciando dicat, nuncio pro me hæredibuſque meis, nouum opus, morte
8 non extinguetur.[f] Sed cur ex parte eius cui nūciatur, eadem locum non habent, quæ in perſona nunciantis, uidelicet ut non extinguatur nunciatio morte eius cui nunciatur, uel ſi ipſe alienet? Ratio eſt, quòd ex parte eius cui nunciatur, nunciatio realis eſt:[g] ex parte nunciantis, perſonalis.[h] Qui ideo quandocunq; illi placuerit, remittit, ut diximus. Siquidem in rē præſentem fit nunciatio, nec extra rem efficax eſt.[i] Proinde quod perſonale eſt, cum perſona extinguitur.[k] Reale tranſit in alias perſonas tem poſſidentes:[l] reſque obligatæ diſtrahuntur
9 cum ſuo onere.[m] Quæſtio tamen inter Bartolum, & alios iuris ciuilis interpretes eſt, ſi ſatiſdatum eſt ab eo cui nunciatio facta eſt, & is poſtea mortuus ſit, reſque peruenerit ad tertium poſſeſſorem, num, quemadmodum diximus, nunciationem tranſire in hæredem nunciantis, tranſeat quoque in hæredem eius cui nunciatum eſt, ut ipſe proprijs expenſis teneatur opus ab alio factum demoliri, quod alioquin, ut diximus, facere, non tenetur, ſed præſtare patientiam. Nam Bartolus[n] defendit nō teneri, quem aliqui ſequuntur, *Quia prætoria cautio*, inquit Caſtrenſis,[o] *de demoliendo debet augere ius ipſius nunciationis, ſuper qua interponitur*.[p] Gloſſa[q] tamen contrarium affirmat, quam ſequitur Alexander ab Imola. Quos quoque ego probo: quòd ſatiſdatio de opere demoliendo, & iudicatum ſolui, pares ſint.[r] Stipulatione autem iudicatum ſolui interpoſita, deſinit res eſſe integra.[s] Ergo & per hanc ſatiſdationem. Accedit quod ex ſatiſdatione, ueluti ex cōditionali ſtipulatione, fiat obligatio quæ transfertur ad hæredes.[t] Nec ratio Bartoli & ſequacium hic obijci poteſt, cum ea intelligatur, ne augeat negotij naturam ſatiſdatio, quādo negotium per ſe ſatis ualidum eſt: at ubi
10 per ſe inualidum, diuerſum uerius eſt.[u] Poſtremò remiſſa cenſetur noui operis nunciatio, ſi is qui nunciauit, noluerit iurare de calumnia, etenim tenetur nuncians iurare, ſe non calumniæ cauſa nunciare.[x] Quod ordinarij alioquin iuris eſt in omnibus inſtituendis litibus, ad compeſcendas litigantium calumnias & malitiam,[y] ut actor etiam qui iuramentum hoc recuſauerit, amittat litem.[z]

a Accurſ. in l. non ſolum. §. morte, in uerbo, extinguit, de ope. no. nun ciat.
b l ſi quis mandato. l. eius, dum ſit actio. ff. l arbiter, de arbitr. ff. § item ſi adhuc, de m. § da. l. m mdatū, C. mand.
c l. 1 ex delict. de fune i quan. hæred. tenean. l. 1. ut actio. ab hæred. & cont. hæred. C.
d Bart. in d. §. morte, num. 6, l. non ſolum.
e l ſi tutor poſt prin. de tutel. & ratio diſtrah.
f l diem proferre, §. 1. de arbitris. l ſi uerò non remunerā di, § ſi & l ſeq. mand. in ff. l cū precario, de precar. ff.
g l non ſolum, § morte, de oper no nunc. ff.
h l ſi. eod.
i l. de pupillo, § ſi plurib. res, & §. nunciatione, uerſi. quis autem in foro, & l. operis, eo. tit.

h l. quis tale, ſol. matr. l ſi ti-bi § ſi quis pa-ciſc. tur & l in-m ... § pa-ctis ... de pac. ... ff. l quis in fu ... § ... eo tit. l l ... ge-nere ... § in rem ac actio.
m l alienatio, de contr. empt. l. ... de ... pe ... l. ... debi-tor ... ff. ... pign ... l. uni C. ... alie ... gere ... non ... l. ſi pi-gnus, quo pot. in pig. habeant.
n Bart. in d. §. morte, nu 8 & Andreas de Pa-ris, Paul. Caſtr. ibi.
o Paul Caſtr. ubi ſupra.
p l. 1 §. ſi quis ſub conditione, ut legat. nom. ca-ueat. ſed l. ſi quis rū. § ... la-tariū. ſi quis cautio. l. Titius, §. ... ad Treb. ff.
q gloſſ. in d. §. morte, in uer-bo hæredes. l. non ſolum, de noui oper nun. & ibi Alex.
r l de pupillo, § pen. & l ſupu-latio, ... habeo, de no ope nun. ... & ... gl. de pro curat.
s § ex conditio nali. de uet. ob. l is qui ſub con dōne, de act. ff.
u l. ex placito, de rer. pmut. C.
x d l de pupil-lo, §. qui opus nouum.
y l. 1 de iureiur. propter calum.
z l. 2. C. eod.

Libri Quarti Primæ Partis Syntagmatis Iuris uniuerſi finis.

DE REBVS COMMVNIBVS, CONFVSIS, ET PROPRIIS DISTINGVENDIS.

Liber Quintus.

De diuiſione rerum priuatarum in communes, confuſas, & proprias. Cap I.

1 *Continuatio libri, & de diuiſione rerum, in communes, confuſas, & proprias.*
2 *Communis duplex, pro diuiſo & pro indiuiſo, & quid utraque.*
3 *Propria res quæ dicatur.*
4 *Confuſa res quæ.*
5 *Communes res pluribus de cauſis nobis cum alijs.*

1 RES omnes rurſum quæ liberæ aut ſeruæ ſunt, aliã diuiſionem expoſtulant, vt earum qualitaté ſignificantius explicemus, potiſſimũ res quæ ſunt priuatorum hominum, proinde hoc libello tractandæ ſunt. In primis itaque priuatorum res ſeu ſingulorum, vel cõmunes ſunt, vel confuſæ finibus, uel ſeparatæ ſeu
2 propriæ. Commune eſt, quod duorum, uel pluriũ eſt, idque vel pro indiuiſo, uel pro diuiſo.[a] Pro indiuiſo, quod ad omnes ut uniuerſos, nõ vt ad ſingulos, pertinet: qualia ſunt, quæ uniuerſitatis dicuntur, vt theatra, ſtadia, & his ſimilia, quæ communia ſunt ciuitatum, quæ ſingulorum non ſunt.[b] Pro diuiſo cõe, quando in vna re communi quilibet partem ſuam ou tit.[c] Et hoc commune magis accedit ad proprium, quam prius commune. Neque tñ commune aliquid eo modo, quo commune vocatur, proprium dici poteſt,[d] hæc enim, inter ſe pugnãtia: ſicut & Martianus ſuum, communi opponit.[e] Nec meum propriè commune dicitur, niſi meum commune, hoc eſt, id quod ego in communi habeo.[f] Et nõ quod ſocius in eodem commune habet.[g] Sic rectè paucis Caius de liberta communi mihi videtur reſoluiſſe. *Si quis libertam*, inquit,[h] *communem duxerit, libertam eius eſſe negari non poteſt, licèt alterius ſit liberta*. Et ſi ius reſpicias, quod quis in re habet cõmune, propriè ſuum dicitur, facta ad illud relatione. Atque ideò illud legare, vendere, cedere ue poteſt, ſiue res ſit communis pro indiuiſo, ſiue pro diuiſo:[i] ſi corpus rei cõmunis pro indiuiſo inſpicias, ſine ſocij uoluntate in re cõmuni nihil licet agere, niſi ad quod res cõmunis deſtinata eſt.[k] Nam ad eum vſum ad quẽ res parata eſt, vti re poteſt, inuito etiam ſocio, ſocius.[l] Præſtq; reficere rẽ, non quidẽ iure ſeruitutis inuito ſocio,[m] ſed iure ſocietatis, ſi ne-
3 ceſſariũ ſit.[n] Propria res eſt, q̃ cõis nõ eſt,[o] q̃ alterius ſeu aliena nõ eſt,[p] quę ſoli[r] eſt, ſiue vni ſoli cõuenit,[q] idẽ quod ſuum,[r] tuũ, meũ, ſepa-
4 ratim. Confuſæ res ſunt, quæ pertinent ad dominium, quæ finibus ſunt indiſtinctis:[a] unde
5 & finium regundorum iudicium. Communes res pluribus ex cauſis nobis eſſe poſſunt cum alijs, vel ratione hæreditatis, uel ratione cõtractus, uel ex conuentione ſocietatis. De ſocietatis communione hic nihil dicemus, cum eius tractatio proprium receperit locum inter contractus. De alijs tantum pauca, ex quibus, veluti ex quaſi contractu, actio proficiſcitur.[t] De diuiſione ſeu ſolutione communionis agemus quoq;, in qua & de natura communionis agere neceſſarium erit, prout ſe tractatio obijciet. Nec enim quiſquam inuitus in ſocietate communioneue retinendus eſt,[u] etiam ſi pacto cõuentum fuerit, ne diuiſio fiat,[x] ob fugiendas diſcordias,[y] quas rerum communio excitare ſolet.[z] Nec omnes coniungit ad ſocietatem conſenſus, ſed & aliquando res, ut ſi duobus una res legetur.[a]

a vt l. magis puto, l. 13. §. fin. de reb. eor. qui ſub tut. &c. l. 9. ff. tit. tul. 6. ff. l. rectè, l. 21. de verbor. ſigni

b in l. tantum, l. 6. §. vniuerſitatis, de re. diui. li. 1. ff. tit. 8 l. 2. q̃ cuiuſque vniuerſi. l. 1 ff. lim. 4. l. ſed ſi hoc, qui manumittitur, de in ius voca.

c d l. rectè.

d l. Quint. Mucius, l. 13. de auro & arg. lega. lib. 14. ff. titu. 2.

e Mart. in l. in tantum, §. religioſum, eod.

f l. ſerui electione, l. 5. §. 1. de lege 1. l. 9. de condictio. inſtit.

g l. falſo, de cõmu. rer. alie. C.

h l. illud, 46. de ritu nupt. li. 23. ff. tit. 2.

i l. 3. & 4. de cõmu. rer. aliene.

k l. 2. de ſerui. tit. generali, l. Sabinus, com. diuid. ff. l. parietẽ, de ſeruit. vrb. c. in re communi, c. 57. &c. q̃ omnes tangit, de reg. iur. in 6. vbi de hoc latè tractatur.

l l. ſi ædes, com. diuid. l. ſi fratres, §. item Mela pro ſoci.

m d. l. parietẽ, de ſeruit.

n d. l. ſi fratres, §. idem reſpondit.

o l. proprium, l. 5. com. præd. lib. 8 ff. tit. 4.

p §. proponit, de hæred. inſti. ap. Inſtit.

q §. 1. de per. pot. l. omnes populi, de iuſti. & iur.

r c. 1. de ſim. compo. in Clemen.

a l. quędam, de actio.

t §. item ſi inter eliquos, de obliga. quæ ex quaſ. cõtr. naſc. ap. Inſtit.

u l. fin. com. diuid. in ff. l. actione, §. item qui pro ſoc. in ff. l. tandiu, C. eod.

x l. in hoc iudicium, l. 14. §. pe. nul. eod. tit. ff.

y l. in re cõmuni, l. 25. de ſeru. vrb. prædio.

z l. cum pater, l. 17. §. dulciſſimis, de leg. 2. l. qui neque, in fin. de reb. eor. qui ſub tut. ff.

a l. hæredes eius, l. 26. §. non tantum, famil. erciſc. §. item ſi inter, de oblig. quæ ex quaſ. cõtra. naſc.

De communiũ rerum diuiſione, ſeu de communi diuidundo. Cap. II.

Lib. 10. ff. tit. 3.

1 *Communi diuidundo iudicium quid.*
2 *Communi diuidundo iudicium in aliud nomen tranſit, ratione rei diuidendæ in familiæ erciſcundæ & finium regundorum.*
3 *De affinitate trium iudiciorum, communi diuidundo, familiæ erciſcundæ, & finium regundorum: quòd omnes ſint de rebus communibus, duplicia iudicia bonæ fidei adiudicationem admittentia, non excluditur a diuiſione petenda per triginta annos, in vtriſque actor iurat de calumnia.*
4 *Differentia iudicij communi diuidundo, & familiæ erciſcundæ.*

1 COmmuni diuidundo iudicium eſt in quo tantum de diuiſione rerũ ipſarum agitur. Et ſi quid in his damni datum, factumue eſt, ſiue quid eo nomine aut abeſt alicui ſociorũ, aut ad eum peruenit ex re communi.[b] Oportet ita-
2 que res communes eſſe, aliter ceſſat.[c] Proinde vbicunq; res communis diuidenda eſt, ibi habet locum communi diuidundo iudicium, ſed illud pro diuerſitate rerum tranſit aliquando in aliud nomẽ: ut ſi agatur de hæreditate diuidẽda, ibi dicatur alterius nominis ob quãdam particularem aduenientem notã, familię erciſcundæ. Et ſi de confuſione finium diſtinguenda, quæ communem rem facit, propter confuſionem, dicatur finium regundorum; vbiq; tñ generalis communi diuidundo iudicij ſubſtã-
3 tia & modus latet. Et proinde ferè iſtis tribus iudicijs æqualis eſt ſubſtantia. Nam ſi conſideres res, inuenies in vtriſque de rebus agi

b Paul. l. 3. com mun. diuid.

c l. 1. commu. diuid. in ff.

corpora-

corporalibus,& de præſtationibus faciendis:ſi cõſideres perſonas, inuenies tria iſta duplicia eſſe iudicia, & quemlibet eſſe actorẽ, & reum poſſe, quod par cauſa omnium videatur,& magis eum videri actorem, qui ad iudicium prouocaſſet,[a] vel ſi plures prouocaſſent, quẽ ſors tuliſſet iacta,[b] vt infrà in familiæ erciſcondæ dicetur iudicio. Sunt & familiæ erciſcundæ & cõi diuidundu iudicia bonæ fidei,[c] nam cõmuni diuidundo huiuſmodi dicitur,[d] & familiæ erciſcundæ.[e] Et poſſet etiam comprehẽdi ſub communi diuidundo finium regundorum, niſi alienum quis dicat cum quadam gloſſa,[f] viſ deri in ea adiudicationem, quæ fit in illa de alieno, per iudicem:[g] quod tamen non probo, cum & adiudicationem & condemnationem fieri per hanc actionem ſciam,[h] & ideò nihil domino deperire, qui pecuniam cõdemnatione pro adiudicatiuue accipiat. Et ſatis conſtat iſtas adiudicationes fieri in communi diuidũdo,& familiæ erciſcundæ, æqua lance ac in finium regundorum. Ita enim vnico cõtextu tribus his iudicijs adiudicatio permittitur poteſtati iudicis,[i] & tamen id non prohibet, quin communi diuidundo, & familiæ erciſcũdæ iudicia ſint bonæ fidei. Commune etiam diuiſorijs iudicijs, ne triginta annorum ſpatio quis a diuiſionis petitione excludatur.[k] Item in ſingulis debent contendentes ab initio de calumnia iurare, non calumniandi cauſa litem intẽdere, & non calumniæ cauſa ad inficiationes
4 ire.[l] Diſtinguitur autem communi diuidundo a familiæ erciſcundæ iudicio ꝙ per hoc fit corporalium diuiſio, quarum dominiũ habemus non etiam hæreditatis.[m] Reſpicit itaq; res ſingulares tantum vt communes, non ut alterius qualitatis, id eſt, hæreditatis. Et ideò ſi res hęreditatis ſint,& tamen petantur diuidi, nõ ut hæreditatis petuntur, ſed ut communes ſimpliciter:[n] & rectè quoq; pro his hoc iudicio agitur, omneſque ueniunt res in hoc iudicium, niſi ſi quid ex communi conſenſu exceptum eſt.[o] Et ita nihil intereſt quoque, an ex ſocietate, an ſine ſocietate res communis ſit, vtrumue quidã rem unam emerint, uel ex legato illis contigerit: Nam in vtriſque caſibus habet locum cõmuni diuidundu iudicium.[p] Inſpicimus hic enim tantum diuiſionem & communionem: communionem autem & præſentem, & quæ fuit ac eſſe deſijt, ad effectum videlicet recipiẽdi partem æſtimationis, cum his quæ bonæ fidei actiones ſequuntur.[q] Conſidera itaq; res hic diuiduas & indiuiduas,& perſonas contendentium,& modum diuidendi.

a l. 9 § fi. eod. P § quæſitũ, de actio l 2 § in familiæ. & l. inter cohæredes, 45 § qui ſummæ, famil erciſcun. P. l. iudicium, ſ. l. 10. finium regundo P. l. actionum, 36. § mixtę, de act. in P. l. in tribus, l. 13 de iudic. in P.
b d. l. in tribus, & l. ſequ. ſed ſi ambo, de iudi. P.
c l. actionum autem, de actu.
d l. 4 § hoc iudiciũ, commu. diuid. in P.
e l. non eſt ambiguum, l. 9 C. fam. erciſc.
f Accurs. in § actionum autẽ, in uerbo cum. diuid. ap Inſti. de actiu.
g l. 2 finium reg. in P.
h d l. 2 finium regund.
i § quædã, verſic in tribus. de acti. apud Inſt. § fi. de officiu iud.
k l. 3 in quib. cauſ ceſſ long. temp præſcrip. lib 7 C tit 34 vide l. 1. § id hęc, verſ. uenũ itaq;. de annal. except. li. 7 C. tit. 40.
l Paul in l inter cohęredes, l. 45. § qui familiæ, fam. erciſcun. li 10. P. tit. 2 l. 2 § 1 de iureiur. prop. cal dan.
m l. per hoc, l. 4. commun. diuidun.
n ut in l. ſi filia nupta, l. 20 §. ſi fam erciſc
o l. in iudiciũ, l. 13 commun. diuid l. ſi ædes, l. 22. eod.
p l 1. commu. diuid. in C.
q l. in ſumma, l. 11. l. ſed poſtquam, 9. eod.

De diuiduo & indiuiduo. Cap. III.

1 *Indiuiduum & diuiduum quid.*
2 *Natura ſua res corporales diuiduæ.*
Punctum natura indiuiduum.
3 *Atomus aliudve corpus ſitne natura indiuiduũ.*
4 *Natura diuidua & re quæ.*
5 *Res corporales indiuiduæ ratione compoſiti: & formæ ſubſtantialis quæ.*
6 *Res corporales indiuiduæ, ratione formæ artificialis.*
7 *Indiuiduum rei quid eſt.*
8 *Indiuidua vel diuidua ex cauſa ſiue ciuiliter, vel ex lege quæ præter naturam ſunt diſpoſitione, obligatione,& ſolutione.*
9 *Diuiduntur indiuiſibilia intellectu, doctrina, & cauſa.*
10 *Diuidua & indiuidua obligatione quæ.*
11 *Diuiduum ſolutione quid.*
12 *Indiuiduum ſolutione quid.*
13 *Indiuiduum diuiduum in pecunia æſtimata.*
14 *Vectigalis ager ratione ſolutionis cenſus indiuiſus.*
15 *Iura ſeruitutum quomodo indiuidua.*
16 *Res corporales commodè diuiduæ, diuidũtur paucis exceptis.*
17 *In iudicium communi diuidundo veniunt præſtationes, quod agi debuit, uel actum eſt communi nomine impenſa, rei deterioratio, arborum ſucciſio, coniuncta & alia.*
18 *Perſonæ quæ poſſint hoc iudicio agere.*
19 *Minor, maritus in re dotali, eccleſia, ad diuiſionem prouocare non poſſunt: ab alijs tamen ad eam vocari poſſunt.*
20 *Pendente communi diuidũdo, res alienari nequit.*
21 *Modus diuidendi quis.*
22 *Euictionis cautio viciſſim in partem accipientibus præſtatur.*
23 *Diuiſio vicem actionis obtinet.*
24 *Actio communi diuidundo duplex, directa & vtilis.*

1 DE diuiduis & indiuiduis videbis quædã ſingularia in familiæ erciſcundæ iudicio. Nunc de his in vniuerſum latius, quod & infinitis propemodum iuris ciuilis locis adferet lucem. Itaque diuiduum dicitur, quod in partes diſcretas poteſt ſeparari: indiuiduum, quod nequit pati ſectionem. Verum diuidua vel indiuidua dicunt uel re ipſa, uel natura ſua, uel
2 ex cauſa præter naturam. Natura ſua omnes res corporales diuiduæ ſunt, ut fundus, homo, veſtis, lapis,& ſimilia:[r] hinc nõ excipio, vt aliqui punctum, quandoquidem corporalis res non eſt, cum nec latitudinem, nec longitudinem habeat, nec profundum, nec comprehendat aliqua mixtione. Neque corporalia mirũ eſt diuidi, cũ partibus elementaribus cõſtent, & omnia compoſita partes habere neceſſe eſt, & ideò in eas ſolui poſſunt.[s] Sic animalia diuidi & diſſecari poſſunt in ſimilares & diſſimilares partes: ut ſimilares nerui, in partes & neruos: caro, in carnis partes, &c. diſſimilares, vt manus in digitos, uel in partes carneas, &c.
3 Et quod in corporibus indiuiduum natura dici poſſet, eſſet atomus, uel elementa ipſa quatuor prima, ſi ulla pura apud nos inuenirentur,& illa propriè. Nam atomus ſi corpus eſt, & quandam habet elementatem compoſitionem: nam elementatum tantum corpus videtur, alia puta elementa nullo modo. Si ponamus quoque incorruptibilia ea, quæ in æthere continentur,& illa indiuidua neceſſe eſt ſe-
4 ctione dicamus. Natura ſua diuidua sũt,& re, quę partis pręſtationem accipiunt, quæ in numero conſiſtunt,& numero diuidũtur, vt promitto decem aureos, decem tritici modios, decem homines, illa pro parte rectè natura diuidi poſſunt.[t] Natura quoque & re diuiduum dici poteſt, quod in partes ſimiles natura diuiditur, vt dum fundus in fundos, locus in loca,[u] domus in domos diuiditur,[x] lignũ in ligna,& ſic da ſimilibus, in quibus retinetur nomẽ ſub
5 ſtantiale, quod naturam propriam ſignificat. Et hoc modo natura conſiderata pro formali & ſubſtantiali quadam compoſitione quę certum quoddam indiuiduum determinat, res corporales quædam indiuiduæ dicuntur, non re quidem ipſa, quia, ut dixi, omnes diuidi poſſunt,

r l 1 § quædã, de ver. diui l. ſi quis duas. § ſi quis partem, cum prædio l. quod in rerum § ſi quis poſt, de lega. 1.
s nihil tam naturale, de regu. iur c. 1 eod. ap. Gregor.
t l 2 § & harũ, de verb. oblig. v l. 1 p. in l. locus, l 60. de ver. ſig. l. quod in rerum. § ſi quis, & l. vbiue, com. prædi. l. 1. & l. ad officium, C. com. diuid § ſi tam latũ, de uſufr. ...dæ
x l. bonum adeo 25. de uerb. ſig. prædio l. ſi quis duas, § ſi ... partem, cum. prædio.

ſunt, ſed ratione totius compoſiti: quod ſi di-
nidatur, tale amplius non dicitur, vel non ſal-
tem tale perfectum: veluti homo qui conſtat
anima & corpore, vnus diuidi non poteſt in
plures homines. Sic de alijs animalibus viuis,
quæ commodè ſine nominis interitu diuidi ne
queũt in partes,[a] imo impoſſibile, quia res quę
vno ſpiritu continentur diuiſæ, tales non ſunt,
6 quales erant.[b] Et quia in pleriſque ars natu-
ram imitatur, & quæ artificio hominis habent
vnam certam formam, ea qua talia dicuntur,
illa quoque non patiuntur ſectionem artificio
inſpecto in partes, quia poſt diuiſionem talia
quę ſunt non erunt, vt in ſcripto, arca, naui, &
7 ſimilibus apparet, quia forma dat eſſe rei.[c] In-
diuiduum re ipſa eſt, quod incorporale eſt.
item id, quod ſi diuidatur, deſinit eſſe tale quod
dicebatur,[d] talia quæ neque tangi viderive poſ
8 ſunt vt iura, dominium, operæ,[e] ſeruitus.[f] Ea
cauſa præter naturam diuidua vel indiuidua
dicentur, quæ alijs ciuiliter, alijs ex lege indiui
dua vel diuidua dicuntur, vel diſpoſitione, vel
obligatione, vel ſolutione, vel omnibus his
modis ſimul, Diuiduum hoc modo diſpoſitio-
ne eſt, quod in intellectu eſt diuiduum, & ſe-
cundùm eum modum lex eius partis commer-
cium admittit, vt indiuiduum de cuius parte
9 lex reſpuit commertium. Diuiduntur per ſe
indiuiſibilia in intellectu, facilioris cognitionis
& docendi gratia, vt hæreditas indiuidua eſt
per ſe re, quia ius eſt, quamuis hæreditatis res
diuiduæ.[g] At illa diuiditur iure ciuili in duode
cim vncias:[h] ita diuerſo reſpectu diuidua. In-
terdum etiam lex de toto permittit diſponere,
& ita ratione actus illius, res indiuidua de par-
te prohibitione facta hoc modo de ſeruitute
generaliter in totum diſpoſitio permittitur, vt
ex toto conſtituatur: at pro parte eam conſti-
tui, & pro parte non conſtitui, fieri non poteſt.[i]
Et ita ſtipulationes earum rerum quæ diuiſio-
nem non recipiunt, indiuiduæ ſunt,[k] ſicuti
& à pluribus illæ ſigillatim ex integro fieri
non poſſunt, nec promiſſiones ſingulares va-
10 lent donec nouiſſima ceſſione firmentur.[l] Sic
pro parte nec deberi nec ſolui, nec peti poteſt
opera.[m] Diuidua obligatione dicuntur, quo-
ties lex diuidit obligationem inter plures, pro
hæreditaria putà portione, quod regulare
eſt.[n] Indiuiduum autem obligatione, quan-
do eadem obligatio ſequitur plures hæredes
in ſolidum, ſiue ea ſit debitoris, ſiue creditoris,
vt in ſeruitutibus operis, & iure patronatus: ſi-
cuti dum ſeruus plurium communiter acqui-
rit.[o] Idipſum in obligatione facti, quæ obliga-
tione eſt indiuidua, vt & præſtatione:[p] quam-
uis ab initio factum pro parte promitti poſſit.
11 Diuiduum ſolutione eſt, quoties facta partis
ſolutione lex tribuit vim liberationis pro par-
12 te ſoluta, quod regulare eſt.[q] Indiuiduum ſo-
lutione, quando quis ſoluens partem, tamen
pro parte non liberatur, vt in prædictis ſeruitu
te, opera, & facto. Plura paucis explicat Vlpia-
nus,[r] de his dum ait: *In executione obligationis,
ſciendum eſt quatuor cauſas eſſe, nam interdum eſt
aliquid, quod a ſingulis hæredibus diuiſim conſequi
poſſumus: aliquid, quod totum peti neceſſe eſt, nec
diuiſim præſtari poteſt: aliud, quod pro parte peti-
tur, ſed ſolui niſi totum non poteſt: aliud, quod ſoli-
dum petendum eſt, licèt in ſolutione admittat partis
executionẽ, &c.* etenim de ſingulis exẽpla pro-
13 ſequitur, & explicat, quæ videto. Præter cauſã
naturalẽ etiam poteſt fieri diuiſio, vt ſi res quæ
ſit indiuidua præſtatione, æſtimetur pecunia:

a in §. ſi fami-
liæ, de offi. iud.
ap. Iuſtin. cap.
adferte mihi
gladiũ, de præ-
ſu. opt.
b l. rerum mix
turæ, de vſuca.

c l. Iulianus, §.
ſi quis rem, ad
exhiben.

d l. 2. de rerum
diuiſ. §. 1. de re-
bus corp. & in-
corp.
e l. hæredes, §.
an & 25, famil.
erciſcun.
f l. ſeruitutes,
l. 14. de ſeruit. l.
o §. & harum. l.
ſtipulationes
non diuidũtur.
de verb. oblig.
l. hæreditaria,
§ pen. de leg. 2.

g l. 1. de re. diu.
h l. ſeruũ meũ,
§. hæreditas, de
hæc. teſti. P. §.
hæreditas, eod.
titul. ap. Iuſtin.

i l. vlæ itineris,
de ſeruit. 10 P.

k l. 2. §. & ha-
rũ. & d. l. ſtipu-
lationes nõ di-
uiduntur, de
verb. oblig.
l l. per fundum
de ſerui. ruſtic.
præd. l. nauis et
ſocijs, de ſerui.
t. 1. generali.
m l. libertus, l.
23 de op. libe.
lib. 38 tit. 1. & l.
3. eod. tit.
n l. 1. C. ſi cert.
peta. l. 2. & ha.
de hæredi. acti.
l. eu quæ. C. fa-
mil. erciſc.

o l. ſeruus com
munis, l. 27 de
ſtipulat. ſeruo.
lib. 45. P. tit. 3.
p d. l. ſtipulatio
nes non diuidũ
tur, §. idẽ puto.

q §. 1. quibus
mod. toll. obli.
l. ſi ſtipulatus
ſum, §. 1. de ſol.

r Vlp. in l. in e-
xecutione. l. 85.
cum ſuis §§. de
verb. oblig.

vt multis cẽtum aureis, & pecunia diuidua erit.
Quamobrem in rebus quæ natura indiuiduę
ſunt, vt in vſu, index adiudicabit eas vni, eaſ-
dem, & pro parte ſociorum adiudicata, ſocios
14 cauere iubebit.[s] Vectigalis ager regionibus
quidem per ſe diuiduus eſt, verùm iudex ab-
ſtinere debet ab huiuſmodi diuiſione: alio-
quin præſtatio vectigalis confunderetur. Quã-
uis enim prę́ſtatio vectigalis diuidi poſſit re, ta
men quia vni facta eſt emphyteuſis, præſtatio
ſine præiudicio diuidi non poteſt: cùm ſolutio
& exactio partium, non minima incommoda
habeat, quare per attributionem rectè fiet à iu
dice, vt vnus totum ſolus debeat.[t] Et ſi diuida-
tur, dominus directus non cogitur particula-
res illas portiones à ſingulis capere, ſed contra
vnum in ſolidum poteſt experiri, vt nec pacta
ſociorum vel cohæredum nocere poſſint non
15 minus, quàm creditori.[u] Iura ſeruitutum cum
fundis diuidi poſſunt, ſeparatim non poſſunt:
16 niſi aut menſura, aut temporibus.[x] Corpora-
les autem proculdubiò in diuiſionem veniũt,
ſi commodè diuidi poſſunt:[y] vt puteus[z] ſi com
mune ſolum ſit:[a] pignori res à duobus accep-
ta, vſusfructus poſſeſſio, in quam plures miſſi
ſunt à prætore.[b] Excipiuntur à diuiſione vi poſ
ſeſſa, vel precariò, vel clam, vel à prædonibus
capta, quę indiuidua inter prædones.[c] Si quid
exceptum nominatim ne in diuiſionem veni-
ret:[d] ſi placuit in ineunda ſocietate, ne res in-
tra certum tempus diuideretur.[e] Etenim certi
temporis communionis pacta valent: at vt per
17 petuò communis res ſit, non valent.[f] Sed cum
his rebus diuidundis veniunt præſtationes:[g]
venit & in hoc iudicium, quod communi no-
mine actum eſt, vel agi debuit ab eo, qui ſcit ſe
ſocium habere, reſarciunturque impendia, etiã
ſi is qui fecit partem ſuam alienauerit:[h] vt con
trà, venit in iudicium hoc, ſi rem communem
quis deteriorem fecerit, veluti ſeruum vulnerã
do, vel animum eius corrumpẽdo, vel arbores
ſuccidẽdo.[i] Per hoc iudicium etiam vnuſquiſ-
que ſociorum habet, quod ex re eius ſeruus cõ-
munis acquiſierit,[k] cogitque quis ſocium ſtare
conuentioni, quæ de vſu rerum communi pla-
cita eſt.[l] Sed non veniunt impenſæ factæ, vel
fructus percepti ante rerũ communionẽ.[m] Et
ſi ſocius ideò condemnandus erit, quòd pecu-
niam communem inuaſerit, vel in ſuos vſus
conuerterit omnimodo, etiam alia mora non
interueniente præſtabuntur vſurę,[n] non qua-
18 ſi vſuræ, ſed ratione eius quod intereſt.[o] In
perſonis quæ hoc iudicium exercent, exigitur,
vt communem rem habeant, ſic vnus ex ijs a-
lios inuitos etiam ad diuiſionem prouocare po
teſt.[p] Nec intereſt, an is qui agit poſſideat, an
19 reus, an uterque, aut nemo illorum.[q] Non po-
teſt tamen prouocare ad diuiſionem ſocium
minor, ſed ipſe prouocatus diuiſionem ſubire
cogitur.[r] Idipſum & in marito in fundo dota-
li locum habet, & in eccleſia, ut non prouocẽt
ad diuiſionem, quia alienari ea bona non poſ-
ſunt, tamen prouocari poſſint.[s] Competit au-
tem & aduerſus ſocios, & aduerſus eos quibus
ſocij pars contigit per emptionem, uel alio mo
20 do,[t] hæreditario putà iure.[u] Pendente hoc cõ-
muni diuidundo iudicio, alienandi res com-
21 munes ſocijs interdicta eſt poteſtas.[x] Modus
porrò diuidendi, ut ſocij eundem in locum uo
cẽtur,[y] iurent ab exordio litis de calumnia,[z] in
uniuerſum poſtea res diuidendæ cenſendæ &
æſtimandæ ſunt, non ſingularum rerum par-
tes,[a] atque iuſto pretio.[b] In prędijs diuidendis
quæ

s Paul. in l. inẽ
quamuis, l. 10.
com diuid.
t l. 5 famil. erci
ſcund. P.
u l. pacto, ſuc-
ceſſorum, l. 26.
de pact. lib. 2. C.
tit. 3.
x l. arbor, l. 19.
§. aquarum, cõ
mun diuid.
y l. 1. & l. ad of
ficium, eod.
z l. 4. §. 1. eod.
a l. communi di-
uidundo, l. 7. §.
ſi duo, & §. ſeq.
eod.
b d. l. commu.
diuidũdo, §. in
ter prædones.
c l. in hoc iudi
cium, l. 13 com
mun. diuid.
d d. l. in hoc iu
dicium, § ſi in-
ter, eod.
e d. l. in hoc iu
dicium, §. ſi cõ-
uenerit, l. ſed et.
ſi hoc, § fin. de
conditio. & de
monſt. l. ſi fra-
tres, l. 13 §. idẽ
reſponderat, pro
ſoc. lib. 17 P. tit.
2. l. 1. eod.
f l. 4. § ſinitũ,
com. diuid.
g l. 4. §. ſicut au
tem, & l. in hoc
iudicium, l. 14.
eod.
h l. etſi nõ ma
nei, l. 2. §. venit
eod tit. c. l. ſed
& eo nomine,
de noxal. actio.
P.
i l. communis
ſeruus, l. 24. cõ-
mu. diuid.
k l. ſi conuene
rit, l. 23. eod. tit.
P.
l l. 4. §. planè,
eod.
m l. 1. § ſoci°,
de vſur. lib. 22.
P. tit. 1.
n l. ſocium, 61.
pro ſoc.
o l. etſi nõ ma
nei, l. 2 comm.
diuid. P. l. ſi q.
l. 29 l. ſi ea eod.
l. arbitrũ, famil.
erciſcund. P.
p l. pen. cõmu.
diuid. P. l. hære
des, §. quartum,
fam. erciſc. P.
q l. & ideò ele
gantes, de con-
dict. furt. in P. l.
inter, de prædi.
& alijs reb. mi-
nor.
r leg. 1. & 2. de
fund. dotal. in P.
l. 1. C. eod. li. 5.
tit. 23.
s gl. in l. com-
munione, l. 3.
C. comm. diu. l.
iubemus, C. de
ſacroſ. eccl.
t l. 3. comm. di-
uid. C. l. ſi quis
putans, l. 4.
u l. 4. §. ſicut,
& l. item quam
uis, l. 10 comm.
diuid. P.
x d. l. 1. §. ſi. C.
eod.
y l. 1. §. 2. de
quib. rebus ad
eund. iudi. eat.
li. 21 P. tit. 2.
z l. inter cohæ-
redes, l. 45. §. ſi
familiæ, famil.
erciſc. P.
a l. Meuius, l.
31 §. ſi. eod. l. 2.
eod. diuid. C.
b l. item quam
uis, l. 10 §. ſi
eod. diuid. P.

quę commode diuidi poſſunt, utendũ ſectione partium corporali, diuidendum regionibus:[a] in illis utendum licitatione, addictioneve, alteri rem, & alteri pecuniam pro re ab eo qui rem conſequitur addicendo.[b] In ſumma iudicem in prędijs diuidendis, quod omnibus utiliſſimũ eſt, uel quod maluerint litigatores, exequi conuenit.[c] Poteſt arbiter uni fundum, alteri fundi uſumfructum adiudicare.[d] Plura & de modo diuidendi uide in tractatione ſequenti familię hercifcundę & quomodo ſorte aut alio modo
22 cuique pars detur. Cęterum in hac diuiſione curat arbiter uel iudex, ut qui partes capiunt, caueant de euictione, cęteris uiciſſim:[e] ſi enim res uni euicta ſit, cęteri tenentur ei pro parte.[f]
23 Nam diuiſio vicem emptionis obtinet[g], & proinde euictio locum in ea ſicut in emptione,[h]
24 habet. Actio hęc communi diuidundo duplex, directa & utilis[i]: directa datur ex uerbis legis, quando nunc cum agitur tantum, eſt res communis;[k] utile iudiciũ datur & pro ea quę fuit communis, etſi nunc non ſit.[l] Item iudicium directum datur pro rebus corporalibus tantum diuidẽdis;[m] utile & pro rebus incorporalibus.[n] Datur & directum, cum uere res eſt communis: at & utile, quãdo aliquid quis pro communi putauerit, & in id impenderit.[o] Item datur vere Domino directum: utile & eo qui iuſtam cauſam poſſidendi & publicianam agere poſſit, uel qui uectigales habent fundos.[p] Datur & utile duobus, qui rem pignori acceperunt.[q]

a leg 1 3. & 4. eod. P.
b § eadem interuenient, de offic iudic. l. arbor, l. 19 §. iudex, comm diuid. d. l. 3. §. 1. eod. tit.
c l. iudicem, l. 21. com. diuid. P.
d l. ſi quis, l 6. § officio. eod. tit. l. & puto, §. tutiſſimos, famil. ercifcun. P.
e l. item quam eis, l. 10 §. fina. commu. diuid. in P.
f l. ſi fratres, l. 7. comm vtriuſque iudi. lib. 3. C. tit. 38.
g l. 1. C. eod.
h tot ti. de euictio. in P & C.
i l. 1. comm. diuid P.
k d l. 2. eo.
l l. ſi quis putans. l ſed poſtquã, & in l. ſumma, eod.
m l. 4. commu. diuid & ibi gl.
n l. arbor, §. ſi. eod.
o d. l. ſi quis putans, l 6.
p l 4. & l. communi diuidũd. l. 7 § qui in rẽ, eod.
q l. communi, §. ſi duo.

De diuiſione per familiæ erciſcundæ iudicium.

Cap. IIII.

Lib. 3. C. tit. 36. Lib. 10 P tit. 2.

1 *De origine huius iudicij, & familiæ appellatione.*
2 *Actio familiæ erciſcundæ mixta eſt, in rem & in perſonam.*
3 *In hac actione quis actor uel reus eſt coheredum.*
Familiæ erciſcundæ actio non præſcribitur longo tempore, &c.
Familiæ erciſcundæ actio repeti nequit, &c.
Familiæ erciſcundæ iudicio pendente, alienari res nequeunt, &c.
4 *Conſideranda in hoc iudicio res, perſonæ, modus diuidendi, primumque res, hæreditas ipſa.*
5 *Quæ familię erciſcundæ iudicio diuidi non debent, quia iniuſta, &c.*
6 *Aliæ res conſiderandæ in hoc familiæ erciſcundæ iudicio quas conuenit implere, facere, uel reputare.*
7 *Perſonæ idoneæ huic actioni quæ.*
8 *Diuiſionis modi uel ex conſenſu partium, uel defuncti, uel iudicis ſeu arbitri authoritate, & quæ obſeruanda in poſtremis duobus.*
9 *Diuiſio à parentibus inter liberos facta, ſequenda in diuiſis, & in non diuiſis poſt diuiſionem quæſitis.*
10 *Iudicis partes in diuidenda hæreditate, & numero 12.*
11 *In licitatione rei indiuiduę, & alius extraneus quàm cohęres admittitur.*
12 *Inſtrumenta communia in diuiſione penes quem remanere debent.*
14 *Quando caueatur de euictione in diuiſione per addictionem.*
15 *De diuiſione facienda per ſortem.*
16 *Iudex partes facit in controuerſia, nec permittit executionem, ſed aſſignat.*
17 *De conſuetudine quòd maior ſeu prouocans ad diuiſionem diuidat, & minor eliget.*
18 *Melior formula diuidendi ex arbitri, uel iudicis petitione.*
19 *Noſtra de forma diuidendi & colligendi ſententia.*

1 EX lege 12. tabul. proficiſcitur actio familiæ erciſcundæ conceſſa cohęredibus à communione diſcedere volentibus, ad diſtributionem rerum inter eos.[r] Phraſis autem loquendi hæc tracta eſt ab antiquarum legum decemuiralium, in quibus familia pro bonis defuncti ponitur: ut in illa, *agnatus proximus familiam habeto.*[s] Et Cicero,[t] *qui quibus uerbis erciſcere oporteat neſcit,*
2 *erciſcundæ familię cauſam agere non poteſt.* Et alibi,[u] arbitrium uocat familiæ erciſcundę, id eſt, poſſeſſionis ſeu hæreditatis diuidundæ. Iſtius actionis natura mixta eſt, tam in rem, quàm in perſonam, conceſſa hæredibus pro diuidenda hęreditate.[x] Continet enim præſtationes, quæ ſunt perſonales, & res diuidendas.[y] Quemadmodum communi diuidundo iudicium,[z] bonæ fidei quoque:[a] in quo uterque cohæredum
3 & actor & reus eſt.[b] Magis tamen eſt, ut ille uideatur actor, qui prius in iudicium prouocauerit:[c] ſed cum ambo ad iudicium prouocant, ſorte res diſcerni ſolet.[d] Eſſe enim debet inter litigantes qui onera petitoris ſuſtineat, & qui cõmodo poſſeſſoris fungatur.[e] Facultas experiundi hoc iudicio triginta annis durat.[f] Tamen familiæ erciſcũdæ iudicio amplius quàm ſemel agere non licet, niſi cauſa cognita.[g] Eoque ſemel inſtituto & cœpto, alienationes uoluntariæ rerum hæreditariarum interdictę ſunt, non quę uetuſtiorem cauſam, & originem iuris habent neceſſariam,[h] ſicut & uſucapio pendente iudicio perfecta, rem ex hæredi-
4 tate ſubducit.[i] Conſiderare in hoc iudicio expedit res, perſonas, & negotium ipſum diuiſionis, ſeu modum diuidendi: in ipſa re hęreditas eſt. *Per familię erciſcundę actionem,* inquit Vlpian.[k] *diuiditur hęreditas, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, ſiue ex lege 12. tabul. ſiue ex alijs lege deferatur, uel ex ſenatuſconſ uel ex conſtitutione. Et generaliter eorum duntaxat diuidi hęreditas poteſt, quorum poteſt eſſe hęreditas.* Et de pluribus hęreditatibus, quę inter eoſdem ex diuerſis cauſis communes ſunt, unum familię erciſcundę iudicium ſumi poteſt.[l] Et ſi ex aſſe in-
5 ſtitutus rogatus ſit mihi partem aliquam reſtituere, utili iudicio inter nos agetur.[m] Veniunt & in illud res, quę in hęreditate defuncti compertę ſunt, ut res pignori datę defuncto,[n] & reliquę,[o] præter nomina[p], quæ ipſo iure diuiſa ſunt.[q] Præter libros etiam improbatę lectionis, magices forte, uel ſimiliũ rerum, prętereà; mala medicamenta, quę iudex diuidere non debet, ſed corrumpere:[r] etſi quid ex peculatu quęſitũ, uel ui, uel latrocinio:[s] quia hęc ut turpia lucra, ab hęredibus extorquenda ſunt.[t]

Veniunt

r l. 1. fami. erciſcun. lib. 10. P. tit 2.
s l. pronunciatio, 195. § familiæ, de verbo. ſignif. Vlp. in titu. 26. l ſi. C. de verb ſignif.
t Cic. l. de Orato.
u Cic. pro Cæcin.
x in §. quędam actiones, de actionib
y Vlp. in l iñ Labeo, l 29 §. penul famil. erciſc. in P.
z l 4. §. ſicut, commu. diuid. P.
a l. non eſt ambiguũ, l. 9. fam. erciſcũd. C. §. actionum. de actio ap Iuſt.
b l. 2 § in familiæ erciſcundæ, l. inter cohæredes, l 45 § qui familiæ, famil. erciſcundæ. l. iudicium, l. 10. ſi. regund. lib. 10. P tit. 1. l. 2 §. ſi. commu. diuid. in P l actionis, 36 §. mixtæ, de actio. lib. 44. P tit 7.
c Caius, in l. in tribus iſtis, l 13. de iudi. l. 5 P. tit. 1.
d Vlp. in l ſed cum ambo, l. 14 eod.
e Vlpia. in l. inter litigantes, l. 63. eod. tit. de iudic P.
f l. 1 in quibus cau. ceſſ. long. tempo preſc. li. 7 C. ti 34 l. vni. §. ad hæc, verſi. nemo itaque, de annal. excep. li 6 C. ti 40.
g l ſi filia nupta, l 20 § final. famil. erciſcun.
h Papia in l. alienationes, l 13 fami. erciſc. P. l. 2. C. de litig l. diuus, l. item veniunt, §. petitam, de pet. hæred P
i l. ſed ſi vſucapio, l 10 famil. erc. l. ſi fundus de fun. dotal. l. 1. commu. diuid. P.
k Vlpian. in l. 2. famil erciſc.
l Vlpian. l. ſed & cum, l. 21 §. de pluribus, & ſequen. eod.
m l. ſi ex aſſe, l. 41 eod.
n Paul. l. ſi pignori, l 30. eod.
o l. 4 eod. P.
p d. l. 4. & l. 2 §. fin. & l. 3. eod.
q l. ea quæ, C. eod.
r l. cetera, l. 4. §. 2.
s d. l 4. §. 2.
t l. ſi quis cum falſo, l. 4. & l. cum falſi, l. 22. & l. ſi quis, patri, 26. ad leg. Cornel. de falſ. [illegible] lib. 48 P titu. 10. l. in hæredem, de calumniat. in P. l. quod autem, quod met. cauſ. cum ſimilib.

Veniunt quoque columbæ & apes hæredita-
ria, quia in patrimonio computantur [a], quòdq;
commune cũ alio defunctus habuit, [b] & quod
ſupesuenit hæreditati lite pendente. [c] Omnia
in ſumma quæ patrimonij hæreditaris fiunt,
ut partus, uectigalia, uſucapiones, & id genus
alia: [d] præceptiones quoque & prælegata à te-
ſtatore hoc iudicio à cæteris cohæredibus per-
cipit, & præcipua babes cohæres. [e] Venit & qđ
defunctus hæredi debuit: [f] expenſæque nomi-
ne ſtudiorum, ſine reputatione in filiũ factæ: [g]
item aliæ dotes & donationes, de quibus in l.
fin. commun. vtriu. iudic. C. Si cohæres unus
nendidit partem ſuam alicuius tei hæreditariç
communis, illa tes non uenit in diuiſionem, [h]
nec etiam liberti diuiduntur. [i] Nec teligioſa
loca, ut ſepulchrum, quod ſingulis hæredibus
in ſolidum competit, [k] quia ius monumenti
eos ſequitur. [l] Ea quoque quæ in nominibus
ſunt, non recipiunt diuiſionem, com ipſo iu-
re in portiones hæreditarias lege 12. tab. di-
niſa ſunt [m]. Item quæ pro emptore, uel pro
donaro bæres poſſidet, in hoc iudicium non
6 ueniunt. [n] Conſiderandæ & res, quas facere,
uel implere, uel reputare ſibi cohæres cogitur
ab alio perſonali actione, ut omnia commoda
& incommoda communicentur, & diuidan-
tur. Vt ſi quis ex cohæredibus aliquid ex hære-
ditate perceperit, ſtipulatuſve eſt, non ad eius
ſolius lucrum pertineat, [o] uel ſi quid ſuppila-
uerit, uel corruperit [p]: ſi ſeruitutes prædijs bæ-
reditarijs debitas paſſus eſt non ntendo amit-
ti: [q] ſi quid dolo malo in hæreditate, ſeruuſve
eius fecerit. [r] Verum damnum ab hærede
commiſſum, ſimplicem æſtimationem acci-
pit, [s] fructibus tamen & uſuris à tempore mo-
ræ computandis, ut in bonæ fidei actionibus
ſit. [t] Sed & deduci & reputari æquum eſt quæ
inſumpta ſunt à morte teſtatoris ab uno, uel
pluribus ex cohæredibus in tes hæreditarias,
non quæ ex noluptate, [u] uel niuo teſtatore, ſeu
eo de cuius hæreditate agitur, expenſa pro eo,
eiuſque negotijs ſunt, quæ alia actione repeti-
tur. [x] Conferri etiam in diuiſione à filijs facien
da hæreditatis communis paternæ peculia pro
7 fectitia: [y] caſtrenſia, uel quaſi, [z] nec aduentitia,
hodie minimè. [a] In perſonis exigimus, ut ſint
cohæredes: ideo ſi is qui poſſidet, agentem fa-
miliæ heciſcundæ neget ſibi cohæredem eſſe,
rectè excipit, ſi in ea re; qua de agitur præiudi-
cium bæreditati non ſit [b]. Si plures cohæredes
ſint, unus ex ijs, reclamantibus etiam cæteris
arbitrum familiæ herciſcundæ petere poteſt &
ad iudicem prouocare præſentibus cæteris. [c]
Verum, ſi quis putans aliquem ſibi eſſe cohære
dem cum non eſſet, iudicio familiæ heciſcun-
dæ expertus ſit, non ideo uidetur eum fateri eſ
ſe hæredem, niſi uſque ad ſententiam perſeue-
rauerit, & adiudicationibus acquieuerit. [d] Quã
obrem hæc actio non naſcitur, niſi poſt adi-
tam bæreditatem, [e] quo tempore incipit quis
8 eſſe cohæres, & res babere. [f] Quod admodum
diuidendi pertinet. Diuiſio familiæ fit, uel ex
conſenſu cohæredum, & tunc quod inter illos
placuit ſeruandum, ſi non intercedat ætatis au
xilium, [g] ſi ea traditione uel ſtipulatione
ſequente firmetur, [h] aut authoritate teſtatoris,
uel mortui patris, aut iudicis, ſeu arbitri: in
quibus poſtremis obſeruo in modo & formula

a l Pomponius l 1 § idem Pomponius, famil. erciſc.
b l Meuius, l. 53 eod tit P
c l & poſt litẽ, l. 21 cũ ſuis §§. eod tit.
d l. 2 eamque. l. 3 cũ 2. ſeq. eod.
e l. 4. & l. ſi ita legatum, l 41. fam erciſc l. ſi quæ, l. 7 C. eod.
f l ſi filia, 20. § 2. & l fundus, 51 eod in P
g l quæ pater filia, 54 eod.
h l ex hæreditate, l. 54 eod.
i l. quadl, 42. § ſi eod.
k l fundus, mihi, l 31 § ſi eo.
l l. his conſequenter, l 18 §. ſed & eũ, eod.
m l. ea quæ, l. 6 fam. erciſc. l. hæredes, l. 16. § ſimiles, eod. in P.
n l hæredes, l. 26 § quod pro emptore, eod.

o Caius, in l item ea diuerſo l. 19 famil. erciſcund. l ſi in re communi. in fi. de noxal. act.
p § ſi familiæ erciſcundæ, de actio iudi. li. 4. Inſtit. titu. 17. l 3 C. fam erciſ.
q l hæredes eius, l. 20 § item culpæ, eod P.
r l. & puto, l. 16 § ſed & ſi, eod tit.
s l damno cõmiſſo, l. 17. eo. P.
t l. his conſequenter, l. 18. eod.
u l. ex duobus, de neg geſt. l. his conſequẽter, l 18 §. ſumptum. l hæredes, 22 §. ſi un[us] & l inter cohæredes, 45 § fin. l. ea parte, 40. fam erciſc P l. filij cum, l 18. § ſi C. eod. tit.
x l certum eſt, l. 13 §. fi. C eo.
l ſi filia, l. 20 § ſi filiusfam l. hæredes, 22 §. ſi filius, eod. P.
y d l certum in princ.
a l. ſi filiusfa, l. 4 C. eod l. ea demum, l. filiæ licet, C de collat.
a l. final. C. de collat.
b l. 1 famil. erciſc. P.
c Vlpia. in l. arbitrium, l 44. eod.
d Paul in l. cũ putarem, l 37. & Scæuo in l ſi familiæ, l. 38. eod.
e l. qui erat, l. 30 §. fin eod
f l cum hæredes, de acquir. poſſ. Ioan. Fab. in § quædam, de actio.
g l. fin. famil. erciſc P l. ſi maior, 4 commun diuid C.
h l. diuiſionem placitum, l. 46. de poſt lib. 2. P. tit. 14. l. ſi inter nos, l 4 commun. utr. iudi. lib 3. C. titu 38.

diuidendi: primum, ſi inter plures familiæ her-
ciſcundæ iudicio agatur, & inter eoſdem com-
muni diuidundo, aut finium regundorum,
eundem iudicem eſſe accipiendum. Præterea
quo facilius coire cohæredes uel ſocij poſſint
in eundem locum, omnium præſentiam fieri
9 debere. [i] Deinceps conſiderandum eſt, an diui-
ſio facta fuerit à patre defuncto bonorum in-
ter liberos: nam cum facultas illa patri data
ſit, ſiue cum ſcriptura, ſiue ſine ea, [k] eam iu-
dex ſequi debet, [l] ſiue ex teſtamento, ſiue ab
inteſtato ſuccedatur, dummodo tamen ex-
tranea perſona in hac diuiſione non miſceatur
rata debet eſſe huiuſmodi uoluntas, extranei
parte pro nulla habita: [m] ſiquidem ſubſcripſe-
rint filij diuiſionem uiuente patre, uel ipſe
pater. [n] Quòd ſi omnia parentes non diuiſe-
rint, uel poſt omnium diuiſionem alia ſuper-
uenerint eis bona, quæ pater inter filios non
diuiſit poſt datas actiones uice diuiſionis ad ſin
gulos pro bæreditaria portione pertinent. [o]
Sic non pro uirili uel æqualiter diuiſio fiet re-
liquorum, ſed ſecundum proportionem diui-
ſionis paternæ, & ſecundum portiones hæredi
tarias. Nec fides habetur ſcripturæ parentis di-
centis ſe omnia diuiſiſſe ſi contrarium appa-
10 reat. [p] Quòd ſi nulla diuiſio paterna ſit, iudex
uel arbiter datus in primis conſiderabit in di-
uiſione facienda quotas inſtitutionis, num om
nes æquè inſtituti, an ex diuerſis portionibus:
quia ſecundum eas fieri debet, [q] dehinc ad res
ſe conuertet hæreditatis, & ad ea quç imputan
da deducendave ſunt: & tunc ſubductis illis
quæ in iudicium non ueniunt, & poſtea impu-
tatis quç imputari debent, ex mutuis inter co-
hæredes factis petitionibus perſonalibus, ad
res diuidendas & compenſationes [r] animum
intendet: in quibus ponderat an res indiuiduæ
per ſe ſint, anve incommodè diuidi poſſint, an
diuiduæ. Et ita de omnibus rebus ante iudiciũ
ſibi fidem facere iubebit. [s] In indiuiduis, ſi iura
ſunt, ut ſeruitutes prædiales, illæ prçdia ſequũ-
tur, ſi tempore diuidi & menſura uſus poſſit,
fiet: [t] ſin minus, uel conſentire debent in adiu-
dicatione facienda uni, uel perpetuo inter il-
los erunt iura indiuidua, ut iuriſdictio, ius pa-
tronatus, homagia, & ſimilia: [u] ſed ut utatur
unus, debent conuenire inter ſe: uel ſi corpus
indiuiduum ſit, adiudicabit ei eum iudex, pe-
nes quem licitatio remanſerit. [x] Sic alteri
pretium, uel alteri res dabitur, uel ſi rur-
ſum aliam rem alteri in ſolidum det indi-
11 uiſè, utetur compenſatione. In licitatione ta-
men facienda, & tertius alius quàm ſocius
poteſt interuenire, ex cauſa tamen non ſem-
per: [y] uidelicet, ſi conſors & ſocius nelit offerre
12 iuſtum pretium. [z] Singulas res iure commu-
ni ſingulis hæredibus adiudicabit iudex, & in
his quæ commode diuidi non poſſunt, uniuer-
ſam rem uni, uel duobus adiudicare poteſt, cũ
eoſque cęteris in certa pecunia condemnare. [a]
Vſusfructus ex certo tempore & ad certum tẽ-
pus, & alternis annis adiudicari, & diuidi à iu-
dice poteſt. [b] In creditis ſeu nominibus alia a-
lijs integra & ſingulis adiudicabit, ad facilio-
rem diuiſionem: quia alioquin ſolutio & exa-
ctio partium, nõ minima incommoda babet. [c]
Prædia ampla pro regionibus diuidenda, uel
ſingula ſingulis aſſignanda: [d] non tamen de-
bent diuidi inſtrumenta à fundis, uel familiæ
à ſeipſis. [e] Nec minutatim, ſed per partes, & ut
dicunt,

i l. 1. in quibus cau. ad eund. iud eat. li. 13. P. tit. 3.
k l. ſi filia, l. 20. §. ſi pater, l. 20. l. ſi pater, l. 34 famil. erciſc.
l l. quoties, l. 10. & l. filij patris, l 16 l. ſi cogitatione, l. 32. l. inter omnes, l. 20. l. parentibus, C. de inoff. teſtam. lib. 3. C. tit. 28
m d. leg inter omnes, & l. hac conſultiſſima, l. 21. §. ex imperfecto, C. de teſtam. lib. 6 tit. 23.
n §. & ſi ſæpe, de trien & ſemiſ. 10 authent. collo 3 cõſti 5. auth. ſi modo, C. famil. erciſc. vide hoc inter liberos, C de teſtamen.
o l. quæ pater inter, l. 39 fam. erciſc. P.
p l. ſcriptura, l. 10. com. utri. iudic.
q §. ſi plures, de hæred. inſti. lib 2. inſtit. tit. 14. l. quoties, l. 9 §. hæredes, eod. libr. 28 P. tit. 5.
r l. Meuius, 53. § ribuſet, famil. erciſcund.

s Iuxta leg. 2. quand & quib. quar. pars debet. lib. 10 C. tit. ad exhiben l. cum & in de publica.
t l. arbor, l. 19. § iudex, eod. tit. in P.
u l Cornelia, de iure patro. P. l. planè, fam. erciſc. Ioan Fabri in §. quædam. nu. 7 de actio.
x d. l. arbor, §. iudex, commu. diui. P. l. 1 & l. ad officium, 3. C. eod.
y vt l. ad officium, com deu. & ibi Bald.
z Bald ind. l. ad officium. Ia inn. in §. quædam, nu. 60. de actiom.

a § quędam actiones, de act. ap. Iuſti. § ſi familiæ, de offic. iudi. l. item Labeo, l. 3 §. 1 & ſequ. fam. erciſc. P
b l. & puto, l. in princip & §. vſusfruct[us], eo. P.
c Cauſ, in l. g. famil. erciſc.
d l. 1 & l. ad officium, commun. diuid.

e l. de inſtrumentis, l. 5. commu. utr. iudi. C.

13 dicunt, *ergo*, hæreditas diuidenda.[a] Inſtru-
méta porrò rerum communia penes antiquio-
rem remanebunt,[b] ſi ſint ex æqualibus portio-
nibus hæredes, uel apud eum qui maioris par-
tis eſt, teſtamentum remanebit, uel deponetur
in ædem ſacram,[c] uel de his aditus iudex æſti-
mabit.[d] In ſumma, in familiæ erciſcundæ iudi
cio nihil debet iudex indiuiſum relinquere,[e]
cum totam cauſam debeat definire arbiter.[f] In
hoc tandem iudicio condemnationes & abſo-
lutiones in omnium perſona qui egerunt facié
dæ ſunt: aliter ſentétia pro parte non poteſt ui-
dere, ſi unus omittatur.[g] Quòd ſi omnes qui-
dem agentes contineantur ſententia, uerũ quæ
dam inueniantur relicta diuidenda, cum non
poſſit repeti arbitrium familiæ erciſcundæ, ni-
ſi cauſa cognita, communi diuidũdo de his agi
poteſt.[h] Ioannis Fabri[i] tamen ſententia uide-
tur potior, quæ uult agendum potius familiæ
erciſcundæ iudicio. Quia poſtquam licet cauſa
cognita actionem illam repetere, error nulli
iuſtã cauſam dare poterit.[k] Videbiturque hæc
actio quædam executio prioris iudicij potius,
quàm nouum iudicium, ut in petitione hæredi
14 tatis dicitur.[l] Curare quoque debet iudex, ut
de euictione caueatur per eos, quibus adiudi-
cat, nempe ab alijs,[m] ſi eius authoritate fiat di-
uiſio, non autem ſi ſequatur diuiſionem pater-
nam: nam pro rebus diuiſis a patre non eſt lo-
cus euictioni erga alios fratres.[n] Seruatur idip
ſum in diuiſione extraiudiciali, quod in iudicia
li, ut euictio locum habeat: niſi cautum contra
rium inter diuidentes, uel niſi ſcirent res alie-
15 nas eſſe, qui eas acceperint.[o] Alius modus di-
uidendi communis iudiciali, & ei diuiſioni quę
fieri poteſt ex conſenſu partium, ut ſi res com-
mode diuidi nequit, ſorti committatur, omni-
bus potiſſimum eãdem petentibus, ut eius ſit,
16 quem ſors prætulerit.[p] Alioqui in iure ciuili ui
detur receptum eſſe iudicẽ facere & diſtingue-
re partes, & ſingulis adiudicare debere,[q] nec
poſſe libertatem uel onus diuidendi uel eligen
17 di concedere contendentibus. Cæterum qui de
moribus ſeu conſuetudinibus pertractarunt,
dicunt[r] prouocantem ad diuiſionem, diuidere
debere, & prouocatum eligere: & ſi ſint plures
prouocati, minorem eligere debere, tanquam
inferioris iudicij, quod firmatur iure pontifi-
cio.[s] Arcadius in hoſpitij diuiſi electione inter
Dominum & hoſpitem, ſtatuit ut alter ex his
quilibet quive maluerit, diuiſionem arbitra-
ria æquitate faciat, & alter eligendi habeat op
18 tionem.[t] Sed iuris ciuilis melior uidetur pro-
uiſio,[u] ut arbitrio & maturitati iudicis ſeu arbi
tri fiant portiones, quia multi, tanquam cor-
rumpendi totius patrimonij occaſione capta-
ta, uniuſcuiuſque rei ſibi paticulam uendican-
do, adeo totas dilacerant facultates, ut dum par
ticipibus relictarum opum nocere cupiunt,
ſua quoque iura pręcipitẽt, Qua ratione Theo
doſius[x] Auguſtus, cum quarta pars hæredita-
tis præſtanda eſſet, ſtatuit, ut hæres in partes
quattuor hæreditatem diuidi procuraret, ut re-
bus totis in ſortium caſum reductis electio ex
19 ſortis fœlicitate contingat. Mihi certe ex ſupe
rioribus mixta ſententia magis placet, ut inter
cohæredes uel fratres, maior uel ſenior, uel qui
conſcientia & cognitione rerum præualet, di-
uiſionem faciat, & breuia ſeu uolumina ſcrip-
ta tot, quot partes: dehinc ea communicet co-
hæredibus, uel ſocijs, & ſi illa inſcripta nõ pla-
ceant, emendentur, & ab omnibus ſubſcriban-
tur, & ſi pertinax ſit qui diuiſit, ad iudicem ea-
tur, uel per arbitrium communibus ſumpti-
bus reficiatur. Poſtmodum autem pro electio-
ne ſortibus diuiſionem illam committi placet,
ſubſcriptis ab omnibus contendentibus diui-
ſionum uoluminibus, quæ rotula uocant, hac
conditione, ut æquali ſuperficie & leuitate pro
iecta uolumina & confuſa, quilibet ſuam par-
tem ducat quam uolumen ſublatum contine-
bit. Et ita minorẽ ex fratribus & cohæredibus
incipere ſortitam electionem non erit à ratio-
ne alienum: ſicuti Abraham diuiſionem obtu
lit Lotho iuniori, Loth autem elegit ex locis
oblatis quem inhabitare uellet.[y] Guido Pa-
pæus[z] probat, ſuadetque tenendum modum,
quòd antiquior fratrum diuiſionem faciat, &
iunior eligat, per textum in ca. 1. de parrochis,
ubi idipſum ſequitur Hoſtienſis, & Ioannes
Andręas, & Baldus.[a] Sed hic modus ex mea
ſententia, ni fallor, meretur temperamentum,
ut obuiam eatur malitijs hominum:[b] ueruntamen liberam cuique relinquo ſententiam.
Hoc iudicium familiæ erciſcundæ directum & utile eſt.

a gloſ. in l. 2. in uerbo participibus, quand. & quib. quarta pars debeat. libr. 10. C. Bart. qu. 46. nume. 1. facul. 2. ad l. Falcid.
b l. una. de fid. inſtru.
c l. 4. § fi. fam. erciſcun.
d l. poſſeſſionum, l. 1. com. utrumſ. iudic. C.
e l. hæredes eius, l. 44. § pen. fam. erciſc.
f l. dicere, de arbitr. in P.
g Paul. in l. in hoc iudicio, l. 43. fam. erciſc.
h Caius, l. item ex diuerſo. l. 40. §. fi. famil. erciſcun. P. Iul. Paul. libr. 1. recept. ſenten. tit. 18
i Faber in § quidam, de actio. num. 19.
k leg. tres fratres. de pact. in P. l. cum potatem. famil. erciſcun. P.
l l. qua tempore, de petit. hæreditat. P. l. quæſitum, de pecul. P.
m l. hæredes, l. 44. §. penult. fam. erciſc. P.
n l cum pater, § euictio, de leg. 2. glo. in l. quæ pater, 23. in uerbo in unum. fami. erc.
o gla. fi. in l. ſi cogitationem, in uerbo uoluntatem, C. eod tit.
p l. ſi fratres, l. 7. C. commu. utriuſque iudic.
q l. fra. C. commu. de leg.
r Iuxta l. ad officium, comm. diui. C § pertea, de offi. iud. l. in hoc iudicio, fami. erciſ.
s non Fab. ita uidiſſe obſeruat, in § quidam, de actio. num. 9.
t cap. 1. de parroch.
u l. 2. de metatis, lib. 12. C. tit. 41.
x Iaſon in § quidam, nume. 58. de action. & ibi Ioan. Fab.
y l. 1. quan. & quib. quart. pars debea. lib. 10. C. tit. 34.

y Geneſ. c. 13.
z Guid. Pap. q. 419.
a Bal. in l. fiue quoque, de hæredi. inſti.
b d. l. ſi fundo, de rei uend. P.

De finium regundorum iudicio. Cap. V.

Lib. 10. P. tit. 1. C. lib. 3 tit. 39.

1 *Finium regundorum iudicium, pro ruſticis, non pro urbanis prædijs inuentum.*
2 *Finium regundorum actio in perſonam.*
3 *Res conſiderandæ in hoc iudicio quæ, &c. Confinia quæ dicantur.*
4 *Confinium prædiorum intermedium ſpatium ex lege Solonis quantum.*
5 *Quæ ueniant pro ſeruitute in hanc actionem.*
6 *Qui agant finium regundorum.*
7 *Hæc actio finium regundorum durat tantum 30. annis.*
8 *Pro modo agrorum arbiter datur & menſis.*
9 *Alluuionis ius non habet locum in agris limitatis aſſignatis limitibus.*
10 *Modi cognoſcendi uel dirimendi fines, &c. Et numero 12.*
11 Veue ſigne, on monſtrée *quid.*
13 *Incidit in hoc finium regundorum iudicium quæſtio criminalis, & quomodo.*
Et quid ſi menſor falſum modum dixerit. numero 14.
14 *Interdum ex crimine de termino moto, ad hoc finium regundorum peruenitur iudicium.*
15 *Leges de non excedendis uel non uſurpandis finibus quędam.*

1 TRactatio hæc de finibus regundis[c] eſt, de dirimendis finibus prædiorum confinium ruſticorum, non urbanorum,[c] illis confuſis uel irruptione fluminum,[d] uel aratione, uel deiectione.[e] Habetque mixtã cauſam hoc iudicium,[f] ut diximus, in ſuperioribus duobus capitibus, & præcipuæ in communi diuidundo, familiæ erciſcundæ, & finium regundorum tradidi. Actio eius in perſonam licet pro uendicatione rei ſit. Conſidero hic res, prædia, ut dixi, ruſtica confinia, non urbana ædificia, quæ magis uicina dicuntur. Sed & in urbe ubi horti ſunt cõfines, & iudicium hoc habet locum.[g]

c l. 2. fin. reg. l. 4. §. hoc iudicium, eod
d l. ſi irruptione, l. 1. eod
e d. l. 4. §. ſi dicantur, finium regundor.
f l. iudicium, com. diui. l. 10. § 11 finium, de oblig. iudic. § quædã, de actio.
g l. 4. §. hoc iudic. & finiu. reg.

Confinia dicuntur ea, inter quæ nihil interue-
nit,[a] potiſſimum publicum: ſi riuus tamen pri-
uatus interuenit, hoc iudicio agi poteſt.[b] Com
mune tamen in hoc iudicium non uenit, quia
4 ſine finibus eſt.[c] Finium etiam obſeruatur ſpa-
tium certum ex lege Solonis, in ædificio iuxta
alienos fines faciendo: ſi murum quis ædificet,
relinquat pedem: ſi domum, duos pedes: ſi ſe-
pulchrum aut foueam, quantum profundum
eius: ſi puteum, paſſum, ſi oliuam aut ficum ſe-
5 rat, nouem pedes: ſi alia ligna, quinque.[d] Ve-
niunt in hanc actionem præſtationes reales,
poſt litem conteſtatam fructus: ſed ante litem
conteſtatam bona fide percepti & conſumpti
lucro cedunt: ſi autem mala fide, condicuntur.
Nam & culpa, & dolus à lite conteſtata præſtã-
tur.[e] Nec inique fit condemnatio eius quod in
tereſt, ſi quis aliquam utilitatem perceperit, ex
6 eo, quòd uicini eſſe appareat.[f] Agunt hoc indi
cio cõfinium fundorum Domini directi, & qui
etiam uectigales poſſident, qui uſumfructum
7 habent, & qui iure pignoris tenẽt:[g] dummodo
agatur intra 30. annos, nam ultra hos hoc indi
cium uitam non prorogat,[h] numeratione fa-
8 cta à die turbationis finitum. De modo agro-
rum, arbitri dantur[i] à iudice & contendenti-
bus, & menſor adhibetur, qui & communibus
expenſis mercedem capit[k] ad finiendos termi
nos, uel menſurandos agros, ut unicuique quã
9 tum debetur reddatur.[l] Maxime propter agros
publice limitatos, in quibus nec alluuionis ius
eſt, ſi militibus aſſignati ſunt:[m] alioquin enim
in priuatis limitatis alluuio quidem locum ha
bet,[n] ſed non uſurpatio in fines proximi præ-
dij. Et proinde menſura aliquando, quod uſur-
10 patum eſt dignoſcitur. Modus cognoſcendi,
uel dirimendi fines eſt, ut primum iudex adi-
tus conſideret, quantum ex prædio confini a-
ctor teneat: ſecundo, quot iugera in fundo ha-
bere debeat: tertio, finitor ſeu menſor mitta-
tur, ut renunciet iudici, quantum minus ha-
beat actor, quàm ſe habere debere dicat.[o] In-
terdum ipſe iudex locum confuſum ſuis oculis
ſubijcit.[p] dicunt hanc ſubiectionem, *veue figu-*
11 *re au monſtrée*. In finalibus quæſtionibus, ut po
tiſſimum uetera monumenta ſequenda ſunt,
niſi fines antiqui mutari doceantur ſucceſſorũ
uarietate, aut arbitrio poſſeſſorum.[q] Et ſi in
uenditione demonſtrati ſunt fines aliqui, illi
præcipuè ſequendi ſunt, inter ementes & uen-
dentes:[r] Quòd ſi nulli appareant fines, uel con
fuſi ita ſint, ut commode dirimi non poſſint, iu
dex poteſt adiudicatione dirimere: & ſi forte a-
mouendę ueteris obſcuritatis gratia, per aliam
regionem dirimere iudex fines uelit, poteſt hoc
facere per eandem adiudicationem, & condem
nationem,[s] Quo caſu opus eſt: ut ex alterius
prædio, alij adiudicetur, & eo nomine is cui ad
iudicatur inuicem pro eo quod ei adiudicatur,
certa pecunia condemnetur.[t] Et ſi ex pluribus
fundis confinibus, plures enim quam duo con
fines eſſe poſſunt,[u] alter fundus duorum, alter
plurium ſit: poteſt iudex adiudicare uni parti
locum de quo quæritur, licet plures Dominos
habeat, quia magis fundo quàm perſonis adiu
13 dicari fines uel partes intelliguntur.[x] Incidit
in hoc iudicium ciuile ſępe criminale, quando
quis poſt litem motam finium regundorum,
non expectata ſententia fines alterius inuadit,
& tunc quod accipit aut tantundem reſtituere
14 cogitur.[y] Interdum poſt iudicium criminis ex
traordinarij de termino moto, eſt agendum fi-
nium regundorum: & tunc qui de crimine co-
gnoſcit, de hoc etiam iudicio decernit, & ciui-
liter & criminaliter actione mota.[z] Incidit &
quæſtio ſi menſor falſum modum dixerit. Sed
quia & de crimine de termino moto,[a] & de mẽ
dacio finitoris[b] alibi diximus, de his ultra non
agam. Porrò agricolis leges de non exceden-
dis uel uſurpandis finibus impoſitæ ſunt à Iu-
15 ſtiniano, qualis illa,[c] *χρὴ τὸν γεωργὸν ἐργαζόμε-
νον τὸν ἴδιον ἀγρὸν εἶναι δίκαιον, καὶ μὴ παροξίζειν
αὔλακας τῶν πλησίον*, &c. l. *agricolã ſuos excolentẽ
agros iuſtũ eſſe oportet, nec ſulcorũ fines trãſiliẽdo,
uicinos fundos uſurpare*. Si quis autem fines agri
ſui longius iuſto protulerit, agrique uicini par
tem aliquam arando interuerterit, ſi quidem
in nouali id fecerit, nouali culturam deper-
dit: ſi uero ſeminando longius uagatus fuerit,
& ſementem, & culturam, fructuumque perce
ptionem irreptor agrorũ amittit. Et rurſum,[d]
*ἐὰν δύο χωρία μάχωνται περὶ ὅρου ἢ περὶ ἀγροῦ, τρυγή-
σαντες οἱ ἀκροαταὶ, καὶ τῷ διακρατήσαντι ἐπὶ ἔτη
πλείονα ἀποδιδότωσαν τὸ δικαίωμα. ἐὰν δὲ καὶ ὅρος
ἀρχαῖος ἐστὶν, ἡ ἀρχαία διακράτησις ἀπαράσειστος
ἔστω.* id eſt, *Si ambigitur inter duo loca, uel de termi
no uel agri poſſeſſione, auditores cognitionem ſuam
interponunto, eiq; qui pluribus annis poſſederit, ius
reddunto: ſi uero antiqui fines fuerint, antiqua poſ-
ſeſſio inconcuſſa eſto*.

a d. §. hoc iudicium, & l. 3. eo. P. ſacit. l. urbana. de verb. ſig.
b l. ſed ſi riuus, l. 6. fi. regun. P.
c d. l. 4. §. qui communem, et §. ſi cõmunem, eod. tit.
d l. fin. finium regund. in P. l. quinque pedũ, l. 3. C. eod.
e l. 4. § poſt litem, eod. P.
f d. l. 4. §. in iudicio.
g l. 4. § finium regundorum, ſin. reg. P. l. cedere, §. hinc hoc fur tum celat. in P.
h l. fin. fini. regund. C.
i l. de modo, l. 7. cod. P.
k l. 4. §. ſed & ſi mẽſor, eo. P.
l l. 3. §. Idem Pomponius, ſi menſ. falſ. mod. dixe. lib. 11. P. tit. 6
m l. in agris, l. 16. de acq. rer. dom. l. 41. P. ti. 1. l. 1. de agris limitro. l. 11. C.
n l. 1. de alluuio. C. § præterea, de rer. diuiſ. adeo. §. præterea, de acqu. rer. domi. ca. et ...
o ...
p l. in irruptione, l. 1 § fi. fini. regund. P.
q l. in finalib. l. 11 P. cod. l. 3. C. eod.
r l. 1. C. fin. reg. l. eos. l. 12. eod. titul. P. l. quod in rerũ, §. 1. de leg. 1.
s l. 1. fin. regũ. P. § fi. de offic. iudic.
t l. 3. fin. regũ. in P.
u l. 4. §. non ſolum, eod.
x d. l. 4. § ſi alteri, fin. reg. P.
y l. 4. C. eod.
z d. l. 4. §. ſi dicantur, fini. regund. P.
a diximus proprio titu. in criminibus priuatis extraordinarijs, de termino moto.
b diximus in extraordi. criminib. titul. de mendacio.
c In legibus Georgicis Iuſtin. titul. 1. c. 1. & 2.
d Iuſtin. d. tit. 2, c. 9.

Libri Quinti Primæ Partis Syntagmatis Iuris vniuerſi Finis.

DE FEVDALIBVS REBVS, ET DE FEVDIS.

Liber Sextus.

Rerum alia diuiſio, in allodiales, & cenſuales. Cap. I.

1 *Coniinuatio libri.*
2 *Allodiales res feudales & cenſuales, quæ emphyteuticaria & ſuperficiaris.*
3 *Allodialis res integrum habet primæ diuiſionis dominium Francum allodium quid.*
4 *Allodium unde dictum, & quare.*
5 *Allodij lex Caroli Magni.*
6 Laudes & Leuades *quid in Gotia.*
7 *Allodium in ſubſtantia quid.*
8 *Allodij & feudi differentia.*
9 *Allodium liberum, quod à nullo alio, quàm à Deo pendet, ſecundum aliquos.*
10 *Allodium & libellum, diuerſa eſſe docetur.*
11 *Libellarij contractus, & allodij & feudi differentia.*
12 *Cambij & allodij differentia.*

1 SVPERIORIBVS proximis
libris de ſeruitutibus re-
rum egimus, docuimuſ-
que quaſdam alijs ſerui-
re iure uicinitatis, aliaſ li
beras. Et deinceps alias
iure communitatis uſum
& dominium præbere, alias ſingularum perſo-
narum eſſe & proprias. Nunc de alia diuiſione
rerum ratione qualitatis, alterius dominij, cen
ſus & penſionis & hominij ſeu homagij dicen-
2 dum eſt. Itaque quędam res retinent priſtinam
libertatem, quam Domini in prima rerum di-
uiſione habuerunt, ut ſint ſolius Domini, nec
alium agnoſcant, allodiales dictæ: aliæ autem
per homagia aut cenſus præſtationem, alium
quoque quàm poſſidentem oſtendunt Domi-
num. Illæ feuda, iſtæ cenſuales & emphyteuti-
cariæ & ſuperficiariæ dici poſſunt. De allodia-
libus primum, poſtea de feudis: nam de uecti-
galibus & cēſualibus ſatis dictum in iure fiſci,
& de emphyteuticis in locatione, Deo fauente,
3 dicetur. Qui prædium optimo iure poſſidet,
id eſt, qui plenam habet abſolutamque pro-
prietatem, is integrum dominium directum cē
ſetur habere; quale ab initio ex diſtributione
Dominis contigit. [a] Vocant hoc ius, Francum
allodium, nempe quod liberum eſt, extra man
cipium ſeruitutemque dominicam poſitum.
4 Budæus [b] allaudium trahi à laudimijs tradit,
emptor enim rerum cenſualium nominare au
thorem ſuum tenetur intra paucos dies, & ab
eo rem mancipio accipere, [c] quod uulgo inſeſi
nari dicunt, uel recognoſcere: alioquin multa
committitur. Hincque allaudij appellationem
profectam, quòd qui prædia eo iure habebant
allaudij, laudare authorem ſuum nemini tene
rentur, ut qui nullum ſoli Dominū agnoſcant,
nec patronum, id eſt, qui in nullius fide ſint.
Cuiacius [d] ait allodium & alodem dici, ut amē
tem, quaſi ſine mente, iſtum alodem, quaſi ſine
lode, quòd eius poſſeſſor nemini ſit leodes. A-
merbachius [e] allodium dicit uocem Germani-
cam, uel à Germanica deriuatam: nempe ab *all.*
id eſt, omne totum, quia quod allodium eſt, ple
no iure retineatur. Beatus Rhenanus, [f] aliunde
trahit originem, & euoluit ſubſtantiam allo-
dij, his uerbis, *Cum Germaniæ ſubactæ fuerunt à
Francorum rege Clodoueo, Pipino, & Carolo Ma-
gno, nobiles beneficijs regijs ornabātur, & allodijs:
hæc proprij iuris erant, fortaſſis Germanico uocabu-
lo ſic dicta, quod familiæ coagmentata ſint & con-
iuncta, hoc eſt, inſeparabilia à familia, Ein anlod: un
de plerunque negligebantur beneficia regia, quæ res
5 edita lege prohibetur.* Legem non refert Rhena-
nus, ſed ea extat in capitularibus Caroli Ma-
gni, in capitulari quod ad Nimmaczd, [g] in hæc
uerba: *audiuimus quòd aliqui reddant beneficium
noſtrum ad alios homines in proprietatem, & in ip
ſo placito, id eſt, conuentione, comparant data pre-
tio ipſas res iterum ſibi in allode, quod omnino ca-
uendum eſt: quòd qui hoc faciant, non bene cuſto-
diant fidem, quam nobis promiſſam habent.* Sic in
legibus Angliorum, & Vuerinorum, id eſt,
Thuringorum, titulo 7. extat inſcriptio de allo
dibus (ſic enim legetur pro de allodijs) ubi tra-
ctatur tantummodo de ſucceſſione deceden-
tium ab inteſtato proximioribus deferenda, &
allodium pro patrimonio proprio defuncti ac
cipitur. Item & in legibus Boioariorum, quas
tulit Theodericus Francorum rex filius Ludo-
uici, ut ait in 2. Beatus Rhenanus. Extat in ea-
dem ſignificatione in c. 2. titulus 2. his uerbis,
*at nullus Boioarius allodem uel uitam ſine capitali
6 crimine perdat.* Forſan & ſi liceat cōmunici uel
ad Gallicam declinationem tráſferre etymon,
non erit aliena deriuatio à uerbo Gallico *leuer,*
& *leuèe,* mutata diphthongo eu, in o, & apud
nos in Gotia *leuade.* Idem quod præſtatio & exa
ctio: unde & *lods* dici & *leudes,* id eſt, exactiones
tributorum. Et laudimium, præſtatio, pro leua-
tione: unde & adiuncta particula priuatiua
alods, pro eo quod exigi non poteſt, uel quod
7 non patitur exactionem. Sed ne contendamus
nimium de nomine, conſtat de ſubſtantia in
ſumma, allodiū uel res allodiales eſſe, res quæ
poſſidentur iure proprio, non feudi, non bene-
ficij iure, nō ex cauſa emphyteuticaria uel cliē
8 telari. Hoc ſi datur in feudum uaſſallo, aliam re
cipit appellationem in beneficiario, & quod al
lodium eſt Dño, id uaſſallo, uaſſallive uaſſallo
feudum eſt: quia proprietas Domini eſt, & dire
ctū dominium. [h] Unde inuenimus in conſuetu
dinibus feudorum, allodium dici infeudatū: [i]
atque ita allodium, & feudū duo diuerſi ſunt. [k]
Iaco. Aluarotus, [l] allodium dixit liberū & pro-

I 3 prium.

[a] l. et hoc iure, de iuſtit. & iur. in F.

[b] Budæus in l. Herennius, de euictio in annotat. prior. in PP.

[c] l. 3. de iure emphyt. C.

[d] Iac. Cuia. in Feud. lib. 2 ca. 17.

[e] Amerbach. in commen. capitularib. lo. 5 Caroli Magni cap. 7.

[f] Beat. Rhena. libr. 2. rer. Germanicar. dum loquitur de ſtatu Galliarum.

[g] d. c. 7.

[h] Cuiaci. ubi ſupra ex concil. Trit. u. t h. 1 § 1 de A lodijs lib. 2. Feudo tit. 50

[k] gloſſ. in l. ... ingen manum. lib 7. ... q ... teretum, in uerbo operuerit, de re ... prob. f. ...

[l] Iac. Aluarot. ... de feud. ... content. ſit inter dom. & agnat. uaſſ. lib. 2 feud. tit. 26 ubi text. meminit de allodio.

prium, quod à nullo recognoſcitur niſi à ſolo Deo, ſecundum Iacobum de Bello Viſu. Nicolaum de Neapolitanu, & Baldum.[a] Et allodiū etiam aliter dicetur res hæreditaria, quam uendere uel donare poſſum tamquam meam. Nec ideo minus allodialis res, quòd alterius iuriſdictionis ſit: nihil enim communicat iuriſdictio

a Bald. in ca. 1. de Allod. in uſib. feudo.

10 ad libertatem rei.[b] Nec ſequenda eſt interpretatio aliquorum, vt Alberici,[c] & aliorum, libellum & allodium idem eſſe dicentium in uſibus feudorum:[d] cum tamen libellum interpretentur emphyteuſim, qui uerba illa tractant allodium ſiue libellum.[e] Minus etiam eorum, qui cambium idem quod allodium dicunt, dū legunt in §. cum autem[f] ſi de inueſtit. feu. controuer. fuer. *uel cambium proprietatis illius feudi nomine habuerit &c.* Siquidem libellarius contractus magis emphyteuſi accedit, quàm allo-

b §. 1. de allod. in vſib. feudor. Bald. in l. a procuratore, Cod. manda.
c in diſtionario iteris.
d in §. inter filiam, ſi de feu. defunct. &c.
e Aluarot. in d §. inter filiā.
f in uſib. feud. lib. 2. tit. 4.

11 dio, cui contrarius uidetur. Et ideo rectè conſuetudo feudi diſtinguit,[g] rem temanere apud aliquem, vel iure proprio, uide allodium: uel iure beneficij, uide feudum: uel iure libelli, ecce tertium genus: libellatis acquiſitio uenditioni propemodum ſimilis, & locationi. Nam uenditur res certo pretio, ſed non in perpetuum, & niſi de uiginti in uiginti nouem annos, & ſic in perpetuum: nec purè, ſed ea lege, ut ſingulis annis certa penſio eius rei nomine tribuatur, qua tatione locationi accedit, cum certo tempore renouetur, nempe poſt uiginti nouem annos ad euitandam præſcriptionem, & tollendā puram uēditionem. Docetur id in feudis,[h] ubi poteſt uaſſallus feudum locare, niſi locatio eſſet fraudulēta alienatio, ſicut eſt per libellum, ut dicatur uenditio. Quis enim dubitat, quod libellario nomine ſob uiliſſima duorum denariorum penſione, perpetuo concedatur utendum, alienatum in fraudem non eſſe? Et naturam iſtius libelli & differentiam cum iure emphyteutico doctè, ut ſolet reliqua, noſtras Cuiacius docet ex uarijs authoribus in commētarijs ad feuda,[i] quem conſulito. De cambio au-

g in §. profectò, ſi quid in ma ſi poſt alienā feud. vaſſal id tempeiaue lib. 2 feudo tit. 44.

h In § donare, qualit. olim poter. feud. alien. li. 2. feud. tit. 9.

i lib. 1. tit. 1.

12 tem quid ſentiam explicabo, relicto unicuique ſentiendi diuerſa arbitrio: non placet ut ſimpliciter cambium dicatur allodium: niſi dicamus, ut in §. cum autem, ſi de inueſtit. feu. &c. Cambium proprietatis feudi nomine factum, id eſt, permutationem proprietatis cum feudo. Cambiū enim apud Tectoſages, & fere Gallicè *change*, apud nos *cambi* permutationem ſignificat. Ita intelligo c. 2. tituli qua tempore miles inueſtitutam petere debeat, libr. 1. feudorum, tit. 22. Eſt & antiquum verbum cambio, pro commuto, quod & hodie apud Italos & Inſubres uſurpatur: neque hic aliud priſcum cambire, id eſt, iter facere, & pugnare accommodum uidetur, potiſſimum allodio, quod onus non habet, ſed proprio iure tenetur. Et ideo cambium dici nō poteſt, ut nec allodium poſſet dici feudum, cū & onus militandi, ad militiam eundi, ual ſumptus ea de re præſtandi habeat.[k] Proprietatem autem cum feudo cambire exiſtimo, quando uaſſallus proprietatem accipit, & Dominus uaſſallus fit. Et de allodijs hæc dicta ſufficiant, quando allodia, tanquam patrimonialia & libera poſſunt tractari à Dominis, & leges generales ſequantur, non feudales conſuetudines. Præſumunturque res omnes allodiales ſeu liberæ, niſi probetur uere uel præſumptiue contrarium.[l] Et feudalis res dicitur quandam ſeruitutem debere.[m]

k §. ſi de allodi. in uſib. feudo lib. 2 tit. 54.
l Iuan. Andre. in c. nimis, de iureiur. & in c. ſi in verbo reſpondere, de iu dic. c. 2 & ibi interpret. ſi de Feud. def. fuer. contro. inter dom. & agn. facit Latium, de ſetu. C.
m in gloſ. in l. ſi ſeruus, l. 15 §. vlo ſeruſtu, in verb. oportet, de uſufr. P. Bal. in c. 1. circa uſum. colum de controuer. inueſtit.

De feudi finitione & diuiſione. Cap. II.

1 *Feudi etymon à fide.*
2 *Faida quid.*
3 *Feudi finitio.*
4 *Beneficij nomen quàm late pateat, & quid in hac finitione feudi.*
5 *Rei feudalis proprietas ad Dominum, uſusfructus ad naſſallum in perpetuum pertinet.*
6 *Explicantur ſeptem requiſita in conſtituendo feudo proprie.*
7 *Diuiſio feudi, in propriè feudum, & impropriè.*
8 *Feudi proprie ſpecies.*
9 *Improprie feudi ſpecies.*
10 *Regale ſeu regium feudum quid, & ſimplex.*
11 *Feudum regale,* de haut haubert.
12 *Regna in feudum regibus data à ſuperioribus.*
13 *Nouum feudum quid, & uetus.*
14 *Paternum feudum quid.*
Paterni & antiqui differentia.
15 *Feudum rectum, & feudum ſimpliciter quid, & feudum quid conditionatum.*
16 *Feudum hæreditarium quid.*
17 *Minus eſſe in feudo dato alicui & liberis, quam ſit in hæreditario.*
18 *Feudum aliud rurſus paternum, & maternum, & qualia.*
19 *Feudum reale hæreditarium eſt.*
20 *Feudum quomodo antiquitus temporale & amouibile, factum eſt per diuerſas conſtitutiones, & ſucceſſu temporis perpetuum & tranſmiſſibile naſſallis.*
21 *Feudum maſculinum hæreditarium, proximis non inſtitutis, ad Dominum reuertitur, etiam ſi filiæ ſuperſint hæredes uaſſalli.*
22 *Feudum ligium quæ requirat.*
23 *Ligium nomen unde declinatum.*
24 *Ligium feudum, propriè feudum non eſſe, ſed impropriè.*
25 *Ligij homines & homologi qui, &c.*
26 *Ligij homines clientes, Clientes, Theſa, Teneſſa qui, &c.*
27 *Solidorij apud Gallos qui.*
28 *Ligius quis ſit in ſumma hic.*
29 *Ligius homo & cum feudo, & ſine feudo eſſe poteſt.*
30 *Ligius homo à fide prima abire nequit etiam feudum refutando, etſi in alijs uaſſallis diuerſum ſequamur.*
31 *Ligius homo 2. à ſolo Domino non à curia iudicatur: Item quòd is perſonam in hoc Domino obliget & bona.*
32 *Ligius homo nemo duorum eſſe poteſt.*
33 *Omnes qui in imperio ſunt, cenſentur ligij imperatoris. In ligio feudo ſuccedunt fœminæ, &c. In naſſallitico iuramento cenſetur excipi ligius Dominus &c.*

1 FEudū à fidelitate dictū eſt, ſeu à fide:[n] vnde & beneficiarius dictus fidelis.[o] Sed nomen uulgare Italicum & Inſubrum proximius accedit, quàm Latinum: nam uocant fidem *la fede*, vnde & feudum quidam dicunt à fœdere. In declinatione enim Latina dicendum eſſet fidum. Sed ſi etiam nomen ad idioma Longobardorum, qui Germanice locuti ſunt, referamus, & feudum à Germanico *feyd*, uel
2 *vehd*, aut ut alij ſcribunt *hact* odium, id eſt, bellum & inimicitia: unde & faida in legibus Longobardorum & Francorum communiter,

n §. ſi per quos fiat inueſtit. & per quos acqui. li. 2. Feudo. tit. 3
o tit. de contention. inter dom. & fidel. & de inueſt. feu. lib. 1. titu. 10. §. item ſi fidelis, quib. mod feu amittit tit. 5. & ſimil.

pro

pro immicitia & bello, & inde militiæ uel inimicitiæ depellendæ cauſa inductum nomen, & feudatarios quaſi faidatarios, qui ex fide-
3 eius, qui faidam habent, ſunt. Subſtantialis autem feudi finitio hæc erit, ut ſit beneficium, quod ex beneuolentia ita datur alicui, ut proprietas quidem rei immobilis beneficiariæ penes dantem remaneat: uſusfructus uero illius rei ita ad accipientem tranſeat, ut ad eum hæredesque ſuos maſculos, ſiue fœminas, ſi de his nominatim dictū ſit, in perpetuum pertineat: ea lege, ut ille, & ſui hæredes fideliter Domino ſeruiant, ſiue illud ſeruitium, qualiter eſſe debeat, ſit expreſſum, ſiue indeterminatè ſit pro-
4 miſſum.[a] Beneficij nomen genus eſt, quod continet alia beneficia, id eſt, alias beneuolas conceſſiones, quàm ex feudo: ut intereſt hominis, hominem affici beneficio,[b] & continēt etiam priuilegia.[c] Proinde quod ſequitur ex beneuolentia, arguit ſingularem cauſam beneficij cō-ceſſi, nempe amicitiam ipſam. Et hinc qui beneficium ſeu feudum accipiunt, beneficiarij ſæpe in feudis dicuntur. Et quia nec ſub prætextu pecuniæ, ſed honore & amore Domini hoc acquirendum eſt.[d] Et quia beneficia libere cō-ceduntur:[e] ſequitur & feudum libere ſponte tradi.[f] Rei immobilis appellatio in finitione poſita, continet etiam eas res, quæ inter immo-
5 bilia annumerantur.[g] Ex reliquis autem uerbis finitionis apparet directum dominium penes beneficum, & utile penes beneficiarium uſ ſe:[h] quia ille proprietatem retinet, hic autem in perpetuum uſumfructū accipit, de quibus, & de fidelitate, & de ſeruitijs poſtea agemus. Interim hoc notandum, rei per beneficium rectè inueſtitæ, uaſſallum, tanquam Dominum, ha-
6 bere poteſtatem in agendo & defendendo.[i] Ex ſuperiori definitione ſubinde colliguntur ſeptem res requiri, ut proprie feudum dicatur: 1. ut ſponte datum ſit, non coactè; 2. ut directum dominium maneat penes concedentem: 3. ut utile transferatur in accipientem: 4. ut conſiſtat in immobilibus rebus, uel in his, quæ immobilium loco ſunt: 5. ut perpetuo tranſeat ad maſculos liberos deſcendentes: 6. ut fidelitas & ſeruitium præſtentur: 7. ut gratis.[k] concedatur.
7 Hac ratione feudi ſectio prior fiet in feodum proprie, & impropriè: propriè feudum, quando illa ſeptem adſunt: impropriè, quando non
8 eſt ei propria natura feudi.[l] Ad feudum, quod propriè feudum, refertur feudū dignitatis ſeu regium, feudum ſimplex: feudum nouū, & antiquum ſeu paternum, feudum rectum & hære-
9 ditarium, feudum ligium. Ad feudum impropriè pertinet feudum frācum ſeu liberum, feudum non rectum, feudum perſonale habitationis, feudum ſoldatæ, de camera, de canena, gan-
10 diæ, & gaſtaldiæ. Regale feudum dicitur ſeu dignitatis, quod recta uia datur à rege ſeu principe, nō à minoribus uaſſallis, qualia ducatus, comitatus, marchionatus uel alterius dignitatis:[m] ut contra, feudum ſimplex ſeu non regale, quando priuata res, ut pagus, uel aliæ ſi-
11 miles priuatæ conceduntur.[n] Feudum regale dicitur in Gallia *de hauls haubert*, ac ſi dicas, de alta loricatione. Lorica enim *haubert* eſt, id eſt, feudum militię potioris, altioris, ſeu dignio-
12 ris. Sunt & regna, quæ ex fide aliorum pendent, quæ uere feuda regalia: ut & Inas Ueſt Saxonum in Anglia rex, regnum ſuum Romanæ ſedi uectigale conſtituit, anno Domini 740.[o] ſingulis argenteis nummis, quos denarios uocaut, in ſingulas domos impoſitis. Fecit idem eius exemplo Offas Merciorum rex, qui non multo poſt id tempus regnauit. Hocque Angliæ ſacrum uectigal poſtea auxit Etheluolphus ſeu Athulphus. Et Ioannes Ricardi I. ſucceſſor poſtea ſe, poſterosque ſuos reges ſedis Apoſtolicæ beneficiarios eſſe ſponſionem fecit anno 1212.[p] Scoticum quoque regnum eiuſdem iuris.[q] Carolus Andegauenſis à Clemente 4. Siciliæ rex declaratus, præſtitit pro indice feudi ſuperioris, cenſum annuum.[r] Poloniæ quoque regnum à Miecislao Benedicto 7. Pontifici, in fidem & feudum datum anno 980. Quod & eidem ſedi Apoſtolicæ fecit tributarium Caſimirus imperante Corrado, ut ſinguli colonorum obolum penderent lucernæ arſuræ perpetuo in æde Sancti Petri Romæ.[s] Fuerunt & hoc modo alia regna ſuo iure pontificis ſum. olim.[t] Dux Auſtriæ Fridericus rex à Cæſare creatus ea lege, ne detraheret dignitas diademati Imperij.[u] Reges faciebat, ſed ſibi fideles S. P. Q. Roman.[x] Factum & alijs temporibus idipſum apud alios, cum ducatus uel marchiſatus in regni nomen tran-
13 ſierunt. Nouum feudum dicitur, quòd is cui conceditur, ſit primus de eo inueſtitus:[y] oppo-
14 nitur huic uetus.[z] Paternum dicitur, quod ex primo inueſtito uenit uſque ad quartum gradum deſcendentium, quem ſi excedat antiquum, quamuis & promiſcue iſta nomina uſurpentur, utpotè paterno & antiquo naturam habentibus eandem, pro feudo quęſito ab aliquo aſcendente patre communi agnationis.[a] Cui nouum opponitur, nec nouum tamen dicitur paternum refutatione ab eo facta, & in uita ſua conceſſo à Domino filijs, ſed pa-
15 ternum.[b] Feudum rectum in iure feudorum inuenitur:[c] ſic dictum quaſi putam, quòd in eius conſtitutione ſeruitia determinata non ſunt:[d] aliter ſimpliciter feudum, nam quando ſunt determinata, dicitur feudum conditionatum, uel rectum dictum, quaſi rectè & ſecundum legitimam formulam acquiſitum: utputa, quia uaſſallus ſeu beneficiarius adeptus eſt poſſeſſionem eius ex licentia præcedente Domini, præſentibus & aſſidentibus paribus curiæ: aliter enim, ſi præſens, non fuiſſet curia.[e] Aut tertio rectum, id eſt, optimum, firmum, & perpetuum, quod irreuocabile eſt.[f]
16 Huic poſtremæ acceptioni feudum hæreditarium accedit, quod ita datur, ut ad hæredes poſſit transferri: datur enim beneficiario & eius hæredibus.[g] Minus autem in feudo ineſſe uidetur dato beneficiario pro ſe & ſuis liberis, non enim eſſet tunc hæreditarium, ſed ex liberalitate concedentis, & eius prouidentia filij tantum, non alij uocantur.[h] In quo adhuc poſſet conſiderari alia diſtinctio feudi hæreditarij, ut aliud ſit paternum, & aliud maternū. Paterni natura eſt, ut competat tantum maſculis deſcendentibus liberis.[i] Materni uero, ut primum maſculis, deinceps & fœminis poſſit accedere:[k] quamuis quis pro ſe & liberis maſculis & fœminis inueſtituram accipiat.[l] Pōt & dici paternum, ut diximus, ex ſuperioribus ſeu à maioribus quæſitū[m] & antiquum: & maternum, quod fęmina ex ſuperioribus parentibus quæſiuit. Ad hæreditarium feudum pertinet & illud, quod dicitur reale, in quo quis non tantū ſibi, ſed hæredibus ſuis proſpexiſſe uidetur.[n] Antiquiſſimo tamē iure feudum ita erat in poteſtate dominorum, ut quando vellent, poſſent auferre beneficiario: poſtea eo uentum eſt, ut per annum firmum eſſet: poſtea, uſque ad vitā

a hæc finitio ex uerbis. §. in quib. cau feud. amitt. li. 1 Feudo. tit 1 1 ſequūtur; hanc finitionē ibi tam. Aluarot & ſiir ſeu alem. & Bal. ſuper ſeud. Feud. Franciſc. Curtius, tract. Feudo parte 1. c 4 Hoſtien in Summa de Feudo.
b l. ſecunda de lege, de ſeruis export. P.
c l. li. de cōſti. prin. in P. cum ſim.
d c. 2. de Feud. dat. in uicē leg. commiſſo. lib. 2 Feud. tit. 27.
e l. 4 de adim. leg. in P. l. ſi pignore, §. 1. de furt. in P.
f d. c 2. de feu. dat &c. ſpe tit. de loca. uerſic. nunc aliqua, uerſ. 4. in ſi. & ibi Bal. in addi.
g §. ſi de Feu. cogni. li. 2. feu. tit. 8.
h gl. & interpret. in §. præterea, de capitulo Cōradi, c. 9. §. 1. de inueſti. de re alien. fac. & ibi tex. in §. ſin.
i §. res autem, eod. li. 2. feud. tit. 8.
k c. priuilegia, de pac. Conſt. poſt li. feudorum.
l proprio titu. de feudo non habente propriam naturā feudi.
m c. 1. de feu. Marcb. lib. 1. Feudo tit 14.
n § § quis de manſo, li. de 1 2 ueſti. contrau. fuer. li. 2 Feud. tit 4.
o Poly Vir in Anglic. hiſt. lib. 4.

p Polyd. Virg. lib. 13. hiſtor. Anglic.
q c. inter alia, de immunitat. eccleſ.
r uide Bald in cauſa au. de pace Conſtan. §. priuilegia. in uerbo, inueſtituram. c. ie. paſtoralis, § uerſus, de ſenten & re iudic.
s Chromer. li. 3 de reb. Poloniæ.
t ut in c. ad apoſtolicæ, de iudic. in 6 c. alius, 1 5 q. 6. c. ſegenda. de ſuppleu negl. prælat. c. uenerabilem, de ele. in 6. Muſteus in ſua Geograp.
x Dionyſ. Halic. in 6
y § 2 q teſtes ſint neceſſar. ad prob noui inueſti. libr. 2. tit 9.
z §. n per quos fiat inueſt feu. li 2. Feud. tit 3.
a c. 1. & § hoc quoque, & ibi Bal de ſucceſſ. feud. li 2 tit 2. cap 1. § 3 & ibi interpret. de gradibus ſucceſſ. in ulb feud. 9. hoc quoq; ſciēdum, de ij qui feu. dat poſſ. li. 2 Feud tit 2.
b § 1 de uaſſa. decrep æt. l. li. 2 Feud tit 14.
c tit de cōſuetudin. rect. feu. li 2 tit 11.
d in c 1. de capita. qui curiā uendidit, lib. 2. Feud t 2 51.
e c. 1. & ibi gl. 2. de conſuetu. rect. feu. iūcto. c. 1. quib. mod. feud. conſtitu poteſt.
f c. 1 § item ſi uaſſallus, cum ibi nota. ſi contrauer ſuer. de inueſti. feu. iuncto c. 1. de feu. gard.
g de hoc ſeudo Andr. Barbat. conſ. 58 inter conſ. Alex. tomo 4 conſil.
h And. de Iſer. in § 1 & §. hoc quoque, de ſucceſſ. feu. in c 1. qui ſucceſſ. tenentur Alex. 1 uol. conſ 10.
i c. 1 § profecto, de lege Cōradi li. 2 Feud. tit 11
k c 1 § de feu. fœmi. li. 2. Feu. tit 10.
l § 1. de eo. q ſibi & hæred. ſuis maſcul & fœmi. &c. li. 2. Feud tit 17.
m § paternum acri du. nam, ſucceſſ feud.
n cap. ind de duob. fratr. capitan. inueſt. dic.

fidem præſtantis: ſubinde uſque ad filios, & eũ
cui ex illis uellet Dominus feudum cõfirmare.
Et iure feudorum communi poſtea ſtabilitum,
ut ad omnes filios æqualiter pertineat. Subin-
de ex lege Cõradi protogatum ad nepotes, fra
tres, patrueleſque.[a] In regijs quoque, ſeu acci
pientibus regalia feuda, olim erat etiam illud
obſeruatum, ut nõ prorogarentur ultra uitam
accipientium, ſed datione noua mortuis ijs alij
inueſtirentur, ut de marchionatu, ducatu, comi
tatu, & alijs ſimilibus: quod poſtea etiã uſu ad
21 liberos uſque prorogatum.[b] Si feudum ſit ma
ſculinum ſeu paternum, hæreditarium, & filij
nõ ſint, filiæ exiſtentes heredes, in allodialibus
quidem ſuccedent: at in feudo, neque ipſæ: quæ
a feudis communi conſuetudine excludũtur[c],
neque agnati proximiores admittentur, ſi here
des non ſunt,[d] ſed extinctum feudum eſt, & ad
22 Dominum reuertitur. *Feudũ ligium*, inquit Cur
tius iunior,[e] *tria requirit: primo, ut uaſſallus iuret
fidelitatem, nulla alterius fidelitate reſeruata. Se-
cundò, ut expreſsè dicatur in inſtrumento inueſtitu
ra, quòd feudum ſit ligium. Tertiò, quòd uaſſallus
principaliter perſonam ſuam, & conſequenter bo-
na etiam non feudalia ſubijciat poteſtati Domini.*
23 Qui huiuſmodi feudum habet, dicitur homo
ligius.[f] Albertus Krantius,[g] ligium Italorum
uerbum eſſe ait, & ſignificare totalem ſubie-
ctionem. Videtur enim uerè illud nomen eſſe
Italicum à ligando: unde & coniurationes ſeu
factiones apud illos uocãtur *ligues*, arctiori ni-
24 delicet fide conſtrictione facta. Et mihi pro-
priè hoc feudum non uidetur, ſed deditio po-
tius in clientelam, & familiam, & poteſtatem
alterius. Ideo huius iuramẽtum à fidelitate feu
dali rectè ſeparatur, & ſine feudo quoque eſſe
docetur in cõſuetudinibus feudorum, ubi poſt
formam fidelitatis beneficiarij,[h] ſubijciuntur
hæc uerba: *ſi uero domeſticus, id eſt, familiaris
eius ſit, cui iurat, aut ſi ideo iurat fidelitatem non
quòd habeat feudum, ſed quia ſub iuriſdictione ſit
eius cui iurat: nominatim uitam, membrum, men-
tem, & eius rectum honorem cuſtodire iurabit.*
25 Aliqui ſuſpicantur huiuſmodi homines ho-
mologos dictos fuiſſe, de quibus cautum eſt à
Theodoſio & Archadio,[i] ne relinquant anti-
quos dominos. Ego tamen diſcedo ab hac ſen-
tentia, cum Archadius & Honorius loquantur
de colonis, qui quidem adſcriptitij non ſunt,
ſed homologi, id eſt, qui per ſcripturam con-
feſſi ſunt ſe colonos eſſe, unde dicuntur, non
uere adſcriptitij, ſed confeſſionarij: id enim
uox homologos deſignat, ut expreſsè declarat
Auguſtus Cæſar.[k] Ita & Ariſtoteles, ut ſcribit
Suidas,[l] quod in Analyticis ex hypotheſi, id eſt,
ſub conditione ſeu fictione generalius dixerat,
id in Topicis ſpecialius ἐξ ὁμολογίας, id eſt, ex
26 confeſſo appellauit. Quo fit, ut adducat ligios
homines dici poſſe uere clientes, qui ſe in fidẽ
omnimodam concedebant patronorum, & il-
li eorum etiam defenſionem ſubibant. *Commen
dauit*, inquit, Dionyſius Halicarnaſſæus.[m] *Ro-
mulus patricijs plebeios, optione cuique è uulgo da-
ta ut quam uellet, ſibi patronum legeret.* Mos ſanè
Græcis & antiquis, quo diu Theſſali uſi ſunt,
& Athenienſes priſci, ſed tum receptus in me-
lius. Hos Athenienſes thetas uocabant ob
miniſteria, Theſſali; peneſtas. Romulus ho-
27 neſtiori uocabulo uoluit uocari, clientes. So-
lidurios eſſe, qui ſpeciem clientelæ apud Gal-
los haberent, iam ante demonſtrauimus, cum
de iure patronatus egimus clientelari, ubi mul
28 ta de clientelis explicauimus.[n] In ſumma

a hæc in § & quia uidimus, de iis qui feu. dat. poſſ. lib. 2. feud. tit. 1.
b c. 1 de feudo March. § 1 ſex. comitatus, de ali. n. feud. in uſib. feud.
c §. hoc autem notandũ eſt, de iis qui feud. dar. poſſ. lib. 2. tit. 1.
d uide Curt. Iunio. tract. de feud. par. 1. c. 9. nu. 21. Alexan. conſ. 19. incip. ſup eo. de quo quæritur, 1 5 uol.
e Iacob. Curtio 1 par. tracta. de feud. cap. 9. nu. 23.
f ut in cle. paſtoralis, § ruſus, de ſent. & re iudic.
g Krantius li. 4. Chron.
h in § ſi qual. iura debe. uaſſal. fidel. domi. li. 2. feu. tit. 4.
i in l. ſi de pr... ... lib. 11. in ... 14. C. Theodo.
k in l. cum ſti... ... de agri & cenſ. lib. 11. C. tit 47.
l Suidas, in uerbo ὑπόθεσις
m Dion. Hali. lib. 2.
n poſt poteſtatem dominicã in iure patronatus clientelaris, lib. 14. ca. 10.

hominem ligium dico, eum qui cum ſuus, uel
ſub alterius eſſet principis poteſtate, ſe alicui
alteri principi ligauit, uinxit, fidemque dedit,
29 ut eius fidelitati aliam non præponat. Et pro-
inde & hic homo ligius, & cum feudo, & ſine
feudo eſſe poteſt: cum feudo, ſi ea conditione
feudum accepit: ſine feudo, ſi amicitia ſola du-
ctus, ſe & ſua cum illo ſpeciali ſacramento in
clientelam alicuius principis uenerit, & iurane
rit contra omnes opem & auxilium & in omni
bus ſe præſtiturum, fidemque ea de re obſtrin-
xerit, idipſumque clienti princeps pollicitus
30 fuerit. Itaque hic ſingulare tum in feudo li-
gio & ut opinor, in ſacramento ligij hominis,
ut non admittatur pœnitentia, & homo ligius
non poſſit ab obedientia uel ſubiectione eius,
cui fidem dedit, abire, nec feudum refutando
abſolui ab eadem, ut notat Baldus.[o] Quanquã
in alijs feudis uaſſallus poſſit feudum refuta-
re, & ita fidem datam reſcindere.[p] Quare li-
gius homo, qui alteri Domino contra fidem
datam opem fert in Dominum, cui hoc ſacra-
mento ſe obſtrinxit, etiam ſi is iunior tempore
ſit, rebellis fit. Ideo Henricus Andegauorum
ducis filius, qui Normaniam à rege Ludouico
Galliarum acceperat, & pro eadem terra in ho
minem ligium acceptus erat, ab officio decli-
nans, ab eodem rege, exercitu inuaſus, culpam
deprecari adactus eſt.[q] Secundo ſingulare in li
gio feudo, ut ſolus princeps de eo, non pares
31 curiæ, iudicet.[r] Item quòd in ipſo feudo ue-
niunt omnia bona uaſſalli in poteſtatem Do-
mini, etiam non feudalia, dummodo in feudũ
ab alio non habeat:[s] quia in hoc feudo uaſſal-
lus principaliter obligat perſonam, quã ſequũ
32 tur bona.[t] Quo fit, ut unus non poſſit eſſe duo
rum ligius homo,[u] quia nemo poteſt duobus
Dominis ſeruire æquali iure ſi contrarij ſint:[x]
poteſt tamen eſſe ligius unius, & uaſſallus alte
rius, & uaſſallus plurium:[y] quia ſemper cenſe
tur in uaſſallatico excepta fidelitas Imperato-
ris,[z] cuius ligij cenſentur omnes qui in eius di
33 tione ſunt. Quare etiam in feudo ligio ſucce-
dunt fœminæ,[a] quia inſtar ſubditi cuiuſuis cẽ
ſetur ligius in bonis ſuis, quibus ſuccedunt &
fœminæ.[b] Et ita differt etiam à uaſſallo, qui nõ
tenetur iuuare Dominum, ſecundum contra
antiquiorem: at in hoc tenetur contra omnes
Dominos, eum cui ligius eſt, iuuare.[c]

o Bal. in c. cæterum, de iudi. Matt. Laud. in ca. 19. col. qui feu. dar. poſſ.
p c. 2. de naſſal... qui edit. conſtitut. Lothar... &c.
q Ammonius, libr. 1 de geſt. Franco. c. 54
r Bal. in d. c. cæterum.
s Specul. in §. quoniam, uerſ. ... c. 17 de feud.
t l. ſ. patet, de adopt. l P. auth. ingreſſi, de ſacroſ. eccl.
u gl. o. in clem. paſtoralis, §. ruſus, de ſent. & re iudic.
x Matth. 6.
y in d §. ruſus.
z l. imperialẽ, §. ſi. de prohib. feu. aliena. per Frederic. lib. 2. tit 55.
a Alex. in cõſ. 30 incip. Quoniã omne dan... ... 5. tom. ... ubi ... 91.
b ...
c c. 1 in princ. & §. contra omnes, ut hic ... ... feudo. ...
d ... pen. de prohib. feud. alie. per Frederic.

De feudis, quæ non propriè feuda dicuntur.
Cap. III.

1 *Feudum francum quid.*
2 Francz fiefz *in Gallia, quid.*
Morticinium in feudis eccleſia quid, &c.
3 *In Franco feudo eccleſia ſuccedere poteſt, non in alijs, & quomodo.*
4 *Francum feudum habens, libere de eo teſtari poteſt.*
5 *Non rectum feudum quid.*
6 *Feudo impropria, habitationis, ſoldata, &c. pro mercede olim remuneratitia.*
7 *Soldata feudum quid.*
8 *Feudum de camera & canea quid. num. 10.*
9 *Feudum gardiæ, & gaſtaldiæ quid.*
10 *Annona feudi de camera & canea petitur quotidie, ſi adſint qui petant, ſi modo Dominus habeat, non aliter.*
11 *Feuda gardia & gaſtaldiæ quæ.*

12 Chaſtel-

12 Chaſtellenies & gardes in Gallia quid.
13 *Caſtrum, & caſtellum, caſtellani quid.*
14 *Limitanei duces & milites caſtellani.*
15 *In Gallia caſtellanorum authoritas, & feudum, & iure.*
16 *Gardianorum ſeu capitaneorum ius excubiarum, dictum* droit de guet, *quale, &c.*
Et quando iure excubiarum à ſubditis peti poſſunt.
17 *Excubiarum onus odioſum, nec exigendum tempore pacis. num. 19.*
18 *Excubiarum ius tempore belli, ne ultra quinque denarios exigeretur cautum, in oppidis uicinis hoſtibus: in alijs, tres.*
19 *Excubiarum onus non ſoluebant, qui Tallia nomine non pendebant 5. ſolidos.*
20 *Excubiarum iura iuncta feuda gardiæ, & gaſtaldiæ, non poſſunt diſtrahi uel alienari in alium ſine feudo ipſo.*

FEudum francum & liberum eſt, quod non habet propriam natu-
ram, [a] ſed in forma conceſſionis
1 francum dicitur, [b] quòdque qui
accipit, ad alia non teneatur ſeruitia, quàm
contineantur in forma fidelitatis. [c] Neque ad
illa quæ continentur in forma communi fide-
2 litatis, demptis maleficijs, ad quæ non facien-
da cēſetur iurare. [d] In Gallia dicimus quoque,
francz fiefz qu'ont amortiſſement, id eſt, feuda
quæ liberata ſunt regio beneficio à ſeruitijs,
ſeu præſtationibus feudo impoſitis, per eius di
plomata in curie cōputorum promulgata ſeu
regiſtrata, ueluti quando feuda peruenerunt ad
perſonas, quæ manus mortuæ dicuntur, nem-
pe eccleſias, uel xenodochia, quæ niſi impetrēt
morticinium, quod uocant admortiſſamen-
tum, coguntur intra annum & diem à ſe poſſeſ
3 ſionem feudorum abdicare. [e] Quo fit, ut eccle-
ſia in feudo franco ſuccedere poſſit, [f] quamuis
aliorum feudorum incapax ſit. [g] Et ſi feudum
emanet ab alio quàm à rege directo, & pen-
deat à naſſallo, eccleſia uel is qui feudum fran
cum habere vult & liberum, à principe debet
& domino uaſſallo quoque indemnitatem ſe
præſtaturum offerre, ſi nouā morticinium im-
perauit: uel morientem, ut dicunt, & uiuentem
hominem dare. Et rurſum quamuis de indem-
nitate cauerit illis, ultra & debet fidelitatis ho-
magium uel hominium per prælatum aut per
4 procuratorem exhibere. [h] Dixerunt & in fran-
co feudo poſſe uaſſallum libere de eo teſtari. [i]
In quo à conſuetudine feudi, quod propriè
feudum eſt, recedit: [k] ut & in eo, quod incon-
ſulto domino poſſit à vaſſallo alienari, ſaluo
tamen iure domini, ſecundùm Baldum, [l] qui
in hoc ſibi contrarius. [m] Sequitur tamen Cur-
5 tius priorem opinionem, [n] ego quoque. Non
rectum feudum, ex ſuperioribus quæ in recto
diximus, intelligi poteſt oppoſitione recti, &
uocant hoc quod non habet legitimam adep-
6 tionem poſſeſſionis. [o] Porrò feuda alia quæ an
numerantur inter impropriè feuda, ueluti ha-
bitationis, ſoldatę, de camera, de cauea, gardię,
gaſtaldiæ, ſunt pro mercedibus accipiēda qua-
rum nomine dabantur res ad tempus, & reuo-
7 cabiles. Habitatio quid ſit patet. [p] De ſoldata
expreſſus eſt textus in §. fina. quis dicatur dux,
march. &c. & nos alibi de ſolidata & ſoldurijs. [q]
& hoc feudum Baldus dicit perſonaliſſimum,
8 quod non tranſit ad hæredes. [r] Feudum de ca-
mera eſt, cùm ex camera, id eſt, ex arca domini,
quis certū ſtipendium capit, ut de cauea, quan
do ex cellario, quod uocamus *caue* uel cauean.
9 Feudum gardiæ, [s] quādo pro cuſtodia, & gaſtal-
diæ, pro diſpenſatione fructuum inquiunt, id
eſt, pro œconomatu aliquid datur. Cogitabam
apud me aliquando, feudum de cumera ſcribē
dum loco de camera, & eſſe poſſe annonam fru
menti ex horreo domini, & de cauea annonam
uini ex cellario eiuſdem, quæ datur diaria ple-
rūque ſtipatoribus & officiarijs regum, & ſum
motum pontificum, & magnatum, ſeu regulo-
rum. Facit quod ſcriptum eſt apud Danielem, [t]
regem Arphaxat iuſſiſſe præpoſito eunucho-
rum, ut introduceret de filijs Iſrael & de ſemi-
ne regio & tyrannorum pueros, in quibus nul
la eſſet macula, &c. Et cōſtituiſſe eis annonam
per ſingulos dies de cibis ſuis, & de uino unde
bibebat ipſe, ut enutriti tribus annis, poſteà ſta
rent in conſpectu regis. Accidit quia cumera
eſt uas quoddam magnum, ubi triticum quod
quotidiano uſu diſpenſatur, ponitur: ſicut in-
nuit Horatius, dum ait, [u]

Fortè per anguſtam tenuis vulpecula rimam
Repſerat in cumeram frumenti: paſtaque rurſus
Ire foras pleno tendebat corpore fruſtra:
Cui muſtela procul, ſi uis, ait, effugere iſthinc,
Macra cauum repetes arctū, quē macra ſubiſti.

Et alibi, [x]

Dum ex paruo nobis tātundē haurire relinquas,
Cur tua plus laudes cumeris granaria noſtris?

10 Idcirco de penu quotidiana debet peti hoc feu
dum, & debet petens cum domino adeſſe, nec
aliter poteſt petere, quam ſi in penu, ſeu in cu-
mera uel cauea ſit, unde ſolui poſſit: alioquin il
lis euacuatis non debetur promiſſum: dominū
que feudi dare debere intelligendum eſt omni
ære deducto, & ſubducto ne egeat. [y] Refert He
rodotus, [z] apud Ægyptios circa regem, militū
ſuorum, quos Calaſyries & Hermotybios di-
cunt, mille annuo ſatellitum fungi munere,
quibus præter prædia, quæ cum cæteris habent
immunia, dātur ucitiſo panis toſti pondo quę
minæ: carnis bubulæ, binę: uini, ſextarij quater
ni, quę certè ſpeciē ſoldatæ præ ſe ferunt. Nar-
rat Arrianus [a] apud Perſas & Paſargadas fuiſſe
Cyri Cambiſæ filij ſepulchrum, & in ipſo ad ſe
pulchrum aſcenſu exiguam quandam ædicu-
lam magis extructam, qui ſepulchrum cuſto-
dirent, iam inde à Cambyſe filio Cyri, cuſtodię
munere à patre in filios trāſmiſſo, atque in ſin-
gulos dies ouem datam, uinique & farinæ cer-
11 tum modum. De feudo gardiæ & gaſtaldiæ,
ſentio etiam paulò aliter, quàm hactenus in-
terpretes: dicunt enim caſtaldionem eſſe acto-
rem domini. [b] Aluarotus explicat eſſe eum,
cui res domini committitur gubernanda. [c]
12 Opinor autem ego feudum gardiæ & gaſtal-
diæ, eſſe conceſſionem ob cuſtodiam, ſeu defen
ſionem oppidi, ſeu caſtri: unde & hodie apud
nos ſūt gardiani & caſtellani quos *Chaſtellains*
in Gallia dicimus: & feuda ſeu loca, unde anno
nas percipiunt & quæ tutantur, *Chaſtellenies*
13 *& gardes* nominantur. Caſtrum nemo ambi-
git locum eſſe muris munitum indeque caſtel-
lum diminutiuum, paruum caſtrum, oppi-
dum paruū uicū muris circūdatum Gręcis *χωρίον, κώμη*, nempe *ἡ κοιμητήρια καὶ ἀνάπαυσις ζώων καὶ ἀνθρώπων ἀπὸ τῶν ἀγρῶν*, ut ait etymol. id eſt,
quies animalium & hominum ab agrorum o-
pere, Et ubi interpres ſacrorum euangeliorum
uertit, *ite in caſtellū quod contra nos eſt*, [d] legitur
Græcè *πορεύθητε εἰς τὴν κώμην, τὴν ἀπέναντι ὑμῶν*.
Sic ubi autē uertit, *circumibat ciuitates & omnia caſtella*. [e] Et alibi. [f] Vnde & caſtellani erant &
oppidani,

a c. 1. de feud. non hab. prop. nat. feud. lib. 2 tit. 43.
b Bal. in c. in ter dilectos, ex tra de fide inſt.
c Io. An. in addit. ad Spec. in tit. de praeſcrip. in rub. Marun. Laud. in c. 1. q. feu. da poſſ. Al uarot. in 2. dictis. feudo. in prælud.
d Bald. in prælud. feudo.
e de his latè diſputat Rebuff. & colligit regias hac de re conſtitutiones, to. 1. ordi. regalium. rub. des amortiſſements, francz fiefs & nouueaux acqueſts.
f Bal. in auth. niſi rogati, ad Senatuſc. Treb. C. in ult. col. & in prælud. feu.
g § 2 de alien. feud. li. 2 Feud. tit. 9.

h diſputat Aegi. Magi. in dec. c. ſtudes amortiſſem. c. 7 & 8.
i Bal. in d. auth. in ult. col.
k c. 1 §. donare, qual. olim feu. pot. alien.
l Bald. in l. 1 9. col. ſi a non cō pet. iudi. fuer. appell.
m Bal. in prælud. feud. 2 diuiſio.
n Curt. iunior not. feu. 1. par. c. 5. nu 5.
o ut in c. 1 qb mod. feu. cōſt. per lib 2 Feud. tit. 25 & c. 1. de feud. gar.
p §. ſed & cui, de uſu & hab. apud Iuſtin. & tot. tit. in 7 inſtè nos ſup. lib. 4. c. 2.
q in fine dominaicæ poteſtatis, tito de iur. patro. clientela lib. 14. c. 19. nu. 17.
r Bal. in prælu. feud.

s titu. de feud. gard. & caſtal. li. 2 Feudo. ti. 2.
t Daniel. c. 1.
u Horat. lib. 1. Epiſto. epiſt. 7. ad Mæcenat.
x Horat ſerm. li. 1. Saty. 1.
y hæc omnia in § 1 de non feud. li. 2. Feu. tit. 13.
z Herod. in 2.
a Arria. libr. 6. de Alexan. expedit. circa finem.
b ex gloſ. in l ſi in uerbo, ſeu, quod cum eo qui in alie. potest. lib. 4 C. tit. 27 glo in §. item, de feud. gardiæ.
c Aluarot. in § item illud, de feud. gard.
d D. Matt. 21.
e D. Marc c. 9.
f D. Matth. 14. Luc. 8. 9. 10 17. 19. 24.

a Liuius, lib. 4. de bello Macedon.

oppidani, ut apud Liuium,[a] *decem millia popularium cum caſtellanis agreſtibus, in armis babuit.*
Erit & qui præeſt caſtello, ut ibi quoque inhabitans caſtellanus φρούραρχος. Et caſtellania,
quã uocant feudorum inter caſtaldiam, & gardiam. Et ſunt adhuc in Gallia iſtius feudi ueſtigia in his feudis quæ uocari diximus, *chaſtellenies, & capitaneries.* Nec nos remoratur, quòd
in feudo gardiæ, & caſtaldiæ reuocatio annuatim fieri poterat.[b] Nam & hoc fuiſſe etiam antiquitus in Gallia obſeruatum, non poteſt negari. Sicut & hodie caſtrorum, & oppidorum
committuntur defenſiones ducibus, qui inde & amouentur. Et apud Italos id mirum non
eſt, quibus erant quædam adminiſtrationes rei
14 publicæ annuæ tantùm, ut conſulatus Romę.[c]
Poſſumus & colligere feudum hoc conſecutos
milites fuiſſe: item & caſtellanos eſſe qui in limitibus caſtra habebant imperij ad propellendos hoſtes uicinos, quibus tantùm dabantur
feudi limitanei, nec alijs qui milites ibi non eſſent.[d] Indicat Lampridius,[e] dum ait, Alexandrum Cæſarem, quæ de militibus capta eſſent,
limitaneis ducibus & militibus donaſſe, ita ut
eorum eſſent, ſi hæredes illorum militarẽt: nec
unquam ad priuatos pertinerent: dicens attentiùs illos militaturos, ſi etiam ſua rura defenderent. Paulus Diaconus[f] ſcribit, iuſſu Grimoaldi Lõgobardorum regis, in Italia certas poſſeſſiones datas eſſe Alzeconi duci Bulgarorum,
ita tamen, ut non dux, ſed caſtaldus nuncupa-
15 retur, non proprij feudi iure concedens. In Gallia caſtellaniæ & gardiæ, in proprium feudum
ut plerumque hodie tranſeunt. Et caſtellanorum magna eſt authoritas, ut ex conſuetudinibus generalibus Galliæ colligere poſſumus.
Habent namque imperium, quod uocant altã
iuriſdictionem, ſigillum, uectigalia, notionem
delictorum in uia publica commiſſorum, men-
16 ſurarum, & id genus ſimilium.[g] Extat edictum
regis Galliæ, 17. mẽſis Auguſti, anni 1579. publicatum in Amorico ſenatu 23. Septemb. eiuſdem anni: per quod iuxta placitum ſecretioris
ſeu priuati regij conſilij, 10. Martij, anni 1578.
cautum ne feudum ſeu territorum in caſtellaniæ titulũ erigatur, quin prius habeat ab omni
antiquitate, altam mediam & infimam in ſubditos ſuos iuriſdictionem, & ius nundinarum,
præpoſituræ, *preuoſtè*, uocat, pædagij, præeminentiæ, puto tutelæ, in omnes ſui territorij eccleſias. Qui gardiam, ſeu *la capitanerie*, habent,
iure gardiæ accipiunt alicubi ius excubiarum,
quod uocãt, *droict de guet.* Exiſtimo enim olim
milites limitaneos excubias egiſſe pro rebus
proprijs cum præfecto caſtri, uel ad iouandum
ipsũ præfectum, certas annonas, uel pecunias
contribuiſſe, & bellis pacatis, uel ultrò limitibus regni propagatis, dominos illos caſtellanos iura eadem poſtulaſſe, uel de his cum caſtellanis compoſuiſſe, ut inter caſtellaniæ prouentus cenſeri hoc ius excubiarum poſſit, &
feudum gardiæ, gardiam enim vulgus cuſtodiam dicit. Atque hoc ius quocunque tempore
exigitur, ut pars fundi,[h] & ex conuentionis lege.[i] Et earum excubiarum nomine accipiunt
aliquãdo gardiam, pro annona gallinas, triticum, auenam, aliave ſimilia, uel pro numero
eorum qui ignem fouent, uel ratione rerum, uidelicet quòd habeant interdum annonam impoſitam rebus, & tũc realis hæc præſtatio eadẽ
perpetuò, quæ nec augetur ex numero incolarum caſtellanorum. Quando autem impoſitũ
ius, & exactum ratione perſonæ fouentis ignẽ,
tunc ſi ex una domo plures fiant, totidem etiã
creſcunt præſtationes.[k] Videlicet quando ius
eſt dominis excubiarum ex traditione rerum,
uel conſuetudine, uel pacto: alioquin enim dominus quilibet, ſi aliquo horum modorũ hoc
ius non habet, tenetur proprium propugnaculum ſeu caſtrum proprium, & ſibi ſubditos ſuis
expenſis defendere, cùm cenſum ab illis accipiat: nec poteſt cogere eos ad excubias perſonales, uel ad contributionem cuſtodiæ, ut latè diſputatur à Nicolao Boerio,[l] Chaſſaneo,[m] Gui-
17 do Papæo,[n] & alijs per illos citatis. Nam alioquin odioſa iura hæc ſunt excubiarum tẽpore
pacis, maximè cùm ceſſet cauſa, & ideò debeat
18 tolli effectus.[o] Et aliquando Ludoui. 11. menſe Aprili 1479. Et Ludou. 12. anno 1504. ſtatuerunt, ne dominus poſſet in defectum excubiarum perſonalium tempore belli etiam exigere
plus quàm quinque denarios turonenſes in caſtellis & oppidis uicinis hoſtibus: in alijs lon-
19 gè diſtãtibus, tres denarios. Neq; ad excubias
etiam teneri eos qui non ſoluunt niſi quinque
ſolidos uel minus taliæ: nec uiduas quæ nõ habent filios 18. annis maiores ſecum habitãtes,
non orphanos minores 18. annis. Alio quoque tempore pacis nec exigi hoc ius, nec compelli poſſe ad excubias. Vt etiam ſenatuſconſulto Pariſienſis ſenatus dictũ 21. April. 1528.[p]
Papus citat prædictas conſtitutiones regias in
rhapſodia areſtorum,[q] ſed malè pro 5. denarijs, quinque adiecit ſolidos, quod moneo ut
pragmatici caueant. Sic etiam Guillelmus Bened. quem ipſe in teſtimonium adducit, de 5.
20 denarijs, non de 5. ſolidis loquitur.[r] Sunt autẽ
annonæ, quæ receptæ ſunt ratione excubiarũ
ex pacto uel conuentione in feudo, ueluti reales coniunctæ caſtellaniæ uel gardię, & ideò
tunc non poſſunt ſeparari à caſtro, nec uendi,
neque remitti alteri ſine eo, ut placito Burdegalenſis curiæ dictum refert Rebuffus[s] 11. Mart.
1534. contra uicecomitem Chaſtillonij.

b § 1 de feud. guar. li. 1 Feud. tit. 3.

c l Publius, l. 58 de condi & dem. lib. 14 P. tam. t l. pridie, l. 5 de ferijs, li. 2 P. tit. 12. § iubemus nullã, de colla. in auchent. l nemine, de fiſca prior lib. 10 C. d l 5 de fund. limitro lib. 11 C. l. uni de off. præf. Afric.

e Lamprid. in Alexand.

f Paul. Diacon. de geſt. Longo bard.

g in conſuetu. Turonen. rubr. des droictz du Seigneur Chaſtell. per totũ, & in conſti. Andium, eod tit. artic. 41. 44 45. 45 60 64. Cenomanenſium co. nt. 311 50 & ſeq. Rochel 34. de iuriſdictio. tit. 1

h arg. l fructus, de rei uendi. P.

i Luc de Pen. in l. cũ ſeruus, col. 2. de agric. & cenſi lib. 11. C. facit l quemadmodũ. ꝑ. eo. tit.

k Et ita eſt obſeruãda diſtinctio realis & perſonalis oneris, quod ad multiplicationẽ pertinet, ſecundũ Iacu. de Sancto Georgio, tract. de homagijs, arg. l. cũ ratio. §. ſi plures, de bonis damnat. c. 5. de capitu. Q cur. nondũ in uſib. feud. uide Papum in rapſod. arr. lib. 13 tit. 5.

l Boer. deciſ. 212.

m Chaſſan. in conſuet. Burg. tit. de Feud. ou. 25

n Guid. Pap. deciſ. 551. nu. 5. uide Ball. conſil. 249. uol. 5.

o c. cũ ceſſante, de appell. in 6. l. 2 §. pen. de donat P.

p Citat Rebuff. in tom. 1 ordinat regul. rub. des guetz. q lib. 13 tit. 5. art. 1. ubi uide areſta alia de debitis excubiarum.

r Guillel. Bened. in repet. c. Raynutius in uerbo & uxorem nomine, nu. 287. in ſ. deciſ.

s Rebuff. ubi ſupra.

De feudo nobili & non nobili.
Cap. IIII.

1 *Feudi alia diuiſio, in nobile & ignobile.*
2 *Feudum nobile quid, & non nobile ſeu burgenſe.*
Plebeius quando feudo nobilitatur, &c.
3 *Omnes ab uno parente orti.*
4 *Nobiliores equites dici à cenſu Romæ cœperunt.*
5 *Nobilitas in maioribus uirtus, transfuſis titulis in degeneres uitium.*
6 *Vilis conditionis homines, qui in ſummum nobilitatis gradum peruenerunt.*
Arſaces, Agathocles, Gyges, Telephanes, Mandro, Viriatus, & alij.
7 *Plebei cur nobilitari poſſint, & feuda nobilia accipere.*
8 *In Gallia pagani, qui dicuntur* Roturiers, *tenendi feuda capaces.*
9 *Chaſſanei error, ignobiles non poſſe ſine diſpenſatione tenere nobilia feuda, notatus.*

1 ALia diuiſio feudi eſt ſiue proprij
ſiue improprij in nobile & non
nobile: id eſt, aliud eſt à nobilibus poſſeſſum, aliud ab ignobilibus: alioquin omnia feuda ad militiæ ſub-
2 uentionem expeditiorem inuenta ſunt.[t] Baldus[u] uocat feudum nobile, quod poſſeſſorem ſuum nobilitat: non nobile, burgenſe.
Conſuetudines feudorum nouum feudum da-

t §. 6. de Allodijs, § 1 de prohib. aliena per Lothar. lib. 2 Feud. tit 52

u Bald in prælud Feudo.

tum

tum plebeijs dicunt non nobilitare, antiquum contrà [a]. Et iure ruſticus, vel, vt eum iuriſconſ. loquar, paganus emens prædium nobile, nõ fit nobilis [b]: accedunt enim res hominibus, & non homines rebus [c]. Exceptis feodis maioribus quæ ſunt dignitatis, & regia, qualis ducatus, comitatus, marchiſatus, baronia, quæ nobilitant paganum [d]. Sunt enim dignitates aliquæ, quæ nobilitant homines, qui eas adipiſcuntur ſi digni habiti fuerint qui eas iure in mancipio ha-
3 bere poſſint. Quis enim neſcit nos ab vno & eodem patre primo natos? Et, vt ait Pindarus [e].

ἓν ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γένος, ἐκ
μιᾶς δὲ πνέομεν
ματρὸς ἀμφότεροι.
διείργει δὲ πᾶσα κεκριμένα
δύναμις ὡς τὸ μὲν οὐδέν, id eſt,
Vnum hominem & deorum genus, ex
Vna autem ſpiramus
Matre vtique.
Diſtinguit omnia ſeparata
Virtus, hoc enim genus hominum, nihil.

a S. cæteri, quis dica. dux. mar. lib. 2. Feudo. titul. 10.
b Luc. de Pen. in l. cum neq;, in fi. per illum textũ. C. de incol. lib. 10. titu. 39. l. 2. de præd. & alijs reb. ministr. lib. 10. C. titu 2.
c l. iuſtiſſimè, de ædili. edict. in P.
d Luc. de Pen. in l. mulieres, col. 2. in verſic. 4 cũ comitatura, de dignita. lib. 12. C. Andr. de Iſern. in S. 1. de capita. qui curiam vẽdid.
e Pindar. Nemeo. ode 6. ſtrophe 1.

Patrem enim habemus primum Adamum, & matrem Euam [f]. Et poſt ſubmerſionem vniuerſi orbis, vnum Noachum, & vxorem eius, & liberos eius & vxores eorum [g]: octo tantum animæ votus domus: Noachus & vxor eius Tytea, filij horum Sanus, Iapetus, & Chemus, & vxores eorum: ſecundum Beroſum [h], Pandora, Noela, & Noegla: aitque [i] eum Noachum omnium deorum maiorum & minorum fuiſſe patrem, & humanæ gentis authorem, & chaos, ſemen mundi: Tyteam verò dictam Aretiam, id eſt, terram (vocant enim Hebræi terram [illegible] arciz), in quam Chaos ſemen poſuit, & ex qua tanquã ex terra cuncti prodierunt, dictũmq; ideò Noachum Chaos, vletam ſemen mundi, patrem principum, &c. Hinc & diuites omnes & plebeij, & patricij, quos diſcreuit voluntas aliquando vnius Romuli imperantis Romæ [k]: Athenis autem ſententia Theſei [l]: & alibi, aliorum opinio. Et poſteà, cenſus. Cùm & equites à cenſu
4 nobiliores cœperunt dici [m]. Acceſſit & illis ſucceſſionis ſeu generationis ex iſtis vana obſeruatio in degenerantibus à patribus filijs alienis gaudentibus, non proprijs titulis.

f Geneſ. 1.
g Gen 7. 8. 9.
h Beroſ. lib. 1. de tempo. ante diluuium, Ioſeph. 1. de antiquitat. Iuda. & contra Apionẽ.
i Idem Beroſ. lib 5.
k Diony. Hali. lib. 2. de antiq. Rom.
l Plutarch. in Theſeo.
m Plin. lib. 33. c. 1. & 2.

Nam genus & proauos, & q̃ non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra puto [n].

n Ouid. lib. 13. Metamor.

5 Et nobilitas quidem maiorum in illis virtus fuit, at in degeneribus, vitij iudex & condemnatio poſteriorum. Neque enim infunditur virtus poſteris generatione, vt corpus: acquiſititia quippe eſt, non natiua.

Fortes [o] *creantur fortibus: & bonis*
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam:
Doctrina ſed vim promouet inſitam,
Rectique cultus pectora roborant,
Vtcunque defecere mores,
Dedecorant bene nata culpæ.

o Horat. lib 4. Carmi. ode 4.

Fuerunt eadem opinione hominum, qui primum titulum nobilitatis adepti ſunt, & aliquando noui homines, & ex plebeis ſæpe viri nobiliſsimi prodierunt, qui & alios nobiles genere ſubegerunt & plebeios reddiderunt. Et qui ex turpibus & obſcuris parentibus nati ſunt, ſæpius patres fuerunt ſplendidiores, quàm filij, procerum: hoc enim habet viciſſitudo humanæ felicitatis, vt ex alto decidat, & ex imis in alta conſcendat. Nec milites, ex quibus nati ſeſe profitentur nobiles, meliores extiterunt vel fortiores, quàm fuerint ruſtici agricolæ, bubulci, & paſtores: nam ſæpe tales patres
6 fuerunt. Veluti Arſaces obſcuræ conditionis homo, collecta Scytharum exulum manu Parthos ſubegit, Sytiæ regem Seleuchum, & Hircanos in ſeruitutem redegit. Agathocles ex figulina patris officina ad regnum Siciliæ peruenit. Gyges, ex paſtore rex: Telephanes, ex auriga Lydorum rex: Mandro, ex nauiculario Imperator: Viriatus ex paſtore, venator, ex venatore latro, ex latrone Luſitaniæ rex: Tullus Hoſtilius ex paſtore Romanorum rex: & alius rex Tullus Hoſtilius ex verna & ancillula natus: Valentinianus habuit patrem funes torquentem: Iuſtinus ante Iuſtinianum Imperator, ſuarius, & armentorum paſtor: Galerius paſtor armentorum, & hic Imperator Roman. Tamburlanus Scytharum imperator ex porcario & gladiatore; Pimiſlaus, Boemorum rex ex bubulco. Agarenorum Mahometus ex agaſone. Franciſc. Sfortia dux Mediolani natus ex
7 lixa & calone exercitus. Quales tibi numero diſpice, quales dignitates adepti ſint conſidera. Non enim alios, qui priſco more ex pecoribus ad regnum & militiam vocabantur, refero, non Alexandrum Ilionis regem, non Saulem, non Dauidem, non ſimiles ferè infinitos. Sufficient iſti ad perſuadendum nobilitari poſſe propria virtute homines, eosque & dignitates maiores feudaque nobilia conſequi poſſe. Si enim dignitates ſint ſigna & præmia virtutum, cur in illis potius degenerem leonis catulum, damamque præferemus ſtrenuiſſimo & probo militi?

Si modo non cenſus, nec clarum nomen auorum,
Sed probitas magnos, ingeniumq; facit [p]:

Nam, vt ait Iouenalis [q].

Malo pater tibi ſit Therſites, dummodo tu ſis
Aeacidæ ſimilis, Vulcaniaq; arma capeſſas,
Quàm te Therſitæ ſimilem producat Achiles.

p Ouidius, de Ponto.
q Iuuenal. Satyr. 8.

Ex genere nobilis, tantùm præſumptione eſt nobilis [r]. Neque hic plura de nobilitate ve-
8 ra ſubiiciam, ſed relegabo poſtulãtes ad alios [s]. Quare in Gallia & homines plebeij, qui Gallis dicuntur, *roturiers*, & villani ſeu pagani, poſſunt ſine regia diſpenſatione feuda nobilia tenere & poſſidere, quamuis pro illis hominem ſeu homagium debeant, & ita deciſum in curia ſuprema Pariſiorum. Teſtatur & probat Aegidius Magiſter [t], qui & ex natura rerum deceptas adfert rationes, quòd feuda ſint præter ius commune, & ideò regantur conſuetudinibus: & res propria natura cenſeantur allodiales, & ab omnibus poſſint, iuſtè acquiri, &c. Improbatque pragmaticorum vſque ad ſua tempora vſurpatam falsò ſententiam, igno bilem ſine principis diſpenſatione non poſſe
9 habere feudum in Gallia. In quem errorem lapſus Caſſaneus [u], dum Burgundiæ ignobiles à feudis arceri ex conſuetudine notat, arbitraturque idipſum in tota Gallia ſeruari, quod Magiſter falſum docet.

r l. quod ſi nolit, S. qui aſſidua, cipua de ædilit. edict. P.
s De hac copioſè Tiraq. lib. de nobil. [illegible] l. ſocietas, l. e. P. ſoc. in P. Bar. in l. reſtitutus, de profeſſo & me di. li. 10. C. & l. 1. de incol. et d. lib. Idem Bar. in l. 1. de infamib. lib 12. C. & in l. Alexandrum, de decurio. eod. lib C. Panor. in c. de ſeculis, de preb. & in c. 1. de iu nat.
t Aegid. Mag. in deciſ. [illegible]
u Bart Chaſſa. in S 5. circa finem, verſic. [illegible] nemo põt tim. des ſucceſsions de baſtards.

De feudo eccleſiaſtico, & ſeculari, & alijs ſpeciebus. Cap. V.

1. *Feudi alia diuiſio, in eccleſiaſticum & ſeculare & de triplici ſpecie eccleſiaſtici.*
2. *Aliæ diuiſiones feudorum indicatæ.*
3. *Alia diuiſio feudi in Gallia, in prima & ſecunda fiefz, & arrierefiefz, & qualia.*
4. *Regula in Gallia, omnia feuda moueri, & procedere*

dere à regis manu, & ad regem ſæpe redire.
5 *Ius morticinij impetrari à rege debet, ab eccleſia feudum tenere volente, & quare.*
6 *Pro iure morticinij tertia pars feudi regi debetur vel alia conuenta: quinta autem pars domino patrono proximo pro indemnitate.*
7 *Perſonæ manus mortuæ quæ ſint.*

1 ALia feudorum diuiſio, vt quoddam eccleſiaſticum, aliud ſeculare ſit [a]. Eccleſiaſticum dicitur tripliciter, vel quod datur aut ſuſcipitur ab eccleſia proprio eccleſiæ nomine: quoddam, quod datur à clerico, non tanquã ab eccleſia [b]: quoddam, quod recognoſcitur ab eccleſia &
2 clerico [c]. Seculare eſt, quod eccleſiaſticum non eſt. Sed hæc hactenus de diuiſione ſufficiant, prætermiſſis aliorum diuiſionibus, quæ variæ & multiplices ſunt, quas ſi quis velit excutere, conſulat Iacob. de bello viſu, qui in præludijs feudorum adfert 8. Bald. qui 12. in præl. feud. & ibidem Aluarot. qui adſert 22. Ioã. Raynald. in c. imperialem, de prohib. alien. per Frede. qui ponit 8. Cardinalem & Inno. in cap. fi. de Feud. qui ponunt 12. Obiter tamen notãdum adhuc, feuda in Gallis, prima & ſecunda dici, vocant
3 *fiefz & arrierefiefz*. Prima ſunt feuda, quæ à rege immediatè conceſſa alicui ſunt: Secunda illa, quæ data ſunt à beneficiarijs regijs alijs, & ab alijs, iterum alijs minimis valuaſſoribus. Secundi enim nomen & ad tertios quartoſque
4 extenditur [d]. Generalis porrò hic obſeruanda eſt regula, omnia feuda iſtius regni Galliarum, moueri & procedere à rege, ratione integri & pleni feudi, aut ſecundi feudi: & inde quædam commoda ad regem venire, ſecundùm locorum diffinitas conſuetudines. Interdum & feuda ipſa ad regem redire, & fructuum perceptionem, deſtitutis illis homine, vel alio modo. Et quemadmodum à mari aqua omnis oritur, & in mare redit [e]: ſic feuda à principe, & ad prin-
5 cipem tandem redeunt [f]. Quò fit, ne homines, dicti manus mortuæ, feuda tenere poſſint in Gallia, niſi gratia principis ſolius, à quo ius morticinij impetrare debent, id eſt, diſpenſationem, vt poſſint habere. Hoc namque regiæ eſt poteſtatis tantùm concedere, non cuiuſquam alterius, quamuis is ſit patritius ſeu par Franciæ, vel regulus, vel patronus mediatus feudi. Et ita deciſum eſſe tradit Ægidius magiſter [g], quia & ſolum principem Conſtantinum Magnum eccleſiæ permiſiſſe legitur [h], habere & poſſidere temporalia, cùm antè præter decimas, oblationes, primitias, & vota non caperet ex lege Moſis [i]. Et quia compendia feudorum ratione militiæ ad principis ſeruitium referantur, vnde ius illius ſine eius authoritate minui
6 non poteſt [k]. Iſque ideò ius morticinij ſolus dat, & ſolus in remunerationem capit tertiam partem ualoris feudi, uel aliam, prout cum rege conuenit, in locum eius iuris quod ei decedit [l]. Quod ſi non obtineatur morticinium, iubet rex ſolus poſſeſſores manus mortuæ, rem à mancipio eximere: dominus tamen patronus proximior, à quo immediatè feudum mouetur, iubere non poteſt: ſed ſufficit illis, ſi homo uiuens moriens, & confiſcans detur à perſonis manuum mortuarum, & ſi tota ei debita ſoluantur [m], uel indemnitas præſtetur, pro qua accipit ex quæſitis quintam partem rei in perpetuum, uel fructuum omnium per quinquennium ex conſtitutione Turonum [n]: Andium verò, trium annorum [o].

a §. 1 de vſu feud. date per Aluaro. in præl. feud. in 3. diuiſ.
b ca. 1 de elect. qui inueſtit fecit. c. 1 quibus mod. feu. con. ſti. c. 1.
c § fi de cap. Conrad.
d glo in rubri. de ſecund. nupti. C.
e [illegible] Aegidius [illegible] des amo: [illegible] Francic. c. 1.
g Aegid. Mag. vbi ſup. a.
h c. videntes, & c futurã. 12. q. 1. & 1. C de ſacroſ. eccl.
i Deuter c 10. cum ſim.
k l de tranquo que, de ei. iudi. in F.
l hæc diſputati per plures ratione & conſ. in [illegible] ſupr. Aegid. Magiſt. eod tr. c. 1. 3.
m Aegid. in d. tract. c. 6.
n in conſuetu. Turonum, tit. des indemnité, art. 3.
o in conſuetu. Andium. ti. des [illegible] temporels, articul. 17 18.

Placuit tamen Regi 1277. quod quamuis archiepiſcopus Rhemenſis, & epiſcopi pares Franciæ non poſſint amortiſare (ſic loquitur conſtitutio) domanium ſuum, nec feuda quæ ab ipſis tenentur immediatè, poſſint tamen ſua retrofeuda amortiſare: Alij autem epiſcopi, qui non ſunt pares Franciæ non poſſint nec domanium ſuum, nec ſua retrofeuda [p]. Cui & ſubſcripſit placitum curiæ ſupremæ Pa-
7 riſiorum 1270. Inter perſonas, manus mortuæ ſunt, eccleſiæ, capitula, collegia, fratriæ, communitates: ita autem nominantur, quòd nunquam mori dicuntur: quia ſemper idem ſit capitulum, eadem eccleſia, collegium, & ciuitas per ſubrogationem [q]. Et proinde bona quæ ſemel huiuſmodi contigerunt, nunquam manus mutant, nec dominium: quod tamen non accidit in particulari poſſeſſore alio, à cuius manu res exit multis modis, ut uenditione, donatione, teſtamento, morte [r], &c. Obſeruant tamen cõſuetudines locorum, quia hominibus manus mortuæ iubetur conſtitutionibus regijs intra annum & diem à ſe bona hæc abdicare, ut domini feudales poſſint coram iudice petere alienationem hanc, ſi nolint indemnitatem, & ſi ius morticinij non impetrarint: fieri tamen hanc intra annum & diẽ de rebus ſolùm quæſitis intra quadraginta annos: at in antè quæſitis & per 40. annos poſſeſſis, non eſſe illis hoc ius [s].

p Refert illam conſtit. Aegid. in d. tract. c. 2.
q arg. l. proponebatur, de iudic. in F.
r Conſtit. Carol. 6 & Franc. 1. ann. 1520.
ſ conſuet. Andium art. 37. & 38. Maine titu. des bas iuſtices art. 41 & 42. Turene tit. des indemnité, arti. 1 & 2. Orleans titul des fiefz art 90 & 100 Sens de moulue. Iuſtice art. 5 & deſiefz. 174. cum ſimilib.

De rebus in feudorum cauſa conſiderandis. Cap. VI.

1 *Res feudales conſiderandæ generaliter, & ſecundum feudi naturam.*
2 *Stipendiaria prædia quæ, & tributaria.*
3 *Prædia militibus & veteranis aſſignata.*
4 *Impendia in militiam vnde per varia tempora ſumpta, & apud nationes varias.*
5.6 *Fundi clientelares militibus, quando & quare dati, in Gallia, & Romæ, & alibi: Ratioque principalis vt eſſet exercitus ordinarius & paratus.*
7 *In Gallia quomodo vaſſalli armati, debeant certis temporibus operam bello.*
8 Ban & arriereban *vnde, & quid in Gallia.*
9 *Res quæ in feudum dantur, debent eſſe dantis.*
10 *Feudum habens minoribus valuaſſinis dare in feudum poteſt partiarius.*
11 *Communis res in feudum pro parte diuiſa datur.*
12 *Dominus quando poteſt feudum, quod ſucceſſorem non habet, viuente vaſſallo alij dare.*
13 *Dominus ius feudi quod habet inuito vaſſallo poteſt dare maiori vel æquali, non inferiori.*
14 *Quando res eccleſiaſtica in feudum dari poſſit, & res minoris.*
15 *Res quæ in feudum datur, debet eſſe immobilis, aut quæ pro immobili habetur.*
16 *Rex quas poſſit res regni ſui infeudare.*
17 *Res domanij regni Galliæ, inalienabiles nu. 19.*
18 *Vaſconia & aliæ ciuitates datæ à rege Galliæ Angliæ in fœdere, reſeruato iure ſummo.*
20 *Prohibita & domanij alienatio regibus Hiſpaniarum, & regibus Hungariæ.*
21 *Domanij eſſe quæ dicantur.*
Vnita diademati per Ioannem regem Gall. 1361. menſe Nouembri, ducatus Normaniæ, Campaniæ comitatus, et Tholoſanus, & 12. Calend. Ianuar. 1401. Aquitania à Carolo 6. Pictones à Carolo 7. 1436.

22 Regni

22 *Regni diuiſio Galliarum inter filios Cledonei, & rurſum inter filios Clotarij bella ſæuiſſima peperit.*

23 *Filijs regijs poſt primogenitum data quædam iure appanagij, & quid appanagium.*

24 *Limitata ſumma pariagij liberorum regis Galliæ à Carolo 5. ad duodecim millia aureorum annui prouentus, cum honorario comitatus titulo, & octingentis millibus ſemel numerandis: filiarum autem ultra dotem, limitatum pariagium ad ſexaginta millia libellorum, Et pro his fiduciario iure data res regni in pariagium.*

25 *Res domanij, interdum uiris eximijs à rege in feudum rectè datæ.*

26 *Ex duabus cauſis domanium infeudatur, pariagij, & neceſſitatis belli.*

27 *Feuda indiuiſibilia, regnum, ducatus, marchionatus, & ſimilia.*

1 Res quæ in feudum dantur conſiderandæ ſunt, & naturæ earum primum generaliter, dehinc ſecundũ
cuiuſque feudi naturam. Putant a-
2 liqui[a] ſtipendiaria prædia dicta fuiſſe apud Iuſtinianũ,[b] quòd militibus eſſent aſsignata pro
ſtipendijs: cum tamẽ longe aliter Theophilus[c]
interpretetur his uerbis: *Quidam apud ueteres Romanus imperator* (hic fuit Auguſtus Cæſar.[d]) cũ
*toto orbe ſubacto uirtus eius in magna admiratione eſſet, prouincias omnes diuiſit, & quaſdam ſibi
retinuit. alias populo reliquit. Quas populus acceperat, eæ ſtipendiariæ dictæ ſunt, quòd ſtipes, ſpa
ros, ſiue collationem ſignificet, & particulatim argenti, aliarumque rerum factam collationem. Et inde factum eſt, ut prouinciæ ſtipendiariæ dicerentur,
& deinde conſequenter, domus & prædia ſtipendiaria. Imperatoris uero prouinciæ dictæ ſunt tributaria. Quoniam tributum eſt graue illud uectigal, quod
princeps prouincialibus ſuis indicebat, eo nomine, quia magnos alendis exercitibus ſumptus faceret.
Qui autem ex largitione populi uel principis, ſtipendiaria uel tributaria habebant, prædia Domini illorum non erant: uerum dominium, aut apud
populum erat, aut apud principem, ſed uſumfructum eorum habebant, & pleniſſimam detentionem, ita ut & transferre poſſent, & ad hæredes
transmittere.* Vlpian. quoque,[e] *ſtipendium à ſtipe appellatum eſt, quòd per ſtipes, id eſt, modica æra colligatur. Idem hoc etiam appellari tributum Pomponius ait, ſane appellatur à contributione tributum, uel ex eo quòd militibus tribuatur.*
Quibus uerbis ſignificatur, non prædia militibus datã, ſed ex prædijs ſtipem collectam in mi
3 litum uſum datam, & tributa, potiſsimum. Veruntamen non ibo inficias agros militibus fuiſ
ſe aſsignatos aliquando ab imperatoribus, etiam inuitis poſſeſſoribus,[f] & in præmia uetera
4 nis iuſſo principum.[g] Sed id non ſemper obtinuit, ſed uariauit mos impenſarum in milites.
Et primum quidem, ut ait Diony. Halicar. Romani uſque ad tempora Tulli regis, ſuis ſumptibus militabant: poſtea decretum à ſenatu ab
Vrbe condita anno 348. quo tempore Anxur oppidum, nunc Terracinæ dictũ, à Romanis captum eſt, ut ſtipendium militi de publico daretur, cum ante id tempus de ſuo quiſque functus
eo munere eſſet, ut ait Liui⁹.[h] Et Græcos habuiſſe ſtipẽdiarios milites, & binas drachmas in dies accepiſſe pedeſtres, & claſſiarios teſtatur Thucidides.[i] Erãt & in Gallia arcuarij uocati, *archers*,
ſtipendiarij ex edicto Caroli 7. regis, accipientes quaternas libras Turonenſes in ſingulos menſes. Satiſque nunc ſciũt, & ualde ægre ferunt,
aliqui, pro ærario militari, ut olim apud Romanos indictiones, & taleas imponi, & taliones, &
5 ſuperexactiones, uocant, *la ſolde*, Vltra hęc in remunerationem ſtrennorum actuum à militibus peractorum, utque illis promptior animus
& commodior res ad bellum iterum ſubeundũ, in Gallia quoque fundi clientelares in fidem & operam militarem dati ſunt. Quamobrem etiã
nunc certis temporis ſpatijs tenentur ſuis ſumptibus bello iuſſu principis adeſſe loricati, uel caligati, uel alio modo armati, prout in fide iurarunt. Vocamus conuocationes in Gallia, *ban & arriereban*, de quibus extant regię conſtitutiones. Sic captis Veijs, agros Veientanos S. P. Q.
Rom. diuiſit.[k] Et poſt bello Campano fœliciter peracto, militi bina in Latio iugera, terna in
6 Phalerno aſſignauit.[l] At fuerunt iſta prædia militaria ratione feudorũ, uel fidei, non ſemper
perpetua, non ad nutum Domini, uel omni tẽpore, & continuo præſtanda, ſed ex lege feudi, &
certo tempore:[m] Nã & Tacitus refert Batauos Romanis uiros tantum, armaque ſuo tempore
miniſtraſſe. Sic Boleſlaus rex Polonorum diſtribuit equitibus Polonis Sattapias, quas ipſi uocant palatinatus & diſtrictus, in quibus Palatinus qui præeſt, certum numerum armatorum
militum, in expeditionem indictam educere tenetur, idque conſtitutum circa annum Domini
1020.[n] Hippodamus quoq; qui primus de optimo ſtatu reip. & ciuitatis tractauit, diuiſit regionem in tres partes, ſacram, publicam, priuatã:
ut ex ſacra, cultus Deo fieret, ex publica, belli propulſatores alerentur, priuata autem, agrico-
7 larum eſſet.[o] In Gallia quoque feuda nobilibus data militiæ cauſa dubitandũ nõ eſt, ut eſſet militaris exercitus, equeſtris & pedeſtris ordinarius ſeu paratus. Et id onera ipſa feudorũ indicant, quæ ſunt militaria, & cum bannum & retrobannum cogitur, paratam habere debent
opem ſecundum modum præſcriptum annorum in feudi traditione.[p] Et ſi traditio non exprimat, ſecundum prouentum, ut qui feudum
uel retrofeudum habet prouentus annui 600. librarum, aut quingentarum, exhibeat equitem loricatum grauis armaturæ: ſi 300. aut quadringentarum, equitem leuis armaturæ uel peditem cum ſeruo ſclopetario: ſi 200. aut 300. librarum, peditem haſtatum, armatum, & galeatum: ſi minus habeat, contribuat cũ minori pro
8 rata parte.[q] *Ban* dicimus quaſi πᾶν, totum, extre
9 mum delectum & generalẽ militum. In rebus
dandis de nouo in feudum, regula illa ſeruãda, ut res cuius alienatio prohibetur, nec per beneficium dari poſſit.[r] Eius itaque eſſe debet qui beneficium dat, ne ſi beneficiũ rei alienæ faciat,
10 fur dicatur.[s] Qui etiam feudum habet, partem in feudum minoribus uaſſallinis dare poteſt,[t]
dummodo milites ſint, & idonei ſeruitio, & ci æquales.[u] Communis tamen res cum alio poteſt in feudum dari, uidelicet pro ea parte, quæ
cõmunis ſit, quæ communi diuidundo poteſt ſe
12 parari.[x] Poteſt & Dominus feudi, idem feudũ quod ſucceſſorem non habet, id eſt, ſi illud non
tranſeat ad hæredes uiuente uaſſallo, alteri dare, & eum inueſtire: ita tamen ut is non accipiat
feudum priuſquam uaſſallus, qui eum poſsidebat, mortuus ſit: uel donec feudum, ut dicũt, fuerit apertũ, id eſt, donec acciderit caſus, quo Dominus concedere poſsit.[y] Sic enim uiuentis uaſ
ſalli à Domino ſub conditione quando apertum fuerit, rectè non pure conceditur.[z] At
ſi feudum admittit ſucceſſores, illa conceſſio feudi non ualet, utpote de iure & re

alterius

a Guil. Bened. in c. Raynu. ad uerba, & uxorem nomine, deciſ. 3. nu. 3.
b u § per traditionẽ, de rer. diuiſ.
c Theophilus, in § eſt & aliud genus, de rer. diuiſ. li. 2. Inſtitu. tit. 1.
d Strabo, in ſ. Geogra.
e Vlpia. in l. ager. l. 27. § 1. de uerb. ſign.
f Vlp. in l. itẽ ſi uerberatum. l. 13. § ult. ſi fortè de eo uend. l. 6. P. tit. 1.
g Paulus, in l. Lucius, l. 11. de euict. libr. 21. P. tit. 1.
h Liuius, lib. 4. de cadu.
i Thucid. in 3.
k Liuius, in 2. & Plinius, de ui ris illuſt.
l Liuius, lib. 8
m Cornel Tacit. libr. 20. Annal.
n Mart. Chromerus in rebus Polonic.
o Ariſt. li. 2. Polit. c. 6.
p In conſtitut. Franci. 1. des fiefs, & arriere fiefz. 30. Ianua 1539.
q In conſtitut. Franci. 1. facta apud Alcſios, 19 Mar. 1540.
r § ſed etiã res, per quos fuit inueſt. l. 3 11 § 1. ſi pignore, § 1 de furt. P.
t § 1. quis dicat. Dux, Marcu ea ſimiliter, de lege Conrad. lib. 2. Feud. tit. 14.
x § item ſciendum eſt, de no ta. feu. in 2 lib. Feud. l. 1. & 2. com diuid. P.
y § 1. qui ſucceſſo [illegible] lib. 2 Feud. [illegible] ſe [illegible] clus. con tent [illegible] do.
[illegible] lib. 2 Feud. tit. 24.
z § 1. de alien. quam[illegible] feud. lib. 2 Feud. tit. 31.

alterius facta [a]. Quia nemo debet priuari poſſeſſione ſui beneficij ſine culpa: nec cum culpa, niſi per curiam [b]. In alijs ſpem certam futuræ actionis intercedente donatoris voluntate, poſſe transferri non immeritò placuit [c]: nempe quia in diem, vel ſub conditione futurum eſt id acci-
13 dere, & ita vendi & donari poteſt [d]. Sic dominus ius feudi quod habet inuito vaſſallo alienare poteſt, ſi modò aut maiori aut æquali domino vendat, ex conſuetudine Mediolani, quæ obtinet contra legem Conradi: inferiori non poteſt ſine conſenſu vaſſalli [e]. Et ſic intelligunt prohibitionem alienandi feudum inuito vaſſallo, do-
14 mino à Frederico factam [f]. Res eccleſiaſticæ communi iure in feudum nouum dari non poſſunt [g], quia inalienabiles ſunt [h]: vt ſuo loco Deo fauente docebimus [i]. Et Vrban. ſumm. Pont. hoc ſtatuit de feudo in Synodo [k]. Cuius conſtitutio ad feuda antiquiora & conſtituta non referebatur, prout conſtitutiones ferè omnes, ſi contrarium non caueatur, ad futura non ad præterita pertinent negotia. Et proinde licet prælatis infeudare, prout fuit conſuetudo, & ita concedere antiqua feuda, non noua conſtituere [l]. Et feudum antiquum reuerſum ad eccleſiam, poteſt iterum in feudum dari, non obſeruatis ſolemnitatibus, quæ in alienatione rerum eccleſiaſticarum exiguntur [m]. Quia hæc repetita infeudatio noua non eſt: ſed potius executio primæ [n], & à primordio tituli poſterior formatur euentus, vt res ſemel eccleſiæ emphyteotica ſemper talis dicatur [o], reſque ſemel alienabilis, poſteà quoque talis eſt [p]. Accedit quòd minorum & eccleſiæ æqua ſunt priuilegia ferè in diſtractiona rerum [q]. Cùm itaque minor antiquum feudum ſine ſolemnitate alienationis ſuorum bonorum poſſit iterum concedere, nouum conſtituere non poſſit [r], idipſum erit in eccleſia admittendum. Verumtamen hoc intelligendum eſt, quando res ad eccleſiam rediens non fuit melior, quàm cùm primùm in feudum data eſt: alioquin enim ſi multò melior redeat quàm data ſit, arbitror cum Panormitano, [s] ſolemnia diſtractionibus eccleſiaſticis requiſita adhibenda eſſe, vt ſciamus nom expediat eccleſiæ ita fieri. Potiſſimum ſi eccleſia tempore, quo ad eam res redit, exciderit facultatibus: Satius enim eſt eccleſiam rem illam tunc retinere, quàm alijs concedere, etſi infeudata anteà ſit [t]. Sed & ſi ea lege relicta eccleſiæ res ſit, ne infeu-
15 detur [u], legi obtemperandum erit. Res deinceps in feudum datæ debent eſſe immobiles, ſoli, vel ſolo cohærentes [x], aut ex earum genere quæ inter immobilia connumerantur [y]: veluti cùm de camera vel de cauea conſtituuntur feuda. Sunt enim annonæ ciuiles inter immo-
16 bilia computata [z]. Tradunt interpretes regem non poſſe infeudare bona regni ſui, quorum infeudatione fiat magna diminutio regalis iuriſdictionis [a]: contrà, ſi tam damnoſa non eſſet
17 eneruatio iuriſdictionis [b]. Sed neque res domanij, quæ addictæ ſunt diademati regio ſeu coronæ alienari poſſe placuit, & alienatas reuo-
18 cari [c]. Quare cùm in Britannico fœdere ſeu Anglico, vt loquimur nunc, 8. idus Maias anno 1360. cautum eſſet, vt Vaſconia, Pictones, aliæque vrbes Anglo cederent, ſummo optimoque iure rex Galliarum parere nunquam voluit, nec potuiſſet. Et quotieſcunque antè tradita eſt domanij & patrimonij portio Anglis, icto cum rege fœdere, rex Galliarum ſummum ius imperij, dominatumque in his retinuit, vt in fœderibus annorum 1195. 1200. 1269. 1297. 1303. 1325.
19 1338 [d]. Atque hoc receptum eſt, ne diuiſum regnum videatur, rebus, quæ regij iuris ſunt, diuiſis. Viderentur enim tot reges eſſe, quot partes. Hoc autem in repub. non expedit fieri, cùm regulorum multitudo & occaſio ſit bellorum inter eos, & cauſa certiſſima interitus vtriuſque, dum ita diuiſi, prædæ vicinis regibus patent: virtuſque vnita, maior ſeipſa diſperſa. Quemadmodum patuit facilè olim acceſſus in Gallias Iulio Cæſari, pluribus tunc per partes æquè im-
20 perantibus. Prohibuerunt & conuentus iuridici in Hiſpania quoque regi alienationem patrimonij regiæ coronę iniuncti, ſeu domanij, ſecundùm priſcam prohibitionem Alphonſi 9. regis [e]. Hoc ipſum prohibitum regibus Hungariæ [f]. Domanij dicuntur quæ incorporata ſeu vnita ſunt etiam dominio vltra primam & antiquam inſtitutionem expreſsè, vel quæ per quæſtores domanij per decennium tractata ſunt [g].
21 Vnivit ſeu addidit coronæ Ioan. rex Galliarum an. 1361. mēſe Nouembri, ducatū Normaniæ, Comitatū Campaniæ, & comitatū Tholoſanū. Sancita Aquitaniæ vnio in tabulis pariagij Aquitania per Carolum 6. ea lege Delphino data, ut eo regnum adepto, uel ſine liberis morien te, perpetuò diademati connecteretur 12. cal. Ian. ann. 1401. Pictones à Carolo 7. 1436. menſe
22 Sextili [h]. Olim aliquando experta Gallia eſt, diuiſionem eſſe ſibi funeſtam poſt mortem Clodouei, regno in quatuor partes ſciſſo inter filios eius Childebertum, Theodoricum, Clodomirum, & Clotarium. Et reuerſa ad Clotarium vniuerſa ditione, diuiſione rurſum facta inter filios eius Cheribertum, Chilpericum, Guntranum, & Sigibertum, vnde bella exitioſa nata ſunt [i].
23 Quare receptum tandem eſt in Gallia, vt conſuleretur rebus regni, filijs regis morientis dari primogenito quidem regnum ex integro & ex aſſe, cæteris autem darentur quædam, quæ iuribus ſuis æquipollerent, rebus dominij & diadematis integris manentibus. Itaque æſtimatione facta in poſterum, data eſt illis vel certa pecunia, vel vice pecuniæ, & pro reditibus percipiendis certę res fiduciario nomine poſſidendę: quę ideò dicuntur data iure apariagij, id eſt, vt ego interpretor, quòd tantumdem valerent, quantum pars ipſa regni, ſi illud diuidi & tradi poſſet: dicunt enim Galli *pair*, ac Latini par, & vocant *apparier*, æquare, paria facere. Sunt qui dicant hoc ius, *appanage*, & à panibus panagiū [k], quòd pro victu darentur portiones iſtæ liberis regum. Sed mea declinatio magis placet, aliorum tamen non impedio iudicium. Limitata
24 pariagij æſtimatio à Carolo 5. conſtitutione [l], vetitumque maſculo dari plus quam ducenta & quadraginta millia ſeſtertium, ſeu duodecim millia libellarum in annuum prouentum, cum honorario comitatus titulo, & octingentis millibus ſeſtertium, id eſt, quadraginta millibus libellarum ſemel numerandis. Filiæ item ne vltra dotalem ſummam, duodecies mille ſeſtertium ſeu ſexaginta millia libellarum darentur. Pro illa pecunia itaque regni res, ducatus, comitatuſque in pariagium dantur & ſub

a c. ſi quis, de feudo dato in vicem leg. commiſſ. lib. 1. Feudo tit. 27 cap. ſi quis fecerit, quo tempore miles inueſt. pet. deb. lib. 1. Feud. tit. 22.
b c. ſancimus, vn. tit quo tempo. mil. inueſt. pet. deb.
c l. ſpem. l. 3. C. de donat. li. 8 titu. 54. l. pactum, de pact. in ſi. ff.
d l nomina, & l multū, de hæred. vend. in ff. l nec emptio, de contrahen. empt. in ff.
e §. ex eadem lege, de l Conradi, lib. 2 Feu. tit. 34.
f §. præterea, de prohib. alien. f. od per Fred. li. 2 Fe. tit 55.
g §. 1 epiſc vel abba. vel domi non pleb. feu. dar. non poſſ. lib. 1. Feud. titu. 6.
h titul. de non alie. reb. eccle. in auth. & l iubemus, & authēticis ſequētibus, de ſacroſanct. eccleſ. C. tota 12. q. 2.
i in contract. empt. dum de reb. agimus.
k c 2. & fin. de confir.
l §. 1. de his, qui feu dar. poſſ li. 1. Feu. titu. primo.
m Iac de Curſe in tract. feu. in 2. part. c 1. & 2. & in 3 & 4. de tempore, & actibus requiſitis ad conſtit. infeudandi in docendam.
n Pau. de Eleazaro, in clem. 1. de reſcr.
o l. 1 de impo. lucra deſcript. lib 10. C.
p l. pater § quæ decim, de le. 3.
q glo. in l. 1 de ſen aduer. ſiſc. retract lib. 10. C. cap. 1 & 2. de reſtit. in integrum.
r §. 1. per quos fiat inueſt.
ſ Panor in c. vl ſuper, de rebus eccleſ. nō alie. facit cap a de feu app. Greg. in ver ſi videris expedire.
t Notat Iac. de bello viſu in c. 2 in princ. qui feud. dar. poſſ facit doctr. cap. 2 in verbo, ſi videris expedire, de feud.
u Iaco. Aluar. in c. 1 qui feud. dar. poſſ § tex. in § ſanctiſſimas, de aliena. & emphyte. in authen.
x §. ſi. de feu cogni. lib. 1. tit. 1. l. 2 § 1. vnde vi.
y dicto § fin.
z d § fin & § vult enim illa, de non alien. reb. eccl. coll 2. titul. in auth l priuilegia, de ſacroſ. eccleſ C. l. ſi. § præterea, de iure dot.
a Alu. ſtat. in c. 1 de ijs qui feu dar. poſſ. per cap. Ineclleſia, de iuredict. diſputat Fel. in c. ad audientiam, de præſcrip.
b c. abbate ſanè, de re iudic. in 6.
c Edictum de domanio ann. 1566 aliud ante Philip. 6. 1320. Et Ioan. 2. 1360 Caroli V. 1374. Caroli VI. 1401 Bal in l cum multa, de bon quæ liber in ca ſi generalit, ſi de feu. fue controu. in uſib feudo Hoſtien. in cap. dilecta, de maior. & obed. fuerunt & recentiorum regum in Gallia conſtitutiones, anno 1322. 1351. 1349 & in conuent. Aurelian. 1560.

d ex Chopino lib 2. de domā. regio c. 1.
e in leg Hiſpa. par. 3. tit. 5 & in comitijs Toletanis, 12. kalē. Octob. 1560. habitis.
f ea intellecto de rurem. apud Grego.
g extat edict. menſis Februa. 1566. Extat & de incorporatione expreſſa. l. 1. de incor. li. 9. C. Theodoſ. l. ſi quando, de bon vacan lib. 10. C. Iuſtinia.
h in 4 par. nonal. Aquita. c. 2.
i vide Paul. Aemil Gagainū, & alios annal. Galliæ.
k vt Chopi. li. br. 2. de doma. vbique potiſſimum c. 9.
l conſtitu. eius lata menſe Octob. 1374.

& ſub fiduciaria conceſſiune,ea lege ut ſi maſculi illis quibus dautur non ſint,redeunt res ad diademaris ius plenum. Suntque iſti beneficia rij principis in rebus dumanij hac lege conceſſis, ut etiam integra iura regia & dignitas remanerent. Sicut & horum exemplu illuſtriores familiæ ducatus,comitatus,'& barouiæ, & aliæ huiuſmodi, imo & aliorum nobilium, indiuiduum ex lege maiurum & pactiouibus ſeruant bonorum ius & dignitatem ut pluribus liberis uni ſuperſtitibus,ſenior iduneus titulũ & nomẽ dignitatis,& iura nanciſcatur:cæteri autem pariagiu coutenti ſint. Et ita amplitudo familiarum in ſuo ſplendore conſeruetur. Et numine pariagij res ea familia dantur alijs liberis,quæ & redeunt ad ſtirpem, mortuis qui pariagium
25 habuerunt. Licuit etiam regibus noſtris etiam ex domanio in feudum uiris eximijs, & qui ſerio ſe prò regni ſalute deuouiſſent, largiri, ut proſequitur Rhenatus Chopinus libro 2. de du
26 manio.c.15. ad quem te reijcio. Itaque extra has duas cauſas pariagij, & neceſſitatis belli nunquam licuit regi iure communi res diadematis alienare, ſeu in feudum dare, utpote di-
27 gnitate exiſtére indiuiſibili. Sicuti & marchlonatus,ducatus;& ſimilia feuda dignitatem habentia,indiuiſibilia dicuntur [a]: alia autem diuidi poſſunt, & ideo pro parte alijs infeudari.[b] Sed & in beneficiaria conceſſione relinquitur adhuc dominium regi,quod & in domanio regio perſeuerat[c]

a §. omnes, & de feudo fuer. controuer. & in §. præterea ducatus, de prohib. feud. alienat per Freder.
b Aluarotus, in prælud. feud. diuiſ. 9.
c Iſernias in §. præterea ducatus, de prohib. feud. alien. per Freder.

De perſonis à quibus conſtituuntur, & quibus dantur feuda, & de Imperatoribus, Regibus, Ducibus. Cap. VII.

1 *Domino cuique in feudum dare licet,niſi ſpecialiter prohibeatur.*
2 *Eccleſiaſtica perſona feudum dant antiquum,non nouum de rebus eccleſiæ:maiores ualuaſſores & minoribus dant feudum.*
3 *Feudum dat fœmina nouum,antiquum:minor antiquum & prodigus:clericus propria.*
4 *Per procuratorem datur & acceptatur feudum.*
5 *Futuræ tractationis methodus. Quis dicatur ſummus pontifex,archiepiſcopus,epiſcopus, &c. aliaque perſona eccleſiaſtica,remiſſiuè.eod.*
6 *Imperator,rex à quibus & quomodo fiant.*
7 *Quid dux, marchio, capitaneus, &c. in ſumma.*
8 *Dux quid. Dux capitaneus regni, &c. item nume. 12.*
9 *Dux minus quàm ductor exercitus, plus* ἡγεμὼν *quàm* ςρατηγός.
10 *Ducatus, tempore Aurelij, & aliorum Cæſarum fuiſſe.*
11 *Ducatus ſpectabilis dignitas,maior tribunatu, tribunatus maior primicerio.*
12 *Ducibus iuriſdictio data in milites. Ducis à rege creati, & ducis exercitus differentia, &c. Dux Venetorum,princeps.*
13 *Duces ciuitatum, magiſtratus præcipui dicti à Gotthis. Duces & comites initio ciuitatibus præfecti, à rege amouibiles, deinde facti perpetui.*
14 *Magiſter domus Franciæ ſeu comes ſtabuli ante amouibilis,poſtea perpetuus factus.*
15 *Duces in Italia rerum ſummam tenebant. Olim regna Aquitaniæ,Neuſtriæ, Auſtraſiæ, Burgundiæ,in ducatus conuerſa. Faciunt numeri 17 20. 25. & 26. ducatuum erectiones quædam nume. 17. & 20.*
16 *Ducatus maior dignitas,quàm comitatus,nu.22.*
18 *Moſcouitici reges, dicti duces magni* vuclikiknezi.
19 *Publius, uicto Hannibale ſe ducem, non regem dici uoluit. Dauid quippe ſe dixit datum ducem populi.*
20 *Alemaniæ regnum in ducatus conuerſum.*
21 *Duces dicti à Romanis prouinciarum rectores.*
23 *Centenarij magiſtratus in Alemania unde dicti, qui erant comitibus ſubiecti.*
24 *Ratzemburgij, conſiliarij comitum & centenariorum.*
25 *Prouinciæ Romanorum ad quas regendas miſſi ſunt duces, ducatus dictæ, & quæ prouinciæ ducatus fuerunt.*
27 *Quæ prouinciæ uicariæ imperatoris, & quare regebantur potius illæ per uicarios.*
28 *Adminiſtrationes ducatuum, prouinciarum, & uicariatus, non erant perpetuæ, dignitas tamen perpetua.*
29 *Deponentes adminiſtrationem ducatus, dignitati comitiuæ primæ æquabantur.*
30 *Ducatus inter Francos olim conſtabat quinque comitatibus.Comitatus autem 100.pagis.*
31 *Dux apud Boioarios à populo fiebat, cum poteſtate necandi hominem.*
32 *Dux ab Etruſcis duodecim regulis cum omni poteſtate,tempore belli creabatur.*
33 *Duces in Galliis,quæ ſummi imperij ſunt, ſine gratia non uſurpant.*

1 Generaliter in queſtione quis poteſt in feudũ dare & accipere,analyſis dari poteſt:rerum ſuarũ Dominos omnes poſſe, quibus ſpeciali non prohibetur iure. Cum libera ſit cuique rei ſuæ
2 adminiſtratio.[d] Dant itaque eccleſiaſticę perſonæ,& laicæ, & utriuſque ſexus. Eccleſiaſticæ, ſummus pontifex,[e] archiepiſcopus,epiſcopus, abbas, abbatiſſa, præpoſitus antiquum, non nouum.[f] Laicæ, Imperator, rex ut dictum, marchio, dux, comes, baro, qui capitanei regni, & alij qui ab illis accipiunt, ualuaſſores regni, qui & ipſi dant alijs minoribus ualuaſſoribus,[g] quomodo autem dare poſſint in ſeudum qui ab alio habent, etiam ſuperiori capite dictum eſt. Dat & fœmina nouum & anti-
3 quum.[h] Minor antiquum non nouum:[i] ſicut & in eo cui bonorum ſuorum adminiſtratio prohibita.[k] Poteſt & ad feudum dare clericus
4 propria.[l] Per procuratorem quoque & dari &
5 acceptari poteſt feudum.[m] Iſtis annexę ſunt aliæ quæſtiones,ſecundum quid fiat conceſſio, cuius ſit feudum,& quare,& propter quid. Quę omnia ſimul tractabimus, dempta quæſtione ſecundum quid, quã poſt perſonas explico latius,modum dandi acquiſitionis uel conſtitutionis feudi. Quid ſit ſummus pontifex,archiepiſcopus,epiſcopus,abbas, abbatiſſa, præpoſitus, iã explicauimus alibi in perſonis eccleſiaſticis.
6 Quãuis antiquis temporibus uarijs modis imperium Romanorũ & orbis datũ fuerit ui,quale cõtigit Iulio Cæſari:[n] electione ſenatus, quale contigit Tiberio,[o] uel militum;quale contigit Septimio Seuero:[p] hæreditate,quale contigit Octauio,[q] & alijs. In feudum etiam datum eſt imperium aliquando à ſummo pontifice imperatoribus cum iuramento fidelitatis, ut eccleſiæ catholicæ & apoſtolicæ opem & auxilium & defenſionem præberent, qui hanc

d l. in re mandata C. mand. l. nemo exter°, C. de Iudæis, l. ſed & ſi lege. § conſuluit, de peti. hæreditati. in P.
e clem. paſtoralis, de re iudica.
f § 1. de ijs qui feud. dar. poſſ. li. 1 Feud. tit. 1. de antiquo nõ de nouo feudo, § 1. epiſcopum, uel abbatẽ &c. eod. & ſuprà diximus.
g d § 1. de ijs q feud. dar. poſſ.
h § fœminam, per quos fiat inueſti. lib. 2. ti. 9.
i § 1 eod.
k d § 1.
l § 1. de cleric. qui inueſti. faci. lib. 2. Feud. titu. 31.
m in § perſonam, per quos fiat inueſtit.

n Eutrop. li. 7. Sueton. in Iul. Cæſare.
o Suetoni. in uita Tiberij.
p Peneſt ca 4. de Magiſt Ro-
q E[illegible] op. libr. 7 & 8.

dignitatem conſequerentur. Sic & in conſecra
tione, & coronæ ultimæ donatione Cæſares
Romam profecti à ſummo pontifice reges Ro
manorum & imperatores declarantur, ſuſcep-
tis inſignibus enſis, diadematis, ſceptri, & po-
mi aurei, ut in principibus ſeu perſonis publi
cis paulò latiùs explicamus, & infrà in inſigni
bus ſeu ſymbolis inueſtituræ. Et quamuis Gre-
gorius 5. poteſtatem eligendi imperatorem, in
Germanos tranſtulerit: tamen ſibi confirmatio
nem reſeruauit. [a] Iuſtinus ſenior electus etiam
anteà, legatos Romam ad Hormiſdam ſum-
mum pontificem miſit, ut fidem ſuam ſedi apo
ſtolicæ ſubijceret. [b] De regibus in perſonis pub
licis latè tractamus, hic autem ſufficit indicaſ-
ſe ea ſuperioribus, & ex his quæ ſequuntur, re-
gna duplici modo in feudum uenire: uel quòd
ea regnis, ducatus comitatuſve fiant, uel quòd
ex ducatibus & prouincijs ui ab alijs impe-
rijs ereptis, uel alio modo poſſeſſis ab eo qui po
teſtatem habet regna facta fuerunt, retento ho
minio & fidelitate, qualia regna hodie ſub ſũ-
mo põtifice & ſub imperatore ſunt, & ſub Tur
ca, pretioſo Iohanne Æthiopum imperatore,
quem dicunt presbyterum Iohannem. Illud ſo
lùm dignum eſt quod moneam, principẽ, qui
regis titulũ ambit, habere in ditiõe ſua opor-
tere ſaltem quatuor ducatus contiguos, aut pro
ſingulis ducatibus, quatuor comitatus, qui ab
alio quàm ab imperatore nõ pendeant. In qua
tuor ducatibus deſiderantur ad minus decẽ ci-
uitates, quarum una ſit archiepiſcopatus pro-
uinciam conſtituens. [c] Nec ad rem facit quoſ-
dam hodie eſſe regulos dictos, ut Nauarræ, Bal
learium olim inſularum, & ſimiles: quibus ta-
men ſexdecim non ſunt comitatus, nec tot ciui
tates, quot diximus exigi. Nã fuerunt quidẽ o-
lim hæc regna ſuis membris cõſtantia, ſed nũc
occupata ditione, priuilegio tituli gaudent tã-
7 tùm. [d] Aliæ perſonæ poſt imperatores & reges
ſic ordinantur apud conſuetudinarios in ſubſi
ca, ut primùm dux, poſteà marchio, dehinc co-
mes, ſubinde capitaneus, & ualuaſor nominen
tur. [e] Hos conſuetudinis contextus explicat di
ctos à ducatu, marca, comitatu, quibus inueſtiun
tur: ſed hæc explanatio nihilo certior eſt ipſa
rubrica, cùm & olim iſta nomina ſine feudo di
8 gnitatis tantum fuerint. Dux eſt qui exercitum
ducit, [f] & dux à ducendo proculdubiò dictus,
& à rege creatus cum ducatu, dignitate uide-
tur reguli inſignitus, & capitaneus ideò dictus
regni, [g] ἡγεμὼν στρατηγὸς, qui præeſt exercitui, &
ducatus ἡγεμονία & στρατηγία, præfectura, impe-
rium militare. Ductores uocat Cicero abſolutè
duces & imperatores exercituum primos, *quo
ties non modo:* inquit, [h] *ductores noſtri, ſed uniuer
ſi etiam exercitus ad non dubiam mortem concur-
9 rere?* Imò & plus ductos uidetur eſſe, quàm e-
xercitus dux, ut apud Thucididẽ plus ἡγεμὼν
quàm στρατηγός, ut dum ait, [l] ἔχοντας ἡγεμόνας
πάντων τῶν στρατηγῶν. Et ita etiam Plutar. ἐπὶ τὰς
ἡγεμονίας ἔχοντες χιλιάρχους. Et hq; ſæpe apud Græ
cos illa ἡγεμονία ſeu ducatus pro principatu &
imperio reipub. alicuius, uel pro omnimoda
poteſtate in aliquam rem apud Iſocratem,
Thucydidem, Æſchinum & alios. Fuiſſe & tem
pore antiquorum Cæſarum titulos ducales &
ducatus; maximæ dignitatis inſignia, uel ex eo
apparet ex Flauio Vopiſco, [k] dum ait Aurelia-
num habuiſſe multos ducatus, multos tribuna
tus: Et ex Suetonio, [l] dum refert Neronẽ Clau-
dium Cæſarem, priuignum Rufinum Criſpi-
num Poppæa natum impuberem adhuc, quia

a Polyd. Vergil. lib. 4. de inuentio. rer. cap. 10. Bart. in extrau. ad reprimẽdum Henri. 7. poſt lib. Feudo.
b Platina, in uita Hormiſdæ.
c cap. clerus, 22. diſt.
d Auth. de Ia Sale, in lib. in ſcripto la Salade in c. feudi. 9.
e tit. quis dicatur dux marc. lib. 2. Feud. titulo.
f l 2. C de offi. præf. Afric. l. 1. de offic. magi. milit. l duces, C de offi. iudic. milita. l deſertorem, §. in bello, de re milit. in P
g d. § 1 de his qui feud. dar. poſſ.
h Cicer. 2. Tuſculan.
l Thucyd. in 8.
k Flauius Vopiſcus, in Aureliano.
l Suet. Tranq. in Nerone, cap. 19.

ferebatur ducatus & imperia ludere, mergen-
dum mari, dum piſcaretur, ſeruis ipſius mãdaſ-
ſe. Numerat & Iuſtinianus plures ducatus, ſcri
bens Baſiliano magiſtro militũ per orientẽ. [m]
11 Iuſtinianus ſpectabilem dignitatem ducatum
dicit & maiorem tribunatu, & tribunatum ma
iorem primicerio domeſticorum & protecto-
rum ſcholæ. *Primicerius quidem,* inquit, [n] *dome-
ſticorum & protectorum utriuſque ſcholę poſt ade
ptum tribunatum inter eos ſpectabili dignitate per-
12 fruatur qui ducatum gerere meruerint.* Et Ana-
ſtaſius quoque ſpectabiles duces nominat, eiſ-
que iuriſdictionem in milites concedit, ut per
ſe cognoſcant, uel alijs committant. [o] Duces
κατ' ἐξοχὴν dicunt à principe facti, ſeu regni ca
pitanei, quòd regalem in eo gerunt dignitatẽ: [p]
non autem alij ductores exercituum ab alijs,
ut à ciuitatibus creati. Niſi ciuitas libera eſſet,
quæ rempublicam conſtituat, ueluti Vene-
tijs qui præeſt, dux dicitur, [q] qui pro principe
habetur legitimo. Germani, reges ex nobilita-
13 te: duces ex uirtute ſumebant. [r] Paulus Aemi-
lius [s] ſcribit Longinum Exarchum ad Roma-
num imperium regendum miſſum ab Iuſtino
imperante oriẽti, reuocato Narſere qui pro eo
ante principatum tenebat more Gotthorum ſe
dem ſibi legiſſe Rauennę, & cuique urbi magi-
ſtratus ſuos dediſſe, qui duces uocitabantur. Et
quem Romæ præficiebat, uocatum præſidem.
Et rurſum, [t] ſic ſcribit, *Duces initio, comiteſque à
regibus præficiebantur gentibus ciuitatibuſque, ac
cum uideretur, dimittebantur: deinde inueterauit
conſuetudo, ut niſi ſceleris conuicti abire imperio nõ
cogerentur: idque poſtremo, ut quiſque eo munere
13 donabatur, iureiurando regum cauebatur.* Quod
exemplum ad magiſtrum militiæ, ac eum
peruenit, quem maiorem, magiſtrumve do-
mus Franci uocitabant, comitem etiam ſta-
15 buli dicunt. Et iterum, [u] indicat duces loco di-
gnitatis Regiæ fuiſſe in Italia, *ſolicitauit,* inquit
(ſcilicet Chilpericus rex Gall.) *hoſtium proce-
res, ut nomen regium, quorum ante pœnituerant, tol
lerent, ducesque rurſus crearent, ad quos ſumma re-
rum deferretur.* Maior dignitas ducatus, quàm
comitatus, & ideo ex comitatu fit erectio in du
catum, pro magno munere: ſicuti non alio
maiori remuneratus Rainaldus comes Gel-
driæ, qui Ludouico Cæſari adhæſerat contra
Auſtriæ duces, quàm quòd ex comite primus
dux Geldrię factus anno 1334. [x] Sic Adolphus
1. comes antea Cliuenſis anno 1416. factus
dux, & inter principes imperij connumeratus
à Sigiſmundo imperatore in concilio Conſtan
17 tienſi. [y] Carolus Caluus rex Galliarum uictis
nepotibus Pipino & Carolo, qui regnum Aqui
taniæ uſurpare uoluerant, regnum Aquitaniæ
in ducatum conuertit circa annum 852. conſti
tuitque Renulphum Burgundum primum du
cem, limitato certis locis ducatu. Sic ex regno
Burgundię, Neuſtrię, Auſtraſię, facti ſunt duca
tus. [z] Tempora alia creationis ducatuum quo-
18 tundã in Gallia ſignat Chopinus. [a] Reges Moſ
couitici dicuntur tantum ſuo idiomate, uucli-
19 ki knezi, id eſt, magni duces. [b] Et poſtquam Pu
blius deuicit Haſdrubalem in Iberia, cumque
Iberi ſe fidei Romanorum commendãtes, illũ
regem ſalutarẽt, motus eo facto, ut animaduer
ſionem adhiberet; collectis Iberis, regium qui-
dẽ ſe uelle haberi & dici ab omnibus cum ueri
tate, dixit: regem uero nec eſſe, nec dici à quo-
quam. Quibus dictis mandauit, ut dux appella
retur. [c] Rex Dauid dixit ſe tantum ducem eſ-
ſe conſtitutum à Domino ſuper populum in
libro 2.

m Iuſtin. in l 2. de offi. præfe. præto. Afri. li. 1. C. tit. 30.
n l 2. de domeſti. & protect. lib. 12 C. tit. 17.
o l fi. §. eriteum, de re mili. li. 12 C. titu. 36. ſimiliter, ſpectabiles inſti. iudices in §. fin. de appell. colla. 4. tit. 2.
p Aluaro. in §. 1. quæ ſit dic. dux. march. text. in §. 1. de feu. Marchi li 2. Feudo. tit 14.
q c. expoſita, c. 11. de arbit. li. 1 Decreta. tit. 33.
r Corne. Tac. de morib. Germa.
s Paul. Aemil. li. 1. Hiſt. Franco. in Chareberto.
t Idem Paul. li. 1 in Chilperico.
u idem libr. 1. in Chilperico.
x Munſterus, lib. 3.
y Munſter. eo. lib. 3.
z In 2. par. Annal. Aquitan. in princ.
a Renat. Chopinus, lib. 1. de domanio, tit. 6.
b Sigiſmũdus liber Baro, li. 1. rer. Moſcouit.
c Polib. lib. 10. Histor.

a 2 Reg.c.6.

libro 2. Samuelis,[a] nbi non ſe Melech regem,
ſed tantùm נגיד על עם nagid al am, prin-
cipem ducem populi, uocat. Eſt autem נגיד
nagid idem quod שר ſcar, princeps, à uerbo
נגד neged coram, eò quòd ut ſubditi uertant

b Ezechiel.27.

20 ſemper facies ſuas ad principes ſuos.[b] Non cē
ſeo omittenda quæ Beatus Rhenanus de duci-
bus ſcribit,[c] dum poſt uictoriam à Clodoueo
contra Alemanos obtentã apud Tolbiacũ, ait,
Alemaniæ regnũ in ducatum uerſum: & ſubijcit,
21 *In hoc Romanos imitati ſunt Franci: Nam illi pro
uinciarum rectores, duces appellabant, id quod ex
libro Magiſtratuum Romanorum ſatis liquet, unde
formula ducatus Rhetiarum apud Caſſiodorum, in
uarijs. Deligebant autem ducem ex nobili familia.
Sic Boieris Agilolphingorum antiqua gens diu du-
ces dedit. Hoc autem priuilegium habebat ea fami-
lia* (nota feudum) *à priſcis Francorum regibus, ut
ſi quis fidus regno, prudenſque ex ea progenitus
compertus fuiſſet, non aliunde quiſquam aſciſcere-*
22 *tur in ducem*. Et paulò poſt, *nec tantam poteſta-
tem habebat dux, quantam hodie uidemus habere.*
Et poſteà, *Ergo primam dignationem ſub Francis*
23 *in Alemania habebat dux, proximam comites. Re
giones ipſa per centenas diſtinctæ erant, unde cen-
tenarij nomen. Is magiſtratus centenæ præſidebat,
comiti ſubiectus.* Et paulò poſt, *nec duci deerat ui*
24 *carius, nec comiti. Qui in conſilium adhibebantur,
Ratzemburgij ſunt appellati Germanica dictione.*
Et ſi republicæ Romanæ repetamus memo-
riam ex libro, qui utriuſque Imperij notitia di
citur, inueniemus prouincias Romanorũ quaſ
dam gubernatas per uicarios, alias per comi-
tes, alias per duces, alias per præfectos, alias
per præſides. Et leges quoque iuris ciuilis de ija
fidem faciunt: in quibus agitur de officio præſi
25 dum, conſulum, proconſulum, comitum, & ſi-
milium. Ita illæ in quas regendas mitteban-
tur duces ducatus dici poſſunt, quales fuerunt
prouinciæ Tripolitana, Pannonia, Valleria,
Ripenſis, Pannonia prima cum Norico, utra-
que Rhetia, Sequana, Armorica quæ cũ Ner-
uicana habebat unum ducem, Belgica ſecun-
26 da, Britãnica, Moguntia. Et puto iſtas prouin-
cias potiùs in ducatus, quàm in comitatus trãſ
latas à Romanis, quod in his fuiſſent reges ſeu
reguli, quamuis & alia ratio poſſit accedere.
27 Quemadmodum uicarij, ſcilicet Imperatoris
referentes ſacræ cognitionis poteſtatem,[d] mit

d l. 1. de offic. vicarij lib. 1. C. tit. 40.

tebantur in prouincias, quæ rectè nomen re-
gium & regnum ferre poterant, uocamus: *lieu-
tenans du Roy ou d'Empereur*. Nam ſub uicarijs
plures erant prouinciæ, quarum ſingulæ poſ-
ſent regem mereri: ut ſub uicario Hiſpaniæ, e-
rat Betica, Luſitania, Galecia, conſulares pro-
uinciæ, & præſides Taraconenſis, Carthaginen
ſis, Tingitaniæ, inſularum Balearicum. Sub diſ
poſitione uicarij ſeptem prouinciarum, erant
prouinciæ Viennenſis, Lugdunenſis, Germa-
nia utraque, Belgica prima & ſecunda, Alpiũ
maritimarum, Alpium penninarum, maxima
Sequananim, Aquitanica prima & ſecunda:
nouem populorum, Narbonenſis prima, Nar-
bonenſis ſecunda, Lugdunenſis 2. & Senoui-
ca. Erant ex illis plures conſulares, ibi plures
& præſides, quæ omnia uidebis in libro noti-
tiæ utriuſque Imperij, & de alijs uicariatibus:
28 quos prætermitto. Illo autem tempore iſtę ad
miniſtrationes perpetuæ non erant, ſed digni-
29 tas, depoſita adminiſtratione, durabat. Ita ta-
men ut inter uicarios & duces qui adminiſtraſ
ſent, uel comitiuã primi ordines meruiſſent,
nihil intereſſet, æquantur enim.[e] Quemadmo
dum & Auguſtus, eos qui ſub comitiuæ primi

e l. 1. de comitibus. & archia. ſacri palatij. li. 12. C. tit. 13.

ordinis dignitate, peculiariter ad aliquam pro
uinciarum uel prouincias militię credito au-
thoritate Imperatoris deſtinantur, adæquat du
cibus qui præter Ægyptum & Ponticam, in a-
30 lijs prouincijs adminiſtrauerint.[f] Vuolphan-

f l. 1. de comitibus rei milit. lib. 12. C. tit. 12.

gus Lazius tradit inter Francos olim ducatũ
conſtitiſſe, & perfectum fuiſſe, quinque comi-
tatibus: & comitatum habuiſſe olim centũ pa-
gos in ſua ditione: idque ex lege Salica. Legi
& alibi comitem ſeu marchionem qui habeat
ſub ſe quattuor comitatus, uel quattuor baro-
nias pro unoquoque comitatu, licitè ducẽ fie
ri ab Imperatore, uel à ſuo rege ſuperiore poſ-
ſe in præſtantiori ciuitate ducatus, impoſitio-
31 ne cauſiæ, ſeu pilei facta per ſuperiorem, & pre
cipuum prælatum ditionis ſuæ.[g] Apud Boioa-

g Antoine de la Sale in libr. inſcripta la Salade, en l'onzieſme chapitre ou liure, cõment les marquis &c.

tios, dux per regem aut populũ fiebat, tantę po
teſtatis, ut poſſet iubere hominem impunè oc
cidi.[h] Et liberi populi, mea ſententia, habebãt

h in legib. Boioariorum, c. 2. tit. 2. & 9.

antè reges, duces tantũ, qui eos regerent, & iu-
dicarent, unde & omnimodò illis erat in eos
qui ſe ſubiecerant poteſtas, & illis populus ius
hoc dabat. Quare cũ ex finitimis Etruſcis duo-
decim populi regem creaſſent, uel in creatum
cõſenſiſſent Romulũ, ſinguli populi ſingulos
32 lictores dederunt, ut ait Liuius.[i] Et Dionyſius

i Liuius, in 1.

Halicar. clariùs, *Etruſcus*, inquit, *mos erat, ut u-
numquemq; regem Lucumonem antecederet lictor
unus ferens faſcem uirgarum, & ſecurim: cùm ue-
rò conſenſu duodecim populorum bellum indicere-
tur, tradebantur duodecim faſces & ſecures duci,
qui principatum in omnes accepiſſet.*[k] Et, ut ait Iu

k Dion. Halic. in 4.
l Iuſt. in 1. ex Trogo.

ſtinus,[l] *ab initio populus nullis legibus tenebatur,
quia iuſtorum principum arbitria pro legibus e-
rant, quos ad faſtigium huius dignitatis, non ambi-
tio popularis, ſed ſpectata inter bonos moderatio*
33 *prouehebat*. Verùm dux, nec comes ſi ſint fidu-
ciarij alterius, hoc eſt, ſi recognoſcant ſuperio-
rem, putà regem, cui debent fidem, non poſ-
ſunt iura ſuperioritatis uſurpare: res uidelicet
quæ ſunt iuriſdictionis regiæ, de quibus in iu-
riſdictione dicemus, Deo fauente. Et proin-
de etiam non poſſunt legitimare.[m] Cùm infe-
rior non poſſit præiudicium facere legi ſui
ſuperioris.[n] Eſt autem legitimatio de reſerua
tis ſummo principi.[o] Excipio ſemper ſpeciale
priuilegium, ſi in feudo de eo gratia fiat,

m Chaſſan. in conſuet. Burg. ti. des baſtarcz §. 1. in verbo, ab inteſta. verſ. quid autem, de ducib. Paul. de Caſtro, in conſ. 196. in nouie.
n c. cum inferiores de maior. & obe. § naturales, ſi de feudo fue controu.
o c. per uenerabilem, qui filij ſint legit.

De Comitibus. Cap. VIII.

1 *Comites titulo tenus factitij, Codicillares, ut Tar
latini.*
*Comites principis cum dignitate, comites cum ad
miniſtratione.*
*Comites qui in titulum comitatus feudum te-
nent.*
2 *Comitis nomen & dignitatis initium à principis
comitatu quomodo.*
*Comitatus Cæſaris quando dici cœptus tempore
Adriani, & qualis ille comitatus.*
*Senatus comitabatur Adrianum Cæſarem, & e-
quites. nu. 4.*
*Comites amici & domeſtici Cæſaris dicti, huic
comites largitionum, rerum priuatarum, &c.*
3 *Comites amici & domeſtici Cæſaris, Germanicè
Grauiones.*
4 *Inde uoces compoſitæ, Landgrauij, Maregrauij,
Pfaltzgrauij, Burggrauij.*

5 *Comes conſiſtorianus quis, & eius dignitas.*
6 *Comites ſacri ſtabuli, qui. Coneſtabulus comes ſacri ſtabuli, ut & magiſter equitum, totius belli caput, &c. Similis Sultano Calipha.*
Tribuno celerum regum Romæ. Magiſter equitum, dictatorum.
7 *Tempore declinantis Imperij præfectura prætoriana erat diſtributa in magiſtratum equitum & peditum.*
8 *Coneſtabulus olim Meier domus, & comes Palatinus dictus.*
9 *Meiernus primus Galliæ Garnerius, & huius ſucceſſores.*
10 *Comitatus ſtabuli, & iura palatij non fuerunt perpetuo apud eundem.*
11 *Præfectus palatio,* grand maiſtre de France *hodie.*
12 *Meier Germanis eſt præfectus palatij.*
13 *Meieri in locum, ſubrogatus comes Pariſiorum.*
14 *Comitis Pariſiorum nomen, rurſum mutatum in nomen Marchionis Franciæ, quod tamen in comitis recidit nomen, utrumque poſtea uſurpatum & comitis Pariſiorum, & Marchionis Franciæ, ſed utrumque poſtea relictum magni Magiſtri Franciæ nomine.*
15 *Symbolum & inſigne Magiſtri Franciæ baculus ſpiris aureis circundatus, & quid denotet.*
16 *Differentia comitis Palatini, Coneſtabuli, & comitum Palatinorum Germaniæ.*
Palatinus comes Germaniæ à regione dictus, &c.
Comites alij Palatini ſine adminiſtratione, & eorum priuilegia, &c.
17 *Comes rei priuatæ, ſeu præfectus camerariorum principis quis, & cura.*
18 *Comes rei priuatæ cognoſcebat de ſepulchris, & ne contra arborem conſanguinitatis matrimonia fierent.*
19 *Comes domeſticorum dictus Mareſcallus aulæ.*
20 *Domeſtici aulæ ſunt pedites, Procopio ſocij, Romanis domeſtici equites, & equites dicuntur & protectores, qui eis imperat, Primicerius.*
21 *Comes ſolemniorum, Gallis magiſter cæremoniarum.*
22 *Comes ſacrarum largitionum quis, & eius officiũ.*
Comes commerciorum.
Procuratores gynæciorum & baphiarum.
De præpoſitis diuerſis & Brambaricariorum, ſiue argentariorum & aliorum.
23 *Comes ſacri patrimonij quis.*
24 *Comes rationalis & patrimonij quis.*
25 *Comites conſiſtoriani conſiliarij aulæ qui.*
26 *Comitiua primi ordinis.*

1 COmirum alij titulo tenus, quales
ſunt honorati titulo hoc, & ſolũ
regijs codicillis creati, uel à lege:
Palatini interdum ſimpliciter di-
cti. Sunt & doctores comites qui profeſſi ſunt
iura, & legerunt publicè per 20. annos.[a] Alij
comites uerò principis, & cum dignitate, & a-
lij ex illis cum adminiſtratione. Et nunc alij
qui comitatum in titulum & feudum habent.
2 Proinde ſciendum Comitis nomen dignitatis
eſſe, quæ ſcilicet referat quandam cum princi
pe, cuius ſunt comites uel aſſeclæ, quotidianã
ferè conſuetudinem. Fidem facit quod de A-
driano fertur,[b] qui ſenatum quodammodo in
aulam ſuam tranſtulit, receptis ſenatorum
optimatibus in amicorum cohortem, quæ ſu-
periorum Imperatorum tempore conſtare ſo-
lebat ex equeſtri ordine, nõ ſenatorio, & ita do
meſticum quendam ſenatum penes ſe habere
cœpit, qui quoniam is continuatis penè dele-
ctaretur peregrinationibus, comitatus Cæſaris
dici cœptus eſt, & ipſi amici comites: eorũque
conſilijs atq; opera in bello & pace uſus: inde
comites largitionum, rerum priuatarum, & cę
3 teri dicti. Tales apud reges Germaniæ inquit
Gelenius,[c] amici & proceres regis, dicti gra-
uiones, Latinè comites: unde compoſitæ uoces
4 Germanicæ Landgrauij, Marcgrauij, Pfaltz-
grauij. Indicat Lampridius[d] principis aſſeclas
comites dictos, & comitatum eos, qui perpe-
tuò ſecum erant, *Tribus*, inquit, *Alexander, &*
eos qui militaribus nituntur prærogatiuis purgauit,
palatiumque ſuum comitatumque omnem abiectis
5 *ex aulica miniſterio obſcœnis & infamibus*. Hinc
comites conſiſtoriani, qui tranquillitati conſi-
ſtorij principis proſpiciebant ſpectabilibus
procõſulibus in dignitate æquali,[e] & eiuſdem
priuilegij facti, ac principes ſcholæ agentium
6 in rebus,[f] Erant & comites ſacri ſtabuli, & qui
curam palatij habebant, & ſcholarum, armo-
rum, & curam domus regiæ cum adminiſtra-
tione, & ſine adminiſtratione[g] prouinciarum.
Comitem illum ſacri ſtabuli uocari hodie Co
neſtabulum in dubium non uenit, hic enim
prædictus à Valente ita nominatur[h] præpoſi-
tus, & comes qui liberaret ab inquietudine prin-
cipem. Et talis in Gallia magiſter equitum, in
quem totius belli curam princeps reijciebat:
non minus quam Caliphæ Sultanos ea de re
inſtituerunt: dictator olim Romæ magiſtrum
7 equitum: ut reges, tribunum celerum.[i] Tempo
re tamen declinationis Imperij, ut habetur in
libro Notitiæ utriuſque Imperij, fuit authori-
tas militiæ diuiſa, & præfectura prætoriana di
ſtributa, potiſſimum magiſtris peditum & e-
quitum.[k] Magiſter militum peditum præſen-
talis habebat ſub ſe comites militũ Africæ, Ita
liæ, Tingitaniæ, tractus Argentoratenſis, Britã
niarum, littoris Saxonici, duces limitum decẽ,
legiones Palatinas 12. Auxilia Palatina 65. le
giones comitatenſes 32. Magiſter & comes pe
ditum præſentalis habebat ſub ſua diſpoſitio-
ne uexillationes Palatinas & comitatenſes. E-
rat & illuſtris comes equitum Galliarum, Illy
rici & aliarum prouinciarum. Fuit hic magi-
ſter militiæ apud Iudæos dictus שרצבא ſcartza
8 ba, princeps exercitus,[l] Meier domus Francis
antiquis dictus, id eſt, præfectus domus regiæ,
comes palatij, factus primus talis à Lothario
9 Hilperici & Fredegundæ Viricidæ filio, Garne
rius, poſt cuius mortem ſubrogatus Anſegius
filius S. Arnulphi Metẽſis epiſcopi, cui & in di
gnitate ſucceſſit Pipinus filius Anſegij, &
huic Pipino filius Grimualdus poſt mortem
in dignitate ſucceſſit anno 647. Hinc quoque
Eberuuinus, quem corruptè dicunt Ebroinũ,
hinc & poſtea Liendeſius: & poſt hũc Pipinus
Anſegij iunioris filius, qui genuit Carolũ Mar
tellum, qui tandem Gallicum ſibi aſciuit impe
10 rium. Et hæc quidẽ ſcribit Tritemnius.[m] Alij
autem fuerunt, qui aſſerunt comitatum ſtabu
li, & curam palatij, perpetuò apud eundem nõ
fuiſſe in Gallia, & ita duas diſtinctas fuiſſe di-
gnitates quibus ego accedo, & ita etiam Valẽs
Cæſar diſtinxit.[n] Et fuit quidam diligens au-
thor noſtra ætate Ferronus, qui libros edidit de
nominibus & inſignib9 magiſtrorũ equitũ ſeu
11 Coneſtabulorũ Galliæ: & de præfectis palatio
regio, quos uocamus *Granz maiſtres de France*.[o]
12 Atque Nanclerus, quos Germani uocant *Ma-
ier*, dicit pfectos palatij: Chriſtianus Maſſeus
principes

a l. 1. cum ibi nota. de profe. qui in vrbe Cõſtant. lib. 12. C. Bart. in l. Alexã dria. de decur. lib. 10. C.

b Spartia. in Adrian.

c Sigi. Gelen. in epiſt. liminari libri notitiæ vtriuſq; Imperij ad Andream Veſſalionem.

e l. 2. de comitibus conſiſtor. lib. 12. C. tit. 10.
f l. 2. eo. tit. C.

g l. 1. de comit. & trib. ſchola. lib. 12. C. tit. 11.

h d. l. 2. de comitib.

i Liuius, in 1. & Dion Halic. in 2 & 4 autto. & Euſeb. & in l. 2 § populo. deinde, de ori. iur. lib. 1. F. l. 1. de off. præfect. præto. eod. lib. tit. 11.
k nos de magiſtris equitum & peditum iure militari proprio capite agimus.

l Reg. 2. c. 2.

m Illas ſucceſſiones Meierorum & præfectorum domus regiæ numerat. Tritemnius, li. 1. Epito. Hiſtor. Franc.
n In d. l. 1. de comit. & tribus ſchola.
o Ferron. au catalogue des tres illuſtres Ducs Coneſtables de France, & au catalog. des grans maiſtres de Frãce.

12 principes Palatioos, aulæ regiæ præfectos aut
Archiæconomos. Dicti autem hi fuerunt *Meiers* aut Gallicè corruptè, *Maires du palais*, uſq;
13 ad Carolum Martellum, qui occupauit imperium, & tunc meieri loco, ſoſtitotus comes Pariſiorum, uel comes Palatinus cuius nomẽ perſeuerauit uſque ad tẽpora Roberti, ducis Aquitaniæ, fratris Eudi qui mutauit oomẽ comitis,
14 in Marchionẽ Franciæ, hoc tamen reliquit Eodo filios, qui iterũ recepit comitis nomẽ, eoq; reliqui uſi ſunt uſq; ad Hugonem Capotium, qui ſe inſigniuit nomine Comitis Pariſiorũ, & marchionis Franciæ. Quibus etiam titulis uſi poſteà ſunt, qui eum ſecuti uſque ad Geofridũ comitẽ Andiorum, dictum Griſegonnellam, qui iterum oomen magni magiſtri Franciæ ex
15 citauit, qoo etiam uſus fuerat Norbedertus anno domini 693.[a] Qun etiã nunc utũtur in Gallia comites illi, qui pro ſymbolo maximæ illius dignitatis baculum ferunt ſpiris aureis circundatum, ut ſignificẽt principem & rempublicam Francicam ſuæ ſolicitudini commiſiſſe negotia domeſtica palatij regij, ſicot Comes ſtabuli, regij enſis cuſtodiã ſuſcipiebat, in ſymbolum ſuſceptæ præcipuæ circa arma poteſtatis, ratione cuius hominium ligium regi exhibet, ut legitur in codicillis officij comitis ſtabuli Arturi Britannici, comitis Riehemontis, qui dux poſtea Britanniæ fuit. Inueni tamen in conferendis iſtis duabus dignitatibus, ut plerunque oni eaſdem fuiſſe collatas, & ab eodem uſurpatas uſque fere ad Pipinum Breuem. Veruntamen & conſtat etiam curam ſtabuli & equorum principis, dum comites ſtabuli grauioribus negotijs eſſent occupati, alteri fuiſſe datam, quẽ in Gallia dicimos *le grand eſcuyer*. Tranſlata magni magiſtri authoritate in comitem ſtabuli tempore Caroli ſeptimi: ſub quo fertur primus comes ſtabuli, ſeu magnus ſcutarius, Potonus Xantralius creatus. Paulus Iouius libr. 16. in fine teſtatur hanc maximam & primam poſt regem fuiſſe comitis ſtaboli dignitatem, cui quatuor minores magiſtri equitum, dicti nobis *mareſchaux* ſubeſſent: & tempore Ludouici 11. ſublatam: & tempore Franciſci 1. renouatam & datam Carolo Borbonio.
16 Non putet aliquis tamen, hic comitem palatinum dici ea ſignificatione, qua imperio Germanorum Palatinus dicitur, tam hic magiſter domus nere à palatio palatinus diciſuriat noo ita apud Germanos Comes Palatinus, ſed à regione capellatiana, quæ à palas nomen habet, coi præeſt dictus comes palatinus,[b] dicta nomine patrio Pfaltzia. Meminit lex ciuilis de comite palatino in priore ſignificatione ſacri palatij, ad quem omnium rerum & rationũ patrimonij principis relata eſt cura.[c] Sunt & alij palatini comites abuſiuè dicti, qui priuilegia habent ſine adminiſtratione legitimandi ſpurios & naturales, creandi tabelliones, facieudi do-
17 ctores, & ſimilium.[d] Erat & comes olim principibus Romanis rei priuatæ, qui ſecundum Valentinianum & Valentem commoda fiſcalia recipiebat,[e] aliter dictus præfectus camera-
18 riorum principis, qui gubernabat principis priuatam ſubſtantiam, per diuerſas prouincias ſibi ſubditas, ut ait Caſſiodorus,[f] qui & hos magnam partem muneris aduocatorum fiſci poſſediſſe ſcribit, & præſediſſe ſepulchris; & matrimonijs, ne illicite contra arborem conſanguinitatis contraherentur, & ijs fuiſſe procurato-
19 res rei priuatæ ſubiectos. Refert idem,[g] comitem domeſticorum & dictum mareſcalium au-
20 læ. Porrò domeſtici aulæ ſont pedites, uocant, vt inquit Procopius,[h] ſocios domeſticos, Romanis & pedites & equites dicti domeſtici, & protectores, & qui eis imperat, primicerius.[i]
21 Hinc & dictus comes ſolemniorum, qui non multum abeſt ab eo, quem dicimus in Gallia, magiſtrum cæremoniarum, ut apud Amianum Marcellinum,[k] Mercurius ſolemniorum uocatus eſt comes, qui omnia obſerua-
22 bat tacite. Erat comes & illuſtris ſacrarum largitionum, qui dabat indulgentias, & militibus ſtipendia, & donatioa populo calendis Ianuarijs nomine principis.[l] Et hic, utpote Auguſtalis, habebat ſub ſe iudicem ſacrarum largitionum, & cęterarum prouinciarum, largitionum comites: ut comites ſacrarum largitionum per Illyricum, per orientem, Africæ. Et comites commerciorum per orientem, Ægyptum, Meſiam, Scythiam, Pontum, Illyricum, & procuratores Cynegiorum, Baphiarum, monetarum, linificiorum. Rationales prouinciarum, præpoſitos theſaurorum, præpoſitos Baſtagarum, præpoſitos Brambaricariorum, ſiue argentariorum:[m] ad hunc omnes largitiones mittebantur:[n] hunc etiam & eius primicerium cognouiſſe de littoribus, de mercatorum negotijs, de Salinis, de ueſtibus aureis & argenteis
23 Caſſiodorus teſtatur.[o] Comitatus ſacri patrimonij alia dignitas eius, qui Auguſti patrimonium curabat, poſſeſſiones, menſamque procurabat: unde & procurator à Lampridio[p] dictus. Meminit de hoc Caſſiodo. ad Iulianum comitem patrimonij ſcribente Theodorico.[q] Et extat in iure rubrica.[r] Erant & comites rationales, qui pecunias principis diſpenſabãt.[s]
24 Comiti patrimonij facultas principis patrimonij conceſſa, pro ſubleuandis, non pro opprimendis priuatorum fortunis commiſſa: *huius cura*, inquit Caſſiodorus,[t] *epulas regias & regio-*
25 *rum hominum & legatorum cernere*. Aderant & in ſacro principum comitatu comites Conſiſtoriani, ex quibus conflabatur iudicium aulicum: ducebant enim & Cęſares ſecum inter comites & iuriſconſultos, ut Adriano adfuerunt Iulius Celſus, Saluius Iulianus, & alij, quos refert Spartianus:[u] hos Gratianus Cæſar ſpectabilius proconſulibus æquari decreuit, & princi-
26 pum agentium in rebus priuilegijs.[x] Erat & comitiua primi ordinis, quæ præferebatur ſpectabilitati.[y]

a vide de his Naucierum in Chronic. 30. li. generatio. 26. Vincentium in ſpeculo Hiſtor. cap 126. lib 23. Maſſeum in 4. lib Chron. Aeguinhardum in uita Caroli Magni. Cuſpinia. in eiuſdẽ uita.

b Beat. Rhena. li. 1. rer. Germanic. & lib 3. Amian. Marcell. lib. 18.

c in l. 1. de offi. comi. ſac pala. lib. 1. C. tit. 37.

d Bald. in §. 1. quis dica. Dux, March. Chaſſa. in proœ. in conſuetu. Burg. ad uerba conte de Flandres.

e d. l. 1. de offi. comit. rer. priuatarum C.

f Caſſio. lib. 6. Variar.

g Caſſio. eo. li. 6. in formula illuſtrat.

h Procop. li. 1. b[illegible] Vandali. i l. 2. & ſi. de domeſt. & prote. lib. 12. C. tit. 17.

k Amia. Marcell. lib. 15.

l Vuolph. Lazius, li. 2. commentar. Reipu. Roman. ca. 11. Caſſiodo. lib. 2. Variarum, c. 7.

m in lib. Notitię utr. imper. j. n in l. 1 de off. comi. ſacr. largit. lib. 1 C. tit. 15.

o Caſſio. lib. 6. Var. c. 7.

p Lamprid. in Commodo.

q Caſſio lib. 5. Variar. & lib. 4. & 6.

r de offi. comi. ſac. patri. lib. 1. C tit 13.

s Iul. Capi. meminit in Clodio Albino, & Aelius Lampr. in Alexan.

t Caſſio. lib 6. Var. c. 9. in formula comitiui patrimonij.

u Spartia. i Adriano.

x l. 1. & 2. de comitib. conſiſt. li. 12. C. tit. 10.

y Caſſio. lib. 6. Var. c. 12.

De comitibus, qui prouincias adminiſtrabant, & qui nunc feuda habent: & de marchionibus. Cap. IX.

1 *Comites rei militaris qui. Rhaſtinus domeſticorum comes, &c.*
2 *Comites rectores prouinciarum* τοπάρχαι *Græcis, Francis Landgrauij.*
3 *Comites prouinciarum, rectores & iudices fuiſſe.*
4 *Comitatibus Franciæ, prouinciæ diſtinctæ erant.*
5 *Comes iudex ciuitatis in Francis dictus erat, & habebat ſub ſe ſcabinos.*
6 *Comites cuſtodiæ maritimæ deputati & Marcæ.*
7 *Marchiones Comites cuſtodes Marcæ, Germanicè Marchgrauij. Marchio ratione dignitatis loci præponitur interdum comiti, ut comes comiti, &c. Marchio, limitaneus comes eſt, &c.*

8 *Marca traiectum, limes. Marchiones Vaſſi, & Marca quid. num. 10.*

9 *Comites limitanei etiam apud Romanos ſub ſe habebant ſubditos præfectos ut de comitibus limitum Africæ Tingitaniæ, littoris Saxonici & alijs docetur.*

11 *Ex Francis Germani omnes fere orti.*

Limites duo Romani imperij orientis & occidentis præcipui, &c.

Totidem Francis, eratque Oſterriche marca, id eſt, orientalis regni limes, & Vueſterriche Marca, id eſt, occidentalis regni, &c. Ita & diuiſum Turcicum imperium, uide in cap. 11 nume. 10.

12 *Hinc Auſterſia & Veſtria dicta, quorum comites Marchgrauij.*

13 *Marchionatus plures erecti exemplo dignitatis maioris, ſed ſine ratione limitum, apud Italos & poſtea apud Germanos.*

14 *Reſolutio quæſtionis, quis præferatur, dux uel marchio, an comes.*

15 *Ducatus, Comitatus, Marchionatus ex temporalibus facti ſunt familiares, & feudales: tandem cum dignitate, & iudicandi munere.*

16 *Comitatus priuilegium, nec creditor comitis poſſit petere ſe mitti in eius poſſeſſionem rei ſeruandæ cauſa.*

1 SVperiores comites fere ſemper per
ſonam principis ſequebantur, &
officia exercebant in aula. Cæte-
rum & alij comites, & aliquando
illi de quibus egimus, ad adminiſtrandas uel
regendas prouincias mittebantur, & ad cuſto-
diendos limites regni, qui comites rei milita-
ris dici poſſunt: [a] qualis fuit Rhaſtinus dome-
ſticorum comes, qui in expeditione in Gallos
2 miſſus ut ait Gregorius Turonenſis. [b] Alij co-
mites rectores prouinciarum τοπάρχαι Græcis,
apud Francos Landgrauij. Sic Verus Impera-
tor confecto bello, regna regibus, prouincias
3 uero comitibus ſuis [c] dedit regendas. Extat
& in iure titulus, De comitibus qui prouin-
cias regunt: [d] unde & rexiſſe & iudicaſſe illos
ſibi commiſſas prouincias liquet, & in legibus
conſuetudinarijs adhuc iudices comites Fride-
4 ricus dixit. [e] Iuxta Francorum conſuetudinem
omnes prouinciæ comitatibus diſtinctæ erãt: [f]
& poſtea etiam cum tempore quidam nati uel
5 creati. [g] Beatus Rhenanus inter comites Mar
chiones nominat, dum ait, [h] de ſtatu Gallia-
cum & Germaniæ ſub Francis agens, *unicuique*
ferè ciuitati, inquit, *comes præſidebat, is uelut*
quendam aduocatum epiſcopi agere cogebatur, no-
minatur aliquando iudex fiſcalis, centenarius à cen-
tenis dictus, quorum anteà meminimus, uicarius
6 *& ſcabinos ſub ſe habebat.* Erant præterea comi-
7 tes ad cuſtodiam maritimam, item ad marcam
tuendam deputati, quos hodie marchiones
uocamus, Germanicè Marchgrauios. Vt inde
intelligere poſſimus, ratione loci non digni-
tatis marchionem præponi aliquando comiti,
ut comes etiam alij comiti præfertur. Ex com-
poſitione enim uocis marchiones qui mar-
chgrauius dictus, intelligerem nihil aliud
eum eſſe, quam comitem limitaneum, uel ad
8 exemplum eius nominatum. Et marcham eſ-
ſe limitem uel traiectum limitaneum, docere
poteſt lex Francica de iſtis comitibus, quos uaſ
ſos uocat loquens. [i] *De uaſſis noſtris qui ad mar-*
cam noſtram conſtituti ſunt cuſtodiendam, aut in
longinquis ſua habent beneficia, &c. Explicat-
que ita poſtea, [k] *Volumus ut comites, qui ad*
cuſtodiam maritimam deputati ſunt, quicunque
ex eis in ſuo miniſterio reſidet, de iuſtitia facien-
da ſe non excuſet propter illam cuſtodiam: ſed
ſi ſecum ſuos ſcabinos habuerit, ibi placitum te-
9 *neat, & iuſtitiam faciat.* Erant & Romanis
comites limitanei, qui præpoſitos etiam ſub
ſe habebant limitum per limites, talis in li-
bro Notitiæ utriuſque imperij, comes Afri-
cæ limitaneus, qui plures ſub ſe habebat præ-
poſitos, ut præpoſitos limitis Thamallenſis,
Muntenſis, Baienſis, &c. Huius generis co-
mes ſpectabil. limitum Tingitaniæ, qui ha-
bebat ſub ſe præfectum alæ Herculeæ Tamu-
co, & alios tribunos. Item & comes littoris
Saxonici per Britanniam: quamuis in Britan-
nia eſſet, & alius comes prouinciæ Britan-
nicæ, ſed alios à limitaneo. Vt & in Italia,
10 in tractu Argentoratenſi, & alibi. *Marca*, in-
quit Vuolphangus Lazius Germanus, [l] *limes*
11 *eſt: qui limitibus imperij præerant olim marchio-*
nes dicti, propriè marchgrauij: Romanis duces li-
mitanei. Ita Franci, ex quibus maiori ex parte
Germani deſcenderunt, imperium extra Franciam
cum propagaſſent, duos limites (ut Romani Orien-
tis & Occidentis) conſtituerunt: unum Oſter-
riche marcham, ac ſi dicas regni Orientalis limi-
tem. Alterum uero qui Francos proxime à Saxo-
nibus Alemaniſque & Burgundis ſequeſtrabat,
Vueſterriche marcham, hoc eſt, Occidentalis re-
12 *gni limitem nuncupabant. Hinc Auſtria & Vue-*
ſtria, ſiue Auſtraſia & Neuſtria nomina orta ſunt,
quibus qui tum comites præerant, Marchgrauij
dicti. Nec tunc plures erant, quàm quot eſſent li-
13 *mites Francorum. At poſterioribus ſeculis mu-*
nere iſto iam in principatus honorem abeunte, per
Italiam Mantuanus, Montisferrati, Veronenſis,
& Tauriſianus marchionatus diſtincti ſunt. Quo
abuſu tunc in Italia incipiente, plures eſſe & mar-
chæ apud Germanos cœperunt, ut Badenſis, Rotelen
ſis, Vogburgenſis, Miſnenſis, & alij innumeri nulla
14 *habita limitum ratione.* Et ex his facilis erit com
poſitio antinomiatum, quæ interpretes in ua-
rias diſtrahunt ſententias, quis præferatur dux,
marchio, an comes quam Boetius in utram-
que diſcutit partem. [m] Si conſideremus omnes
dignitate fere pares, ſed abunde eſſe trahendas
prærogatiuarum differentias, ut certius nihil
in huius quæſtionis iudicio, quàm regionum,
quibus imperant marchiones & comites, di-
ſtinctio, ex uſu & ex antiqua conſuetudine ſer-
uata, ut etiam animaduertit Lucas de Penna: [n]
Vſus enim & res ipſas & nomina immutat. Quo
fit, ut etiã ad abuſum referam quod ſcribit Krã
tzius, [o] Marcham ex uulgari Saxonum dictã,
quaſi diſtrictum unius uillicationis aut ditio-
nis, ſeu prouinciam quam ſui iuris per arma
ſint conſecuti, unde præſidi & ei qui ius in illa
diceret nomen inditum marchionis. Nõ enim
hæc marchiæ definitio ad nomen pertinet, uel
ad antiquam formam limitaneorum ducum,
ſed potius dignitatis ſpecie & ſimilitudine qua
dam, nomen ſibi uſurpauit. Ac nunc iam rece-
ptũ uideo, marchiones maiores dici comitibus
apud aliquos, & ex comitibus & baronibus ma
iori dignitate donari marchionatus eos comi-
tes & barones, qui quinque aut ſex baronias in
ſua ditione habent, in quarũ minima ſint ſaltẽ
decem nobiles ſibi ſubditi. Quare qui tot poſſi-
det geniculatus petit ab Imperatore, rege, aut
principe, aut duce, non à minore donari hac di
gnitate marchiſat ſub titulo & nomine alicu-
ius ciuitatis inſignioris ſibi ſubditæ, inaugurari
ab eodẽ priuilegijſq; marchionis exornari, ho-
minium

a l. 1. & 2 de comit. rei milit. lib. 12. C. tit. 12.
b Gregor. Turon. li. 2. Hiſto. cap. 10.
c Iul. Capit. in Vero.
d lib. 12. C. tit. 14.
e 10 §. 1. uerſic. quod ſi heredes, de pace tenen. lib. 2 Feud. tit 27.
f Beatus Rhenan. lib. rer Germanic. dum de Seleſtadio agit.
g quorundam comitatuũ erectionem & tẽpus in Gallia, refert Chopin. lib. 1 de domanio, tit 6
h Beat. Rhena. li. 1 rer. Germ.
i l. 4. l. Francica, tit. de uaſſis do inde, tit. l. 4.
k eo lib 4. leg. Franc c de comitib. ad cuſtodiam maritimã deputatis.
l Vuolph. Lazius, li. 1 commen. de Rep. Rom. c. 2.
m Nico. Boer. in tract. de authoritate Magni conſilij, nume. 107. & ſeq.
n Luc. de Pen. in rubr de comitib. conſiſto. lib. 12. C.
o Alber. Krantzius, lib 3.

minium nouum eius nomina offerens & præſtans. Inueſtituræ cuius eſt inſigne & ſymbolum gemma pytopus quæ Gallis Rubinus, ſpecies eſt carbuuculi, quo princeps inueſtiendo medium digitum marchionis ornat cum anulo;[a] ſacris peractis ſacratiſſimæ liturgiæ. Edictum regium Gallicum, anni 1579.17. Augusti, præfert marchiones proculdubio comitibus: ſtatuit tamen, ut antequam marchiſatus dicatur, ſit compoſitus ex tribus baronijs, & tribus caſtellanijs unitis ſub uno titulo, ratione cuius regi præbeatur hominium & fidelitas. Si quis autem Vicecomes aut Baro uoluerit fieri comes, neceſſarium ducunt eum habere debere in ſua ditione quattuor baronias, quarum quælibet habeat ſaltem decem nobiles ſibi ſubditos, qui eum comitari poſſint: tuncque poteſt is comes tantum creari per ſuperiorem principem, qui ſaltem fuerit marchio, qui nihilominus poteſt alium, qui comitem faciat, delegare, poſt preces ſacratiſſimæ liturgiæ peractas ab aliquo antiſtite. Princeps porrò uel delegatus eius hominium & fidelitatis ſacramentum ab eo accipiet ſedens, iubebitque palam comitum priuilegia perlegi, eumque pro ſymbolo dignitatis exornat & inueſtit annulo, cui inſit gemma adamas:[b] Ex edicto regio Gallico 17. Auguſti anni 1579. tantum, ne in titulũ comitis quis tranſeat, niſi habeat duas baronias, & tres caſtellanias, aut ſaltem unam baroniam & ſex caſtellanias unitas, & nomine feudi poſſeſſas, & inueſtitus à rege ſub uno titulo. Vicecomes ex barone uel ex alio nobili diuite fit, is qui habet in patrimonio ſuo ſaltem 30. clientelates nobiles ſeu uaſſallos, id eſt, baronias tres, dicunt Galli, *Eſtre neceſſaire, que celuy qui veut eſtre Baron ou uicomte, ait trois ou quatre bannieres de ſon patrimoine, ou acquiſes, dont la moindre doit eſtre de dix hommes nobles ſes hommes, de ſon Roy ou prince, par qui il doit eſtre uicomte.* Cũ autem uicecomes fit, geniculatus debet offerre principi hominium nonum ſimul pro omnibus ſuis baronijs in unum nomen uicecomitis redactis, ſub titulo preſtantioris loci, quem poſſidet: Et tunc princeps, ille ve qui uicecomitem facit, cum ſymbolo uirgulæ aureæ eum mittit

15 in poſſeſſionem uicecomitatus.[c] Porrò apparet ex ſuperioribus & moribus diuerſarum gẽtium, comitatus, ducatus, & marchionatus fuiſſe adminiſtrationes aliquando temporarias, non perpetuas: tandem tamen ex fide familiarum perſpecta, in feuda ſeu in fidem datas, & in illarum adminiſtratione curanda, prouentus & reditus & iura adminiſtrandi poſſeſſoribus ceſſiſſe, excepto ſuperiori & imperiali dominio quod ſibi principes reſeruarunt. Remãſit una & iudicandi authoritas, quam temporarij comites habebant coniunctam, quanquam ad cuſtodiam tantum fuiſſent deſignati. Nã & iudicabant cum acceſſoribus, ſeu, ut dicunt le

16 ges Franciæ, cum Scabinis.[d] Chaſſaneus[e] priuilegium notat feudi comitatus, quòd licet creditor in actione perſonali poſſit petere ſe mitti in poſſeſſionem feudi quod uaſſallus tenet, ut ipſe poſſit fructus percipere, etſi ius in illum non tranſeat:[f] tamen in hoc comitatus feudo, non fiat miſſio in poſſeſſionem hac ratione, quamuis creditor poſſit percipere fructus.[g]

a hæc tradit Antonius de la Sale, in lib. quẽ inſcripſit la Salade, capite uel lib. 12 commen. vn Conte ou puiſſit Barõ ſe peut faire Marquis.

b præd. author eod. c. uel li. 13.

c Idem author la Sale, eo. uel. lib. uel c. 14.

d l. 4. leg. Franc. c. 4. de comit. ad cuſtod. maridmam de pum.

e Chaſſ. in pr. commen. conſuetu. Burg. ad uerba conte de Flandres.

f Bar. in l. ſi ſ. mita, §. ſi de minctigalib. de diſſ. inſe. Ang. in l. eorum, eo. tit.

g Bal. in auth. ei qui iurat, in 4. Charta, de bon. auth. iudi. poſſid.

De Baronibus. Cap. X.

1 *Baroniæ feudum in Gallia cum Caſtellania par, eiuſq; iuriſdictionis.*

2 *Baro debet habere ſub ſua ditione ad minus duas Caſtellanias.*

3 *Baro habet omnimodam iuriſdictionem, & ideo habet inſignia,* iuſtices à quatre pilliers ſans feſt.

4 *Baro in Germania & Scotia idem quod uaſſus regius, & duces hoc nomine quoque contineri Blondus ait.*

5 *Baro Longobardis dicitur magnus Caſtellanus, & in Gallia cum omni iuriſdictione valuaſſor magnus, capitaneus regni.*

6 *Baro alijs comite inferior in dignitate conſtitutus dicitur.*

7 *Baronem alij ſupremam dignitatem in beneficiaria cauſa putãt, et Baronis notationes in nomine.*

8 *Baronis aliæ nominis declinationes.*

9 *Banneretus quis, & quomodo fiat.*

1 IN Gallia adhuc dignitas una baronis & feudum baroniæ inuenitur, cum caſtellanis, de quibus in feudi diuiſione dictum, paria iura habens,[h] cognitionemque omnium rerum tam ciuilium, quàm criminalium, demptis regijs caſibus,[i] de quibus in iuriſdictione indi-

2 cum Deo fauente agetur. Quia ante quàm quis baronis titulum ſibi vſurpare poſſit, iure caſtellanias plures ſaltem tres,[k] uel duas[l] poſſidere debet: Extat edictum regium Galliæ, 17. Auguſti, anni 1579. publicatum in Senatu Amorico 9. Kalend. Octob. eiuſdem anni, quo cautum ut iuxta areſtum priuati regij conſilij 10. Martij 1578. ne prius baronia dicatur, quàm compoſita ſit uel habeat ſub ſua ditione tres caſtellanias ad minus, quæ unitę ſint & ſimul incorporatæ, & poſſeſſæ ſub uno titulo &

3 homagio præſtito regi. Ideo poteſt habere inſignia omnimodæ iuriſdictionis, & ut conſuetudines loquuntur.[m] *iuſtices patibulaires à quatre pilliers, ſans toutesfois, qu' il y aye feſt par deſ-*

4 *ſus.* Barones apud Germanos & Scotos dici idem, quod uaſſos regios, teſtatur Hector Boethus.[n] Et eo nomine duces contineri Blondus uoluit.[o] Eoque nomine, aliqui potant regni capitaneos dictos & magnates, omnes duces, comites, marchiones. Et Otto Friſingenſes.[p] Guillelmum Marchionem de Monteferrato, inter Italiæ Barones refert. Et antiquis quoque in Gallia, Barones, Comites dici placuit aliquando, ut pluribus docet Rhena-

5 tus Chopinus.[q] Baldus autem hunc à Langbardis magnum caſtellanum uocari notat,[r] & in Gallia quoque Boetius,[s] eumque eſſe qui infimæ, mediæ, & ſummæ coercitionis ius in arce quadam conceſſione principis obtinuerit.[t] Suſpicantur alij[u] baronem eum dici, qui valuaſſor magnus, & capitaneus regijs in feudis dicitur,[x] quem de plebe aliqua, uel de par

6 te princeps inueſtiuit. Alijs tamen placuit quemlibet infra comitem habentem aliquam dignitatem dici baronem: uoluerunt enim digniorem eſſe comitatum baronia.[y] Neque uulgo probatur ſententia eorum qui has dignitates confundunt, eo quòd ſæpè utræque

7 nominentur in iure ſimul ut diuerſæ.[z] Quidam & ſupremam poſt regiam poteſtatem baronis, quòd ad clientelaria iura pertinet, putant: eoſque barones à verbo Græco βαρύ dictos autumant,[a] quòd grauitate dignitateque cæteros Dominos beneficiarios anteire debeant: eiuſque rei teſtimonium ex Cicerone citant ad Atticum.[b] *Apud patronum & reliquos barones te in maxima gratia poſui, &c.*

h in conſuetu. Turoniæ. titul. des droicts de baronie.

i aux couſtumes d'Amiés, tit. des droicts & Am. des Seigneurs art. 112.

k conſuet. Audiam. titul. des droicts de baron, art. 47. du Maine, titu. des Seigneurs & barons, art. 54. 51.

l ex conſuetu. Turoniæ, artic. 47.

m proxime citata & al. a.

n Hector Boeth. lib. 2. Hiſtor. Scoticæ.

o Flau. Blond. lib. 5 deca. 2.

p libi Frideri. ci, 2. c. 12.

q lib. 2. leg. Indium c. 47

r Bal. in c. uno delegatorũ, de offi. deleg. & in c. 1. qui feu. da. poſſ.

s Boer. ad conſue. Bitu. de iuriſd. om. iudi §. 3 glo. 3.

t Bal. in c. innotuit, de electi.

u Barb. in repetitu. extrauag. uolentes.

x in ca. 1. quis dic. dux. marc.

y Iac. Curt. iunior in 2. parte tract. feud. in 1. q. de perſonis laicis.

z in extrauag. uolentes, in c. fundamẽta, de elec. in 6 c. grã dis. de ſuppl. negli. prælat. in 6.

a Alcia. libr. 5. cap 1. 16.

b libr. 5. ad Attic.

a Io. Breche°, ad conſuet. municipal. Gall. c. des droictz de Baron art. 1.
b Cal. Rhodi. lib. 18. c. 30.

8 Vbi tamen alij Vartones legũt. Alij [a] barones
à forma ędificij clientelaris deducunt, quòd do
mus undique occluſæ & ſubſtructæ turribus,
barreis, à Paleſtinis dicãtur teſte Rhodigino.[b]
Sed ſi ex alijs linguis noſtram interpretari li-
ceat, mihi uerior declinatio uidetur ex He-
braico ſermone, ut baro dicatur ueluti creatu
ra noua, & creatio quæ non ſit nec dux, nec
marchio, nec comes, ſed nouum quid. Sic
enim Hebræi dicunt, bara ברא creauit, & בריאה
figmentum, creaturam nouam, uel à barah
ברה elegit, ut dicatur baro electus. Et apud
Rabinos [c] etiam ברין barion dicitur ſatelles,
qui dicitur uulgo ſpathacinus, *ſpadacin*. In Gal-
lia ſunt duæ ſpecies aſſines nobilium & feudo
rum, quas dicunt *de benneretz & barons*. Benne
retus iure ſuæ dignitatis antequam talis dici
mereatur nobilis eſſe debet genere in quarto
gradu, poſſidens in ditione decem ſcutarios
bacchalarios armorum, id eſt, decem uaſſal-
los, habens ſufficiens patrimonium, quo poſ-
ſit ſecum ducere quattuor aut quinque nobi-
les comites continuos cum equitibus duode-
cim aut ſexdecim. Fit autem benneretus, cum
princeps huiuſmodi perſonæ concedit uexilli
ius, & ex uexillo peditum in acie, uel extra,
die ſolemni ſacris peractis, adimit acumina,
uocant *la queue du pennon*, fitque labarum, id
eſt, equinum uexillum, uocant *Cornette*, eum-
que equitem facit, ſi iam non eſt. Quod ſi di-
tior hic fiat benneretus, & habet unam benne
retam, aut ſex equites bacchalarios, qui poſ-
ſideant ſinguli in cenſum ſexcentas libras ex
eius ditione ſeu feudo, tunc poſſunt ex licen-
tia principis, baronis nomen ſibi aſciſcere. Io-
hãnes Butelerius in ſumma rurali, tit. *du droict
au baron*, cautum eſt, Ne barone minor auſſit
capere falcones ſeu accipitres, aſtorgios, *au-
tours*, lanarios *laniers*, gyrofalcos *gerfauts*, abſ-
que permiſſu baronis. neve ardeulæ *heron*, mo-
liatur inſidias quiſquam niſi auium, quibus ca
piuntur aucupio excepto barone. In conſuetu-
dinibus, quoque Andium, titulo de Baronib.
*l'eſpaue du falcon, & du cheual d'eſtrier qui eſt che
ual de guerre, courſier, ou de lance, appartient au
droict de baron*, uocat eſpaue errantem ſine Do-
mino falconem, uel equum militarem.

c Rab. in Schemoth. 12. c. 30.

De caſtellanis, & ualuaſſoribus, & vaſſis. Cap. XI.

1 *Valuaſſores regni, qui hodie capitanei, & mino
res ualuaſſores qui.*
2 *Valuaſſores unde dicti.*
3 *Valuaſini qui, & Valuaſſorum tres gradus.*
4 *Vaſſorum minorum feudum adimi poterat, iure
communi feudorum, non conſuetudine Mediola-
nenſi.*
5 *Seniores in iure feudorum qui, & inde uox* Sei-
gneur.
6 *Vaſſi idem quod uaſſalli.*
7 Vaſſalar *quis dicatur lingua Agarenorum.*
8 *Viſiri Baſſi.*
9 *Begler, Beghi, Baſſi qui.*
10 *Imperij Turcici duæ generales partes, Natolia
orientalis, Romania occidentalis, & ſingulæ in
prouincias quæ ſunt ſexaginta ſex.*
11 *Militibus à Turcis in prouincijs agri aſſignati,
qui dicantur Thimarchi equites.*
12 *Decimæ dantur Thimarchis militibus ab incolis,
ut uiuant & alant equos.*
13 *Qui milites habent agros feudatarios apud Tur-
cas, & qui ſtipendia.*
14 *Agri etiam quibuſdam militibus ab Ottomanis
principibus diuiſi, ut equites exhibeant aut pedi
tes.*
13. 14. *Militares Ianizarij, Aſſapi, Alcanzi, Moſel-
limi apud Turcas qui.*
15 *Feudum iure hæreditario apud Turcas nemo poſ-
ſidet Satraparum.*
16 *Bacchalarij qui ſint.*

1 DE Caſtellanis cum in diuiſione feu
dorum ante dixerimus, [d] non lo-
quar amplius, ſed tantum de ual-
uaſſoribus. Qui à ducibus, mar-
chionibus, uel comitibus feudum capiunt, re-
gis uel regni ualuaſſores proprie dicuntur, ho-
die capitanei, qui & ipſi feuda dare poſſunt:
qui autem acceptum ab ipſis feudum dare poſ
2 ſunt, minores ualuaſſores dicuntur. [e] Valuaſſo
res putant dictos, quòd ad ualuas ſtarent domi
norum: ſicuti & apud reges Hebræorum fie-
3 bat. [f] Minores ualuaſſores ualuaſinos quoque
dixerunt. [g] Et iterum qui à minoribus ualuaſ-
ſoribus feudum accipiebant, dicebantur mi-
nimi valuaſſores. Sic itaque tres gradus ual-
uaſſorum, maiorum, minorum, & minimorũ.[h]
4 Eratque liberum communi iure minoribus,
auferre à minimis feudum pretio reſtituto, ſi il
lud illis uendidiſſent: [i] non tamen licuit Me-
diolanenſi conſuetudine, qua eiuſdem iuris
5 ſunt minimi, ac maiores. [k] Horum omnium
reſpectu ſeniores [l] dicuntur duces, comites,
marchiones, qui à rege feudum accipientes,
alijs dederint, quaſi primi feudatarij ante maio
res ualuaſſores. Ex uoce hac, ſeniores, deducta
uox, *Seigneur*. Valuaſſores etiam milites dicun-
tur ſeniorum. Ita enim ſæpè Conradus 1. in le-
ge addita, Francicis, & Langobardicis, [m] titulo
de beneficijs, & terris tributarijs uſurpat. Sic
uſurpauit Pipinus, [n] in lege quam de re inter-
ciata hoc modo tulit: *ut nullus comparet cabal-
lum, bouem, iumentum, uel aliam rem, niſi illam ho
minem cognoſcat, qui eam uendiderit, aut de quo pa
6 go eſt, uel ubi manet, & quis eſt eius ſenior*. Dice-
bant Franci uaſſallos & uaſſos, ut extat titul. de
uaſſis dominicis, [o] & Ammonius [p] ait Carolũ
Magnum ordinaſſe per totam Aquitaniam
comites, abbateſque, nec non alios quàm plu-
rimos, quos uulgo uaſſos, inquit, uocant, ex
gente Francorum. Et alibi tradit, [q] Taſſilonem
ducem Baioariorum uenisſe cum primoribus
gentis ſuæ, & more Francico in manus regis,
in vaſſaticum manibus ſuis ſemetipſum com-
mendaſſe: fidelitatemque tam ipſi regi Pipino,
quàm ipſis filijs Carolo, & Carolo magno iure
iurando ſupra corpus ſancti Dionyſij promi-
ſiſſe, &c. ſimiliter & omnes primores ac maio-
res natu Baioarios. Quidam dicunt appellatos
vaſſallos, à uas uadis, eo quòd in forma fidelita
tis obligationem iurauerit Domino, alij di-
cunt à nomine Francico uaſſi, quod fortem ſi-
gnificat. Nempe quod Domini feuda delectis
7 fortibus militibus concederent, *Baſſalar* lingua
Turcica homines præcipui dicũtur, ut ſi liceat
ita loqui, capita, qui propter conſilium ſem-
per principem comitantur: [r] ſic Satrapæ & ma
ioris dignitatis homines, Turcis etiam appellã
tur Baſſæ, quorum & alij alijs maiores. Sic baſ-
8 ſæ à baſſis alijs pro dignitate honorantur. [s] Sũt
que quattuor præcipui dicti *viſiri baſſi*, id eſt,
principes Imperatoris cõſiliarij, [t] qui quater in
hebdomada ſedent pro tribunali in loco qui
dicitur

d ſupr. c. 3. nu. 12.
e §. 1. qui feu. dar poſſ. lib. 1. Feud tit 1. §. 1. quis dica. dux, march. li. 2. Feudo. tit. 10.
f 2. Reg. c. 11.
g d §. 1 quis dicatur dux, march.
h §. 1. ſi à marito ſucce. uxor. in benef. lib. 1. Feu. tit. 15 §. 1. quib mod. feu. amit eo. lib. tit. 17.
i §. 1 de feud. da minor. ualuaſſ. lib 1. titu. 14. §. ſimiliter, de lege.
k §. 1 quis dica. dux march.
l §. 1. quibus mod. feudum amitte
m in fi. l. Francica.
n libr. 5. legis Franco. in ll. additis Pipini, titul. 9.
o lib 4. legum Francic. c. 4. & 75
p Ammo. li. 5. de geſt. Franco. cap. 1.
q idẽ Ammo. lib. 4. c. 64.
r Bartho. Georgeuith. li. 2. de afflictio. Chriſtian. ſub Turca, c. 2. de militia.
s Paul. Ioui. de reb. Turcic. in Solima. Selimi filio.
t de his, & ſeq. uide Chriſtop. Richerium, de reb Turca. li. 2. Iaui ubi ſup & di. Barth. Georgeuith, Io Cuſpinia. in Caſtrib. poſt Selim. Ottomanſi, tit. de militia Turcorum.

dicitur Duyam, ut audiant legatos nationum,
& ſupplicationes hominum quas Imperatori
9 referunt. Et poſt hunc quatuoruiratum eſt
douumuiratus duorum, qui Beglerbeghi princi
pes præſidiorum prouinciarum imperij Turci-
ci, quod in duas generaliter partes ſeu fines eſt
diuiſum, orientalem, quam Natoliam, & occi-
10 dentalem, quam Romaniam dicunt. In Nato-
lia 36. præſides uexillares, qui Turcarum lin-
gua dicuntur Sangiarchæ. In Romania 25. Et
ita Agarenorum regna in unam & ſexaginta
11 prouincias diuiſa. Et in qualibet conſtituti mi
lites quibus agri aſſignati ſunt, unde uiuant,
qui Thimarchi appellantur. Omnium poſſeſ-
ſionum militarium ad Imperatorem pertinet
collatio. Quilibet autem duorum Beglerbegh,
in ſuis prouincijs conferre poteſt, cui uult poſ-
ſeſſionem aſcendentem ad ſummam aſprium
quinque millium, hoc eſt, ducatorum centum.
Thimarchis militibus equitibus ſingulis ager
ab Imperatore aſſignatur, ex quo quiſque eo-
12 cum quattuor loricatis uiuere poſſit. Et ſic a-
ger unus quinque equites nutrit, ex decimis
ſcilicet, per ſubditos prouinciarum, de domi-
bus & omnibus terræ naſcentibus datis, ſimi-
les ita naturæ feudorum. Sic in Romania ferũ-
tur quattuor millia & quingenti huiuſmodi
agri, militum itaque 22. millia & quingenti, in
Natolia quinque millia & quingenti milites,
qui parati ſunt ad bellum, & obediunt ſuis præ
13 ſidibus. Nec tamen omnibus militibus ita agri
uel beneficia data: Nam Ianizarij pedites ſoli-
darij ſunt & ſtipendiarij, qui ſequuntur impe-
ratorem; & Aſſapi milites gregarij equites &
pedites ſolum ſtipendio conducti ſunt. Quibus &
accedunt Alcanzi milites dicti fortunæ ſine ſti
pendijs, ſolis prædis uiuentes, quinta parte re-
14 ſeruata ex lege Alcorani Imperatori. Refert
Iouius [a] quoſdam eſſe ex Turcica natione, qui
bus olim à principibus Ottomanis agri narijs
victorijs acquiſiti, pro ſingulorum meritis ſic
diſtributi ſunt, ut unuſquiſque pro ſingulo ter
ræ iugero, quod accepiſſet, equitem unum, aut
duos pedites, quoties maiora inſtant bella, ex-
hibere principi teneatur, qui uocantur Moſel-
15 lini. Sed Bartholomæus Georgeuith [b] notat, a-
pud Turcas nullum ex Satrapis poſſidere pro-
uinciam aut ciuitatem aliquam iure hæredita
rio, ut poſt obitum, liberis, uel ſuis ſucceſſori-
bus poſſit relinquere, ſine conſenſu ſui regis:
priuareq; principem quãdo uoluerit eo benefi
cio poſſidentem, quod tamen ſi ei non ademe-
rit, eius eſſe uſque ad mortem. Poſt obitum au
tem, ſi eius ſucceſſores uelint pactum traditio-
nis ſeruare, nẽpe præbere tot milites quot præ
ſtare poſſeſſores adiguntur, admitti: ſi ſecus, a-
16 lijs dari. In Gallia olim capitanei quidam, qui
ferebant uexilla peditum, minores erant ben-
neretis, qui vexilla ferebant equitum, & henne
reti, minores baronibus. Bacchalarij ſub ben-
neretis erant, qui ſimplices uaſſalli nunc dicti
ſunt, de quibus diximus paulo ante in fine ca-
pitis ſuperioris. Nec dubito Bacchalarios hos
dictos fuiſſe à nomine Turcico *baſſalar*, de quo
diximus. [c] Neminem enim latet exercitum
Chriſtianorum in Agarenos diu pugnaſſe,
cum Hieroſolymam expugnarunt, & regnum
illud Saladini debellarunt: unde & pleraque
nomina apud nos commearunt. Poſſunt & Bac
chalarij armorum antiquis dicti, Latinis nomi
nari tyrones. Sed & ij aliud feudum non habe-
bant quàm annonam, quando in ſcholis armo
rum degebant. [d]

a Paul. Iouius, libr. de rebus Turcicis in ordi. Turcicæ militiæ.

b Georgeuith, lib. 2. de Turca. tit. c. 2.

c ſup. nu. 7.

d de quibus, in titul. de tyronibus 44.

De ſexu conſiderando in feudis Cap. XII.

1 *Fœminæ quare regulariter feudorum incapaces ſunt.*
2 *Fœminæ non ferunt teſtimonium in feudis.*
3 *Fœminarum maſculi in feudo non ſuccedunt.*
4 5. *Fœminæ quibus in caſibus iure tenere poſſunt feudum.*
5 *Feuda quædam, quæ tenentur pro annuo reditu.*
6 *In Gallia, excepta ſucceſſione regni, fœminæ, ſicut in alijs regionibus ſuccedunt in feudo.*
7 *Caria ex regno Satrapatus facta.*

1 SExus diſtinctio habetur in feudis.
Nam cõmuni huius iuris regula,
mulieres incapaces feudorũ ſunt,
nec in eo ſuccedunt: [e] quia feuda
militibus regulariter dari ſolent, qui armis poſ
ſunt iuuare principem, quod alienũ eſt à molli
tie mulierum: [f] Tum ſecundo, quòd publica
honeſtas cœtui uirorum eas immiſceri non pa
tiatur: [g] earum fragile conſilium, & facile mu-
tabile genus: [h] adeſtque periculum ne conſiliũ
2 Domini detegant, at Baldus notat, & alij. [i] Imo
nec mulieres idoneæ ſunt ad ferendum teſti-
3 monium in cauſis feudalibus. [k] Proinde non ſo
lum illæ repelluntur à feudis communi iure,
ſed etiam filij illorum maſculi, quia mater nõ
4 eſt apta ad operandam tranſmiſſionem. Iure ta
men ſpeciali receptum eſt, fœminas in aliqui-
bus caſibus capaces feudi eſſe, [m] ut ſi pacto ca-
ueatur admitti fœminas. [n] Succedunt enim
tunc, ſed deficientibus filijs, quia prius de feu-
do maſculus fuerit inueſtitus. [o] Item ſucce-
dunt, ſi feudum maternum ſit, uel fœmi-
neum, [p] & dummodo maſculi non ſuperſint,
qui filiabus præferuntur etiam in his [q] quam-
uis remotioris gradus ſint. [r] Admittuntur etiã
fœminæ ſi illæ expreſsè à Dominis inueſtitæ
ſint in feudo nouo uel reuerſo, uel ſi redeme-
rint feudum, [s] uel ſi feudum francum ſit & li-
berum. [t] Si emptum feudum ſit, & quod non
5 ſit datum pro aliquibus ſeruitijs. [u] Sunt enim
feuda quæ tenentur pro annuo reditu, quæ nõ
habent ſeruitium perſonale, quæve per mutum
etiam & ſurdum, alioquin inhabiles perſonas,
teneri poſſunt, & ita quoque per mulieres. [x]
Idem ſi feodum ſit exiguum, [y] uel ſi conſuetu-
do ſit, ut ſuccedat filia, uel neptis, ut maſculi,
uel ex lege familiæ, uel ex fide feudi, uel ratio-
ne loci patriæ, ut fit in Sicilia, non exiſtente
6 maſculo. [z] Et in Gallia etiam titulos patricia-
tus ſeu parium Franciæ ad fœminas peruenij-
re, ueluti hoc iure connexo prædio benefi-
ciario docet & pluribus exemplis probat Rhe-
natus Chopinus. [a] Et in Scotia, Anglia, Flan
dria, Armorica, Hiſpania, alijſque regnis &
ſuperioribus feudis principalibus, conſtat fi-
lias & fœminas deficientibus maſculis ſucce
dere, excepto Gallico imperio, ex lege propagi
nis, de qua diximus in præludijs optimi iu-
riſconſulti, & magiſtratus, propter legem
Salicam, [b] quæ neque in fuſum uel in co-
lum patitur haſtam Francorum & Gallorum
uictricem

e § & quia ui dimus, qui feu. dar. poſſ. § 1 de nat ſucceſſ. feu. li. 2. tit. 50 § 1. de feu fœm.

f ca. ſicut non, 32 q. 2 in l. quiſquis, §. 1. ad l. Iul. maieſt. C.

g l. maritus, l. 21. de procurat. C. l. ſancimus, de recep. arbit. C l. 2. §. 2. de ijs qui uen. ætat. petra

h ca. forus, de uerb. ſig. l. ſi pater, de ſponſal. C.

i Guil. Bened. in c. Raynut. in uerſic duas habens filias, nu. at & ſeq de teſta. & hæc contraria naturæ feudi docet, §. 4. de non form. fidel. Chaſſa. in § 5 uerſ 16 uidendum eſt, rubr. des fiefz, in conſuet. Burg.

k § 1 l ſi. quos teſtes ſint neceſſ. ad proban. non. inueſt.

l Guil. Bened. in c. Raynut., verſi. duas habens filias, nu. 38 de teſtam.

m caſus ſpeciales ſequẽtes uide apud Iac. de Carie, tract. du fen & par Boerium in § 6 de conſue. feu. gl. 2. in conſue Byturi gl. in c. 1. § Conradus de his qui feu. dar. poſſ.

n § & quia uidimus, eod. uide Soc. cõſ. 10. & ten. in §. 1 de natu ſucceſſ. feu lib. 2. tit. 50. u c. epiſco. vel abb. &c. §. p. & in c. filia, de ſucceſſ. feud §. qui ſibi, de eo, qui ſibi uel hæredib. ſuis maſcu. &c.

p § 1. de natu. ſucceſſ. feu.

q § 1. de feud. fœmi. Lud. Roma. conſ. 167.

r Guil. Benedi. in c. Raynut., ad uerba in eodem teſtam. 2. nu. 198.

s § 1 quemad. feud. ad filiam pertin. Rapha. Fulg. con. 4. in ci. ad id de quo quæritur

t Bal. in d. § & quia vidimus. Idem in l. quoties, de ſuis & legit. tamen tenet contrar. & probat Ludo. Rom. ſingu. 177.

u Oldrad. in ſu[illegible] tit. qui poſſ. ſucc. in feu. Bal. in d. § & quia uidimus.

x Bal. in l. liberti libertæque, de oper. lib. l. ber. C. Bald. in § vt. de pace Conſtan. in verbo, libellaria.

y Roma. conſ. 167.

z Andr. de Iſer. in d. § & quia vidimus, qui feu dar. poſſ.

a Rhenat. Chopi. lib. 3 de domanio. c. 7. nu. 7 & 8.

b in ll. Salic. tit. 62. §. fin.

victricem commutari, [a] In alijs autem feudis ſuccedunt, una cum filijs fœminæ, in Gallia etiam, ut ait Ioannes Faber.[b] Quia iure eius ad inſtar patrimonij feuda redacta ſunt.[c] Et poſſunt mulieres obſequia belli per alios præſtare, quæ per ſe non poſſunt. Ea ratione ſuccedũt & iure communi in feudis ligijs fœminæ, ut filij.[d] In Sueuia Germanica, fœminas in feudis ſuccedere potiſſimum eccleſiaſticis & ignobilibus, raro autem in nobilibus teſtatur Zazius.[e] Elizabetham regis Bohemiæ filiã, anno 1310. de paterno regno inueſtiuit [f] ſum. pontif.
7 Alexander Magnus ſubacta Caria, eam ex regno Satrapatum fecit, quem tribuit Adæ Hecatomni filiæ, quæ obuiam ei accedenti cum exercitu in Cariam uenerat Alinda ciuitatem quæ ſibi erat reliqua, regno Cariæ ſpoliata tradiderat, & Alexandrum ipſum in filium adoptauerat, ut author eſt Arrianus, qui & addit uſitatũ fuiſſe in Aſia, iam inde à Semiramide, ut & uitorum regum uxores regnent.[g] Ferunt etiam mulieres apud aliquas gentes imperaſſe, & aſpernatas mollities muliebres, internas pugnantium uirili ingenio & manu rexiſſe: ut Penteſileam Amazonum reginam, & alteram Hyppolitem:[h] Thomyrim Scytharum reginam, quæ Cyrum & exercitum eius uicit & proſtrauit:[i] Artemiſiam reginam Cariæ, quæ Rhodios uicit:[k] Camillam Volſcorum reginam,[l] quibus & plures coniungere facile eſt.

a Guil. Bened. in c. Raynutius in uerbo, duas habens filias, nu. 118. 119. 120. & ſeq.
b Benedict. in prox. cita. loco, num 67. Io. Fab. in authẽt. ingreſſi de ſacroſ. eccleſ.
c In proximè cita. locis, in c. ſignificauit, de reſcri. in princ. Idem Io. Fab. in inſtit. de legi. patro. tu. in fi. Zabarel. Card. conſ. 64. Guid. Pap. qo. 19. & 135. Alex. cõſi. 30. in 1. par. cõſi. inci. quoniã omne datum.
d Alex. d. cõſi. 30. in 3. col par te 1. Conſil.
e Zaſ. tracta. Feu. nu. de fœ. ſucceſ.
f Ioan. Trité. c. 30.
g Arria. lib. 1. de Alexan. expedit.
h de quibus. Proper. in 2.
i Herodo. in 1.
k Herodot.
l de ea Virgil. 7. Aeneid.

De baſtardis, alijſque perſonis in feudo notandis. Cap. XIII.

1 *Naturales tantum filij in ſucceſſione feudi inhabiles, etiam in feudo materno legitimati quoque.*
4 *Vt ingratus exhæredatus filius, in feudo paterno uel auito ut ſuccedet.*
3 *Item filij Laici, qui eccleſiaſticæ perſonæ ſunt, in feudo non ſuccedunt.*
4 *Filij quoque non ſuccedunt nati ex ſecundo matrimonio ad Morganaticam contracto: non clericus religioſus, adoptiuus.*
5 *In dignitate marchionatus, comitatus, &c. non ſuccedebat olim hæres, hodie contra.*
6 *Decedente uaſſallo in feudo noui ſine maſculis liberis, Dominus ei ſuccedat.*
7 *Mutus, cæcus, ſurdus, fœmina, in qua feudo ſuccedunt.*
8 *Aſcendentes deſcendentibus quando & quomodo in feudo ſuccedant.*
9 *Ignobilis, eccleſia, fratria, quomodo in Gallia feuda poſſidere poſſint.*
10 *Perſonæ non prohibitæ, capaces feudi ſuccedunt & agnata in feuda paterno.*
11 *Filius inſtitutus in re certa à patre, æqualiter ſuccedit in feudo cum alijs, & quando præteritus, & nepotes.*
12 *Agnatus repudiata hæreditate defuncti, feudum poteſt retinere: filius hoc non poteſt inuitis agnatis proximioribus.*
13 *Collaterales in feudo nouo ſuccedunt uſque ad ſeptimum gradum, proximiores in antiquo uſque ad infinitum.*
14 *Fratres uterini & conſanguinei quomodo in feudo ſuccedunt.*

1 Naturales tantum filij ad ſuccedendum in feudo ſunt inhabiles,[m] etiamſi ſit feudum maternum:[n] quod detrahit iuris communis diſpoſitioni. Quamuis poſtea fiant legitimi, nec ſoli, nec cum alijs:[o] etiam ſi tempore, quo patri datur feudum, legitimati inueniantur, ne præiudicium fiat Dominis feudi:[p] niſi Dominus concedens feudum expreſsè pro filijs natis & naſcituris ſciuiſſet naturalem naluaſſori eſſe ſolum,[q] & niſi legitimarentur per ſubſequens matrimonium.[r] Hodie in Gallia, cum ratione ſucceſſionis feuda inſtar ſint patrimonij, & legitimati quomodocunque ut & filiæ ſuccedant.[s]
2 Inhabiles quoque ſucceſſioni feudi paterni filij ex delicto exhæredati & ingrati, adita ex teſtamento per hæredem hæreditate, non autem ſi alia cauſa ob fauorem exhæredentur.[t] Quin & Iacob. de Ardizo[u] ſcribit, ingratum filium non poſſe feudum aui iure ſucceſſionis habere, eo quòd per manus patris, & ex eius perſona uidetur habere. Quod & probat
3 Aluarotus.[x] Sunt quoque mirabiles filij laici facti eccleſiaſticæ perſonæ, nec in feudo paterno ſuccedere poſſunt, nec per ſe nec per ſubſtitutum, ſi in maioribus ordinibus ſacris fuerint conſtituti, puta ſi ſubdiaconi ſint, uel diaconi, uel presbyteri: alioquin adeptus minores tantum, cum & uxorem ducere non prohibeatur, nec erit feudi incapax.[y] Sicuti nec perſona eccleſiaſtica à feudo temporali eſt aliena, quando illud eſt cum reali ſeruitio,[z] uel francum, in quo & ſuccedit monaſteriũ pro monacho.[a] Sicut & alij quidam caſus excepti, quos & principalem quoque quæſtionem num clericus aut religioſus ſuccedant in feudo paterno ſuſiſſimè tractat Chaſſanęus,[b] & argumento in utrã que partem adductis & reſolutis. Iacobus Curtius in altero membro tractatus feudorum tertiæ partis, in 10. quæſtione, diſputauit, & eam Martinus Landenſis uarie, Cardinalis Mediolanenſis & alij, quos refert Curtius, pro quo textus uidetur eſſe expreſſius,[c] & ego ei ſubſcribo.
4 Nam & qui clericus efficitur, aut uotum religionis aſſumit, hoc ipſo feudum amittit,[d] idipſumque ſtatutum, ſi fiat quis canonicus.[e] Adoptiuus quoque in feudum non ſuccedit.[f] Neque filij qui naſcuntur ex muliere minus nobili ducta, extantibus prioris matrimonij liberis, & contracto ſecũdo ea lege, ne nati poſtea ſuccederent, ex lege Salica uel Morganica.[g] Nec in marchionatu, ducatu, comitatu, uel alia regali dignitate, olim ſuccedebat hæres, hodie contra.[h] Putant quoque aliqui,[i] ex conſuetudine regni Galliæ, minores maſculos 20. ann. & fœminas 24. non poſſe in eo feuda regalia tenere ſine diſpenſatione principis: ego non puto illam generalem, forſan tamen in Nor-
6 mania ſingularem, uel alibi. Et ſi duo fratres ſimul inueſtiti fuerint de beneficio nouo, & nõ de paterno, ſi unus eorum ſine deſcendentibus maſculini ſexus mortuus fuerit, Dominus ſuccedit, non frates, niſi pactum hac de re con-
7 uentum ſit.[k] Mutus quoq. qui nullo modo loquitur, feudum non poteſt retinere, quippiam tamen ei alimentorum gratia ex eo relinquitur:[l] idem in ſurdo, cæco, quia ſeruire non ualeant non ſecus quàm fœminæ: paternum feudum tamen illi poſſunt retinere & per ſub-
8 ſtitutum inſeruire.[m] Firma quoque regula eſt aſcendentes in feudis deſcendentibus non ſuccedere,[n] niſi contrarium ſit pactum, uel feudum contemplatione patris filio ſit datum, uel ſi uetus ſit feudum & paternum.[o]

Defendit

m Iaco. de Ardizo in sub. an naturales ſuccedant in feu. Aluarot. in c. 1. an mati ſucce. uas. Chaſſa in conſuet. Burg. §. 5. circa fine, verſi. itẽ nemo poteſt. tim de ſucceſſione des baſtardz.
n in l. ſi quis illuſtr. ad tit. C. n §. naturales. ſi de feu. defũ. contente litini, dum & uaſſal. li. 2. Feu. tit. 26.

p Sc decid. Landenſ. in d. §. naturales, & Cardin. Mediolanen.
q Aluarot. in d. §. naturales, ob ſcientiã domini, l. ſi quis ita, de teſtam. tut. P.
r Andre. de Iſer. & alij, in d. §. naturales, ar gu. cap. tanta, qui filij ſint legit. Fel. in c. in præſentia, 10. colum. de probat.
s Guido. Pap. deciſ. 59.
t examinat Io an And in Sũma de ſucceſſ. feudo. ſub rubric. an filius ſucced. in feu. Iacob. Curt. in altero mẽbro tertiæ partis, tracta de feud. nu 6 & 7.
u Iacob de Ardizo, in Sum. de ſucceſſ. feu. rubr. an agnat uel fili' defun cti feud. retinere poſſ. libr. 2. Feud tit 41.
x Aluarot. in §. & quia uidimus, colũ. 10. qui feud. dar. poſſ.
y Calder. conſil. 2. titul. de feud. Bart. & Aluaro. in §. & quia uidimus, de ijs qui feudum dar. poſſunt.
z Fely. in c. in præſentia, de probat.
a Idem in d. c. in præſentia, ll. mitat. 1. Bal. in authen. niſi rogan, ad Treb. C.
b in conſuetu. Burg. titul. des fiefs, §. 1. ad uerb. excepte les religieux.
c c. 1. de feud. fœmi. dum dicit clericus nullo modo in beneficio patri. ſucced §. 1. de naſ ſal. mil. qui arma belli depo ſuit, lib. 2. titu. 21.
d §. ſi quis per triginta uerba. qui clericus. ſi de feu. defunc. content. ſit inter dom. & uaſſal. libro 2. tit. 26.
e gloſ. 1. & 2. in l. 1. quæ ſit longa conſuet. C. & ibi Bal.
f §. adoptiuus, eo. tit. 26.
g §. 1. de fil. natis ex matr. ad morga. contract. libro 2. Feud. tit. 29. §. Alij, & §. mulier habẽs feudum. ſi de feu. defun. contro. ſit inter.
h §. 1. ibi ſtã gl. de feudo marchio. uel ducat.
i Boer. in §. 12. gl. 1. de conſue. iur. & ſtat. perſon in conſuet. Bitur.

k §. ſi duo fratres, de feudo march. §. 1. de ſucceſſ. frat. lib. 2. Feud. tit. 11.
l §. ſi epiſc. uel abbat uel abbatiſſ. &c.
m §. 1. an mutus uel . . . al imperfec. feu. retine lib. 2. Feudo. tit. 36.
n §. 1. de natu. ſucceſſ. feu. rationes ibi adferuntur a gl. & a Curt. in 9. par. tract. de feu.
o prob. Curt. ubi ſupra, Aluaro & alij, in cap. 1. de natu. feud.

Defendit & Curtius, [a] fructus feudi profectitij
uel aduentitij filij fami. eſſe patris, ea tamen le
9 ge ut ſeruitium fiat. Docuimus & in diuiſione
feudi, dum de nobili agebamus, & ignobiles in
Gallia capaces eſſe feudorum, excepta Burgun
dia: & eccleſias quoque, fratrias, capitula, & u-
niuerſitates, ſi morticinij ius impetrauerit, ut
10 tradidimus in fine c. diuiſionū feudi. Aliæ por-
rò perſonæ in ſumma, quæ non prohibentur,
capaces ſucceſſionis feudi ſunt, & poſſunt id ca
pere, ut & ſeruus uolente domino poſſit de feu
do inueſtiri.[b] Et ſuccedent maſculi deſcenden-
tes uſque ad infinitum, & cōſobrini [c] in feudo
11 paterno, non in nouo:[d] etiam ſi emancipati fi-
lij ſint à patre, de cuius feudo agitur. [e] Imo fi-
lius inſtitutus à patre in re certa, æqualiter ſuc-
cedit in feudo cum alijs.[f] Nec præteritus impe
ditur in ſucceſſione, etſi nolit dicere teſtamen-
tum patris nullum. [g] Atque cum deſcendenti-
12 bus filijs unà ſuccedunt nepotes ex filio.[h] Et ſi
contigerit uaſſallum ſine aliqua prole decede-
re, agnatus ad quem uniuerſa hæreditas [i] inteſta
ti pertinet, poterit repudiata hæreditate feudū
retinere, nec obnoxius erit debitis defuncti, ni-
ſi ratione fructuum exiſtētium: quāquam filius
ſuccedens patri nō poſſit hac diuiſione uti, ſed
debet uel utrūq; repudiare, uel retinere. Aut ſi
uoluerit conſentire debet petere nouā inueſti-
turam feudi à domino, & ita hæreditatem repu
13 diare.[i] Collaterales in feudis nouis ſi poſſideat
primò inueſtitus præmortuus, uſque ad ſepti-
mum gradum ſuccedunt.[k] In antiquis uerò,
quæ peruenerunt multoties in deſcendentes
ſucceſſio eſt collateralium in infinitum, [l] qua
diſtinctione feudi iura ex diametro alioquin
14 pugnantia, conciliantur ex ſententia Iacobi
de Belloiuſu. Nicolai Neapolitani, Baldi, Alua
roti, & Curtij:[m] Singulare autem præter ius cō
mune hic, fratrem uterinum tantùm, non ſuc-
cedere in feudo paterno, [n] quia in feudis iure
cognationis nulla eſt ſucceſſio.[o] Nec frater u-
trinque coniunctus excludit in ſucceſſione col
lateralis alium fratrem conſanguineum tan-
tum, & ſic coniunctum ex parte patris ſed pari
ter admittuntur [p].

De modo conſtituendi feudum & de inueſtitura. Cap. XIIII.

1. *Iura feudorum moribus reguntur, ſequenda & na tura feudo impoſita.*
2 *Feudi acquirendi præcipui modi, per inueſtituram & ſucceſſionem.*
3 *Quæ pro poſſeſſione & inueſtitura habentur.*
4 *Inueſtituram ſequitur fidelitas, fidelitatem adeptio poſſeſſionis, inueſtituraque facta & fide a uaſſallo data, tenetur dominus præciſè poſſeſſionem dare, nec poteſt pœnitere.*
5 *Inueſtitura duplex, uerbalis & ſolemnis, & quid.*
6 *Inueſtitura ſymbolica uerbalis, non facit plene poſſeſſorem uaſſallum in feudo nouo, ſecus in ſucceſſione antiqui.*
7 *In inueſtitura ſymbolica tria, res, perſona, modus. Symbolum haſta, & quid, & quare haſta inueſtiendi detur, & ſeq. numeris.*
8 *Haſtæ geſtatio, deputata antiquis regibus pro diademate.*
9 *Haſta regum ſceptrum, breuis baculus non haſta longa, & de ſceptro plura.*
10 *Haſta Guntrannus data, regnum tranſtulit in nepotem, haſta prælata regibus Romanorum in ſymbolum regni, &c. Quirites ab haſta dicti.*
11 *Haſta porrecta beneficiario ſignum eſt beneficij conceſſi.*
12 *Iuramentum firmum per ſceptrum.*
13 *Inueſtitura in Gallia fit baculo, in Marchia ſtipite paleæ, alibi bibendo, alibi per pallium. & num. 15.*
14 *Baculus paſtoralis pedum dicimus, ſymbolum dignitatis.*
Photio in Conſtantinopolitana Synodo, baculo, ut indignus dignitate, priuatus, &c.
16 *Annulus aliud ſymbolum inueſtituræ.*
17 *Annulus D. Mauricij Sabaudiorum ducum inſigne.*
18 *Ius aurei annuli inſigne ducatus Venetorum.*
19 *Annulo dato Perdicæ, Alexander magnus eundem delegit ſibi ſucceſſorem. &c.*
20 *Aliud ſymbolum feudi traditionis, datio gladij & uexilli.*
21 *Coronæ ſeu diadematis traditio, ſymbolum tranſlati regni.*
22 *Clypeo imponebant & leuabant Franci reges ſuos.*
23 *De alijs inſignibus ducum, marchionum, comitum, uicecomitum.*

1 SCiendum eſt feudorum iura ex cō-
ſuetudine magis pēdere, quàm ex
poſitiuo iure ciuili aut pōtificio.[q]
Et proinde cura erit hic potior, p-
cunctari mores regionis & familiarum, & feu-
2 di, ex quibus regulam accipiant. Porrò ex con-
ſuetudinibus feudorum, duo ſunt inſigniores
modi, quibus quis feudū acquirere poteſt, per
inueſtiturā uidelicet, & per ſucceſſionem; [r] ad
quos alij modi adipiſcēdi poſſunt referri, nem-
3 pe ea quæ poſſeſſionem habent, & quæ pro in-
ueſtitura habentur, ueluti quòd ſteterit benefi-
ciarius in poſſeſſione feudi uidente & ſciente
domino, nec prohibente: uel ſi adeptus poſſeſ-
ſionem feudi præſente curia, præcedente licen-
tia domini:[s] uel ſi trigiuta annorum ſit præſcri
4 ptio.[t] Inueſtiturā ſequitur fidelitas, [u] fidelita-
tem uacuæ poſſeſſionis adeptio, uel in poſſeſſio
nem miſſio. [x] Atque plus eſt poſſeſſionem da-
re, quàm inueſtire.[y] Ex fide tamen data & inue
ſtitura facta obligatus eſt dominus ad uacuam
poſſeſſionem præſtandam præciſè, ut non libe
retur, præſtando id quod intereſt uaſſalli, nec
pœnitere poſſit inueſtiſſe. [z] donatio enim per
fidem acceptata uidetur, & ita irreuocabilis. [a]
Diximus autem feudum donationem eſſe in
finitione, dum beneficium uocauimus, quod li
beralitas eſt, quæ in donatione obtinet, [b] &
nullo iure cogente fit. [c] Et proinde cùm con-
tractus dicatur nominatus donatio,[d] non licet
pœnitere, [e] potiſſimùm cùm fidem dando,
cliens iam ex parte ſua contractum impleuiſ-
ſe uideatur, & cogere ita poſſit dominum, ut
5 ipſe quoque impleat. [f] Accedunt & pacta in
inueſtitura appoſita, quæ legem feudo dant, &
quæ ſeruari conuenit. [g] Inueſtitura, quædam
eſt uerbalis, quædam ſolemnis: illa poſſeſſio-
nem, ut diximus, deſiderat, hæc nequaquam.[h]
Franciſ. Curtius iunior propriè inueſtituram
eſſe ait, dum re ipſa & actu quis miſſus eſt in
poſſeſſionem. Quemadmodum homo ueſtitus
propriè, dum ueſtes re ipſa induit: impropriè
ſeu abuſiuè inueſtituram, quæ fit uerbis inter-
ueniente actu aliquo corporeo: ut ſi domi-
nus dicat, inueſtio te per traditionē annuli uel
enſis,

a Curt. ubi ſupra.
b §. per perſonam, per quos fit inueſtit.
c §. 1. de na. ſucceſſ. feu. lib. 2. tit. 10. & cap. 1. § & quia uidimus, qui feud. dare poſſ. § ſi cōmuni, de feu. march. c. 1. an marit. ſucc. uxor.
d § ſi duo, de feu. March § 1. de ſucc. frat. § ſi quis miles, ut. conſtitutio feu da domini Lotharij lib. 1. tit. 30.
e Bald. in l. in ſucceſſione, de ſuis & legit. C. Mart. Laud. & de Ardizo in Sum. de ſucce. feu. Curt. altero membro 3. part. feu. tract. num. 9 & 9.
f c. 1. de ſucce. feud. Bart. in l. ut iuriſiurandi, §. ſi liberi, de op lib. in P. Aluaro. & alij in d. §. & quia uidimus.
g Cur. ubi ſup. num. 9.
h ca. 1. de nat. ſucceſſ. feud. c. 1 de ſucceſſio. feud.
i §. 1. in egna. uel fil. def. poſſit ret. feu. ſepud. hæred. lib. 2 tit. 45. § filius de capitaneo q curiam uendidit, lib. 2. tit. 51.
k ſic intelligēdus eſt, § & quia uidimus, q feu. de poſſ. & c. ſacris bene, de prohib. feu. alien.
l ſic intelligēd. §. 1. ſi uaſ. feu. priue. cui de. fera §. 1. de natu. ſucce. feud.
m præd. authores in § ſi capitanei, de feud. Marchiæ, Curt. in 3 part. tract. feudo
n Ange. conſ. 306. incipiente ſanctiſſima & illuſtriſſima regina. Martinus Laud. in §. & quia uidimus, qui feud. dare poſſ. & 1 b. Alua 4 col. Chaſſan. in §. 5. uerſ. 3. nā licet, ſub. des fiefs in couſt. Burgun.
o §. 1. de grad. ſucceſſ. in feu.
p Bald. in l. ſi. C de legit. hæred. Laud. in d. § & quia uidim⁹. Bal. & Alu. in § 1 de grad. ſucceſſ. in feud. Bal. conſ. 422. inci. caſus talis eſt Chaſſe. §. 5. uerſ. quia iſtis, rubric. des fiefs in couſtume Burgund.

q § 1 de feud. cognit. libr. 2. Feud. tit. 1.
r §. fin. ead.
s c. 1. de conſ. recti feu. lib. 2. tit. 33 c. 1. in fin. ſi de inueſtitu. feu. int. dom. & uaſſ. lis oriat.
t §. ſi quis per triginta, ſi de feud. fuer. controu. int. dom. & agnat. uaſſ. Franciſ. Curt. conſ. 15. incip. tria in facto.
u § 1. qd præced. deb. an inueſt. uel fidel. lib. 2 tit. 4.
x in §. ſi uerò, qui ſucce. feu. dat. teneantur lib. 2 Feud. tit. 3. §. ſi. de no. for. fidel. li. 2. tit. 7
y cap. uaſis. 16. qu. 2.
z §. fin. de no. for. fidel. §. ſi facta, ſi de feu. def. cōtēt. fuer. int. dom. & agnat. uaſſ. lib. 2. tit. 26.
a § 2. de donatio. l. ſi quis argumentum, §. ſin autem, C. eod. l. nuda ratio, eod P. c. ſi tibi abſenti, de præb. in ſex.
b c. 1. de donatio ap. Greg.
c l donari, de reg. iur. l donari, de donatio. in P.
d interp. in l. iuriſgentiū, §. quinimo, de pac. in P.
e l ſicut, de actio. C. l. in cōmodato, §. ſicut, commod. in P.
f l. Iulianus. §. offerri, de act. empt. in P.
g § 1. de dnob. fratrib. à capita. inueſti. lib. 2. Feu. tit. 30.
h gloſſ. in §. ſi facta, in uerba dominum, ſi de feud. def. fuer. controu. int. domino. &c.

enſis, quod & textus unicus expreſsè ꝓbat.[a] In
feudi ergo conſtitutione per inueſtituram ſym
bolicam, adhuc non eſt plena acquiſitio: nam
& quamuis quis iuſſu domini uerbali illa inue
ſtitura donatus ſeudo, poſſit quamdiu uixerit
rectè ſe defendere, tamen nō tranſmittet ius ad
hæredes, [b] niſi hæredum mētio facta ſit in illa
inueſtitura: [c] nec per illam inueſtiturā cenſetur
rei tranſlata poſſeſſio. [d] Facultas quamuis adi-
piſcendę poſſeſſionis detur, [e] & plus ſit in hac
inueſtitura, quàm in ſola promiſſione, quæ feu
6 dum non conſtituit præcisè. Hoc tamen ita ue-
rū eſſe dicimus, quādo de feudo nouo agimus,
in quo poſſeſſionis appræhēſio exigitur, cū an-
tè nullam habere uideatur nec ciuilem nec na
turalem beneficiarius: at in feudo antiquo quæ
ſito per ſucceſſionem, arbitror inueſtiturā ſym
bolicam ſufficere, cùm iam ſucceſſor continua
re poſſeſſionem uideatur defuncti, & in ea eſſe,
ut inueſtitura tunc potiùs & uerè confirmatio
7 dicatur.[f] In inueſtitura ſymbolyca primùm res
interueniūt, poſteà pſonæ, dehinc modus Sym-
bolum traditionis feudi & cōſtitutionis uel in-
ueſtitionis, eſt in feudorum conſuetudine ha-
ſta.[g] Haſta, inſtrumtuém militare inſigne, δόρυ
Græcis uel λόγχη, qua milites ſtrenui utūtur: ut
haſtatus primus, ille qui ducentus milites in a-
cie ſecunda ducebat, [h] & haſtati qui primi in a-
cie pugnabant. Et apud Sextum Pompeium Fe
ſtum de uerborum ſignificatione, *haſta*, inquit,
*ſubijciebantur ea quæ publicè uenundabant: quia
ſignum præcipuum eſt haſta. Nam & Charbagi-
nienſes cùm bellum uellent, Romam haſtam miſe-
runt: Et Romani fortes uiros ſæpe haſta donarunt.*
Symbolum ergo in hoc feudo haſta, de pilo
uix eſt quod ſymbolum conſtitutum credam,
quamuis ſi uelimus in eo hærere, poſſimus. An-
tiquitus reges haſtas pro diademate habebant,
quas Græci σκῆπτρα dixere. Nam & ab origine
rerum pro dijs immortalibus ueteres haſtas
coluerunt: ob cuius religionis memoriam ad-
huc deorum ſimulachris haſtæ adduntur, ut te
ſtis Iuſtinus,[i] apud quem obſeruo ſceptrum ha
ſta ſignificari, nempe baculum non ſudem uel
haſtam longam, ſed breuiorem baculum quo
innitimur, quemve in manu ſolemus deferre,
qualem refert Homerus, [k] Vlyſſem detuliſſe, &
eo abegiſſe canes,

ἕζετο κερδοσύνῃ, σκῆπτρον δὲ οἱ ἔκπεσε χειρός

9 Itaque ſceptrum erat uirga quædam breuis,
ſed regum inſigne propriè quod dijs pagani
ſuis tribuerunt, quorum uoluerunt reges ma-
ieſtatem imitari. Fingunt ita Poetæ Iouem
congregantem ſuos miſellos deos, ſceptrum
habuiſſe poteſtatis ſymbolum, ut apud Oui-
dium,

Celſior ipſe loco, ſceptroque innixus eburno,
—ora indignantia ſoluit.

Agamemnon quoque ad naues proceſſuros, &
regis illud inſigne ſecum detulit,[l]

εἵλετο σκῆπτρον πατρώϊον ἄφθιτον αἰεί.

Et à Deo hoc inſigne, illudque ſymbolum eſſe
poteſtatis conceſſæ, docet idem Homerus,[m]

—εἷς κοίρανος ἔστω.
εἷς βασιλεύς ᾧ ἔδωκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω,
σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θέμιστας, ἵνα σφίσι βασιλεύῃ.

Sic & tranſlatum regnum per hoc inſigne, ut
10 extat exemplum antiquum, quando Gontra-
nus rex, quam manu tenebat haſtam nepoti
tradidit, donati regni ſymbolum.[n] Inſigne &
regium, capiti regis creati conſtituebatur, ut te
ſtatur Cornel. Tac.[o] dū de Artaxia rege creato
agit. Diadema illud fuiſſe, uel teſtat Valeriua
Maxi. quum nobilem pannum ait, miſerijs &
ſolicitudinibus refertum. Verùm & alia inſi-
gnia addebantur. Sicque popul. Roma. cùm re
gij nominis honorem, pro magnis erga ſe me-
ritis cuipiam daret, regem ac ſocium appella-
bat, Scipionem eburneum, togamque pictam,
palmatam tunicam cum ſella curuli mitte-
bat, ut & meminit Cornel. Tacit.[p] Alia inſi-
gnia refert Gregorius in regeſtis. Dum ait, *De-
metrius Croatiæ Dalmatiæque rex creatus, uexillo
ſceptroque & corona inueſtitus.* Haſtæ & ſecures
prælatæ regibus Romanis in imperij ſignum,[q]
unde Quirites à quiri haſta, quæ præferebatur
11 loco coronæ. Ergo haſtam ſeu ſceptrum ex-
hibuiſſe clienti & beneficiario, idem eſt, quod
ſignum electionis fortis uiri & ſtrenui, militiæ
cauſa: & præmij fortitudinis, & fidei datæ gra-
tia poteſtatem illi dediſſe rerum beneficij, &
adhibuiſſe ueluti ſummum iuſiurandum & fi-
12 delem promiſſionem. Sic & antiqui in fœderi
bus componendis, uel in promiſſionibus iu-
rabant per ſceptrum, uel adigebantur per il-
lud iurare: quòd ſceptrum illis aliquid autho-
ritatis & maieſtatis referret, ut apud Home-
rum,[r]

Α'λλ' ἄγε κατὰ σκῆπτρον ἀνάσχεο ἠδ' ὄμοσσον.

Inuenimus & apud Perſas & Medos, uirgam,
quam tenebat rex in manu, ſceptrum uidelicet
aureum, gratiam uitæ concedere, & firmum ra
tùmque eſſe beneficium conceſſum ei, cui rex
uirgam oſculandam porrexiſſet.[s] ſcribit Bero-
ſus[t] Armenos & Italos, Noam, qui apud utroſ
que regnaſſet, & legibus mores utrorumque
compoſuiſſet, ſignaſſe in ſcriptis ſuis curſu ſo-
lis, & motu lunæ, & ſceptro dominij, quo ma-
los & noxios expellebat à cœtu hominum, &
caſtimonia corporis & ſāctimonia animi, dua
bus clauibus, religionis & fœlicitatis. Baculus
13 etiam inter eccleſiaſticas perſonas ſignum eſt
14 paſtoralis dignitatis, pedum dicimus. Quare
legimus in concilio Conſtantinopolitano,[u]
Marinum uicarium in eo ſummi pontificis, in-
greſſo Photio ad ſynodū baculo innixo, iuſſiſ-
ſe ei auferri baculum: *quia*, inquit, *baculus eſt
ſignum dignitatis paſtoralis, quod hic habere nul-*
15 *latenus debet, quia lupus eſt, non paſtor.* Accurſius
notat baculum ſeu ſtipitem paleæ datū à con-
trahentibus pro inueſtitura, & ſuo tempore in
Marchia: at in Lombardia bibere, & alibi per
pallium inueſtituram fieri.[x] Antiqui quoque
ſtipulationem ab ſtipulo, ſeu firmo, & utrum-
16 que ab ſtipite dixerunt.[y] Eſt aliud inſigne in-
ueſtituræ annulus.[z] Cùm enim poteſtatē admi
niſtrandi reges dabāt alicui, annulum ſuum ſi
gnatorium porrigebant, ut quicquid libuiſſet,
ſuo nomine præſcriberēt: erantque cæteris mā-
datis ea firmiora, quæ annulo regio ſignata e-
17 rant. Sabaudiæ Ducum ſymbolū annulus D.
Mauricij Thebarū legionis ducis & martyris,
quem Petrus primus Allobrox, impetrauit à
18 Cœnobiarcha Mauriciano, Veneto duci hoc
ius aurei annuli indultum ab Alexādro 3. ſum
mo pontif. ann. 1170. quem proijciūt in mare
duces electi, ut mare deſpōsātes, & in poſſeſſio-
19 nis adeptæ imperij maritimi ſymbolū. Scribit
Æmilius Probus, qui alijs Cornelius Nepos,[a]
Alexandro Babylone mortuo, cū regna ſingu-
lis familiaribus eius diſpartirentur, ſummū re-
rum traditam fuiſſe tuendam Perdicæ, cui Ale
xander moriēs annulum ſuum dederat, ex quo
omnes coniecerunt, eum ei regnum commen-
daſſe, quoad liberi eius in ſuam tutelā peruenir
ſent. De ſymbolo uſuq; annulorū plura uideto
apud

a In § 1. quid ſit inueſtit. li. 2. Feud. tit. 2.
b § 1. quibus mod. feu cōſti. pot. li. 1. tit. 24.
c § ſciendū. de conſuetu. rect. feud. l. ſi pactū, de probat. P.
d c. per tuas, & ibi no. de dona. & ca. ex literis, de conſuetu. apud Grego. § 1. de no. for. fide.
e Iun. in d. c. ex literis, interpr. in § 1 quid ſit inueſtit.
f § 1 quo tempo mil. & c. § 1 per quos fiat inueſt.
g § 1. quid ſit inueſtitura.
h Vegetius, & Varro, lib. 4. de ling. Latina haſta, q aſtans ſoleat ferre.
i Iuſtin. ex Tro go. lib 43. Hiſto riarum.
k Homerus Odyſſ. ξ
l Homerus Iliad β.
m Homerus Iliad β.
n Ammonius,
o Cornel. Tacit. lib. 2. annal.
p Corn. Tacit. lib. 4. annal.
q Dionyſ. Halyc. lib. 3.
r Home. Iliad. ζ. uerſ. 3?2.
s Heſter, c. 4. & 8.
t Beroſ. in 5. De floret. Hiſtori. Chaldæo.
u in cōcilio 8. Conſtantin. actio. 7.
x Accurſ. in § 2. de uer. obl.
y in d. § 1. de uerb. obl.
z Eſter, c. 3. & 8. ca. ex ore, de his quæ fiunt a maio. par. cap.
a Probus, in uita Eumenis.

a Plin. lib. 33. Hiſto. natu. c. 6. & 1.

20 apud Plinium [a]. Symbolum aliud traditionis feudi, gladij, aut vexilli datio. Otho Friſingenſis regna per gladium, prouincias per vexillum tradi ſcribit. Carolus Magnus inueſtiuit Ludouicum filium de regno ante mortem ſuam, loquit Ammonius [b], per ſpatham, quæ vocatur ſancti Petri, fuſtem & coronam ex auro & gemmis. Et is ruſum Ludouicum ait moriturum per Odonem & Belginagenſem epiſcopum, & Albuinum comitem, coronam & ſpatham, id eſt, enſem ac reliquum regium apparatum, filio ſuo Ludouico miſiſſe, mandando illis qui cum eo erant, ut in regem eum ſacrarent ac coronare facerent [c]. In formula conſecrandi regem & Imperatorem ſcriptū eſt, Imperatorem dum Romanorum rex & Imperator à ſummo pontif. renunciatur, poſt ſacram unctionem manuum pectoris armorum & compagum brachiorum, inter ſacroſancta lyturgiæ, myſteria, epiſtola dicta & ante lectionem ſancti Euangelij accipere a ſummo pontif. enſem eductum ab altari, in defenſionem ſanctæ Dei eccleſiæ, & ad vindictam malefactorum, & laudem bonorum: turſumque in uaginam repoſitum, eidem accingi ab eodem ſommo pontif. & poſtea diadema regni ei imponi in ſignum gloriæ, cum ſceptro in manu dextera, & pomo aureo in ſiniſtra, cum orationibus & benedictionibus. Additur & ibi oſculum, quod debet inauguratus ſummo pontif. [d] Et Gotfridus Viterbienſis Chronicorum parte 19. horum regaliorum inſigniorum ſignificata fusè explicat, & docet quid ſignificent crux, quæ datur Imperatori, gladius regalis, ſceptrū regale, lancea Imperialis quæ fuit ſancti Mauricij, globus aureus, qui & pomum & palla uocatur, cruxve ei ſuperpoſita, duplex diadema,
21 gemmæ, aurum & criſta in coronis. Erant & alia inſignia transferendi regni, ut traditio diadematis, apud Valer. Max. in ceſſione regni Cappadociæ in fauorem filij facta ab Ario-
22 barzane [e]. Et cùm antiquitus Franci regem
23 crearent, eleuabant eum in clypeo [f]. Inueſtiuntur duces de ducatu per impoſitionem cauſiæ ſeu pilei aurei ducalis vnionibus ornati, marchiones de marchionatu, annulo in quo eſt pyropus ſeu rubinus, gemma ſpecies carbunculi, quem imponit digito medio marchionis princeps: comes de comitatu, annulo cum adamantis gemma: vicecomites vicecomitatu, virgula aurea data: Baro, & banneretus, uexillo decurtato, ſeu labaro [g].

b Ammonius. libro 3. Hiſtor. Franc. c. 16.

c Iiſdē verbis Ammoni' li. 5. Hiſt. c. 19.

d hęc ſcribit Antonius, de la Sale, in poſtrema pat. libri in ſcripti, la Salade, tit. ordo ad coronādum & inungendū regem.

e Valer. Max. lib. 3 c. 7.

f Ammon. lib. 3 cap 61 Ado Viennenſis, in commētar. de ea 4.

g d. Anton. de la Salade in d. lib. c. 31. 32. 33. 34.

De perſonis, quę in feudi inueſtitura conſiderantur, & de fidei ſeu hominij præſtatione. Cap. XV.

1 *Perſonæ in inueſtitura quales, remiſſiuè.*
2 *Pares curiæ, qui.*
3 *Fidelitatis pręſtatio erronea non minuit, nec tribuit ius. Quędam feuda fidelitatis iuramentum exigunt, quędam minimè.*
4 *Fidelitas quid.*
5 *Fidelitatis iuramenti forma.*
6 *Hominium, Gallis* hommage, *eſt iuramentum fidelitatis.*
7 *Hominij vel fidelitatis forma in Gallia duplex, pro feudo ſimplici, & pro ligio, & de vtraq;.*
8 *Per ſe & per procuratorem hominium & iuramentum pręſtari & recipi poteſt, niſi incomoda ſit perſonę ratio in feudo.*
9 *Hominium per procuratorem pręſtant plures vaſ-ſalli vnius hęredes, & vni ex pluribus hęredibus domini vniuerſitas, eccleſia, minor, pupillus, & ſimiles.*
10 *Hominium & iuramentum fidelitatis quando tenentur pręſtare beneficiarij, & intra quod tempus, quo non facto manus iniectio domino in feudum permiſſa.*
11 *Hominium quando & à quibus non debeatur pro mutatione vaſſalli.*
12 *Si pars feudi alienetur, an nouè hominium ab emptore præſtari debeat. Ruptio feudi & diuiſio quid, & quid* fied de pie, & fied depierè, *&c.*
13 *Feudum quis ſuum ſine alterius pręiudicio poteſt onerare cenſu, hominio, reditu.*
14 *In hominio & iuramento fidelitatis, debent exprimi res & ualor earum, & cenſus.* Denombrement apres l'hommage, *intra quod tempus debeat dari, &c.*
15 *Feudalium rerum profeſſio, ſiue* le denombrement, *integra eſſe debet, & quare fiat, & de commiſſo eius rei cauſa.*
16 *Profeſſionem hanc rerum cogit dominus vaſſallum facere per iniectionem manuum in feudum: & num fructus faciat ſuos in defectum denumerationis.*
17 *Fidelitatis pręſtatione nihil aliud debetur quam iuramentum, niſi pacto vel conſuetudine aliud prębendum ſit.*
18 *Mutatione domini vel vaſſalli alicubi debetur, quintus & requintus, denarius & alia quędam,* Rachapt de fiedz.
19 *Quintus & requintus denarius quō ſoluendus.*

1 PErſonæ quę in inueſtitura requirūtur ex parte dantis & accipientis, ex ſuperioribus quæ in perſonis mouimus intelligi poſſunt, quales queve idoneę ſint: uerùm ultra conſideramus alias, ut curiam domini, & ſaltem duos teſtes, ut ſolēni teſtatione de ea appareat: uoca-
2 mus pares curiæ, hoc eſt, qui ſint eiuſdem domini ſimilis naturæ feudi uaſſalli [h], uel alterius domini eiuſdē generis, ſi dominus non habeat ſimiles uaſſallos, ueluti ſi agatur de comitatu, pares curiæ regis erunt comites alij: ſi de ducatu, duces: ſi de baronia, barones: ut pares à paritate feudorū dicti ſint, ut docet ex Innocentio Panormit. in c. cæterùm, nu. 14. de iudic. Si ergo quęſtio ſit de inueſtitura, illi adhibēdi ad probationē ſunt: uel illis teſtimoniū detrectantibus, alij, & inſtrm inueſtituræ, ſi ſit [i]. Cęterùm inueſtitura facta à domino, ex parte uaſſalli, feuda quædā fidelitatis exigunt iuſm: quędā
3 non exigunt. Quamobrē & quę exigant primū hic annotari deſidero, ut pro alijs non ſit præſtandū: quòd ſi pręſtetur, notandum erit in præſtatione fidelitatis iuſtū errorem & excuſabilē, nō tribuere ei ius cui facta eſt, ſi non ſit dominus, nec obeſſe alijs: quod eſt ſingulare Imperatoris
4 Lotarij decretū [k]. Fidelitas eſt iuſiurandū quod à uaſſallo pręſtatur domino [l], in certis uidelicet feudis: non in his pro quibus fidelitas non eſt
5 præſtanda [m]. Forma iuramenti eius hęc ex conſuetudinario iure, *Ego iuro ad hæc ſancta Euangelia Dei, quòd amodo in antea ero fidelis huic, ſicut debet eſſe vaſſallus domino: nec id quod mihi ſub nomine fidelitatis commiſerit dominus, pandam alij ad eius detrimentum, me ſciente* [n]. Sub hac forma aliæ formæ continentur quæ poſteà adinuētæ ſunt latiores, in quibus quis expreſsè promittit domino incolume, tutum, honeſtum, utile, facile, poſſibile, quę explicata inuenies proprijs titulis [o]. Et in una forma eſt modus iurandi

h §. 1. quid ſit inueſtitu. lib. 2. Feud. titul 2 §. iſtum ſcrēdum, de notis. feud. lib. 2. titul. 58.

i d §. 1. quid ſit inueſtitura, vide in § 1 qui teſt ſint neceſſ ad probā nouā inueſtitu. lib 2. Feu. tit. 32.

k c. ſatis bene de prohib. feu. alienatio. per Lotar.

l §. 6. quid pręcedi debe inueſtit lib 2 Feud. titul 4.

m §. eſt & ali. quæ ſint cauſa pri. conſtit. uel f. u. amit. lib 2. Feu tit 24.

n § 1. qual. iura. deb vaſſal. domi lib. 2 Feudo tit 5.

o tit de for. fidel lib. 2 Feud. tit. 9 & tit. de no for fid tit 7. c de forma 22. q. 5 in can tibi domino, 23 d. de for iuramē. vide & Fely in c dilect. in pri. de ma. & obe. in quib fidelitas cōſiſtat, tradit Io. de terra rub. tract. contra rebelles regū, art. 1.

randi domino inferiori regi, *ero fidelis tibi Caio domino meo contra omnem hominem, excepto Impe*
6 *ratore vel rege* [a]. Hominium etiam dicitur hoc iuramentum, Gallis *hommage*, nempe profeſſio eius, quod is homo debeat præſtare. Francicum morem exprimit Ammonius [b], *Taſſilo*, inquit, *dux Boioariorum more Francico, in manus regis in vaſaticum, manibus ſuis ſemetipſum commendauit, fidelitatemque tam ipſi regi quàm filijs eius Carolo & Carolo magno iureiurando ſuper corpus ſancti*
7 *Dionyſij promiſit*. Forma ex conſuetudine Galliæ duplex, una pro feudo ſimplici, altera pro ligio: in ſimplici feudo, cliens ſeu uaſſallus authoramentum accipit, ſeu hominium facit domino, capite apetto, iunctis manibus, eumque oſculatur. Qui autem hominiũ ligium debet, manibus iunctis ſacroſanctis Euangeliis impoſitis, capite aperto, exarmatus & diſcinctus, dominum oſculatur, iuramento fidelitatis in utroque interpoſito [c]. Sic enim humili ſupplicatione patrono ſe applicat, fidem pollicetur, & recipit à domino, offerens domino ſimul & ſemel & manus auxiliares, & os fidele, & ea quæ ex feudo commoda ei præberi debẽt ex lege clientelari. Et ut me explicem, uaſſallus uel alius eius nomine admiſſus, nudato capite, ſedente domino, ſi ei uideatur, debet cingulum uel zonam ſi habeat deponere, ſeponere enſem uel baculum, & geniculatus, hæc uerba proferre: *Domine vel domina, ingredior vel ineo fidem & hominium veſtrum, & me veſtrum profiteor vaſſallum ratione eius loci vel terræ, &c. quam accepi à te occaſione vel ob cauſam, &c. polliceor & iuro nunc & in poſterum tibi ſeruire aduerſus omnes, & implere capitula antiqua & noua fidelitatis*. Quæ ſi dominus uoluerit, legentur: dominus autem poſteà reſpondet, *recipio hominium tuum, ſaluo iure meo & alterius*, hocque dicendo eum in mala deoſculatur [d]. Notat tamen Specula. [e] in Gallia ad oſculum à rege non admitti ignobilem uaſſallum, licèt habeat feudum nobile: alia etiam in aliis locis obſeruari in præſtatione, & prælatos recipientes uel dantes fidem, ſtolatos eſſe debere, præſentibus ſacroſanctis Euãgeliis, ſequendamque conſuetudinem [f]. Et hoc iuramentum etiam præſtant clerici laicis, ſi feudum habeant ab illis temporale, cùius capaces
8 ſint [g], cùm in illis laicis minores ſint [h]. Nihil autem intereſt per quos fiat inueſtitura, & iuramentum, uel per quos ſuſcipiatur: an per ipſos dominos & uaſſallos, an uerò per procuratores eorum [i]: quia neceſſitudinis huius contrahendæ ratio in rem magis clientelatem, quàm in perſonam clientis, & ſcripta & concepta eſſe uidetur. Si tamen ad dignitatem & auctoritatem beneficia ſpectant, aut ſi ineunda ſit perſonæ ratio, uia aſt ut procurator, uel nuncius pro fidelitate præſtanda admittatur, nempe quia quæ eiuſmodi ſunt coràm & ſine mandato explicari debeant [k]. Atque hanc quæſtionem copioſè diſputatam habes in utramque partem apud Modernũ Par. in cõſuetudinibus Pariſiorum, & apud alios [l]. Quòd fit etiam, ut Pariſiorũ conſuetudo nõ admittat hominii & fidelitatis præſtationem, ſine alia legitima excuſatione, per procuratorem, cui aliæ pleræque ſimiles
9 ſunt [m]. Admitti tamen poteſt procurator ex uoluntate domini: uel ſi iuramentũ fidelitatis ab uniuerſitate ſeu pago ſit præſtandum [n], ſi ſint plures filii defuncti uaſſalli in feudo ſuccedentes [o], & ſi dñs deceſſerit relictis pluribus hæredibus, non enim omnibus hominium faciendũ, ſed ſufficit uni præſtare & antiquiori [p], non

a d. tit. de noua form. fidel. alia forma in gloſ. ſi §. ſi per quos fiat inueſti
b Ammon. lib. 4 de geſt. Francor. c. 64.

c In conſuetu. Turonẽ. titu. de pied de fiefz. & pariage, art. 15. Couſtume d'Anjou, ti. de la nature des fiefz, art 137. & 138. Maine, tit. des accept. de foy, & hõmage ſimple, artic. 148. & 149. Blois titul. des fiefz, ar. 54. Paris, titul. de matiere feodales, art. 48.

d Forma hæc deſcripta, aux couſtumes de Marche, tit. des fiefz, & droicts art. 129 & 130.
e Spec. titu. de feu §. quoniam vero, verſicul. forma
f And. de Iſer. & Cardi. Alex. in § 1 de noua for. fidel.
g c nim 1. cap. 20 de iureiurã. vide Aluarot. § 3 in fin. qual. vaſſ. iura debe.
h in ca. ſui. ... de maio. & ob. c. ſi epiſcopus, 18 diſt.
i § ſed etiam, verſ. ſed utrũ, & quos fiat inueſti lib. Feud. tit 3 §. itẽ ſciendum. de nota feu lib. 1. ti. 58.
k l nullus C. de decurio lib. 10. C.
l tit des matieres feudales, §. 49 Boer. in conſuet. Biturig. ti. de conſuetud. feud. §. 10.
m Aurelianen ſib. tum de ten. artic. 77 Blaiſ des fiefz, artic. 17. Auern. eod. art. 26 Borb. eo. titul. artic 378. Marchiæ, eo. ti. art 194.
n Spec. in titu. de feu. in §.
o Card. Alex. in ca. omnes, ſi de feu. deſ fue. contro. int do. & agnat. uaſſ. in feud.
p Bald. Cardi. Alex. in d. cap. omnes, ubi gl. dubia in utranque ſententiam, facit & Pely in c 1 col 3. verſ. inferunt etiam aliqui, de maio. & obedien. ap. Gregor.

enim cogitur uaſſallus pro uno domino plures accipere [q]. Poteſt & tutor & curator nomine pupilli uel minoris præſtare [r], maritus pro uxore clientelari [s]. Similis cauſa eſt eccleſiæ, quæ ſicut uniuerſitas nunquam moritur, & non poteſt perſonaliter fidem pro feudo iurare, ſed iurat per hominem; quem exhibet domino morientem, ut dicunt, & confiſcantem: & ita per procuratorem, uel indemnem dominum redde
10 re cogitur [t]. Hominium & iuramentum fidelitatis tenentur præſtare beneficiarii in omni adeptione feudi, in mutatione domini [u], & mutatione uaſſalli, intra quadraginta dies, uel intra aliud tempus conſuetudine locali definitum: alioquin dño ius eſt manum feudo iniiciendi, & reditus eius percipiendi, deducto iure partiarii ſeu coloni qui coluit res [x]. In Burgundiæ ducatu, annus & dies indulgetur uaſſallo ad fidem præſtandam [y]. Apud Bleſios in nouatione quidem uaſſalli per ſucceſſionem, conceduntur quadraginta dies ad authoramẽtum petẽdum: ſed ſi acquiſitione feudum quis conſequatur, tantum datur illi uiginti dies [u]. Sunt & aliæ locorum obſeruandæ conſuetudines, quæ breuius tempus uel longius ſtatuunt; ut Turonenſium [a], & Angoliſmenſium [b] ſtatuunt, acquirentem feudum ab alio quàm a domino, teneri intra octo dies conuenire dominum, a cuius fide res pendet, & oſtendere ei contractus ſuæ acquiſitionis, offerreq; fidem & hominium, & poſteà intra quadraginta dies præſtare. Eccleſia quoque quæ feudum habet temporalis domini, cùm ipſa non moriatur nec uiuat, dat hominem patrono uiuentem, morientem, & confiſcantem aut indemnitatem, id eſt, ſubſtituit in locum ſui, hominẽ in quem poſſit mors & confiſcatio cadere; & ita quoties is homo moritur, uel ſi alio modo priuatur feudo, debet eccleſia quoq; exhibere per alium hominium & indemnitatem, & alia debita, pari modo in mutatione patroni, alioquin patronus manus in feudũ, ut homine deſtitutum, iure iniicit, & ita iudicatum [c]. Videturq; indignus beneficio, qui obedientiam detrectat & reuerentiam, quam hominium oſtendit [d]. Homagiũ quippe coniungit neceſſitudinem inter dominum & uaſſallum, & uaſſallus
11 fit per illud quodammodo eius [e]. Obſeruare tamen oportet, non perpetuò mutationes omnes uaſſallorũ hominio nouo aut renouationi fidei eſſe obnoxias, ut in primis rex pro retrofeudo, uocat *arriere fiefz*, ſi illi obuenerit uel acquiſitione, uel alio modo, non tenetur fidem uel hominium præſtare [f] patrono feudi mediato, quia rex ſuperiorem non agnoſcit in regno ſuo in temporalibus [g]. Et retrofeudum cenſetur reuerſum ad priorem naturam, nempe ad principem, a quo omnia feuda mouentur & oriuntur [h], nec ſuo uaſſallo ideò præſtare fidem tenetur. Dehinc ſi uſusfructus alicuius rei feudalis accedat alicui donatione, uel alio titulo, non tenetur nec alius pro eo, fidem & hominiũ præſtare [i], uel alia quæ ſolent cum hominio exhiberi patrono. Item ſi diuidatur iura ſucceſſionis feudum inter plures hæredes familiæ erciſcundæ iudicio, non debetur a ſingulis hominium, ſed ſufficit unum ob mortem defuncti, quia diuiſio beneficiarii iuramenti non cenſetur facta, quãdiu communio eſt: tunc enim dicunt nõ eſſe locum rupturæ feudi, quia in uno qui uocatur ſenior filius, Gallis *parageur*, remanet ius, qui partes aliis facit, qui dicuntur *parageaus*, qui habẽt in paragiu euictionẽ: at ſi

re ipſa

q c. imperialẽ, §. ducatus, de prohib. feud. alien. per Fred.
s conſuet. Andium. tit. de la matiere des fiefz, artic. 105. Blois eod. titu. art. 58.
s Ioan. Faber. in §. fuerat, col 2. de actio.
t Aegid. Mag. in deci tract. de morticinio, ſeu des amortiſſemens, c. 6.
u §. 1. quo tempore miles inueſtiture. petit. debe.
x In conſuetu. Andium, titul. de la natu. des fiefz, artic. tit. 108. 123. ſtitut. tot. tit. de conſuetudi. feudi. Maine. tit de la natur des fiefz ar. 114. 115. 116. 117. 118. 123 Orleans, titu. des fiefz, ar. 69 79. & 19. Paris, titu. de matie. feud. articul. 38 30. Chartres, titul. quand le fief chet au profit. de rachapt. art. 31. 32. 33 Marche, ti. des fiefz art. 183.
y in conſuetu. Burgun tit. des fiefz, art 1. 2.
u in conſuetu. Bleſenſium, ti. des fiefz, ar. 33.
a Turon. conſuet. titu. comment l'homage ſe doit offrir, artic. 3
b Angoliſm. titu. de la diſtinctiõ & qualité des iuriſdictiõs artic. 19.
c Aegid. Magiſter, in deciſio. tractat. de amortiſſ. c. 8.

d Chaſſ. in gl. 1. §. 4. des fiefz in conſuetud. Burg.
e Clem. paſtoralis, de re iudic. cap. conditione, de exce. prælat. cap. ex diligenti, de ſimonia.

f Specu. in tit. de feud. § quoniam, de homag q. 24. Aegid Mag. tract. de feud. c. 2.
g c. per venerabilem, qui filij ſint legitimi, ap. Grego.
h Bald. in §. 1. de allodijs, facit, cap. quæris, de conſecrat. diſt 4. l. ſi unus § pactum, verſi. ſed ſi pactum, de pact. in P.
i in conſuetu. Biturig. titu. de conſuetud. feu § 1 & 10. eide & ibi Boer

re ipſa cohæredes patiuntur ſeparatim bona,
quia primogenitus amplius non præbet ius e-
uictionis in paragio, omnes fidė & hominium
12 domino feudi debent ᵃ. At ſi pars feudi aliene-
tur, in quæſtione, an is, qui emit, teneatur fidė
& homagium præbere priori domino feudi no
uė, an uerò ſufficiat hominium uendentis uaſ-
ſalli, diſtinguitur per conſuetudines in tracta-
tione feudi rupti uel diuiſi, quod uocant, *pie de
fied*, aut *fied de piecè*. Nam ſi uaſſallus uendit
uel cedit duas tertias, ex tribus, partes feudi ſui,
qui ex illo feudo capiunt, ueniunt in fidem &
hominium ſuperioris domini, per feudi rupti
ius, & conſequenter iura dominica illi deben-
tur, non uaſſallo uendenti: contrà, ſi uaſſallus
retento iure homagii, minus, quàm terna ſit
pars, alienat ᵇ: is enim remanet oneratus præ-
13 ſtationibus debitis à feudo, non emptor. Po-
teſt enim quis onerare ſuum feudum cenſu, ho
minio, reditu, quādiu uixerit & in perpetuum
conſentiente potiſſimum domino, uſque ad ter
tiam partem feudi, ſecundum Turonenſem cō
14 ſuetudinem ᶜ. Et quia patrimonialia in Gallia
feuda multò magis, id licet. Placuit etiam non
teneri aliquem præſtare fidem & hominium, ſi
dominus qui paret, fidem non faciat de iure
ſuo, ut ait Baldus ᵈ, & ita iudicatum etiam in
15 curia ſuprema Pariſiorum ᵉ. Accedit quòd in
hac præſtatione fidei & homagii, debent etiam
numerari & exprimi res, ualor, æſtimatio, &
cenſus annui eorum quæ in feudum retinen-
tur: & à quo domino, & cum quo onere, ſecun-
dum formam quam propoſuit Franciſcus pri-
mus anno 1539. 15. Octob. ᶠ Et ferè omnes cō
ſuetudines Galliæ feudorum tradunt ᵍ, uaſſal-
lum cogi intra quadraginta dies poſt homi-
nium per illum præſtitum tradere declaratio-
nem ſeu repertorium rerum feudalium uocant
Galli *la nommèe & denombrement*: uaſſallus ta-
men inueſtitus poteſt cogere dominum demon
ſtrare feudum fineſque illius, & quam partem
poſſidere debeat ʰ. Hæc profeſſio ſeu dinume-
ratio debet fieri expenſis uaſſalli & in mutatio-
ne domini: non autem quoties placuerit domi-
no, in quo differt ab emphytheota qui ad id p
dñm urgeri poteſt, interpellatus ut ait Guido
Papæus ⁱ. Dignū obſeruatione hic eſt ſatis eſſe
ſi dinumeratio rerum nunc exiſtentium præſte
tur, ut non antiquior vt publica manus prędijs
iniecta tollatur. Et quamuis cliens ſeu uaſſal-
lus teneatur bona fida beneficiaria inſtrumēta,
quæque edere: tamen non habet neceſſe pri-
mariam feudi conceſſionem, nouo comiti, du-
ci, aut domino oſtendere, ut ab eo in cliētelam
cooptetur. Vt ſcribit Io. Andręas, ad Speculato
16 rem de feudis, §. t. uerſic. porrò. Tradit Chaſſa-
neus ᵏ, hanc profeſſionē, quam dicunt, *denom-
brement*, accipi pro recognitione, quam uaſſal-
lus tenetur facere domino pro re cuius facit
mentionem, ad conſeruationem dominij dire-
cti, quod probat profeſſio: & ideò ſi in ea quip-
piam celetot, amittit ius ſuum uaſſallus ipſo iu
re, quia contra ſacramentum deferat, & eſt infi
dus ˡ, & ingratus. Num aūt ex omni parte uerū
ſit, celantem & inficiantem res feudi, feudum
amittere, & num proteſtatio profitendi, ſi quæ-
dam poſtea cognouerit eſſe feudi, excuſet ab
amiſſione feudi, vide Mod. Pariſ. plurimum in
hoc, in conſuetu. Pariſien. tit *de matiere feudale*,
§. 30. Cogit autem dominus uaſſallum profeſ-
ſionem hanc facere per manus iniectionem in
feudum, non tamen fructus ſuos facit ex defe-
ctu dinumerationis, ſed uel ſequeſtrat per iudi-

a in conſuetudinibus. Xleſenſium, tit. de garans. en paraige, art 71 & 72. 74 Maine, titu. de pied de fief, art 194. 215. Anjou, eo. tit art. 219. Touraine, eod. tit. artic 9. 10 11 in quib. vide cætera. de paragij quæſt. vide Chaſſa. in conſuet. Burg. tit. des fiefz, §. 6. & 7.

b in conſuetu. Andium tit de pied de fief, & paraige, artic. 201 202. & 203. Maine, eod tit. arti 216 & ſeq. & 218 Aueing. ti. de à fiefz, art. 52 35-16 17 Turonum. titu. de pied de fief, artic 1.

c Turon. conſue tit. de pied. de fief, artic 5. vide Andienſ. conſuetu. eod. tit art. 208 209. 210. Maine, eo. tit. art. 203. Orleans, titul. de fiedz, art. 4.

d Bald. in cap. nulla, nume 1. ibi & dominus vaſſalli, &c. à quo non fiat inueſtitu.

e Pap. libr. 11. Areſt. titul. 1. Areſt. 7.

f condi. Franc. des fiefz. & arriere fiefz.

g Boer. tractat in §. 12. & 16 de conſuetu feud. in conſuetud. Biturig.

h gloſ. in §. aliud, de prohib. feu. alien. per Frederic. & ibi Bal. & Alex.

i Guid Pap. de ciſio. 417 ex ratione, §. emptoribus autē, de non alien. reb. eccleſi. in auth. & gloſ. ad auth. ſi quas ruinas, de ſacroſ. eccle.

k Chaſſan. in glo. fin §. des fiefz in conſue. Burg.

l §. vaſſallus ſi feudum, ſi de feud fuer. cont. §. fina de lege Conradi.

cem, uel poſteà iubet reſtitui profeſſione facta
ex iure conſuetudinem ᵐ localium, quam is
17 iure feudorum amittat feudum ⁿ. Cum fidelita
te quoque alia iura domino præſtantur ex pa-
cto, uel ex conſuetudine locali pro alienatione
feudi uel pro renouatione domini aut uaſſalli.
Nam iure communi feudorum, pro inueſtitura
facienda nihil debetur domino, niſi pactum ea
de re factum ſit in feudi conceſſione, uel talis
18 conſuetudo ſit ᵒ. Sunt autem ea de re uariæ
conſuetudines, nam alicubi, ut Pariſijs, debetur
quintus denarius & requintus: & alibi, alia iu-
re retractus, uocant *ratape* ᵖ, uel annuus rei rē-
ditus ᵠ. Solet autem de his cum dominis com-
poni. Ita ualere has conſuetudines exploratum
eſt ʳ, contra quas & pręſcriptionem currere 40.
anno. placuit Alexandro: & contra alios domi
nos directos 30. annorum ˢ. Fructus illi annui,
uel alia ſimilia præſtita, pretij loco redemptæ
clientelæ cenſentur, item & releuamenta quæ
dicunt, *reliefz*, quæ certis caſibus in conſuetu-
dinibus propriis excipiuntur, uel præſtantur,
uocant *quint & requinte*, iura debita domino
ob uenditionem feudi, quod ab eo tenetur ius
quinti. Quinta pars ſummæ rei uenditæ, ut ſi
res uendatur quingentis libris: ius quinti, ſunt
centum libræ, requintus uero erit iterum, ex cē
tum, uiginti libræ, unde pro iis iuribus ad domi
num peruenire debent 120. libræ *& alio exem-*
19 *plo ſic*. Quintus & requintus denarius ſic intel-
ligitur, in praxi, ut ex mille libris, ducentæ ſunt
5. pars, & ex ducentis, quadraginta: & eſt hæc
quinta quintæ pars: & ſic requintus, ideſt, alius
quintus pretij denarius. Ius releuiorum, uocāt
reliefz, ex conſuetudine alicubi Galliæ eſt, redi
tus unius anni feudi, quod mutat uaſſallum,
aliter quam per uenditionem, quod accipitur
per dominum à quo feudum mouetur ſeu pen-
det. Iure Longobardorum, in mutatione domi
ni uel uaſſalli pagano uaſſallo dabatur ad pe-
tendam renouationem inueſtituræ, annus &
dies ᵗ. Militi uero, annus & menſis ᵘ, uerum ni-
hil eo iure præſtabāt in renouatione illa aliud
quam ſacramentum fidelitatis, quo non præſti
tò intra annum & diem, priuabantur feudo ˣ.
Conſuetudines aliæ tamen locorum, exemplo
emphyteuſeos ʸ, introduxerūt danda quædam
nomine authoramenti patrono, & redemptio-
nes illas dixerunt releuia quæ pro diuerſitate
locorum habent, diuerſam æſtimationem. Ita
in Neuſtria & Normania uariant hæc iura. Et
in Normania quod pertinet ad feuda quæ te-
nentur à rege, Comitatus habet releuium quin
gentarum librarum: Baronia, centum: feudum
de hault haubert, mille quingentarum libra. feu
dum *de demi haubert*, ſeptuagintaquinque ſoli
dorum Turonenſium: alibi aliter tamen ex lo-
calibus conſuetudinibus feudorum, iudican-
dum. Vbi releuia & redemptiones feudorum
ſeu ut dicunt *rachaptez*, fiunt cum reditu unius
anni, dubitatum fuit aliquando, num quia re-
ditus integri totius feudi unius anni debentur,
poſſit etiam ſucceſſor in feudo expelli per dñm
à domo uel caſtro feudi, & placuit ſenatui Pari
ſienſi non poſſe expelli, uerum teneri domino
ad æſtimationem habitationis caſtri uel do-
mus in alijs autem per ſe uti frui dominum &
percipere fructus etiam ex columbarijs, anno
illo, ut ſcribit Aegid. Magiſter ᶻ. Non debentur
porrò hæc releuia uel redemptiones feudorū,
ex donatione facta aſcendentibus per deſcen-
dentes, uel contrà, feudi, cuiuſcunque generis
ſit donatio, ſed tantum pro mutatione uaſſalli

m §. 19 de contentione feudi in conſuet. Aurel. & ibi Loyſ. Maine. in prin. ti. de feudis, § rē quæmdam.

n & ibid. in §. vaſſallus in 4. ſi de feud fuit. controuer. inter domi & ibi Bal. Panor. cant 74. 1. ſola eſt & §. 1 quo tempore miles petat inueſtitu.

o Io. Andr. in addit. ad Specul. in rubr. de præſcrip. verſ. videtur dictum facit leg. ut iuriſdi. de oper lib. 10 P. Guid Pap. deciſ 416.

p de redemptione in § 1. quēadmo. feu ad filium pertin. li. 2. feu tit. 34.

q vide Boerii in § 1. de conſuetud feud. in conſuet. Biturig.

r Alex. conſil. 3. & 14. vol. 3.

ſ Alex. d. conſil. 3.

t c. Imperialē, § pręterea, de prohi feu. alie. per Fred. lib 2. feud tit. 13.

u § 1. quo tem poi mil. inueſt. pet. deb lib. 2. feu tit. 22.

x § 1. de ſopit. Conrad.

y l. 3. C. de iure emphyt.

z Aegid. Magiſt. tracta. de feud. & homa. cap. 4.

præſta-

prǽſtator bominium, ut ait Modern. Pariſien.[a] niſi qui donat accipiat à donatore quãtitatem aliquam pecuniæ, uel donator ei debitam remittat, pro ea enim quantitate relenamenta & quintus uel requintus denarius ex uenditione debitus, exigitur, & idem Mod. Par. tradit [b]. Debentur & pro permutatione feodorum ex conſuetudinibus Guid. Pap. q 92.

a Moder. Pariſien. ad conſuet. Pariſ. art. 2. & 17 des droicts des Seigneurs.

b Mo. Par eod. titu § 22. q. 21. num 59.

Præſtationis iuramenti, fidelitatis, & hominij vtilitates. Cap. XVI.

1 *Hominio & fidelitate cliens honorat dominum, & cum eo neceſſitudinem contrahit.*
2 *Dominus res ſuas agnoſcit & commoda recipit per hominium & fidelitatem.*
3 *Dominus venditum feudum iure prælationis quando retinet, & intra quot dies.*
4 *Domino retinere volente feudum venditum venditor non poteſt reſilire à contractu.*
5 *Excipiuntur duo caſus, ſi ſub conditione venditum, ſi dominus retinere noluerit, & ſi non præſs dominus, ſed pro alio velit retrahere.*
6 *Dominus eccleſiaſticus, prælationis iure non vtitur in fundo eccleſiæ.*
7 *Prælationis ius in alijs quibuſdam etiam caſibus ceſſare docetur.*
8 *Vtilitas fidelitatis 4. vt ſi non præſtetur, iniiciat dominus manus in feudum & fructus: & de forma iniectionis, & oppoſitione vaſſalli. Literæ ſeu codicilli regij de debitis quid.*
9 *Hominij præſtationis defectus in Gallia non habet commiſſum, iure contra, & num ipſo iure cadat feudum in commiſſum, an poſt.*
10 *Iniectio manuum in feudum ob defectum hominij quando ſoluitur,* Reblaudis le Seigneur *quid.*
11 *Fidelitas vel hominium in quo loco præſtari debeat domino.*

1 EX ſuperioribus manifeſtæ ſunt vtilitates iſtius fidelitatis & hominij, nempe quod uaſſallus, ita dominum honorat iuſta reuerentia, & neceſſitudinem quandam cum illo
2 contrahit, & renouat. Secundò inde dominus quæ ſua ſunt, agnoſcit, & iura impoſita conſtitutioni feudi percipit, & commoda 3.
3 Alia iſtis maxima accedit, ut dominus hoc modo certior factus de feudi diſtractione, poſſit ſi uelit ſibi iure prælationis retinere, ſoluendo emptori realiter pretium cum legitimis ſumptibus [c]. Et eſt conſuetudo hæc generalis in vniuerſo regno Galliarum [d], danturque domino ad deliberandum duo menſes, ſeu ſexaginta dies de iure [e]; ex conſuetudine quadraginta dies, poſt oblationem iuramenti fidelitatis, & poſtquam illi fides facta eſt de contractu. Neque præſcriptio currit aduerſus dominum huius iuris prælationis, etiam per quadraginta annos, niſi à tempo-
4 re oblationis prædictæ [f]. Minuſque impediri poteſt ius hoc prælationis, ſi emptione perfecta uelint reſilire contrahentes ab emptione, & reſoluere contractum conſenſu, ut placuit
5 Curiæ Pariſien. ſupremæ anno. 1533. 9. Februarij [g]. Si tamen ſub conditione contractus alienationis initus ſit, ſi dominus uelit probare, & non aliter, reſpondent interpretes [h] iuris, dominum excludi, uel ſi admitti deſideret, nullum eſſe contractum. Sicuti nec poteſt retinere tum dominus iure prælationis, ſi quis de eius conſenſu uendat [i]: quia nec in eo caſu debetur laudimium ſecundum Iaſonem [k]. Excluditur quoque ſi uelit non pro ſe, ſed pro alio retine-
6 re, & ita iudicari tradit Guido Papæus [l]. Vel ſi ipſe dominus ſeu patronus ſit eccleſiaſticus, id eſt, feudum pendeat ab eccleſia, quia nec hic prælatione utitur, quamuis ius canonicum ad-
7 uerſum uideatur [m]. Nec pariter alij ſeculares patroni ius hoc habent, ſi res legetur, donetur, uendatur, cum pacto legis commiſſoriæ, uel adiectionis in diem, uel retractus. Si permutetur, uel aliàs ex contractu innominato detur [n]: item ſi res uendatur uni ex genere uenditoris [o],
8 quia is præfertur domino [p]. Quarta utilitas fidelitatis faciendæ domino eſt: ut ſi domino intra 40. dies uel intra aliud tempus conſuetudine definitum non præſtetur fidelitas & hominium, poſſit ſub manu ſua ponere feudum, & fructus interim percipere, & ſuos facere, donec præſtentur, cum iuribus alijs & debitis [q]. Fit hoc potiſſimum ex mortuo uaſſallo & nemine fidelitatem offerente, uaſſalli tamen mors probanda per dominum, alioquin ad expenſas, damna, & intereſſe tenetur niſi id docuerit. Fiuntque prehenſiones feudorum ex conſuetudine non authoritate propria, ſed publica, ex mandato ordinariæ iuriſdictionis ut tractat Mod. Par. ad conſuet. Pariſienſes tit. de feudis, art. 1. ad uerb. *mettre en ſa main* [r]. Si tamen uaſſallus ſe obijciat iniectioni, in poſſeſſione manebit, & coram iudice lis terminabitur, & de exceptionibus cognoſcetur, neque interim is uenit ſua poſſeſſione ſpoliandus: quia extraordinaria eſt illa forma iudicij, quæ ab executione incipit, & odioſa [s], proinde qui manus inijcit authoritate uel codicillorum regiorum de feudis dictorum; in oppoſitione debet executionem intermittere, & tantùm in ius uocare [t], & ita placuit etiã ſenatui Pariſienſi 10. Maij 1326 [u]. Caduntque hac iniectione fructus in commiſſum, non autem feudum. Et proinde etiam ſi ſine interpoſitione, dominus manus feudo iniecerit ob defectum hominij uel fidelitatis exhibitæ, & poſſederit per multos annos, etiam ſi per quadraginta: tamen non poteſt præſcribere contra uaſſallum, ſed perceptos fructus ſuos quidem faciet: offerente autem & præſtante hominium & fidelitatem uaſſallo, feudum ei
9 reſtituet [x]. Res enim ob defectum hominij non cadit in commiſſum in Gallia [y], quamuis iure feudorũm miles poſt mortem domini teneatur petere inueſtituram beneficij ſui, à filio uel ſucceſſore domini ſui, uel patris ſui, uel alterius qui ſuccedere debet intra annum & menſem, aliter damnetur, niſi iuſta cauſa interuenerit, quare non petierit, ueluti mortis, uel capitales inimicitiæ, uel infantia, uel iuſta abſentia [z]. Si alius ſit quam miles, intra annum & diem [a]. De hac autem quæſtione, an ipſo iure cadat feudum in commiſſum, an uerò ſententia ſit expectãda, tractat latè Mod. Par. [b] ſed & in his inſpici locales cõſuetudines primum arbitror,
10 deinde feudorum [c]. Soluetur itaque manus iniectio, ſi domino offerat uaſſallus hominium & iura, eaque de re caueat, ſe præſtiturum quæ præſtanda eſſe apparuerint, hoc uocant conſuetudines, *reblaudir le Seigneur* [d]. Cui ſi dominus dette-

c Ita iudicatũ, Papus li. 13. Areſto. 1. t. 1. areſt. 5. & ita etiã tenet Aluarot. Bald. Card. Alex. in §. porrò, qualiter olim feud. alien. poſſ. Ioann. de Platea, Luc de Penn. in l. 1 per illum text. de metallis & metalla. li. 11. C. l. 3. verſ. ſi quidẽ dominus, & ibi Albert. de Roſa. Salic. & Iaſ. de iure emphyteut. ea potuit, de locat. apud Gregor.

d Boer. in §. 1. de la retenue des choſes vendues en fief, in conſuetud. Biturig.

e d. l. 3. C. de iure emphyt.

f Ioan. Faber. Bar. & Bal in l. cum notiſſimi, C. de præſcript. 30 vel 40 ann.

g Pap. li. 13 Areſt. titu. 1. areſto 6.

h Gui. Pap. deciſio. 47 num 2. Boer. ad § 1 1. de la retenue des choſes vendues en fief in conſuetu. Bud.

i Boer. in d. §. 3. de la reten.

k Iaſon in l 1. col. 10. verſicu. ſed antequam attingant, de iure emphy.

l d l. 3 ſed ne hac occaſione, de iure emph. Guid Pap. deci. 411 tit. vt de cætero nõ fiat cõmuta. in auth. cur medium, & coll 5 facit, l. ſi mulier, § ex uſſe, de ſui. do. P. in c petuit, & ibi Panorm. Io. And. Barba. de locat. Bald. conſil. 230. volum 3.

n de his omnib. tractat Petrus Iac. in practi. in for. libelli de action in rẽ, in ſ. Guido Pa. deciſ 47. Iaſ in l 3 colu 117 de iur. emph Nic. Auer. in dicto § 1. de la retenue, &c.

o Ioan Fab. in princ. de empt. app. Inſtit.

p §. 5. de contractu retract & ibi Boer in conſuet. Burd text. in §. porrò, & ibi Bal & Cardinal. Alexan. qual. feu. alien. poſſ.

q in § 13. 14. de conſuet. Biturig. & ibi Boer. Ioan. Faber, in § pertio. dicialis, colu 9. verſ qd dicet, de vaſſallo, de actio. Spec. titu. de loca §. nunc aliqua, verſicu. 83 & alij quos citat Boer in d. §. 13 facit text. in § 1 ſi de feu def fuer. controuerſ. in § 1. des fiefz, in conſuetu Burg ubi Chaſſan alias refert ſimilem conſuet. Matu. tit. de feudis. § itẽ quandiu, in praxi.

s facit l. eredit. C. de pignor. memini d hac prehẽſione Io. Faber, ad § præiudiciales, de action.

t l. 1. C. de executio. rei iudicatæ.

t Aret. in l. de pupillo. § meminiſſe, de op. nou. nunciatio. in P.

u Papus, li 13. Areſt. titul. 2. art 16.

x in §. 15. de conſuetu. feod. in conſuetu. Bituri. & ibi Boe. & idem in §. 2. glo. de præſcr. in eodem libr. ubi ſimiles conſuetud. referuntur.

y Boer. vbi ſupra, ubi alia cõgeris, in dicto § 2.

a c. 1. quo tempor. miles inue. pete. debe. lib. 1. feud. titu. 22.

c §. præterea, de prohib. alienſen per Feder.
b Mod Par in conſuet Pariſ. tit. de matiere feudale art 30.
c cap uberum, & ibi interpre. de feud. cognitio. l. venditor, §. ſi conſtat, commun. prædior.
d cuius formula ponitur in tit. de baſſe voirie, art. 24. in conſue. Turonum

detrectet teſtitutionem, pro tollenda manus iniectione uaſſallus debet domini uicarium ſeu ſeneſarchū adire, oblationes proferre poteſt & interdicto recuperandæ poſſeſſionis, uocant, *applegement & complainčte*, experiri aduerſus eū atque intereà ad utendum fruendumque', iure quæſito, in poſſeſſionem cliens deduci debet.[a] Et ſi anceps ſit poſſeſſio, ſecundum poſſidentis iuſiurandum, lis debet explicari:[b] uel quod tutius eſt, prouocabit clientulus ab iniectione ad dominum ſuperiorē. Iſta remedia etiam & ſolutiones iniectionis manus oblatione facta ſeu reblandimenta conceduntur ex conſuetudini-
11 bus, quas uideto.[c] Hicque notandum, ut prædicta faciliora ſint, clientem non teneri præſtare uel offerre hominium uel fidelitatem extra cancellos & fines territorij domini ſui. Quare ſufficit, ſi is adeat eius domicilium, uel ſi proximus ei ſit, intra decem leucas, illum conueniat. Quòd ſi is dominus inibi non reperiatur, nec eius officiarij quibus inſinuetur, uel ſi inuentus noluerit fidem recipere, ſufficit ad uitandā manus iniectionem feudi, uel domeſticis uel agricolis, uel proximis uicinis domini teſtato inſinuare diligentiam adhibitā in præſtāda fide obſequiove patrono,[d] uel ſi uelit, poteſt adire feudi uicarium uel ſeneſarchum, à quo authoramentum petat. Tunc non current moræ dies 40. quinimo ſi non compareat patronus, nec in domicilio ſuo ſit, poteſt uaſſallus oſculando ianuam domus eius uel peſſulum ferreum, prę ſtare fidelitatem, ut tradit Alexander Cardinalis:[e] poteſt tamen & alibi, ſi uelit dñs, prę ſtari.

De acquiſitione feudi per ſucceſſionem particularem inter uiuos. Cap. XVII.

1 *Succeditur alicui inter uiuos, uel poſt mortem.*
2 *Feudum quod uendi poteſt.*
3 *Feudum ex conſuetudine ſcripta uendi nequit, at alijs infeudari poteſt ſine conſenſu domini.*
4 *Feudum alienari poteſt in agnatos, uel ex licentia pacti, uel in eccleſiam.*
5 *Feudales & cenſuales res generali Galliæ conſuetudine liberè uendi poſſunt irrequiſito domino, & ſaluo eius iure. Feuda redacta in Gallia in formam patrimonij, &c.*
6 *Feudi mediam partem ſine uoluntate domini, iure feudorum quomodo alienaret uaſſallus.*
7 *Feudum iure communi feudorum non poteſt permutari ſine uoluntate domini.*
8 *Feudum quomodo & quando & pro quibus in pignus iudiciale capi poſſit.*
9 *Feudo onera impoſita per uaſſallum, reſoluuntur redeunte ad dominum feudo, niſi ex donatione uel uenditione uaſſalli poſſideat dominus.*

1 SVcceditur alicui uel eo uiuēte, uel poſt mortem: eo uiuente, per contractus ex eius uel alterius uolūtate: poſt mortem, ſucceſſione teſta-
2 mentaria, uel ab inteſtato. Itaque & in feudo, ius alicuius in alium transfertur contractu', is autē qui ſuccedit acquirere dicitur. Scio in hac quæſtione uarias eſſe ſententias, num uendi, & pecunia & pretio feudum acquiri poſſit, quas prætermitto:[f] & cum Franciſco Curtio[g] iuniore breuiter reſoluo, poſſe feudum, quod propriè feudum non eſt, intercedente pecunia cōcedi, & emi & à domino & à uaſſallo poſſe.[h] Quod propriè autem feudum eſt ſecundum ea quæ in finitione dicta ſunt, in conſtitutione non pecuniam ſed amorem exigit.[i] Ex conſue-
3 tudine generali etiam feudorū iam apertū, uaſſallum non poſſe ſine conſenſu domini feudū alienare, quāuis infeudare poſſit minimis ualuaſſoribus ſeu ualuaſſinis: & ſi uendat uel alienet, irritam eſſe alienationem, & ad dominum feudum reuerti,[k] quamuis poſteà redimat & recuperet feudum uaſſallus, nam nihilomi-
4 nus priuatur eo.[l] Niſi alienatio fieret in agnatos,[m] cum non uideatur propriè alienatum, quod eſt in agnatorum familia,[n] uel niſi pacto ſibi uaſſallus proſpexerit licere ſibi alienare[o] aut ſi in eccleſiam fieret alienatio:[p] alioquin nec neceſſitas urgens clienti permittit alienationem, nec famis illius ut ſe alat cau-
5 ſa,[q] quia aliena res feudi eſt. Ex generali tamen conſuetudine Galliarum, res feudales & cenſuales uendi liberè poſſunt irrequiſito domino, ſaluo tamen iure eius.[r] Quia feuda ſunt redacta ad qualitatem proprij patrimonij in Gallia quoad ius ſuccedendi, uendendi, transferendi, & cedendi.[s] Nec conſuetudines feudorum, quæ continet prohibitionem alienationis citandæ ſunt in Gallia ſecundum Petrum Iacobi.[t] Quamobrem & recepta eſt ſententia, hanc licentiam diſponendi ex arbitrio uaſſalli de feudo, locum habere in feudo ab eccleſia habito, dummodò ſaluum ius ſit eccleſiæ, putà dummodò laudimia & alia commoda ei nō adimantur.[u] Sēper tamē, ut non ſemel monuimus, excipimus conſuetudines locales, ſi quæ prohibeant alienationem: Item & pacta in lege traditionis feudi appoſita. Nam hæc in primis ſequi oportet in locis & inter perſonas in
6 quibus ita diſponitur & ſtatuitur.[x] Iure tamē adhuc communi feudorum uaſſallus mediam partem feudi poterat alienare ſine domini uoluntate, non amplius: idque per contractum libellarium,[y] quod reuocatum eſt ex conſtitutionibus nouis.[z] Aliæ & his conſuetudines lo-
7 cales in Gallia derogant, ut dixi. Sed nec iure illo feudorum, permutationes feudi uaſſallo inuito domino permiſſæ, quia dominus directus in eo cōtemnitur.[a] Quamuis res eccleſię, quæ inalienabiles ſunt, poſſint rectè cum alijs permutari:[b] nempe, quia alij directum nō habēt
8 dominiū. Quod autem ad pignus iudiciale pertinet, nec feuda eius nomine capi placuit niſi deficiētibus alijs uaſſalli bonis, & ratione tātū fructuū à creditore percipiendorū, feudo inte-
9 gro domino reſeruato.[c] Neq; aliqđ onus, uel ſeruitus in præiudiciū dominici iuris imponi poſſunt: & quamuis impoſita teneant pendēte poſſeſſione uaſſalli, tamē eius iure reſoluto, redeunte feudo ad dominū iure domini, reſoluūtur & euaneſcunt:[d] quamuis ſi ad dominū alio titulo priuato, ut donatione uaſſalli, redeat, ſuſtineātur.[e] Item uſumfructū quoque uaſſallus rectè alienat, quia fructus illi, feudū nō ſunt:[f] in ſui præiudiciū tamen, nō domini.[g] Fructuū

commo-

y C. 1. de alien feud lib. 1 Feud tit 21 § ſi apud quem uel quas contro. feud. de inia. lib 1 Feud. ti. 18 c ſi. de feud ſine culp. non amitten.
z § 1 qual. olim feo abe pot lib 2 Feud. tit 1e § illud autem, quæ fuit pri cau benef. amitt. lib. 2. tit. 24 & tit. de prohi. alie. feu per Lotharium & prohib alie. feu per Frede.
a Sic Aluaro. in c. imperialem, de prohib. alie. per Fred. & ſic Iacob. de Ardiz o, & Spe. tit de feu § quoniam, verſic 32.
b L. ſed & permutare, cum auth. ſeq C de ſacr eccl.
c Aluaros. in d § 1. de prohib feu alie per Frede argum l alienationes, & l. cum putarem, famil. erciſcun P & l. cum poſtularem, de dam o infect ia h
d § 9 de rega. de inue. de re ali. fact c 1 § rurſus, de con inue l lex vectig. li. de pign P.
e l. cum à matre C de rei vend l. ea quæ perſona, de regu. iur. P. Petrus iac ob. de actio. quæ dant. in re quæ cad. in commeſ.
f l. in ædibus. § 1. de donat. P.
g Aluar. in d cap. imperialem, Ioan Raynal. & glo. in § præterea, de capitul. Conrad. negand ſed diſtinguit in ſecunda, & Curt. in 4. par. tract de feud. tit. ex quibus cau. feu. amitt. in 23. quæſt. num. 106.

commoditares, & uaſſallum alienare ad tempus poſſe,[a] unde & propter talem alienationem feudum non dicitur apertum Domino, vt ait Aluarot.[b] Andræas Pannoniæ rex fidei uiolatæ poſtulatus eſt apud Honorium 3. pontif.ſumm.quòd neglecto iureiurando dominica prædia alienaſſet.[c]

a Fel. in argumen. l. 1 C. ſi pignoris. fit. probat Bald. in ca. 9 § aut ſi libellario. in quibus mo feu amit.
b Aluarot. in c. 1 § ſi. quæ fuit prima cauſ. beneſ amitt. concluſ. 31. Zaſius ait de feu par. 29 de feudi amiſſion.
c c intellecto, de iureiu.

De acquiſitione feudi per ſucceſſionem defuncti. Cap. XVIII.

1 *De feudo, an vaſſallus teſtari poſſit etiam pro anima,& quando in quinque caſibus pro anima teſtetur iure communi feudorum.*
2 *Feudo legato eccleſiæ uel alijs manibus mortuis, hæres tenetur ius morticinij ſuis expenſis à rege impetrare.*
3 *In quibus cauſis poſſit uaſſallus de iure communi feudorum de feudo teſtari.*
4 *Quæſtio, num feudum quod eſt ad filios peruenturum poſſit uni filiorum per patrem prælegari.*
5 *Feudum quando ueniat in reſtitutionem fideicommiſſi, quo grauatur filius.*
6 *Feudum quando imputetur in legitimam.*
7 *In feudo quomodo ſuccedatur ab inteſtato per plures.*
8 Droit d'aiſneè, ou d'aiſneſſe, *quid ſit, & quantum primogenituræ iure apud vnum primogenitum ex filijs ſuccedentibus ab inteſtato remaneat.*
9 Chezè *præcipuum primogeniti, quid.*

1 QVomodo feudum ſucceſſione ab inteſtato quæratur, partim in perſonarum qualitate dictum eſt; reliqua ex ſequentibus, & ex teſtamentaria ſucceſſione cõſtabunt. Regulam itaque conſtituunt iura feudalia generalem, uaſſallum non poſſe de feudo teſtari, etiam per omnia.[d] Et idcirco eo iure palam eſt, non poſſe acquiri ex teſtamento uaſſalli feudum. Excipiunt quinque caſus: quibus diſponit pro anima:[e] primo, ſi feudum ſit perpetuum, & per alium ſeruitium præſtari poſſit:[f] 2. ſi feudum liberum ſit & francum.[g] 3. ſi feudum cum uaſſallo ad eccleſiam ueniat, ut ea utatur pendente eius uita:[h] 4. ſi habens feudum ab eccleſia, in aliam eccleſiam transferre uelit:[i] 5. vt ſi legatum feudi factum non ualeat, tamen in hoc operetur, vt in hoc eccleſia recipiat æſtimationem.[h] Addere licet, quod in legatis feudis eccleſiæ uel alijs perſonis manuum mortuatum, puta xenodochijs, capitulis, collegijs, & ſimilibus, hæres defuncti tenetur ſuis impenſis ius morticinij à rege impetrare, ut arreſto Pariſienſi deciſum eſt anno 1558. 22. Martij pro adminiſtratoribus procotrophi, ſanctiſſimæ Trinitatis Lutetiæ, contra dominam. Mariam de Briconem in feudo de *l'biemllt*. Idq; iuſtis rationibus, quas refert Ægid. Magiſter[l] apud quem uideto. Placuit etiam interpretibus iure feudorum admitti teſtamenta de feudo uaſſallorum, certis de cauſis: 1. ſi Dominus uiuente uel mortuo uaſſallo ratum haberet teſtamentum, ualebit namque in præiudiciũ Domini tantũ habentis:[m] at ſi paternum uel antiquum feudum, cõſẽſus hic nõ præiudicat proximis, niſi & illorũ accedat conſenſus.[n] Et idipſum 2. uerum putatur ſi præſentibus & non reclamantibus[o] iiſdẽ perſonis fiat teſtamentum. Probatur & 3. teſtamentum, in quo relinquitur feudum filio, uel agnato, ad quem aliter etiam eſſet per uenturum.[p] Item 4 ſi feudum cõceſſum vaſſallo pro ſe & pro quibuſcunque hæredibus ſuis,[q] & ita legatarius eius pro hærede habetur.[r] Licet & ex conſuetudine Biturigum,[s] & Burgundiæ,[t]
4 in Gallia de feudo teſtari. Cæterum quando receptum eſt, uaſſallum non poſſe teſtari de feudo, ardua valde & quotidiana inſurgit quæſtio, & à pluribus uarie agitata, quorum ſententias adfert & explicat Frãciſcus Curtius:[u] num pater poſſit in teſtamento uni filiorum, qui ad feudum ueniunt, totũ feudum prælegare. Quidam[x] rectè negare uidentur, quòd pater hoc modo cõtra prohibitionem diſponeret, & prouidentia legalis utroſque uocet æqualiter, quæ infringi ab homine nequit.[y] Potiſſimum cum ius patris morte finiatur.[z] Atque cum ex ſtipulatione paterna ius quæſitum ſit filio,[a] alia diſpoſitione patris auferri non eſt receptum,[b] niſi conſentiant quorum intereſt, uel ratum habeant. Sunt illis aliæ rationes, omiſſæ. Quemadmodum qui contrariam ſequuntur uiam;[c] pluribus eam firmant, uoluntque poſſe uaſſallum diſponere teſtamento, ut primogenitus ſuccedat tantum in feudo. Citant arg. l. a. C. de ſec. nup. item 2. quod ius patronatus, quod ad omnes liberos ab inteſtato pertinet,[d] poſſit uni ex liberis aſſignari.[e] Tum etiam 3. quòd rogatus aliquid familiæ relinquere, poteſt unum ex familia eligere.[f] Poteſt addi argumentũ emphyteuſis receptę pro ſe & hæredibus filijs, quę uni ſoli relinqui poteſt.[g] At in tã uaria quæſtione uallata tantis propugnaculis utrinque, Curtius ſequitur diſtinctionẽ Franciſci Aretini,[h] atque duobus axiomatibus reſoluit. Primum, quando filij ſuccedunt in iſtis iuribus feudi ex mero iure concedentis, quia pater nihil dedit de ſuo pro eis obtinendis, tunc filij dicuntur uenire ex mortis cauſa capione ſecundum Bartolũ.[i] Vnde ſequitur quòd dum nihil habeant à patre, ius quod habent ex perſona alterius, pater non poſſit illis auferre. Quare ſi pro feudo pater pecuniam non dedit pater alteri ex filijs non poterat prælegare. Alterum eſt, ſi pater accipiens feudum uel emphyteuſim pro ſe & filijs, aliquid exponit de proprio, tunc filij uidentur hẽre feudum uel emphyteuſim ex tacita donatione paterna: & tunc diſtinguendum, an filij eſſent ſui iuris tempore mortis, uel non: ut ſi non ſint, uideatur renouata donatio per tale pręlegatum: ſi aũt ſint ſui iuris, ſaltem tempore mortis, hic caſus pendeat ab his quæ ponunt Bart. & moderniot. in l. qui Romę, §. Flauius, de verb. oblig. Vide cætera apud Curtium, qui ſingulariter addit, quòd qñ feudum ſuſcaptũ eſt pro ſe filijs, & hæredibus, id eſt, quando feudũ eſt hæreditarium, proculdubio tenendum eſt patrem poſſe uni filio prælegare, cũ in tali feudo nemo alius poſſit ſuccedere, quàm is qui hęres eius ſit qui acquiſiuit, & ideo factũ eius non poteſt impugnari.[k] Et in hoc feudo hæredita-
5 rio, factũ patris præiudicat filio.[l] Hinc fit, ut ſi pater alterum grauauerit, ut [illegible] onere fideicõmiſſi, teſtamẽto feudũ hæreditarium ueniat in reſtitutionẽ fideicõmiſſi: non hæreditarium autem ſuſceptum pro ſe & filijs tantum, non utique, niſi fideic[illegible] ſit de deſcen-
6 dentibus capacibus [illegible]ſſionẽ feudi.[m] Placuit etiam, feudum [illegible] in legitimã regulariter,

d Hac cõſuetudine ferè Galliæ totius & feudorum receptũ. In Gallia, par couſtume de Maine tit. des ſucceſſ. art. 217. Orleans. tit. du donat. teſtamẽ. art. 14. & tit. des ſucceſſions, art. 281 Paris tit. de ſucceſſ. art. 132 Blois eod. titulo art. 137. Charlus eodẽ titulo artic. 91. Borbõnois, eo. titulo, art. 314. Auuergne eod. tit. artic. 34 Poitou, tit. de teſtamentz, art. 208. Angolmois eo. titulo art. 134. Touraine tit. de ſucceſſio entre nobles, artic 1. iure autem conſuetudinũ feudorũ idipſum acceptũ eſt, vt in c. 1 de ſucceſſio. feud. c. 1 §. donare, qual. olim feu. al. no. per Soci. conſi. 191 inter adſit, 4 col. in 1. parte examinat pplures rationes in utramque ſententiam Fran Curtius in 4 parte tract. feud. ut quib. cau. feud. amittat. q. 31. nu. 125. & ſeq.
e Curtius, vbi ſup & Hoſtien. in ſum. de immunit. eccleſ. §. in quantum, 7. col. ver. ſed nec illa immunit.
f gl. & prime cetat. interpr & Fel in c. quæ in eccleſiarum, 1. ebat de conſti.
g Bald in c. inter dilectos, 4 col. de fide inſtrum.
h Inno. & alij interpr in c. in præſentia, de proba. app. Gregor.
i Felyn. in d. cap quæ in eccleſiarum.
k Curtius, vbi ſupra, & Specul. in tit. de loca. § nunc aliqua, verſ. 17. facit l. ſi filius fa. l. 117 § ſi ſi quid alicui, de lega. 2.
l Aeg. Magiſt. in deciſ. 1 tract. des amortiſſ. c. 7
m Arg. l. n. C. ad Maced. Bald. in d. c. 1 §. donare, qualit. ol. in feud. alie pote.

n §. 1. de feud. pater. Martin. Lauden. in d. §. donare.
o vide Bald. & alios, in l. quæ dotis, ſol. mat.
p Iaan. Rayn. in §. habens, de prohibit. feud. alie. per Freder. 91. colum. facit tex. § 1 de alie. feu. pater.
q Bald. in §. 1. & 2. de prohib. alien. feud. per Freder. Bald. in l. 1. de rei. dim. c. 1 de feu. non haben. pp nat. Alex in l. quadam, §. nihil, de edend. latè Curt. vbi ſupr.
r l. in tempus, §. 1. de vſucap.
s In conſuetudinis tit. de teſtam. §. 1.
t In conſuetu. Burg. titul. des ſucceſſiõs, § 4
u Curt. ubi ſupra.
x And. de Iſer. Aluarot. in § 1. de ſucceſſ. feu. & alij ambi.
y l. ſi arrogator de adopt. P.
z l. vnoi paterni, C de le. 1. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita, de verb oblig.
a l. quod dicitur. cod.
b l. ſi poſt mortem. §. fin de bon poſſ. cõtr. tab. l. inſulam, §. ſi ſolu. matr. in P.
c Vt Pau. Caſt. conſi. 183. inci. in cauſa.
d l. vt iur ſinẽ dil. §. ſi liberi, de oper. libert.
e l. 1 de aſſig libert. in P.
f l. unum ex familia, in pr. ne. de lega. 2. l. ſi filius § pen de leg 1 l. cũ plures, de leg. 1.
g Speculator, titul de locato, § nũc vero aliqua, verſic. 78.
h Franc. Curt. in l. apud Iulianum. §. ſi quid alicui, de le. 1.
i Bartol. in l. ſi mihi & Titio, de verb oblig. & in l. mortis cauſa capitur, de donat. cauſ. mor. in P. adde Bald. in l. 1. in fin per quas perſo. nob. acqui.
k l. cùm à matre. C. de rei vẽditio. & hoc eſt qd voluit Bart. in l. uerum ſtipulandi, §. ſi liberi de ope. liber.
l Alex. conſil. 124 circa med.
m Tract. hic
q Barth. Alex. & alij in l. ſi patroni. ad Treb. in P. Alexan. in conſi. 29. 5. vol.

lariter, dummodo ipſum feudnm proueniat ab ipſo teſtatore: ſecus. ſi proueniat ab illo aſcē-
7 dente. [a] Quando ab inteſtato feudum ſua natura eſt indiuiduum, ut regnum, comitatus, marchiouatus, baronia, & ſimilia inter plures fratres dat ius ſuccedendi: diſtinguendum eſt ſecundum conſuetudines locales. quarum illa æ-
8 quiſſima uidetur. [b] Per quam ſi bona alia, quàm feudalia ſint bonis defuncti, apud primogenitum iure primogenituræ, quod uocant *droit d'aiſneſſe*, aut *d'aiſnee*, feudnm integre remanet cum ſuis iuribus, nec diuiditur, dummodo alijs æquam portionem illius feudi ex alijs hæreditarijs bonis ſuppleat. Quòd ſi nihil ſit, ex quo ſuppleri pars poſſit, tunc diuidentur res feudi per manus primogeniti, qui ſibi iura primogenituræ retinet, ſatisfacto tamen pro illis ex alijs bonis fratribus. Iura autem illa ſunt, caſtrum præcipuum feudi, cum concepto eius & iure excubiarum uocant, *droict de guet*, unum hominum ſeu fides uaſſalli alicuius, ius patrimonij facultas dandi eleemoſinarias, leproſa-
9 rias, & quod dicunt, *le Chezè*, nempe quattuor aripenta terræ circum caſtrum extra foſſas eius, & nullum: dummodo intra ſepta eius menſuræ non ſit ciuitas, piſtrinum: aut clibanum, ſeu furnus, bannaria: hæc enim diuidenda ſunt familiæ erciſcundæ iudicio, ut reliqua: pro his tamē aripentis terræ, iuxta prædicta loca proximiora totidem accipiet. In alijs autem feudis eadē fere iura primogenito competunt, ſed nō tam ampla: nam competit quidem & domus præcipua, nomen & inſignia feudi, & ſeptum & hominium ſelectum unum, uerum pro iure illo, *le Chezè*, ſi ſeptum non ſit, vnum tantum aripētum terræ competit, & ut dicunt, uolatus Gallinacei, uel *le vol d'vn chapon*. [c] Sed in hoc etiam variant, & proinde conſuetudines ipſæ ſunt conſulendæ.

[a] Alexand. in d. l. ſi patroni. Curt. in 4. part tractat. feud. ex quib. cau. feud. amit. num. 14.

[b] in cōſuetud. Turon. comme baronie doit eſtre deſpartie arti. 1. & 2. Andium titul. des partages, artic. 278.

[c] Couſtume de Tureine tit. de ſucceſſion des nobles, art. 3 Maine, cu. tl. art. 238. & 239. & 252. Paris. tl. Ne marie feud. artic 2 Charolois, tit. al. des fiefz articl 4. B urbon titul. de ſucceſſ arti. 301. 302 & 304. Aluernix cod. tit. art. 32.

De cauſis, cur beneficia feudalia conceſſa ſunt, & extinctione, uel reuocatione beneficij. Cap. XIX.

1 *Res omnis iiſdē ſoluitur, quibus inducta eſt cauſis.*
2 *Finis conceſſionis feudi amicitia, & quadam ex fide neceſſitudo.*
3 *Ideò ingratitudo beneficij amittendi cauſa.*
4 *Ingratitudo & domini erga uaſſallum eſt.*
5 *Feudo priuatur uaſſallus, ſi uocatus non ueniat, & fidem non præſtet.*
6 *Vaſſallus ut priuetur feudo ob non ſeruitium exhibitum, interpellari debet.*
7 *Vaſſallus in bello dominum non iuuans, uel ſi deſeꝛit pugnantem, feudo priuatur.*
8 *Vaſſallus in omni bello iuſto & iniuſto, an iuuare beat dominum.*
9 *Vaſſallus quo bello, & quatenus teneatur ſequi dominum: & ibi quæſtiones plures de non iuuante domino in bello, remiſſiuè.*
10 *Feudo priuatur qui non defendit dominum conſilio uel auxilio.*
11 *Bannum & heribannum quid uocamus in Gallia.*
12 *Feuda franca à banno libera.*
13 *Feudo priuatur uaſſallus, qui beneficij patronum fuerit aggreſſus, uel dominum eius, uel ſi inſidias ei molitus.*
14 *Feudum amittit uaſſallus, deferendo dominum, & conſilium detegendo.*
15 *Item ſi teſtimonium ſponte in dominum dixit.*
16 *Si aduocatus contra patronum ſit.*
17 *Vaſſallus male iudicans contra Dominum, quando feudo priuetur.*
18 *Adulterans uxorem Domini ſui, uel rem habens cum certis perſonis alijs eius domus, priuatur feudo. Item turpiter cum vxore Domini ſui ludens, &c.*
19 *Etiam ſi uxor Domini ſit uidua uel ſponſa: idem in eius pediſſequa, etiam ſi prædictę perſonæ eſſent publicæ meretrices: Quid de concubina Domini, remiſſiuè.*
20 *Si ſe ſupponat uxor Domini uaſſallo in lecto eius, feudum non amittit.*
21 *Ingratitudinis cauſæ, quibus amitti poteſt feudum ex alijs capitulis, quomodo elici poſſent.*
22 *Infitiatione Domini ex certa ſcientia feudum amittitur, cum ſi ignoranti.*
23 *Vendens feudum ſine uoluntate Domini, quando feudo priuatur.*
24 *Dominus inuitos uaſſallos in alios iure feudorum non poteſt alienare.*
25 *Extinguuntur aliqua feuda annonaria, inopia Domini.*
26 *Vaſſallus tenetur alere Dominum inopem.*
27 *Beneficium ſeu feudum inſolenter tractans, feudo priuatur, ſi monitus non reſipiſcat.*
28 *Promiſſio beneficij ſeu feudi antequam Domino competat, quando extinguatur.*
29 *Feudo debito priuatur, qui permiſit alium de eo inueſtiri.*
30 *Feudum etiam amittitur repudiatione, uel refutatione.*
31 *Feudum quoque extinguitur, ſi res data ſit aliena, & vaſſallo tenetur Dominus de euictione.*
32 *Item ſi uaſſallus non poteſt officia uaſſaltico præſtare.*
33 *Et per renunciationem in manus Domini.*

1 OMnis res per quaſcunque cauſas naſcitur: per eaſdem ſcilicet contrarias, diſſoluitur. [d] Summa to-
2 tius intentionis eſt beneficiariæ conceſſionis beneuolentia, ut neceſſitudo coniungatur dantis & accipientis: cuius vinculum fides beneuola, & repenſio beneficij, ad quam naturaliter tenemur. [e] Amicitiæ huius fides, in re & conſilio conſiſtit: proinde cum fundamenta hæc fidei & baſes corruerint, ſat ſcio neminem inficias iturum, beneficiariā cauſam corruere oportere deſtitutam ſua ſubſtantia. Sic enim in finitione diximus feudi, amore, nun pecuniæ cauſa feudum conſtitui, [f] Nam amicitia quæ beneuolentia eſt, & uoluntas erga aliquē rerum bonarum, illius ipſius cauſa quem diligit, cum pari eius uoluntate. [g] Et amor, ex quo amicitia eſt nominata, princeps eſt ad beneuo-
3 lentiam coniungendam. [h] Hæc prouocat patronorum munificentiam in beneficiarios, quam ſi cliens aut contempſerit, aut ingratus ei fuerit, ut indignum, beneficio ſpoliandum optimis rationibus conſuetudines feudorum exiſtimarunt. Atque ne poſthac litium eſſet ſeges incerta, præſcripſerunt cauſas, quæ muneris beneficiarij ſunt, à quibus declinans, & delirans dolo malo cliens, à beneficio caderet, & ſine
4 culpa non priuaretur. [i] *ἀχαριστίας* cauſas exprimendo, quæ torquentur etiam in Dominos qui fidelibus ſuis uices reddere tenentur: alioquin & iſti quoq; infidi. [k] Sic enim gratiæ tres uel charites inter ſe implexæ ſunt, ut gratia perpetuo uolumine & circuitu gratiam pariat. Primum itaque feudo uaſſallus priuatur, ſi uoca-

[d] c. 1. de regu. iur. ap Greg. & l. nihil tam naturale, eo. in P.

[e] l. ſed etſi lege, § cōſuluit, de peti. hæred. §. l. Aemilius Regul°, de donat. in C. l. ſi pignore, de fur. in C.

[f] c. 1 de feud. datu in uicem legis cōmiſſa.

[g] Cice. de inuentio.

[h] Cicero, de amicit.

[i] c. 1 de feud. ſine cul non amitt li. 2 Feud. ti. 21 §. 1 de natur. feud. eo. li. 1. tit. 5. c. 9. quo tempo. mil. inueſt. pete, deb. ti. 2 de conſtit. 27. Gregor.

[k] c. de forma, 11. q. 1.

tus legitimè & eùm poteſt, non ſeruiat [a], uel ſi non fidem præſtet domino [b] ſecundum capita
6 traditionis. Quæ de dilatione & mora præſtandi iuramentum fidelitatis diximus in iuramento fidelitatis, hic repetenda ſunt: At in ſeruitio faciendo mora ante priuationem per interpellationem exigitur, aliter non priuatur feudo, ſi paratus eſſet [c], ſicuti nec præſcribit contra dominum ullo tempore, ſi dominus non egens, eo non uſus fuerit: contrà ſi egens non utatur,
7 ut diſputat Felinus [d]. Item qui dominum in bello non adiuuat, & ſi eum in bello deſerat, non mortuum, nec ad mortem uulneratum, feudo priuatur [e]. Et ut alibi [f] dicitur, ſi in pugna eum dimiſerit, & cum eo non laborauerit. Et rurſum [g], qui dominum ſuum, cũ quo ad prælium fuerit, in acie periclitantem dimiſerit, benefi-
8 cio indignum ſe iudicauit. Hic quidam dixerunt & in bello iuſto & iniuſto uaſſallum iuuare debere dominum, exceptis caſibus, ſi contra ſuperiorem uel antiquum dominum opem poſtularet, uel extra communionem eccleſiæ eſſet dominus: quia tunc ipſo iure ſoluuntur clientes à ſacramento fidelitatis dominorum, donec redeant in gratiam eccleſiæ & principis vel antiquioris patroni, ſi feudum non ſit ligium. Quod & æquum eſt & ſanctiſſimum, ſicuti & probarem in omni alia cauſa uaſſallum teneri defendere dominum, ſed non iniuſtè manifeſtè pugnãtem, aliumve inuadere cogendum [h]. Sic forma fidelitatis habet promiſſionem iuuãdi dominum contra omnem hominem, filium, fratrem, patrem, excepto rege uel imperatore [i], excepto quoque domino antiquiore [k]. Sic pulchra extat conſtitutio Federici in hæc uerba, *præcipimus, ut ſi vaſſallus de feudo ſuo alium vaſſallum habuerit, & vaſſallus vaſſalli dominum domini ſui offenderit, niſi pro ſeruitio alterius domini ſui hoc fecerit, quem ſine fraude antè habuerit, feudo ſuo priuetur, & ad dominum ſuum, à quo ipſe tenebat, reuertatur* [l], *niſi &c.* Sanctior autem illa opinio mihi uidetur, quæ tradit [m], uaſſallos non teneri iuuare dominos ſiue defendendo uel inuadendo in bello iniuſto, quia non dica-
9 tur opem ferre qui ad nocendum adiuuat [n]. Bellum porrò iniuſtum dicitur quinque modis [o]. Nec tenebitur tamen uaſſallus ſequi dominum pro bello particulari eius uel alterius particularis extra prouinciam, niſi pro defenſione regni, ad depellendos hoſtes eundum ſit, dum uitandus eſt ingreſſus hoſtis [p]. In hoc capite plures diſputat quæſtiones Curtius quas uideto [q], utrum contra ſe iuuare teneatur dominum, num primò iuuans, poſtea deſerens, priuetur feudo, an inhabilis bello teneatur iuuare, num ſi dimiſit dominum putans mortiferè uulneratum, ſi honeſta de cauſa relinquat, ſi dimiſſio domino non noceat, ſi duo fratres uaſſalli in prælio ſint, & unus relinquat dominum, alius remaneat, num priuetur relinquẽs.
10 Proxima eſt reprehenſio præcedenti, non defendiſſe dominum: quòd dominum à morte ſi poſſet, non liberauerit: Et ideò tunc quoque feudo priuatur [r], putà, quia nõ detexit inſidias domino factas, prehenſionem decretam, uel magnam iacturam patrimonij imminentem, & in ſimilibus opem ſuam non obiecit [s]. Debet in omnibus fidelitatis capitulis uaſſallus auxilium & conſilium domino, neque ſufficit ei abſtinere à malo, niſi & quod bonum eſt faciat [t], Ex ſuperioribus itaque conſtat moram & culpam in ſalute & defenſione domini nocere: moram autem culpam interpellatione fieri [u],

ſi uocatus eius rei gratia à Domino, uel ſi, eum ſcire poſſet uocari, non adfuit. [x] Proinde in Gallia dum obſequia & ſeruitia à clientibus per regem deſiderantur, conuocantur per bannum & heribannum. Bannum Franci dice-
11 bant uocationem. Heribannum autem inde conſtat componi, uel à uoce Germanica *heer*, id eſt, exercitus, ut cum delectus indictus exercitus edicitur, uocari dicantur omnes uaſſalli ad exercitum, ut ueniant, uel uicarium mittant, uel certum æs ad ærarium deferant; uel ſi mauis coniungere Græcam dictionem, dices ban, à πᾶν omne, quod omnis exercitus uocetur, unde & dicimus piſtrinum bannarium, & clibanum bannarium, id eſt, omnibus certi loci hominibus communiter inſeruiens, unde &
12 uox erit Gallica *Rierebau*. Ab hocque obſequio quædam feuda liberantur: qualia feuda aliquorum ciuium qui ex diplomate regio ciuitatis certæ obſequio mancipãtur, talia etiam & feu-
13 da franca & libera. Tertio loco multò magis erit puniẽdus ademptione feudi, qui non ſolum beneficium non defenderit, ſed eum aggreſſus fuerit, uel caſtrum domini, ſciens maximè ibi eum eſſe uel dominam: [y] quamuis etſi neſciat, eo ipſo quod caſtrum domini uiolat, priuãdus ſit feudo. [z] Hicque proditionis crimen eſt, perfidiaque maxima, quæ etiam alia pœna uindicanda eſt: cæterum nunc tantum de feudi amiſſione agimus. In iſtis uiolantur ſacramenti fidelitatis præſtitæ duo capita, tutum & incolume, damnum corpori, & damnum caſtro inferẽdo. [a] Cùm domus unicuique tutiſſimum debeat eſſe refugium. [b] Idipſum intellige, ſi impias manus in dominum intulerit, uel uitæ inſidiatus fuerit ueneno, uel gladio, uel aliter. [c] Si tamen uoluit dominum offendere, nec tamen inſidiatus fuerit, feodo non priuatur. [d] At ſi fratrẽ ſuũ occiderit, uel nepotem fratris filium, feudo priuatur, [e] nõ item ſi fratrem domini ſui; [f] grauius enim ſcelus eſt prodere proprium ſanguinem, & patricidium homicidio alterius hominis, ut docemus alibi in crimine de ſicarijs. Sed & ſingulare eſt, etiam eũ qui repudiauit feudum, & ad obſequia non tenetur, tamen ob memoriam
14 priſtinæ amicitiæ offendere non debere dominum antiquum. [g] Quarto loco & lędit tutũ, & feudum amittit uaſſallus, dominum deferendo uel conſilium eius ſcientes, id eſt dolo malo detegendo quod detectum nocet. [h] Sic enim exoſos huiuſmodi delatores leges habent familiares & domeſticos: ut ſtatim à limine iudicij illorũ uoces funeſtas ſilere, gladio ultore iubeant. [i] Et eos qui proditores dominorum ſunt reijciunt cum indignatione: [k] niſi delatio ſit criminis proditionis maieſtatis, [l] uel ſuam proſequãtur iniuriam: de ſuorum iniuria nõ idem, quia polliciti ſunt uaſſalli contra omnes fidem, [m] uel niſi minores eſſent eiuſque ætatis uaſſalli,
15 quæ ueniam mereatur. [n] Simili ademptione caſtigatur qui ſubiecit accuſatorem uaſſallus, uel teſtimonium dixit aduerſus dominum ſpontè,
16 ac qui detulit; non ſi coactus à iudice. [o] Eademque diſtinctio, quæ à teſte facta eſt, in aduocato uaſſallo tuenda eſt, ut ſi ſponte contra dominum patrociniũ exhibuerit, feudo priuetur, [p] quia conſilium pollicitus eſt domino in iuramento fidelitatis, & tutũ & utile. [q] In quo differt à liberto, qui non hoc pollicetur in manumiſſione patrono: & ideò aduocatione impune cõtra illũ fungitur. [r] Contrà, ſi coactus neceſſitate officij contra dominũ poſtulauerit: excuſatus enim. [s] Et ego hanc ſentẽtiã ſequor quãuis

Fran-

a § 1. de feud. ſine cul. non amitt. § ſed non eſt alia, quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt. § etſi uaſſallus, & §. licet uaſſalli, ſi de feu. def. contro. ſit &c li. 2. tit. 26. §. fin. de allod. tit. 54.
b §. final. per quos fiat inueſtit. li. 2. titu. 3. Feud. § eſt & alia, quæ fuit prima cau. benef. amitt. lib. 2. tit. 24.
c in ſuperioribus tatibus & in § adhuc, tit. hic finit. lex, &c li. 2. tit. 28
d Felin. in c. ad audientiã, nu. 10 de præſcrip. & in cap. cum acceſſiſſent, 18. col. de cõſtitut.
e §. 1. quibus mod. feu. amitt. lib. 1. Feud. tit. 5. & quib. mod. feu. amitt. eod. lib. 2. titul. 17.
f c. fin. de feu. ſine cul. non amitt. lib. 1. titulo 21.
g §. item qui dominum, quæ fuit pri. cau. benef. amitt. li. 2. Feudor. titu. 24.
h de his, in §. 3 hic finit. lex, & c. lib. 2. Feud. titulo 28.
i §. 1. de no. fot. fidel. libr. 2. Feudo. titul. 9.
k § contra omnes. tit. hic finitus lex.
l 1 § illud quoque, de prohi. alie. feu. p Frider. li. 2. tit. 56. in 1 ...
m ...
n ca. ſi ſex, 26. q. 7 gl. e. in c. de forma, 22 q. 5.
o Gloſ. in § ex his, 23. q. 1 nos, in l. ... de iuſti. & iur.
p Io. de Iſern. in capitul. 1 §. ſed nec minor, quæ fuit prim. cauſ. ben. amit. Alvarot. in § 1. quib. mod. feu. amitt.
q Curt. in 4. part. tracta. ex quib. cau. feud. amitt. uſque ad 31. numerum.
r § fi. de alie. feu. pater. in 2. tit. 10 ab. gloſ. explicat ... periculo
s §. præterea, quæ fuit prim. cau. ben. amitt.
t § 1. de fut. fidel. li. 2. Feud. titul 6. cano. de forma, 22. quæſtio. 5.
u §. 1. de feud. ſine cul. non amitt. § ſed non eſt alia, quæ fuit 1. cauſ. benef. amitt. cum ſimil.

x l. quod te, ſi cer. peta. in P. l. mora l. de uſu. P. l. ſi ex legati cauſ. de uerbo. oblig. P.
y §. ſimiliter, quibus mod. feu. amitt. lib. 2. tit. 5 §. 1 quib. mod. feu. amitt. titul. 17.
z glo. in d. §. ſimiliter & in §. porro, quæ fuit prim. cau. benef. amitt.
a § 1. de fut. fidelit. libr. 2. Feud. titul. 6.
b l. plerique, l. 18. de in ius uoc. lib. 2 P. tit. 4. & l. qui in domũ alicui, de iniur. in P. l. ſi eum, in fin. de fideicomm. libert. in P.
c §. porro quæ fuit prim. cau. benef. amitt.
d §. ſi uulner. de capitu. qui cur. uend. libr. 2. Feud. titu. 28.
e § ſimiliter, quib. mod. feu. amitt. libr. 1. Feud. titu. 5. § denique, quæ fuit pri. cau. benef. amitt.
f §. 1. an ille qui interf. fratrem domi. ſui, &c. lib. 2. Feud. tit. 17.
g §. fi. de uaſſal. qui cõ. conſtitut. Lothar. re feu. alie. lib. 2. Feud. tit. 30.
h d § 1 de fut. fidel. titu. 6. lib. 2. §. 1. quibus mod. feu. amitt. lib. 1. tit. 17 §. item ſi delatus, quæ fuit prim. cauſ. beneficij amitten.
i l. ſi quis ex familiarib. qui accuſ. non poſſ. C.
k l. fin. de delato. lib. 10. C.
l gloſ. in d §. ita ſi delator, per §. cauſ. ut cum de appel. cog. in Authẽ. in §. contra omnes, hic finitus lex, &c.
m Aluarot. Iacob. de Ardizo, in d. § item ſi delator.
n glo. in d. §. item ſi delator. facit l. poſt legata, § his uero & ibid. Accur. de his quibus ut indig. P.
o gl. in d. § item ſi delator & ibi Aluaro. & Iac. de bello uila l. fin. P. de inoff. teſtamen.
p tit. de for. fidel. & ti. de no. for. fid. melius in §. præterea, quæ fuit pri. cauſ. beneſ. amitt.
q l. quæ cũ maior, § ii patroni, de bon. lib. 21 in P.
r l prouidẽdũ, C. de poſtul.

Franciſcus Curtius ſubſiſtat, [a] & deliberãdum
emplius cenſeet, num ob partocinium ſponta-
17 neum cõtra Dñm feudo priuetur uaſſallus. Aſ
finis cauſe priuationis eſt, ſi vaſſallus in cauſa
Domini iudicauerit contra Dominum, & ex
ijdem actis ſuperior eius ſententiam reſcin-
dat: [b] quæ intelligenda ſunt, ſi arguetur præce-
dens animus in patronum male effectus, uel
culpa, quòd non conſuluit peritiores: & ſi inde
magnum diſpendium Domino acciderit, uel ſi
18 criminalis eſſet cauſa. [c] Accedit alia cauſa in-
gratitudinis grauiſſima, qua priuetur feudo
vaſſallus delinquens contra honeſtum, quod
pollicetur in fide: [d] ſi concubuerit cum uxore
Domini uel tentauerit concumbere, aut cum
ea turpiter luſerit, aut ſi cum filia aut nepte uel
ex filio, aut cum nupta filio, aut cum ſorore
Domini, ſi iſtæ perſonæ in domo Domini ma-
19 neant. [e] Probat & defendit per pulchre Cur-
tius [f] hoc ipſum locum habere in uxore etiam
uidua & ſponſa Domini, item in pediſſeque.
Et quod ualde notabile, etiam ſi prędictæ enu
meratę perſonæ eſſent publicæ meretrices.
Nam & adhuc vaſſallus in reuerentiam & ho
neſtatem Domino iuratam, abſtinere debet.
Quid autem in concubina, tu ipſe apud ipſum
20 uideto, ne ſuppilemus ſcrinia illius. Reum ta-
men non putant uel ademptione dignum uaſ-
ſallum, ſi concubuerit errore ductus cum uxo-
re Domini, puta quòd illa ſe in lecto uaſſalli,
21 pro eius vxore ſe ſubiecerit. [g] Superioribus cau
ſis ingratitudines ſimiles poſſent contingere,
quæ non fuerunt expreſſæ, quæ tamen ad cal-
culum ademptionis à probo & circumſpecto
iudice deduci poſſunt, accurata rerum & perſo
narum conſideratione adhibita ex clauſulis
feudorum generalibus, quæ ſuperioribus adij-
ciuntur, ut priuentur, ſi ſimiles cauſas uel ma-
iores uaſſalli commiſerint. [h] Et in ſumma con
cludunt interpretes, in omnibus cauſis ingrati
tudinis, ex quibus iuſta eſt exhæredatio, [i] reuo-
catio donationis, [k] & matrimonij diſſolutio, [l]
eſſe & feudi amiſſionem. Quod colligunt ex §.
prædictis modis, quæ fuit prima cau. benef.
22 amitt. & examinat Curtius, quem conſulito. [m]
Ad cauſas quoque ingratitudinis, quę feudum
adimunt, pertinet: ſi uaſſallus feudum uel feu-
di conditionem ex certa ſcientia inficiatur, &
propter inficiationem ſit conuictus, nam ſpo-
liatur eo: ignoranti uero ſubuenitur, quia ſi du
bitet, dubitanter reſpondere debet. [n] Cæterum
primum cognoſcendum eſt, iurene uel iniuria
cliens ſe beneficiatum negauerit, pendenteq́;
lite ſoluetur clientulo manus in feudum inie-
ctio. Nam placuit ob perfidiam ipſo iure bene
ficiarium prædium in commiſſum non cade-
re, niſi cauſe perfidiæ primum diſcuſſa: & niſi
prius ſententia iudicis clientem ſuum patro-
nus expugnauerit: [o] ſiue quis beneficiarium
ſe negauerit, ſiue per annum & diem à fide ob
ſequioq́ue cliẽs abſtinuerit, uel alio modo feu
dum in caduci cauſam ceciderit, ex que ob no
xam prædium dãdum ſit lege commiſſoriæ Do
23 mino. Iure quoque feudorum tacitè uidetur
Dominum offendere, & ideo priuatur feudo,
qui ſine eius uoluntate uendidit, quòd iam ex
plicatum eſt in acquiſitione feudi per ſucceſſio
nem particularem ex emptione: quin & quãdo
uaſſallus feudum alienauit, feudũ eſſe deſinit
apud emptorem quoque. [p] Punitor & tabellio
amiſſione officij, & infamia, qui contractum
24 conſcripſit, [q] & manus abſciſſione. [r] Sicut Do
minus, nolentes & inuitos uaſſallos iure cõmu

ni feudorum, & exceptis conſuetudinibus pri-
uatis, non poteſt in alium alienare: [s] niſi neceſ-
ſitate adigatur ad uenditionem, [t] Quemadmo-
dum enim intereſt domini, non mutare uaſſal
los: ita ſubditorum non mutare Dominos, [u] e-
tiam ſi mali ſint qui præſunt, ne peiores eis cõ-
tingant prioribus, & ne iam ſaturis ex compile
tionibus bonorum ſubditorum ſubmotis, alij
famelici ſuccedant, qui reliqua tollant. Quod
indicat apologo Æſopus [x] herinacei, qui *συν-
οίϰος* eſſe uolebat vulpi, in quam lapſam in fo
ueam, miſeram, & caninis muſcis repletam, cũ
incidiſſet herinaceus eius miſertus rogauit, nũ
uellet ut ab ea muſcas euelleret: cumq́ue ipſe
negaſſet, & miraretur, reſponſum accepit, *iam,*
inquit, *hæ ſaturæ parum ſanguinis trahunt, quòd ſi
has tu excuties, fameſcentes uenient aliæ, quæ quod
25 mihi ſanguinis reſtat totum ebibent.* Aliæ cauſæ
extinctionis feudi extra ingratitudinem ſunt
quædam, ueluti in feudo de camera & cá-
uea inopia Domini, ob quam annonæ annuæ
feudi extinguuntur, ſi Dominus ſine periculo
egeſtatis non poſſit præſtare: [y] prior enim cha
ritas à ſeipſo incipit. [z] Quod in alijs feudis per
petuis non admitto, utpote dominio utili in
perpetuum in uaſſallum translato, in quo non
26 eſt locus pœnitentię. [a] Veruntamen non dubi-
to iure amicitiæ initæ ſacramento hoc uaſſalli
tico, teneri uaſſallum ſubuenire etiam de pro-
prijs Domino in extrema inopia, ſaltem in ali-
mentis: alioquin, Ingratum haberi & indignũ
beneficio. Non enim æquum eſt uidere egen-
tem, quem prius habuit in amicum, [b] ſicut pa-
trono egente tenetur alimenta præbere liber-
tus, [c] & donatarius, donanti: alioquin & ille
libertate, & hic beneficio priuandus. [d] Po-
teſt enim in hoc ultę Domini conſulere, & opẽ
ferre. Ideo non minus ad alimenta tenetur,
quàm ad defenſionem & auxilium in bello ex
lege fidelitatis, aliter alimenta denegans occi-
diſſe uidetur. [e] Poterant & olim, ut dixi alibi,
feuda gardiæ & gaſtaldiæ, [f] & ſoldatæ, [g] auferri
ex nutu Domini, uel poſt tempus, ad quod con
ceſſa erant, quia non erant perpetua. Poterant
& minores ualuaſſores ex arbitrio aliquando
adimere feuda minimis ualuaſſoribus, reſtitu-
27 to tamen pretio, ſi quod accepiſſent. [h] Sed &
qui aduocatiam ſuam, uel aliquod aliud bene-
ficium inſolenter tractauerit, nec admonitus
28 reſipuerit ab inſolentia, beneficio exuitur. [i] Si
clericus non apertum feudum eccleſiæ promit
tens moriatur, antequam ad eum à poſſidente
redeat: uel ſi reuerſum iam promiſerit, ſed ante
inueſtituram factam deceſſerit, euaneſcit feu-
29 di promiſſio: aliud in laico Domino: [k] Amit-
tit quoque feudum qui ipſo iure uocatus ad
eius ſucceſſionem, conſenſerit eos inueſtiri, ad
quos ſecundum tectum morem non pertinet,
nec ad eum repetendum regreſſum habet. [l] Idẽ
ſi poſtquam ſciuit alij datum tacuit per annũ,
30 nec conqueſtus eſt. [m] Nam & expreſsè uaſſal-
lus poteſt feudum dimittere, uocant refutare, [n]
& repudiare, [o] niſi in lege beneficiaria contra-
rium iurauerit, [p] uel ſit ligium, ut alibi monui.
31 Extinguitur quoque feudum, ſi res data in feu-
dũ aliena fuerit, & euincatur à domino, cuius
nomine

a Franc. Curt. ... par. tract. de feu-... capit. ex quib. cauſ. feu. amitt. nu. 72.
b gloſ. ind. §. ſi delatur, ... poſt legatam ... quid. ... de his quibus ... indig.
c Alciat. in d. §. item ſi dela-...
d ... de for. ſ-...
e §. item ſi ſi-... quib. mo-... d. amitt. ... & alia, ... mod. feu. ... amitt. tit. 17. c. ... feud. ſine ... cul. non amitt. ... §. ... quæ fuit ... benef. amitt. ... Feu. titul. 14.
f Franc. Curt. in 4. par. tract. de feud. in c. ex quib. cau. feud. amitt. à nume. 29. per ſeq.
g Alciat. in ... §. ... coll. ... vlt. qb. mod. feu. amit.
h §. ſed quæ ... quæ fuit prima cau. benef. amitt. lib. 2. tit. 24. §. 1 in quib. cauſ. feu. amitt. lib. 2. Feu. tit. 39. § ſi quib. mod. feu. amitt. lib. 2 tit. 17. ... de quib in §. ... de appel. cog. ... quib in l. ... de reuoc. donatio.
i §. de quib. in l. ... cum ... de repu. C. ... Franc. Curt. in 4. par. tract. de feu. e. ex qb. cau. feu. amitt. in 38. ... nu-mer 77.
k §. uaſſallus ... feudum, ... §. uaſſall' ... ſi de feud. def fuer. contro. lib. 2 ti. 26 § fin de le-gib. Contra. lib. 2. tit. 24.
l ... hoc latè ca-... Mu Par. ... conſuet. Pa-... tit. de ma-... feodal §. ... gloſa in ... ſpecialem, ... callidis, in ... de prohib. feud. alien per Fede. & ibi Al-...
m ... feudum ... §. ... ſi de ... def contro ... fue. &c. li. 2. titul. 26.
o ... §. ſi quis ... de prohib. feu. alienat. per ... lib. 2. ti-... tul. 39.
r §. callidis, li. 2. titul. 55.

s §. ex eadem, de capitul Con ... & ... impera-... tialem, §. prate ... & ... de ... prohi. feu. alie. per Frede ... §. ... in P. Hoſtienſ. ... Andr. & ... inc. dilecti, de maior. & obedien. ap ... Greg. ... Salicet ... lect. ... tionatus, ... medic ... de op. liber ... §. ... præterea, & §. ex eadem, cod.
u ... Innocen. ... audita, de preſcrip. apud Gregor.
x ... Anili ... Rhetor. ad Theod. cap. ...
y §. 1. de notis feu li. 2. tit. 58.
z ... preſes pro-... uinciæ, C. de ſeruitut.
a §. in primis, in quibus mod. feu. amitt. & §. quia iudicium, & §. fin. qui feud. dat poſſ. lib. 2. tit. ... feud. cod. ... 7. §. ... ne cul. non amit. ... 41. §. ... quo tempo mil. ... amitt. per deb. §. ſi facta, ſi de feu. def. contr. ... §. 1. de ... feu lib. 2. tit. ...
b ... de libert. & ... lib. 2. tit. 17.
c ... gl. in l. ... de reuoc. don. ... ſi quis ... de alimenta, ... de liber. agnoſcen.
d ... de pign. ...
e ... feud. lib. 1. Feu. tit. 11. §. 1. & §. ... tit. ... titul. 8.
f §. 1. & §. ... de feud. dat. ... §. ... quæ ... aduocatiâ, de ... tit. 27.
g ... §. 1. quid ... ceſſa. ... tit. ... §. ... Cunctio, §. ... conſtitut. ...
h ... §. ... tit. 24. §. ...
i §. de cleric. ... iur. dom. & c. §. 1. de clerico, ... lib. 2. tit. 38.
l §. præterea, ... bus mod. feu. amitt. lib. 2. tit. ...

l ca. 6 quis de feu. dat in ... lib. 2. titul. 27.
m §. Titius filius, ſi de feud. def. ... ſit.
n §. ... quib. mod. feu. amit. § 1. de aliena. pat. feu lib. 2. tit. 39. § fin. de uaſſ. qui con-tra. conſtitu. Lotar. &c. lib. 2 tit. 58.
o §. 1. an agna. ne! fil. def poſſit retine. feu repud here. lib. 2. tit. 45.
p probat latè Iacobinus de Sancto Georgio tractat. de ſeudis & homag. numero 42. Bald. in c. quia in eccleſiarum, circa 4. col. in uerbo iuxta præmiſſa quæritur, de conſtitutionibus.

nomine patronus uaſſallo ignoranter aliena
32 in rem accipienti tenetur.[a] Item ſi uaſſallus non poteſt officia uaſſallitica ſubire, feudum amittit, ut ſi clericus, ut alibi diximus, fiat, uel habitum religionis ſuſcepit, & depoſuit armatam militiam.[b] Si quid commiſerit ut poſtea in curia reſidere non poſſit ad obſequia exhibenda,[c] Sic de alijs, non enim datur beneficiũ, niſi propter officium, quod qui non poteſt exhibere, amittere debet & beneficium.[d] Quamuis in Gallia obſequia præſtari poſſint per uicarium, & ita non priuentur uaſſalli, niſi ſi quid aliud, uel crimen, uel culpa, uel locorum
33 conſuetudo ſuadeat. Amittit & feudum quis per renunciationem factam in fauorem alicuius in manibus Domini.[e]

a § de inueſtitura, de inueſt. in re alie. fact. lib 2. Feud. ti 8. §. 2. ſi de feud. vaſſa. ab alijs interpr fuer. li. 2. tit. 25.
b § 1 de vaſſa. milit. qui arma depoſ li. 2. feu. tit. 21 § qui clericus, ſi de feudef controu ſit &c § ſi de feu. fœmi. eod. 2. li. tit. 36.
c § 2 an illa, qui interf. frat. domi ſui feud amitt. li. 2. feu. tit. 37
d § ſi. de vaſſa. milit. qui arma. depoſ § fin. an mutus vel alias imperf. &c. lib. 2 tit 36. c. ſi. de reſcriptis in 6. can. eos, can ſi qi ſacerdotum, 81 diſt c. paſtoralis, de appel. lat ap. Gregor. cum ſimilib.
e §. 2. de vaſſa. decrep. ætat. lib. 2. feu. tit 14.

Anacephaleoſis eorum, quæ ingratitudinem excuſant vaſſallorum, & culpabilem & ingratum reddunt Dominum. Cap. XX.

1 *Eadem quæ debet uaſſallus Domino, debet & mutuo Dominus uaſſallo. Incolume, tutum, honeſtum, facile, &c.*
2 *Regula, eadem felonia qua uaſſallus priuatur feudo, & redit ad Dominum, eadem priuatur Dominus proprietate, quæ peruenit ad uaſſallum.*
3 *Quæſtio, num Tyrannum principem occidere liceat, & in hac uaria ſententia grauiſſimorum authorum.*
4 *Tyrannicida quando in pretio, & de necatis & expulſis regno Tyrannis.*
5 *Tyrannos occidere uel eijcere, nec ſingulis, nec ſemper eſſe concedendum.*
6 *Obediendum etiam diſcolis principibus.*
7 *Plebs odit principes ſuos bonos.*
8 *Sponte quidam poteſtatem regiam abdicantes.*
9 *Tyrannus quis dicatur.*
10 *Tyrannorum facta quæ, & regis ueri.*
11 *Principi turpia iubenti non tenentur obedire ſubditi: uxores ſubditorum non poteſt ad conuiuia uocare ſine maritis princeps, &c.*
12 *Princeps ob crimina poteſtate priuandus, non à quolibet, ſed cum conſilio, & ſummo pontifice conſulto.*
13 *Childericus, ut inutilis regno, amotus à ſummo põtifice Zacharia: Conſtantinus & Leo ab imperio per Stephanum Papam.*
14 *Plebs & uulgus ſemper in principes male ſuſpicatur, ideo uulgus non audiendum.*
15 *Reges Spartiatorum Ephoris ſubditi.*
16 *Minores ualuaſſores conqueri poſſunt apud ſuperiores Dominos de patronorum ſuorum gubernatione.*
17 *Reſolutio quæſtionis, num liceat priuatis manus in ſuperiores inijcere.*
18 *Remedia, quibus ſine ſanguine uaſſallus poteſt ſe liberare à patrono improbo.*
19 *Poteſt ob acceptam iniuriam, ſæuitiam, & ingratitudinem uaſſallus ſe liberare ab dominio patroni & fide. Exemplu in Comite Flandrenſi, & heroe Rayſiæ, prouincia Caſtellæ.*

1 IAm ſuperius docuimus, mutuam cauſam eſſe fidelitatis patroni & clientis beneficiarij: Sicut em̃ fidẽ uaſſallus ſeruare debet domino, ita & is uaſſallo. Et incolume utrumque, honeſtum, utile, facile, poſſibile, quæ formæ fidelitatis ſunt, & debentur à uaſſallis: debentur quo-
2 que à dominis.[f] Proinde generalis conſtituta eſt regula, ex omnibus cauſis & omni felonia, qua uaſſallus feudo priuatur, & dominum quoque proprietate priuari,[g] quæ ad uaſſallum pertinet, ſiue peccauerit in uaſſallum, ſiue in alium.[h] Arbitror ita conſultum eſſe uaſſallis, ne manus inijcere etiam in dominos ſeueros præter modum, factoſve tyrannos uindi-
3 candę iniurię illatæ cauſa audeant. In qua quęſtione eſt proprius locus diſquiſitioni, num tyrannum principem uel Dominum occidere uel expellere liceat. In cuius reſolutione perniciosè erratur, & iura diuina & humana leui negotio uiolari poſſunt. Baldus diſputat, num intolerabiliter opprimentem ſuos Dominum, uaſſalli expellere loco poſſint: & poſt multa reſoluit, non licere:[i] uerum alibi dicit[k] non teneri illi obedire. Aluarotus, à ſuperiori priuari hũc iure ſuo poſſe ab Imperatore uel Papa. D. Thomas[l] ait etiam occidi poſſe & cum merito à ſubditis: At in concilio Conſtantienſi[m] condemnata eſt ſententia, ut hæretica, quæ dicit, quòd quilibet tyrannus poteſt & debet licite occidi per quemcunque uaſſallum ſuum & ſubditum, etiam per clanculares inſidias, & ſubtiles blanditias uel adulationes, non obſtãte quocumque iuramento ſeu confœderatione factus cum eo, non expectata ſententia uel
4 mandato iudicis cuiuſcunque. Proferam itaque in utramque ſententiam authores, meam poſtea ſubijciam. Primum ſatis ſuperque apud antiquos, imo & omnibus ſæculis tyrannos & ſubditorum oppreſſores inuiſos & exoſos ſat ſcio, & illis magis, quibus libertas gratior extitit. Et proinde iſti ſummam tyrannicidæ gloriam eſſe putant. *Beatus*, inquit Cicero,[n] *nemo, qui ea lege uiuit, ut non modo impunè, ſed etiam cum ſummu interfectoris gloria occidi poſſit*. Et ruiſum,[o] *hæc, inquit, non cogitas, nec intelligis ſatis eſſe uiris fortibus didiciſſe, quàm ſit pulchrum, beneficio gratum, fama glorioſum, tyrannum occidere*. Refert Valerius Maximus[p] Harmodio & Ariſtogitoni qui Athenas liberare tyrannide conati ſunt, poſitas effigies æreas, à Xerxe orbe potito aſportatas, longo interuallo Seleucum in priſtinam ſedem curante reportandas: eaſque Rhodios urbi ſuæ appulſas, in hoſpitium publicum inuitaſſe, atque in ſacris poluinaribus collocaſſe. Erat apud Græcos lex, ut tyrannicida præmio, eoque maximo donaretur, pro quo conſequendo orationem elegantem edidit Lucianus.[q] Neque etiam ſatis pretij eſſe præſtitum adhuc putabant ei, à quo necato tyranno foci, fortunæ, liberi, coniuges, ſalus ac libertas omnium, poſtremo ipſæ diuinæ aræ, atque templa redimerentur.[r] Romulus clientelarum primus Romę author ſtatuit, ut patronus qui clienti fraudẽ faceret, ſacer eſſet.[s] Extriti à Romana republica decemuiri Romæ ſibi tyrannidem uſurpantes.[t] Et Athenis 30. prætores effecti tyranni primum exilio multati, deinde trucidati.[u] Scribit Quintilianus,[x] Alceum aureo plectro donatum, quia ſit tyrannum inſectatus. Iſque alibi,[y] legem meminit apud Græcos fuiſſe, ut tyrannicidæ imago in gymnaſio poneretur. Plato tyrannos, ut parricidas, ex republica eijciendos pluribus diſputat.[z] Et plura congerit in tyrannos Xenophon.[a] Celebris eſt memoria Timoleontis Corinthij, quòd occiderit Timophanem fratrem natu maiorem, cum ciuitatem tyrannico more guberna-

ret,

f § 1. de feu. fide. lib. 2. Feud. tit. 6 can de forma, 22. q. 1.
g § 1 quaſi dominum propt. feu. priuat. li. 2. feu. tit 47.
h § domino committente. ſi de feud. def. cont. ſit. &c. lib. 2. tit. 26
i Bald. in l. ex hoc iure, de iuſtit & iure.
k Bal in l. ſub P. verſicu. quid ſit.
l D. Thom. in 2. ſenten. artic. penult.
m In conſi Cõſtan. ſeſſ. 15.
n Cic. 2. Philip.
o Cic. Philip.
p Valer. Max. lib. 2.
q Lucia. Orat pro Tyrannicida.
r Thomas Morus in oration. Lucianicę ſuperiori reſpondẽſe.
ſ Dion. Halis. lib. 2.
t Halic. in eo.
u Iuſtin. lib. 5. Hiſt. ex Trogo Pompeio.
x Quintilia. li. 10.
y Idem Quintil. lib. 7.
z Plato. lib 8. de repu. in fi
a Xenophon, ſ Hierone, ſeu Tyranno.

ret, maltoſque ex primoribus ciues indc oatos
necaret, ſimul ac adhortatus eum fuiſſet, ſed in
tanũ, ut mutata animi cupiditate à re cœpta
dcſiſteret, ac admiſſorum in ciues facinorum
emeudatiouem quæreret: quodque perſuade-
re non potuerat, teſte Gemiſthio. [a] Hic etiam
Dionyſium Siciliæ tyrannum iuniorem, Co-
rinthum priuatũ remiſit. [b] Legimus expulſos
regno tyrannos iniuſtè imperantes, Tarqui-
nium Superbum [c] à Romano: Dionyſium, à Si-
ciliæ regno: [d] Childericum Clodouei patrem,
à Francico: [e] Eorium regem Gotthorum, ab Al
nernis. [f] Iuſſit Deus Ieſu filio Ioſaphat, ut per
cuteret Ioram regem, domum Achab tyranni,
& ulciſceretur ſanguinem ſeruorum Dei. [g] Oc
ciſa eſt interſectrix filiorum regis Athalia à
populo iuſſu Ioiadæ. [h] Excuſſerunt iugum re-
gis Roboam ob eius oppreſſionẽ tribus Iſrae-
lis. [i] Et trãsfert regna Deus ob ſcelera princi-
pum, ſicuti & ob peccata populi. [k] Sic à princi
pio quidem omnes ciuitates Græciæ ſub regi-
bus uiuebant, quamdiu nõ barbarica licentia
utebantur, & iuxta patrios mores ac leges iu-
ſtas regnum exercebãt: dumque regnatum eſt
certis conditionibus, ut apud Lacedæmonios.
Sed poſtquam aliquot eorum abuti cœperunt
poteſtate, & in rebus adminiſtrandis non tam
leges ſequi, quàm ſuam uoluerunt libidinem,
regni tædio magna pars Græciæ mutauit ſta-
tum publicum, in leges & magiſtratus transla
ta poteſtate, qua conſeruarentur reſpub. ut au
5 thor Dionyſius Halicarnaſſæus. [l] Cæterùm in
diuerſam ſententiam, & exempla, & rationes
quoque ſuadent non eſſe hoc ſingulis permit-
tendum, nec ſemper, niſi publica ſint huiuſmo
di bene conſultata decreta: & periculoſa & in-
fandiſſima alioquin ea haberi, & quæ breui
omni ſpeciei rerumpublicarum interitum mi-
nentur. Dauid noluit mittere manum in Chri
ſtum domini, in regem Saulem cùm potuit, [m]
qui tamen eum iniuſtè affligebat & proſeque-
batur, quinimò eum qui vulneratum etiam
uolentem necauit, morte puniuit. [n] Datan, Co
re, & Abiron in principem ſuum rebelles, ui-
ui terra abſorpti ſunt, exemplari iudicio. [o] *Nõ
eſt poteſtas niſi à Deo: & qui poteſtati reſiſtit, ordi-
nationi Dei reſiſtit.* [p] Et ideò Paulus maledicens
iudici, qui contra legem eum percuti permiſe-
rat, monitus eſſe principem, faſſus eſt ſe peccaſ
ſe, *quia*, inquit, *ſcriptum eſt, principi populi tui
non maledices*. [q] Diuus quoque Petrus iubet
nos obedire dominis non tantùm bonis, ſed e-
tiam diſcolis. [r] Et ideò rectè olim apud Gallos,
de repub. non licebat niſi cum conſilio loqui. [s]
Populus & potiſſimùm qui ex illo impij ſunt,
impatientes dominationis, quæ eos inſtruat,
ſunt: & præceps excellenter plebs, quæ motu
proprio omnia aggreditur, ut notat in republ.
8 Thebeorum Polybius. [t] Et oderit dum me-
tuat. [u] Vnde plures grauiſſimi uiri poteſtatem
regiam ſponte exuarunt, alij deponere deſide-
rarunt, ſi licuiſſet, ut Timoleus Corinthius Si-
culorum amore in regem electus, maluit ſe di
ligi quàm metui: ut cùm primùm potuit Im-
perium depoſuit, priuatuſque, Syracuſijs, quod
reliquum uitæ fuit, uixit. [x] Depoſuit & pote-
ſtatem Sylla. [y] Deponere ſæpe Imperium uo-
luit Auguſtus, [z] & Ælius pertinax: [a] *Et meritò*,
inquit Thomas Morus, [b] *abſtinent ſapientes à
regenda republica habentes ſatis, ut quia alienæ ſtul
titiæ mederi non poſſunt, ipſi ſaltem ſint in tuto, ue-
luti qui effuſum in plateas populum, cùm ab imbri
bus ad tecta reuocare non poſſunt, conſultè agunt*

a Gemiſthius Pletho, li. 2. de geſtis Græcor. poſt pugnam. Mantineam.
b eodẽ Gemiſthio.
c apud Liuiũ, Plinium maiorem, de nat. hiſtor. Dion. Halicar. & alios.
d Iuſtin. li. 12.
e Grego. Turo. libro 2. de geſt. Franc. c. 12
f Idem Grego. Turon lib. 2. c. 32.
g 4. Reg. 9. 10.
h 4. Reg. c. 11.
i 3. Reg. 12.
k Eccleſ. c. 10. Aggæi 2.
l Diony. Halic. lib. 3. antiquit. Romana.
m 1 Reg. 24. & 26.
n 2 Reg. 1.
o Num. 16.
p ad Roma. c. 13.
q Actuum, 23.
r 1 Pet. epiſt. 2. cap 2.
s Iul. Cæſar, li. 6. belli Gallici.
t Polyb. lib. 6.
u Cic. 1 offic.
x Æmil. Prob. in Timoleont.
y Appian. libr. de bel. ciuil.
z Diõ Caſſius, li. 53 Zonaras, tom. 2. in Octauium.
a Iul. Capitol. in Aelio pertinace.
b Thomas Morus, lib 1. Vtopiæ.

qui ſemet intra tecta continent. Sunt itaque ratio
nes, quæ in hac quæſtione concurrunt, hiſque
aliæ poſſunt addi plures ſimiles, à quibus ab-
ſtineo, & ut me paucis expediam, quid ſit tyrã-
9 nus primùm explico. *Tyrannus*, inquit Seneca,
diſtat à rege factis non nomine, [c] *quod olim regum
erat. Quid*, inquit Plato, *quoties uir unus rectè ci-
uitatem inſtituit, quod nomen illi conueniet? nomē
tyranni & regis?* [d] Et ſæpe pro bono principe
apud poetas & oratores Græcos antiquos, &
pro malo quoque accipitur: ſed apud recentio
res de malis plerumque dicitur. Et nõ tantùm
de regibus, ſed etiam de alijs, qui malè & cru-
10 deliter ſubditis imperant. Tyrannos itaq; prin
cipes uocauit Guillelmus Bened. [e] qui ſubdi-
tos, uel hoſtium agricolas inuadunt, & fruges
perdũt ex Diodoro Siculo. [f] Et tot ferè poſſunt
eſſe capita tyrannidis, quot ſunt ſpecies op-
preſſionis & deprædationis ſubditorum. Nec
ſolùm rex uel Imperator tyrannus dici iniuſtè
Imperans poteſt, ſed etiam alij qui tyrannicè
dominantur: ſi tamen plures ſimul dominan-
tur iniuſtè, propriè & factionem committere
dicuntur. [g] Feſtus [h] tyrannum dictum fuiſſe
tradit, à Thurrenorum inſigni crudelitate. Fa-
cta tyrannorum namque in crudelitate conſi-
ſtũt, ſæuire in ciues, delectari ſonitu catenarũ,
ſanguinem fundere, aſpectu ſuo terrere ac fu-
gare: ut contrà, boni regis & fœlicitas illius,
multis ſalutem dare, & à morte ad uitam reuo
care, ciues ſeruare: [i] & ut Claudianus ait, [k]

—Sors iſta tyrannis
Conuenit, mutuant clavis, ferroſque trucident.
Muniti gladijs uiuant, ſeptique uenenis
Ancipites habeant arces, trepidique minentur.

Sunt & alij, quibus familiare illud abſolutè, *no
lo*, [l] *ſic iubeo, ſit pro ratione uoluntas*. Mandane
monebat Cyrum, [m] Regis dominatum eſſe nõ
libidinẽ, ſed legem: & contrà, in tyrãnide. Idip
ſũ firmat, [n] *quando*, inquit, *unus ſecundum leges
dominatur, regem uocamus, non diſtinguentes no-
mine illum, qui ſcientia ſolus imperat, ab eo qui opi
nione ſecũdum leges ſolus etiam dominatur. Et quo
ties neque ex lege, nec ex more quiſpiam domina-
tur, ſimulatq; ſcire ſe & præter leges hoc ita re-
ctius fieri oportere: ineſt autem libido & ignoran-
tia quædam, quæ ad imitationem huiuſmodi indu-
cit, uir talis tyrannus eſt appellandus*. Philo Iu-
dæus ſubſcribit, & eum eſſe tyrãnum, qui quæ
vult ſine ratione exequitur. [o] Et [p] differre à re-
ge, quòd hic ius & æquum: ille iniquitatem in-
troducat in rempub tyrannicaque mandet, in
feſta corpori & animæ, magnaſque moleſtias
inferentia, uitioſas actiones & uoluptates, quę
11 naſcuntur ex affectibus. In fidelitate & iure
principis intelligitur exceptum ius etiam ho-
neſtatis, ut eam per poteſtatem uiolare non li
ceat. Et ideò, inquit Baldus, ſi princeps in-
uitat ſeu uocat uxores ſubditorum ad tripu-
dium, non tenentur uenire: [q] niſi & mariti
uocarentur, ut uxores ſuas comitarẽtur, ut no-
tat Marti. de Caſarijs. [r] Nec principi qui con-
tra ius naturale iubet, parendum eſt. [s] Aliter
tamen, ſi contra tantùm ius poſitiuum. [t] Mi-
nus autem, ſi contra ius diuinum imperet, obe
diendum, cùm potius ſit obediendum Deo,
12 quàm hominibus. [u] Ex quibus certè uera dif-
ferẽtia bonorum & malorum propoſitorum a-
perta eſt. Et cùm priuati homines digni ſint
morte, uel exilio, ratione criminũ: multò ma-
gis etiã & principes cõſtat ob eadem crimina,
mortis eſſe reos. Nec inficiari põt, quin ab illis
ſaltẽ adimẽda iure nõ ſit repub. adminiſtratio,
ueluti

c Seneca, lib. 1. de clementia.
d Plato, in dialogo de Tyrannide ſcripſit tractatum Bartholus tractat & in l. decernimus, de ſacroſ. eccl. C.
e Guil. Bened. in repe. c. Raynutius ad uerba, & uxorem nomine, nu 104.
f Diod. Sicu. in 3 dũ de Indorum geſt. agit.
g Vide D. Aug. lib. 2. de ciuitate cap 21.
h Feſtus lib 18.
i Seneca lib. 1. de clementia, in fine.
k Claudia. in 4. honori conſulat.
l Iuue. Satyr 6.
m Xenophon, li. 1 Cyri pęd.
n Plato. in lib. ciuili, uel de regno.
o Philo Iudæ. lib. de confuſ. linguar.
p Philo Iudæ. lib. 2. allegoriarum.
q Bald in l. 1 ę es libertus, de oper. liber.
r Marti. de Caſar. tra. de principe nu. 18.
s C. u. non licet in diſt.
t B. 1 ſic cùm acce. de electio.
u Actuum 5

neluti furenti gladius. Et in eo rnnſentio:ai in
modo dominos tollendi, non adſtipolot illis,
qui permittunt idipſum quibuſlibet. Etenim
ſemper ſancta perſona ſemper liberto & ſubdi
to,& filio, uideri debet patroni & patris.[a] Hæc
ſeria ſeriò, non à priuatis, ſed ab omnibus ordi
nibus regni, ſi de rege agatur deponendo, tra-
ctanda eſt quæſtio,& ſummus pōtifex conſulē
13 dus,[b] ut ſuperius. Quemadmodum quando
Zacharias ſummus pontifex amouit, ut inuti-
lem regno Childericum anno domini 751.&
ſubſtituit Pipinum.[c] Et Stephanus Papa 2. pri
nauit imperio Conſtantinum & eius filium
Leonem, cùm non ſubuenissent eccleſiæ con-
tra Aſtulphum regem Longobardorum, &
14 tranſtulit in Carolum Magnum.[d] Hominum
vulgus in deterius ſemper contra principes &
regum publicarum gubernatores ſuſpicax, &
contrà, ut ait Horatius,[e]

Virtus repulſæ neſcia ſordidæ
Intaminatis fulget honoribus,
Nec ſumit aut ponit ſecures
Arbitria popularis auræ.

Atque uanæ uoces populi audiendæ nō ſunt,[f]
nec ſequendæ.[g] Miſerúque nihil magis, quàm
ſi ſubditi uelint ea ſuo arbitrio regem domina
ri,& ſibi regem, non ſe regi ſubijcere: Inferior
enim ſuperiorem corrigere nequit.[h] Et mores
populi corruptiſſimi, in iſtis potiſſimùm miſer
rimis ſeculis, quibus quiſque ſibi licere putat
quod opinatur: uerè certè miſera eſt uita prin-
cipum, non dicam malorum, ſed meliorum.
Dum enim manum ad depellenda crimina
adijcere nolunt, impiorum ſeuerisſimè excan-
deſcit ira: oderunt enim, dum metuant, & quē
multi metuunt, multos odiſſe neceſſe eſt. Vnde
ſatis infœlix per ſe uita ſemper impendentium
periculorum plena, ut oſtendit Dionyſius au-
læ ſiculæ inclementiſſimus incubator, familia
ri quondam ſuo, ſolam beatam exiſtimantem
uitam tyranni, dum gladium uagina raptum
& à capulo de filo tenui pendentem mucrone
demiſſo, iuſſit familiaris capiti imminere.[i] Eſt
& multorum beſtia capitum populus, leuis, in
certus,& ad ſeditionem & rebellionem facilis,
dum tantùm ſingularia & ea quæ ante pedes
ſunt, proſpicit: duræ ceruicis, ut opus non ſit
nec expediat principis ſui cenſuram, non di-
15 cam mortem ei committere. Si principes ex
nutu ſubditorum, & adhuc ſingularium quo-
rumcunque penderent poteſtate, certè non re
ges, ſed infœlicisſima eſſent mancipia, nec mo
narchia ſed democratia eſſet, peior regno Spar
tiatarum, in quo Ephoro licebat legibus regē
in uincula conijcere, quemadmodum in Pau-
ſania contigit.[k] Dicebant enim ſaltē illi cau-
ſam, nec inauditi necabantur, uel eijciebātur,
quāuis illis appoſiti eſſent Ephori pro frenis:[l]
ut apud Romanos tribuni plebis cōſulibus.[m]
16 Habent & minores ualuaſſores, ſuperiores a-
lios dominos, ad quos refugiant, quorum ope
liberentur à fide data: & liberati contemnant
Imperia patronorum ingratorum. Nec eſt ſin-
gulis concedendum, quod per magiſtratus ex-
pediri poteſt.[n] Cur enim princeps & magiſtra
tus ſuperior patietur ad arma peruenire, quos
poteſt ſua iuriſdictione compeſcere?[o] Et idcir
co in medio iura poſita ſunt, ne quiſquam ſibi
17 permittat ultionem.[p] Et ita exempla tyranni
cidarum hic ſequenda non ſunt, quæ uel in li
bera republica cōtigerunt, quæ regem non ha
bebat, nec ei ſe ſubijciebat, nec Dei iuſſui & al
tiori mandato: aut temere facta ex bono ſucceſ
18 ſu metienda ſunt. Sunt itaq; alia remedia, qui
bus intacta perſona domini quis ſe poſſit libe
rare à tyrannide & hominio patroni improbi:
nempe refutatione uel diſtractione rei, ob quā
19 præſtat fidem, ut diximus.[q] Dehinc & illo
quod ab initio huius capitis propoſuimus, ut
iure quis poſſit apud ſuperiorem petere ab ho
minio,& ſi illud perſonale fuerit, ſolutionem,
quod facilè impetratur.[r] Sicuti & ob nimiam
ſæuitiam in ſeruos domini coguntur uendere
alijs.[s] Priuilegium enim meretur amittere, qui
conceſſa ſibi abutitur poteſtate. Comes Flan-
drēſis à rege Franciæ priuatus comitatu, quòd
ſubditis petentibus ius non redderet.[t] Herois
Rayſiæ curiæ Pariſiēſis decreto tandiu fuit im-
munis & ſoluta iuriſdictione ac fide beneficia
ria ducis Armorici, dum uiueret ob malæ tra-
ctationis cauſam.[u] In Hiſpania, prouincia Ca
ſtellæ, quæ regibus Legionis parebat, à ſubie-
ctione meritò putatur ſe ſubſtraxiſſe, quòd Or
donius eo nomine ſecundus rex Hiſpaniæ con
tra fidem publicam datam comitibus quatuor
Caſtellæ, uocatos ad ſe, interemiſſet, & quoſdā
ex ſua nobilitate creauit, qui de publicis pri-
uatiſque controuerſijs inter eos cognoſcerent,
eoſque iudices appellari placuit.[x] Ita per iudi
ces regi tunc cœpit, ut olim populus Iſraeliti-
cus.[y] Erat autem antè Caſtellæ comitatus ex
feudo regis Legionis.[z]

a l. liberto, 19. de obſeq. a liber. & li. pat. & patro præſt. lib. 37. P. tit. 15.
b Can. duo, & ca. Imperator, 96. diſt.
c Can. ali°, 15. q. 6. Paul Aemil. lib. 2. de geſt. Franc.
d c. venerabilem, de elect. ap. Greg. 6.
e Horat. lib. 3. Carm. Ode 3.
f l. decurionū, C. de pœn. cap. Oſius, de elect. c. ſi ergo, 8 q. 1.
g Can. miramur, 61 diſt.
h c. cùm inferior, de mai. & obed.
i Cic. 5. Tuſcu. l. u & Macro. in ſom. Scipio. lib. 1. c. 10.
k Aemil. pro. in Pauſa. Thucyd. in 1.
l Plato, de leg. & Ariſto. 2. pol. c. 7.
m Cicer. 3. de legib.
n l. non eſt ſingulis, de regul. iur.
o l. æquiſſimū, de uſufr. in P.
p l. nul'us. C. de Iudæis.
q § 1. de vaſſ. qui contra conſtit. Lothar.
r Alberic. de Roſa. l. bene a Zenone, de quadrien. præſcript. in 6. col.
s l. 1. de iis qui ſunt ſui uel alie. iur. in P. § pen. eod. titul. apud Iuſtin.
t Bald in auth. ſtatuim°. C. de epiſc. & cler.
u Ioan. Gallus, in q. deciſ. per Cur. Areſt 340.
x Franciſc. Taraſa, lib. de regib. Hiſpan. in Ordonio 2. & I Alfonſo 4.
y toto lib. iudic. & 1. Reg.
z Franc. Taraſa in rege Raymundo.

Poſt feudi priuationem, ad quem reuertatur.
Cap. XXI.

1 *Feudum amiſſum ob ingratitudinem in dominum, ad eum redit.*
2 *Feudum mortuo uaſſallo ſine hærede legitimo, uel eo deſtituto uaſſallo, ad dominum redit.*
4 *Feudum paternum repudiatum uel alienatum, ad proximiores agnatos redit.*
4 *Feudum ademptum ob crimen aliud quàm in dominum uaſſallo, ad proximiores, non ad dominum uenit: Nam autem redeat ad dominum confiſcatione facta, ibi.*

1 IN quæſtione hac reuerſionis feu-
di, diſtinctio adhibenda eſt ex ſu-
perioribus: an priuetur quis feu-
do ratione offenſæ domini, an a-
lia de cauſa. Nam concurrunt ſæpe in petitio-
ne feudi dominus,& cognatus ultimi poſſeſſo
ris,[a] ſi propter commiſſam ingratitudinem in
dominum ad illum redit beneficium,[b] ut ſi
cōcubuerit cum uxore:[c] ſi beneficium alienet
incōſulto domino, quia dominum cōtemnere
uidetur:[d] ſi feloniam commiſerit in dominū:[e]
ſi ab eo non petierit inueſtituram.[f] Et ſi plures
domini gradatim feudi ſint,& ſuperiorem mi-
nimus ualuaſſor offenderit, non ad dominum
domini offenſi, ſed ad eum, à quo accepit, feu-
dum reuertitur, niſi dominus à domino requi-
ſitus neglexerit petere à ualuaſſino ſatisfactio
nem.[g] Ob prælati etiam culpā, eccleſia priua-
tur, quandiu is uixerit, feudo, qd dominus uel
rex poſſidet, poſteà autem eo mortuo eccleſiæ
2 reſtitui debet.[h] Quòd ſi alia de cauſa priue-
tur quis, diuerſi etiam ſunt cōſtituendi delatio
nis modi: nam ſi morte defuncti feudū poſſeſ-
ſore uacuū ſit, id eſt, ſi ſine hærede legitimo de
ceſſerit uaſſallus, ad dominū redibit,[i] uel ſi feu
dum

a § 1 de vaſſ. mili. qui arma depo. li. 2. feu. titu. 21.
b § denique, § fuit e cauſ. bene. amit. lib. 2. feud. titu. 24. & ci. l. fin. de litigio P.
c c ſimiles, de feudo ſine culpa non amitt. lib. 1. tit. 21. § 1. de uaſſ. qui contra conſt. reg. Lothar &c. lib. 2. tit. 38.
d § fin. qui ſunt pri. cau. bene. amitt. § præterea, de cap. Cōradi, lib. 2. titu. 40. § 1. de uaſſ. qui contr. conſt. Lotha. reg. lib. 2. tit. 38.
e § 1. an ille qui interf. fratrem domi. ſui feud. amit. li. 2. ti. 37.
f § præterea, de prohib. feu. alie. per Frede. lib. 2. tit. 55.
g § illud quoque, de prohib. feud. alien. per Frederic. lib. 2. tit. 55.
h § fin. de cap. Conradi, lib. 2. tit. 40.
i § item ſi ſine rius. quib. mo. feu. amit. § fin. apud quem uel quos controu. feud. definia. tit. 15.

dum deſtituatur uaſſallo, qui obſeqoia nou
3 poſſit præſtare, [a] At ſi feudum paternū aliena
tum eſt ab altero fratrum, ptoximior, ad qoem
ſucceſſio pertinet, repetit, non Dominus, [b] ſi
alterios generis, Dominus. [c] Et feudum pater-
num à filijs repudiatum, ad agnatos quoque
4 pertinet. [d] Quòd ſi ex graoi quodam crimine
in alium, quàm Dominum commiſſo adima-
tur feudum uaſſallo, puta quia homicida, non
ad Dominum, ſed ad agnatos pertinet, ſi bene
ficium fuerit paternum; [e] non autem ad delin-
quentes filios, niſi agnatis non ſtantibus à Do
mino nouo priuilegio impetrent: [f] Sed & hic
uariæ ſunt conſiderationes in computandis
gradibus admittendorum agnatorum, de qui-
bus conſules & de hac confiſcatione Iacobi-
num de Sancto Georgio. [g] Scribit Speculator
prædia quæ in patroni inferioris clientela & al
terius quàm regis ſunt, ipſi non fiſco dari præ-
terquam in crimine maieſtatis læſæ. [h] Faber e-
tiam & in hoc crimine ad Dominum clientis
iuridicum ius feudi reuerti putat. [i] Cæterum
plura ſunt hic conſideranda in confiſcatione
facienda feudi, quæ tractat Alexander ad l. ſi
finita. § ſi de uectigalibus, de damn. infect. P.
num. 26. Et ſequentib. reſoluit autem facile Iu
lius Clarus libr. 4. ſententia. iuris. §. feudum,
quæſtio. 84.

a §. ſi. tit. epiſ. vel abbat. &c. lib. 1. tit. 6.
b §. hoc quoque, de ſucceſ. feud. li. 2. titul. 9 fin.
c §. etſi clientulus, de alienat feud.
d §. ſi. an agna. uel filius def. repud. hæred. poſſit reti. feu. li. 2 tit. 45.
e §. denique, quæ fuit prime cauſ. benef. amitt. §. 1. an il-le qui interfe. &c.
f §. 1. ſi uaſſal. feud pri.
g Iac. de Sancto Georg in tractat. de feud in §. diſtique uaſſalli, nume. 58. 59. 60.
h Specul. in ti. de feu verſ. 40.
i Fab. in auth. bona damnato rum, de bon. proſcri. C.

De controuerſijs, & iudicijs feudorum. Cap. XXII.

1 *Species cauſarum, de quibus iudicia feudalia fiūt.*
2 *Circa res controuerſia feudalis.*
3 *Feudi, & emphyteuſis differentia.*
4 *Feudorum natura ut indaganda.*
5 *Quæ veniant in petitionem feudi.*
6 *Perſonæ de feudo contendentes ſunt uel maiores, uel minores, uel æquales ualuaſſores inter ſe, cū alijs, &c. Et de foro harum perſonarum, & quæſtionibus.*
7 *Quattuor remedia uaſſalli, ſi Dominus ei neget iuſtitiam.*
8 *Quomodo controuerſiæ inter Dominum & uaſſallos, & coram quibus iudicibus terminandæ.*
9 *Ex quibus cauſis uaſſallus ratione feudi agit contra Dominum.*
10 *Feudo repetito à Domino, hæredes mortui repetunt ab eo meliarationes.*
11 *Feudo redeunte ad Dominum poſt mortem uaſſalli, quomodo fructus inter Dominum & hæredes diuidendi.*
12 *Dominus ex quibus cauſis agat ratione feudi contra uaſſallum.*

1 Controuerſię quę in tractatione feu
dorum conſiderantur, ex ſuperio-
ribus & ad ſuperiora confirman-
da, erunt uel rerum ipſarum feu-
dalium, uel propter res ipſas, uel quæ ab illis
pendeant, uel perſonarum pro feudo, uel pro
2 his, quæ feudi ſunt, uel aliarum rerum. Rerum
feudalium poteſt moueri quæſtio, num ſint al-
lodiales [k] uel feudales, uel libellares, uel em-
phyteuticariæ, cuiuſque natura inſpicienda,
in quibus differant, quibus conueniant, & in
3 quibus pugnent. Feudum differt ab emphyteu
ſi in multis, de quibus te admonebit Specula-
4 tor, [l] Barto. [m] Baldus. [n] Diſtinguit hęc & à li-
bellario erudite Cuiacius in t. feudorum: mo-
nentur & iterum quęſtiones in rebus feudali-

k de quibus in princip. & ibi differētia cum feudis.
l Specul. ti. de loca. §. nunc aliqua, verſ. 4.
m Bart. in l. ut frui ſiueaud. §. ſi liber. de op. libert. in ſ
n Bald. in auth. ſi quas ruinas, penul. col. de ſacroſ. eccl. C. & in l. qui ſe patris, col. 10. unde libe. C.

bus cuius generis feuda ſint, an ſint regia, uel li
gia, uel franca, &c. & in hac parte diuiſionem
5 feudorum euolue, de qua anteà. Propter res feu
dales in conſiderationem ueniunt fructus, id
quod intereſt, incrementa ſeu augmenta rerū
feudalium, iura quæ ab illis pendent, inueſti-
tura, fidelitas, & quæ ibi promittuntur, & quæ
6 contra pacta fiunt. De rebus feudalibus conté
dunt uel maiores, uel minores, uel æquales ual
uaſſores: uel inter ſe uel cum alijs non ualuaſ
ſoribus: domini cum uaſſallis, & contrà: uel hę
redes uaſſallorum cū dominis. Proinde & hinc
uarij modi agendi, uariæ probationes, & tribu-
nalia, & iudicia diuerſa. Igitur ſi inter ſummos
ualuaſſores, quos diximus capitaneos, ut puta
duces, comites, marchiones, qui feuda regalia
habent, agatur, quæſtio proponenda eſt agen-
da, & terminanda coram rege uel Imperato-
re. [o] Si inter minores uaſſallos unius domini de
feodo uel eius parte, uel de finibus feudi con-
trouerſia ſit, dominus feudi iudex erit: [p] ſed ſi u-
nus tantum ſit uaſſallus illius domini, & de il-
lo feudo non ſit controuerſia, ſed de alio, domi
nus non erit iudex, ſed curię eius pares. [q] Quòd
ſi dubium ſit, quis litigantium ſit uaſſallus,
quòd ambo prætendant inueſtituram ſibi fa-
ctam noui feudi, uel ab eodem Domino, uel à
diuerſis: tunc adeundus eſt iudex ordinarius,
vel arbiter conſtituendus. [r] Et ſi coram eodem
Domino uterque conteſtetur, & alius dicat feu
dum nouum, alius antiquum, ordinario quo-
que iudice uel arbitro utendum, [s] nō Domino;
qui quia nouum conſtituit feudum, in propria
cauſa iudicare uideretur: niſi uelis admittere
pares eius curię. [t] Cognitio tamen Domini eſt,
ſi uterque litigātium feudum antiquum fatea
tur, & ab eodem inueſtitore, [u] non ſi à diuerſis:
quia tunc ordinarius adeundus uel arbiter. [x] Si
inter vaſſallū & alium extraneum de feudo cō
trouerſia ſit, ordinarius quoq; iudex adeūdus. [y]
Item ſi cū eodem extraneo de alia re quàm feu
dali, in qua non eſt iudex cōpetens Dominus: [z]
7 niſi ibi eſſet dominica iuriſdictio: [a] In quibus
cauſis Dominus iuſtitiam vaſſallo debet, nec
eam vult exhibere, quattuor remedia uaſſallis
parata ſunt poſt legitimam interpellationem,
vt adito ſuperiore cogat eum ſibi iuſtitiam im
partiri: [b] uel adeat iudicem ordinarium rei, &
ibi eum conueniat: [c] uel ad ſuperiorem, ob de-
negationem iuſtitiæ prouocet: [d] uel petat Do-
minum proprietate priuari, [e] quia & dene-
gans iuſtitiam Domino uaſſallus feudo priua-
8 tur. [f] Quòd ſi controuerſia ſit inter Dominum
& vaſſallum, ad res quoque, controuerſas pri-
mum animum aduerte: ſi enim non feudales
ſunt, iure ordinario ab ordinarijs negotium ter
minabatur, ne ſit iudex in cauſa propria Domi
nus: [g] ſi de feudalibus agatur, uidelicet de inue
ſtitura uel uiolentia, uel commiſſo, etiam ſi pa
res minores ſint litigatoribus: [h] tunc ſi pares
habet Dominus, ij iudices ſunto: [i] ſi negent iu-
ris deciſionem, ordinarium adeat, [k] quemad-
modum ſi pares non habet, uel illi producen-
di ſint in teſtes inueſtiturę, uel alterius rei à Do
mino uel uaſſallo, [l] ne fungantur duplici offi-
cio iudicis & teſtis. [m] Et ſi agatur alia actione
quàm condictione feudali, puta remedio l. ſi
quis in tantam. C. unde ui: tunc erit adeundus
9 iudex ordinarius. [n] Agit autē uaſſallus contra
Dominū qui promiſit, ſe daturum inueſtiturā,
ut det:

o §. 1 apud quē uel quos contro. feud. termina. debe. c. 1. de lege Conra. li. 2 tit. 34
p c. imperialē, in § penult. de prohibit feud. alie. per Feder. q'd cap. 1 apud quem. &c.
q c. 1. §. ſi autē inter, de lege Conrad.
r §. 1. de inueſtitu. in mari. facta.
s §. 1 in apud iudic. uel dom. contro. feud. termina. dēt.
t §. 1 de inueſtitu. in marit. fact.
x §. ſi duo, §. ſi tres, de pac ten. c. 1. an ap. iudic. uel dom. &c. c. 2. de capit. Conrad.
y c. 1. de contro. int. uaſſ. & alium.
z c. cæterum, de iudic & ibi Interp. ap. Gregor.
a Innocent. & Panor. in d. c. cæterum.
b glo & Aluarot. in c. imperialem. § præterea, de prohib. feud. alien per Federic. facul.
l §. 1 de recep. arbi. c. 1 de mi-lit. uaſſal qui contu. eſt.
c d. c. Imperialem. §. penul. c. licet, c. uerum, & c. cum ſit ſimil ſa. de fori. compet.
d §. ſi tamē cō tigerit, at dif fer. iudic. &c. in auth. c. 1. de milli vaſſal qui contu. eſt, c. ireſragabili, de offic. ordinar. iudic.
e c. 1. quali. do mi. propr. priuet.
f §. itē qui domin. quæ fuer. prin. cau. bene. amitt.
g can ſi clericus, 11. q. 1.
h §. penult. de prohib. feu. aliena. per Federic. & ibi Pa d. & Innocen. in c. cæterum, de iudic. ap. Gregor. c. 1. de con trou. int. uaſſa. & epiſcopum, diſputat de hac iuriſd. Iacu. de Sancto Georg. in § & d. uaſſa. in tract de feu.
i Bal in proœ. Decretal. in 1. ſub. Felin in d. c. cæterum, penul. §. 1. de con trou. feudi ap. pares terminā.
l 1. 2. feu tit. 10.
k c. ex tranſmiſſa, de fo comp. l. libertas, de of fic. præſid.
l 1 vt in c. 1. de pign. dat feu. li. 1 feu tit. 11 & c. 1. qui teſtes ſunt neceſſ ad prob. nouā inueſtitu. §. 1. de conten. feu. li. 2. tit 23 & 24.
m contra c dilecto de teſtibus, ap. Greg.
n Bald. in c. 1. de inueſtit. in mari. fact.

vt det,[a] ut facta inueſtitura, & præſtita fidelitate, Dominus cogatur nacuam poſſeſſionem tradere, & ob mutam omnem ei utilitatem pręſtare,[b] vt non liberetur Dominus ab illa obligatione, etiam uolens id quod intereſt cum pœnitentia dari ſoluere vaſſallo, ſed præciſè tradere cogatur.[c] Petit, etſi feudum repetatur emptitium, ut reſtimaatr pretium.[d] Agit etiam, vt fidem ſeruet, prout ſupra diximus: alioquin ut proprietate priuetur, ex cauſis quibus ipſe pri-
10 uaretur ingratus feudo. Sed & hæredes eius à Domino recipiente uel recuperante ſeudom repetunt augmenta ſeu meliorationes in feu-
11 do factas, uel æſtimationem earum.[e] Et ſi decedente uaſſallo ſine maſculo, cõtingat feudum ad Dominum reuerti: ſi moriatur ante Martium mẽſem, fructus ex integro Domini ſunt, ſi poſt Calendas Martij uſque ad Auguſtum, hæredis vaſſalli. Si poſt Auguſtum, omnes Domini.[f] Agunt & agnati defuncti, vel quia priuati feudo contra Dominum repetentem feudum, ut vocati ad feudum paternum antiquũ ex pacto, ex conſuetudine, & alijs modis, qui-
12 bus ſibi ius eſſe prætendont.[g] Dominus contra vaſſallum agit, uel quòd neget eum vaſſallum ſeudumve ei dediſſe,[h] uel quòd ingratum arguat, quòd in commiſſum ſeudum cecidiſſe contendat, uel quòd portionem aliquam feudi repetat.[i] Sed & qui emit feudom à vaſſallo, quod euictom à Domino eſt, quanti ſua intereſt repetit à uenditore.[k] Et hæc ſufficit de feudis dixiſſe, in quibus maioris, ut ſæpe monui, ponderis erunt perpetuo ſingulares conſuetudines locorum, quàm quæ in Inſubrum conſuetudinibus, & in legibus cauta ſunt. Ad alia nunc transferatur oratio.

a §. ſi qui ſucceſſo. da. feud. tenean. libr. 1. Feud. tit. 3.
b §. fin. de no. for. fidelit. li. 2. titul. 7.
c §. ſi pacta, ſi de feu. def. con ten. fuer. li. 2. ti. 26.
d c. 1. de feud. dat. minimus ualuaſſor.
e §. ſi uaſſall9, ti. hic. fini. lex &c lib. 2 tit. 28. §. à contrario, de inueſtit. de re alie. fact. lib. 2. tit. 8.
f §. his conſequenter, tit. his finitur lex &c. § cum autem, ſi de inueſtitu. feud. controu. fuer. li. 2. tit. 4. g tit. ſi de feu. def. fuer. controu. &c.
h §. 1. & §. ſimiliter, ſi de inueſtit. feud. controuer. fuer. & tit. de content. int. dom. & fi. del. li. 10. & tit. ſeq. li. 2.
i in §. 1 de content. inter me & dom. de pot tio. feu. frat. li. 2. tit. 13.
k §. ſi uaſſallus feudum, ſi de feu. def. con ten. fuer. lib. 2. titu. 26.

Syntagmatis Iuris vniuerſi Prioris Partis Finis.

SYNTAGMATIS IVRIS VNIVERSI.

Pars Secunda.

VBI DE PERSONIS, IVRIBVS, ET POTESTATE EARVM AGITVR.

Auctore PETRO GREGORIO *Tholoſano, I.V. Doctore, & olim in Academijs Cadurcenſi & Tholoſana profeſſore, nunc verò in Lotharingica Pontimuſſana eorundem Iurium profeſſore & Decano.*

Hæc Quarta editio prodit nunc primùm in publicum pluribus in locis, ex Auctoris recognitione, auctior & emendatior.

Cum Indice rerum & verborum copioſiſſimo.

VIRTVTI SIC CEDIT INVIDIA.

VENETIIS, Apud Damianum Zenarium.
M D XCIII.

SYNTAGMATIS
IVRIS VNIVERSI
Pars Secunda.

DE PERSONIS, ET PRIMVM, De ſtatu perſonarum naturali,

Liber Septimus.

De homine & perſonis in genere. Cap. I.

1 *Continuatio libri.*
2 *Quare prius de rebus, quàm de perſonis diximus, contra Iuſtiniani ordinem.*
3 *Homo omnium rerum creatarum particeps.*
4 *Perſonæ nomen quid contineat, & quid ſignificet: & quid* πρόσωπον *apud Græcos.*
5 *Perſonalia quæ dicantur.*
6 *Homo duplex, externus & internus.*
7 *Perſonatus quid.*
8 *Perſona pro proprietate diuina.*
9 *Hominis appellatio ad utrumque ſexum, maſculi & fœminæ, pertinet.*
10 *In utero exiſtentes nondum nati, homines an dicantur.*
11 *Qui in utero eſt, pro nato habetur.*

1 EXplicata rerum corporalium & incorporalium præcipua ſubſtantia, & diſtinctione, recte ſubnecti tur perſonarum tractatio. Nam mixta quædam eſt ſpecies homo, qui componatur ex parte incorporali, nempe ex anima intellectuali, & rationali, & ex corpore phyſico & palpabili: aliter ſine anima non homo, ut ait D. Auguſtinus, [a] Ciryllus Hieroſol. [b] Arnobius, [c] Plato, [d] & alij. Et mea ſen-
2 tentia ordo hic probari debet magis, quàm Iuſtinianeus, qui à perſonis uoluit initium iuris tractatiuus facere: eo quòd eorum cauſa ius omne conſtitutum diceret, [e] ſecutus hac in re Hermogenem Iuriſc. [f] uel ratus cum Paulo, [g] dignitate, ut uerum eſt, hominem cæteris excellere rebus: & ideo à perſonis, ut à dignioribus eſſe incipiendum: facilior tamen uia diſcendi à primis & ſimplicibus ad compo-
3 ſita aſcendere. Sicut & in Geneſi rerum, [h] primum res corporales & incorporales opere ſex dierum creatæ atque diſtinctæ fuerunt, poſtea uero homo creatus, ueluti rerum fere omnium, quæ præcedebãt aliquomodo particeps. Nam, ut ait Horatius: [i]

> *Fertur*, inquit, *Prometheus*, i. prouidentia, *addere principi*, i. homini.
> *Limo coactus particulam vndique.*
> *Defectam, & inſani leonis*
> *Vim ſtomacho appoſuiſſe noſtro.*

Sicuti & iuriſconſulti tradunt, [k] hominum cau-
4 ſa omnia conſtituta. Porro perſonæ nomen, pro homine in indiuiduo, apud Latini etiam ſermonis probos authores receptum eſt, non aliter quàm in tit. P. de iure perſonarum: ueluti apud Celſum [l] medicum, *nemo*, inquit, *ad ſplendida perſona periclitari noluerit coniectura ſua, ne ſi non ſeruaſſet occidiſſe videretur.* Eo modo dicimus perſonam uicem hæreditatis ſuſtinere: [m] & patris & filij pro eadem haberi perſona: [n] pactum perſonale, quod adhæret homini in indiuiduo, [o] & ſic de ſimilibus. Dicunt Græci πρόσωπον perſonam aliquando, ut apud Phocilidem, ἄδικον μὴ κρῖνε πρόσωπον, *non iudicabis iniuſte hominum.* Et apud D. Paulũ, [p] προσωποληψία, perſonarum acceptio, οὐ γάρ, inquit, ἐστι προσωποληψία παρὰ τῷ θεῷ, i. *non eſt perſonarum acceptio apud Deum.* Proprie tamen Græcis πρόσωπον id in homine, τὸ πρὸς τοῖς ὠψὶ μέρος, quod eſt circa oculos quod apparet ex homine: Et ut ait Iulius Pollux, [q] τὸ ὑπὸ τῷ μετώπῳ, i. quod fronti ſubeſt. Ita & Gellius, *ſicuti quidam*, inquit, *faciem eſſe hominis putant os tantum, oculos, & genas quod Græci* πρόσωπον *dicunt: unde uultuum ſimilitudines confictæ, ſiue laruæ perſonę &* τὰ πρόσωπα *dicunt.* [r] Ut exiſtimem perſonalia illa dici, quæ attributa homini dicere poſſumus, circunſtantias, qualitates tum animi, tum corporis, ſed potiſſimum externa corporis, ut apud D. Lucam, [s] οἴδαμεν ὅτι ὀρθῶς λέγεις καὶ διδάσκεις, καὶ οὐ λαμβάνεις πρόσωπον. i. *ſcimus quia rectè dicis & doces, & non accipis perſonam.* Eritq; duplex homo, & is qui foris eſt noſter homo, ut ait D. Paulus, [t] apparens in facie & perſona cũ ſua qualitate: & ille qui interior, anima in quã & ſpiritus intellectualis, qui pro forma hominis eſt, ut ſuo loco docuimus in tractatu hominis. Unde & dignitas & honor, & omne qđ hominibus impoſitũ externam notam, & ueluti

a lib. Quæſtio. in Exo. & in q. ueter. & noui teſtam. in c. quã nemo. & cano. Moyſes, 32. q. 3. c. ſi quis obiecerit, 1 q. 1.
b Catecheſ. 4.
c Arnob. 2. cõt. gentes.
d Plat. in Cratylo.
e de iur. natur. ap. Iuſtin.
f l. 2. de ſta. hom. l. l. P. tit. 5.
g l. iuſtiſſimè, 44. de ædil. edict. lib. 21. P. tit. 1.
h Geneſ. 1.
i Hor. 1. lib. 1. carm. ode 16.
k Caius, l. ſi pecudum, l. 28. de uſur. li. 22. P. ti. 1. §. in pecudũ, de rer. diu. C. li. 2. Inſtit. iur. ciui. tit. 1.
l Celſ. in proœ. li. 1. Medicinæ.
m l. hereditas, l. 34. de acquir. rer. domin. lib. 41. P. tit. 1.
n l. ſi de impu. lib. 6 C.
o l. iuriſgentium, §. pactorũ, de pact. li. 2. P. tit. 14.
p ad Roman. c. 2.
q Iul. Pollux, li. 2. Onomaſt. ca. dum tractat περὶ προσώπου.
r Aul. Gell. li. 13. c. 28.
s Luc. 20. uerſ. 21.
t 2 Corin. 4. d. D. 2. ſilius, ie ſer. in orin pro umbiorum.

uiſibilem præfert, perſona dicitur. Vt ſæpè apud bonos authores ita uſurpatur gerere perſo
7 nam, impouere perſonam &c. Et ideo in re beneficiaria eccleſiaſtica perſonatus eſt, prærogatiua quædam apparens in eccleſia ſine iuriſdictione in ſede, uel exedra, uel ut dicunt, in ſtallo, in choro præ alijs honorifico.[a] Sic Vlpia. di
8 xit ſtatuas illas figuræ hominum, ex quarum roſtris aqua ſalire ſolet,[b] perſonas. Scio tamen & perſonam & πρόσωπα, pro proprietate quadam diuina & pro anima accipi aliquando apud ſacræ paginę profeſſores, veluti Gregorius Nazianzenus,[c] ἰδιότητας & ὑποστάσεις & πρόσωπα idem ualere oſtēdit, id eſt, *idem proprietates, hypoſtaſes, & perſonas.* At de his loqui non præſentis eſt inſtituti, ſed de perſonis, id eſt, hominibus, prout communiter in iure accipiuntur.
9 Genus itaque diuidendum eſt, perſona & homo, is namque initio ſingulariter unus creatus eſt à Deo, maſculus: ſubinde ab eius latere Eua producta,[d] ut non difficile ſit intelligere hominis appellationem ad utrumque ſexum porrigi,[e] omnemque ſtatum perſonarum ſiue ſint
10 liberæ, vel ſeruæ, uel alterius modi.[f] Quod de natis iam intelligendum eſt: ſi quidem partus nondum editi in utero exiſtentes materno, nō proprie homines, ſed qui futuri ſperantur, homines dicuntur à Papiniano,[g] & Iuſtiniano.[h] Quamquam apud medicos, in quæſtione, an partus in utero animal ſit & homo, obtinuerit eſſe hominem, quòd pertinet ad hominis uerā ſubſtātiam, ut docet Hippocrates libro de pueri natura, & Galenus proprio libello. Iuriſconſulti tamen non proprie hominem per ſe partum arbitrantur, ſed partem uiſcerum matris, quibus alitur, donec in lucem edatur, ut Vlpia.
11 reſpondit.[i] Habentur tamen pro natis, qui poſtea naſcuntur, ſi de illorum commodo agatur, ex ſententia Pauli Iuriſc.[k] Atque homicidij pœna ſancitur in eum eamve, qui quæva partum animatum ab utero abegit, uel abortum procurauerit: & ſi non animatum abactum, exilium.[l]

a c. audita, c. 4. de reſti. ſpol. & Decret. ti. 13. Panor. in c. de multa, de præb. gl. in extrauag. execrabilis, in uerbo, perſonatus, de præb. in extrauag. communibus.
b Vlpian. in l. fundi nihil, l. 28 § fin. de act. emp. lib. 8. 19 P. tit. 1.
c Grego. Naz. Oratio. εἰς τὰ θεοφάνια.
d Geneſ 2.
e Caius, l. hominis appellatione, l. 152. de uer. ſig.
f Vlp. in l. 2. § homines coactus, ui bono. rap. li. 47 P. ut 8. Vlp. l. 1. § 1. de lib. homi. exhib. lib. 43 P. tit. 29.
g Papinia. in l. in Falcidia placuit, l. 9. ad leg. Falcid. li. 35 P. tit. 2.
h l. cum inter ueteres, de fideicom. libert. lib. 7. C. tit. 4.
i Vlpi. l. 1 § ex hoc reſcripto, de uent. in poſ. li. 25 P. tit. 4.
k l. qui in utero, l. 7 de ſtatu homin. lib. 1. P. tit. 5.
l Exodi, ca. 21. ca. Moyſes, 32. q. 2. l. ſi quis ali quid § qui abortionis, & l. Cicero, de pœ. in P. l. ſi mulierem, ad l. Cor. de ſicar. & l. diuus, de extraor di. crim. lib. P. can. ſimil.

De diuiſione perſonarum ex ſexu. Cap. II.

1 *Hominum alij maſculi, alij fœminæ, alij utriuſque ſexus.*
2 *Hominis nomen pro uiro, ut pro nobiliori ſignificatu.*
3 *Homo muliere dignior in ſexu.*
4 *Fœminina appellatio ad maſculos non porrigitur.*
5 *Hermaphroditi qui.*
6 *Androgynum Platonis fabula.*
7 *Androgynorum alia poetarum fabula.*
8 *Hermaphroditi ſeu androgyni quomodo natura gignantur.*
9 *Partus monſtroſi num ſint inter homines.*
10 *Androgynes inter prodigia aliquando.*
11 *Monſtroſi partus lege nefaſti.*
12 *Eunuchi & caſtrati inter androgynes, & quid eunuchus, tertiumque genus animalium uide nu.* 13. 14. 15.
13 *Hiennam & Trochum non habere utrumque ſexum defendit Ariſtoteles.*
14 *Eunuchorum uſus ademptus.*
15 *Eunuchis patritiatus, philoſophandi ius, & publica conſortia adempta. num.* 16.
16 *Eunuchi, qui ſe caſtrauerunt & permiſerunt ſponte caſtrari, maxime exoſi, nec clerici eſſe poſſunt.*
17 *Eunuchi ne fierent, ſeu ne caſtrarentur prohibitū.*
18 *Eunuchi primum facti à Semiramide.*
Spado quid &c.
19 *Theobaldus Marchio, caſtrauit Græcos uictos, unde male audiunt à mulieribus.*
Teſticuli uirorum, uxorum ſunt, &c. eo.
20 *Eunuchi in delicijs aliquibus, & quare, cauſaque cur in pretio.*
Eunuchæ apud Lydios factæ.
21 *Eunuchi quare ita Græcis dicti.*
22 *Eunuchorum in ſe morbi & mala.*
23 *Eunuchi præſtantes Hermeas tyrannus, Spadones regis præſides, ſacerdotes tales Dianæ Epheſinæ Megalobyzi, item Galli Cybeles.*
24 *Combabes architectus cur ſe caſtrauerit.*
25 *Caſtrandi modi ſine exciſione teſticulorum.*
26 *Caſtratio pro pœna inducta alicubi.*
27 *Triplex eunuchorum ſpecies.*
Spadones qui dicantur.
28 *Thlibiæ ſpadones qui.*
29 *Caſtrati qui. Carſamatia, Græcorum caſtrati.*
30 *Eunuchi ſpirituales.*
31 *Origenes an ſe caſtrauerit.*
32 *Putiphar eunuchus, & alij eunuchi dicti ratione caſtitatis, non natura.*

1 PRior itaque hominis & perſonarū diuiſio ratione ſexus fiet, ut alij ſint maſculi, alij fœminæ, alij ex
2 utroque compoſiti. Homo & genus erit, & ſpecies proprie pro maſculo, ut accipiatur pro nobiliori ſignificatu,[m] & quia mulier ab homine, & os ex oſſibus eius, & caro de carne eius,[n] & caput mulieris, uir, non cōtra.[o] Neque quiſquam ambigit digniorem eſſe uirum qualibet muliere, quia maior dignitas eſt in ſexu uirili, ut ait Vlpianus:[p] & Papinianus[q] in multis iuris articulis admonet deteriorem eſſe conditionem fœminarum, quàm maſculorum: cogit autem illos articulos in ſynop-
4 ſim Accurſius[s] ad reſponſum Papiniani, & alibi.[s] Quò fit, ut quæ dicuntur in appellatione maſculina, ut plerunque conueniant etiam mulieribus,[t] non etiam quæ fœminino nomine conceduntur, ad homines maſculos extendantur, cum exemplo turpiſſimum ſit uiſum ut appellatio fœminina ad maſculos porrigeretur.[u] Sic & Clemens Alex.[x] ſcribit, quod viris & mulieribus commune nomen eſt homo: ea ratione mihi uidentur Attici παιδάριον communiter, non ſolum maſculum, ſed etiam fœminā uocaſſe, ut eſt apud Menandrū, ſic ἄρνες, quod agnos ſignat, ad maſculinum fœmininū epicœnum genus pertinet. Quis autem uir quiſve mulier dicatur, notius eſt, quàm explicatio-
3 ne egeat. Porrò hermaphroditi ſunt, qui utrunque ſexum habent,[y] eius tamen ſexus exiſtimati in quo præualeant.[z] Tales populos fuiſſe in Africa, quos Androgynos teſtatur Plinius.[a]
6 Sic Plato[b] comminiſcitur tales omnes ab initio fuiſſe homines, & cum fœminis uiros dorſo fuiſſe coniunctos, poſtea diuiſos: hincque mutuum ſexuum inter ſe amorem, in repetenda priori coniunctione. Verba eius, ἀνδρόγυνον γὰρ ἓν τότε μὲν ἦν, καὶ εἶδος καὶ ὄνομα, ἐξ ἀμφοτέρων κοινόν, τοῦ τε ἄρρενος καὶ θήλεος· νῦν δὲ οὐκ ἔστιν ἀλλ' ἢ ἐν ὀνείδει τοὔνομα κείμενον, *i. androgynon autem tunc quidem erat, una & ſpecies & nomen ex utroque, compoſitum maſcula & fœmina, nunc autem non utique, ſed exprobrationi nomen inſeruit.* Legerat forſan Plato hominis creationem, & mulieris formationem ex coſta Adam ... cum male intellexiſſet, uel ſe legiſſe ... lapſus

m argu. l. ſi ita diuerſis locis, l. 44. de relig. & ſump. funer. li. 11. P. tit. 9.
n Geneſ. 2. & Eſdræ, 3. ca. ad Epheſ. 2. can. les diuinæ, 27. q. 2.
o con. hæc imago, 33 q. 5.
p Vlpia. l. 1. de ſenatur. li. 1. P. tit. 9.
q Papin. in l. in multis, 9. de ſta. hom. l. 1. P.
s Accurſ. in d. l. in multis.
s in l. ſi. de arbit. lib. 2. C. tit. 56 & l. 2. de regul. iur. in P.
t Modeſt. in l. lemis legatis, l. 21. de lega. 3. lib. 32. P. l. dotis ſtano, § ſerui appellatio, de uerb. ſign. in P. Paul. l. illa uerba, l. hoc, & t. 3.
u l. ſi ita ſcriptum, l. 46. de legat. 3.
x Clem. Alexandri. li. 1. pædago c. 4.
y Galen. in iſagogi. lib. de diffinitio. medicis, & tomo 1. li. 2. de ſemine. cap. 3.
z l. quæritur, l. 10. de ſta. hom.
a Plin. lib. 7. Hiſto. natur. ca. 2. & 3.
b Plat. in Sympoſio. uel conuiuio.

7 eſt in eam fictam coniunctionem. Non ſecus
quam & illi nugantur, qui cũ fabula Ouidij[a]
narrant, Androgynem factum ex Salmacide
vna Nympharum Naiadum, & filio Mercurij.

a Ouid. li Metamor. fab. 10.

8 Ariſtoteles[b] enim hoc tribuit naturæ exuperã
tiæ, ut fiat præter naturam, dum ait, *quibus autem gemina habere genitalia accidit, alterum maris, alterum fœminæ, ijs ſemper alterum ratum alterum irritum redditur, cum per alimentum ſubinde deliteſcat, quoniam præter naturam eſt*. Tradit &
ex ſeminis excretione cauſam eorum ſemi-

b Ariſto lib. 4. de genera. animal. c. 4.

9 marium Hippocrates.[c] Cæterum quanquam
Androgynes, eum formam habeant humanã,
apud Iuriſc. inter homines annumerari poſ-
ſint, & ſolũ exiſtiment monſtra, & expungant
ab ordine hominũ forma humana deſtitutos

c Hippocr lib. de uictus ratione.

10 partus.[d] Nihilominus olim aliquando inter
prodigia fuerũt Androgynes. Et idcirco Lelio
Licinio Craſſo, & C. Caſſio Conſſ. Caſſini puerum factũ ex uirgine ſub parentibus iuſſu Aruſpicum deportatum in inſulam deſertam legimus. Item Spu. Poſthumio Albino, Q. Mattio
Philip. Conſſ. cum ex Vmbria nunciatum eſſet
ſemimarem inuentum duodecim ſere annos
natũ, id prodigium abominantes Romani põtifices, iuſſerunt hunc arceri agro Romano, atq;
primo quoq; die interfici. Et Lelio Metello, &
Q. Fab. Max Conſſ. Lunæ Androgynes natus
præcepto Aruſpic. in mare deiectus eſt. Idem
factitatum aliàs P. Africano, C. Fuluio Conſſ.
cum in agro Ferentino: Cn. Domitio C. Fãnio
Conſſ. cum in foro Veſſano: Læl. Cæſilio & L.
Aurelio conſſ. cum in agro Romano annorum
octo: & cum Saturnæ decem annos natus Q.
Metello & Tullio Didio Conſſ. natus inuẽtus
eſſet. Præterea & decretum L. Cornelio Lentulo, Publ. Licinio Craſſo Conſſ. ut tota urbe ſupplicationes fierent, vt referunt ea omnia Liuius,[e] Plinius,[f] Au. Gellius,[g] & Iulius Obſe-

d Paul. l. non ſunt liberi. 14. de ſtat. hom. li. 1. P. tit. 5 Inſti. in l. quemadmodum 3. de poſth. hæred inſtit. lib. 6. C. tit. 29.

11 quens.[h] Meminit & Euſebius Pamphilus.[i] Cõ
ſtãtinum Imperatorem lege lata, hoc tertium
genus uita tolli & auferri conſtituiſſe. Sicut
& extat lex Romuli apud Dionyſium Halicar-
naſſ.[k], qua omnis partus mõſtroſus necabatur,

e Liuius, lib. 9. decad. 4.
f Plin. lib. 9. 7. c. 3 & 4.
g Gell. lib. 9. c. 4.
h Iuli. Obſequens, libr. de prodigijs.
i Euſeb. Pamphil li. 4. de uita Conſtantin.
k Dionyſ. Halic. lib 2. antiq. Roman.

12 & abijciebatur conſilio proximorum. Inter
Androgynes annumerari par eſt & illos, quibus exciſſa ſunt virilia, qui & ἀπόκοποι à Iulio
Materno, & γύνιδες ἠμιγύναικες dicũtur, & ἀμιανδροι id eſt, *ſemimares & ſemiuiri*, ij proprie caſtrati & eunuchi dicuntur, & ſpadones. Sic enim Clearchum Athenæus[l] meminit dixiſſe
eunuchum, ut ſit ἀνὴρ τε καὶ οὐκ ἀνὴρ, & non vir.
Cui accedit & Ariſtoteles.[m] Menander[n] tamẽ
dixit, εὐνοῦχος ἄλλο θηρίον ἐστὶ ἐν τῷ βίῳ. Eunuchus

l lib. 1. dipnoſoph.
m Ariſto. 1 de genera. anima. c 2.
n In ſententijs comicorum & Menãdri, c. 43.

13 alia quædam fera eſt in vita: Dixit forſan aliã
feram, quia nec inter animalia aliquod ſit inuentum, quod utriuſque ſexus genitale efficax
habeat membrum, ut defendit Ariſtot.[o] irridens eos qui dicunt hienã alternis annis marem & fœminam eſſe, ſicuti ſentit Orus Apollo
in Hieroglyphicis,[p] & ſubſannat Herodotum
Heracleotam ſcribentẽ duplex genitale habere & maris & fœminæ, & ſeipsũ inire Trochũ.

o Ariſto. lib 3. de genera. animal. c. 6.
p litera 137.

14 Et Alexander Seuerus Cæſar nec mares nec fœminas eunuchos exiſtimauit, ſed tertium quoddam genus hominũ, & ideo uſum eorũ uitis ademit omnino, & uix matronis præclaris cõceſſit, ut refert Lãpridius.[q] Scribit & Valer. Max.[r]
Æmilium Lepidum Mamereum Conſulem,
Genutiũ quendam, qui ſibi membra genitalia
amputauerat, à Neuiano Sardinij liberto hæredem inſtitutum, hæreditatis ſucceſſioniſve indignũ declaraſſe: ideo quia uideretur obſcœna
Genutij perſona, qui neque virorũ neque mulierum numero haberi poſſet, atque per infame eſſet huius monſtri, tertijve generis hominum, inquinata voce, ſub ſpecie petiti iuris tri-

q Lamprid. in Alexãd. Seuero.
r Valer. Max. lib. 6. c. 7.

15 bunalia pollui. Tradit Lucianus,[s] philoſophari non debere eunuchum, & huiuſmodi homines ſecludi debere non tantum à philoſophia,
ſed & ab omnibus ſacris & ab omnibus cœtibus publicis eijci, eſſeque quoddam animal natium & anceps, non aliter quam cornices, quæ
neque inter coruos nec columbas annumerari queant. Et lex quoque uetuit eunuchos in
conſilium eccleſiaſticum aſſumi, ut ait D. Atha-

s Lucia. in Eunucho.

16 naſius.[t] Eu tamen magis exoſi, qui ſeipſos caſtrauerunt, permiſeruntve ſe caſtrari ab alijs
nulla neceſſitate ſuadente, quod ueluti ex profeſſo in naturam & propriam ſæuierint: vt non
immerito ſtatuerint ſancti patres in cõcilio Niceno I.[u] εἴ τις ὑγιαίνων ἑαυτὸν ἐξέτεμεν, τοῦτον καὶ ἐν τῷ κλήρῳ ἐξεταζόμενον πεπαῦσθαι προσήκει, &c.
Si quis bene ſe habens ſeipſum inciderit, non numeretur inter clericos, Ruſum in canonibus Apoſtolorum, *Si quis amputauerit ſibi uirilia, non fiat clericus, quia ſui homicida, & Dei conditioni inimicus. Si poſtquã clericus factus id egerit deponitor.*[x]
Repetitum in concilio Arelatenſi II.[y] Et teſte
Suida,[z] Theodoſius Imperator ſtatuit edicto
promulgato, ne eunuchus inter patricios cenſeretur. Vetuit & Deus, ne ingrederetur templum ſuum.[a] Etſi D. Hieronymus teſtetur[b] reginæ Candacis Eunuchum edoctum à D. Philippo, & baptizatũ,[c] fuiſſe apoſtolum Æthyo-

t Athana in epiſto ad ſolitariam uitam agentes.
u in Syno. Nicena, can. 1.
x in ca. apoſt. can 21. & 22 & in ca. ſi quis abſciderit. 55 diſtinct. ip. Grat.
y ca hi qui ſe. 55. diſtin apud Gratia.
z Suidas, dum agit de Antiocho præpoſito, & in verbo. ευνουχος.
a Deuteron. c. 23.
b D Hieron. in commen. ad c. 53 Iſaiæ, & to. 1. in catalogo eccleſiaſticorũ ſcriptorum, uſque dum agit de Creſcente.
c Actuum, 8. c.

17 piæ. Et ne eunuchi fierent placuit poſtea melioris æui principibus, vetuitq; Domitianus[d]
Imperator, ne quis caſtraretur intra fines Imperij Romani. Idipſum ſanciuit Nerua Cocceius.[e] Cõſtantinus autem Imperator in eos qui
caſtrarent aliquos, pœnam capitis ſtatuit[f] agiturque in huiuſmodi caſtrantes præter neceſſitatem, iudicio legis Corneliæ de ſicarijs.[g] Vetuit & Leo quidem in ditione Romani Imperij eunuchum fieri, & ibi ſactos uendi, alios tamen exſectos & barbaros ubique permiſit diſtrahi,[h] cum factum emendari nõ poſſit, quod
tamen deteſtabiles reddit eos, qui hoc teota-

d Xiphilin. ex Dion. in Nerone, & Ammia. Marce l lib. 18. Hiſt. & Sueto. in Domitian. c. 7.
e Xiphilin. in Nerua Cocceio.
f l. 1. de eunuchis libr 4. C. tit. 42.
g l 3 §. qui hominem. & l. 4. §. idem diuus. ad l. Cornel de ſicar. lib. 48 ff. tit. 8.
h l 2 de eunuchis.

18 rint. Sicut & Ammianus Marcellinus[i] ſcribit
de Semiramide. *Quis*, inquit, *videns ſpadonum
luridam multitudinem, non deteſtatur memoriã Semiramidis reginæ illius ueteris, quæ teneros mares
caſtrauit omnium prima, velut uim iniectans naturæ, eandemque ab inſtituto curſu retorquens, quæ inter ipſa oriundi crepundia, per primogenitos ſeminis
fontes, tacita quodammode lege, uias propagandæ
poſteritatis oſtendit.* Vbi tamen dignum notatu eſt, dici ſpadones caſtratos, cum tñ *ſpadonem*
non caſtratum & caſtratum dicat Vlpianus,[k]
forſan & eum ſpadonẽ dixit, qui abſciſſo altero teſticulo alterũ habet.[l] Huc accedit quod
Varro in lege Mœuia apud Nonium ſcriptum
ait, *Si qui patriam maiorem parentẽ extinguit, in
eo eſt culpa, hoc fatis pro ſua parte is qui ſe tunnebat, aut alibi liberos producit.* Extat & Phocylidis prohibitio,[m] μηδὲ ἄν παιδογόνον ποτὲ τέμνειν
ἄρσενα κοῦρον, *Nec marẽ caſtres natũ generare va-*

i lib. 14. Hiſto.
k io l ſi ſerua. 32. §. 1. de iure do. li. 23 P. ti. 3.
l in l. Pomponius. 6. §. fin. de ædil. edic.
m Phocylidis ſic. 175.

19 *lẽtẽ*. Theobaldus Camerinorũ & Spoletinorũ
Marchio in auxiliũ Beneuentani principis uocatus cõtra Græcos, cum eos uiciſſet, captos, in
ignominiã caſtrauit, ut ita à muliere per ludibrium inceſſeretur, uiro eius capto, cut contra
fœminas bellum inſtituiſſet, dicens cõtra illas
illud deuolui, quãdo mariti teſticulis, qui vxorum erant ſolum, priuarentur, ut refert Luithprãdus Ticinẽſis.[n] Carolus Magnus in capitu

n Luithprand. li. 4. de reb per Europã geſtis. c. 4.

larihus legib.[a], ſic ſtatuit de Mancatione quali
bet, *Si quis alteram præſumptione ſua uel ſponte*
caſtrauerit, & ei ambos teſticulos amputauerit, in-
tegrum vuidrigildum ſuum iuxta conditionem per
ſonæ cõponat. ſi uirgam abſciderit, ſimiliter: ſi unũ
teſticulũ, medietatẽ ſoluat. Et in legib. Salicis,[b]
Si quis ingenuum caſtrauerit, aut virilia tranſcapo-
lauerit, unde meacus ſit, 4000. denarys, qui faciũt
ſolidos centum culpabilis iudicetur: ſi uero ex inte-
gro tulerit virilia, 8000. denarys, qui faciunt ſoli-
dos ducentos, Si Saleucus Saleucum caſtraaerit, to-
tidem prabeat: ſi quis antruſtionem caſtraaerit,
24000. denariys, qui faciunt ſolidos 600. excepta
20 *medicatura, quæ nouem ſolidis camponatur.* Notã-
dum tamen in eunuchus nõ ſemper neque vbi
que ſeuerã fuiſſe legem: ſunt enim nationum
mores diuerſi, & quodlibet ſeculũ habet & fo-
uet quædam, quæ præteritis diſplicuerunt, & à
ſequentibus admittuntur. Et quidã voluptatis
cauſa habuerũt eunuchos, vt Nero Sporũ, imo
& eunuchas, vt Lydij. Xantus enim refert[c] pri
mum Lydorum regem Andeamytem, mulie-
res eunuchas effeciſſe, ijſque loco uirorũ eunu-
chorum uſum fuiſſe, teſte Athenæo.[d] Sed & ut
ſcribit Herodotus Halicar.[e] apud Barbaros pre
tioſiores eunuchos fuiſſe conſtat illis, qui non
fuiſſent caſtrati, in omni genere, fidei gratia.
Quamobrem & ob fidẽ eorum habuerũt prin-
cipes ex illis σωματοφύλακας, cuſtodes ſcilicet
corporis, ut Cyrus teſte Xenoponte,[f] Rex Ægy
pti,[g] Aſſyriorum.[h] Erat Iuliano Cæſari Euthe
rius ſpado eximiæ fidei præfect⁹ cubicularius.[i]
Eunuchi quippe ſeri & acidi ſemper, carentes
neceſſitudinibus cæteris, vt ait Marcellinus,[h]
acerrimi cuſtodes exiſtimati potiſſimũ matro-
narum, cum quibus concumbere non poſſẽt,
quibuſque expeditius, quàm ancillæ poſſent
21 obtemperare, vt inde aliquibus εὐνοῦχοι dictus
videatur ἀπὸ τοῦ τὴν εὐνὴν ἔχειν καὶ ἐπιμελεῖσθαι,
quoniam videlicet ad cubilium & gynęceorũ
cuſtodiam & curam comparati ſolerent, alijs
ἀπὸ τοῦ νοῦν ἔχειν, à bona mente, eo quod uenere,
quæ mentem adimere ſolet, careant. Quan-
quam melius ab Euſtathio dicantur, quaſi εὔνιν
ἔχοντες à priuatione vel viduitate teſticulorum.
Et alicubi Vlpianus[l] per caſtrationem, pre-
tium pretioſiorem fieri dixit, etſi iniuria in eo
fiat. Quod Accurſ.[m] intelligit, habito reſpectu
locorũ & opinionis, vt in Apulia pretioſior ſit,
22 nõ autem in Italia. Neq; etiam re ipſa & in ſe
ſunt pretioſiores, ſed ratione uſus alterius: Nã
ſpado, cui tam neceſſaria pars corporis abeſt,
morboſus eſt, vt admittatur in eius redhibitio-
ne ædilium curulium edictum ex ſentẽtia Pau
23 li Iuriſc.[n] Et ex Ariſtotele,[o] & Galeno[p] con-
ſtat ex viro in fœminę naturam caſtratione mu
tari, uocem fieri tenuem, corpus imbecillum,
crura putrida. Verumtamen fuerunt ex grega
horum eunuchorum, ſicuti & aliorum præſtan
tes uiri, qualis Hermeas ille Atarna oriun-
dus tyrannus, quem ſupra modum eſt admira-
tus Ariſtoteles, adeo vt ei perinde ac Deo ſacri
ficauerit, ſi credamus Luciano.[q] Regnauerunt
& in Perſide ſpadones olim, vt author Pli-
nius.[r] Atque ſacerdotes Dianæ Epheſinæ erãt
eunuchi, qui μεγαλόβυζοι dicebãtur, ac ſemper
aliqui accerſebantur digni tali præfectura, &
in honore maximo habebantur, cum quibus
& uirgines aliquot ſacras eſſe oportebat, ut nar
24 rat Strabo.[s] Refert & Lucianus[t] tales fuiſſe ſa
cerdotes dictos Gallos, quorum originem re-
fert ad Combabem perpulchrum architectũ,
qui miſſus ab Aſſyriorum rege cum Stratoni-

a capitularib. legib. quas addere legib. Lõgobar. placuit. c. 3. fol. 22.
b in legib. Salic. tit. de debilitatibus. §. 17. 18 19. 20
c li. 2. rerũ Lydarum
d li 12 Dipnoſoph c 12.
e Herod. lib. 8.
f Xenoph. li. 7. pædiæ Cyri.
g Geneſ. c. 39. & 4.
h Heſter, ca. 1. & 2.
i Ammia. Marcell li 16. Hiſt.
k Ammia. Marcell. lib. 18.
l l ſi ſeruus ſeruum. 16. §. cũ pri rum ad le. Aquil. lib 9 P. tit 2.
m Accur. in d §. cũ pretium.
n l. fin. §. 7 de ædil edict. lib 21 P. tit 1.
o Ariſt Problemat. ſect 10. q. 39. 19 40. & lib. 1 de genera. animal. c 2.
p Galen in 6 li apho. Hippocrat aphor 18
q Lucia. in Eunucho
r Plin. li. 13. c. 4.
s Strabo, li. 14. Geogr.
t Lucia. in dialog. de Syria dea.

ce regis uxore in Babyloniam ad ædificiũ per-
agendum, ne in zelotypiam regis incideret vel
ſuſpicionem adulterij, ſeipſum caſtrauit: eum-
25 que poſtea multi nobiles imitati ſunt. Eſtque
interdum utile habere huiuſmodi uitioſos &
morboſos domi, propter dominas forte, vt ait
Accurſius.[u] Sed ſatius mentem caſtrare, quam
membra quæ uoluntate delinquunt, ut Domi-
nus dicebat, quoſdam ſe caſtraſſe propter uer-
bum Dei.[x] Et apud Athenienſes ἱεροφάντας ſa-
cerdotes, ut caſtiua ſacra peragerent, tradũt ſor
bitione cicutæ ſolitos ſeipſos caſtrare.[y] Verum
tamen modus caſtrandi in uoluntate circumci
26 denda eſt. Nam alij raro ad bonam frugem per
uenere eunuchi, etſi aliquando fuerint boni:
nam miniſterijs fere uilibus & turpibus erant
deputati. Sic Lampridius[z] meminit Alexan-
drũ Seuerum eunuchos, quos Heliogabalus &
in conſilijs turpibus habebat & promouebat,
donaſſe amicis addito elogio, ut ſi non redijſ-
ſent ad bonos mores, eoſdem liceret occidi ſi-
ne authoritate iudicij. Et apud Francos lege Sa
lica, *Serui qui quidpiam valens quadraginta dena-*
rios furati eſſent, caſtrari iubebantur in pœnam, uel
240 denarios, qui faciebant ſex ſolidos, reddere.[a]
Et rurſum alia lege,[b] *Seruus qui cum aliena an-*
cilla mœchatus fuerit, ea mortua caſtretur, vel 240.
27 *denarios, id eſt, ſolidos ſex prabeat.* Porrò quæ de
eunuchis dicta ſunt, intelligẽda sũt de triplici
eorũ ſpecie. in triplici uãq; ſunt differentia, ut
monuit Theophilus in iuris ciuilis Inſtitutio-
nibus:[c] Quidam enim ſunt ſpadones, alij Thli
biæ, alij caſtrati. *Spadones* proprie qui ſteriles
naſcũtur & frigidi & impotẽtes natura, vel pro
pter aliquod uitiũ ad coitũ, ut ait Ariſtoteles,[d]
& Deus ipſe annotauit,[e] & ſummi pontifices:[f]
vnde Columella[g] per tranſlationem, arboris
ſurculos fructum non ferentes ſpadones nomi
nat. Dicere tamen poſſemus ſpadones melius
ab etymo proprie eos, quibus *cremaſteres* vel *cu*
lei euulſi ſunt, à uerbo σπάω euello, cui conſen
tit Vlpia.[k] Obtinuit tñ apud Theophilum, ut
ij tãtum, quos natura uel uitiũ reddit coitui in
utiles, ſpadones proprie dicantur: etſi ſpadonũ
generalis ſit appellatio, cõtinens tã eos qui na
tura ſpadones ſunt, quã Thlibias & Thlaſias,
& ſi quòd aliud genus ſpadonum ſit ex Vlpia-
28 ni reſponſo.[i] Thlibiæ, ſunt eunuchi, quibus à
nutrica uel forſitan à matre extriti ſunt teſticu
li,[k] eunuchi inquã facti κατὰ θλάσιν, id eſt, per
compreſſionẽ, qñ relaxatis membris infantiũ
aqua calida digitis teſticuli comprimebantur,
uſque dũ abolerentur & euaneſcerent, ut notat
29 Paulus Ægyneta.[l] Caſtrati, ſunt quibus exſe-
cta ſunt membra uirilia.[m] Sic enim diſtinguit
Vlpianus[n] ſpadonẽ natura, ab ſpadone caſtra
to, dũ de matrimonio agitur & dote, ut cũ illo
poſſit eſſe matrimoniũ & dos: quia uitiũ & frigi
ditas naturæ poſſit emendari: cum hoc nequa-
quã, qui omnino eſt impotẽs, hoc modo quoq;
diſtinguit,[o] dũ de inſtitutione poſthumi ab
ſpadone facta agit, vt ille inſtituere poſſit, hic
nullo modo. Accedere poteſt aliud genus ca-
ſtratorũ eunuchorũ, quibus amputabatur pe-
nis & colei, quos Luithprandus[p] vocare Garſa
30 maria Græcos ait. Iſtis alij eunuchi addi poſ-
sũt, ſpirituales dicti, qui ſe caſtrauerũt propter
verbũ Dei,[q] id eſt, qui abſtinent perpetuo à cõ
cubitu fœminarum, ut liberius Deo ſeruiant.
De quibus & loquitur Eſaias,[r] *hac dicit*, inquit
Dominus, *eunuchis*, id eſt cõtinentibus, *qui cuſto*
dierint Sabbatha mea, & tenuerĩt fœdus meũ, dabo
eis locũ i domo mea, &c. verba quippe illa euãgel.

intelli-

u Accurſ. in d. l ſin autem in uerbo, morboſus. de ædil. edict. in P
x Matth. 19.
y D Hierony. Crinit. lib 9. de honeſt. diſcip. c. 10.
z Lamp. in Alexan. Seuero.
a in li. leg Salicæ tit. 13 de furt. ſerui § 1.
b eo lib. tit 28. de adulter. ancill § 2.
c § ſed & eunuchi. de adop. li. 1 Inſti tit 11. § ſed & illud. eo lit. a p. Iuſtinian.
d Ariſt. li 1 de genera. anima c. 1.
e Matth. 19.
f Alex. in c. 1. & 3 & tot. tit. de frigi. & malef. lib 4 Decretal tit 15.
g Columel. li. 3 de re ruſt. ubi agit de arbor.
h Vlpia. l. 4 §. idem O Adriano ad l Corn. de ſicar. lib. 48. P. tit. 8.
i l. ſpadonum. 128 de uer ſig. lib. 50. P.
k d § ſed & illud. de adopt.
l Paul. Aegin. lib 6. ubi agit de illis.
m d. § ſed & illud de adop.
n Vlpia. in l. ſi ſerua 39. §. ſi ſpadonem. de iur. dot lib. 23. P. tit. 3.
o in leg ſed & quæſitum. 6. de lib & poſth. li. 28 P. tit. 3.
p Luithprand. li 6. de reb. per Europam geſt. cap 3.
q Matth. 19.
r c 56. Eſaiæ.

intelligenda ſunt de eunuchis ſpiritualiter, nó
31 ſimpliciter ad literam.[a] In quo deceptus fuit Origenes, qui ad literam intelligés illa uerba, *Sunt eunuchi qui caſtrauerũt ſe propter uerbũ Dei*, ſeipſum caſtrauit, ut narrat Nicephorus Caliſtus,[b] quod tamen non refert D. Hieronymus[c]
32 in eius uita. Monebo etiam obiter, interdum per ſimilitudinem caſtitatis eunuchos dictos fuiſſe eos, qui quidem uxores habebant, uel habere poterent, ſed qui caſtè uiuebant, ut digni eſſent quibus regia cuſtodia, & metronæ committerentur, & talem fuiſſe exiſtimat gloſſa[d] ordinaria Geneſeos, Putipharem eunuchum Pharaonis, cui uéditus à fratribus Ioſeph fuit, qui uxorem habebat quæ calumniata eſt Ioſephum.[e] quanquam exiſtimarem rectius dicendum, Eunuchos quoſdam eſſe qui coire poſſint cum mulieribus, etſi non poſſint generare, eo quod ſeminaria uaſa amiſerint. Et eo pertinere puto epigremma Martialis:[f]

Cur tantum eunuchos debeat tua Gellia, quæris
Pannice? uult futui Gellia, non parere:

Id poterit etiam illuſtrare: quod refert Philoſtratus lib. 1. de uita Apollonij Thianei, Apollonium conſultum à rege Babylonis de pœna imponenda eunucho, qui deprehenſus fuiſſet una cum regijs pellicibus cubens, reſpondiſſe, grauiorem pœnam pro grauiſſimo hoc crimine non poſſe imponi, quam ut perpetuo carcere conſtrictus uiueret. quamobem & eunuchos uxores duxiſſe compertum habemus, & moré hunc perſeueraſſe in imperio quoq; Rumano, donec edictum hoc matrimonium prohibens latum fuit à Leone Cæſare, quod extat in nouelle 98. nouellarum Leonis. Et hæc hactenus dicta ſint de prime & neturali diuiſione & diſtinctione hominis & perſonarum.

a D. Hieron. & gl. ordinaria in c. Eſaiæ.

b Niceph. Caliſt. li. 5. Hiſto. eccleſ. c. 8.

c in Catalo. eccleſiaſtic. ſcrip. uita 64.

d glo. ad c. 37. Geneſ.

e Geneſ. c. 39.

f Martial. ſu. lib. 4. ad Pannicum.

De alia Generali & Naturali hominum diſtinctione. Cap. III.

1 *Noua hominum Paracelſi diſtinctio, in Adamicos & non Adamicos.*
2 *Hominum non Adamicorum quatuor genera. De Nymphis ſeu Sylphis, Pygmæis, ſyluestribus.*
3 *Homines marini uel ſyluestres, non propriè homines.*
4 *Tritones & Nereides in mari apparentes.*
5 *Sirenes qua animalia.*
6 *Satyrus ſylueſter, num homo, &c.*
7 *Sphinx, num monſtrum humanum, an animal.*
8 *Hypocentaurus quod animal.*
9 *Monſtra hominum in India & alibi belluina, ex abominabili cum feris commixtione.*
10 *Pygmæi homineſue ſint, & quales.*
11 *Hominum figuræ ubi obuiæ & euaneſcentes.*
12 *Lilubini & dæmones abortiui, ex ſemine hominis Iudaicæ ſtultitiæ.*
13 *De fatidicis mulieribus, quas uocant* ſees.

1 Aliam hominum diſtinctionem & differétiam præter antiquorum omnium ſententiam nuper docuit Thephraſtus Paracelſus in Philoſophia magna, tractatu primo libri, De homunculis: diſtribui namque homines in Adamicos, & nó Adamicos, quos ſpirituales dicit, Adamicos anima & corpore conſtare autumat, & animam poſt corporis ſolutionem in illis uiuenté & immortalem relinqui, & tales nos eſſe. Non Adamicos dicit, qui per propagationem non ſunt ab Adamo, nec uere homines, licet homines exiſtimemus, ſed diſtinctæ naturæ ab hominibus, & animalibus reliquis, habentes hominis ſimilitudinem, quorum tamen natura corrumpatur & putreſiat, uerum animam poſt ſe
2 non relinquentes ſuperſtitem. Horum non Ademicorum quatuor genera conſtituit, ſecundum loca in quibus habitant & apparent, ex aquis, aere, montibus, & igne. Et in tractatu 2. eius libri, in aquis commorantes, *Nymphas* uel *Vndenas* uocat: in terra, *Pygmæos*: in igne, *Salamandras* uel *Vulcanios*: in aere, *Syluestres*: & ſi in montibus, *Gnomos*. Et alia quædam potius ſibi perſuaſa, quam ut putem uera, in eodem compendio magnæ Philoſophiæ tradit. In fragmento libri de ſáguine poſt mortem, dum ait Nymphas, quæ ex genere Pygmæorum ſunt, uetuſto nomine *Sylphes* dictas, agi à dæmonibus in arbores, & cum inciſione illatum ſanguinem emittere, & ſimilia quædam noua uere, & magna ex parte fictitia. Apparent enim huiuſmodi figuræ uel per impoſturas dæmonum, qui ſe transfigurant corpore formato ex aere in has *laruas*, uel etiam ex uoluntate Dei *manes* apparent, ut toemur in libris, De immortalitate eiç.
3 Vel ſi inueniantur marini uel ſyluestres homines, illi non proprie homines dicendi ſunt, ut etiam dixit Paracelſus, ſed uel monſtra, uel animalia bruta, & ex omni parte mortalia, quę quidem aliquando apparuerunt & comprehenſa ſunt. Refert namque Nicephorus Caliſti[g] annó 9. Imperij Mauricij, Mena Præfecto Ægypti exiſtente & illam gubernáte, eundem Mená uidiſſe in Nili fluminis alueo, repente prodeuntem uirum uel animal, voltu giganteo, eſpectu graui, capillo ſubplano, & cenis reſperſo, pectore ingenti, dorſo & brachijs heroicum quiddem præ ſe ferens, puberenus ex undis ſubſiliens, & quod is homo adiutatus ut ſi homo eſſet diutius ſe oſtenderet, diutius apparuerit: atque tertio die aliud etiam animal mulichri forma ex undis emerſiſſe. Nam vultus leuitas, comæ prolixitas, nec non reliqua corporis conſtitutio, & capilli partim complicati, partim ſoluti, formæque ſplendor fœminam eſſe denunciabat, idque pectore tenus apparentibus ma-
4 millis. Apparuiſſe etiam hos Tritones & Nereides in mari ſæpe refert Plinios.[h] Ludouicus Viues etiam narret ſuis temporibus apparuiſſe apud Battauos hominem marinum, quia etiam ſupra duos annos ab hominibus detentus eſſet, cœpiſſe fari, uerum bis peſtilentie afflictum, in mare remiſſum gaudentem & exi-
5 lientem. Ferunt & eſſe quædam monſtra marina Sirenes dictas, ſuperiori ſui parte uirginis formam referentes, inferiore in piſcis uel ſerpentis caudam deſinentes,

Monſtra maris, ut ait Ouidius,
Sirenes erant, quæ uoce canora
Quaſlibet admiſſas detinuere rates.

De quibus commentaria lege in Ouidij[i] Metamorphoſim, & Seruios in Virgilium,[k] & Ho-
6 merus in Odyſſea.[l] Et aliàs in ſyluis apparuiſſe Satyrum D. Antonio heremitæ teſtis eſt grauis author Hieronymus,[m] homunculum, inquam, aduncis naribus, fronte cornibus aſperata, cuius extrema pars corporis in caprarum pedes deſinebat, eumque cum Antonio locutum fuiſſe & dixiſſe, interrogatum, *Mortalis ego ſum, & unus ex accolis heremi, quos uario errore deluſa gentilitas Faunos Satyroſque & Incubos uocans colit: precamur, ut communem*

g Niceph. Cal. lib. 18. Hiſt. eccleſ. c. 36.

h Plin. lib. 9. hiſto. natu. c. 5.

i lib. 4.

k lib. 5. Aenei.

l Odiſſea. 12.

m Hiero. in uita Pauli heremitæ.

7 *Deum pro nobis depreceris,&c.* Si ſit tamen libe-
ra ſententia, non dubito hos uel inter monſtra
hominum, [a] uel inter animalia annumerare:
ſicuti & Sphingem, quam Nicephorus Cali-
ſti [b] ſcribit habuiſſe mammas & corpus mulie
bre, & facie rotunda in eandem formam incli-
nante, uoce humana, ſed non articulata. Memi
nit & Plinius qui inter ſpecies ſimiarum conſti
8 tuit.[c] Etſi Diodorus monſtrum dicat. [d] Sunt &
inter monſtra hominum hypocentauri, quo-
rum unum apparuiſſe in heremo eidem D. An
tonio ſcribit etiam Hieronymus,[e] media ante-
riore parte hominem, poſteriore equum. Et Pli
nius [f] ſe uidiſſe ſub Claudij Cæſaris principa-
tu in melle conditum ex Ægypto delatum te-
9 ſtatur: Quamuis Cicero [g] inter aniles fabulas
centauros & chimæras habeat. Sunt & alia his
ſimilia monſtra humana in India apud Strabo
nem,[h] quæ ut Plinius author [i] eſt, potiſſimum
in India naſcuntur. Quod uiri Indorum ſcele-
ſtiſſimi quidam cum feris coeant, & inde mix-
tos & ſemiferos eſſe partus, quod ualde abomi
nabile eſt & deteſtationis uindictæque ſeptem
ciuitatum Sodomiticarum dignum, ſeuere à
Deo propria lege prohibitum,[k] adhibita capi-
tali ſupplicij ultimi pœna.[l] Eadem ſentit &
Philo Iudæos [m] in alijs alibi natis monſtris.
10 Boniſacius Simoneta [n] pariter ſpeciem homi-
num, ſed rationis uſu carentium conſtituit Pyg
mæos, qui ultra Ægyptum circa originem Ni-
li habitant, in tertio anno generant, in octauo
ſeneſcunt, non uerecundiam, non iuſtitiam,
non honeſtatem colentes: genus tamen homi-
num puſillum quāuis dicat Ariſtoteles,[o] quod
pugnat cum gruibus, nec fabuloſum, ſicuti &
11 firmat Plinius,[p] & Philoſtratus.[q] Refert & Pli
nius,[r] in Africæ ſolitudinibus hominum ſpe-
cies obuias ſubinde fieri, & momēto euaneſce-
12 re. Ferunt & Rabinorum deliramenta,[s] ex ſe-
mine Adami & aliorum hominum pollutione
collecta à dæmonibus, dæmones quoſdam a-
bortiuos naſci, quos uocant Faunos ſeu Lili-
thim, abortiuis partubus ſimiles: qui & naſcen
tibus pueris inſidiantur, & mortuo eo ex cuius
ſpermate fuerint compacti, ad cadauer eius cō
currere, & illud polluere, niſi arceātur. Et hæc
13 ſunt de illis fabulæ Iudaicæ. Omitto hic recen
fere ſomnia uaniſſima quorundam vulgarium
ſcriptorum,[t] qui rati ſunt, quaſdam mulieres
compertas fatidicas, quas dicunt *Fees*. Viros
quoque qui quæve perpetuis delicijs fruantur
abunde in hoc ſeculo alicubi in vltimum uſ-
que diem generalis iudicij, quo damnatione æ-
terna ad inferos detrudentur perpetuis ſuppli-
cijs cruciandi cruciandæve. Hæc enim ſunt cū
nugis & gerris anilibus auerruncanda, ut fal-
ſiſſima, uel ſi quid habuerint oſtenti, ut dæmo-
nica ſpectra & impijſſima & ſortilega ignibus
tradenda: ne uel ueſtigia inter probos aut im-
probos unquam remaneant.

a L. nō ſunt liberi. de ſt. hominū. l. oſtentum de uerbo. ſig. l. quod certatū. de poſthumis hæred. li. 6. c. nn 28
b Niceph li 9. hiſt eccle c 19.
c Pli. li. 8 c. 21.
d Diod. lib 5. Biblioth. c 6.
e Hieron. in uita Pauli heremitæ.
f Plin. li. 7. c. 3.
g Cicer. 2. de natur. deor.
h Strab. lib. 15. geograph.
i Plin li 7 c 2. ubi tractat de mōſtroſis figuris hominum.
k Geneſ. 19.
l Exod. c. 22.
m Philo Iudæ. lib de ſpecialibus legi
n Boniſ lib. 4. epiſt. c. 10.
o Ariſt. li 8 hiſtor. animal. c. 12.
p Plin. li. 10. c. 23 & li 7 c. 2.
q Philoſtr. li. de Iconibus in Hercule dormiente.
r lib. 7 c. 2.
s Munſter. in li. qui Meſſiah dicitur Chriſtianorū propè principium.
t ut narrat de ſpelunca Sibyllæ, quæ in Ancona eſt. Antonius de la Sale, & talia ſomnia libri d'Amadis de Gaule, & de la belle Meloſine, & alij eiuſdem farinæ.

Syntagmatis Iuris Vniuerſi Libri Septimi finis.

DE DISTINCTIONE

PERSONARVM EX GENERATIONE, ET DE SPONSALIBVS.

Liber Octauus.

De coniunctione maris & fœminæ permiſſa, & uetita, & de perſonis in de natis in genere. Cap. I.

1 *Continuatio libri.*
2 *Summaria ex propagatione perſonarum diſtinctio, in naturales tantùm, naturales & legitimos, ſpurios, adulterinos, inceſtuoſos, neſarios.*
3 *Rebus omnibus Deus ſemina conſeruationis ſuæ ſpeciei indidit.*
4 *Perpetuæ res corporales per ſubrogationem.*
5 *Generationis & corruptionis cauſa.*
6 *Maris & fœminæ coniunctio à natura.*
7 *Coniunctio maris & fœminæ in omnibus quomodo differat à brutorum coniunctione.*
8 *Finis coniunctionis legitimæ hominum, generatio & ſubrogatio.*
9 *Leges dictæ coniunctioni huic hominum, ne contaminarentur.*
10 *Naturales filij abſolutè dicti, & qui naturales, & legitimi.*
11 *Legitimi & naturales quare dicti, & quid legitimum.*
12 *Diuiſio perſonarum & filiorum, in naturales tantum, legitimos tantum, legitimos & naturales, & legitimatos.*
13 *Naturales tantum qui, & quot ſpecies.*
14 *Spuriorum nomen ad omnes illegitimos pertinet.*
15 *Legitimi & naturales illi quoque, qui ex matrimonio diſſoluto uel clandeſtino poſtea approbato.*
16 *Hominum omnium principium poſt Adami creationem ex generatione & copula maris & fœminæ, dempto Adamo, Eua, & Domino noſtro Ieſu Chriſto.*
17 *Fabula Aegyptiorum de generatione hominum ex luto & aliorum, improbata.*
18 *Pallas ex cerebro Iouis nata.*
19 *Bacchus ex femore Iouis genitus.*
20 *Seruius Tullus quòd conceptus ſit ex genitali ex cinere nato, & ex Ocriſia ancilla, fabula.*
21 *Cantharus ex pillulis ſimi ſeipſum gignit.*
22 *Aquæ fontis Cylli potus mulieres imprægnat.*
23 *Honeſtas maximè in coniunctionibus conſiderãda.*
24 *Matrimonium affectaſſe malis artibus in Marino punitum.*
25 *Matrimonij honeſtas naturalis eſt.*
26 *Matrimonij poteſtas inhibita mulieribus furtiuæ libidinis coniunctis Vtopiæ.*
27 *Vxoris nomen, dignitatis non uoluptatis nomen.*
28 *Matrimonia impudicis & raptoribus interdicta.*
29 *Matrimonij ritus & ſolemnia & quæ triplici modo antè quàm contrahatur, cùm contrahunt, & poſtquàm contraxerunt.*
30 *Matrimonia præcedunt ſponſalia, arrha, oſculum, donationes ante nuptias, anacalypteria.*
31 *Matrimonij tempore conſiderata, ritus nubendi ſolemnia ſubſtantialia, affinitates, prohibitiones nubendi, dotes, incrementa, lucra, pacta, onera matrimonij, hypotheca, ſolutio.*
32 *Matrimonio ſoluto conſiderantur uiduitas, nuptiæ repetitæ, dotis reſtitutio, perſonæ.*

EX ſexu hominum quædã alia affinis ſequitur diſtinctio, ut quidã coniuncti ſint, alij cælibes, alij uidui. Cõiũcti quidã naturali coniunctione ſolũ, alij lege etiã approbata coniunctione, cælibes dicuntur, qui nec cõiuncti ſunt, nec fuerunt.[a] Vidui, qui nunc coniuncti non ſunt, ſed aliquando fuerunt.[b] Legitimæ coniunctionis ſunt ſponſus,[c] ſponſa, uir, uxor:[d] illegitimæ, cõcubina, concubinus, meretrix, ſcortator, adulte
1 ra, adulter, inceſtuoſi, nefarij, &c.[e] Ex maris & fœminæ diſtinctione, quãdo perſonarũ harum fit cõiunctio, alia ſequitur prolis diſtinctio, pro
2 ut ea uel legitima uel illegitima præceſſit. Proinde alij nati dicuntur naturales tantũ alij naturales & legitimi, & alij horũ reſpectu ſpurij, adulterini, inceſtuoſi, nefarij. Legitimi tantum autem potius ad ciuilem cauſam filiationis & cognationis, quam ad coniunctionem perſona
3 tum pertinent. Quæ ſigillatim explicãda ſunt cum affinium coniunctionis conſideratione, unde propagatio. Itaque initio ſciendum eſt, Deum optimum maximum naturæ uniuerſæ ſapientiſſimum opificem & creatorem rebus ſingulis ita prouidè proſpexiſſe, ut perpetuò ſu pereſſent: quocirca conceſſit cuique rei uim generationis ferè ſingulis, ut haberent ſua ſemina ad ſuæ ſpeciei conſeruationem in ſemetip
4 ſis.[f] Sic perpetuæ rés factæ per propagationem, & ſimilium ſubrogationem, quæ ex naturali
5 cauſa fit, ut ait Paulus,[g] & Alphenus[h] iuriſcõſ. alioqui enim in hoc ſeculo corporale, æternũ, & perpetuũ nihil eſt, ut notauit idem Paulus.[i] Quippe quòd ea omnia quæ radijs & orbitæ lunæ ſubijciuntur, corruptioni obnoxia & mutationi perpetuo cum motu ſuppoſita ſunt, ut nouit etiam Iuſtinianus Cæſar.[k] Et corrumpi omnia ſolent, cùm mouentur:[l] mouentur autem tum maximè ex circuitu lunæ, coituq; eius cum ſole, unde generationes, perfectiones, & dum moderatio caloris non eſt, corruptiones: & rerum minorum circuitus, maiorum ſequitur, unde uita, ortus, & interitus, ut tradit Ariſtoteles.[m] Et fluxa ac uaria rerum humanarum natura & ſimul remedio indiget, teſte Iuſtiniano.[n] Et ſicut in plantis ſemen, ſic & in animalibus, conſeruandiq; ſui generis indita eſt cupi
6 ditas, appetitus & ſemẽ naturæ: atque iſtis naturalis exiſtimata eſt in omnibus maris & fœminæ cõiunctio, & procreatio, ut ait Vlpia.[o] & Ci
7 cero,[p] & alij.[q] Legitima ad renouãdam ſpeciẽ

coniunctio

a de cælibib. pauca infr li.9. c.6. & 14.
b de uiduis, parata, li.9 inf. c 22. & ſeq.
c de ſponſal. infr cap.2.
d de nuptiis, infr lib.9.
e de aliis, lib. 10.cap.13.

f Geneſ.1.

g Paul. l. forma, l. 27 de ſer. urb præd. lib.8. P.tit 2
h Alphenus. l. proponebatur, l.76 de iudi. li. 5 P. tit 1.
i l. cũ debere. l. 13. de ſer. urb. præd. li.8 t 2.
k § ut autẽ legem natura, de [illegible] coll [illegible]
l Ariſt. proble. ma. ſect. 22. c.4.
m Ariſto l. 4 de gene. anim. c.10.
n Conſtitu 10. ſ nouellis. § 1.
o Vlpian. l. de iuſt. & iur. lib. 1. P tit.1.
p Cic 1 offic.
q Inſtitu § 1. de iur nat gent. & ciuil. l. 1. Inſtitu. iur ciuil tit. 2. can. Ius natura le, 1 diſtinct.

cōiunctio per ſe ſemper, dummodò legibus fiat illis quibus ſubiecta eſt à Deo com ſua natura. Nam concubitus in hominibus alterius ſunt ſpeciei, quàm coninnctiones & coitus brutosum, quamuis in utriſque natura igniculos mo oext & titillationes. Et quemadmodum alia uita brotorum animalium, alia hominum, & pro monſtro eſt & prodigio brutum rationis argomenta præbere: ſic prodigioſum eſt magis homines in brutorum uitam prolabi, & tam fœditer degeoerare à rationali uiuendi proprio modo, ut bruris & iumentis eſſe uelint ſimiles. Singula animalia quoque lege propriæ naturæ ad multiplicandam ſobolem & ſpeciem tempora habent ſui coitus deſcripta, ætates certas ad uenerem ſingulis animalium oatura fixit & ſtatuir, ut ait Ariſtoteles,[a] ut uitio naturæ illorum detur & portento anticipaſſe uel peruertiſſe: hominibus aliæ coeundi leges indictæ, aliæ procreandi meliores & præſtantiores etiam cauſæ. Bruta corpus, & animam mortalem producūt. homines, corpus, cui inditur ſimul & ſemel perfectionis ſuæ tempore aoima immortalis, in quibus templum Dei & Spiritus Sancti[b] eſt, & Spiritus ad imaginem Dei.[c] Quò fit, ut io illius geoeratione noo ſit uel debeat eſſe pas ac belluarum irrationalis coitus, ſed honeſtior & caſtior & alterius generis: ſicuti nec homo pari modo creatus in Geneſi muodi, ac bruta: dictū etiim ſingulatiter de eo, *faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram &c.*[d] Idciſco creata muliere, uel educta ex latere Adæ, dictum eſt, *dominamini animalibus, non autem eſtote ſimiles illis:* & rorſum, *erunt duo in carne una.*[e]

a Ariſt. li. 5 de hiſtor. animal. c. 8. & 14.

b 1. ad Cor. 6. & 2. ad Cor. 6. D Ioā. c. 2. ibi, ſoluite templū hoc, &c.

c Geneſ. c. 2. l. ſi qs in metallum, l. 17 de pœnis, lib. 9. C. tit. 47.

d Gene. 1. & 2.

e Geneſ. 2.

8 Finis iſtius conninnctionis legitimæ eſt, ut uicibus ſuis ſibi immortalitatem procuraret,[f] mas & fœmina generatione. Et hoc non ex electione, ſed ueluti in ceteris animalibus & plantis naturale,[g] tuncque ut ait Plato,[h] ad perpetuitatem nobis parandum incredibile & naturale ſtudium, quod legitima tantùm conſequimur cōiunctione, qua gignimus nobis ſimiles:[i] quā rationem admiratus Cicero,[k] & Dionyſius Halicarnaſs.[l] nuptiæ terram implent, ita uirginitas paradiſum.[m] Itaque inter bona matrimonij proles eſt cum fide & ſactamēto,[n] ut à nuptijs reijciaotos qui generationi ſunt iohabiles, quales frigidi, & eunuchi, & maleficio inſolubili coostricti, ex legibus pontificijs & iuris ciuilis, quibus permittitur ſolutio coninoctionis.[o] Præmiumq; nuptiarū fœminis eſt proles, quod ſi non aſſequantur, pudor illis eſt,[p] utpote terræ ſteriles infructuoſæ exiſtentes: & pudor etiā & uitium alia ratione, libidine, duci ooluptaoā

9 ſatiādæ cauſa, non ſpe prolis. Quocirca ne homines degenerarent in uoluptatem illam, quæ extra fines humanæ neceſſitatis erat, leges dictę ſunt plures huic coniunctioni à Deo, qui cōiunctionem ſtatoit: poſtmodū repertæ à oomothetis: additæ & aliæ ſecundum geniū mores deprauatos, cum circa modum contrahēdi, & cōueoiendi tum etiā pro ea cootinenda, ex quibus quæ legitima & illegitima proles ſit, iudica-

10 tur. Legitima proles oaturalis quoque dicitus, ſic enim Latinè loquentes, ut Suetonius,[q] naturales abſolutè filios iuſtos & legitimos dixere.

11 Qui dicuntur quoque legitimi & naturales, quia natura filij ſint & eius copulæ, quam leges coofirmant, & receptum eſt: eo modo legitima conuentio,[r] legitimus tutor, legitima tutela, legitima ſucceſſio, & ſic de ſimilibus, quæ ſeparata conſtituuot aliàs præter hanc liberorum &

12 perſooarum, ſpecies. Hinc alij oaturales tantū, alij legitimi tantùm, alij ex illegitimis legitimi

f Iuſtinia. in l. lege 12. tabu. l. 24. de legit. hæred. li. 6 C. titu. 57 § 1 denup. in auth. collat. 4 tit. 1.

g §. iuſtus, de reſtit. & ea, quæ parit in 12. mēſ. conſt. 39

h Anſto. 1 Politic. c. 1

i Plato, in conuiuio.

k Cic. 3. de legibus.

l Dionyſ. Hali. in Orat. nup.

m can nuptiæ, 32. q. 1.

n can. omne, 27 q. 1.

o c. 1. 2 & 3. de frigid. & malefici lib. 4. Decretal. tit. 15 & 2m L. in cauſa, l. 2a de repudi. lib. 5. C. tit. 17.

p c. pudor, 32. q. 2.

q Sueto in Tiberio, c. 52.

r Legitima cō uentio, l. 6 de pactis. [illegible]

13 facti, qui legiomati vulgò. Naturales tantum illi, qui non cōſentiente lege & præter honeſtatem matrimooij, natura tātū fulfulti, oati ſoot. Quorum ſpecies tot eſſe adhuc poſſunt, quot ſunt illiciti concubitus. Proinde quia illicitus concubitus cum ancilla, cōcubina, meretrice, ſanguioe coniuncta, nupta, Deo dicata, tot diuerſitates erunt filiorum, ut concubinæ & ancillę, naturales propriè in iure: ſcorti, vulgò cōcepti: proximorum, inceſtuoſi: coniugum & aliorū, adulterini, ueſtalis, nefarij: ut & nephanij complexus, qui cum patre & filio ab eadē fiūt.[s]

14 Omnes autem uno uerbo illegitimi, ſpurij, manſeresve dici poſſunt, de quibus ordioe. Et in primis, de legitima coniunctione: dehinc de illegi-

15 timis, & prole earum. Legitimi & naturales etiam dicuntur & illi, qui ex matrimooio diſſoluto ante ſolutionem nati ſunt, ſi modò illud bona fide palàm fuiſſet contractum, oō aliter,[t] & qui ex clandeſtino matrimonio quoq;, ſi modò poſteà probatum fuerit ab eccleſia, orti fue-

16 rint.[u] De quibus omnibus ſuo loco etiam Deo fauēte agemus. Commune portò omnibus ijs exordium eſt, ſexuum commixtio & Venus, quam non immeriò idem generationis hominum & perfectorum dixerit animalium antiqui,[x] principium. Neque quiſquam qui ratione utatus, nunc, ut reor, arbitratur aliunde quàm ex coniunctione humana homines oaſci poſſe, ut uoluerit hanc contemnere: ſi quidem Adam, quia primus à Deo ex terra creatus, factus, non oatus eſt, poteſtate diuina, ut & Eua eius ex latere exædificata. At natoralis lex illis primis data, ut generarent concubitu,[y] quam ſecura omnis poſteritas, neque nati omnes aliquando homines ex luto, ut uermes, ſicut mentiuntur Ægyp-

17 tij teſte Diodoro Siculo.[z] Dempta cōceptione ſola ſecundi hominis perfecti, Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui in una hypoſtaſi uerus Deus, uerbum caro factum,[a] conceptus ex uirgine beatiſſima Maria, adumbratione Spiritus Sancti,[b] ſine hominis ſemine & commixtiooe. Nouimus autē & audimus ut fabulas & fictos uel ſimbolicos ſermones, quod Lucianus tradit,[c]

18 Palladem ex cerebro Iouis oatam, armatā Vul-

19 cano ſecoti caput in duas partes diuidente. Et ſimiliter quod idem Lucianus[d] comminiſcitur Bacchum ex femore Iouis genitum, & quod referuot eum Iouem cùm Semelem Thebanam mulierē ex filiabus Cadmi imprægnaſſet, & Iuno ei ioſidiaretur, pro illa peperiſſe, & mortua Semele, inciſa eius aluo, fœtum imperfectum ſeptimeſtrem intra femos diſſectum outriſſe. Mendacia enim hæc, ot & illud inſigne, quod

20 refert Plinius,[e] Tarquinio Priſco regnante, repentè in ſoco eius apparuiſſe genitale è cinere maſculini ſexus, eamque quæ inſederat Tanaquillis reginæ aocillam Ocriſiam captiuam, conſurrexiſſe grauidam. Et ita Seruium Tullium natum, qui regno ſucceſſit: inde eum eſſe exiſtimatom Laris familiaris filiom. Quæ accedunt ad ea, quæ de Merlino fabulantur incubi dæmonis filio, quæ alibi ſefellimus. Cùm Plinius Nouocomenſis,[f] ſcripſerit Seruium Tullium fuiſſe P. Corniculani & Ocretiæ cap-

21 tiuæ filium. Non enim putandum eſt inſtar cātharī, qui rotando pillulas fimi, & ſuffodiens ſe

22 ipſum gignit,[g] naſci homines. Vel mulieres ex

23 ſolo potu aquæ fontanæ concipere, ut putat conongere Suidas[h] ex potu aquæ fontis κυλλᾶς. Ritus & mores iuſtæ & legitimæ coniunctiooís uarij ſuns, ſecundum cuiuſque regionis leges: nos

s l. 2. de concubin. in F.

t ca. 2. qui filij ſint legit.

u ca. quod nobis qui fil. ſint legit.

x Plinius, li. 1. ca 8. Lucretius, in 2.

y Geneſ. 1. & 2.

z Diod. in 1. Bibliot.

a Ioan. euang. c. 1

b Lucæ, & D. Matth. c. 1.

c Lucia. 1 Vulca. & Iouis dialogo.

d Lucia. in dialo. Mercurij & Neptuni.

e Plin. lib. 37. c. 17.

f Plin. ſecundus, li. de uiril. Iuſtrib. in Tullio.

g ut ait Suidas, in κανθάρῳ. & Orus Apollo, in Hieroglyph.

h Suidas, in κυλλᾶς.

leges:nos de inſignioribus ſubſtantialibus ob-
ſeruationibus præcipuarum rerũpublicarum
tantum agemus. Cum tamen conctis probè in
ſtitutis in animo fuerit, honeſtè cónubia inire,
& honeſtè continere, quæ lex aliàs ut præcipua
docet & continet, *ita ſemper*, inquit Modeſti-
nus, *in coniunctionibus non ſolum quod liceat conſi
derandum eſt, ſed & quod honeſtum eſt.*[a] Idipſum
conſtituit Xenophon.[b] Sic Clandianus,[c]

—Sed comprime motus,
Nec tibi quod liceat, ſed quid feciſſe decebit
Occurrat, mentemque domet reſpectus habendi.

a Modeſtinus, l ſemper, l 197. de reg. iur. lib. 50. P. titu 17 & l. ſemper l. 42. de rit nupt. lib. 23 P tit 2.
b in Oeconomicis.
c in 4 Honorij conſulat.

24 Et Marinus olim Romæ cauſarum deſenſor,
Valentiniani, Valẽtis, ac Gratiani temporibus
accuſatus, quòd Hiſpanillæ malis artibus affe-
ctaſſet matrimonium, ultimo ſupplicio damna
25 tus eſt authore Ammiano Marcellino.[d] Atque
eam honeſtatem coniugij naturalem eſſe, do-
cetur ex natura cõtrarij adulterij ſcilicet, quod
26 natura probrum dicitur,[e] ut & Iuſtinus.[f] Cæ-
ſar nominat idipſum naturæ exceſſum, & impe
tum. Proinde honeſta illa lex impoſita eſt Vto-
pienſibus inſulanis, qua nuptiæ interdiceren-
tur perpetuò mulieribus, quæ ante cõnubium
conuictæ fuiſſent furtiuæ libidinis, cum graui
27 animaduerſione, teſte Thoma Moro.[g] Sic Æ-
lius Verus in Cæſarem ab Adriano poſt mor-
tem adoptatus, uxori conquerenti de extraneis
uoluptatibus, dixiſſe fertur ab Spartiano,[h] pa-
tere me per alias exercere cupiditates meas:
28 uxor enim dignitatis eſt, non uoluptatis. Sta-
tutum & olim à Conſtantino Palçologo impe
ratore Orientis, & à Romano,[i] ne matrimonia
ullam malam cauſam haberent, uel ex raptu
uel ex præcedente clandeſtino concubitu, & fie
rent ab ijs, qui ab huiuſmodi inquinamentis
29 & à fornicatoria impuritate mundi eſſent.
Quamobrem & multa adiecta ſubſtantialibus
ſunt, quæ ornatum & honeſtatem illam matri
monij conſeruarent, ſolemnia & ceremoniæ,
pudicitiæ & caſtitatis emblemata: & tum ec-
cleſiaſtica & diuina, tum etiam humana, quæ-
dam, quæ præcederent coniunctiones, quędam
ad eas pertinentia, quædam quæ ſequerentur,
ut ex ſerie dicendorum colligere quis poterit.
30 Interea quæ præcedunt, ſunt ſponſalia, arrha,
oſculum, donationes ante nuptias, *ἀ[illegible]-*
31 *ρία*. In ipſo matrimonio uel ſub tempus matri-
monij ritus nubendi, ſolemnia ſubſtantialia,
affinitates, prohibitiones coniunctionis, dotes,
incrementa, lucra, pacta, onera matrimonij, hy
32 potheca, ſolutio. Poſt matrimonium diſſolu-
tum conſiderantur, uiduitas &c. ſecundæ nu-
ptiæ, aut quando & quibus uetitæ, & quate-
nus, de pœnis conuolantium ad ulteriores nu-
ptias, reſtitutio dotis, modus repetendi: liberi
ſeu perſonæ generantes & generatæ.

d lib. 28. Hiſto.
e l. probrũ. de uerb. ſig. li. 50 P.
f Iuſti. §. ſi igitur, quib. mod. natu. effi. legit. collat. 6.
g Thomas Morus, libr 2. Vtopiæ.
h Aelius Spartia. in Aelio Vero.
i H. 2. Iur Orient. conſtit. ſeu nouel. 2. Palçologi: *περὶ τῶν ἀρπαγῶν.*

De ſponſalibus. Cap. II.

Lib. 23. P. tit. 1. Lib. 5. C. tit. 1. Lib. 4. Decret. tit. 1.

1 *Perſonarum in generatione conſiderandarum bre
uis epilogus.*
2 *Sponſalia quid, &c.*
3 *Sponſus, ſponſa, ab ſpondendo, & quare.*
4 *Spondere propriè, eſt pacta libationibus ſanci-
re.*
Sponſionis libatio, erat uini propinatio.
Sponſalia uini propinatione quare fiant.
5 *Sponſalia ſolo conſenſu perfici poſſunt, & pacta in
illis facta recipiuntur.*
6 *Spondere & deſpondere quis in ſponſalibus dice-
batur.*
7 *Sponſalia aliquando alia quàm nuptiæ, interdum
ſponſalia & nuptiæ ſine medio: ſic ſponſaliæ ue-
ra per uerba de futuro, ſponſalia nuptiæ per uer-
ba de præſenti. illa diſſolubilia, hæc minimè.*
8 *Sponſi de futuro quando non poſſunt cogi nuptias
inire.*
9 *Sponſa quantum temporis cogitur expectare ſpon
ſum.*
10 *Sonſa de præſenti & uxor tenetur anni tempore
expectare uirum abſentem, donec certum nun-
tium de morte eius habuerit.*

1 INitium perſonarum legitimæ con
iunctionis ſumendum eſt ab ſpon
ſis, à quibus ad coniuges, & ex con
iugibus ad liberos & natos ordine
peruenitur. Nonius Marcellus lib. de nonnul-
lis differentijs dictionum, *Inter ſperatam*, in-
quit, *& dictam & pacta hoc intereſt: quòd uir-
go priuſquam petatur ſperata dicatur*, Plautus
Amph.

*Amphytrio uxorem ſalutat lætus ſperatam
ſuam.*

Dehinc promiſſa, uel pacta, uel ſponſa dici poteſt.
Virgilius,[k]

*Cui pater & coniunx quondam tua dicta relin-
quor.*

Et idem alio loco,

—Et gremijs abducere pactas.

*Titin. Diuortio: cui exacta ætate ſponſa ſit de-
ſponſa.*

k Virgil. lib. 2. Aeneid.

2 Sponſalia ſunt mentio & repromiſſio futura-
rum nuptiarum,[l] ab ſpondendo. Nam moris
fuit ueteribus ſtipulari ſibi, ſpondereq́ue uxo-
res futuras:[m] unde ſponſi, ſponſæque appel-
3 latio nata eſt.[n] Seruius Sulpitius in libro quẽ
ſcripſit de dotibus, teſte Aulo Gellio,[o] *Qui uxo-
rem*, inquit, *ducturus erat, in Latio ſtipulabatur
eam in matrimonium ductum iri: qui daturus erat,
idem ſpondebat. Is contractus ſtipulationum ſpon-
ſionumque dicebatur ſponſalia. Tunc quæ promiſ-
ſa erat, ſponſa appellabatur: qui ſpoponderat ductu-
rum, ſponſus. Sed ſi poſt eas ſtipulationes uxor non
dabatur, aut non ducebatur, qui ſtipulabatur ex
ſponſu agebat: iudices cognoſcebant. Iudex quamo-
brem data, acceptave non eſſet uxor, quærebat. Si
nihil iuſtæ cauſæ uidebatur, litem pecunia æſtima-
bat: quantique interfuerat eam uxorem accipi, aut
dari eum, qui ſpoponderat, aut qui ſtipulatus erat,
condemnabat. Hoc ius ſponſaliorum obſeruatum
dicit Seruius ad id tempus, quo ciuitas uniuerſo
Latio lege Iulia data eſt. Hæc eadem Neratius ſcri-
pſit in libro, quem de nuptijs compoſuit.* Sponſalia
habent uoluntatem pactionis liberæ, ab ſpon-
tanea uoluntate. Sicuti & Varro explicat[p] for-
mulamque adijcit ſtipulationis, *ſpondeſ' tuam
4 natam uxorem iri? ſpondeo.* Spondere propriè de
firmioribus pactis dicitur, quæ adhibitis liba-
tionibus & ſacris fiebant. Nam *σπονδαὶ* pecu-
liariter ſeu libationes dicuntur, quæ adhiben-
tur in iudicijs & fœderibus ſanciendis, quæ ni-
mirum libatione intercedente ſancta ſunt, ut
Homerus[q] ait,

σπονδαί τ' ἄκρητοι καὶ δεξιαὶ ᾗς ἐπέπιθμεν, ideſt,
*Sacramenta uini libatione ſancita & dextera
data.*

Meminit de his Iulius Pollux.[r] Sic apud Thu-
cydidem,[s] *ἐνέχεσθαι ἐς τὰς σπονδάς*, partici-
pare

l Florent. l. 1. de ſponſalib. lib. 23 P. titu 1.
e noſtrates, 30. q. 1.
m Vlp. l. 2. de ſponſal tit P.
n Florent l. 1. de ſponſ tit P.
o Gell lib 4 c. 4 Noct. Attic.
p Varro. 5. de ling. Lat.
q Iliad. 2. Homer.
r Iuli Poll. lib. 6 Onomaſt.
s lib. 5.

pare in fœdere & inducijs:&[a] λύειν τὰς σπονδὰς,*ſol
uere fœdera*. Et apud Xenophontē in Cyripæ-
dia,[b] σπονδὰς ποιεῖσθαι,*ſanctè promittere*.Liba-
tiones autem has, ad uini propinationem re-
fert in ſanciēdo Iulius Pollux,[c] πίνειν δ' ἀνὰ τὸ
ἥμισυ σπονδῆ, σπεῖσαι &c. Et Euripides.[d] Vnde &
hodie dum ſponſalia fiunt, plerunque propi-
natio poculi accedit, dum eodem poculo ſpon
dentes nuptias delibant, dicunt Gallicè, *boire
au nom de mariage*, Græci dicerent, προπίνειν φιλο-
τησίας, ut apud Demoſthenem.[e] Et certè in ui-
no quoddam latere poteſt etiam nuptiarum
ſymbolum, ſi uerū eſt, quod Plato[f] tradit, οἶνον
uinum Græcis ideò appellatum, quòd men-
tem noſtram celeriter cogitationibus impleat:
uel quò d, ut ait Athenæus,[g] celeriter iuuet, un-
de quidam cibos oniota uocant, quod nos iu-
5 uent. Quamuis & ſolus conſenſus ſine ſolem-
nitate alia in contrahendis ſponſalibus ſuf-
ficiat, ut ait Vlpianus.[h] Et intelligitur ſtipula-
tio interueniſſe, ſicut in fauorem matrimonio-
rum, ſtipulatio de dote reſtituenda omiſſa, ut
expreſſa à lege ſuppletur.[i] Et pactum quodli-
bet ad hanc ſponſionem pertinere in dubium
non uenit, dummodò fiat cum illis, quorum in
tereſt. Nam & antiquis ſpondere pro dicere, in-
de & reſpondere compoſitum, ut ait Varro,[k]
& apud Celſum ſuæ ſpontis, id eſt, uoluntatis
homo dicitur. Et quomodocunque placita ſint
legitimè pacta ſi cauſam habent, ſeruanda ue-
niunt,[l] ut nō mirum ſit ut in cæteris rebus, ita
& in matrimonio & filia nuptui tradenda uel
accipienda, pacta ualeant & recipiantur iure
Romano, cum fidei exolutio iuris naturalis ſit.
Et proinde non tantum Latio iure, ſed etiam
Græcorum more receptæ erant futurarum nu-
ptiarum repromiſſiones, cuius docet exem-
plum Xenophon,[m] dum ſcribit Ageſilaum
cum Otyde rege Paphlagonum iunctis dexte-
ris, de futuris nuptijs filiæ Otydis pactos *ille, in-
quit, ut filiam daret, alter ut duceret, ſpoponderunt*.
6 Et propriè ſpondere dicebatur pater filiæ du-
cendæ, deſpondere autem, pater adoleſcentis,
ut innuit Terentius,[n]

Vltrò ad me uenit, unicam gnatam ſuam cum do
te ſummo filio ut daret:
Placuit, deſpondi, &c.

Verum obſeruandum eſt lege ciuili, inter ſpon
ſalia & nuptias dari medium, at interdum iure
pontificio, quod diuinum imitatur aliquando,
ſponſalia nuptias eſſe: aliquando ſeparari à nu
ptijs, ſeparantur quippe, quādo per uerba de fu
turo quis pollicetur ſe ducturum aliquam in
uxorem: nam ſi per uerba præſentis temporis,
accipio te in uxorem, uel accipio te in uirum,
tunc ſponſalia illa nuptiæ ſunt.[o] Extat in eo
uolumine, quod ius orientale inſcribitur, con-
ſtitutio Alexij Comneni imperatoris Orientis,
emiſſa menſe Iulio indictionis ſeptimæ, anni
ab orbe cōdito 6592. qua refertur antiquam le
gem & terminos ſponſalium nuptiarumque ſe
paraſſe, harumque interuallum magis, quàm
Myſorum & Phrygum, ut eſt in prouerbio, fuiſ
ſe. Sed ſynodo ſub Xiphilino habita, quæ mul-
tum inter ſe diſtabant in unum contracta fuiſ-
ſe, cui ſubſcripſiſſet bulla aurea imperator Ni-
cephorus Botaniates. Atq; idcirco ſicut in nu-
ptijs, ſic & in ſponſalibus ſacram peragendā be
nedictionem, & præambulas nuptiarū preces,
& huiuſmodi ſponſalia, ſi ætas fuerit contra-
ctentium legitima, ſimilem nuptijs habere uim
& indiſſolubilia eſſe, ut nuptias: & ita differre à
lege ſponſalium antiquorum, quæ tantum in
conſenſu, & in arrha & inſtrumentis conficien
dis laborabat: quòd ſi inquit ſpōſalia quædam
ſecundum multorum conſuetudinē congruen
ter iam contracta fuerint, & inſtrumenta iam
contracta ſint, nondum autem ſtatutum tem-
pus, quo Chriſtianis debita benedictio fieri cō-
ſueuit, aduenerit, neque ſolemnes ſuper deſ-
ponſatis preces per ſacerdotes pronuntiatæ
fuerint, hæc ſponſalia quantum ad exactam
eccleſiæ diſſertationem, neque eſſe, neque dici
iuſta poſſunt, neque uerò aduerſus hæc ſyno-
dalis ſubnotatio efficaciam habet: ſed tanquā
hominum placita ſimpliciter per ſtipulatio-
nes confirmata authoritatem ſeruant, uetuſque
7 legiſlatio in illis firmitatem obtinet. Sic quæ-
dam ſponſalia nuptias non contrahunt, quæ-
dam contrahunt: quædam diſſolui ſi de futuro
ſint poſſunt: quæ de præſenti non poſſunt.[p] Et-
enim pactiones tolluntur eodem conſenſu quo
conſtitutæ ſunt,[q] ſi nullum ſacramentum, nul
la ve benedictio interuenit, uel uiſi præſenō cō
ſenſu, temporis pacta in nuptias tranſierint:
alijque ſic deſponſata, renunciare conditioni,
& nubere alij non prohibetur, ex conſtitutione
8 Diocletiani & Maximiliani CC.[r] Nec poteſt
cogi qui quæve futurum matrimonium pro-
miſit, nuptias celebrare niſi iuramētum, quod
firmet promiſſionem interuenerit,[s] quæ ſpon-
ſalia purè & ſine conditione facta corroborat:
alioqnin enim ſi conditiones eſſent appoſitæ,
ut de alijs obligationibus conditionalibus im-
plendis iudicandum eſt.[t] Poſſent tamen ex con
ſenſu ab ſponſalibus reſilire contrahentes iu-
ramento firmatis, nam iuramentum adiectum
intelligitur, ſi in eadem uoluntate perſeuera-
9 uerint, non aliter.[u] Sed & Conſtantius ſtatuit,
ut ſi is qui puellam ſibi pactus eſt intra prouin
ciam degens biennio, ſcilicet monitus, ſuper-
ſederit ducere eam, illa poſſit impunè alij nu-
bere:[x] et ſi in peregrinatione ſit, poſt trienniū.[y]
Et antè quoque poteſt impunè repudium mit
tere, ſi arrha data non ſit,[z] & niſi etiam iuſta
cauſa excuſet moram triennij uel longiorem,
ut notat Caius.[a] Statuit tamen Octauius teſte
Dione Caſſio,[b] ne qua pactio nuptialis rata eſ
ſet ubi ultra biennium eſſent nuptiæ differen-
dæ, id eſt, ut ea omnino decem annos nata eſ-
ſet, quam deſpondere aliquis & cuius fructum
bonorum percipere uellet. Et iura pontificia,
in ſimplici promiſſione futurarum nuptia-
rum, ſi mora fiat longiori peregrinatione, uel
ſpatium decurrat trium uel quatuor annorum,
permittunt ei per quem non ſteterit quominus
nuptiæ factæ ſint, aliam ducere, uel alij nube-
re.[c] Extat & lex Rhotarij regis Longobardo-
rum,[d] ſeu Inſubrum, qua permittitur parenti-
bus ſponſæ alij eam liberè coniungere: ſi poſt
biennium, ab ſponſalibus monitus, ut tollat
ſponſus ſponſam intra certum tempus, diſtu-
10 lerit, tollere. In nuptijs tamen contractis uel
ſponſalibus de præſenō, placuit iuris pontifi-
cij authoribus, nunquam uxorem quæ abſen-
tem habet uirum poſſe alij nubere etſi is per
moltum tempus abfuerit, & ignoretur ubi ſit,
niſi certum prius nuncium de eius morte acce-
perit,[e] quibus iura ciuilia ſubſcripſerunt.[f]

a lib. 3.
b lib. 4.
c Iul. Poll. li. 6. c. 6.
d Euripides, in Iphigenia, in Aulide, in princip. uerſ. 59
Demo. orat. περὶ παραπρεσ.
f Plato in Cratylo.
g Athenæ. li. 2. c. 1.
h l. 4. de ſponſal. in P.
i l. uni. in § 1. de rei uxo. act. lib. 5. C. tit. 13.
k Varro in 4.
l l. legē, C. de pact. l. 1. eo. tit. lib. 2 P. titu. 14. l. 1. de conſtit. pecu. in P.
m Xenophon, li. 4. rer. Græca.
n Teren. in Andria
o c. penulti. de ſponſa. ap. Gregor.
p Innocē 3 in c. a. & ſi de ſpōſal li 4. Decret.
q l. nihil tam naturale, de reg. iur. in P. Ne ratius. l. ab emptione, l. 58 de pact. lib. 2. P. tit. 14. Gord. Caſ. l. 1. & Dioclet. & Maxi. CC. l. 2 quan. lice ab emp. diſced li. 4. C. tit. 45 cum ſimil.
r l. 2. de ſponſ. C.
s ca. ex literis, c. 10. de ſponſ. ap. Greg.
t c. de illis, ca. ſuper eum, a § tua. de condit. appoſit. li. 4. Decret. tit. 5.
u gl. in ca. 2 de ſponſa ap Gregor. cau. ne qs arbitretur, 32. q. 2. c. quemadmodum, ca 25. de iureiur. li 2. Decret Grego. tit. 24
x l. a de ſpōſa. li. 5 C. tit. 1 & l. 4. li. 3. C. Theod. tit. 5.
y Valerian. & Galien. l. 2. de repud. lib. 5. C. tit. 17
z l. 1. C. de ſpōſa. not glo. in l. 2. de repu. C. in uer. remittere.
a Caius, l. ſæpe, l. 17 de ſponſal. in P.
b Dio. Caſſ. libr 56. Hiſtor. Roman.
c Alexan. 3. in c. de illis, c. 1 & Innoc 3 in c ſicut ex litteris, c 22. de ſponſa.
d l. 1. de ſponſal. l. 2. legum Longobard.
e Clem 3 in c. in præſentia, c. 19 de ſponſal. lib 4 Decret. titul. 1, ca. dominum, de ſecun. nupt eod.
f auth. hodie, de repud. C. § quod autem, ut liceat matri & auiæ, in authē. colla 8.

Cut

Cur ſponſalia præcedere nuptias bonum uiſum ſit. Cap. III.

1 2. *Sponſalia præcedunt matrimonium, primum re habeatur parentum coniungendorum conſenſus.*
2 *Oppia lex mulieribus liberam ſui adimebat poteſtatem.*
3 *Sponſa Moſcouiæ, non videtur, priuſquam à partibus ſponſalia firmata ſint.*
4 *Sponſalia 2. præcedunt nuptias, ut interim probēt viciſſim mores coniungendi, num ſimul conuenire poſſint, & mos in his antiquorum.*
5 *Sponſalia 3. præcedunt nuptias, ut interim ſe parent coniuges ad onera.*
6 *Sponſi uel ducentes uxorem à bello per annum immunes.*
7 *Sponſalia differunt 4. nuptias, ut uxoris deſiderium indatur, & charior ſit.*
8 *Sponſalia differunt nuptias 5. ut interim dotis pecunia colligatur in nuptijs ſoluenda.*
9 *Sponſalia differunt poſtremo, ut denunciatione facta in Eccleſia nuptiarum impedimēta, ſi quæ ſint, epponantur.*

1 Viſum eſt cum neceſſarium, tum utile multiplici ratione, ut ſponſalia ouptias præcedereot. Quarum prior eſſe videtur poteſtas aliena, cum nubeodæ ſui iuris non ſunt, utque haberetur conſenſus patentum, in quorum ſunt poteſtate,[a] potiſſimum tempore eo, quo matrimonium ethnicis & politicis negabatur, non diuinis legibus. Nam & hic, parentum potiſſimum io nuptijs contrahendis exigunt, ut dicemus Deo iuuante paulo poſt io nuptijs.
2 Et refet Liuius,[b] quod M. Porcius Cato pro lege Oppia dicebat, maiores uoluiſſe, nullam oec minimam quidem rem, ſine anthoritate fęminas agere, ſed in patentum fratrumve aut liberorum poteſtate eas eſſe. Viſumque eſt commodius prouidentiæ partum electionem hanc committere, qui conſilium ſæpius capiunt pro liberis,[c] & quorum affectioni nulla alia comparari poreſt,[d] quàm ipſis filiabus, cum ſæpè laborent earum conſilia aduerſus
3 propria commoda.[e] Apud Muſcouitas nec hodie ſponſa uiſitur, ſed iubetur ſponſus diſcere ex aliarum inſpectione qualis ea ſit, quin prius ioter pareutes maximis pœnis fuerint ſponſa-
4 lia firmata.[f] Alia ratio, ut cum iudicio quis uxorem ducat, & experiatur has inter moras perfectionis ouptiarum, ingenium & mores coniugis, quibus in perpetuum & quandiu vixerit uſurus eſt. Sicque non oculis uel digitis, ut tradit Plutarchus,[g] vxorem eligat, non pulchritudinem, non dotem tantum cōſideret, ſed num poſſit iugum indiſſolubile cum ea eove coniuge ducere. Et ubi maius periculum, ibi conſultius agendum eſt.[h] Sic longius tempus, nempe ſemeſtre ad præſentandum patrono eccleſiaſtico, cui non licet variare, quàm laico, cui tantum largitum eſt quadrimeſtre, quia variat, cōceditur.[i] Et ſpatium deliberandi datur à iure hæredibus ad conſiderandam & cernendam hæreditatem, pro qua adeundo ſuturum eſt illos ære alieno teneri.[k] Mos quoque ueteribus erat teſte D. Chryſoſtomo,[l] antequam cōnubērent, ſponſalia facere, ſimul quoque cohabitare deſponſatis, & cum parentibus conuerſari, *id quod nunc*, io quit, *ſæpe fieri ſolet.* vt de Loth uocat[m] generos ſuos deſponſatos filiabus ſuis, quanquam diceret quòd uiros non cognouiſ-
5 ſent. Tertio, præcedunt ſponſalia, ut qui uxorē eſt ducturus iam, re ipſa præmonitus componat mæſtos interim penates, & appater ea quæ ſubeundis oneribus certe grauiſſimis ſunt neceſſaria: plura enim maritus uxori præſtare debet, quæ uel marſupio, uel animi patientia ſol-
6 uenda ſunt, uel iugi triſtitia ferenda. Quamobrem ob tantum negotium, datur iure diuino ſponſis & nuper cooiugatis immunitas à bello, ut per annum à deſponſatione & nuptijs, in bellum non eaot, ut ait Ioſephus,[n] Moſes[o] &
7 Machabæorum hiſtoria 8.[p] Quarto differuntur nuptiæ, ut per dilationem charior uxor in poſterum ſit, & magis diligat eam aſſecutam uir, quam ante ſuſpirauerat,[q] ex D. Auguſtino.[r]
8 Quintò, ut poſſint qui nupturam dotant pecunias cōgerere, quas coniugi dent: nec enim debet ſtatim maritus uenire cum ſacco paratus, vt de creditoribus repetētibus debita dicitur.[s] Et debitoribus etiam uon petentibus danda eſt ciuilis quædam dilatio, teſte Caliſtrato.[t] Danda autem ſtatim eſſet, ſi nuptiæ ſimul & eodem actu fierent cum ſponſalibus, utpote quòd onera inciperent penes maritum eſſe pro quibus.[u]
9 Sexto differuntur, ut interim aote nuptias proponi poſſit à curionibus in eccleſia publice matrimonium futurum, cum impoſita temporis intercapedine, ut ſi quod impedimentum ſit in gradu uel affinitate, uel alterius coniugis, coniugium opponatur & probetur,[x] ut latius dicemus Deo fauente paulo poſt in ſubſtantialibus & ritibus nuptiarum. In ſumma ſic monet Ouidius,[y]

Nubere ſi qua uoles, quāuis properabitis ambo.
Differ, habent parua commoda magna moræ.

a Paul. l. in ſponſalibus, l. 7. & Vlpia. l. in poteſtate, l. 10. de ſponſal. lib. 23. ff. tit. 1. Paul. l. 2. de rit. nupt. lib. 23. ff. tit. 2. l. ſi ut propoſis. C. de nupt.
b Liui. lib. 44.
c Papin. l. nec in ea lege. l. 22. ad l. Iul. de adulte. lib. 48. ff. tit. 5.
d Iuſtin. l. ſi de cura. furio. li. 5. C. tit. 70.
e Hono. l. & Theodo. l. 4. de ſponſ. C.
f Sigiſmundus liber Saro, l b. de reb. Moſcouita pag. 47.
g Plutarch. in præcept. connubial.
h c. ubi periculum, de elect. in 6.
i c. 1. de iur. patron. in 6.
k Iuſti. l. ſi. de iur. deliber. lib. 6. C. tit. 30.
l D. Chriſoſto. Homil. 43. in Geneſim. tom. 1. & tom. 2 Homil. 4. in Matthæum.
m Geneſ. c. 19.
n Ioſeph. li. 4. antiqu. Iudaic. c. 6.
o Deuter. c. 20.
p 1 Machabe. c. 3.
q can. inſtitutum, 27 q. 2.
r D. Augu. lib. 4. confeſſio.
s Paul. l. quod dicitur, 105 de ſolutio. lib. 46. ff. tit. 3.
t Caliſt. l. debitoribus, 31. de re iudi. libr. 42. ff. tit. 1.
u Diocletia. & Maximi. l. pro oneribus, 20. de iur. dot. lib. 5. C. tit. 12. cum ſimil. ibi nota.
x c. cum inhibitio, de cland. deſponſat.
y Ouidius, 2. Faſtorum.

De perſonis quæ pro alijs ſponſalia contrahunt. Cap. IIII.

1 *Sponſalia per ſe & per alios contrahunt ſponſi.*
2 *Catheorum lege ſponſi ſe mutuo eligunt: vxores una cum uiris comburuntur.*
3 *Sponſalia promittuntur filiorum plerunque à patribus, & diſſoluuntur, niſi ſint emancipati.*
4 *Sponſalia pro impuberibus uel filijsfam. à parentibus facta non ualent, niſi adulti conſentiant ipſi.*
5 *Filij cenſentur conſentire patri, niſi expreſsè repugnent.*
6 *Sponſalia fiunt inter abſentes per nuncium, procuratorem, epiſtolam. Rebecca Iſaaco per nuncium deſponſata, &c.*
7 *Sponſalia non faciunt affinitatem.*

1 Sponſalia & per cōiuges futuros, & per alios nomine illorum cōtrahi
2 poſsūt. In India lex ꝓpria fuit Catheorum, ut ſponſus & ſponſa ſe mutuo eligant autore Strabone,[z] item ut uxores cum uiris defunctis comburerentur, ob hāc cauſam, quòd cum aliquando adoleſcentulos adamarent, à uiris ſecedebant, uel uiros interimebant. Conſenſu etiam eorum iure ciuili qui coniungendi ſunt, fiunt interdum ſine patre, ſi ſui iuris, interdum adhibito conſenſu paren-
3 tum, ut plerunque. Patres namque deſpondēt filios & filias quas habent in poteſtate, ut in ſuperiori capite in prima ratione notauimus. Nam hoc officium parentum eſt, ad quod cogi poſſunt per magiſtratum, in matrimoniū liberos

z Strabo, li. 15. Geograph.

tos collocare & donare ſecundum Martiani Iu
riſc. reſponſum. [a] Idcirco deſtinatio & pactio
parentum de nuptijs filiarum ſi illi moriantur,
uim poſt mortem illorum adhuc conſequun-
tur, neque à tranſactione tutorum etiam mino
rum filiarum conſenſu irritantur, ex conſtitu-
tione Honorij & Theodoſij [b] CC. poteſtque pa
ter ſponſalia à filiafamilias facta diſſoluere, &
nuntium remittere: non autem pro emancipa-
4 ta, authore Vlpiano. [c] Quæ de impubere filio
filiave dicta cenſentur. Nam pro puberibus pa
ter paciſcens nihil agit, [d] niſi conſentientibus
illis quoque & adultis minoribus factis pactio
nem approbátibus. [e] Nec cogitur filiusfa. uxo-
rem ducere, ut ait Hermogenes. [f] Matrimonia
quippe libera, non coacta eſſe debent. [g] Cen-
ſentur tamen liberi uoluntati parentum con-
5 ſentire, niſi expreſsè repugnent. [h] Itaque illis
6 uolentibus pacta rata erunt: ſicuti & per procu
ratorem poſſunt ſponſalia contrahi, & per nũ-
tium, & per epiſtolam inter abſentes, [i] ſi abſen-
tes ſciant uel ratum poſtea habuerint, ut ait
Pomponius. [k] Deſponſauit & Rebeccam Iſaa
co per ſeruum miſſum ab Abrahamo [l] pater.
7 Per ſponſalia non contrahitur affinitas, ſi-
ue per uerba de præſenti, ſiue per uerba de
futuro fiant, [m] vt & notauimus latius in c. de
affinitate.

a Marti. l. qui liberos, 19 de rit. nupt. lib. 23. P. tit. 2.
b l. ſi pater pactũ, 4. de ſponſal. C. & l. 1 §. ſi ſi nup. e re. ſer. petun. li. 5. C. tit. 8
c l. in poteſtate, 10. de ſponſal. in P. l. Iulia nus 8. de repu. li. 24 P. tit. 2
d c 1 2 3. 4. de deſponſ. impu. lib. 4. Decreta. tit. 2.
e Paulus, l. in ſponſalib. 7. & l. filiofa. 13 Iulia. l. ſponſalia, 11. de ſpõſal in P. Paul. l. 2 de rit. nup. li. 23 P. tit. 2.
f Herm. l. non cogitur, 21 de rit. nupt in P.
g Alex. Impe. l 2. de inut. ſtipul. lib 8 C tit. 39. Diocletia. & Maxi. l. nec ab initio, 14 de nuptu. li 5. C. tit. 4. Leo & Anthemius, l. fi. § fin. de ſponſal. C. Paul l. Titia, l. 134 de uerbo. obl. lib 45 P tit. 1 c gemina inu tres requiſiuit, de ſponſal. ap. Gregor.
h Vlp l. ſed ea quæ patris, 12. de rit. enpt. lib. 23 P. tit. 2
i Vlpia. l 14 & fi. de ſpõſ. in P.
k l. hac ita, 3. de ſponſ in P.
l Geneſ 24.
m c ſponſum, de ſponſal. ap. Gregor.

De ætate & qualitate ſponſæ & ſponſi. Cap. V.

1 *Sponſalia inter puberes & impuberes quomodo & quando contrahi poſſunt.*
2 *Sponſalia contrahi poſſunt à quolibet maiore ſeptem annis, ſed ſine ſacris ritibus uſque ad decimum tertium annum mulieres; & quatuor decimum uiri.*
3 *Ius orientale collectum per Enimundum Boneſidum.*
4 *Sponſalia quæ impediant ex regula generali.*

1 QVia in negotijs cõtrahendis pupil-
lus legitimo adueniente authore
obligari poteſt, [n] & contrahere: at
ante ſeptem annos non poteſt au-
thoritate dici conſentire. Ideo Iulius Pau-
lus [o] ſponſalia tam inter puberes, quàm impu
beres contrahi poſſe tradit. Et Modeſtinus [p] reſ
pondit, in ſponſalibus contrahendis non eſſe
certam ætatem definitam, ut in matrimonijs.
2 Itaque à primordio ætatis fieri poſſe, ſi modo
id fieri ab utraque perſona intelligatur, id eſt,
ſi non ſint minores, quàm ſeptem annis: ſequũ
tur & leges pontificiæ idipſum. [q] Cõfirmat hoc
& nouella Leonis Cæſaris, quam refert Conſtã
tinus Harmenopolus, [r] uerum prohibuit ibi ſa
cris ritibus ſponſalia firmari, prius quàm ſpon
ſa 13. annum, ſponſus 14. fuiſſent emẽſi: quod
& ſtatuitur conſtitutione Alexij Cæſaris orien
3 tis, quæ inibi iungitur ab Harmenopulo. Et in
iure orientali collecto per Enimundum Bone-
ſidũ, in conſtitutionibus Imperatorijs oriẽtis.
Loquuntur autem illi de ſponſalibus quæ nu-
ptiæ dicuntur, poſt quas commiſcebantur cum
ſponſis minoribus ſponſi, quod potius erat in-
centiuum libidinis & corruptio naturæ, ante
legitimam ætatem: cum tamen uere eſſent ſpõ
ſalia futuri matrimonij, non nuptiæ, etſi cele-
bratæ illæ fuiſſent, uel in domum ducta ſpon-
ſa, ut notat Vlpianus ex Iuliani & Labeonis re

n Caius, l. obligari, 9. de auth. tut. li. 26 P. tit. 8 § 1 cu ap lu... § furioſus, de inut. ſtipo l. quamuis, 32 § infans, de acq. poſſ l. 41 P tit. 2 l. in negotijs, 5 de reg. iur li. 50 P tit 17 facit recte, l ſi infanti, 18 § fin. de iur delibe. lib. 4 C. tit 30.
o lib 2. recept. ſent. c 20.
p l. in ſponſalib. 14. de ſponſal in P.
q c. litteras, & ca. a nobis, de deſponſ. impu. c 1 & 2. 30 q. 2.
r Harmenop. lib 4 promptu. lar tit 2.

ſpõſis. [s] Eritque qualitas hæc legitima in ſpon
ſalibus requiſita conſequenter, ſi agatur de fu-
tura promiſſione ætasque intelligatur maior
4 ſeptennio, dummodo aliud non probata. Mul-
ta enim ſunt, quæ officere ſponſalibus, præter
impedimentum ætatis poſſunt, quæ hac breui
concludi poſſunt regula: ut id quod nuptias fie
ri inhibet, ſi in ſponſalibus reperiatur, quod
perſeuerare poſſit vſque ad nuptias, impediat
quoque ſponſalia: [t] Quò fit, ut impedimenta
nuptiarum tempore ceſſantia, non impediant
ſponſalia.

s Vlp. in l. quæ ſitum eſt, 9 de ſponſalib. in P.
t Vlp. l. Oratio, 16. de ſponſal. in P.
u Paul in l. ſi quis officium, l. 38. de rit nup. lib. 23 P. tit. 2. Gratian. & Valent. l uni. ſi rector prouinc. uel ad eum per un. &c. lib. 5. C. tit. 2.

De his quæ ſponſalibus accidunt. Cap. VI.

1 *Sponſalia de futuro non faciunt matrimonium, ſed obligant ad contrahendum.*
2 *Sponſalia aut ſimplicia, aut firmata.*
3 Fermailles *Toloſatibus quæ e ſponſalia dicantur.*
4 *Iuramento ſponſalia firmata.*
Acontij in ſponſalibus Cydippes obtinendis dolus.

1 EX ſponſalibus proprie de futuro cõ
ceptis, non fit matrimonium, ſed
obligatio ad contrahendum ma-
trimonium. Obligationum enim
ſubſtantia non in eo conſiſtit, ut aliquod cor-
pus noſtrum faciat, ſed ut alium nobis obſtrin
gat ad dandum aliquid, uel faciendum, uel præ
ſtandum. [x] Proinde ſicut in alijs obligationi-
bus cautiones & pignora interueniunt, eo mo-
2 do & in horum pactionibus. Erunt itaque duæ
ſponſaliorum ſpecies, nempe ſimplex una, alia
firmata. Simplex, quando nude & ſimpliciter
promittunt ſibi mutuo ſponſus & ſponſa nu-
ptias futuras, [y] nulla pactione, nullave ſcri-
ptura, uel alia ſolemni confirmatione interue
niente, non arrha, non pignore accedente.
Firmata ſponſalia dicuntur, quando pacta ac-
cedunt de dotis conſtitutione & redditione. [z]
3 Vel iuramentum, de implẽda promiſſione nu-
ptiarum: [a] firmantur quippe pactiones, alio-
quin nudæ & inefficaces ad agendum, iuramẽ
to. [b] Inde & apud noſtros Toloſates, & Tecto-
ſages, hæc ſponſalia publice facta cum arrha-
rum datione, & alijs cautionibus, dicuntur à fir
mitate, *fermailles*, quæ, ut plerunque per uerba
de præſenti fiunt, & nuptiarum habent idcirco
4 robur ante benedictionem eccleſiaſticam: Ex-
tat de iuramenti firmitate in ſpõſalibus exem-
plum apud Ouidium [c] de Acontio, qui cum ob
generis imparitatem non auderet in uxorem
petere Cydippem, cuius amore tenebatur cap-
tus, nouam commẽtus eſt fraudem, ut ab ea iu-
ramentum nuptiarum extorqueret, ſcripſitque
in pomo hos uerſus uel ſimiles,

Iuro tibi ſane per myſtica ſacra Dianæ,
Me tibi venturam, comitem, ſponſamque futuram.

Quod cum in Cydippes ſinum ſacra Dianæ mi
niſtranti ieciſſet, illaque uerba legiſſet, illi uiſa
eſt ſibi fidem coniugij indiſſolubilem dediſſe,
atque ſic ei ſcribit ideo:

Coniugiũ, pactamque fidem, non crimina poſco,
Debitus, ut coniunx, non ut adulter, amo.
Verba licet repetas quæ demptus ab arbore fœtus
Pertulit ad caſtas me iaciente manus.
Inuenies illic id te iuraſſe, quod opta.
Ne tibi cum uerbis, excidit illa fides.

x Paul. l. 3. de actio. lib. 44. P. tit. 7.
y ca penult de ſponſ. ep Greg.
z Imp. Alex. l. lege quam dixiſti, 1. 10. de pact. lib. 2. C. tit. 3.
a c. ſi quis deſponſauerit, 27. q. c. ex de illis, & c. ueniens ad nos, de ſponſa.
b l. 1 at iuriſiurandi, de oper. libert. li. 38 ti. 1. P. auth. ſacramenta puberũ, ſi aduerſ. uendi tio. C. c. cũ contingat. de iureiur. ep. Greg & c. licet, eod. tit. in 6. cum ſim.
c epiſt. 18. Acõtij ad Cydippẽ.

De

De arrha, & ſponſalitia largitate, & donatione propter nuptias. Cap. VII.

1 *Arrha ſponſaliorum in ſymbolum futuri matrimonij, & ad probationem fidei data,*
2 *Arrha & pignoris differentia.*
3 *Arrha in ſponſalibus ut plerunque anulus & in alijs. Anulus uſus in ſponſalibus & in alijs, nu. 3. Anulus ſponſæ mittebatur ſine gemma.*
4 *Anulis quare fingant ſe includi poſſe dæmones.*
5 *Anulorum Execeſti Phocenſium ducis incantatorum, & Gygis & Midæ narratio.*
6 *Anulos ferens mulier, deſponſata cenſetur, & numer. 9.*
7 *Anulus quo deſponſat dux Mediolani, mare & imperium.*
8 *Anulus quare detur Epiſcopis.*
10 *Anulus ſponſalitius quare in digito medicinali ſponſæ ponatur.*
11 *Arrharum nomine aliud quàm anulus.*
12 *Arrha quomodo duplicanda & quando, diſſentientibus à nuptijs ſponſis.*
13 *Arrharum ſponſalitiarum, & ſponſalitiæ largitatis differentia.*
14 *Sponſalitia largitas duplex.*
15 *Sponſalitiæ largitatis munera, ἀνακαλυπτήρια, ὀπτήρια, ἐπαύλια, διάφορα.*
16 *De donatione, quæ ante uel propter nuptias eſt.*
17 *Donationis propter nuptias, & ſponſalitiæ largitatis differentiæ nume. 23.*
18 *Donatio ante nuptias quare dicatur ita.*
19 *Donatio ante nuptias tempore coniugij hodie fieri poteſt, non contra.*
20 *Dos conſtante matrimonio augeri & minui poteſt.*
21 *Dos cauſam habet pietatis, ut errore ſoluta non repetatur.*
22 *Donatio propter nuptias ab æqualitate dotis iuſtificatur.*
23 *Donatio propter nuptias in caſu reſtitutionis dotis, in dotis ſolutionem uenit.*
Donatio propter nuptias an hypothecam habeat potiorem, qualem dos.
24 *ἀντίφερνα dicantur donationes propter nuptias.*
25 *ἐπίβολον acceſſionem dotis dixerunt Græci.*
26 *Donatio propter nuptias non ſemper æqualis doti fuit & quando.*
27 *Aequalitas donationis propter nuptias, quare hodie non deſideratur cum dote.*
28 *Societas legitima, in qua alter pecuniam, alter induſtriam tantum contribuit.*
29 *In æqualitate dotis conſtituenda, obſeruandi mores & pacta placita, quæ doti derogant.*
30 *Orio pro dotis æqualitate feras uenatas inſulæ dedit: David præputia Philiſtinorum.*
31 *Augmentum ſeu ἐπίβολον pro dote datum uxoribus, ut pro eo à Græcis data dimidia pars dotis, apud Hellines triens.*
De augmento ſeu incremento dotis, inibi.

1 Accedit arrha ſponſalibus, non tam
pœnæ nomine, quàm in ſymbolũ
futuri matrimonij, & ad fidei datę
probationem, & quòd ſpõſalia fa-
cta ſint, ſicut in emptione aduenit,[a] & ut ait
2 Suidas, ἀῤῥαβὼν, ὁ πᾶσι ὠνῆς περὶ τῶν ὠνουμένων δεδομένη πρώτη καταβολὴ ὑπὲρ ἀσφαλείας, arrhabo,
pecunia quæ in emptionibus primo dependitur, ad fidem faciendam, his quæ empta ſunt
perſoluendis, in quo differt à pignore, nam pi-

a Cal. l. quod ſæpe, l. 35. de contrah. empt. lib. 18 P. titu. 1. §. 1 cod. tit. ap. Iuſtinia.

gnus ſeu Græcis ἐνέχυρον, pro mutua pecunia
data, & debito facto opponitur, ut tandiu ſit
apud creditorem, quandiu pecunia apud debitorem:
ut arrhabo futuræ emptionis quaſi te-
3 ſtimonium, ut D. Hieronymus annotauit.[b] Ar-
rhæ nomine in ſponſalibus datur ferè ſemper
anulus, ſic enim & olim factitatum narrat Pli-
nius,[c] *qui ob legationem,* inquit, *aureos acceperãt
anulos, in publico tantum utebantur eis: intra domos
uero ferreis. Quo argumento etiam nunc ſponſæ anu-
lus ferreus mittitur, iſque ſine gemma.* Et rurſum,
communem ſponſionis omnibus arrham fuiſ-
ſe anulos oſtendit, ex eo quòd anulo omnia ſi-
gnarentur, ut intacta eſſent, & uindicarentur
à rapina. Et paulo poſt, *celebratior quippe uſus,*
inquit, *cum fœnore cœpiſſe debet: argumento eſt
conſuetudo uulgi ad ſponſiones etiamnum anulo
exiliente, tracta ab eo tempore, quo nondum erat ar-
rha uelocior: ut plane affirmare poſſimus, nummos
ante apud nos, mox cœpiſſe anulos.* Sic ſignato-
rius anulus ab ornamento alius eſt.[d] Et Iuue-
nalis[e] de illo ſenſiſſe uidetur, dum monet Vr-
ſidium ne facile patiatur ſe matrimonio alli-
gari, dicens:

Viderunt primos argentea ſecula mœchos
Conuentum tamen, & pactum, & ſponſalia, noſtra
Tempeſtate paras, iamque à tonſore magiſtro
Pecteris, & digito pignus fortaſſe dediſti.

Apud Hebræos anulum fuiſſe promiſſionis
quoque arrhabonem exemplum Thamaris do-
cet, quę pro concubitu pacto ab Iuda, & promiſ-
ſo hædo in præmium, petijt ſibi dari pro arrha-
bone & fide miſſionis præſtandæ anulum & ar-
millam.[f] Et Pharao Ægypti rex in ſignum po-
teſtatis conceſſæ Ioſepho, & quòd eum conſti-
tuiſſet moderatorem populi fidei datæ arrha-
bonem dedit anulum ſuum.[g] Reconciliatio-
nis factæ arrhas & ſymbolum cum filio prodi-
go pater anulum aureum eſſe oſtendit, dicens,
4 *date illi aureum anulum, &c.* apud D. Lucam.[h]
Hinc aſtuti humanæ naturæ hoſtes impij dæ-
mones fingunt ſe ampullis includi, & uolunt
per deceptos anulis ſe deferri: non quòd inclu-
dantur illis, ſed quòd miſeras animas ſymbo-
lo accepto anuli, ut arrhabone ſuas reddant &
decipiant, leuiter illis mendacij patribus cre-
5 dentes & fidentes. Sic Execeſtus Phocenſium
tyrannus duos geſtabat incantatos anulos, ex
quorum ſonitu profitebatur ſe ſcire tempus ge-
rendarum rerum: mortuus tamen is eſt dolo in-
terfectus, ut refert ex Ariſtotele de republica
Phocenſium Clemens Alexandrinus.[i] Fiden-
dum enim nunquam tam ſceleratis ſpiritibus
eſt, etſi Gygis dicunt anulum, quo ille inuiſibi-
lis omnia conſpiciens reddebatur, cum gem-
mam anuli introrſum ad manum uerteret, ut
ait Cicero,[k] & Plato.[l] Siquidem nec ille à quo
accepit potuit inſidias mortis euadere: narrant
enim prædicti authores, hiatu terræ facto per
terræ motum, Gygem paſtorem mirabundum
in hiatum deſcendiſſe, conſpexiſſeque multa
alia quæ fabulantur miranda, & equum æ-
neum concauum, & per feneſtram cadauer in
aluo equi maius quidẽ humana forma, quòd
nihil habebat præter hunc in digito anulum.
Midæ tribuunt etiam anulum, quo circumacto
habentem nemo cerneret, quod etiam fabulo-
6 ſum Plinius putat.[m] Anulus igitur, quum fidei
arrhabonem habeat, & in ſpõſalibus fidẽ facit
promiſſionis nuptiarum, & ea deſponſata præ-
ſumitur uel nupta, quę anulos in digitis defert,
ut ait Alexander 3. ſumm. Pontif.[n] Et mulier
quæ

b D. Hiero. in epiſt. ad Ephe. 1.
c Plin. lib. 33 cap. 1.
d Pau. l. ſignatorius, l. 74. de uerb. ſig. li. 50. P. tit. 16.
e Iuuenal. Saty. 6.
f Geneſ. c. 38.
g Geneſ. 41.
h Luc. 15. c.
i Clem. Alex. lib. 1. Stromata.
k Cic. 3. offic.
l Plato, 2. de republ. uel de iuſto.
m Plinius, lib. 33. cap. 1.
n c. illud, c. 11. de præſumpt. lib. 2. Decret. tit. 23. cano. noſtrate, 30. q. 5.

quæ uirum ut deſponſatum proſequebatur in
conſtitutione Clemētis 3 .ſum. Pontiſ.[a] ad pro
bationem exhibet teſtes, quòd aduerſarius eius
eam deſponſationis anulo publice ſubarrhaſ-
7 ſet. Sic dux Mediolanenſis, dum eligitur & nan
ciſcitur ducatus poſſeſſionem, anulum in ma-
re proijcit, ueluti illud deſponſans, cuius impe
8 rio Veneti pollent teſte Contareno.[b] Et epiſco-
pus anulum defert utpote ſponſus eccleſiæ, ut
9 notat Cardinalis.[c] Sic apud Terentium,[d] anu-
lus quem detraxerat compreſſæ Philomelæ u-
xori deſponſatę Pamphilus, inuentus in manu
Bacchidis datus eidem à Pamphilo, probauit
10 matrimonium cum Philomela. Inſignitur au-
tem ſponſa anulo in quarto digito à pollice,
quem uocant medicinalem, quia in eo quædã
uena eſt ſanguinis ad cor uſque perueniens, ut
ſcribit Iſidorus.[e] Diſertius tamen apud Macro-
bium,[f] melius mihi rationem explicaſſe uide-
tur, dum ex Ægyptiorum ſententia & libris a-
natomicorum tradit, ex communi conſenſu a-
nulum in digito, qui minimo uicinus eſt, quem
etiam medicinalem uocant, manu præcipua
ſiniſtra geſtatum, quòd neruus quidam de cor-
da natus prorſum pergit uſque ad digitum ma
nus ſiniſtræ minimo proximum, & illic deſinit
implicatus cæteris eiuſdē digiti neruis: & ideo
uiſum ueteribus, ut ille digitus anulo, tan-
11 quam corona circūdaretur. Eadem refert Au-
lus Gellius,[g] ex Appione in libris Ægyptiacis.
12 Dantur & arrharum nomine alia etiā, ut num
morum certus numerus, uel quiduis aliud, de
quibus ſtatutum eſt, ut ſi quæ ſponſalia maior
cōtraxit, nolit nuptias exequi, teneatur arrhas
duplicare: ſi minor contraxit reſtituat, & ſi qui
dedit non contrahat, amittat: niſi ſine culpa al-
terutrius diſſoluantur ſponſalia, putà morte al
terius, uel lege nuptias prohibente, uel ſolutio
13 nem permittente.[h] Differunt autē arrhæ ſpon
ſalitiæ, ab ſponſalitia largitate, de qua in §. 1.
ut ſponſalitia largitas proprius ſit contractus,
in nouellis Iuſtinianeis,[i] quòd arrha non ſit
donatio, ut ſponſalitia largitas, ſed ueluti pi-
14 gnus. Sponſalitia largitas rurſum proprie &
improprie ſumitur. Proprie ſumpta, duplex: ali
quando namque accipitur pro donatione ini-
ta inter ſponſos, uel ab altero illorum alteri, da
15 qua loquitur Conſtantinus Cæſar.[k] Dicuntur
& ſponſalitiæ largitatis nomine ſecundo, mu-
nera quæ ſponſæ donantur, & mittuntur tri-
duo antequam ea prodeat in publicum ab eius
amicis.[l] Iulius Pollux[m] uocat munera ab ſpō
ſo data, ſponſalia ὀπτήρια, ἀνακαλυπτήρια, quæ
& diem, qua ſponſa detegitur & prodit, ſigni-
ficant, & munera quæ & προσφθεγκτήρια dicun-
tur Cælio Rhodigino,[n] & Alciato[o] quoque di
cuntur ἕδνια. Et Conſtant. Harmenopolus,[p]
θεώρητρα quoque dici exiſtimat munera, quæ a-
mici contribuunt ſponſæ, cum primum illa ſa
retectam uiſendam præbet. Suidas tamen ἐπαύ-
λια ea fuiſſe dicit munera, quæ poſtridie nuptia
rum ab ſponſæ patre, tam ſponſæ quàm ſpon-
ſo mittebantur cum pompa: puer enim præce-
debat alba ueſte, facem incenſam tenens, buna
ſequebatur mulier caniſtrum gerens, cæteris
ſequentibus ordine, quæ aurum, patellas, ſmeg
mata, lecticā, pectines, lectos, alabaſtros, ſan-
dalia, thecas, pyxides unguentarias, interdum
16 etiam ſponſo unà dotē adferebant. Improprie
autem ſponſalitia largitas dicitur ea, quæ eſt
donatio propter uel ante nuptias, de qua Iuſti-
nianus in §. 1. ut ſponſalitia largitas proprius
17 ſit contractus in nouellis. Atque differt à uera

a c. tenor litterarum, c 10. de ſent. & re iudic. lib. 1. Decret. titu. 27.
b Contar. li. 2. de repub Veneto
c Cardi. in rubri. de poſtula. prælato.
d Terēt. in Hecyra, act. 5. ſcena 3.
e Iſidorus, lib. 2. de offic. c. 23. c. fœminæ, 30. q. 1.
f Macrob. lib. 7 cap. 13.
g Gellius, lib. 10. c. 10.
h l. 1. & fin. de ſponſal. & arrhis.
i conſtitu. 119.
k Conſtant. l. ſi a ſpōſo, l. 15. de donat. ante nupt. lib. 5. C. titul 3.
l l. 2 ſi nup. ex reſcrip. petan. C.
m Pollux, lib. 3. c. 3.
n Cælius Rhodig. lib. 28. c. 60.
o Alciat. li. 3. parerg. c. 2.
p Conſtant. Harmenopo. lib. 4. promptua. tit. cap. 7.

ſpōſalitia largitate: quòd donatio ante uel pro
pter nuptias fiat propter æqualitatem dotis ac-
ceptæ à marito uxori.[q] Sponſalitia autem lar-
gitas, non propter dotem, ſed affectionem ſpon
18 ſi uel ſponſæ.[r] Habuit porro nomen donatio
ante nuptias, ex eo quòd olim donatio hæc
non fiebat, niſi ante nuptias à principibus in-
ducta, antè omnino incognita[s] Iuriſconſulto
rum temporibus, in qua & conditio inerat, ut
tum rata eſſet quando matrimonium ſequu-
tum fuiſſet: nec tempore conſtantis coniugij
fieri poterat, quòd donationes inter coniuges
non ualeant,[t] neque ab ſponſis factæ in tem-
19 pus coniugij ſuſpendi poſſint.[u] Verum Iuſti-
no placuit poſtea, & tempore matrimonij fieri
20 poſſe hanc largitionem. Quia & dos conſtan-
te matrimonio augeri & minui poſſet conſen-
ſu coniugum,[x] ſi ſine damno liberorum prio-
ris matrimonij fiat, uel creditorum.[y] Atque hu
iuſmodi donationes fuerunt à legibus impro-
batarum donationum, quæ fiunt inter uiuentes
coniuges, exemptæ, utpote remunerationes po
tius uiſæ, quàm ueræ donationes, cum remune
ratoriæ donationes legibus communibus libe-
21 ralitatis eximantur.[z] Et dos cauſam habere
pietatis dicitur, ratione cuius promiſſum uel
ſolutum etiam errore à non debitore, non re-
22 petitur, ut notat Iulia. Iuriſconſ.[a] Voluerunt
& Cæſares æqualitatem inter coniuges conſer
uare, ut pro modo dotis uir quoque donationē
propter nuptias contribueret, ita matrimonio
neceſſaria,[b] potiſſimum ſi de lucranda dota
maritus ſuperſtes, mortua uxore paciſcatur.[c]
Cautionem enim conſeruationi dotis ſic adin-
uenerunt per illam ſponſalitiam ęqualitatem,
ſeu donationem propter nuptias, & propter do
23 tem. Voluerunt namque ſoluto matrimonio
extra pactionem lucri, eam capi ab uxore pro
dotis ſolutione, & in dotem redigi ab ea inquā,
quæ dotem dedit.[d] Non enim eſt donatio, quæ
prædecedente marito poſſit præter dotem re-
peti: quo nomine quoque differt ab alia ſpecie
donationis quæ purè fit ſponſo uel ſponſæ, quę
lucro eius cedit, ſi ante nuptias fiat.[e] Idcirco
hæc donatio propter nuptias alia ab ea eſt, &
ueluti dotis cautio & hypotheca, & ſi de lucro
agatur pacto æqualis priuilegij, ac dos ſi agitur
de repetitione, & ea ſi fiat ab initio matrimo-
nij, ut ſicut in dote, mulier creditoribus mariti,
præferatur in ea expreſſam hypothecam ha-
bentibus,[f] contra iuris communis regulam,
qua potiores tempore iure priores ſunt,[g] quan
tum pertinet ad dotem, & quæ additamenta
ſunt eius dotis,[h] utpote ſi de ueſtibus atque
monilibus agatur marito delatis: non tamen
extra dotem incrementa uel lucra ex donatio-
ne propter nuptias, ſeu ut uocant adiacamen-
ta uel augmenta debita eius ſint priuilegij.[i]
Non enim cum de lucro captando agitur, mu
lieribus, ſed in damno euitando fauetur in præ
iudicium aliorum,[k] niſi, ut monuimus hypo-
thecæ & cautionis nomine pro dote, eam do-
nationem propter nuptias, uelit alijs credito-
ribus euincere, in quo præfertur: non autem in
Domino, dote repetita, & ita intelligenda eſt
24 Iuſtiniani ſanctio.[l] Quamobrem hæ donatio-
nes propter nuptias ἀντίφερνα, id eſt, pro uel no
mine dotis data dicuntur ab eodem Iuſtinia-
no,[m] uel ſimilia dotibus, uel oppoſita dotibus,
uel pro dotibus, Græci ὑπόβολον acceſſionem
25 ad dotem dixerunt teſte Harmenopulo,[n] περὶ
ὑποβόλου, unde æqualitas aliquando eius cum
dote exactè conſtituta, quamuis in ea ſæpe
& conſue-

q d. §. 1 ut ſpōſal. largitas uel. conſti. 119.
r l. ſi a ſponſo, de donat. ante nupt. C.
s §. eſt & aliud, de dona. lib. 2. inſtit. tit 7.
t l. 1. 2. & 3. de dona. inter uir. & uxor. 10 P. l. a marito, C. eod.
u l. cū hic ſtatus, l. 13. § ſi ſponſus, de donat. int. uir. & uxo. in P. l. quę ſponſæ, l. 4. de dona. ant. nup. lib 5. C. tit. 3.
x d. §. eſt & aliud, de donat. ap. Iuſtinia. l ſi conſtāte, l. 19. de donat. ante nupt. C. Iuſtin. l fi. C. eod.
y authē. ſed ſi neceſſe, de dona ante nup. C.
z l. Aculius, de dona. in P.
a l. cum is qui, l 32. § ſi maritus, de condic. indebit. lib. 12. P. tit. 6.
b authē. ſed ſi neceſſe, de donat. ante nupt. C. auth. dos data, eo. tit.
c auth. æqualitas, & auth ſed quæ nihil, & l. lege Leonis, l. 10. de pact conuen. li. 5 C tit. 14. § 1. de æqualit. dot. conſtit. 97. & § fin. de non elig. ſecū. nubēt. conſtit. 2. in nouell.
d l generaliter, l 3 uer. hoc obſeruari, de ſecun nup. lib. 5. C. tit 9.
e l. 1. l ſi conſentiente, l. 14. & l ſi a ſpōſo, l. 15. de donat. ante nup. C.
f l. aſſiduis, C. qui pot. in pig. hab. l. 10 rebus, l. 30 de iur. dot. C. lib. 5 tit. 12.
g l. 2. C. qui potio. in pig. com ſuml.
h Gadia. l. eſt a ſocero, l. 8 de iur. dot. li 5. C. tit. 12. l inter, §. cum inter, de pact. dotal. in P.
i d. l. aſſiduis in fi. C. qui potio.
k l. error, de iur. & fact. igno.
l Iuſtin. l. ubi adhuc l. 29. de iur. dot. C.
m Iuſtin. l. fi. de donat. ante nupt C.
n Harmenop. lib. 4. promptuar.

26 & conſnetudine & inre nsriatum ſit. Nam in ci
uili inte Romano, Leo & Anthemius CC.[a] per
miſerunt aliquando inæqualitatem inter dona
tionem propter nuptias & dotem, in quantita-
te & in lucro, ſed non in quota. Iuſtioianns de-
inceps [b] pactum lncri futuri diſpar ioter dona
tionem propter nnptias & dotem tantum ad
æqualitatem minoris maius redegit. Subinde
æqualitas in omnibus definita, [c] lucraque fa-
cta æqnalia, ſi tamen dos data fuiſſet, non ali-
27 ter.[d] Moribus & conſuetudine regionum, hæc
æqnalitas in dote & donatione propter nnptias
ſępius non exigitur, neque etiam deſideratur
hæc donatio ſaltem æqnalis doti. Cum animad
nerſum ſit, diſparem eſſe cauſam mariti & uxo-
ris, & dotem pro oneribus dati mariro, [e] quæ
nxor non ſubit. Satiſque æqualitas nidetnr ſine
donatione cum dote, conſeruata tamen geome
trica, uel etiam arithmetica in ſocietate hac, in
qua mulier pecunias, uir autem operam, labo-
rem, & ſolicitudinem confert: ſicuti eſt iuſta in-
28 ter alias perſonas ſocietas, pecuniarum & indu
ſtriæ contributio: & plerunque tanta eſt indu-
ſtria ſocij, nt plus ſocietati conferat, quàm pe-
cunia: ut ſi ſolns naniget, ſolus peregrinetnr,
pericula ſolus ſubeat, nt ait Vlpianus.[f] Quam-
obrem rectè Accurſius notat, [g] ius æqualitatis
conſuetndine tulli hodie, & ualere dotis conſti
tutionem nulla donatione propter nuptias in-
29 teruenieute. Mores tamen obſeruandi ſunt di-
nerſi, & placita hac de re conuenta, quibus ein
rare fauorem conſuetudinum poſſumus, utpo-
30 te iuribus in fanorem introductis.[h] Itaque cer
ta de hac re nulla eſſe poteſt lex. Meminit Par-
thenius, [i] Orionem Hiriei filium propter He-
rum filiam Oenopionis & nymphæ Elicæ, in-
ſulam cicurem reddidiſſe, quæ tunc feris erat
referta, nimirum com magnam prædam ipſa-
rum à ſe captarũ pro dote offerret. Sic pro ſpon
ſalibus Micolis filiæ Saulis numerauit Dauid
centum præputia Philiſtinorum à ſe occiſo-
rum.[k] In quibus elucent exempla donationis
propter nuptias, uel melius donationes ad con
ſequendas nuptias ualidæ & irreuocabiles: ſi-
cuti & eſt donatio quædã ante nuptias & fauo
se matrimonij nuncupata irreuocabilis, & prę
ter dotem præſtanda, ſimplex & ab æqualitatis
cenſura aliena, [l] de qua & Deo fanēte in ſucceſ
31 ſionibus agemus decedentium. Græcorum an-
tem mos erat dati vxoribus pro ὑπόβολον ſeu ac-
ceſſione dotis, dimidiam partem dotis, quod &
Toloſæ locum obtinet. Immutatum hoc tamē
apud Hellines, vt pro eo ſemiſſæ, acciperent
tantum dotis trientem, id eſt, tertiam partem
totius dotis, ut refert Garmenopulus, [m] & poſt
eum Phobenus Chartophilax Bnsgariæ Archi
epiſcopus. Et rurſum Harmenop. [n] quod con-
uentum eſt pacto & de reſtituenda dote & de
hypobolo, id ſeruandum eſt: quòd ſi nihil pla-
cuit, poſtulatur tunc ah eo qoi dotem reddit,
ut hypoboli nomine trientem uniuerſæ ſum-
mæ, in quam dos redacta ſit, præſtet, uerbi gra-
tia, ſi unius libræ dos ſit, pro hypobolo triens
ſummæ perſolnetur, utpote nigintiquatuor
nummũ conſtet enim libra 72. ſolidia.[o] Indi-
cat & Theocritus morem fuiſſe, ita depaciſcen
di pro matrimonio his uerbis, dum puella ſpõ-
ſum alloquitus.[p]

κορ. καὶ τί μοι ἕδνον ἄγεις γαμοῦ ἄξιον, ἢν ἐπινεύσω;

Δάφνις. πᾶσαν τὰν ἀγέλαν, πάντ' ἄλσεα καὶ νομὸν ἕξεις,

id eſt, Puella. *Sed quam mihi dotem adfers nup ijs dignam, ſi annuero?*

Daphnis. *Vniuerſum gregem, omnia nemora & paſcua habebit.*

ὑπόβολον eſt alicubi in uſufructu tantum, du
rante uita uxoris, & ad mulieris uictum pro do
te aſſignatur, unde uocatur dotalitium, ut apud
Sigisbertum, [q] & alibi uitalitium, id eſt, pro
uita, ut apud Albertum Krantium.[r] Neapolita
ni uocant dotarium, [s] noſtrates Toloſani au-
gmentum.

a Lex morte, l. 9. de pact. cõuen. lib. 5. C. tit. 14.

b l. lege Leonis, l. 10. C. eo. de pact. conuẽ.

c auth. æqualitas, C. eod. de pact. dotal. con ſtit. de æqualit. dot.

d auth ſed quę nihil, de pact. dot. § 3 de non eligen. ſecun. nuben in auth.

e l pro oneribus, de iure dot. cum ſimilibus.

f Vlpia. l ſi ad fuerint, l. 29. & l. ſocietas, l. 5. pro ſoc. li. 17 F. tit. 2.

g Accurſ. in auth. æqualitas, in verbo pati, de pact. conuen. C.

h l pen. C. de pact. l. ſi quis in conſcriben do, de epiſc & cle. C.

i Parthenius, in Eroticis.

k 1. Reg. c. 18.

l L. ſi ante matrimonium, de donatio. ant. nupt. C.

m Conſtanti. Harmenop. li. 4. promp. tit. 7.

n Harmenop. lib. 4. c. 10.

o l. quoties, de ſuſceptor. lib. 10. C.

p Theocri. Idyllio. 28.

q Sigisbertus, in Chr[illegible] ca[illegible] 1193

r [illegible] Krantius, lib 7 [illegible] cap [illegible]

s [illegible] Ne pol [illegible] 18 15. 16.

De proxenetrijs, & oſculo ſponſaliorum. Cap. VIII.

1 *Proxenetria quid, &* προμνηστρία *& proxenetrian &* προμνήστριαν *item.*
2 *Oſculum inter ſolemnia nuptiarum.*
3 *Oſculo dato ſponſam lucrari mediam partem donationis propter nuptias, non aliter.*
4 *Oſcula ſymbolum habent non vulgaris dilectionis, honeſtæ, uel inhoneſtæ oſculantur ſe mutuò.*
5 *Oſculum in ſponſalibus matrimonium non contrahit, nec affinitatem.*
6 *Oſcula religionem habentia, & de oſculo manuum, & genuum.*
7 *Oſculo uenientes excepti, & abeuntes dimiſſi amicitiæ cauſa. Idem num. 9. 10. 11. 12. 14. 18.*
8 *Perſonarum ſalutandi mos.*
10 *Oſculo & inclinationibus crebris ſalutant hoſpites Moſcouitæ.*
11 *Item Hebræi.*
13 *Caius Caligula adorandum pedem aut manum porrexit ſenatoribus.*
15 *Oſcula tandem Romanis quotidiana in ſuſpicionem turpitudinis uenerunt.*
16 *Oſcula quotidiana prohibuit Tyberius.*
17 *Oſculatio puerorum arreptis auribus* χύτρα *quare fiebat.*
19 *Oſculari licet eccleſiaſticæ perſonæ manus principum in ſignum amoris.*
20 *Oſculum dare non poſſumus, quibus cum communicare non licet.*
21 *Sponſatio oſculo firmata ualde nuptijs accedit.*
22 *Oſculari mulieres non licuit omnibus Romæ, nec illę uiros in ore, ſed in fronte aliquando oſculatę ſunt.*
23 *Oſculari mulieres tum cognatis licuit, cum uſus uini interdictus illis fuit.*
24 *Oſculum non deferebant cognati Romani mulieri famoſæ.*
25 *Oſculo dato ab uxore alteri uiro, ea ut adultera dote apud Italos & Hiſpanos priuatur, non in Gallia.*
26 *Oſcula inania ſunt.*
27 *Oſculari fœminas concilio Antiſſidorenſi, uel habere commatres monachis prohibitum.*
28 *Oſculorum certamen & pręmium eius qui dulcius oſcularetur, apud Megarenſes.*

1 IN rubrica de ſpõſalibus C. adijcit
& de proxeneticis uulgo, ſed emen
datius de proxenetrijs, de quibus
tamen leges ex mēte Accurſij,[t] ibi
nõ loquuntur. Alciatus tamē [u] contrarium de
fendit, & arbitratur proxenetria eſſe eadem, ac
προμνηστρίαν: & proxenetriã eſſe προμνήστριαν, mu-
lierem eſſe procuratricem & conciliatricem fu
turarum nuptiarum pronubam, [x] in cuius ma-
nibus arrhæ cuſtodiendæ deponebantur, non
ſecus quàm ſpõſiones: & ita proxenetria ipſas

t Accurſ. in rubri. de ſpon. C.

u Alcia. lib. 2. diſpunctio. ca. 22.

x de hac meminit Plato, 6. de legib.

arrhas à cuſtodia proaenetriæ dici & explicari
titulo de ſponſalibus, dum inibi de arrhis tra-
ctatur, cui ſubſcribo. Etenim mercedis proxene
ticæ tractatio in aliud iuris caput reijcitur.[a] Prę
2 ter arrhas Alexius Comnenus [b] Orientis Impe
rator, addit etiam inter ſolemnia nuptiarum &
oſculum, quod eſt etiam arrhabo nuptiarum, ſi
3 aa mente præbeatur: uſq; adeò efficax, ut oſcu-
lo dato, donatio facta ab ſponſo præmorien-
te pro media parte ualeat, pro alia autem infir
metur, uniuerſam autem infirmari, ſi oſculum
ante mortem alterius non fuerit ſecutum, ex
4 conſtitutione Conſtantini. [c] Oſculum ſiqui-
dem quoddam initium conſummationis nu-
ptiarum eſſe uidetur, & fruitio ſpōſæ quoddam
modo. Atque oſcula ſignum & ſymbolum ha-
bent cuiuſdam dilectionis maioris, quàm vul-
garis. Idcirco & oſcula libidinis prænuncia eſſe
poſſunt, & honoris. Actus enim ad utrumque
relatus fuit oſculi: [d] interdum tamen nominis
quadam adhibita diſtinctione. Nam ut plerun
que oſcula, officiorum ſunt: baſia, pudicorum
affectuũ: ſuauia, libidinum. [e] Libidinis inquã,
ut apud Ouidium.

Oſcula ſi dederis, fiam manifeſtus amator.

Sic Theocritus,[f]

Νύμφα πρόσπτυξαί με τὸν αἰπόλον ὥς τυ φιλάσω
ἔστι καὶ ἐν κενεοῖσι φιλάμασιν ἁδέα τέρψις, id eſt,

Nympha amplectere me caprariũ ut te oſculer.
Eſt & in uanis oſculis ſuauis iucunditas.

Refert Ælianus[g] ex Ariſtotele,[h] maſculũ è co-
lumbis, non prius in fœminam aſcendere, quã
oſculum illi dederit, nec recipere fœminas ma
5 rium commercium, ſi uacuum ſit oſculo. Ve-
rum illud animaduertendum eſt in ſponſali-
bus matrimonium non contrahere, nec inde
6 affinitatem naſci.[i] At honoris habita & religio-
nis quondam fuerunt, & nunc ſunt apud pleroſ
que, ut ex uerbis Ciceronis conſtat, [k] dum de
ſtatua Herculis agit, *Herculis, inquit, templum
eſt apud Agrigentinos non longè à foro, ſanè ſan-
ctum apud illos, & religioſum, ibi eſt ex ære ſimula
chrum ipſius Herculis, quo non facilè quicquam di-
xerim me uidiſſe pulchrius: tametſi non tam mul-
tum in iſtis rebus intelligo, quàm multa uidi uſque
eo iudices, ut rictus eius ac mentum paulo ſit attri-
tius, quod precibus ac gratulationibus, non ſolum id
uenerari ſed oſculari ſolent.* Græci de oſculata ma
nu perfectam eſſe precationem arbitrabantur,
ut ait Lucianus.[l] Iubet D. Paulus [m] ſalutatio-
nem fieri in oſculo ſancto. Plinius [n] *in adoran-
do, inquit, dextram ad oſculum referimus, totumq;
corpus circumagimus, quod in læuum feciſſe Galli re
ligioſius credunt*, unde & Seruius Honoratus [o]
dixit, oſculum eſſe religionis Oſcula manuum,
ab Imperatoribus ob amoris ſignum idque per
paucis dabantur, teſte Plutarcho.[p] Et rurſum
Plinius,[q] *hominis genibus quędam religio eſt, ob-
ſeruatione gentium: hæc ſupplices attingunt, ad hęc
manus tendunt: hęc ut aras adorant: forſan quia in-
eſt his uitalitas. Namque in ipſa genu utriuſque
commiſſura dextera læuaque, à priore parte gemina
quędam inanitas ineſt, qua perfoſſa, ceu iugulo ſpi-
ritus fugit. ineſt & alijs partibus quędam religio,
ſicut dextera oſculis auerſa appetitur, in fide porri-
7 gitur. Antiquis Gręcia mentum attingere mos erat.*
Excipiebantur ab Imperatore amici oſculo ut
exemplo conſtat Galbæ apud Suetonium,[r] qui
Othonem eo ſymbolo accepit, eo die quo illi
8 mortem parauit. Perſæ ſalutationis loco occur
rentes ſe mutuo oſculãtur, inquit Herodotus[s]
ſi pares: ſin alter humilior paulò, genas, oſcu-

a l. 2. de proxeneticis in P.
b in conſtitut. Comneni, lib. qui inſcribitur. Ius orientale lib. 1.
c l. ſi à ſpōſo, l. 16. de donatio. ante nupt. l. 5. de de ſpōſa. in C. Theodoſ.
d Clemēs Alexand. lib. 1. Pędago. c. 11.
e in eunucho Aelius donatus, enarrans illud Terentij. Thais mea, meum ſauiũ.
f Theocri. Eidyl. 3 & 23.
g Aelianus, li. 1. de vari. hiſto. c. 15.
h Ariſtot. lib. 6. de hiſto. animal. c. 2.
i c. ſex diuiſ. 27. q. 2
k Cicero, in Verrem.
l Lucia. lib. de ſaltatio.
m 1. Corinth. 16. 2. Corinth. 13
n Plin. lib. 28. c. 2.
o Seruius, in 1. Aeneid Virg. l. ibi, oſcula libauit, &c.
p Plutar. in uita Ciceronis Vti cenſ.
q Plin. lib. 11. c. 45.
r Sueto. in Othone c. 6.
s Herodo. in 1.

latur dumtaxat: ſi multò inferior, proſtratus a-
dorat honoratiorem. Meminit quoque Xeno-
phon,[t] Perſas lege, in diſceſſu & regreſſu pa-
9 rentes & affines oſculatos tanquam pares. A-
pud alios Græcos & hunc morem inualuiſſe
probè conijcimus ex Orpheo, dum in Argonau
ticis refert modum, quo excepit Chiron He-
roes hoſpites,

ἀλλ᾽ ὅτε δὴ ῥ᾽ ἐσίδεσκεν ἀγακλειτοὺς βασιλῆας
ἀντιάσας ἀσπαστὸς κύσεν ὅλα πάντα ἕκαστον, i.
Aſt ubi præclaros reges ad limina uidit,
Excipit adſurgens, & lętus ad oſcula quemque.

10 Adhuc apud Moſcouitas ſeu Rhutenos teſta-
tur Sigiſmundus Liber Baro, [u] qui legatione
ad principem horum functus eſt, excipi hoſpi-
tes & uenientes in domum porrectis & datis
11 manibus oſculo mutuo, & capitum inclinatio-
ne crebra. Apud Hebræos pariter hic ſalutan-
di per oſcula mutua inualuit mos, extant exē-
pla Geneſ. 29. 45. Exodi 18. 2. Reg. 14. Thobiæ
7. & 9. &c. Sic hoc ſigno oſculi proditur ille Iu-
das ſymbolo amicæ ſalutationis, dominum Iu-
dæis tradidit.[x] Sicut & præceſſerat typus in A-
maſe ſub ſpecie oſculi interfecto.[y] Et expro-
brat Deus hoſpiti ſuo contra Mariam peccatri
cem murmurãti,[z] *oſculum mihi non dediſti, &c.*
12 Romanis quoque principibus mos fuit, ut ab-
euntes, redeunteſve peregrè ſenatum oſcula-
rentur, quod omiſſum exprobrat in Nerone
Tranquillus, quòd is neque ueniens neque
proficiſcens quemquam oſculo impertierit, ac
13 nec ſalutauerit quidem. Obſeruat Dio Caſ-
ſius[a] in Caio Caligula, quòd paucos oſculare-
tur, pleriſque etiam ſenatorum manum tan-
tum aut pedem adorandum porrigebat, ac qui
bus amicitiæ ab eo oblatum fuiſſet, ij in ſenatu
ei gratias agebant, cum quotidie eum ſalutato-
14 ribus oſcula dare uiderent. Non ita ſuperbè
Aulus Vitellius, qui ut eſt apud Tranquil-
lum,[b] obuios quoſlibet milites caligatos oſcu-
15 labatur. Hoc modo & plebs populuſq; Roma-
nus ſe ſalutabat dato oſculo, quod aliquando
uenit in ſuſpicionem, ut opinor, turpitudinis,
ut Martialis [c] inſectatus ſit hanc oſculorum
baſiatorumque moleſtiam in illo epigram-
mate,

Effugere non eſt, Baſſe, baſiatores, &c.

16 Vt Tyberius etiam Cæſar, quotidiano edicto
prohibuerit oſcula, ſi credamus Tranquillo.[d]
Poterant enim his abuti, dum pueros ita deli-
niri & corrumpi fuiſſet periculum Chriſtianis
piaculum, Romanis aliquando à D. Paulo [e] ex
17 probratum. Vt exiſtimem formulam exoſculã
di pueros non carere myſterio, quos apprehen
ſos auribus oſculabantur uocabantque hanc
exoſculationem Græci *χύτραν*, ut ſcribit Iulius
Pollux, [f] nempe ut pueri deſueſcerent dolore
aurium, oſcula frequentare: forſan & alia eſt ra
tio, ſed hanc quoque comminiſci conuenit, pu
dori & honeſtati conuenientem. Retenta tamē
18 Romanis oſculandi ſolemnitas inter uiros ho
noris cauſa, ut ex lege Iuſtiniani apparet, [g] *do-
meſtici, inquit, ac protectores principis oſculandi
cum ſalutauerint uicarios tui culminis habeant pote
ſtatem, pœna enim ſacrilegij ſimilis erit. ſi his hono-
rificentia non deferatur, qui contingere noſtram pur
19 puram digni habiti ſunt.* Quia itaque amicitiæ
& honoris ſignum oſculum eſt, & epiſcopi
qui in temporalibus principes ſuperiores ha-
bent, & manus oſculari regum & principum,
quibus res habent, poſſunt, ut notat Archi-
diaco.[h] Et ſignum amoris oſculari manum
ex

t Xenophon, lib. 1. Cyropæd.
u Sigiſmūdus, in commentar. Muſcouitic. dū de ingreſſu in alterius domum agit.
x Matth. c. 27 Marc. 14. Luc. 22.
y 2 Reg. 20.
z Luce, 7.
a Dio. lib. 59. Hiſto.
b Sueto. in Vitellio c. 7.
c Mart. li. 11.
d Sueto Tranq. in Tyberio. c. 34.
e D. Paul. ad Rom. 1.
f Iul. Pollux, lib. 10. c. 14.
g Iuſtin. l. 1. de domeſt. & protecto, lib. 12. C. tit. 7
h Archid. in can. dun, 96 diſtin.
i Theocri. Eidillio. 23

ex Theocrito collige, [b] dum ait Cyclops
ad Galateam.

ὤ μοι ὅτ' οὐκ ἔτεκεν μ' ἁ μάτηρ βράγχι' ἔχοντα,
ὡς κατέδυν ποτὶ τίν, καὶ τὰν χέρα τεῦς ἐφίλασα,
αἰ μὴ τὸ στόμα λῇς, id eſt,

Hei mihi, quòd mater mea non peperis habentem
Branchias, ut ad te per undas ſubire poſſem,
Ac manum tuam oſculari, ſi quidem os non velles, &c.

20 Et quibus communicare ſocietate prohibe-
21 mur, illis nec oſculum impertire poſſumus. [a]
Quò fit, ut per oſculum ſponſalia firmata ma-
iori uinculo uinciantur, & ad nuptias acce-
dunt. Arnoldus Ferronus huc [b] adfert certa ſibi
fragmenta Senecæ oſtenſa à Paulo Sadoleto
nondum excuſſa, quibus morem fuiſſe Hiſpa-
22 norum, ad quos ſcripſit Conſtantinus, [c] legem
de oſculo. Conſtat etiam oſculo, ut maiori pa-
cto uxorem paciſci. Sed forſan hic non erit in-
frugiferum annotaſſe, Romæ quidem inter ho
mines oſcula promiſcua fuiſſe: at cum mulieri
bus idipſum promiſcuè omnibus non licuiſſe.
Nam Plutarchus [d] ſcribit, mulieres olim tan-
tum frontes uirorum, & neceſſariorum homi-
23 num oſcolatas fuiſſe, & uiros mulierum. Pli-
nius, [e] & Aulus Gellius [f] referunt ex authorita
te Marci Catonis, tum primum mulieres à co-
gnatis oſculatas, cum uſus uini eis interdictus
fuiſſet, ne bibentes laterent, ſed domeſticorum
congreſſu redarguerentur, ſubſcribit & Blon-
dus, [g] Polybius, [h] Athenæus, Plutarchus. Sed &
24 Nonius Marcellus ex 4. de repub. Ciceronis li-
bro tradit, apud Romanos ſi qua erat mulier fa
moſa, ei cognationem oſculum non detuliſſe.
25 Itali, Hiſpani, maximè oſcula ſuſpecta habent
mulierum uſque adeò, ut ex eo arguant uxorē
adulteram, quæ alteri uiro porrexerit, eiuſque
cauſa dote ut adulteram priuandam cenſent,
ut tradit Ioannes à Ripa. [i] Quia & iure pontifi-
cio receptum eſt priuari dote, & maritum eam
lucrari, ſi uxor adulterij conuincatur. [k] Repu-
gnant tamen Ripario Iaſon, & Decius, mini-
26 mè oſcula ſuſpecta habentes. Inter quos ego
cenſerem temperamentum illud adhibendum,
ut mores regionum inſpiciamus, à quibus quid
in uſu ſit obſeruari oporteat. Nam & ſimplicia
oſcula, ubi non ſunt ita ſuperſtitioſi homines,
carent ſuſpicione, nā, ut ait puella apud Theo
critum, [l]

Μὴ καυχῶ Σατυρίσκε, κενὸν φίλαμα λέγουσιν.
Τὸ στόμα μὲν πλύνω, καὶ ἀποπτύω τὸ φίλαμα. i.
Ne gloriare Satyriſce, inane oſculum eſſe dicunt.
Lauo os meum, & oſculum deſpuo.

27 Autiſſidorenſi concilio cautum eſt, ne mona-
chi ſibi compatres commatreſve faciant, nec
oſculentur fœminas. [m] Et certè oſcula, pro mo
do oſculandi uoluptatem habere docet alibi
Theocritus, [n]

Νισαῖοι Μεγαρῆες, ἀριστεύοντες ἐρετμοῖς,
ὄλβιοι οἰκοίητε, τὸν Ἀτθίδα περὶ ἄλλων
ξείνων τιμήσαντες Διοκλέα, τὸν φιλόπαιδα.
αἰεὶ οἱ περὶ τύμβον ἀολλέες εἴαρι πρώτῳ
κοῦροι ἐριδμαίνουσι φιλήματος ἄκρα φέρεσθαι:
ὃς δέ κε προσμάξῃ γλυκερώτερα χείλεσι χείλη,
βεβριθὼς στεφάνοισιν ἑὴν ἐς μητέρ' ἀπῆλθεν:
ὄλβιος ὅστις παισὶ φιλήματα κεῖνα διαιτᾷ. id eſt,

Niſſi Megarenſes, remis præſtantes
28 *Fœlices habitetis, quoniam præ alijs hoſpitibus,*
Atticum Dioclea, puerorum amatorem honore affeciſtis:
Semper primo uere ad eius tumulum congregati,
Pueri certant oſculi uictoriam reportare
Quique labris dulcius applicauerit,
Is coronis honoratus ad ſuam matrem reuertitur.
Beatus ille quiſque inter pueros de oſculis iudicat.

a ca. fin. 11. q. 3.
b Arnol. Ferro. in conſuet. Burdega. in ut. 4 de dote, §. 2.
c Conſtan. l. 3. de ſponſa. in C. Theodo. l. ſi ab ſponſo, de donat. ante nupt. in C. Iuſtinia.
d Plutar. in uita Romuli.
e Plinius, lib. 14. c. 13.
f Gell. lib. 10. cap. 23.
g Flau. Blond. li. 9. triumpha. Romæ.
h Polyb. in 6.
i Io. Riparius, in rubric. de iudic. col. 3.
k c. plerũque, de donat. inter uir. & uxor. ap. Greg.
l Theocrit. Eidyllio, 28.
m can. monachi, de conſec. diſt. 4.
n Theocri. Eidyllio, 12.

De ſolutione ſponſaliorum. Cap. IX.

1 *Sponſalia impunè facilè diſſolui nequeunt.*
2 *Sponſalia ſoluuntur morte.*
3 *Mutuo diſſenſu.*
4 *Alterius concubitu.*
6 *Superueniente lepra, uel inſigni morbo.*
6 *Non impletis conditionibus.*
7 *Nouæ religionis ſuſceptione.*
8 *Sponſa facta aliunde prægnante, & ſi ea adulterata fuerit.*
9 *Inopia ſponſalia non diſſoluit.*
10 *Sponſalibus diſſolutis quomodo repetantur data.*
11 *Sponſalia diſſolubilia ſunt tantum quæ futuram, non quæ præſentem habent promiſſionem.*
12 *Uxores deſponſandi & ducendi apud Iudæos formula.*

1 Diſſolutio ſponſalium facilis nō eſt,
etſi uideatur. ideò & cautum, ut pa
rentes, qui irrita fecerint ſponſa-
lia filiorum, à communione trien-
nio ſeparentur, [o] & ſimiliter filij, ſi ſint in cul-
pa, ſi tamen filij, ſecundum promiſſionem fa-
ctam contraxerint, excuſantur utique ſcilicet,
quoad pœnam eccleſiæ, ſed nō quoad reatum,
2 ex quo in contrarium iuſſi ſunt. Sponſalia ta-
men, futurarum nuptiarum inquam pactio-
nes, aliquando diſſolui contingit pluribus de
cauſis. Quarum frequentiores tantum annota-
bo reliquas namque uidere licet apud Ange-
lum de Clauaſio [p]. Prima ad mortem pertinet,
quæ ut omnium periodus, finis, & ſolutio eſt, [q]
3 ſic & ſponſalia ſoluit. [r] Alia ex mutuo diſſenſu,
ſeu conſenſu in diſſoluendo conſiſtit, [s] etſi gloſ
ſa [t] quædam aliud ſentiat, quam tamen reij-
4 ciunt Ioānes Andreas, & Panormitanus. [u] Ter
tiò, ſi qui primam deſponſauit pollicitatione
futurarum nuptiarum, cum altera ſe commiſ-
5 cuerit. [x] Quartò, ſi poſt ſponſalia huiuſmodi,
alter ſponſatorum deciderit uel in lepram, [y]
uel in corporis inſignem quandam deformita
6 tem, [z] putà membro aliquo inciſo. Quintò, ſi
non ſatisfiat conditionibus & pactionibus ſpon
7 ſaliorum. [a] Sextò, ſi alter ex ſponſis, poſt ſpon-
ſalia alterius & diuerſæ, quàm tunc eſſet, fiat
cultor religionis: [b] ueluti ſi fiat hæreticus, ut
8 notat Harmenopulus. [c] Septimò, ſi ex alieno ſe
mine fuerit deprehenſa ſponſa uterum geſta-
re. [d] Sic inter leges Langobardorum, Rhota-
rius eorum rex ſtatuit, [e] ut ſi fuerit ſponſa adul
terata, & non potuerit purgari hoc crimine illa
to, à duodecim proximis, diſſoluantur ſponſa-
lia, & illa puniatur pœna adulterij: itē ſi lepro-
9 ſa, uel dæmoniaca, aut ambobus oculis capta
fuerit, tunc quoque ſponſus recipiat res quas
dedit, & non cogatur illam tollere. Porrò in-
opia ſufficiens impunè uiſa non eſt ſponſa-
lia ſoluere: ſicuti ab Ephoris pecunia mul-
tati ſunt [f] parentes eius, cui deſponſata fue-
rat filia Lyſandri: quòd ſponſalibus renun-
ciaſſent, cognita poſt mortem Lyſandri eius

o can. ſi qui parentes, 31. q. 3. argu. can. ſicut, de pœniten. diſtin. 1.
p Ang. de Clauaſio, in ſumma.
q § deinde, de nupt. in nouel.
r l. ſi. C. de ſponſal.
s c. 2. de ſponſal. ap. Greg.
t glo. in d. c. 2.
u Ioan. And. & Panor. in ca. 2. de ſponſal.
x c. ſicut ex literis, de ſponſal. c. ſi inter uirū, & c. 1. de ſpon. duor.
y c. literas, de coniug. lepros.
z c. quēadmodū, de iureiur.
a c. de illis. de cond. appoſ.
b l. Deo nobis, de epiſ. & cler.
c Harmenop. lib 4 tit. 1. facit l ſi legibus. de epiſc. audien.
d l ſi conſtante, ſol. matr. P. Harmenop. li. 4 tit. 1.
e l. 2. & 3. de ſponſal. libr. 2. legum Langobard.
f Plutar. in Lyſandro.

30 inopia. Solutis ſponſalibus, ſi is qui aliquid dedit eo nomine, ut in uxorem haberet præbuerit cauſam ſolutioni, non reuocat data: contrà, ſi non dederit, nam reuocat.[a] Quin & ea quæ parentibus filiæ munera data ſunt, ea intentione ut donans haberet in uxorem, ſi id non
31 conſequatur, reuocantur.[b] Notandum tamen nos de ſponſalibus agere, quæ præſentem non habent promiſſionem, quibus ſcilicet nec benedictio adeſt, nec quis accipit in ſuam uxorem, ſed ſe accepturum pollicetur: alioquin præſeos promiſſio illa eſſet ad matrimonij inſtar indiſſolubilis.[c] Sic enim & ſtatuit Alexius Comnenus Imperator[d] ad ſuggeſtionem Curopalatæ, & magni Drungarij Viglæ D. Ioannis Thracenſis, anno à creatione 6690. menſe Martio indictione 15. qua declaratum, ſponſalia, quæ ſacra benedictione munita ſunt, diſ-
32 ſolui non poſſe. Et Rabini quoque de iure ſuo teſtantur in מצות עשה mitzvot aſſe, in præceptis affirmatiuis,[e] his uerbis in Latium conuerſis, initianda uxor ducenda, pecunia, uel ſcripto, uel concubitu, idque faciendum coram teſtibus, Subarrhatio fieri poteſt dimidio ſiclo ſcriptum, quod conſenſum explicet, tale eſſe poteſt; filia tua uxor mea eſt. Quod concubitus matrimonium faciat, lex ipſa docet. Quando igitur, uno horum trium eam ſanctificauit, uxor illius cenſetur, & eſt prohibita toti mundo, hæc illi.

a l. cum neceſſ. l. 15. de dona. ante nupt.
b l. 2. C. de dona. ante nupt.
c c. fi. de ſponſal. duo.
d in iure orientali & conſtit. Imperato. Alexij Comneni, tit. de ſponſal. cap. 2.
e precept. 48.

Syntagmatis Iuris vniuerſi Libri Octaui finis.

DE MATRIMONIIS ET NVPTIIS,

Liber Nonus.

De nomine nuptiarum, & ſynonimis matrimonij. Caput I.

1 *Synonima uerbi matrimonium.*
2 *Matrimonij etymon, quare potius à matre, quàm à patre.*
3 *Connubium & contubernium quid, & quare iuſtæ nuptiæ inter ſeruos non erant olim, hodie ſũt.*
4 *Nuptiarum etymon, maritus, marita quid.*
5 *Velatæ uirgines nubentes, & quare nubentes uelarentur.*
6 *Velum nuptiarum flammea erat, & quid eſſent.*
7 *Velum duplex, uirginum, ueſtalium.*

1 SYnonima ſunt matrimonium, coniugium, cõnubium, nuptiæ, cõſortium, & pro eadẽ re promiſcuẽ uſurpata ab Vlpiano,[a] & alijs Iuriſconſultis. Matri-
2 monum, quaſi matris munus, à matre potius quàm à patre dictum, ob onus quod ſubit mater in utero gerẽdo, dolores
3 in edendo, labores in nutriendo.[b] Cõnubium, ducendæ uxoris iure facultas, nullum cum ſeruis, ut ait Vlpianus:[c] Contubernium tamen cũ illis. Ita contubernij nomen non propriè ad liberatum perſonarum nuptias iure gentilium pertinet, ſed ad ſeruas, dum cum ancillis & ſeruis coniunctio fit, ut ait Conſtantinus Cæſar:[d] aliquando tamen & de liberis contubernium dicitur,[e] ideò nec ſerui ob uiolatum contubernium accuſantur adulterij illo iure.[f] Eſt namque contubernium generale nomen, nullius ſpecialis uinculi, quàm ſocietatis, referens modum *συνεστίου, συνοίκησιν*, conuictus, ut apud Vegetium,[g] Cõtubernium eſt tabernaculum ſeu tentorium decem militum, qui & contubernales, ut & apud Iulium Cæſarem.[h] Et Columella[i] ſuadet dominis dare ſeruo uillico contubernalem mulierem, quæ eum contineat, hoc eſt, uxorem, quæ tamen cum illis uerè non dicitur, eo quòd iuſtæ nuptiæ ex legum & iuris ciuilis pendent decretis,[k] quorum ſeruus incapax eſt, quive pro nullo in ijs, quæ ciuilis iuris ſunt, habetur.[l] Verum hodie inter Christianos, & ſeruorum nuptiæ ſunt, & legitima coniugia, eaq; benedicuntur: quia & ſerui Chriſtiani aliorum ſacramentorum participes ſunt, ut Comnenus Alexius ſtatuit.[m] Nec ſeruus uel liber apud Deum:[n] & iura pontificia coniugia horum pro-
4 bant.[o] Nuptiæ à nubendo ſeu uelando dictæ ſunt.[p] Nubo enim uelo ſignat, & tego. Quamobrem propriè nubere dicũtur mulieres, ducere autem uxorem uiri, etſi prior appellatio utrique coniugum detur: ut etiam maritum & ma-
5 ritam aliquando dicimus. Moris erat, ut ait D. Ambroſius,[q] antiquis, ut uirgines teſtandæ pudoris cauſa, qui uiri coniunctionẽ præcedere debet, caput obnuberent & uelarent. Sic & Rebecca deſponſata Iſaaco abſenti, cum eum primũ uidit, & cognouit eum eſſe, cui uxor duceretur, caput ſuum obnubere cœpit.[r] Iſidorus[s] autem ideò uelari nubentes tradit in ſymbolum, ut nouerint uiris ſe eſſe ſubditas. Siquidem eligunt tunc pro capite maritum, cui ſe ſubmittunt: ita caput uxoris uir, caput autem uiri Chriſtus.[t] Fiebat autem uelatio ante nuptias in ſponſalibus, quod uel ex Pelagij papæ ſãctione liquet, dum ait, cum alio uelatam non nuptam, nubentem iterum: primo mortuo non induce re bigamiam,[u] priori hæc ſecunda accedit: quam firmat Varro,[x] *Neptunus*, inquit, *quòd mare terras obnubit, ut nubes cœlum à nuptu, hoc eſt, apertione, ut antiqui, à quo nuptiæ nuptuſque dictus.* Pertinet huc illud Lucani,[y] dum agit de nuptijs Martiæ ſecundò cum Catone nubentis,

Lutea demiſſos uelarunt flammea uultus.

6 Flammeum namque, dum nubebant, accipiebant, quod perpetuò uxor Flaminis ferebat, inauguratione fœlici, ut nuptiæ, quemadmodum flaminis, eſſent indiſſolubiles. Sic & Plinius[z] etiam notat, *Lutei*, inquit, *ſcilicet coloris honorem antiquiſſimum in nuptialibus flammeis totum fœminis conceſſum.* Meminit Valerius Maximus[a] C. Sulpitium Gallum, uxorem dimiſiſſe, quòd eam capite aperto foris uerſatam cognouerat, ut inde pudicas matronas capite fuiſſe uelatas colligere poſſimus, ut pote præfiniente lege uxoribus, oculos tantum maritales, quibus & formam ſuam approbarent, & placere deſiderarent: & ulterior cõſpectus illarum ſuperuacua irritatione acceſſitus, in ſuſpicione & crimine hæreat neceſſe uiſum eſt. Feſtus ricam ſcribit, dici ueſtimentum quadratum fimbriatum purpureum, quo flaminicæ pro palliolo utebãtur. Nonius Marcellus libello de generibus ueſtimentorum flãmeum in maſculi dixit genere, dum de eo & Recinio in hæc uerba meminit, *Flammeus, ueſtis, uel tegmen, quo capita matronæ tegunt. Plautus aulula, flãmearij, uiolarij, carinarij. Ricinium, quod nunc Maſurtium dicitur, palliolũ fœmineum. Varro* ταφῇ μενίππου *Nihilo magis dicere muliebre, quàm de muliebri ricinio palliolum ſimplex. Idem de uita populi Romani lib. 1. Et quo mulieres in aduerſis rebus ac luctibus cum omnem ueſtitum delicatiorem ac luxurioſum poſtea inſtitutum ponunt, ricinia ſumunt.* Velantur & uirgines
7 Veſtales, tanquam Deo deſponſatæ. Eſtque uelum apud ſummos pontifices, mulierum obſequio diuino mancipatarum, conuerſionis,[b] & uelum ſactum.

a Vlpia. l. in eo iure, l. 45. de ritu nupt.
b ca. ex litens, de conuerſ. coniugat.
c Vlp. in tit. 5. & l. 3 de inceſt. nup. li. 5. C. tit. 5. § ſi uero ab inuitio, de nupt. im nouell.
e Iul. Pau. li. 2. recep. ſent. tit. 20
f Diocletia. & Maxi. l. ſerus, l. 29. ad l. Iul. de adul. li. 9. C. titul 9.
g Veget. 1. de re milit.
h Cæſar. 5. cõmentar.
i Columell. 1. de re ruſt.
k § 3. de nupt. ap. Iuſtin.
l l. quod attinet, l. 32 de regu. iur. P.
m in iure orië tali cõſtitutio. Comneni titu. περὶ ...
n ad Coloſſ 1.
o de coniu. ſer uor. li. 4. Decre. Greg. tit. 9 can. omnibus & ca. dictum eſt nobis, 29 q 2 & in concil. Matiſcõ c. 20 ca conſtit Babylon. c. 30.
p ca. nec illud, 30. q 5.
q Ambroſ. lib. de patriarch.
r Geneſ. 24.
s Iſido li. 2. de offic cap. 19. ca. 13 ca. fœminæ, 30 q. 5.
t 1. Corint. 11. ca. cum caput, & ca. eſt ordo, 33. q 5.
u ca. Valẽtino, 34 diſt. c. debitum, de bigam.
x Varro, 4. de ling. Lat.
y Lucan. in 2
z Plin. libr. 21 cap. 8.
a Val. Max. li. 6. c. 3.
b ex conci. Arelaten. ine facrum, c. 4. de regularib li. 3 Decret. tit. 31 can. uiduam, ca. omnes. 27 q. 1. ca. ſanctimoniales, & ca. uirgines, 20. q 1.

Nuptiarum finitio, & de uetita polygamia, & uago concubitu. Cap. II.

1 *Nuptiæ quid.*
2 *Marium coniunctio aliena à nuptijs. quæ uiri & fœminæ ſunt, & de abominãda marium mixtione.*
3 *Perſæ, Romani, impia uirili commixtione notati.*
4 *Nero Cæſar Sporum libertum, & Pythagoram*

exſectum in uxorem duxit.

5 *Auitus Cæſar Hieroclem aurigam pro marito accepit.*

6 *De abominatione & uindicta huius mixtionis uirilis.*

7 *Gallus Gallum iniens uiuus comburebatur.*

8 *Muliebria paſſi à cœtu hominum, ut infames erant, & à poſtulando.*

9 *Stuprum uirile turpius adulterio, & ſtupri acceptiones.*

10 *Matrimonium maris & fœminæ coniunctio, non marium & fœminæ, uel maris & fœminarum quare dicatur: & quod digamia & polygamia in uno matrimonio non ſit.*

11 *Digamia ſeuerius uindicata in Lamecho, quàm parricidium Caini.*

12 *Duas habere uxores, uel ſponſam cum uxore, uel duos uiros, prohibitum iure ciuile, & quomodo punitum, nume. 15.*

13 *Matrimonium quare dicatur coniunctio maris & fœminæ in hominibus, quæ communis ſit brutis alioquin.*

14 *Animalia bruta, quæ non niſi cum compare fœmina ſola miſcentur.*

15 *Gothis prohibuit digamiam rex Athalaricus, Moſcouitis Ioannes Metropolita.*

16 *Guntrandus excommunicatus duas uxores habẽs.*

17 *Garamantes uago concubitu uſi.*

18 *Augilæ uxores prima nocte nuptiarum, omnium concubitibus expoſitæ.*

19 *Concubitus promiſcuus Troglodytis. Britannis, Tyrrhenis, Ichthiophagis.*

20 *Polygamia obtinuit apud Athenienſes, Pathos, Thraces, Aegyptios, Perſas.*

21 *Vxores plures ducere uoluit aliquando lege facta permittere Iulius Cæſar, liberorum quærendorum cauſa.*

22 *Ethnici plures uxores habuerunt.*

Crates & Plato communes nuptias eſſe debere uoluerunt.

Agareni tot ducunt, quod nutrire poſſunt, ibid.

Lituanæ uxores plures habent concubinos.

Nicolaitis uxores communes, & Gnoſticis & Epiphaniſtis.

23 *In Arabia una ſolum erat uxor conſanguineis.*

Britannis quinque denis duodeniſve.

24 *Scotis uxores pro opibus ex lege ducere nobilibus licebat: plebeis, communes.*

25 *Defloratio uirginis nuptæ, prima nocte debebatur regi, Scotorum lege, Sublata illa lex à Malcolmo, & aureus nummus ſubrogatus pudicitiæ redemptæ.*

26 *Anabaptiſtis uxores communes.*

27 *Phœnices, filias ante legitimas nuptias proſtituebant, quod ſublatum à Conſtantino Magno.*

28 *Nupta lege Amorrhæorum præſidebat per ſeptẽ dies in porta in fornicatione.*

29 *Valentiniani Cæſaris lex, licere duas uxores accipere.*

39 *Cabades regno à Perſis priuatus, quòd legem ſanxiſſet, ut uxores eſſent communes.*

31 *Viles coniuges aeuè plures ſunt apud Numidas & Mauros.*

1 Nuptiæ ſeu matrimonium eſt, maris & fœminæ coniunctio, indiuiduã uitæ conſuetudinem continens;[a] diuini & humani iuris communicatio dicitur in primis, maris & fœminæ cõiunctio, quod Vlpianus[b] & Iuſtinianus[c] probant, & Cicero.[d] Sic & Propertius lib. 2.

Exemplo iuncta tibi ſiat in amore columbæ.

Maſculus & totum fœmina coniugium.

a l. 1. de rit. nupt. l. 1. §. 1. de pat. pot. ap. Iuſtin. ca. 1. 27. q. 2.
b Vlp. l. 1. §. fi. de iuſt. & iur. lib. 1. P. tit. 1.
c Iuſtin. §. 1. de iur. natur.
d Cic. 1. offic.

2 Ex quibus primum colligitur, alienam à legiti
ma coniunctione eſſe commixtionem marium
inter ſe, impiam & aduerſam iuri naturæ, diui-
no, & humano. Inſanda quippe habita eſt illa
luxuria & libido, quæ immutat naturalẽ coeun
di uſum, dum fœminæ immutant naturalem
uſum, & maſculi in maſculos deteſtabilẽ ſpur-
3 citiem & turpitudinem operãtur, quale ſcelus
apud Perſas uiguit olim authore Agathio,[e] &
apud Romanos teſte D. Paulo,[f] de quo & La-
4 ctantius Firmianus.[g] Refertque Xiphilinus ex
Dione,[h] eo turpitudinis & impietatis prolap-
ſum Neronem ad prodigium uſque abominan
dum inſigniter principem, ut Sporum liber-
tum ſuum prius exſectũ, pro uxore duxerit, pa-
ctis initis matrimonialibus. Idque ruſum cum
5 alio Pythagora quodam feciſſe. Meminit &
idem author,[i] Auitum alium ſceleſtiſſimum
Cæſarem, qui dictus pſeudo Antoninus, & Sar
danapalus, Hieroclem quendam aurigam in
maritum accepiſſe, ipſo ſe pro uxore gerante.
6 Ideò leges, uiolatæ hoc modo naturæ morte ul
ciſcuntur execrandum ſcelus, diuinæ[k] & hu-
manæ,[l] non ſolum in agentes, ſed & in conſen
tienses agentibus.[m] Eſt enim hoc ſcelus ex pro
feſſo, quòd humanæ naturæ uim inferat, & in-
teritum humano generi procuret, præter alia,
quæ una concurrunt uitia, in ſterili ſolo ſemi-
ne effuſo, quod in Ona filio Iudæ ſeuere uindi-
7 cauit Deus.[n] Viſumque etiam hoc ipſum in
brutis prodigioſum: Nam & erat lex Plutarcho
teſte,[o] ſi gallus gallum ineat, quamuis gallina
abſit, uiuus comburatur, uatis cuiuſdam aduſ-
picisve iuſſu facinus perpetratum magnum
& atrox eſſe denunciantis. Vnde meritò mulie-
bria paſſum prætor à poſtulando remouet.[p]
8 Et ratus Iuriſconſultus metum, ne patiatur
quis hoc ſcelus, grauiorem eſſe timore mor-
tis.[q] Fuitque hæc nota turpiſſima, quã Iulius
Cæſar, alioquin uir magnæ uirtutis, ex familia
ritate Nicomedis contraxit, ut vulgi fieret ideò
fabula, ut narrat Suetonius.[r] Atque pontificia
9 lege à cœtu hominum tales arcentur.[s] Tur-
piuſq; adulterio uiſum eſt ſtuprum[t] uirile, uo-
cans enim hanc in maſculos turpitudinem le-
10 ges ſtuprum, non matrimonium.[u] Quamuis
& ſtuprum ad alias illicitas referatur coniun-
ctiones.[x] Et quia, ut ait Ouidius.[y]

Non bene cum ſocijs regna, Venuſque manent.

Atque poſt illum apud Senecam Tragœdum[z] Ægiſtus,

Nec regna ſocium ferre, nec tedæ ſciunt.

Adiecimus in finitione, & uerba illa maris &
fœminæ, ſingulari numero concepta, Neque e-
nim dicimus maris & fœminarum, uel mariũ
& fœminæ, uel marium & fœminarum: Siqui-
dem una uni coniungi debet, ſi matrimonium
uel nuptiæ ſint. Et unuſquiſque ob uitandam
fornicationem uxorem ſuam, & ea uirum unũ
habere debet,[a] ut digamiam, polygamiam, &
uagos concubitus à nuptiarum conuentione
excludamus. Siquidem prima introductio le-
gem accepit in Geneſi mundi,[b] *relinquet homo
patrem ſuum & matrem, & adhærebit uxori ſuæ,
& erunt duo in carne una*: dictum ibi duo, nõ plu
11 res in carne una. Quam legem interuertiſſe sũ
mopere Deo diſplicuit, ſeueriuſque ultus eſt,
quàm parricidium: ſiquidem de Lamecho, qui
primus bigamiam inuexit, dictum eſt, eius ſce-
leris uindictam per ſeptuaginta ſeptem gene-
rationes fore exigendam: at de Caini erga A-
belem fratrem parricidio, ſepties tantum fuit
12 poſtulata ultio.[c] Iure ciuili duas uxores uel

e Agathius, li. 2. belli Gothorum.
f ad Rom. c. 1.
g Lactan. li. 6. c. 21.
h Xiphilinus, in Nerone.
i Xiphilin. in Auito.
k Leuit. 18. Exod. 20. Geneſ. 19. ad Rom. 1. Lactan. lib. 6. c. 23.
l l. cum uir. ad l. Iul. de adult. Ut ut non luxu rien. con. natu. in Nouell.
m ad Roma. c. 1. l. qui domũ ſuam, ad l. Iul. de adult. in P.
n Geneſ. 38.
o Plut. libell. num bruta ratio utant.
p l. 1. § remouet. de poſtula. in P.
q l. iſti quidẽ, quod met. cau. in P.
r Sueto. in Iulio Cæſare.
s c. ut clericorum mores, de uit. & hon. cle. c. clerici, de exceſſ. præl. apud Gregor.
t ca. adulterij, & can. flagitia, 32. q. 7. & ca. ut clericorum.
u l ſtuprum §. fin. de adult. in P.
x can. lex illa, 36. q. 1. latè Angel. tract. de maleſic. uerb. che hai adulterato.
y Ouid. 3. de arte aman.
z Sene. Trage. 2. quæ Agamẽnon.
a D. Pau. 1. Corint. 7.
b Geneſ. 2. ca. lex diuina, 27. q. 2. Matt. 19.
c Geneſ. 4. can. non, 24. q. 1.

alteram

alteram ſponſam,& alteram uxorem uel duos
uiros,aut alterum ſponſum, alterum maritum
habere prohibitum, [a] & qui duas habent uel
ducunt uxores,infames fiunt.[b] Verum & ultra
ſtupri pœna plectendos dicemus, [c] uel adulte-
rij: nam adulterium uerè eſt ſecundarum nu-
ptiarum attentatio, cum primæ teneant, nec
aliæ ſequi poſſint uiuente coniuge, [d] & cum
uir adhærere debeat primæ. [e] Sicve in uniuerſa
li ſexto concilio, uetitum ſponſam, uidelicet
uxorem, dum adhuc ſponſus in uiuis eſt, cum
alijs in matrimonij conſuetudinem coire adul
terium, tam manifeſtè ſtatuens Carolus ma-
gnus etiam imperator, eum eamve qui quæve
ſe flagitio aliarum nuptiarum uiuente altero
coniuge coniunxerit adulterij capitali pœna
ſubijcit,utpote grauioris & turpioris criminis,
13 quàm adulterij reos. [f] Hac nota monogamiæ,
coniunctio quæ naturalis eſt maris & fœminę,
communis brutis & hominibus,propriam ceci
pit,cum de hominibus agimus,matrimonij ap
pellationem. *Nam nos*, inquit Vlpianus [g] *eam*
matrimonium appellamus. Ideò concubitus com
14 munes brutis relinquuntur indifferentes. Et ſi
quædam adulteria non admittant, neque alijs
quàm cum compari & ſocia fœmina una con-
ueniāt, ut elephantes,[h] aſpides,[i] delphini,[k] tur
15 tures,æthnei piſces.[l] Prohibuit & Athalaricus
Gotthorum & Romanorum rex edicto, [m] ne
uno tempore duabus uxoribus quiſquam con-
iungeretur, alioquin rerum ſuarum amiſſione
plectendum. Cato [n] etiam uillicum inſtruens,
uxore ea contentus eſto, quàm dominus dede-
rit,ea te metuat,&c. Apud Moſcouitas ſeu Ru-
thenos extat canō Ioannis Metropolitæ, quem
ut prophetam honorant,ſi maritus relicta prio
re uxore alteram duxerit,uel uxori alteri nupſe
rit, ad communionem, niſi ad matrimonium
redierit, non admittatur. [o] Sanctus Germanus
16 excommunicauit Gunthrandum regem Aure-
liorum filium Clotarij regis Francorum, quòd
duas uxores, ſororeſque duxiſſet Marcoueſam
& inductam Meroſledem, quæ, cum eam rex
nollet dimittere, paſſa iudicium Dei, interijt, ut
17 ſcribit Gregorius [p] Turonenſis epiſcopus. Fe-
ris brutis illi uerè homines turpiores uidentur
& inſipientiores, quibus nulla certa uxor, ſed
Venus uaga, ex grege barbarorum, qui nulla
politia inſtructi, mancipia omnium uitiorum
facti ſunt, quales referunt fuiſſe Garamantes,
populum Africæ minoris in Cyrenaica regio-
18 ne, ut ait Pompo. Mela, & Plinius.[q] Quibus ni-
cini, eodem teſte Mela, [r] Augilæ aliquantum,
ſed non omnino conſentiunt, proprium fœmi
nis nubentibus concedentes nocte qua nubūt,
omnium ſtupro patere, qui cum munere adue-
nerint. Et tum cum plurimis concubuiſſe ma-
ximum decus, in reliquum autem tempus pudi
19 citia exiſtente inſigni. Promiſcuos concubitus
& habebant Æthiopes,[s] Trogloditæ,[t] Britāni [u]
olim, Ichthiophagi, [x] & ferè reliqui Barbari. Et
lege Thyrrhenorum [y] mulieres communes
20 fuerunt: & alij, qui polygamiam probant, ut
Athenienſes aliquādo,[z] Parthi, Thraces, Ægy
ptij,[a] Perſæ, quorum morem improbat & refel-
lit Cicero.[b] Helius Cinna tribunus plebis ple-
riſque confeſſus eſt, habuiſſe ſe ſcriptam para-
tamque legem, qua Iulius Cæſar ferre iuſſiſſet,
cum ipſe abeſſet, uti uxores liberorum quæren
dorum cauſa, quas & quot ducere uellent, lice
21 ret, teſte Suetonio.[c] Et id commune fuiſſe, plu
res uxores unquam habere, Ethnicis, innuit In-
22 nocentius. [d] Erat & Cratis philoſophi nomine
tenus, nuptias communes eſſe debere dogma,
ut ait Tatianus. [e] Sanciuit idē ridiculè Plato.[f]
Agareni, tot uxores ducunt, quod nutrire poſ-
ſunt. Apud Lituanos Moſauiæ gentē, quæ ho-
die iuris eſt Boemici, patrio more nobiles mu-
lieres unum pluresve pro uiri facultate, concu
binos nutrire cōſueuerant, qui negligente ma-
rito onera matrimonij ſubirent, teſte Ænea Syl
uio.[g] Habebant & Nicolaitæ hæretici uxores
cōmunes, quamuis ſinguli ſingulas ducerent.[h]
Item & Gnoſtici,[i] & Epiphanis ſecta.[k] Et pari-
23 ter in Arabia Fœlici conſuetudo erat, ut una
omnibus conſanguineis uxor eſſet, teſte Stra-
bone.[l] In Britannia, quæ nunc Anglia, olim ea
conſuetudine deni duodenive quinque habe-
24 bant, authore Iulio Cæſare, [m] uxores commu-
nes. Scribit Polydorus Virgilius,[n] fuiſſe iam in
de à principio apud Scotos inſtitutū ſeu legem,
ut liceret cuique pro opibus ducere uxores, &
nobilibus plebeiorum uxores habere commu-
25 nes: ac Domino loci uirginē nuptā uitiare, ante
quam uir cum ea cubuiſſet: illa duo ſuperiora
religionem Chriſtianā ſtatim ſuſtuliſſe, ubi eā
Scoti ſunt complexi, iſtud poſterius longo poſt
tempore Malcolmum regem ſanctiſſimæ Mar
garitæ uxoris hortatu ſuſtuliſſe, ut inſtitutum
poſt homines natos turpiſſimū, eumque ſanxiſ
ſe anno ſalutis humanæ 1090. ut uirgo nupta
nummum aureū, pudicitiæ redimendæ cauſa,
26 Domino loci pēderet, idq; etiam nunc ſeruari.
Inuexerāt cū cæteris ſuis erroribus pari modo
Anabaptiſtæ polygamiā, permittentes quoq; pro
miſcuam libidinem, ut ſcribit Lambertus Hor
27 tenſius Manforcius.[o] Apud Phœnices ante Cō
ſtantinū Magnū, qui Libanū montē ad Helio-
polim incolebāt, uirgines ſuas ante legitimas
nuptias ex lege proſtituere receptū erat, quod
28 deſijt Conſtantini temporibus, teſte Nicepho-
ro. [p] Erat & lex Amorrhæorū præſidere nuptā
in fornicatione per ſeptem dies iuxta portā. [q]
29 Scribunt Nicephorus [r] & Socrates [s] eccleſiaſti
ci, & poſt illos Ioannes Cuſpinianus,[t] Valen
tinianum primū, cum deſtinaſſet ſuperinduce-
re uxori Seueræ, aliam uxorem Iuſtinā Iuſtini
filiā, legē publicè promulgaſſe, ut cuicunq; li-
bitū eſſet duas legitimas uxores habere, liceret:
30 tamē illa lex ſeruata non fuit. Non ſecus quàm
nec ea, qua Cabades rex Perſarū, filius Peroſæ,
tēpore Anaſtaſij Cæſaris ſtatuerat, ut cōmunes
uxores eſſent, quinimò & ob illā Perſę illi Impe
riū abrogarūt, & in uincula cōiecerūt, & Blaſū
31 alterū Peroſę filiū elegerunt in regē. [u] Criſpus
Salluſtius, coniugij neceſſitudinē apud Numi-
das & Mauros leuē dicit eſſe, quia ſinguli pro
opibus, quiſque quàm plurimas uxores, denas
alij, alij plures habent, ſed reges eo amplius. Et
ita animus multitudine diſtrahitur, nullam
pro ſocia obtinente, pariter omnes uiles ſunt.[x]

De coniunctione & conſenſu, quæ in nuptijs requiruntur. Cap. III.

1 *In nuptijs coniunctio corporum & animorum eſt.*
2 *Amoris coniugalis exempla. Tananſius rex Gothorum.*
3 *Matrimonium duas habet præcipuas partes ſubſtantiales, conſenſum, qui præponderat concubitui.*
4 *Matrimonium cum continentia etiam uerum, in beatiſſima uirgine Maria, & Ioſepho.*
5 *Ammon cum uxore continenter, & ſine mixtione uixit.*

6 *Proles & coniunctio, conſummatio & probatio matrimonij initi.*

7 *Conſenſus nuptijs ineundis tantum ſponſi & ſponſa neceſſarius, ut matrimonium perficiatur.*

8 *Quare indiſſolubile & perfectum matrimonium inter Chriſtianos ſine conſenſu parentum, & non inter Ethnicos.*

9 *Nuptiæ quare exigant conſenſum parentum, in quorum ſunt poteſtate coniungendi.*

Officium paternum dotare filias, & quærere filijs conditionem.

10 *Conſenſus parentum in nuptijs filiorum filiarumve familias, iure ciuili Romanorum neceſſariò exigitur.*

11 *Pœna edicti regij & raptus in eos, qui pelliciunt & perſuadent matrimonium filiabus ſine uoluntate patris.*

Lege 12. tab. non traducenda ſuaſione ingenua uirgo.

12 *Conſenſus parentum etiam in nuptijs repetendis exigitur.*

13 *Proximorum non exigitur in nuptijs neceſſariò conſenſus.*

14 *Matris conſenſus quando in nuptijs filiarum exigitur, in minore orbata patre.*

15 *Filia familias poſt 25. annum, impunè ſine conſenſu patris nubit, & Burdigalæ poſt 20.*

16 *Furioſi & abſentis patris non obeſt omiſſus conſenſus.*

17 *Filij emancipati ſine conſenſu patris impunè ducunt uxores.*

18 *Vxorem meretricem ducere inter opera charitatis eſt.*

19 *Nuptijs uidetur emancipari filius a patre, ex lege Numæ Pompilij.*

20 *Apud alias gentes in filiorum filiarumve nuptijs parentum conſenſum natura dictante ſtatutum.*

21 *Apud Græcos conſenſum patris in nuptijs filiarum exigi.*

22 *Iure orientali ſeparatæ nuptiæ minoris 25. annis filiæ ſine conſenſu patris.*

23 *Filia, quæ ſine patris, uel fratrum uel proximorum conſenſus nubit, iure Longobardorum priuatur ſucceſſione.*

24 *Edictum Henrici II. de nubentibus ſine conſenſu parentum, & de pœnis.*

25 *Balduinus Ferreus abducens uxorem Iudithamfiliam Caroli Calui regis communione fidelium concilio Epiſcoporum priuatus eſt.*

26 *Raptoris inſtar eſt, qui coniungit ſibi uolentem quamuis ſine conſenſu parentum, & pœna raptoris afficiendus.*

27 *Amare perſuadens tenetur interdicto de ſeruo corrupto.*

28 *Matrimonia conſenſu patris non fiunt inuita filia.*

29 *Superbarum filiarum matrimonia à parentibus procurata detrectantium pulcherrima caſtigatio.*

30 *Samnitum nuptiarum deligendarum inſtitutum publicum.*

1 DIcitur deinceps in finitione, nuptias habere coniunctionem, quæ eſt unio corporis, & animorum ſeu uoluntatum, erunt quippe duo in carne una.[a] Et rurſum ad mulierem dictum, Et eris ſubdita, & appetitus ſubditus uiro.[b] Et iterum, Mulier non habet poteſtatem corporis ſui, ſed uir, ſimiliter uir poteſtatem ſui corporis non habet, ſed uxor.[c] Neque amore iſto &
3 concordia hac maritali præſtantior uel firmior eſſe poteſt, uel debet, ut olim ea Tanauſius rex Gotthorum cum exercitu ſuo, ab Aſiæ amœniſſimis ſubactis ditionibus reuocatus fuerit ad ſua.[d] Extant amoris coniugalis celeberrima
3 exempla apud Valerium Maximum.[e] Itaque in matrimonio contrahendo conſenſus præcipuas obtinet partes & ſubſtantiales, ſecundas concubitus: dictumque ideò, nuptias facere cõſenſum, non concubitum,[f] & nuptias ſolo conſenſu perfici,[g] & inter inuitos aut diſſentientes non contrahi,[h] liberaque eſſe debere matrimonia.[i] Sic enim maiores noſtri rati ſunt, uerum & honeſtum amorem coniugum, animis ſolis conſtare, teſte Vlpiano,[k] nec coitum, ſed affectionem maritalem matrimonium facere.[l] Quo fit, ut conſenſus & præſentis temporis in electione coniugij, illud firmum & indiſſolubile faciat, etſi alter illorum poſt illud alteri ſe coniunxerit corpore.[m] Et uerè tranſacta matrimonia dicuntur etiam illa, quibus nulla cor
4 poralis copula acceſſit.[n] Veluti illud, quod inter beatiſſimam Dei genitricem Mariam, quæ uirum nunquam cognouit,[o] & beatum Ioſephum eius ſponſum interuenit. De cuius deſponſatione loquens D. Auguſtinus,[p] *hoc exemplo*, inquit, *magnificè fidelibus inſinuatur cõiugibus. ſeruata etiam pari conſenſu continentia, poſſe permanere, uocarique coniugium non permixto corpo-*
5 *ris nexu, ſed cuſtodito mentis affectu.* Refert eius matrimonij continentiam in Ammone, & uxo
6 re eius Nicephorus Caliſtus.[q] Proles namque bonum quidem eſt matrimonij, & coniunctio corporum licitè accedit poſt initum matrimonium: cæterum ea non ſunt matrimonium, ſed appendices & conſummatio matrimonij.[r] Arguitur eo coniunctio corporum, matrimonij uinculum præceſſiſſe, cõſuetudoque, quã quis cum libera muliere, quæ quæſtum nõ facit corporis, habet, probationem facit certiſſimã ma-
7 trimonij.[s] Cæterum hic obſeruandum eſt, conſenſum, qui in nuptijs neceſſario exigitur ad eas perficiendas ſponſi & ſponſæ tantum eſſe,[t] quod pertinet ad ſacramenti & matrimonij ueritatem: uſque adeo, ut parentibus diſſentientibus factum matrimonium uerum ſit, & indiſſolubile, expreſsè adhuc concilio Tridentino deciſum,[u] faciunt capita tituli De matrimonio, contracto contra interdictum eccleſiæ, lib. 4. Decretal. tit. 16. & ſi qui contraxerint pœnis iuris ciuilis cuiuſque regionis ſubijciantur, & quamuis prohibeantur huiuſmodi matrimonia temere inita, & citra ritus, quos & ſancta Dei & Catholica eccleſia, & iura ciuilia, & mores boni, & honeſtas ſtatuunt. Honeſtum quippe, quamuis non neceſſarium iure diuino & pon-
8 tificio, parentes conſulere.[x] Nec mirum, quod inter Chriſtianos hoc receptum ſit, etiam contra conſenſum patris matrimonium, hoc uerũ eſſe, ſi ritus illi ſolẽnitatis expreſſi ſint, maximè ſacris aduenientibus precibus; diuerſum autem apud Ethnicos eſſe. Nam iure diuino, quod Deus coniunxit homo non poteſt ſeparare.[y] Neque in his quæ ad ſacramenta pertinent, patria conſideratur poteſtas.[z] Et relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit uxori ſuę.[a] At iure gentili & ciuili, & ſolui poterat matrimonium, unde & factum aduerſus leges irritum pari licentia reddebatur, ut infrà docebimus, Et Iulius Paulus[b] ſic reſpondit, *eorum qui in poteſtate patris ſunt, ſine uoluntate eius matrimonia iure non contrahuntur, ſed contracta non ſoluuntur: contemplatio enim publicæ utilitatis priuatorum cõmodis præfertur*, hæc Paulus. Inficias

tamen

a Geneſ. 2. cano. lex diuinum, 27 q. 2 O Mat. c. 19
b Geneſ. c. 3.
c 1 ad Cor. 7. c. nõ debet, de conſan. & affi.
d In Gotthus, li. 1. de reb. geſt. Gothor. c. 4.

e Val. Max. li. 4. c. 6
f l. nuptias, de reg. iur. li. 50. P. ti. 17 § nuptias itaque, de nup. in auth. coll. 4. § illud, quibus mod. nat. effic. leg. l. ſi C. de repud. li. 5 tit. 17. g c. cum locũ, & c. ſi. de ſpõſ. up Greg. c. ſufficiat, & can. matri. 27 q. 2.
h Celſus, l. ſi patre cogẽte, l. 22. de rit. nupt. lib. 23 P. titu. 2. Martia. l. nuptiam, l. 20 eo ti. Diocl. & Maxi. l. neque ab initio, l. 14 & l. nec filium, 12. de nup. li. 5. C. ti. 4.
i d. l. neque ab initio, l. ſi. de ſponſ. li. 5. C. ti. 1. Alex. Imp. l. 2. de inut. ſtipu. lib. 8. C. titu. 39. Paul. l. Titia, l. 134. de uerb. ob. li. 45 P. titu. 1. 2. gemma, & c. requiſiuit, de ſpõſal.
k Vlpin. l. 3 de dona. int. uir. & uxor. lib. 24. P. tit. 1.
l Vlpia. l. cum hic ſtatus. § ſi diuortiũ, de donat. int. uir. & ux. l. ſi uobemus, de repud. C.
m c. ti. de ſpõſ. & ex conci. Ancyritano, c. 11. Syricius Papa in exẽpla, c. 4. & ad Hymeniũ epiſcopũ Tarraconenſem epiſt. 1 c. 4. de cõiugal. c. deſponſatus, 27. q. 2.
n Iſidorus, lib. 9. c. 7 Aug. de bon. coniug. c. 21. li. de nup. & concupiſcen. 1. coniuges, & c. conũs, 27. q. 2. ea non enim. 32 q. 2 Auguſt. cont. Iulia. li. 5.
o Luc. 1.
p Auguſt. lib. 2. de conſen. Euangel. c. 1.
q li. 8 Hiſt. eccle. Niceph. Cal. c. 41.
r can. in nomine, 27 q. 2 c. debitum, de bigamis.
s l. in libera, de rit. nupt. in P. Gordian. l. ſi uicinis, l. 9. de nupt. C.
t can. ſufficiat, 27. q. 2. gl. in c. ſ. 32. q. 2 gl. in c. 1. de deſpon. imp. & ibi Pan. gl. in l. Paulus, de ſta. homi.
u Seſſio 8. artic. 1 de reformat. matrimon.
x gl. in d. can. ſufficiat, in uerbo, ſolus, & ita intellige.
y Matth. c. 5 & 19. & ad Cor. 7. Luca, c. 6.
z c. ſi. de indic. in 6.
a Gene. 2 Matthæi 19. ad Epheſ. 5.
b lib. 2. recept. ſent. ti. 20.

9 tamen non eo, omni iure honeſtum uiſum fuiſſe & pene neceſſarium, præcedere parentum ſententiam & conſenſum nuptias, eorum quia minores in horum ſunt tutela & ſacris, & eo magis quòd infirmum ſit huiuſmodi conſilium inſidijs multis, & captionibus expoſitum, [a] officiumque patris ſit collocare in matrimonium filias & dotare, & quærere conditionem filijsfamilias, [b] indiſſolubile maiori conſilio eſt ligandum, cautiuſque ubi maius periculum, agendum: [c] maxime in filiabus, quarum ſexus & infirmitas paternæ prouidentię uel iuris ſubſidiũ deſiderat, [d] utpote quæ plerunque maritorum titillatione contra propria commoda conſentiunt: [e] neque pudoris virginalis eſt, eligere ma-

10 ritum. [f] Itaque iure ciuili Romanorũ, pro ſubſtantia nuptiarum inductum eſt patris quoque conſenſum, cuius in poteſtate eſt, filius filiave, adhibendum, & præmittendum eſſe: alioquin nuptiæ illegitimæ cenſeantur, & filij illegitimi. [g] Docet & Catullus in carmine nuptiali, filiam expectare & ſequi debere hanc uoluntatem dum, ait;

At tu ne pugna cum tali coniuge uirgo:
Non æquum eſt pugnare pater cui tradidit ipſe,
Ipſe pater cum matre, quibus parere neceſſe eſt.
Virginitas non tota tua eſt, ex parte parẽtũ eſt:
Tertia pars matri data, pars data tertia patri,
Tertia ſola tua eſt, noli pugnare duobus,
Qui genero ſua iura ſimul cum dote dederunt.

11 Scribit Arnoldus Ferronus [h] præter edicti hac de re generalis ſanctionem, Senatus Burdegalenſis conſulto uſque adeo matrimonia abſq; voluntate parentum contracta, prohibita coercita ve, ut capitalis pœna in ea contrahentes locum habeat, & presbyteros, eorum miniſtros, etiam profanos iudices damnare poſſe, & eos quoque, qui filium alterius ad nuptias impuliſſent ſine patris conſenſu. Tractat & de pœnis in hos qui hæc tentarint Alexander. [i] Sed & raptuiſſe ſine traductione, [k] & pœnas raptus hic habere locum nemo ambigit, pro ſeductis ita uirginibus & filijsfamilias, Lex ita 12. tab. prohibeat, Ingenuam uirginem ſuaſione traduci. Et Solonis lege Plutarchus meminit, qui uerbis pellexiſſet adoleſcentulas, grauius puniros. Inuehitur in Critonem Chremes Terentianus, qui adoleſcentulos imperitos rerum, in fraudem illiciat ſolicitando, & pollicitando eorum animos lactet, ac meretricios amores nuptijs conglutinet. Sic Plautus, [l]

Virgo atque mulier nulla erit, quin ſit mala.
Quæ præter ſapiet, quàm placet parentibus.

Tantum enim confidit lex ciuilis de parentum erga liberos ſolicitudine, ut nullum affectum paterno præponi uoluerit, [m] & ratam omnino haberi uoluntatem eius circa delectum perſonarum, quibus liberos, morientes etiam poſt mortem committant defendendos, ut ſufficiat ſolum paternum teſtimonium, ex ſanctione Iu-

12 ſtinianea. [n] Quæ omnia in nuptijs renuuandis ſeu repetendis locum habent, ſi uidua minor adhuc filiafamilias, & iuuenis fuerit, ut ait Iulianus. [o] Quod & Cæſares Valentinia. Valẽs, & Gratianus, [p] prorogant ad emancipatam uiduam, iuuenem tamen & minorem 25. annis, ea lege, ut ſi in electione mariti, illius uoluntas repugnet paternæ, & proximorum, tunc arbiter iudex adeatur, dicturus pro ne-

13 gotij qualitate ſententiam. Neceſſitudo namque aliter proximorum, ſicut nec curatoris uel affinium ulla authoritas exigitur, & expectanda eſt ſola uoluntas eius, de cuius coniun-

14 ctione tractatur. [q] Si tamen minor orbata patre ſub tutela agat, & inter matrem & tutores & proximos de eligendo marito controuertatur, tunc quoque adeundus erit iudex: [r] inuente autem parte, eius uoluntati eſt deferendum, ſi tamen ſui officij paterni non ſit immemor, alioquin ſi nubilem negligat filiam, & uigeſimum quintum illa expectans annum tranſegerit,

15 arbitrium filiæ in eligendo ſibi marito non reijcitur, nec punitur: atque pater qui bonis ſuis nubentem intra eam ætatem poterat abdicare, & exhæredare libere, poſt eã non poteſt. [s]

16 Burdegalæ autem nec poſt uigeſimum. [t] Quo fit etiam, ut negligatur conſenſus etiam patris furioſi impune à filiafamilias: [u] eo quod per illum conſuli illi commode non poſſit, eademque ratione abſentium parentum uel captorũ ab hoſtibus poſt triennium à filijsfam. uel filiabusfam. conſenſus non eſt neceſſario requirendus, ſi modo tales ſint nuptiæ, quas certum ſit patrẽ non repudiaturum, ut notant Paulus &

17 Iulianus Iuriſconſul. [x] Ita & filius emancipatus ſine conſenſu patris, uxorem ducere poteſt. ſecundum Modeſtinum, [y] nec ob id iuſte à patre exhæredatur: niſi, inquit Vlpianus, [z] tã ignominioſam uxorem duxerit filius, quæ dedecori ſit tam ipſi, quàm patri talem mulierem habere, quo caſu pater iura ſuo uti poterit. Quãquã hodie nec hanc eſſe contenderem iuſtam exhæredationis cauſam, eo quòd inter cauſas à Iu-

18 ſtiniano non comprehendatur. [a] Et receptum ſit hodie inter opera charitatis eſſe, etiã meretricem per nuptias à fornicationis conſuetudine reuocaſſe: quod enim agitur ita, in remiſſionem dicitur pertinere peccatorum. [b] *Nec eſt culpandus*, inquit D. Hieronymus, [c] *Oſeas propheta, ſi meretricem quam duxit ad pudicitiam cõuertit, ſed potius laudandus, quòd ex mala bonam fecit.* Et ſcenicæ mulieres, ſi pœniteat ſceleris, rectè, gratia præcedentis uitæ facta à principe, ut aliæ nubunt. [d] Quamobrem nos prohibitionem iuris ciuilis de non nubendo ſine conſenſu patris, intra cancellos & fines patriæ poteſtatis coercebimus, qua pendente, cura & ſolicitudo liberorum maxime officio paterno relinquitur, eaque ſoluta à patre quodammodo abdicatur, moneturque filius miſſus è manu, ut in poſterum non filius paterno labori ſibi proſpiciat & cõſulat, ſuæ enim poteſtatis tunc

19 fit. Docet & lex Numæ Pompilij, nuptijs emancipationem quandam filiorum fieri, dum ſtatuit, [e] *ſi pater filio conceſſerit uxorem ducere futuram ſacrorum ex bonorum iuxta leges participem,*

20 *patri poſt hac nullum ius vendendi filium eſto.* Hãc etiam poteſtatem obſeruant alia iura, quæ de conſenſu paterno nuptijs filiarum filiorumve tractant, & eaſdem fere admittunt diſtinctiones. Aliæ namque gentes, etſi poteſtatem in filios non dicantur habere parem Romanis in liberos, [f] nihilominus natura admonet ipſa, adhiberi in horum coniugijs debere patris uoluntatem. Ita ratio dicitur ciuilis quoque & naturalis hoc ſuadere: [g] quia iuris naturæ quoque eſt matrimonium, [h] diuinaque eius inſtitutio. Diuini quoque & naturalis iuris honor, qui parentibus exhiberi debet. [i] Sic & apud Græcos obſeruatum eſſe docet Homerus, [k] dũ Antinous Telemachum ita alloquitur.

21 [illegible] id eſt,
Matrem tuam dimitte, iube autem eam nubere
illi cuicunque pater iuſſerit, & ipſi placuerit.

Apuleius [l] cum tradit rationes, quibus non ui deantur

a Vlpia. l. 1 de minor. 25 ann. li. 4 P. tit. 4.
b Martial. l. 9 liberos, l. 19. de rit. nupt. li. 23. P. tit. 2 ... vxor. inque. de do tis promiſ. li. 5. C. l. 1. t. 1.
c c. ubi periculum, de elect.
d Vlp. l. 1. & 2. ad SC. Velleia. li. 16 P. tit. 1 §. 2. qui alie. lic. uel non. libe 2. Inſtit. tit. 8.
e Honor. & Theod. CC. l. ſi pater pactum, l. 4. de ſponſal. li. 5. C. tit. 1.
f can. honorã-tur. 32 q 2.
g l. Paulus, de ſta. hom. li. 1 P. l. 2. l. generali mandato, & l. ſeq. de rit. nup. l. 23 P. l. 2. & l. ſi ut prõponis, C. de nupt. § 2. de nup. li. 1 inſtit. Inſtin. in l. ... § nec ſit facultas, de rapt. uirgi. lib. 9. C. tit. 13.
h Arnol. Ferro in conſuet. Burdegalen ad tit. 4. de dote, & § 1.
i Alex. conſil. 93. 1. uol.
k l. Marcell. de uerb. ſigni. l. unic. de rap. uir.
l Plaut. in Perſa, act. 3. ſc. 1.
m l. fin. de curat. furio. C.
n Iuſtinia. l. de ... de epiſc. aud. li. 1 C. tit. 3. l. humanitatis intuitu, de impub. C.
o Iulian. l nupt. q. l. 18 de rit. nup. li. 23. P. tit. 2 l. ſi ut propoſitis poſt quendam, l. 7. C. de nupt.
p l. uidua, l. 20 de nupt. lib. 5. C. tit. 4. l. in coniunctione & ... l. 18. C. cod.

q Gordian. l. in copulandis, 15. de nupt. C. Pau. l. ſciendũ, l. 20 de rit. nupt. in P.
r Ver. & Antoni. l. 9. C. de nupt.
s § cauſas, ut cum de appell. cognoſ. in auth.
t in conſuetu. Burdegal. tit. 4. de dote, § 2.
u Vlp. l. ſi nepos, l. 9 de rit. nup. in P. Iuſti. l. ſi furioſi, l. 25 de nup. C. § unde quaſi-tum, eo. tit. ap. Iuſtinia.
x l ſi ut l. 10. & l. 11 filius ei⁹, l. 11. de rit. nup. P.
y l. filius emãcipatus, l. 25 de rit. nupt. in P.
z Vlp. l. 3 §. ſi emãcipatus, in 1. de bon. poſſ. cont. tab. li. 37. P. tit. 4.
a In § cauſas, ut cum, de appell. cognoſ. in authen.
b Clem. 3. in c. inter opera, c. 20 de ſponſal. lib. 4. Decreta. Grego. tit. 1.
c D. Hieron. in Oſeam 1 & ca. non eſt culpandus 32. q. 1.
d Iuſtinia. in l. Imperialis, l. 23. de nupt. C.
e Dionyſ. Halic. li. 2. Antiq. Roma.
f §. 1. de patr. pot.
g § 1 de nupt.
h l. 1 § ſ. de iuſti. & iur.
i Exod. cap. 20. & ſimil. l. 2. de iuſti. & iur.
k Homerus, 2. Odyſſ.
l Apuleius, li. 6 ...

deantur illi nuptiæ legitimæ inter cupidinem
& Pſychem, eum quoque adfert, quòd clam pa
rentibus nulloque adhibito teſte factæ fuiſsēt.
22 Inter ſanctiones pontificias iuris Orientalis [a]
extat una patriarchalis Conſtantinopolitani
Patriarchę, de Hypotheſi propoſita nuptiarum
initarum cum Mitza filio Bombylæ conquerē
tis, ab Anibimio filio cuiuſdam Leonis nullo
præcedente uel ſequuto conſenſu Bombylę pa
tris: ſtatuitutque eas nuptias nullas eſſe, utpote
factas ſine conſenſu paterno cum filia mino-
re 25. annorum, ſeparandaſque ueluti non dif
23 ferentes ab ſcortatione. Langobardorum ſeu
Inſubrum iure, [b] filia quæ ſine patris conſen-
ſu, uel fratrum, uel proaimorum, cū alio, quàm
ei cui deſponſata uel promiſſa eſſet, nupſiſſet,
priuatur ſucceſſione paterna, quæ proximiori-
24 bus ea expuncta defertur. Gallico noſtro iure
lata eſt Henrici 2. conſtitutio anni 1556. quæ
prohibet matrimonia, ut clandeſtina, filiarum
filiorumve familias, inſcijs, & inconſultis, inui
tiſque parentibus fieri: alioquin ea attentanti-
bus licere parentibus eos eaſve exhæredes face
re, donationes illis factas reuocare. Hoſque de
clarat ipſo iure incapaces omnium ſacrorum
prouenientium ex conuentionibus matrimo-
nialibus patrum & matrum, uel delatorum ex
conſuetudine locorum: caſtigationem pœna-
lem tum contrahentium, tum proxenetarum
arbitrio iudicis committens: exceptis tantum
filijs maioribus triginta annorum, & filiabus
25. quos nubentes inuitis parentibus eximit à
lege dummodo, conſuluerint prius ipſos parē-
tes, quamuis non obtinuerint exquiſitum con-
25 ſenſum. Antea Balduinus Ferreus præfectus Flā
driæ cum ex ſylua nocte inconſulto patre Iudi
tham filiam Caroli Calui regis Gallorum ab-
duxiſſet, & pro uxore habuiſſet, conuocato per
regem pontificum concilio damnatus, & ex
piorum loco motus anno Domini 862. Itaau-
tem eius rei gratia Romam petijt abſolutio-
nis & expiationis conſequendæ gratia, utque
de raptu ſe purgaret: tandemque regi concilia
26 tus, nuptias celebrauit teſte Meyero. [c] Et rapto
ris inſtar eſt, qui uirgines etiam uolentes ſibi
ſine parentum conſenſu coniungit, pœnaque
raptoris, vltimi ſupplicij plectitur à Iuſtinia-
no C. [d] ſi quidem quamuis uolenti non fiat in
iuria filiæ, [e] nihilominus patri fit ex attentata
filiæ pudicitia, ſuoque nomine agit, etſi filia a-
27 gere non poſſit. [f] Teneturque interdicto de
ſeruo corrupto, ut deteriorem filium filiamva
faciens, qui perſuaſit ut amator amatrixve eſ-
ſet, ut ait Vlpianus, [g] & Paulus [h] dicebat inter
eſſe parentum, animos liberorum non corrum
pi. Quanquam mitius agatur cum ijs raptori-
bus qui inuitis parentibus, conſentientibus ta
men filiabus, eas rapuerunt, quo caſu raptus
excuſatur, quod pertinet ad efficaciam matri-
monij, [i] quod ſua natura conſenſu utriuſque
coniugis celebratum firmum eſt. Præponunt
tamen iura ciuilia uoluntatem patris, filiæ.
28 Quam tamen cogi à patre nolunt, ut libera
ſint matrimonia, prout monui, niſi forſan
utantur illa honeſta coactione, de qua memi-
nit Iulius Pollux, [k] per quam ingenium patris
29 deijcere poteſt ſuperbiam filiorum, ſi monilia
& cauſam ſuperbiendi filiabus adimunt, ue-
luti, inquit, qui aſinos admittunt, faciunt: ſi
enim equæ aſinorum congreſſum aſpernan-
tur, eoſque laceſſiunt, equarum iubas radunt,
& ad fontes deducunt: hæ uero tanquam in
ſpeculo cernentes deformitatem corporis &
iubæ ſplendorem amiſſum, deterioris poſtea
30 animalis congreſſum admittunt. Sed & Samni
tibus alia lex honeſta quidem erat, & quę ad
honeſtatem excitaret teſte Strabone, [l] ut nec
parentibus filias ſuas quibus collibuiſſet dare
nuptui fas eſſet: uerum quotannis decem præ-
ſtantes decerni virgines ac optimos totidem
adoleſcentes: ex ijs, primam primo: ſecundam,
ſecundo: & ita deinceps hoc pacto, quòd ſi is
qui primam accepit honeſtam, iuſtam inſtitu-
tionem mutauiſſet in deterius, habitus con-
temptui pro ignominia erat, & ei locata adi-
mebatur.

a ll. 2. iur. Orient. circa fin.

b l. fi. de ſponſal. li. 2. Longobard.

c Meyerus, li. 2. H. Flādriæ.

d l. uni. § etſi quidē, de rapt. uirg. li. 9. C. tit. 13. § 1. de rapt. mulierib. collat. 9 tit. 13.

e l. cum donationis, C. de trāſact. l. ſi uenditor, de reſcind. uendi. C. l. 1 de actio. empt. C.

f Vlp. in l. 1 § uſque adeo, de iniur. lib. 47 P. tit. 1 Caius, l. ſi quis ſeruū meum. l. 16 Neratius, l. p. 1ex curius, l 41. eo. tit.

g Vlpia. l. 1 de ſer. corrup. lib. 11 P. tit. 3.

h Paul. l. ut iam, l. 14 eod. tit.

i c. pen. de rapto li. 5 Decretal. tit. 18. cap. 1 & c. lex illa. 27 q. 2.

k Iul. Pollux, li. 1. Onomaſt. cap. 11

l Strabo, li. 5. Geograph.

De indiuidua matrimonij & diuini & humani iuris ſocietate. Cap. IIII.

1 *Societas in matrimonio, diuinæ & humanæ domus.*
2 *Theogenæ Agathoclis uxoris honeſtum reſponſum de ſocietate maritali.*
3 *Indiuiduam eſſe ſocietatem matrimonij, nec uxorem eſſe temporalem, nec filium.*
4 *Vxorem ſuam Cato Vticenſis conceſſit Hortenſio liberorum cauſa.*
5 *Vxores precariæ, & temporariæ mercede conductæ Sarracenis, Romanis, Spartiatis, Aegyptijs.*
6 *Societas coniugalis facit communionem rerum utriuſque familiæ, habitationis, domicilij, unde dicitur ducta uxor.*
7 *Matrimonia farre coniuncta indiſſolubilis lege Romuli, & ſuccedebat eo modo coniuncta uiro.*
8 *Excommunicati ſeorſum ab uxore manentes, nolentes redire: uiri conſulares ſolent ſeorſum ab uxoribus habitare.*
9 *Vxorem inuito marito pater non poteſt retinere.*
10 *Vxores radijs maritorum ſplendent, & infœlicitatis eorundem ſunt participes.*
11 *Vidua artificis iurati, artem per ſeruum expertum non magiſtrum, poteſt exercere.*
12 *Viduæ viuum retinent mortuum maritum.*
13 *Anima defuncti uidua ſua ægre fert ſecundas nuptias.*
14 *Vxores una cum uirorum mortuorum corporibus ex lege concremata apud Vuendos, & Cathæos.*
15 *Coniugibus una debet eſſe communis religio.*

1 ADijcitur finitionis nuptiarum quoque indiuidua vitæ conſuetudo, & iuris diuini & humani communicatio: quæ nobis exhibent perfectam & indiſſolubilem ſocietatem matrimonij, ut non immeritu ſummus Pontifex [m] argumentetur à ſocietate ad matrimonium: vocat & Gordianus Cæſar [n] vxorem ſociam rei humanæ, & diuinæ domus: ſic Horatius [o] ſociam uocat epitheto congruo uxorem.

Manet ſub Ioue frigido uenator,
Sociæ coniugis immemor.

ex lectione Lābini. Neq; enim prohibita ultro permiſſa ſocietas inter aliquos, quandiu vixe-
2 rint. [p] Et Theogena uxor Agathoclis regis Siciliæ, cum in Ægyptum remitteretur, morituro Agathocle ægrè ab eo diuulſa dicebat, nubendo ſe non proſperæ tantum, ſed omnis fortunę iniſſe ſocietatē, ut author Iuſtinus ex Trogo. [q]
3 Indiuiduam autē hanc eſſe, omni conſenſu na

tionum,

m c. 2. de ſponſalib.

n Gordia. l. aduerſus, l. 4. de crimi. expil. hæred. lib. 9. C. tit. 32.

o Horat. 1. car. Ode. 1.

p Paul. l. 1. pro ſocio, lib. 17. P. t. 2.

q Iuſtinus, lib. 23. hiſtoria.

tionum,quę ratione uſę fuerint, ferè ſemper re
ceptum eſt,ut & ex ſententia Solonis [a] de uxo-
re conijcere poſſumus.

Ζεὺς γὰρ μέγιστον, τοῦτ᾽ ἐποίησεν κακὸν
καὶ δεσμὸν ἀμφέθηκεν ἄρρηκτον πέδης
ἐξ οὗ τε τοὺς μὲν ἀίδης ἐδέξατο,
γυναικὸς εἵνεκ᾽ ἀμφιδηριωμένους. id eſt,
Iupiter maximum hoc ipſum fecit malum,
Scilicet quòd cognoſcamus ęqualem
Omnium mulierum ſortem,
Et uinculum conſtituit indiſſolubile,

Ex quo ſolutos Pluto aliquos accepit pro uxo-
re pugnãtes.Sed latius de ſolutione paulo poſt,
modo annotaſſe ſufficiet,uxorem eſſe nou poſ
ſe temporalem, ſed perpetuam quandiu uixe-
rit: Nam nec moribus noſtris conuenit filium
habere temporalem, ut ait Paulus Iuriſconſ.[b]
Et ſi more aliquo antiquo aliquãdo receptum
fuiſſe legamus aliud quidpiam diuerſum: ſi ta-
men uetum ſit probatum ſuiſſe quod Strabo [c]
tradit,Catonem Vticenſem uxorem ſuam Mar
tiam conceſſiſſe Hortenſio liberorum cauſa.
Plutarchus [d] etiam contracta ſponſalia dixit
5 Philippi patris uoluntate, Similes certe illis
qui precario uxores habebant, uel ad tempus
conducebant mercede, qualem morem tribuit
Sarracenis Ammianus Marcellinus.[e] Scribit &
Rhodiginus,[f] ſed alibi non legi, Romanos cũ
liberorum ſatis ex ſua uxore ſuſcepiſſe uiderentur,
tur,uxorem alteri,qui liberis egeret,cedere ſo-
litos. Vt Plutarchus,[g] apud Spartiatas probis
uiris uxores infœcundas habentibus, alienas
prolis cauſa adire licitum fuiſſe. Scribit quoq;
ex lege Lycurgi licuiſſe aliquando ſeniori ui-
ro,uxori iuuenẽ probum & honeſtum adoleſcẽ
tem admiſcere, & ubi eam generoſo ſemine
compleſſet, ſuum ipſorum quod natum eſſet
efficere. Quod improbat merito D. Auguſti-
nus, ad Claudium libr.5.contra Iulianum.[h]
Meminit Suidas [i] Vulcanum Ægypti regem,
modeſtiæ tuliſſe legem Ægyptijs,quorum uxo
res apud maritos perſeuerare ignorarent. So-
cietas hæc uitæ inducit communionem inter
coniuges rerum & earum dominij, ut ait Pau-
6 lus.[k] Commiſcetur familia,& quæ uxoris ſunt
fiunt,ac ſi uiri eſſent,propria:& contra,quæ ma
riti,ac ſi uxoris,cenſentur ab Vlpiano.[l] Et pro-
inde altero coniugum alteri ſubripiente quid-
piam, furari non dicitur,nec eius nomine,ſed
rerum amotarũ actione repetitur ſubtractũ.[m]
Dicitur incola eiuſdem ciuitatis uxor,cuius eſt
maritus,apud Papinianum:[n] ut contra legata
uxori habitatio ratione ſocietatis ſit commu-
nis uiro eius,[o] ibique habere dicitur uxor do-
micilium, ubi maritus habet uel habuit,ſi de-
ceſſerit.[p] Ideo Clemens Alexandrinus,[q] *hone-
ſtum*, inquit, *eſt,uiri uxoribus fidem habentes eis
domus cuſtodiam permittant,ut quæ eis ad hoc opi-
tulatrices datæ ſunt.* Sequitur uel ſequi debet
ſemper uirum ſuum uxor, in uita & in morte:[r]
niſi uagari incipiat uir,[s] uel exularet, vt ait Æſ
chines,[t] ijs vna caro,[u] una domus,unumque
ſepulchrum.[x] Proinde Pomponius [y] pro perfe
ctione nuptiarum ex ritu Romanorum deſide-
rare uidetur, ut uxor in domum uiri ducatur:
Deductione namque,inquit,*opus eſſe in mariti non
in uxoris domum, quaſi in domicilium matrimonij*,
Indeque tracta eſt appellatio, ducere uxorem,
pro accipere uxorem, etſi ſola deductio in do-
mum, niſi ſponſalia præceſſerint, uel alia ar-
gumenta, nuptias non probent per ſe, ut no-
tat Vlpian.[z] Promiſſione autem accedente de
habenda ea uxoris locu maximam uim ad-

a Solon, in Gnomis.
b Pau.l.quaſitum, de adopt. lib.1.P.
c Strabo,li.11.
d Plutar. in Vita Cato.Vticẽſ.
e Ammian. li. 14. Hiſto.
f Cal. Rhodig. li 15 c.17
g Plutarch. in uita Lycur.
h in can.ſic nõ ſunt faciẽdo adulteria, 32.q. 4.
i Suid.in uerb. Ἥφαιστος.
k Paul.l.1.rer. amot.lib.25.P. tit 2.
l Vlpi. l.1 § ſi uir uxor,ad SC.Sylla.n. lib. 29 P tit 5
m d l.1 & 3.& tot.tit.rer amo ta.in P. Laduer ſus, de crim.ex pil.hæred. C l. quamuis, C.de ſurt.
n Papin l.6.§. item reſcripſerunt, in 2. ad municip. lib 50. P. tit.1.
o l cæterũ, de uſu & habit. P.
p l. ea quæ,1. 9. ad municip. P. l exigere, de iudic. in P. l 5. l. mulieres, de dignit.li.12 C. l. fin. de incol. lib.10.C.
q Clem. Alex. lib 3 Pędagog. cap 11.
r can. nunquam quæ.13 q.2.
s L quod niſi, l.20.de operib. liber. lib.38. P. tit. 1.
t Aeſchines, epiſt. ad Senat.
u Geneſ.2. cano.ſũt qui, 27. q.2.ca. deinde, 26.di. Matt 19.
x c. ebron. 13. q.2.
y Pompon. l. mulierẽ,l.5 de ritu nupt. in P.

z Vlp. l. quaſi tum,l 5 de ſpõ ſal.li.23.P.,ti.1.

7 dit.[a] Ex lege Romuli apud Diony.Halicarnaſ-
ſeum,[b] per ſacra ſatris uxor ducta coniugio,
nodo rediſſolubili iungebatur,eratque mulier
uiro obſequens & pudica,& domus domina æ-
què ac maritus, & in eius mariti bona ſuccede-
bat hæres, ſicut parentis filia:ex aſſe quidem,ſi
is inteſtatus & ſine liberis decederet, ſi cum li-
8 beris una cum illis.Statuit aliquando Synodus.
quædam Conſtantinopoli ſub Manuele eius
patriarche habita, ut notatur in reſponſis Di-
thyrhachij [c] metropolitæ,eos qui ſeorſum ab
uxoribus remanent & noluerint conuenire, ex
communicatione notandos: quod intelligen-
dum cum Vlpiano,[d] ſi ſeorſum habitantes nõ
habeant inuicem honorem matrimonij: alio-
quin ſi habeant, habitationum diuiſio non di-
rimit matrimonij affectionem & unionem, *ſo-
lent enim*,inquit idem Vlpianus, *uiri conſulares
ita ſeorſum habitare.* Hac ratione pater detinens
uxorem, cogitur conquerenti apud prætorem
marito, in domum maritalem deducere:[e] nec
poteſt illam ſocietatem paterna prærogatiua
turbare aut diſſoluere.[f] Scriptum quippe,ut nõ
ſemel dixi,*relinquet patrẽ homo, & adhærebit uxo
ri.*[g] Singularis certe uel melius præſtantiſſima
ſocietatum iſta,quæ authori nannitatis præpo
nitur,ut non ſolum ſocietas, ſed commixtio &
confuſio duorum animorum, & corporum in
uno compoſito,unum quid faciens uideatur:&
animus uiri in corpore uxoris, & uiciſſim mu-
lieris in marito uiuere & ſedem ſibi delegiſſe,
ut non abs re D.Paulus ſcripſerit,nuptam præ
cipuum habere ſtudium,quomodo placeat ui-
ro,& uirum habentem uxorem, quomodo ui-
10 ciſſim eam redamet.[h] Quamobrem & illæ illu
ſtrantur radijs maritorum, & eorum dignitate
refulgent:[i] cum mariti dignitate conſceſ-
cunt,[k] & eorum ſentiunt fulgorem: æquum
enim eſt & naturale,[l] communicari honores,
quibus communia ſunt etiam infortunia, ob
quæ non licet abire à iugo hoc matrimonij.
Quid enim tam humanum eſt, inquit Vlpia-
nus,[m] *quàm fortuitis caſibus mulieris maritum,
11 uel uxorem uiri participem eſſe?* Placuit idcirco,
nec iniuſtis rationibus, ſupremis orcheſtris,
mortuo marito artifice, eius artificij quod niſi
iuratis & petitis à republica permittitur cuili-
bet,uiduam defuncti poſſe artificium mariti,
ac ſi is uiueret,per ſeruos expertos tamen iu ea
arte exercere palã, quamuis magiſterij gradu
inſigniti non ſint,& iure communi non niſi ab
inſignitis tractetur. Et ita Philibertus Buigno-
nius [n] refert iudicatũ fuiſſe à Senatu Luteria-
no 13.Cal.Decemb.anno 1427.& in comitijs
Molinẽſibus 8.Octob.1540. Ego quoque ſæpe
uidi Toloſæ eo modo Senatui placuiſſe,dũ ſub
12 ſellijs erã aſſiduus. Videtur quippe adhuc ex-
tincto corpore coniũgis,cũ uidua nobilior cõ-
iunctionis maritalis potiu remanere: uiua nẽ-
pe affectio,& animus qui immortalis eſt,cui in
rata fuit uiuente & ſuperſtite corpore ſocietas,
13 Sicut & Iuſtinianus notat,[o] animam defuncti
cõiugis ægrè ferre ſuperſtitis ſecũdas nuptias.
14 Fueruntq; nationes aliquæ, apud quas uxores
mortuis maritis una cũ rogo maritali,ut perſe-
uераret æqualis ſocietas,utebantur:veluti mos
erat apud Vuẽdos, qui erãt genus Sclauinorũ,
in agris Saxonum & Thuringorum habitan-
tes,ut tradit Vuinefridus Anglus,qui poſtea Bo
nifacius appellatus eſt, epiſcopus Moguntiaci
factus, in epiſtola ad Edoardum Anglorum
principem,teſte Beato Rhenano [p]. Item apud
Catharos pope Adraſtarum terras in India
lege

a § quoniam autẽ Nouell. 74.Iuſtinia.
b Dionyſ Halicar lib.2.antiq. Roma.
c li 2.iur Orient.1 q.
d Vlpian. l.cũ bic ſtatus,l 32. § ſi diuortium, de donat inter uir & uxo.lib. 24.P.tit.1.
e d l ſi inuita, C. de nupt. l 2. de libe exhibe. in P l ſi C.eod. 19.
f l ſiliæ diuortiũ,& l diſſentiente, l. 1. de repud. lib 3 C. tit 17 l ſilia, C. de inoff teſta.l. 1 § ſi de lib exhibẽ. in P l reprehendẽda, l. 5 de inſti & re ſtit.ſub condit. fact.li.6. C. tit. 25.
g Gene 2.cum ſimilib.
h Corinth. 7. ad Ephes. 5. ad Coloſſ 3.
i §. hæc itaque, de cõſul.in authent l.Fœminæ,l 8. de ſena to lib.1. P.ti 9.
k Iuſtin l. fin. de nup.C.
l l ſecundũ naturam, de reg. iur P
m Vlpi.l. ſi cõſtanté,l 21 § ſi maritus. ſolut. matr. lib 24. P. tit 3.l patre ſuorioſo,l 5 de his qui ſũt ſui vel alie. iur.li.1.P. tit 6.
n Buigno in legib.abrogat.
o Iuſtiniar. § quia uero, de nupt. in auth
p Rhena in li. 2 libr rer Germanic.

lege ſcitum & ſeruatum, ob fœminæ cuiuſdam beneficium in maritum paratum, teſte Diodo-
15 ro Siculo.[a] Strabo[b] hos uocat Catheos ſubſcribens reliquis. Et quia in hac ſocietate coniugali, eſt diuini & humani iuris communicatio: quemadmodum bona, ſic & affectio æqualia eſſe debent, & religio, quæ uita noſtra maxime conſtat, vt ait Plinius[c] eadem utrique eſſe debent coniugum. Neque cum ſectæ alicuius hominibus uel mulieribus diſparis religionis inire nuptias lex permittit: veluti inter Iudæum & Chriſtianum, uel Chriſtianam, vel Chriſtianum & Iudęam, alioquin capitali ſupplicio imminente.[d] Et Leo & Anthemius CC. tradunt,[e] ſponſalia diſſolui poſſe propter impudicam conuerſationem, aut religionis uel ſectæ diuerſitatem. Explicant tamen illud intelligendum, ſi ante contracta ſponſalia ignoraſſent diuerſitatem: nam ſi ſciuerint ante, impune ea non diſſoluunt,[f] ſed ſibi imputare debent. Iubet Plutarchus,[g] ut uxor in religione ſimilis ſit marito, neve aliam peregrinam admittat. *Nam, inquit, nulli Deo ſacra occulta & abſcondita grata ſunt.* Sed de hoc in ſolutionis cauſis matrimonij, latius paulo poſt.

a Diodo. Sicu. libr. 17 anno 9. Alexand.
b Strabo, libr. 15.
c Plin. libr. 14. c. 19.
d Valentinian, Theod & Arcad. CCC. l. ne quis, l. 6. de Iudæis, libr. 1. C. tit. 19.
e l fi. de ſponſal. l. 5. C. tit. 1.
f l. ſi legibus, l. 38. de epiſc. audien lib. 1. C. titul. 9.
g Plutar in præcep. connubial.

De ritibus nuptiarum. Cap. V.

1 *Solemnia & ritus nuptiarum quare adijciuntur, hique uarij.*
2 *Conſenſus in nuptijs alio modo quàm uerbis exprimitur.*
3 *Verba qualia in nuptijs conſentiendis exiguntur.*
4 *Caia nomen in nuptijs pangendis cur.*
5 *Verba matrimonij contrahendi ſerio, non iocandi cauſa, obligant.*
6 *Verba etiam ioco dicta ſemper interpretantur pro matrimonio ferè.*
7 *Ritus nuptiarum quidam neceſſarij, quidam minimi.*
8 *Preces matrimonijs adiectæ in omni Eccleſia Orientali & Occidentali: & palam & publice contrahi iubet Eccleſia, quare.*
9 *Clandeſtina matrimonia non erant tribus obſeruatis.*
10 *Banni, quid in nuptijs.*
11 *Moſcouiæ matrimonia publice tantum fiunt in Eccleſiis.*
12 *Clandeſtina matrimonia, quòd pertinet ad Eccleſiam, rata non ſunt, quamuis firma per ſe, & apud Deum, & quare, vide nume. 15.*
13 *Clandeſtina matrimonia, ab Eccleſia approbari debent.*
14 *Aſſerens matrimonium, probare debet.*
16 *Inſtrumenta matrimonialia, quomodo probant matrimonium.*
Inſtrumenta, pompa, dos, & apparatus, non faciunt matrimonium, ſed ne clam fiat exiguntur.
17 *Matrimonia inita Romæ à ſacerdote Cereris.*
18 *Nuptiarum ſolemnia Hebrais per hebdomadam.*
19 *Ritus quidam nuptiæ Romanorum adhibitus ex Plinio, de colo, faſo, flamiae, ſpina, nucibus, confarreatione, adipe, ſudo, & lupino, lana.*
20 *Taxillarum puellæ nuptura publicè ſe exponunt tuba, & uenienti poſteriora primum, poſtea anteriora denudant, & ſi placita, illic nubit.*
21 *Ritus forma, qua apprehenſis dextris iunguntur coniuges, ex formula Iudæorum precationibus diuinis additis, inſtrumento, epulis, & concubitu.*
22 *Romanis interdum ritus nuptiarum ſimiles ſuperioribus manu apprehenſa, epithalamiorum & ominationis bonæ.*
23 *Vxor legitima & materfamilias Romæ fiebat ea conueniente in manum mariti, quomodo. Vxor materfamilias quæ dicebatur: & de triplici formula ducendi uxorem apud Romanos.*
24 *Vxor per coemptionem quomodo fiebat, & conueniebat in uiri poteſtatem.*
25 *Manus & mancipium poteſtatem ſignificat.*
26 *Coemptio quid.*
27 *Fœmina olim nunquam erat ſui iuris, ſed in aliena ſemper poteſtate, aut patris, fratrum, propinquorum, aut mariti, nec ſine horum obligabatur authoritate, & nume. 30.*
28 *Veſtales tantum erant ſui iuris.*
29 *Mulier nupta etiam apud Græcos in poteſtate mariti.*
30 *Coemptione ſimulata, alia fiebant Romanis alienatione. Coemptio nuptiarum tribus aſſibus fiebat.*
31 *In manu mariti fiebant & nuptiæ per confarreationem, & quomodo.*
32 *Nuptiæ per ſarreationem ſacræ & pontificum Ethnicorum & aliorum.*
33 *Nuptię ſacrę ſarracia quare.*
34 *Materfamilias hodie quę dicantur etiam.*
35 *Nuptię aſa contractę, & uxor uſa quid.*
36 *Vxor conteſtata erat concubina.*
37 *Vxor uulgaris concubina. Concubina honeſta, uxor.*
38 *Concubinam cum uxore habere non licebat.*
39 *Concubina honeſtatem matrisfamilias amittebat.*
40 *Ritus alij Romanorum in nuptijs.*
41 *Aqua & ignis in nuptijs cur adhibebantur.*
42 *Cymbrorum coniugia firmabantur vnguium reſecatione.*
43 *Theutones coniuges, capillos mutuo detondebant.*
44 *Armenij auriculas denotabant.*
45 *Elamitæ pungebant ad ſanguinem uſque digitum.*
46 *Ritus aliarum gentium in nuptijs firmandis. Numidorum, Dacum, Hungarorum, Scicionitarum, Tarentinorum, Scytharum, Cardienſium.*
47 *Cardienſis ignem accendebant nubiles ipſum, quo extincto fiebat diuortium, igni aquam inijcere, prouerbium quid.*

1 IN nuptijs aliqua ſubſtantialia, &
alia non ſubſtantialia perpendere oportet; iam autem formã ſubſtantialem monuimus in conſenſu contrahentium conſiſtere.[h] Siquidem reliqui ritus & ſolemnia, uel ad ſubſidium coniugum, uel ad probationem geſtorum. Idcirco & forma contrahendi varia, ritusque uarij, ueluti, expreſſo conſenſu, uerbis, & ri-
2 tibus. Quamquam & ſine uerbis alio modo expoſito conſenſu fiant, quemadmodum dum
3 mutus mutave nuptias contrahunt.[l] Verba qualiacunque ſint, dummodo conſenſus ille de præſenti tempore exprimatur, etiam nihil intereſt, ea enim interdum ſunt, *ſe pro uxore habiturum, & pro marito habituram,* ut ait Alexander 3. ſumm. pontifi.[k] uel *accipio te in meũ,*
4 *& accipio te in meam.*[l] Apud Romanos uſurpata, *ego tibi Caius, tu mihi Caia:* à tempore Caiæ honeſtæ matronæ, & optimæ lanificæ, ſecundum T. Probum,[m] & Plutarchum.[n] Sunt & ijs ſimilia, prout moribus regionum recepta ſunt, quæ nodum inijciunt copulæ,

ſi modo

h glo. in c. tua nos, de ſponſal.
l Pau. l. mutus, l. 76 de iur do. lib. 3. P. titu 3 l. ex facto, l. 49. de vulg. lib. 28. P. titul 6. c. cum apud. ca. 23 de ſponſal. libr. 4. Decret. tit. 1.
k c. ex parte, c. 9 de ſponſalib. lib. 4. Decretal.
l c. pe. de ſponſal. ca. licet, de ſponſal. duor
m T. Probus, li. de pronominibus, circa opera Valerij Maximi fine.
n Plutarc. libr. problema.

ſi modo ſerio, non iocandi animo pronoocien
tur: [a] ſicuti nec iocandi cauſa promiſſa, obli-
gaot: [b] nec qui ſe iactauit hæredem inſtitutu-
rum, ideo inſtituiſſe uidetur, vel inſtituere tene
tur. [c] Plus enim ualet quod agitur, quàm quod
ſimulate concipitur, [d] nec ultra intentiouem
6 actus agentium operantur. [e] Veruntameu hic
canendum eſt, ne hallucinetur quiſpiam, non
ſemper uerba etiam ioco dicta, pro ioco acci-
pi, ſed pro matrimonio interpretari fere ſem-
per. [f] Itaque cauendũ eſt, ne uerbis capiatur ya
temere effutitis: verba quippe non ad ſimulan-
dum, ſed ad exprimendam mentẽ dicta cenſen
tur: & nemo exiſtimandus eſt aliquid diſiſſe,
quod prius mente nõ agitauerit, ut ait Celſus [g]
7 ex Tuberonis ſententia. Ad ritus autem quæ-
dã pertiuent fere neceſſario, alia non ualde te-
quiruntur, & ſi prætermiſſa ſunt, non exprobiã
8 tur. Itaque ſancta, Catholicaque eccleſia in nu
ptijs firmãdis & celebrãdis, ſacras adhibet pre-
ces, & orationes, cum in orientali, [h] tum in oc-
cidẽtali orbis parte: utqua eas, ea, qua decet ho
neſtate concipiat, publice exigit fieri matrimo
nia, nõ clam, ut ſine dolo, & omni legitima ap
9 probatione fiãt. [i] Clam namque facta, fraudis
habent aliquod argumẽtum. [k] Porro clandeſti
na non erũt matrimonia, tribus obſeruatis: pri
mum, ſi teſtes, dũ fiunt adhibeantur: [l] ſecũdo, ſi
parentum habeatur cõſenſus, de quo diximus,
adſintque qui paranymphi dicuntur: [m] tertio,
ſi matrimonia celebrãda prius in eccleſijs per
curiones publice proponantur, competenti ter
mino præfinito, intra quem qui voluerit, & po
tuerit, legitimum impedimentum opponat; &
ipſi quoque presbyteri inueſtigent, vtrum ali-
quod impedimentum obſiſtat, puta, ſi contra-
ctuti ſint in gradu prohibito, uel alio modo im
pediantur, ut in concilio generali fuit decre-
tum. [n] Vocant uulgo hanc propoſitionem pu-
10 blicam, Bannos, declinata voce à Græca πᾶν
omne, ὅτι πάντας innoteſcat, uel quòd per hãc
dictionem Ban, prima, ſecunda, tertia denun-
ciatio, quæ fit in ſuggeſtu eccleſiaſtico futura-
rum nuptiarũ, id eſt, integra & perfecta prædi
ctio & uniuerſa ſignificatur: mutatur enim fa-
11 cile π in β. Extat & canon cuiuſdam Ioannis
Metrapolitę Moſcouię, qui apud Ruthenos ha
bitus eſt prophetæ loco, *matrimonium non niſi
publicè in eccleſiis contrahatur*, vt refert Sigiſmũ-
12 dus Liber Baro. [o] Requirit iſta ſummopere ec-
cleſiaſtica diſciplina, nec eccleſiæ rata dicun-
tur clanſteſtina matrimonia, quamuis contra-
cta clam, ſine impedimento tamen, rata ſint &
firma per ſe, & apud Deum. [p] Cuius diuerſitatis
ratio ea eſt, quòd eccleſia non poteſt iudicare
de his, quæ latent: & ideo ſi de clam cootractis
nuptijs coram iudice eccleſiaſtico agatur, cum
dubium illi ſit, non interueniente eccleſiaſtica
ſolemnitate, an fuerit factum matrimonium,
13 non poteſt compellere ſeruare illud. Ideoque
& eius cõprobatione in celebratis aliter opus
eſt, ut explicat Alex. 3. ſum. pont. [q] Et quamdiu
illi de coniunctione legitima fides non fit, ita
coniunctos, ex præſũptione certa ſcortationis,
ab inuicẽ diſcedere iubebit, & ut ſtuprũ de cõ-
14 iũctione iudicat. [r] Atq; ab eo, qui aſſerit cõtra-
15 ctũ matrimoniũ probatio exigitur. [s] At Deus
qui occulta nouit, [t] quive teſtibus non indiget,
etſi quis contractũ naget matrimoniũ occulte,
& quãuis, quia nõ probatur, nõ cogatur adhęre
re cõiugi: uere tñ nouit factũ & indiſſolubile
ut ante cõcilium Tridentinũ: proinde legibus
Dei qui occultum inficiatur, tenetur ac uincu-

a c. tua nos. 26. de ſponſa. Caius l. ſimulatæ. 52. de rit. nupt. in P.
b l. obligationũ ſubſtantia, de actio. in P.
c l. fi. de teſtamen. in P.
d rubric. plus val. quod agit. C.
e l. ſi ego, & l. non omnis, de reb. cred. P. l. multũ intereſt, C. ſi quis alii. vel ſibi, l. verũ eſt, & l. ſi quid fur. de fur. P.
f gl. 1. in c. tua nos, in verbo, mulierem, de ſponſal. l. ſimulatæ, de rit. nuptia. in P.
g l. Celſus, l. Labeo. y. §. idẽ Tubero, de ſupel. lega. li. 33. P tit. 10. l. non aliter, de lega.
h lib. 1. iur. Orientał. titu. de ſponſal.
i Concil. Arelat. c. 6. can. noſtrates, ca. nullus fidelis, 30. q. 5. in decretis Hormiſdæ ſum. pontif. c. 6.
k l. fin. de rit. nupt.
l d. can. nullus, &c. noſtrates, 30. q. 5.
m c. ſponſus, ex concilio 4. Carthag. &c. aliter, 30. q. 5.
n Innoc. 3. in concilio generali, in ca. cum inhibitio. c. 3. de cland. deſponſat. lib. 4. Decretal. tit. 3.
o Sigiſmun. in comment. rer. Moſcouitar. in canonib. Ioannis.
p c. 2. de clandeſtit. deſponſa. & ibi gloſ. can. ecrubeſ. can 33. diſt. & c. Chriſtiana, 32. q. 1.
q Alex. 3. in c. clam deſponſ.
r c. 11. q. 5.
s c. 1. de cland. deſponſ.
t Pſalm. 43. ad Hebræos. 4.

tur, ut nec aliud poſſit inire coniugium illo
occulto perſeueraote: & ſi ineat aliud, reus ſit
adulterij. Inſtituunt itaque pleraque, & ſan-
ctioni & honorabilia reddunt negotia, quæ de
16 ſubſtantia oon ſunt. Eoque pertinent nuptia-
lia inſtrumenta, [u] quæ tameu per ſe oon pro-
bant matrimonium, [x] ſeu pacta matrimonia-
lia, pompa, ſeu nuptiarum apparatus, [y] & do-
tis conſtitutio, [z] ſine quibus tamen ſubſtantia
matrimonij conſiſtit. [a] Docet id Conciliũ Are-
latenſe. [b] *Nullum fiat matrimonium*, inquit, *ſine
dote, nullus uxorem ducere ut nulla nubere præſu-
mat, niſi ſecundum facultates dos conſtituatur*: au-
di poſtea rationem, *non quod ſine dote matrimo-
nium eſſe non poſſit, ſed ne ſine publicis nuptijs quiſ-
17 quam nubere, uel uxorem ducere, præſumat*. Erat
& ritus apud Romanos Ethnicos, ut matrimo-
nia inngerentur à ſacerdote Cereris per oratio
18 nem ſacram, teſte Plutarcho. [c] Et apud maio-
res Iudæorũ lætitiæ iſtius publicę teſtandę cau
ſa, etiam ſub lege naturæ, per integram hebdo
19 madam nuptiarum fiebãt ſolemnia. [d] Poſſem
hic ritus varios ex Plinio, in nuptijs adhibitos
antiquitus, referre: qui, etſi deſuetudine oblite-
rati ſint, nihilominus tamen oſtendunt, nõ clã,
non leui iudicio, & ut ita loquar, non ſumma-
rie, & de plano factas fuiſſe. Indicabo ſolum de
illis aliquot locos. Is itaque in primis ait, [e] *La-
nam cum colo, & fuſo Tanaquilis, quæ eadem &
Caia Cæcilia uocata eſt, in templo Sangi duraſſe pro
dente ſe, author eſt Marcus Varro, factamque ab
ea togam regiam undulatam in domo Fortunæ, qua
Seruius Tullus fuerat uſus: inde factum, ut nu-
bentes virgines comitaretur colus compta, & fuſus
cum flamine*. Et alibi, [f] *Spina nuptiarum faci-
bus auſpicatiſſima, quoniam inde fecerunt paſto-
res qui rapuerunt Sabinas, ut author eſt Maſſu-
rius*. Et iterum, [g] *honor nucibus iuglandibus na-
turæ peculiaris gemino protectis operimento, pul-
uinati primum calicis, mox lignei putaminis: qua
cauſa eas nuptijs fecit religioſas, tot modis fœtu mu
nitu: quod eſt uerisſimilius, quàm quia cadendo, tri-
pudium ſonumque faciant*. Et rurſum, [h] *in ſa-
cris nihil religioſius confarreationis uinculo erat, no-
ueque nuptæ farreum præferebant*. Et alibi, [i] *pro-
xime in communibus adipis laus, ſed maxime ſuil-
li apud antiquos etiam religioſi: certe nouæ nuptæ
intrantes, etiam num ſolemne habent, poſtes eo at-
tingere*. Et paulo poſt, *Maſſurius inquit, lupino adi
pi antiquos palmam dediſſe, ideo nouas nuptas po-
ſtes illo ungere ſolitas, ne quid mali medicamenti
inferretur*. Denique & alio loco, [k] *Lanis authori-
tatem ueteres Romani etiam religioſam habuere,
20 poſtes à nubentibus attingi iubentes*. De Taſilla-
rum qui populus in India, nubendi conſuetu-
dine, noua quædam & inuſitata refert Ariſto-
bulus, & poſt eum Strabo: [l] ut qui præ inopia
filias ſuas elocare non poſſunt, eas in ipſo æta
tis flore in forum producant cum tuba & claſ-
ſicis, quibus bella ſignificari ſolent. Tum mul-
titudine conuocata, puella accedenti primum
poſteriora humero tenus detegit, poſtea uero
anteriora: quæ cum placita fuerit, & approba-
21 ta, quibuſcunque vt uidetur nubit. Formula iũ
gendi matrimonij, quam hodie uidetur imita-
ri, extat in Tobiæ hiſtoria, [m] frequentata etiã,
vt opinoe, eius ſeculi hominibus, ut apprẽhẽ
ſa manus dextera futuræ ſponſæ daretur dexte
ræ futuri uiri: Sic enim Raguel coniunxit fi-
liam Tobiæ iuniori, precationem addens ſa-
cram, *Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, no-
biſcum ſit, & ipſe coniungat uos, impleatque bene-
dictionem ſuam in uobis*. Fiebatq; charta poſtea
ſcriptura

u l. nec ab initio, 14. de nupt. C. §. nuptias, de nup. in authen.
x l. donationes in concubinas, 31. de donatio. li. 19. P. tit. 31.
y l. ſi donationem, C. de nuptijs.
z l. ſi de donatio. ante nupt. C. l. de iur. dotium, in P.
a proxime citatis iurib.
b concil. Arelatenſi can. 6. & can. nullum, 30. q. 5.
c Plutarch. in præcept. connubialib.
d Geneſ. 29. Iudic. c. 14.
e Plini. lib. 8. c. 48.
f Plin. lib. 18. c. 18.
g Plini. lib. 15. c. 22.
h Plini. lib. 18. c. 3.
i Plini. lib. 28. c. 9.
k Plini. lib. 29. c. 2.
l Strabo, li. 15. Geogra.
m Tob. c. 7.

ſcriptura coniugij,epulum, & Dei benedictio,
& concubitus.Hodie etiam inter Iudæos, in li-
bro precum illorum, Malizor ſanctæ ſynago-
gæ Romanæ, habetur benedictio ſponſaliorũ
in qua qui benedictioni præpoſitus eſt, ſumit
Calicem,& recitat orationem. *Qui creas fructus*
uitis &c. Et aliam ſponſalibus accomodam,po
ſtea bibit uinum & ſubinde propinat ſponſo &
ſponſæ, implentus & poſtea ſeptem dies con-
22 uiuij. Refert quid ſimile fere Iulius Capitoli-
nus [a] factitatum,ſed non uerba ſacra,ſed uene
rea recitata in nuptijs Gallieni: *nuptiarum epi-*
thalamium, inquit, *cum dixiſſent centum poetæ de*
fratribus Gallieni coniunctis, ipſe Gallienus Cæſar,
cum manus ſponſorum teneret,ita dixit,

a Iul. Capitol. in Gallienis duobus.

Ite,ait,ò pueri pariter ſudate medullis
Omnibus inter nos: non murmura neſtra colum-
bæ,
Brachia non hederæ, non uincant oſcula con-
chæ,

23 Huc pertinet uxoris legitimę ſpecies,apud Ro
manos,quæ ita per manum mariti tantum fie-
bat materfamilias,& tranſibat in familiam ma
riti,prolatis,certo ritu adhibito, uerbis concep
tis. Tres enim apud Romanos uxoris ducendæ
formulæ, per coemptionem, per confarrea-
tionem, & per uſum. Per coemptionem fie-
bat materfamilias, & veniebat in manum ma-
riti vxor, ut ex Cicerone docemus, [b] dum ait,
ſi ita Fabiæ pecunia legata eſt à uiro, ſi ei uiro ma-
terfamilias eſſet, ſi ea in manum non conuenerit, ni-
hil debetur: genus enim eſt uxor, eius duæ formæ:
una matrumfamilias, hæ ſunt, quę in manum con-
uenerunt, altera earum, quę tantummodo uxores
24 *habentur*. Coemptione *fiebant iſtę nuptię;* vt
ait Boetius, [c] ex Vlpiani inſtitutionibus, *dum ſe*
ſe coemenda inuicem interrogabant: uir ita. An
ſibi mulier materfamilias eſſe uellet? Illa responde-
bat, uelle. Mulier. An ſibi uir paterfamil. eſſe
uellet? Ille uelle reſpondebat. Itaque mulier ui-
ri conueniebat in manum, & erat materfamilias
uira, loco filię: & ita mulier illa poſtea erat in
manu mancipioque, id eſt, poteſtate mariti. Sic
Seruius Sulpitius apud Gellium, [d] pellicem
appellatam ait libro de dotibus, probroſam-
que habitam, quæ iuncta conſuetaque eſſet
cum eo, in cuius manu mancipioque, alia
matrimonij cauſa foret, etenim tranſibat in
poteſtatem mariti, uel particeps cum patre
25 fiebat poteſtatis conuentione. Manus nam-
que arbitrium & poteſtatem ſignificat, [e] ſicu-
ti inde & manumiſſio, [f] & emancipatio, [g] di-
cuntur liberationes à poteſtate dominica uel
26 paterna. Coemptio autem illa, erat ſimu-
lata quædam diſtractio poteſtatis, qua tene-
batur mulier antequam nuberet, & ex qua in
poteſtatem aliam mariti ſcilicet,traducebatur.
Siquidem ſui iuris antiquis nunquam fœmi-
na erat, ſed ſemper in tutela alicuius erat, ut
27 M. Portius Cato pro lege Oppia apud Liuium
dixit, [h] maiores noluiſſe nullam nec mini-
mam quidem rem ſine authoritate fœminas
agere, ſed in parentum fratrumve, aut li-
berorum eſſe poteſtate, vt Cicero ſcribat,
28 non potuiſſe ſine tutore obligari, [i] niſi Ve-
ſtales eſſent: nam tunc eximebantur à po-
29 teſtate ex lege Numæ, [k] proinde ut ait Euri-
pides,

b Cicer. in topic.

c Boet. in topicos.

d Gelli lib. 4. noct. c. 3.

e vt apud Pompo. l. 2. de orig. iur. in prin. lib. 1 P. tit. 2.
f Vlpia. l. 4. de iuſt. & iur. eod. li. §. 1. de libert. lib. 1. Inſtitu. l. ir eiu tit.
g Iuſtinia in l. & de emancip. libero. li. 8 tit. 49 §. præterea, quib. mod. ius pat. pot. ſol. li. 3. Inſtitut.
h Liuius, lib. 4.

i Cicero, pro Cæcinna.

k Plutarch. in Numa.

γυνὴ μὲν ἐξελθοῦσα πατρῴων δόμων,
οὐ τῶν τεκόντων ἐστὶν, ἀλλὰ τοῦ λέχους, id eſt,
Mulier egreſſa domum paternam,
Non eſt amplius parentum, ſed mariti.

30 Quod apud Romanos coemptione fiebat: Nã
coemptione ſimulata, in alienatione rerum
qualicunque,moris erat etiam antiquis uti: ue-
luti in emancipatione liberorum ante Iuſtinia
num & Anaſtaſium. [l] In emancipatione fa-
miliæ, æs & libram teſtamento facto. [m] Li-
berabantur & à ſacris res, & profanæ fiebant
per coemptionem ſacrorum, ut notat Cicero. [n]
Carolus Sigonius [o] ex Varrone refert rationẽ
coemptionis, ut ueteri lege Romanorum nu-
bentes mulieres tres aſſes ad uirum deferrent,
atque unum, quem in manu tenebant, tan-
quam emẽdi cauſa marito dare ſolitas: alium,
quem in pede habebant, in foco lariũm fami-
liarium ponere: tertium in ſacciperio cum con
didiſſent compito uicinali reſignare. Igitur &
uxor, quæ matrisfamilias nomen habebat,
præter matrimonium, pactum in manu mariti
ſciebat de familia: ideo matremfamil. eam
ſolam appellatam ait Gellius, [p] quæ in mariti
manu mancipioque, aut in eius, in cuius ma-
ritus manu mancipioque eſſet: quoniam non
in matrimonium tantum, ſed in familiam quo
que mariti & in ſui hæredis ueniſſet. Quæ an-
notanda pro iure uxorum, & præſciri iuſſit Ci-
cero, [q] defendenti earum lites, dum ait, *Ne-*
que illud eſt mirandum, qui, quibus uerbis coem-
ptio fiat, neſciat, eundem eum mulieris, quę coem-
31 *ptionem fecerit, cauſam poſſe defendere*. Ne-
que etiam ſolum nuptias, quæ per coemptio-
nem fiebant, in manu mariti fieri inuenio, ſed
& illas, quæ per farreationem fiebant: modo
uera ſint quæ tribuuntur Vlpiano in unde tri-
ginta libris, qui ex corpore eius collecti di-
cuntur; is enim ibi ſcribit, [r] *farre conuenitur in*
manum certis uerbis, & teſtibus decem præſenti-
bus, & ſolemni ſacrificio facto, in quo panis far-
32 *reus quoque adhibetur*. Cæterum nuptias, quæ
fiebant per farreationem, quidam diexerunt,
proprias aſſe, tantumque frequentatas apud
Gentilium pontifices ducentes uxores, ideo-
que ſacras nuptias dictas. Verum melius opi-
nor illas omnibus quibuſcunque uti uolenti-
bus communes fuiſſe. Deinde tamen omiſ-
ſam earum ſolemnitatem farris adijciendi, &
ſubrogatam in eius locum coemptionem exi-
ſtimo, & ita exoleuiſſe, retentis tamen in coem-
ptione cæteris confarrationi additis ſolemni-
bus, vique & efficacia. Quod ex collatione
rituum coemptionis, & effectu & ſolemnibus
nuptiarum confarrationis facile eſt colligere.
Sic enim de iſtis loquitur Dionyſius Halicar-
naſſ. [s] *Romulus conſtitutione redegit uxores, ad de*
centem modeſtiam: ea fuit talis. Mulierem nuptam
quæ iuxta ſacratas leges conueniſſet cum uiro, ei
participem eſſe poſſeſſionum & ſacrorum omnium.
33 *Nominabant autem priſci Romani ſacras nuptias*
vocabulo ſuo, farratia: quia coniuges veſcerentur
eodem farre, quod nos Græci Zean dicimus: & que-
madmodum noſtri homines antiquiſſimam hordea-
ceam frugem rati, hordeo, quod molam ſalſam uo-
cant, hoſtias initiant: ita Romani quoduis ſacrificiũ
igne adolendum reſpergunt farre, quippe qui hoc ge
nus antiquiſſimum exiſtimant & honoratiſſimum.
Manet enim is mos hodieque, nec quicquam eſt addi
tum ad frugalitatem priſtinam. Hæc ſane inter uirũ
& uxorem communio primi & ſacri quondam ha-
biti cibi, atque fortunæ quamuis optimæ, à com-
muni farre nomen inuenit, uinculum efficiens indiſ-
ſolubile: nec ulla res tale coniugium dirimere pote-
rat. Ita lex hæc mulieres nuptas nõ habentes quo ſe
uertant alio, cogebat unius mariti ſe attemperare
moribus, uiros item ſic habere mulieres, ut rem ne-
ceſſariam, nulloque diuellendam tempore: uxor
enim

l L. fin. & pen. de emancip. libero. C. §. præterea, quibus mod. ius pat. pot. ſol. ap. Inſtitu.
m §. 1. de teſta. ordin. lib. 2. Inſtitu. tit. 10.
n Cic. pro Murena.
o Caro. Sigon. de anti. iu. Roman. c. 9.

p Gellius, lib. 18. c. 6.

q Cicer. 1. de orato.

r Vlpi. in tit. 10 9 de ijs qui in manu ſunt.

s Dionyſ. Halic. li. 2. Hiſtor. Rom.

enim pudica & marito ſemper obſequens, aquè ac
ille domus erat domina, & in eius defuncti bona
ſuccedebat hæres, ſicut parantis filia, ex aſſe qui-
dem, ſi is liberis carens ac inteſtatus decederet: quòd
ſi prolem haberet, ex æquo cum liberis: ſi autem ali
quid peccaret, pœnam luebat ex mariti læſi arbi-
trio, &c. Hæc Dionyſius ad uerba, quæ oſten-
dunt matrisfamilias dignitatem & authorita-
tem fuiſſe, & in nuptijs quæ per farreationem
fiebant. Neque tempore Romuli alias iuſtas
nuptias puto fuiſſe: quod mihi confirmare ui-
detur Plinius.[a] *Quin & in ſacris,* inquit, *nihil re-*
ligioſius confarrationis uinculo erat, nouęque nu-
ptę farreum preferebant. Idemque,[b] ex hordeo
ſeu farre fuiſſe antiquis cibum ſcribit. Quibus
ſi iungas quod ſuperius attuli ex Vlpiani[c] ſele
ctis, & farre conueniri ſolitum in manum ma
riti mulieres, intelliges nos poſſe uere aſſerere
34 coemptionem ſucceſſiſſe in locum farris. Iure
tamen pandectarum receptum eſt, & recentio-
ri, matresfamilias etiam dici, quæ ſint honeſtis
moribus mulieres, ſiue illæ ſint uiduæ, ſiue in-
nuptæ uel nuptæ, teſte Paulo.[d] Item & eas, quæ
non ſunt in poteſtate patris ſecundum Vlpia-
35 num.[e] Cæterum quæ eſſent nuptiæ uſu tãtum
contractæ, conſtat ex eo, quòd tradant,[f] uſu
mulierem dictam matrimonium contrahere,
quando ea tutoribus authoribus, cum marito
matrimonij cauſa conueniebat, & per annum
impletum apud eum remanebat, qua conuen-
tione nõ interrupta uſu dicebatur capta: quòd
ſi per trinoctium abijſſet, interrupta uſucapio
erat, & dicta uſurpata mulier. Verum conteſta-
tio præcedebat in hoc genere uxoris inter uirũ
& uxorem, quòd ſobolis procreandæ cauſa coi
rent: alioquin enim ſi honeſta eſſet, & inge-
nua ea, cum qua coniungeretur quis ſine ea te-
ſtatione, quod non ea mente ut uxorem habe-
ret, uxor præſumebatur, & pro ea erat: teſtatio-
ne autem præcedente, nõ uxor, ſed concubina
olim permiſſa, dicebatur, authore Martiano Iu
36 riſconſul.[g] Et certe melius eſt, ut non annume
remus has concubinatus teſtationes, inter ma-
trimonij coniunctiones, quia illæ à matrimo-
nio per ſolubile uinculum differunt, ut notat
Vlpianus.[h] Niſi dicamus matrimonium ille-
37 gitimum cum Calliſtrato:[i] & uxorem uul-
garem concubinam, quando ea quæ ſe in con
cubinatum dedit mulier, matronæ nomen non
amiſit: ſic enim opinor Vlpianum intelligen-
dum, qui ex hac coniunctione adulterium quo
38 que eſſe exiſtimat.[k] Siquidem & illa loco uxo-
ris erat honeſta concubina iure illo Pandecta
rum. Et proinde tempore quo quis uxorem ha-
bet, inquit Iulius Paulus,[l] concubinam habe-
re non poteſt: & concubina ab uxore ſolo deli-
cto ſeparatur. Quod & ſtatuit edicto Conſtan-
tinus,[m] *populo emiſſo, nemini licentię conceda-*
tur, inquit, *conſtante matrimonio concubinam pe-*
39 *nes ſe habere.* Quod & firmauit Iuſtinianus.[n]
Sicuti nec licuit hoc iure Romanorum ad ſi-
militudinem uxoris habere, niſi unam concu-
binam,[o] quæ tamen extra perſonam patroni
matrisfamilias honeſtatem non habebat:[p]
Sed de concubinis ſuo loco latius. Et hæc
pauca de ritibus Romanorum in nuptijs ſuffi-
ciant, quando hodie & tempore iuris Cæſa-
rei abierit ab uſu conuentio in manum, con-
farreatio,[q] & iure Chriſtiano concubinatus,
40 & uxoris temporariæ uſus. Omittam autem
conſulto recenſere aliquos ritus, qui ut plerũ-
que ab iiſdem Romanis ſolemnibus & præ-
ſtantiorum nuptijs adhibebantur, qui colligi
poſſunt ex libro 2. Lucani, dum agit de Martię
& Catonis nuptijs: quia parum, aut nihil, ad
neceſſitatem matrimonij, & ad iuris quod tra-
ctamus quæſtiones pertinere uidebantur, ualu
ti auſpicia, aquæ & ignis tactus, qui fiebat à no
41 ua nupta, de quo Plutar.[r] Meminit & Scæuo-
la Iuriſconſul. nuptias celebratas igne & aqua
adhibita,[s] ueluti cum ſymbolo generationis.
Nam philoſophorum quorundam opinio eſt,
ex horum mixtione illam fieri generationis a-
ctionem, terræ pariendi uim, tradentes: uel for
ſan quia monere uolebant antiqui ærumna-
rum cumulum in nuptijs eſſe: Nam ut Græcus
quidam ait, θάλασσα, καὶ πῦρ, καὶ γυνὴ, κακὰ τρία,
mare, ignis, mulier, mala, tria. Non perſequar ea
quæ de raptu fiebant, qui Sabinarum referebat
coniugia prima, non Thalaſſi uiri nominatio-
nem, dum nupta primum domum ingredieba
tur, per haſtam pilorum diſcriminationem ſin
guli uirginalis ſolutionem, aliaque quæ claſ-
ſici bonarum literarum authores fuſè perſe-
42 quuntur.[t] Feruntur & plures diuerſarum na-
tionum ritus,[u] Cymbri, ut aiunt, ubi depa-
ctum erat matrimonium, ungues reſecabant,
& ſponſus ſponſæ, & contra, ſponſa ſponſo, ſeg
menta dono mittebat: quæ ſi mutuo accepta-
rentur, matrimonium ratum erat, atque tunc
43 ſimul ueluti coniuges cõueniebant. Inter Teu
tonicos, uxor marito, maritus uiciſſim uxori
capillos radebat, in quo faciendo conſenſus,
44 nuptias perficiebat. Apud Armenios, ſponſus
ſcindebat extremum auriculæ dexteræ ſponſę,
ſponſa autem ſponſo extremum ſiniſtrę: & hoc
45 ſolo ritu perficiebatur matrimonium. Apud
Elamitas ſponſi & ſponſæ mutuo ſibi uſque
ad ſanguinem pungebant digitum cordis, præ
ſentibus inuitatis, & ita firmabatur matrimo-
46 nium. Apud Nomidas, uterque coniugum
ſpuebat in terram, & luto inde facto in ſymbo
lum matrimonij, frontes mutuo inungebant.
Daci mutuo ſe amplectebantur, & ijs qui aſta-
bant nouum nomen imponebant: quòd ſi hila
re acciperent, ratum erat matrimonium. Apud
Hungaros, ſponſi mutuo ſibi imagunculas ar-
genteas præmittebant, quibus receptis iucun-
dę nuptiæ celebrabantur. Mos apud Sicioni-
tas, ut futurus uir calceum pedis dexteri ſponſę
mitteret, ſponſa autem ſponſo ſiniſtri. Apud
Tarentinos, proximis utrinque in conuiuium
uocatis, perficiebant matrimonium, mandu-
cantibus ſponſo & ſponſa eadem manu. Scy-
thæ mutuo ſibi tangebant primum pedes, poſt
genua, dehinc cubitos, frõtes, oculos, aures, &
tandem ſe exoſculabantur, eoque ritu in per-
47 petuum firmabatur matrimonium. Apud Car
duenſes, ſacerdotes ad domum mariti ibant,
ubi conueniebat mulier, ibique accendebant
ignem, qui nunquam extingui ſaltem dum ui
uerent, debebat: nam ſi extingueretur,
fiebat diuortium, & erat inſtar repu
dij, niſi ſimul quadraginta an
nis uixiſſent: indeque a-
bijt in prouerbiũ,
pro repudio
aquam
igni inijcere.

a Plinius, libr. 18. c. 2.
b Plin. libr. 18. c. 8.
c Vlp. lib. titu. lor. tit. 9. de ijs quæ in manu ſunt.
d Pau. l. pronũciatum, l. 46. §. matremfa. de uer. ſig. li. 50. P. tit. 16.
e Vlpia. l. nam ciuium Romanorum, l. 4. de ijs qui ſunt ſui uel alie. iur. li. 1. P. tit. 6.
f Gellius, li. 3. ca. 2. Sigonius, lib. de antiquo iure Romanorum, c. 9.
g Martia. l. 3. de concubi. li. 25 P tit. 7 l in liberæ, l. 24. de rit. nupt.
h Vlp. in l. 1 de concub. in P.
i Calliſt. l. pe. § fin. ad municipal. lib. 50. P. tit. 1.
k Vlpia. l. ſi uxor, l. 13 ad l. Iul. de adulter. li. 48 P tit. 5.
l Iulius Paul. li. 2. recep ſent. t. 21. de concubinis.
m Conſtant. l. 1. de concubi. li. 5 C tit 26
n Iuſtin. l. fi. §. ſin commu. de manumiſſ. lib. 7. tit. 15.
o §. conſideranimus, in fine titu. de ſemiſſ. in auth. coll 3.
p Martia. l. in ſuum, l. 41. de rit. nupt. li. 23. tit. 2.
q Corne. Taci. lib. 4.
r Plut. in problem.
s Scæuol. in l. Seia. l 65. §. 1. de donat. inter uir. & uxor.
t Plut. in Romulo
u de quib. uide Bocatiũ, li. de nupt. & lib. inſcriptum, le paragon de uit tę. c 4.

Rationes, cur nuptiæ duorum tantum, & quare tot ritibus & cæremonijs initientur & probentur. Cap. VI.

1 *Deus matrimonium duorum in paradiſo iunxit, nouerunt & Ethnici à Deo inductum.*
2 *Ratio ſecunda, matrimonia inducta ad cohibendũ vagam, & ferinam Venerem.*
3 *Lex Papia Toppæa de uetitis uirorum ſexagenariorum & mulierum quinquagenariarum nuptijs ſublata. pariendi mulieribus annus quinquageſimus terminus, hominum ſexageſimus generandi.*
4 *Papia Poppęæ legibus plura capita, & à quibus emendata.*
5 *Lex Papia Poppęa à quibus lata.*
6 *Lex Papia & lex Poppęa diuerſæ.*
Poppęa de frequentandis matrimonijs.
Papia de iure ciuitatis.
7 *Papia lex de dicendo teſtimonio.*
8 *Papia Pompeia lex.*
9 *Papia de ſexagenarijs & quinquagenarijs non coniungendis à Tyberio abrogata, & à Seuero, quia ultra eam ętatem generare homines poſſunt.*
10 *Maſiniſſa poſt 86. annos filium generauit: Cato Cenſorius poſt 80. Cornelia poſt 62. & de Sarra & Elizabetha.*
11 *Generationis inhibitæ naturales cauſa.*
12 *Senibus nuptiæ quare permiſſę.*
13 *Papia lex decimarum ab ijs qui liberos non haberent ſublata. Idem num. 14.*
14 *Vxores ducuntur, quoque in auxilium uitæ.*
15 *Vxoris bona utilitates.*
16 *Vxoris peruerſitas à coniugio deterret, & quę illa.*
17 *Cum uxore maritis duo boni dies tantum.*
18 *Vxor malum neceſſarium.*
19 *Vxor cęca, maritus ſurdus, quietum faciunt matrimonium.*
20 *Nuptię inductę etiam ad prolis certitudinem, & quare ea exigitur; filij probatio eſt incerta, niſi nuptijs.*
21 *Filios proprios magis quàm alienos & ſeipſos patres diligunt.*
22 *Filij remedium neceſſarię ſucceſſioni.*
23 *Filios non procreare pæna illegitimi matrimonij, uel ſuſceptos non amare.*
24 *Per filios nomen poſteritati conſecramus.*
25 *Filij debent eſſe ſimiles parentibus.*
26 *Filij cauſa laborum parentum, & quod acquirant.*
27 *Filiorum ſuppoſitio prohibita: eaque duplici modo fit.*
28 *Subijciendi partus techna ex Ariſtophane.*
29 *Virginitas pręferenda nuptijs.*
30 *Nuptias reprobantes fuerunt hęretici Marcion, Encbratitę, Origeniani.*
31 *Nuptias bonas negantium opinio vbi damnata.*
32 *Nuptiarum bona.*
33 *Nuptijs multa impoſita, & habentibus liberos.*
34 *Matrimonij ſerotini & inhoneſti actio.*
35 *Nupti in Palmaria denegata menſa & honor.*
36 *Cęlibes Romę mulctati.*
37 *Papia lex contra cęlibes ſublata.*
38 *Filios habentibus priuilegia & immunitates conceſſa, quid apud Romanos, & alias nationes.*
39 *Spartiatę excubijs liberabant tres dantem filios reipub.*
40 *Priuilegia & fauores matrimonij remiſſiuè.*

1 Sed diſcutiamus paucis rationibus,
cur antiqui nuptiarum ritus &
myſteria duorum tantum coniugum,
regulis ita ſerijs concluſerunt:
quibus annectere poterit unuſquiſque,
quæ Lactantius,[a] Xenophon,[b] & Ariſtoteles[c]
communioni illi uxorum Socraticæ obiecerunt.
Prior itaque erit ab authoritate Dei,
& uoluntate eius, quæ certior & uenerabilior
& ſapientior omnibus omnium hominum
quantumuis philoſophantium ſententijs eſſe
debet: is enim coniugium duorum instituit cũ
conteſtatione prophetica, hoc eſt, *os ex oſſibus
meis, &c.*[d] In loco qui peccatum non potuit
ferre, in paradiſo videlicet, unde peccantes
primi parentes pulſi ſunt, magnumque in hoc
ſacramentum ſacramento ſignatum unionis
Dei cum unica ſponſa eccleſia.[e] Et Diuus Paulus[f]
*honorabile connubium in omnibus, & torus
immaculatus: fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus*.
Et Dionyſius Halicarnaſſæus,[g] qui
uerum Deum ignorabat, matrimonij inuentionem
dijs tribuit. Lege quoque Athenæus[h]
ſancitum fuiſſe dicit, ut ſympoſia nuptiarum
tempore celebrarentur, Deorum nuptialium
gratia, & quaſi teſtimonij cuiuſdam.
Quo fit, ut neque cælibes, ob Dei numen
intereſſe nuptijs legitimis recuſent, ſicuti
& Dominus noſter, Dominus Ieſus Chriſtus
interfuit in Cana Galileæ.[i] Sic Coluthus Thebeus
Lycopolitanus,[k] in nuptijs Thetidis &
Pelei, fingit quoque ſtudioſam & tetricam alioquin
Mineruam adfuiſſe, καὶ βριαρὴν τρυφάλειαν
ἀπὸ κροτάφοιο μεθεῖσα ἐς γάμον ὡμάρτησε, γάμων
ἀδίδακτος Ἀθήνη, id eſt, *& horrendam galeam
ex capite deponens, ad nuptias ſecuta eſt, licet nu-*
2 *ptiarum expers Minerua:* Vnde ſecunda alia ratio
naſcitur, matrimonia quoque permiſſa &
probata ad euitandam uagam illam more ferarum
& canum commixtionem, & ad remedium
eorum qui continere nequeunt, quos
melius eſt nubere quàm uri,[l] ut ideo unaquęque
uirum ſuum habeat, quiſque uxorem propriam.[m]
Sic non ſolum ad ſobolem procreandam,
ſed & ad cohibendos motus illos venereos,[n]
Et ita Diuus Chriſoſtomus *propter concupiſcentias
iuuenilis ætatis*, inquit, *Dominus noſter
ſciens naturæ infirmitatem, nuptias dedit, &
ſanciuit, ut ab illicito concubitu abſtineretur.*[o]
3 Quamobrem ſublata merito fuit lex Iulia &
Papia, quæ prolem tantum conſiderans, ſexagenarios
uxores ducere prohibebat, uelut
ſteriles, & prolificationi minus idoneos, ex ſanctione
Iuſtiniani.[p] Et ea quæ quinquagenarias
quoque à nuptijs remouebat:[q] eadem ratione,
quam & Dionyſ. Halicarnaſſ. ſequitur,
exiſtimans quinquageſimum annum eſſe pariendi
terminum, nec ulterius ferre uterum
fœminam.[r] Meminit eius legis Lactantius,[s]
dum de falſa religione agit. *Non illepidè*, ait,
*Seneca in libris moralibus philoſophiæ. quid ergo
eſt*, inquit, *quare apud poetas fallaciſſimus Iupiter
deſierit liberos tollere? utrum ſexagenarius factus
eſt, & illi lex Papia fibulam impoſuit? an impetra-*
4 *uit ius trium liberorum? &c.* Papiam Poppęam legẽ
multa continentẽ capita primus emendauit

Auguſtus

a Lact. Firmia. lib. 1. diuinar. inſtit. c. 21.
b Xenophon, in œconomic.
c Ariſtotel. 2. politic.
d Geneſ. 2. cano 1 32. q. 1. cano deniq. 26. diſt. can. ſicut, §. 1. 32. q. 2.
e ad Epheſ. ca. 5. ca debitum, de bigam.
f ad Hebræos c. 13
g Diony. in pręcep. de oratio. nup. conſtruen.
h Athen. li. 5. Gymnoſ. c. 1.
i Io. c. 2.
k Coluthus Thebeus, in ἁρπαγῇ Ἑλένης, in rapiu Helenę ver. 30.
l 1 Corinth. 7. can. nuptiarũ, 26. q. 1.
m 1. Corint. 7.
n can ſicut nõ omnes, §. 1 32. q. 2.
o D. Chriſoſt. homil. 59 in Geneſ. tom. 1.
p Iuſtinian. L. ſancimus, L. 27. de nupt. li. 5. C. tit 4.
q Iuſtinia. l. ſi maior, l. 12. de legit. hæred. li. 6 C. tit. 57.
r Diony. Halicar. li. 4. antiq. Roman
s Lactant. lib. 1. de falſ. religion. c. 16.

Auguſtus ſub finem dierum & imperij, ut teſta
5 tur Cornelius Tacitus.[a] Non tamen ſatis con-
ſtat, à quo, & quando lata fuerit: ſiquidem Iſi-
dorus[b] ſcribit, ſub Octauiano Cæſare ſuffectos
Conſules Papium & Pompeium legem tuliſſe,
quæ à nomine eorum dicta ſit Papia & Pompe
ia, continentem patrum præmia pro ſuſcipien
dis liberis. Alij à Q. Æmilio Papo, qui cum C.
Fabtirio Lucino Conſol fuit. Alij à C. Pap. Tri-
bu. pleb. de quo meminit Appianus.[c] Et Ioan-
nes Cuſpinianus in commentarijs in Aurelij
Caſſiodori Conſules,[d] arguit hūc erroris, quòd
nunquam iſti fuerint ſimul conſules inuenti,
vultque eam olim anteà tuliſſe Papium Pop-
pæum. Dio[e] tamen ſcribit, hāc legem Papiam
Poppæam, de maritandis ordinibus latam à M.
Papio Mutilo, & Q. Poppeo, qui in parte eius
anni ab urbe condita ſeptingenteſimi ſexage-
ſimi primi Conſules erant, ſecundum Bartho-
lomeum Marlianum patricium Mediolanen-
ſem in annalibus Conſulum & Dictatorum.[f]
6 Qui & diſtinctionem ponendam inter legem
Papiam, & legem Poppæam contendit, nec ſi-
mul Papiam Poppæam dicendum eſſe, & duas
eas fuiſſe: alteramque contra adulteros Papiū,
& alteram Poppæum de frequentandis matri-
monijs tuliſſe. Tamen Philippus Beroaldus ſi-
mul iungit pro eadem Papiam Pompeiā apud
Suetonium.[g] Fuit & altera lex Papia, quæ pere
grinos à iure ciuitatis repellebat, ut Cicero me
minit,[h] & alij.[i] Diſponebat & circa Veſtalium
conſectationem Papia, ut uiginti legerentur
prius à Pontiſ. Maximo, ut ſcribit Gellius.[k] Li-
cet & alia capita legis Papiæ obſeruare in iure,
partim expuncta, ut & quædam Alexander ab
Alexan. annotauit,[l] qui etiam ſemper legit le
7 gem Papiam & Pompeiam. Erat & aliud caput
legis Iuliæ & Papiæ iudiciorum publicorum,
ne alicui inuito denūciaretur, ut teſtimonium
dicat aduerſus ſocerum, generum, uitricum, &
ſimiles perſonas, quas Paulus Iuriſ. refert.[m]
Quædam & Alciatus de lege Papia pulchrè
8 pertractat.[n] Et fuerūt tot alia legis Papiæ Pop-
pææ capita, ut non poſſim non induci legen-
dum eſſe Papiæ Pompeiæ potius à Cn. Pompe-
io, qui in turbulento ſtatu triumuiratus, leges
reformauit. Sic enim Cornelius Tacitus in an-
nalibus, *ubi poſt Sullam Dictatorem, multas uba-
leuiſſe & induxiſſe leges & poſteà alias Lepidum
ſcripſit, & redditam licentiam tribunis, quò uellent
populum agitandi: & cum plures eſſent leges in cor
ruptiſſima republica, tunc, inquit, Cn. Pompeius ter-
tium conſul, corrigendis moribus delectus, & gra-
uior remedijs, quàm delicta erant, ſuarumque legū
author ac ſubuerſor, quæ armis tuebatur, armis a-
9 miſit*. Sic ab hoc qui plura capita addit Papia
Pompeia dici lex poteſt. Verum quòd ad inſti-
tutam tractationem pertinet, inter alia capita
eius, illud erat: quod ſaxagenarijs, & ſupra hāc
ætatem, turpe ducere uxorem uiſum, & ad pro-
creandos liberos inconueniens. Cuius capitis
primum conſtituit uacationem, pro cuiuſque
ciuis conditione. Claudius Tiberius Cæſar:[o]
& poſteà, edicto abrogauit.[p] Seuerus etiā Im-
perator leges Papias excluſit, quas etiam Ter-
tullianus[q] uaniſſimas appellat. Siquidem &
Ariſtoteles[r] aſſerit etiam poſt ſexageſimū an-
num, & ſeptuagenarium generare poſſe: *ma-
res* inquit, *plurimi ad ſexageſimum generant, quē
ſi exceſſerint, ad ſeptuageſimum uſque procedunt.*
Et alibi,[s] *finem ut plurimum gignendi uiris annum
ait ſeptuageſimum, mulieribus quinquageſimum.*
10 Prodidit & Plinius[t] literis Maſiniſſam regem

a Cornel. Tac. li. 3 annal.
b Iſido. li. 4.
c Appia. lib. 5. bell. ciuil. Ludouic. Charundas in catalogo legum antiquarū, in l. Iulia, & aliis legib. ciuitatis Romanæ.
d in anno ab urbe 761. ſub Q. Sulpitio & Cn. Pompeio.
e Dio Caſſius, lib. 56.
f Marlia. in cōſulibus anni ab urbe 761.
g Phil. Beroal. in ca. 23 & 19. Claud. Cæſaris ap. Suetonium.
h Cice. in offic. 3, & pro Archia poeta, & 4. ad Atticum, & pro L. Corn. Bal.
i Val. Max. lib. 3. c. 4. in Perpē.
k Gellius, li. 1. c. 12.
l lib. 4 genial. dier. c. 22.
m Paul. in l. 4. de teſtib. li. 22. P tit. 5.
n Alciat. lib. 3. diſpunct. c. 3.
o Suet. in Claudeo, c. 23.
p Suet. in Claudio, c. 23.
q Tertullia. in Apologet.
r Ariſt. 7 de animal. hiſto. capit. 6.
s Ariſt. 7. politic. c. 16.
t Plini. libe. 7. cap. 14.

poſt octoginta ſex annos generaſſe filium no-
mine Methymathinum: & Catonem Cēſoriū,
octogeſimo exacto è filia Salonij clientis ſui: ex
Cornelia Scipionum gentis, Voluſium Satur-
ninum poſt ſexageſimum ſecundum annum:
& octogeſimum quintū apud ignobiles, vulga
tem reperiri generationem. De Maſiniſſa teſta-
tur quoque Solinus.[u] Sunt & exempla in ſacra
pagina Abrahæ & Saræ,[x] & Elizabeth matris
11 D. Ioannis Baptiſtę.[y] Et quamuis Ariſtoteles,[z]
& Galenus[a] tradant, ſemine carere ægros, pro-
pter imbecillitatem: ſenes, quia non poteſt eo-
rum natura ſatis concoquere, pueros, propter
incrementum in quod conſumunt. Nihilomi-
nus tamen qui ſint ſenes iſti ita debiles, ma-
net in controuerſia: ſiquidem alij alijs citius uel
tardius ſeneſcunt, alijque alijs natura robuſtio
12 re uel infirmiore ſunt. Vt non immeritò quo-
que plenius abrogata fuerit illa lex à Iuſtinia-
no Chriſtiano, ut ſuprà docuimus, & nuptiæ
quoque iſtis ſenibus permiſſæ fuerunt: cum &
illi ſtimulis cupidinis poſſint incendi, & inde
peccandi daretur occaſio, ſi cōcubitu licito uti
illis non liceret. Et quanquam ille concubitus
generationi inefficax ſit ſenum, tamen ad pec-
candum, & ad delictum extra matrimonium eſ
ſet diſpoſitus, ut ideò nec prolem aliquando cō
13 ſideremus in nuptijs. Sicuti & in hac parte
lex Papia alio capite abrogata ab Honorio &
Theodoſio, quę decimas exigebat à relictis uxo
ri uel marito, ex quorum coniugio nulli geni-
14 ti eſſent liberi.[b] Succurit huic emendationi,
tertia ratio nuptiarum, ut matrimonium indu-
ctum ſit, non tam ad ſedandam libidinem, uel
ad prolem producendam, quàm in auxilium
maritorum & coniugum. Et ideò in Geneſi[c]
mulieris ſcriptum eſt, cum de homine creanda
eſſet, faciamus ei adiutorium ſimile. Si quidem
in illa ſocietate coniugali partito onere ſolici-
tudines, & curæ, & moleſtiæ, leuius feruntur.
Et ut dicebat Hierocles,[d] *οὐδὲν οὕτω φορτικόν ἐστιν
τῶν ὄντων, ὥστε μὴ ῥᾴδιον εἶναι συμφρονοῦσί γε ἀνδρὶ
καὶ γυναικὶ, καὶ κοινῇ φέρειν αὐτὸ ἐθέλουσιν, nihil tam
oneroſum eſt, quod uir & uxor non facillimè ferant
concordes, & communi opera quicquid eſt ferre uo-
15 lentes*. Octauianus apud Dionem,[e] optimam
rem eſſe uxorem pudicam, ait, domus cuſtodē,
adminiſtratricem & nutricem liberorum, quæ
& ſanum exhilarare, & ægrum curare, lætis unē
ti ſocia eſſe, aduerſas conſolari poſſit: iuuentu-
tis nimiam animi naturam coercere effœtam
ſenectæ auſteritatem, temperare. Hinc prolis
iucunditatem, animi & corporis paterni ima-
ginem, ut alter tute ex te naſcatis, hinc ſuc-
ceſſorem, reipublicæque magnam utilitatem,
& artes omni opera tractatas. Ariſtoteles[f] quo
que hoc firmat his uerbis, *homo natura magis
coniugale animal, eſt quàm ciuile: quanto prius
& neceſſarium magis eſt domus quàm ciuitas,
& procreatio communior animalibus. Atque cæ-
terorum quidem animalium: hic ſocietatis eſt ter-
minus: homines autem coniugium ſubeunt, non ſo-
lum procreationis ſed eorum etiam gratia, quę ad
ipſam conferunt uitam. Officia namque continuo
ſunt diuiſa, atque alia uiri, alia ſunt uxoris: Opem
itaque mutuo ferunt, res proprias in commune po-
nentes. Quapropter hac in amicitia utilitas ineſt,
atque uoluptas. Erit autem & ob uirtutem etiam
amicitia, ſi boni ſint: eſt enim utriuſque uirtus,
atque hoc ipſo gaudebunt. Filij autem, parentum
uincula ſunt & nexus. filij namque, bonum
eſt utriuſque commune: ipſum autem commune
continet*. Et Columella,[g] *Sed qualicunque uillico*

u Solinus Polym hiſt.
x Geneſ. 18.
y Lucæ 1.
z Ariſtot. 1. de genera. anima. cap. 18
a Gale. li. 1. de tuend. ſanit.
b l. 2. de infirman. pœn. cœlib. & orbitat. li. 8. C. tit. 58.
c Geneſ. 2.
d Hierocl. in lib. nuptia.
e Dio Caſſius, li. 56. hiſt. Ro.
f Ariſto. ethic. ad Nicoma. li. 8 c. 12.
g Columel. li. 1. de re ruſtica, cap. 8.

contubernalis mulier aſſignanda eſt, quæ eum contineat, & in quibuſdam tamen rebus eum adiuuet. Ideò inre ciuili, uxot tenetur & operas ſuas præ

a l. ſicut. de oper. libert. in P.

16 ſtate matito, & eius utilitati.[a] Scio tamen pleroſque ob mores potiſſimum iſtius ætatis mulierem corruptiſſimos, quæ uix, raiò, aut nunquam ad ſympathiam couiugalem conuenire queunt, quæve ſuo arbitrio uiuere, imperare, dominari, & agere uolunt calamitatum & infortunij & miſeriarum initium, matrimonio iungi & perpetuis moleſtijs collaudare, acerbiſſimum putent. Quibus & reſponderi poteſt, prius deligendam eſſe uxorem, quàm ducendã, cognoſcendam, quàm amandam: & ſæpius malinæ & contemptus uxoris cauſam, eſſe ſtultitiam & fatuitatem maritorum, qui non nouerint cum uxoria opera autboritatem uiri retinere. Et ſi quis à natura mulierũ, ut mala proprietate quadam urgeat & iuſtet, duos tantum

17 dies matrimonio gratos & ſuaues eſſe: unum, cum uxor ducitur; alium, cum mortua effertur, ut dicebat Hipponax: & ut Chæremas ſepelire

18 uxorem, quàm ducere melius: Reſpondebo cum Suſarione,[b]

b apud Stobæum, in nopυjn.

[illegible]

[illegible]

[illegible], id eſt,

Malum ſunt mulieres, uerumtamen populares
Hoc ſine malo domum inhabitare non licet,
Nam & uxorem ducere, & non ducere malum eſt.

c D. Ambro. li. de inſtitut. uirg. c. 7.

Sed, ut ait D. Ambroſius,[c] non eſt uitium, mulieris eſſe, quod naſcitur, ſed uitium uiri quærere, quo ſæpe tenetur. Neque res reijciendæ ſunt, quòd interdum incautis officere ſolent: nihil enim adeò eſt utile, quod aliquid ſecum non adferat incommodi. Sic enim mala bonis coniuncta ſunt, & dolores uoluptatibus, ne quis obliuiſcator ſe maritalẽ, ſi omnia ex uoto ſuc-

19 cederent. Erit & unicum remedium prudentiæ in coniugij tolerantia addẽdum, ut maritus fiat ſurdus, mulier autem cæca: Sic enim Alphonſus Hiſpaniarum rex, matrimonium exigi trã-

d Anton. Pan. li. 3 de dict. Alphon. c. 7.

20 quillè & ſine quetela poſſe dixit.[d] Quarta nuptiarum introducendarum & cõſeruandarum ratio eſt, prolis certitudo, quam habere permagni eſt: primum, ob curam & ſolicitudinem maiorem liberorum, quos quis diligentius conſeruat, nutrit, & inſtruit, dum ſuos nouit, uel tales eſſe ſibi perſuadet ob nuptias. Filium enim definimus, quem nuptiæ demonſtrant:[e] alioquin enim difficilis, imo ferè impoſſibilis filiationis probatio dicitur.[f] Vt & illi, qui ex concubitu promiſcuo meretricis, patrẽ habere nõ cenſeantur: non quidem quòd patre careant, ſed quòd certum demonſtrare uel honeſtè non puſſint.[g] matre quidem ſemper[h] certa, ſed pa-

e Vlpi. l. filiũ. 2. de his qui ſui uel alie iur. li. 1. P. ti. 5. Pau. l. quia ſemper, 5. de in ius uoc. li. 2. P. tit. 4.
f Paul. l. 1. uer. 82. de condi. & demon. lib. 35. P. tit. 1.
g Modeſtin. l. vulgo cõcepti, 23. de ſtat. hominu. li. 1. P. tit. 5. §. ſi aduerſus, de nupt. ap. Iuſtin.
h Paul. l. quia ſemper, 5 de in ius uoc. 10 P.
i ad Epheſ 5.
k Pau. l. iſti quidem, 8. de eo quod met. cau. lib. 4. P. tit. 2. §. pen. de noxal. actio.
l l. conſilio, de curat. furio. C. in Actu. 4.

21 tre citra nuptias incerto. Et naturale hoc eſt omnibus animantibus, ſuos fœtus potius diligere & nutrire, quàm alienos, ueluti ex ſubſtantia propria productos. Sicuti enim nemo carnem ſuam unquam odit,[i] & ſeipſum non diligit: ita quæ ſuæ ſubſtantiæ ſunt, non amare nõ poteſt. Terrentur ideò magis ueri parentes in filiorum periculo, quàm proprio,[k] affectu ſummo gnatos amplectẽtes.[l] Sic Euripides in Iphigenia in Aulide,[m]

[illegible]

[illegible], id eſt,

Res efficax peperiſſe, fertq; uim amoris maximã.
Omnibus namque commune eſt, ut pro ſuis maximè laborent liberis.

n Lucianus, in amatorib.

22 Lucianus[n] dicebat, ſucceſſionis neceſſariæ in-

o Iuuenal. Satyr. 1.

23 uenta fuiſſe remedia, filios. Iuuenalis[o] pœnam illegitimi coniugij dixit, non habere liberos, uel inde ſuſceptos non amare,

Interea, inquit, tormentum ingens nubentibus hæret,
Quòd nequeunt parere, & partum retinere maritos.

Siquidem & ſubnixum liberis dicitur matrimonium, & ueluti confirmatum, & firmius dixit Vlpianus.[p] Et ſæpe diuortium filios natos prohibere, etiam ex adulterio conceptos, docet Iuuenalis,[q]

p Vlp. l. 1. §. 6. de liber. exhib. lib. 43. P. tit. 29.
q Iuuen. Sat. 9.

Sed mariti putati
Inſtabile, ac dirimi cœptum, etiam penè ſolutum,
Coniugium in multis domibus ſeruauit adulter.

r Caliſtr. l. liberorum, 220. de uer. ſig. li. 50. P. tit. 16.

24 Sed eo magis incenduntur parentes ad liberorum educationem, quia ut ait Calliſtratus,[r] *filios filiaſve idcirco concipimus atque edimus, ut ex prole eorum earumve, diuturnitatis nobis memoriã in æuum relinquamus.* quod aſſequi non poſſet quis ſi incerta proles eſſet, uel alterius ſeminis commixtione contaminata. Similis namque, ut

s quod diſputat. Ariſt. lib. 1. de gene anim. ca. 16 & 18 & de hiſtor. animal li. 7. c. 6.
t Catullus, in epithalo. Iuliæ & Mallij.
u Horat. lib. 4. carmi. Ode 4.

25 plerunque, ſolent eſſe filij parentibus.[s] Sic Catullus,[t]

Liberos date: non decet
Tam uetus ſine liberis
Nomen eſſe, ſed indidem. Semper ingenerari.

Et ut ait Horatius,[u]

Fortes creantur fortibus & bonis:
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Et ut Pindarus,[x]

x Pindar. Pythio Ode 8.

[illegible]

[illegible]. id eſt,

Naturæ generoſum
Adiacet ex patribus: liberis fiducia.

Vt inde etiam emanarit dictum, intereſſe maximè reipublicæ partus non ſubijci,[y] ut ordinũ dignitas & ſplendor familiarum degeneri familia non conſpurcetur. Et Valer. Maximus,[z] imprudentiæ dicit genus nullo modo ferendũ, periculique tum priuati, tum etiam publicè latè parentis infimo loco natos mendacio ſe clariſſimis familiaris inſerere, quod exemplis pro-

y l. ſuper ſtatu, de quæſtio. C. l. 1. §. quãuis, de uent. inſpic. in P.
z Valer. Maxi. li. 9. c. 15.

26 bat. Alioquin ſi uxores communes, & proles eſſet incerta, & hæreditates, quæ ex uoto parantur[a] à parentibus liberis, ut dicemus Deo ſanẽte in ſucceſſionibus, contra uotum illorum, ad extraneos peruenirent. Et ſæpe laborare & quærere contẽnerent homines, quæ cõmunibus, nõ proprijs, uel alienis eſſent relicturi, liberoſque cõmunes contemnerent: naturale quippe uitium eſt, negligi quod communiter puſſidetur.[b] Sicuti & ſi certus non eſſet parens, ſeneſcentibus parentibus rara eſſet in eos curandos gratia. Sicq; Phalaris ad uxorem Erythriã ſcribit [illegible] *Quis, inquit, familiariũ gratia deſideraret diteſcere, nõ habẽs*

a l. ſcripto, unde liber. cum ſimilib.
b l. 3. quand & quibus quarta pars debe. liber. lo. C. tit. 34.

27 *curam uxoris uel filiorum?* Et idcirco proſpiciũt leges, ne ſupponantur partus à mulieribus maritis, ne hæreditates proximis, uel ueris liberis ſubripiant eorum prætextu.[c] Et hæc ſuppoſitio fit dupliciter: ſiue dum ſe fingit mulier à marito concepiſſe, & tamen ab alio concepit, cuius datur accuſatio etiam ea prægnante, ſed ſuſpenſo iudicio, donec edatur interim partus, ne quod præiudicium fieret nato, ut ait Paulus,[d] interdum minimè ſi natus.[e] Aliquando ſuppoſitiu fit, dum ſe peperiſſe mulier fingit uiro, & uon peperit, ſed aliunde partum

c Vlpian. l. 1. §. ſi mater, & l. 3. §. ſi mater, de Carbon. edict. li. 37. P. tit. 10.
d Pau. l. ſi uentris nomine, 2. de uen. in poſſ. mitte. lib. 37. P. tit. 9.
e l. milit. §. propter, de adult. in P. l. 1. §. ſi. de carb. edic. in P. lib. 37. tit. 10.

editum

editum ſibi ſubijcit. Quamobrem proditum eſt
edictum, de uentre inſpiciendo, ut conſtat ex l.
2. eius tituli. Extat iudicium ſapiens Salomo-
nis,[a] in ea ſpecie & hypotheſi, inter meretrices,
quarum una occiſo puero ſuo & imprudenter
ſuffocato, alterius ſibi uindicabat, ſuũ dicens, &
ut talem petens. Meminit de ſupponendi arte
mulierum Ariſtophanes, in celebrantibus Ce-
realia.

a 3. Reg. 3. c. adferte mihi gladium, cap. 2. de praſump. lib. 2. Decret. tit. 5.

28 *Alteram (inquit una mulierum) quæ dicebat do-*
lores partus habere mulier
Per decem dies, donec emit infantem.
Maritus autem obibat urbem, medicamenta cele-
rem partum facientia emens.
Intulit autem anus in olla infantem,
Vt ne clamaret cera obturatum:
Deinde ut annuit capite anus quæ ferebat, uxor
ſtatim clamat.
Abi, abi iam enim, ò uir, mihi uideor
Paritura eſſe: imum uentrem enim infans calci-
bus percuſſit.
Et hic quidem lætatus cucurrit: hæc uerò extraxit
Ex ore infantis cerulam, ille uerò clamauit. &c.
Scribit Luithprandus,[b] Hugonem regem Ita-
liæ memorem, ne Lambertus Marchio Thu-
ſciæ, filius Bertæ matris ſuæ, ſibi regnum eripe-
ret, dixiſſe, & ſuppoſuiſſe qui dicerent, Bertam
Addelberto uiro ſuo nullum filium peperiſſe,
ſed ab alijs mulieribus clam acceptos, ſimula-
to partu Lambertum & Guidonem ſibi ſuppo-
ſuiſſe, quatenus poſt mortem Addelberti ſibi
non deeſſent filij, quorum adiutorio omnem
potentiam poſſideret. Poſt continentiæ & uir-
ginitatis præſtantiam, nuptiæ ualde honoran-
29 dæ. *Præferimus autem ſanctitatem, ſine nuptiarum*
damnatione, inquit Tertullianus,[c] *non ut malo*
30 *bonum, ſed ut bono melius.* Ex quibus, eos conſtat
toto cœlo totaque uia, ut dicitur, errasse, qui im-
probarunt nuptias, ut iniquas. Quemadmodũ
hæreticus Marcion, matrimonium ut malum
impudicitiæ negotium accuſauit, ut impedien-
tem ſanctitatem, quã ipſe falsò iactabat. Cum
tamen ſanctitas cuiuſquam, niſi poſt matrimo-
nium fuerit: nec poteſt ſtare genus humanum,
niſi naſcantur homines, ut latè diſputat Tertul-
lianus aduerſus Marcionem.[d] Damnati & hæ-
retici Encratitæ, dicentes palam, nuptias eſſe
diaboli, teſte Epiphanio.[e] Item & Origenij,
qui & turpes dicti, omnes libidinis mancipia,
reijcientes nuptias.[f] Et Hierax, qui ut ſcortatio-
31 nes improbauit, improbatus.[g] In concilio ita-
que Gangrenſi,[h] ita cautum: *ſi quis uituperat nu-*
ptias, & dormientem cũ uiro ſuo fidelem ac religio-
ſam deteſtatur, aut culpabilem æſtimat, uelut quæ
regnum Dei introire non poſſit, anathema ſit. Et in
canonibus Apoſtolorum,[i] inhibita nuptiarũ
etiam βδελυγμία, id eſt, execratio ſeu odium. No-
ta impietatis poſtremi ſeculi etiam in eo ſigna-
tur à Sibylla,[k] quod deficiet coniugio honor,
dicens,

b Luithprand. lib. 3. de reb. in Europa geſtis, cap. 13.

c Tertull. li. 1. aduerſus Marcion.

d Tertull. con. Marcion. li. 1.

e Epiphan. tomo 1, li. 2 cont. hæreſ. hære. 47.

f Epipha. tomo 2, li. 2 hære. 63.

g Idem Epiph. li. 2 tomo 2. hæreſ. 67.

h ca. ſi quis uituperat, & can. quicunque uirginitatem, 31. diſtin. in Synod. Gangren. c. 1. & 9.

i in cano. 51. concil. Apoſt.

k Sibyllinorũ oraculor. li. 8.

κ' οὐδὲ γάμος ἀμαχρυσω ἄνε ποτὲ τίμιος ἔσται. i.
Nec tunc coniugij honos, auro præſente manebit.
Quod & apertius D. Paulus tradit ad Timoth.[l]
Qui enim huic ſacramento & bono maledicũt,
homicidæ quodammodo generis humani ui-
dentur, hoſteſque reipublicæ, cuius intereſt ciui-
tates repleri hominibus liberis,[m] non periuris
& impudicis moribus: & mulieres habere exi-
mio priuilegio ſubnixas dotes, ut poſſint nube-
32 re.[n] Laudauit publicè Auguſtus[o] nuptias,
quòd multitudinem augerent, quòd conueniat
naturæ mortalitatem perpetua ſtirpis ſucceſſio-
ne, quaſi facem alijs ſubinde porrigentibus cõ-
penſare: ut qua ſola re, dicebat, à diuina felicita-
te abſumus, eam perennitatem mutuò inuicem
33 nobis tradamus. Proinde idẽ, grauiorem mul-
ctam in nuptiis utriuſq; ſexus ſtatuit: cõtraque,
nuptiarum & multitudinis liberorum præmia
conſtituit.[p] Hoc ipſum anteà leges fecerant, &
poſteà pariter aliquãtum perſeuerauit. Plato[q]
in legibus ſuis ſtatuit, ut nemo ſine conſortio
matrimonij uiueret in ciuitate, quinque & tri-
ginta agens annos: alioquin ſingulis annis, ſi
de maiori eſſet cenſu, drachmis centum mulcta-
retur: ſi de ſecundo, ſeptuaginta: ſi de tertio, ſe-
xaginta: de quarto triginta: neque honorum ſo-
34 te participes. Iulius Pollux ſcribit,[r] apud Lace-
dæmonios fuiſſe actionem & iudicium ſeroini
35 nimium matrimonij & inhoneſti. Palmaria re-
gione orbis nuperrime detecti, cuius regulus
dictus Pontachanus, nemini non coniugato
fas eſt iungi in menſa, uel eadem lance ueſci,
aut poculo bibere, paremque coniugato ſe
36 præbere, ut ait P. Martyr.[s] Olim qui cælibem
uitam apud Romanos etiam degerent, cẽſoria
nota mulctabantur: ueluti ingrati, exprobran-
te cenſore, quòd natura, ut legem naſcendi, ſic
gignendi dediſſet, ut refert Valer. Max.[t] & Cice-
37 ro.[u] Lege Papia ius liberum non erat ſuccedẽ-
di, qui cælibem ducebant uitam, donec Con-
ſtantinus ſua conſtitutione caput illud expun-
xit, quæ extat,[x] & meminit de ea Euſebius.[y]
38 Lex Papia præmium patribus poſuit.[z] Memi-
nit & Iuuenalis,[a] cum mulier maritum cogi-
tantem diuortium, ſic obiurgat,
Iam pater es, dedimus quod famæ opponere poſſis.
Iura parentis habes, propter me ſcriberis hæres,
Legatum omne capis, nec non & dulce caducum.
Commoda præterea iunguntur multa caducis,
Si numerum, ſi tres impleuero.
Suſcipientibus liberos, plures uacationes & im-
munitates datæ.[b] Et pro ſingulis liberis à mino-
re ſuſceptis, tot anni ætati ſupplemento dati
ſunt.[c] Diocletianus, inter ſcriptos in albo de-
curionum, patrem non habenti filios præferri
uoluit.[d] Sed & Papinianus reſpondit,[e] ut qui
plures liberos habet, in ſuo collegio primus
ſententiam dicat, cæteroſque honoris ordine
præcellere. Meminit & Cornelius Tacitus,[f] de
lege candidatorum magiſtratus proſequen-
tium, quæ ſtatuebat, ut numerus liberorum in
illis præpolleret. Sunt & alia iura, & priuilegia
unius, duorum, trium, quatuor, quinque, & plu-
rium liberorum, quæ hic non addam: eò quòd
proprio libello nuperrime explicata ſint à M.
Vertranio Mauro, cui titulus, De iure libero-
rum. Iulius Cæſar etiam aliquando legem re-
nuiorum, in ſenatum detulit, de agris diuidun-
dis patribus, quibus ius trium liberorum eſſet,
mercedem popularis beneuolentiæ iam inde
meditatus: cuius tamen ſententiæ multi reſtite-
runt in Senatu, ut ſcripſit Appianus.[g] Et Au-
guſtus Cæſar, proprium locũ honoris cauſa in
theatro maritis diſtinxit.[h] Iulius Scipio, cum
in ſeditionibus & bellis conſpiceret multitu-
dinem interijſſe, præmia etiam propoſuit ijs,
qui multos liberos procreaſſent.[i] Columella[k]
dabat fœminis ruſticis, quibus tres erant libe-
ri, uacationem: quibus plures, libertatẽ. Apud
Perſas rex mittebat munera ſingulis annis, ut
ſtrenuo ei, qui plures ſuſtuliſſet liberos, teſte
Herod.[l] Erant & Romæ homines, qui gene-
rationi filiorum uacabant, qui proletarij di-
cebantur: qui niſi magna urgente neceſſitate
39 ad prælium ibant, ut ſcribit Oroſius.[m] Lex eſt
Spartanis, ut q tres filios ſuppeditaret reip. is ab

l 1. ad Timo. 4.

m l. 2. de iudi. nadur. toll. li. 6. C. l. ſed ſi hoc, § 6. & § ſin. cum 2. ſeq. de cond. & demon. lib. 35 P. tit. 1.

n l. 1. ſolu. matrim. P.

o Dio, lib. 56.

p Idem li. 54.

q Plato, libr. 6. de legib.

r Iul. Pollux, li. 8 Onomaſt.

s Petrus Martyr in orbe nouo de inſul. nuper inuentis.

t Valer. Maxi. li. 2. c. 4.

u Cic. 3. de legibus.

x l. 1. de infir. pœn. cælib. a li. 8. C. tit. 58.

y Euſebius, li. 4. de uita Conſtant.

z ca. quædam leges, 3 diſt.

a Saty. 9. Iuue.

b l. ſi. de his qui numer. l. hec ſe excuſ. li. 10. C. tit. 51. l. 2. de uacat. muner. l. 1. qui numero. lib. ſe excuſ. C. § 1. de excuſat. tut. ap. Iuſtin.

c l. 2. de mino. 25. an. P.

d l. in albo, l. 9. de decur. lib. 10. C. tit. 31.

e Papin. l. ſpurij, l. 6 de decurio. li. 50. P. titu. 25.

f Corne. Taci. li. 2. annal.

g Appi. Alex. li. 2. bello ciuil.

h Suet. Tranq. in Auguſto. ca. 44.

i Dion Caſſi. li. 43 Hiſt. Roman.

k Columel. li. 1. de re ruſt. c. 8.

l Herod. in 1.

m Oroſ. li. 5. 4. cap. 1.

excubijs liber eſſet: qui uerò quinque ab omnibus poblicis officijs immunitatem haberet, Ælianus[a] & Ariſtoteles.[b] Apud Maſſilienſes nemo inter τιμοῦχους, id eſt, ſexcentos uiros, qui moderabantur rempubl. creari poterat, niſi haberet liberos, & ex ciuium ſanguine tertiam per generationem ortus fuiſſet, ut author Strabo.[c]

40 Priuilegia fauoreſque matrimonij colliguntur à Bartholomęo Chaſſaneo, ad conſuetudines Burgundiæ ad tit. *des droictz appartenans à gent mariez*, in princip. Rubri.

a Aelia. lib. 6. cap. 8.
b Ariſto. lib. 2. polit. c. 7.
c Strabo, lib. 4. Geograph.

De iuſtis, & prohibitis nuptijs propter ætatem coniugum.
Cap. VII.

1 *Iuſtæ nuptiæ quæ.*
2 *Iuſtæ nuptiæ exigunt ætatem legitimam coniugum.*
3 *Aetas nuptiarũ Platoni, & Ariſtoteli legitima.*
4 *Immaturæ ætatis coitus, mala.*
5 *Medicorum & Romanorum generandi tempus definitum.*
6 *Citius pubeſcunt & intereunt fœmina uiris, quare.*
7 *Puberes ex potentia coeundi in nuptijs conſiderantur.*
8 *Malitia in nuptijs ſupplet ætatem. Puella uitiata in ſeptimo anno. Macrobiorum fœminæ pariunt ſeptimo anno: Calnigæ quinquennes.*
9 *Puer nouennis nutricem imprægnauit. Phares genuit Ezron nouem annos natus.*
Salomon in undecimo Roboamum.
Achaz decimo Ezechiam.
10 *Ex inſpectione corporis pubertas, poſteà ex annis determinata.*
11 *Plena pubertas octodecim in uiris.*
12 *Vxor legitima annis duodecim.*
13 *Nuptiæ factæ ante ætatem legitimam non ualent. Nec iure ſponſaliorum, num. 15.*
14 *Nubenda ſponſa nuda exhibita, & ſponſus nudus ſponſæ Vtopia.*

1 ENcomia, rationeſque nuptiarũ, & quæ proximè de nuptijs liberis dicta ſunt, de iuſtis & nõ prohibitis, intelligi debent. Iuſtas autem nuptias contrahunt, qui ſecundum præcepta legum coeunt.[d] Et inde filij legitimi & naturales:[e] ut contrà, iniuſtæ nuptiæ, quæ contra eadem præcepta fiũt, nec nomine matrimonij dignæ, nec qui inde nati ſunt, appellatione filij legitimi digni ſunt.[f] Cæterum præcepta legũ in hac tractatione & probibitoria ſunt, & diſponunt etiam ritum, quem in contrahendo ſeruari deſiderant: ubi quoque & prohibitio ineſt, ne aduerſus præſcripta quiſquam molia-
2 tur. Deſiderant igitur legitimam ætatem in nuptijs contrahendis, omnia iura: uerumtamen in ea determinanda, uel pro more regionum conſetuato, uel alia quadam ſingulari ratione, uariant. Quorum aliqua ſummatim capita ſub
3 notabimus. Plato,[g] à triceſimo uſque ad triceſimum quintum annum ætatem matrimonio mari idoneam dixit. Ariſtoteles,[h] mulieres 18. anno: mares, circa ætatem 36. annorum con-
4 iungi oportere. Alioquin immaturas nuptias gignere corpora puſilla, facere mulieres Veneri nimium indulgentes, ut citius ei aſſuetas: & omnibus iuuenibus animalibus partus eſſe imperfectos, quia ſemen nutritioni corporis adhuc inſeruiat. Apud Germanos, qui diutiſſime impuberes remanſiſſent, maximam inter ſuos ferebant laudem. Hoc ali ſtaturam, ali uires, neruoſque confirmari putabant. Intra uerò annum uigeſimum fœminæ notitiam habuiſſe, in turpiſſimis habebat rebus, ut ait Iulius Cæſar.[i] Heſiodus item ſic ſcribit,[k]

ὡραῖος δὲ γυναῖκα τεὸν ποτὶ οἶκον ἄγεσθαι,
μήτε τριηκόντων ἐτέων μάλα πόλλ᾽ ἀπολείπων.
μήτ᾽ ἐπιθεὶς μάλα πολλά, γάμος δέ τοι ὥριος οὗτος,
ἡ δὲ γυνὴ τέτορ᾽ ἡβώοι, πέμπτῳ δὲ γαμοῖτο, id eſt,
Aetate matura uxorem ducito domum,
Neque minor multò nata triginta annis,
Neque multò maior, iſta enim tempeſtiuæ ſunt nuptiæ,
Virgo uerò pubeſcent anno decimo quarto, nubat decimoquinto.

5 Generandi in nuptijs cauſa præcipua eſt, quare ætas apud Phyſicos & Medicos conſtituitur eius, ad minus 13. annorum & unius diei, in maſculis. D. Auguſtinus adoleſcentiam[l] nec decennem generare poſſe contendit.[m] Romani duodenem uirginem magis aptam matrimonio, quàm maiorem rati ſunt: utpote magis ad iugum maritale conſueſcendum idoneam, ut
6 ſcribit Plutarchus.[n] Citius autem pubeſcunt fœminę uiris, cuius rationes notat Ariſtoteles.[o] Intra parentem fœmina tempore longiore cõficitur, quàm mas: ubi in lucem uenerint, celerius fœminæ quam mares. Nam & pubes, & uigor, & ſenectus fœminis prius uenit, quàm maribus: ſunt enim fœminæ ſua natura debiliores, frigidioreſque, & ſexum fœmineum quaſi læſionem naturalem, & detrimentum eſſe putandũ eſt. Intus igitur tardè, quæ ſua frigiditate diſcernuntur: hæc etenim diſcretio, concoctio eſt. Calor autem concoquit, & quod calidius, id concoctu facilius. Sed foris propter ſuã debilitatem, citò ad ætatis florem ſenectamque perueniunt. Etenim omnia minora, ut in artis operibus, ſic in naturæ, citius ad finem deue-
7 niunt. Proinde qui iura conſtituerunt, & rem accuratius conſiderarunt, definierunt maſculos puberes, fœminas uiri potẽtes eſſe debere,[p] ſcilicet ut poſſent eſſe ad prolem idonei. Et proinde iuris pontificij antiſtites ſtatuunt pubertatem, in potentia coeundi, non in annorũ numero ut pubes dicatur qui generare poteſt.[q] Atque in controuerſijs matrimonij, num cognita aliqua ſit, non habetur ratio ętatis, ſed ad ſigna ipſa uirginitatis indagãda cõmitti ſolẽt mulieres eius artis peritæ,[r] quæ per aſpectũ corporis iudicant. Et cõmixtio ſolet anticipare tempus
8 pubertatis.[s] Et in iſtis malitia ſupplet ætatem.[t] Succurrit quod ex mulieribus celebrantibus Cerealia apud Ariſtophanem una ſic ait.[u]

Ego enim ipſa primum, ut ne alia dicam,
Conſcia fiam mihi ipſi multorum malorum. Illud uerò certè
Indigniſſimum eſt, cum ſpõſa quidem fui tres dies,
Et maritus apud me erat dormiens, erat mihi amicus,
Qui quidem me uitiauit ſeptem annorum exiſtentem, &c.

Refert Plinius,[x] Macrobiorũ, quibus Mandrorum nomẽ dedit Clitarchus, fœminas ſeptimo ætatis anno parere, ſenectã quadrageſimo accedere. In Calingis eiuſdem Indię fœminas quinquẽnes concipere, octauum uitæ annum nõ ex
9 cedere: Notat Gregorius in Dialogis, puerũ nouennem ſuam nutricẽ impregnaſſe.[y] Scribitur apud Hebręos, quòd Phares filius Iudæ genuit Ezron, cum iãtum nouem annos haberet.[z] Itẽ Salomõ in 11. anno genuit Roboã. Nã Roboã ſucceſſit

d §. 1. de nupt. lib. 1. Inſtitu.
e l. filium, de his qui ſũt ſui uel alie. iur. li. 9. P. c. pen. qui filij ſint legiti. li. 4. Decreta. §. 9. de patr. poteſ.
f l. qui contra. de inceſt. nupt. li. 5. C. §. ſi quis aduerſus, de nup. ap. Iuſtin.
g Plato, 4. & 6. de legib.
h Ariſt. 7. Politic. c. 16.
i lib. 6. de bell. Gall.
k Heſiod. in ergis.
l D. Augu. lib. 16. de ciu. Dei, c. 8. & in Pſal. 104.
m O Auguſt. lib. 15 de ciuit. c. 12 & 15.
n Plutarc. in uitis, in compa rat. Numæ & Lycur.
o Ariſto. lib. 4. de genera. animal. c. 6.
p c. 2. de ſponſal. impu. lib. 4. Decret. tit. 2. § 1. de nupt.
q c. 3. § fin. de deſponſ. impu.
r Gregor. 1 ca. propoſuiſti, c. 4. & Honor. 3. c. cauſam matrimonij. c. 14. de probat. li. 2. Decret. tit. 19. ca. nec aliqua, 27 q. 1.
s c. 2. nobis. § & ca. attestationes, 10. de deſponſ. impu.
t c. de illis qui in minori. 6. de deſpon. impu. l. 9. ff. minorem fœmin. dixer. C.
u Ariſtoph. in Cerealib.
x Plin. lib. 7. ca. pit. 2.
y glo. in ſum. 32. q. 1.
z in lib. Seder olam Zutha.

ſucceſſit patri Salomoni, agens annum 40.[a] Sa-
lomon autem, dum uitam & regnum deſeruit,
etat annorum 52. anno autem 12. regnum ſu-
ſcepit.[b] & 40. tãtum tenuit.[c] Achaz etiam pro
creauit decennis Ezechiam, nam anno 20. æta-
tis regnum cõſecutus, adminiſtrauit ſexdecim:
Sic obijt anno uitæ ſuæ 36.[d] Iam autem Eze-
chias patri ſucceſſerat in regno, natus annos
25.[e] Et D. Hieronymus,[f] præmiſſa tamen obte-
ſtatione, commemorat mulierculam, alioqui
prouectam, factam fuiſſe à puero decenni gra-
10 uidam. Fuit & aliquando apud Romanos &
mos receptus, ex aſpectu corporis iudicari pu-
bertatem uiri,[g] non autem mulieris: uerum ſi-
cut in muliere, ita & in uiro poſteà turpe uiſũ:
& decreta eſt certa annorum ætas qua ut ple-
runque, utrique ſexus ſolet pubeſcere: in fœmi
nis duodecim annorũ, in uiris quatuordecim.[h]
11 Quãquam & plena pubertas ad generandum
12 idonea, dicta etiã fuerit 18. annorum.[i] Quod
& poſteà receptum eſt in iure pontificio, niſi de
poteſtate generandi cõtrouerſia iudicialis mo-
ueretur, citra quam & duodenes mulieres pu-
beres, & 14. annorum uiros, eamque ætatẽ nu-
ptijs deſiderari rati ſunt:[k] Sicuti & iura ciui-
13 lia.[l] Ideò reſponſum,[m] minorem annis duode
cim nuptam, tũc legitimam uxorem fore, cùm
apud uirum duodecim annos impleuiſſet. Quã
obrem ſi ante illam ætatem nuptiæ factæ ſunt,
illæ non iure matrimonij, ſed iure ſponſaliorũ
ualebunt: ſi quidẽ præceſſerint ſponſalia: quòd
ſi non præceſſerint neque ualent nuptiæ iure
ſponſaliorum, quia non ea mens fuit agentiũ,
neque iure nuptiarum, quia lex improbat, niſi
poſteà ratæ ſint. Hocque expreſſe reſpondit Vl
pia.[n] ex ſententia Iuliani. Neque enim quod
uoluerunt, facere potuerunt, ſcilicet matrimo-
nium in minori ætate, in qua deeſt legitimus
conſenſus: neque quod potuerũt facere, ſcilicet
ſponſalia, uoluerunt. Quamobrem ex regulis
iuris communis, nihil actum uidetur ualidè:
duo enim ſunt, quæ actum perficiunt concur-
rentia, uoluntas, & poteſtas, quorum altero de-
ficiente, & actus caret actione & effectu.[o] Qua-
re & notabile, ut ſi intra illam ætatẽ per uerba
de præſenti facta fuerint ſponſalia, quæ inſo-
lubilia diximus, liceat pœnitere perueniente
minore ad illam ætatem: ſi tamen perſeuerane
14 rint poſt ætatem minorem, non licet.[p] Refert
Thomas Morus,[q] apud Vtopienſes inſulanos
fœminas non ante 12. annum nubere, mares
non niſi expletis 14. Mulieremque ducendam,
ſiue uirginem, ſiue uiduam, ſponſo futuro nu-
dam exhiberi: item futurum maritum uxori nu
dum. Dio Caſſius[r] Octauium Auguſtum ſum-
mopere cauiſſe tradit, ne pactiones matrimo-
niales fierẽt de ea, quæ decennis non eſſet, neve
producerentur poſt ſponſalia ultra biennium:
tum maximè, quòd eos, qui ante feciſſent, dete
ctum eſt animũ percipiendi fructus bonorum
uxoris, cùm matrimonij rem ipſam non exhi-
berent, feciſſe.

a 3. Reg. 14.
b 3. Reg. c. 2.
c 3. Reg. 11.
d 4. Reg. 16.
e 4. cap. 36. 4. Reg.
f D. Hierony. epiſt. ad Vitalem.
g l. minor 25. an. de minoribus, P.
h §. 1. quib. mo tot finit. apud Iuſtin. l. fi. qui de tut. vel cur. eſſe deſi. li. 5. C. tit 60.
i §. minorẽ, de adopt. l. arroga tio, §. 1. eod. tit. lib. 1 P.
k c. 3. & 3. & 5. attestationes de desp. impu. c. 2. de deſiẽ. puer.
l §. 1. de nupt.
m Pompo l. 4. de rit. nupt lib. 23. P. tit. 2.
n Vlp. l. quaeſitum, l. 9. de ſpõſal. li. 23. P. ti. 1.
o l. 2. de iure codicill. in P. l. multũ intereſt, ſi quis alte. uel ſibi, C. c. cũ ſuper, c. 29. de offi. c. deleg. lib. 1. Decret. i it. 29.
p cap de illis §. ſanſia, c. 7. & c. a nobis, c. 8 iuncta gloſ. de deſpon. impu. c. 1. de ſponſal. c. 1. per totũ. de deſpon. imp. in 6.
q Thom Mor. li. 2. Vtopiæ.
r Dio li. 54. Hiſtor. Roma.

De conſanguinitate & affinitate in genere. Cap. VIII.

1 *Proximitas ſanguinis nuptias uetitas facit & impias.*
2 *Cognatio quid.*
3 *Cognationis diuiſio Ariſtoteli in naturalem & ciuilem.*
4 *Cognatio naturalis alia approbata à lege, alia non.*
5 *Vulgò quæſiti & ſerui natura habent cognationem, non iure ciuili.*
6 *Cognatio uel propinquitas ciuilis quæ, quotuplex ſpiritualis & temporalis, & quæ, & de mixta.*
7 *Affinitas propinquitas mixta quid.*
8 *Ordo naturalis cognationis & graduum.*
9 *Gradus quid.*

1 PRoximitas ſanguinis, nuptias quæ
per ſe bonæ ſunt, improbas & im-
pias inter certas perſonas conſti-
tuit, cum quibus lex & natura ab-
horrent coniunctionem. Qua in re in primis
oportet moneri iuuenem, ad hæc intelligenda,
neceſſariam illi cognitionem eſſe graduum co
gnationis, de qua poſteà proprio capite dice-
mus, quamque luculenter docent iuriſconſulti
ſub titulo 11. lib. 38. P.[a] De gradibus affinita-
tis, uel affinibus, ut dicunt ſcribi in pandectis
Florentinis. In quem collectanea quædam uti-
lia edidit Georgius Viuiennus Antuerpianus.
Et ſub eodem titulo Iuſtinianus,[t] & Demetrius
Chomathenus.[u] In ſumma tamen monebo co
gnationis finitionem, & diuiſionem, & ordinẽ.
2 Cognati communiter dici putantur, quòd qua
ſi unà communiterve nati, uel ab eodem orti,
progenitive ſint, ut ait Modeſtinus:[x] & ut ait
Vlpianus[y] ex Labeone, quaſi ex uno nati, &
quaſi commune naſcendi habentes initium.
Vocãt Græci συγγενεῖς, ut ait Paulus,[z] & appel
lat etiam lex duodecim tabularũ agnatos. Ve-
rum inter agnatos & cognatos intereſt, quòd
agnati tantum ſunt, qui per patrem cognati ex
eadem familia ſunt: at cognati ſolum, non a-
gnati dicentur illi, qui per fœminas coniungũ-
tur. Quò fit, ut ius agnationis aliud à iure co-
gnationis, ut explicat Paul. Iuriſ.[a] & Modeſti-
3 nus.[b] Diuidimus autem cum Iulio Polluce.[c]
Ariſtoteles uerò[d] cognationem, quàm Græci
uocant συγγένειαν, diuidi in eam, quæ eſt πρὸς ἄρ-
μενον & eam, quæ eſt κατ' οἰκειότητα καὶ κηδείαν,
tradit, id eſt, in eam, quæ per neceſſitudinem
ſanguinis, & eam, quæ per affinitatem coniun-
gitur. Theophilus[e] uocat ἀγχιστείαν. Balſamon
autem,[f] συμπενθερίαν. Aliter diuidimus propin-
quitatem ſeu cognationem, in naturalem &
ciuilem ſeu legalem, naturalis in ſanguinis ex
uno ſtipite, uel à quadam coniunctione quorũ
4 dam, participatione legalis illam imitanti. Cæ
terum[g] ſubdiuiditur utraq;: nam naturalis co-
gnatio, & propinquitas interdum ſimpliciter
eſt naturalis, à lege omnino improbata coniun
ctione: alia quæ habet legis etiam conſenſum.
Prima per concubitus uagos & ex filijs inde or
tis naſcitur: eſtque naturalis reuera, quæ etſi iu
re ciuili non recipiatur, tamen eius iura ſangui
nis nullo iure ciuili dirimi poſſunt.[h] Quæ natu
ralis eſt cum legis conſenſu ex nuptijs naſcitur
iuſtis: & olim ex concubinatu probato ex eodẽ
5 quoque oriebatur. Vulgò quæſitos ſic iure ciui
li (naturali tamen contrà) nullos habere agna-
tos manifeſtum eſt: cùm agnatio à patre, cogna
tio à matre eſt.[i] Hi autem nullum patrem ha-
bere intelliguntur, & tantum cognati ſunt ſi-
bi & matri, non conſanguinei: non quòd tales
patri non ſint, ſed quia cui ſint, incertum & in-
honeſtum eſſet dici.[k] Sic in ſeruis, qui pro nul
lis iure ciuili habentur,[l] & inter quos diximus
nõ eſſe matrimoniũ,[m] eo iure cognatio uix ad
mittitur, ut non ſuccedant eo iure.[n] Cognatio
uel propinquitas ciuilis eſt, quę ad ſimilitudinẽ
graduũ naturalis inducta eſt. Ea autem uel tẽpo
ralis ſeu ſecularis, uel ſpiritualis eſt: ſecularis ex

a Potiſſimũ in l. 2 §. 9. 10.
t tit. de gradib. cognatio. apud Iuſtinia.
u Demetrius Chomathenus tit. de grad. conſang. lib. 3. iur. Oriental.
x Mod. l. 4. §. 1. de gradib. affini. P.
y Vlp. l. 1. § 1. und. cogn. lib. 38 P. tit 9.
z Paul. Iuriſconſul. l. 10 de grad. cognat. af fin P.
a Pau d. l. Iuriſ conſultus.
b Moder. l. 11 inter agnatos, l. 5. und legit. li. 38 P. tit 8.
c Iul. Pollux, li. 3 Onomaſt. cap. 1.
d Ariſtot. li. 3. Polit.
e Theophil. li. 1 Inſtit. tit 6
f Balſa. Nomo can. tit. 13 c a.
g Modeſt. l. 4. §. cognationis ſubſtantia, de grad. affinit. P. § 1. de ſucceſſ. cognat li. 3. Inſtit. tit 5.
h Iura ſanguinis, de reg. iur. l. iura agnationum, P. de pact.
i Iuſtin §. vulgò quaeſitos, de ſucceſſ. cognat. lib 3. Inſti & l. ſpurius, l 4. unde cog. P.
k Modeſtin. l. vulgò cõcepti, l. 23. de ſtat. hominũ P. li. 1. tit 4. l. 1 quamuis, de reg iur.
m ſup in de nuptiat. ſynonim.
n l. 1. § 1 unde cog. in P. Paul. l. iuriſconſultus, l. 10 §. nomen cognationis, de grad. affinit.

adoptione naſcitur.[a] Spiritualis dicitur ea, quę
naſcitur ex ſuſceptione infantis in ſacro laua-
cro regenerationis ſeu baptiſmo, & confirma-
tione, de qua tractant ſummi pontifices ſub ti-
tulo de cognatione ſpirituali lib. 4. Decret. tit.
10. potiſſimũ c. fi. & 30. q. 1. & q. 3. & 4. in Decre
7 to Gratiani. ex &c. Et his omnibus mista pro-
pinquitas fit affinitas, quæ gradibus non con-
tinetur propterea quòd trium generum habet
complexum, ut ait Dametrius Chomathenus
Archiepiſcopos Bulgariæ.[b] Affines ſunt uiri &
uxoris cognati inter ſe, dicti, ab eo, quòd duæ co
gnationes, quæ diuerſæ inter ſe ſunt, per nu-
ptias, id eſt, ratione illarum copulantur: & alte-
ra cognatio ſic ad alterius cognationis finem
accedit, & limitem. Sitque initium inibi & cau
ſa cõiungendæ affinitatis ex nuptijs, ut ait Mo-
deſtinus.[c] Ideoque uir & uxor affines nõ ſunt,[d]
nec dicuntur: eo quòd illi iuncti ſunt. & quod
iunctum & confuſum eſt, fines aut terminos
non habet. Sed qui proximè illos ſequuntur,
affines, ſecundumque gradum proximitatis
uel cognationis eodem gradu affines conſan-
guinei erunt. Accedit & affinitati, alia affinitas
interdum: quæ eſt cũ affinibus coniunctio alio
8 rũ, qualis in uxore quæ fuit priuigni, apud Pa-
pinianum.[e] Ex ordine autem naturalis cogna-
tionis & gradibus cæteræ cognationes normã
generaliter ſuſcipiunt. Ordo eius in lineam re-
ctam & obliquas ſiue laterales deſcendentes
diſtribuitur. Linea illa recta, in duas æquales,
puncto in medio diuiditur: in ſuperiorem, & in
feriorem partem.[f] Ex hoc puncto laterales quo
que incipiunt, & eius puncti ratione, gradus
9 fiunt & numerantur. Gradus porrò ad ſimilitu-
dinem ſcalarum, locorumve procliuium, quos
ita ingredimur, ut à proximo in proximum, id
eſt, in eum qui quaſi ex eo naſcitur, tráſeamus,
ut ait Paulus.[g] Quando ex puncto mediæ li-
neæ ſuprà aſcendimus, gradus aſcendentium
numeramus ordine primum, ſecundum, tertiũ
&c. Quando deſcendimus, deſcendentium pri-
mum, ſecundum, tertium &c. Quando à pun-
cto ad latus declinamus, dicimus collateraliũ
primum, ſecundum, tertium &c. In primo gra-
du ſi conſtituas filium de quo quæratur, erunt
pater, mater: in ſecundo, auus, auia, tam patris,
quàm matris: in tertio, proauus proauia patris
& matris &c. Si de patre & deſcendentibus aga
tur, erit in primo, deſcendentium linea, filius fi-
lia: in ſecundo, nepos neptis: in tertio, prone-
pos & proneptis &c. Ex filijs & filiabus nati de
inceps, utrinque faciũt laterales cognationes,
prout te docẽt exempla & enumerationes Caij
& Pauli,[h] & Iuſtiniani,[i] & Demetrij Choma-
theni. Quomodo autem numerandi ſint gradus
iuta ciuili & canonico, uide glo. ad l. Iuriſc. l.
10. §. parentes, ad uerba, item liberi, de gradib.
affinit. Affinitatis gradus illis ipſis, quibus co-
gnatio naturalis, perpenduntur, ſed diuerſa ha
bent nomina: per ſe tamen nullos habet gra-
dus affinitas. Nomina autem harum diſtinctio
num, ſocer ſocrus, gener, nurus, nouerca, uitri-
cus, priuignus, priuigna,[k] &c.

a Vlpia. l. 1. §. cognationem, vnd. cogn. lib. 38. t. 1. l. 1. Modeſt. l. 4. §. agnationis, & §. in adoptiuis, de grad. affini. in P.

b Demet. Chom. in l. 3. tit. orient. titul. περὶ βαθμῶν συγγενείας.

c Modeſt. l. 4. §. affines, de grad. affin. P.

d gl. in l. affinitati, commun. de ſucceſſio. li. 6. C. tit. 58.

e Papini. in l. uxore, l. 15. de rit. nupt. li. 23. P. tit. 2.

f Pau. in l. 10. de grad. affi.

g Paul. l. 10. §. gradus autem, eod.

h Caius, in l. 1. & Paul. l. fi. de grad. cogna.

i Inſtit. 3. t. de grad. cogna. & ſeq. tit.

k Modeſt. l. 4. §. ſocrus, l. 4. de grad. affinit.

De perſonarum diſtinctione, quæ ex coniunctione maris & fœminæ na ſcitur: & de conſanguinitate uel cognatione. Cap. VIIII.

Lib. 4. Decret. tit. 14. Lib. 3 P. P tit. 11. Lib. 3. Inſtitut. tit. 6.

1 *Ex nuptiarum coniunctione conſanguinei, & affines.*
2 *Conſanguinei qui.*
3 *Συγγένεια & affinitas & conſanguinitas eſt.*
4 *Cognatio quid.*
5 *Cognatio duplex, ciuilis & naturalis, & mixta.*
6 *Cognatio naturalis etiam per fœminas orta uulgo conceptis.*
7 *Cognatio diuiſa, in cognationem, & agnationem.*
8 *Cognatio amittitur ſeruitute quomodo.*
9 *Cognatio ciuilis quæ, ſeu legitima quæ ex adoptione.*
10 *Ciuilis cognatio quoque ſpiritualis ex baptiſmo & confirmatione.*
11 *Cognatio mixta naturalis & ciuilis ex nuptijs legitimis, diuiſa in cognatione, & agnationem.*
12 *Agnatorum & cognatorum differentia.*
13 *Cognationis nomen generale, pertinet ad parentes liberos, & propinquorum ex latere.*
14 *Aſcendentes & deſcendentes qui.*
15 *Parentes & maiores qui.*
16 *Liberi & poſteriores qui.*
17 *Laterales perſonæ quæ.*
18 *Cognatio lateralis diuiſa in agnatos & cognatos, & quæ perſonæ ſint huius.*
19 *Agnationis & cognationis ſublata differentia.*
20 *Typus diuiſionis ſtemmatum aſcendentium, deſcendentium, & collateralium.*
21 *Schemata & ſtemmata cognationum quid.*
22 *Gradus cognationum quare dicti.*
23 *Superior & inferior cognatio à primo gradu incipit, collateralis à ſecundo, nec habet primum.*
24 *Linea tranſuerſalis ratione graduum duplex, æqualis & inæqualis.*
25 *Gradus numerandi diuerſimodi iuris ciuilis & Canonici, quare & qui.*
Gradus in iure pontificio, generationes dicuntur.
26 *Cognatio ultra ſextum gradum non numeratur iure ciuili, & ratio. Plura de his quæ ſeptimo numero ſi.em accipi unt in homine.*
27 *Gradus decimus in ſucceſſionib. deferẽdi locũ hẽt.*
28 *Methodus numerandi gradus in iure pontificio per generationes, & regula.*
29 *Nuptiæ prohibitæ inter deſcendentes & aſcendentes uſque ad infinitum, in quo conueniunt ciuilia & pontificia iura.*
30 *In collateralium gradibus numerandis, differunt in nuptijs pontificia iura & ciuilia quare.*

1 POſſent ſufficere ad nuptiarum cognitionem, quæ iam proximo capite, de conſanguinitate & affinitate diximus: ſed ut diligétioribus ſatisfaciamus, eadé paulo latius tractabimus. Ex cõiũctionibus maris & fœminę, fiunt perſonarum aliæ nomenclaturæ, quæ in duo capita reducuntur, nempe cõſanguineorũ, & affiniũ.[l]
2 Conſanguinei ſunt, ex eodem ſanguine orti:[m] inde cõſanguinitas, quã Iuriſcon. uocant interneceſſitudinem,[n] aliquãdo ius ſanguinis, Græ
3 ci συγγένειαν. Et conſanguineos συγγενεῖς, ut ait Paulus,[p] dicũt, quos nos cognatos appellam[o]. Verum Paulus labi uidetur, cum Græci συγγένειαν, non tantum ad conſanguinitatem, ſed etiã ad affinitatem pertinere dicant, út ex Iulio Polluce conſtat,[q] quam uocant ... & ...: recentiores ἀγχιστείαν, & Theophilus συμπενθερίαν, vt & Balſamon.[r] Cognationis itaque nomen quod & conſanguinitatis generale eſt, naturæ propagationem per ſe ſignificans. *Cognati*, inquit Modeſtinus,[s] *dicti, quòd quaſi una communiter ve nati, uel ab eodem nati progenitore ſunt*. Et ab uno initium habentes,[t] naturalemque

l rub. de conſang. & affinit. lib. 4. Decreta. tit. 14.

m leg. 1. § poſt ſucc. de ſuis & legitim. hered. li. 38. P. tit. 17.

n l. fi. de leg. P.

o l. iura ſanguinis, de regul. iur. P.

p Paul. in l. iuriſconſultus, l. 10. de grad. affinit. P.

q Iulius Pollux, li. 3. Onoma. c. 1.

r Balſamõ Nomoca. titul. 13. c. 2.

s Modeſt. in l. non facilè, l. 4. §. cognati, de grad. affi.

t l. 1. vnd. cog. li. 43. P. tit. 8.

5 turalemque cauſam cognatio habet.[a] Sed quia
hæc cognatio habuit in quibuſdam caſibus re-
ſtrictionem & normam, idcirco bifariam diui-
denda eſt cognatio, in naturalem & ciuilē: un-
de & tertia ex his mixta oritur, ciuilis & natura
6 lis ſimul.[b] Cognatio naturalis per ſe ſine ciuili
cognatione intelligitur, quæ per fœminas de-
ſcendit, quæ vulgo liberos pariunt.[c] Huius ge-
neris ſunt qui deſcendunt ex concubina natu-
rales tantum, uel ſpurii alij, etſi demonſtrare pa.
tram poſſint, non tamen honeſtè: quos lex ciui
lis non agnoſcit, uocatque non conſanguineos
ſed proximos: [d] Natura tamen conſanguinita-
tem eorum demonſtrat ex generatione. Etiam
in legitimis coniunctionibus, quod pertinet ad
coniunctos & proximos, cognationis origo e-
tiam per fœminas ſolas contingit: [e] uidelicet,
ut explicat Theophi.[f] quando igitur de cogna
7 tione, quæ ex latere uenit. Nam ea diuiſa eſt in
agnatos & cognatos. Et cognati ſunt, qui per
fœminam nos contingunt, ut ſoror eadem ma
tre genita, & liberi eius. Natura etiam inſpecta
dicitur cognatio inter ſeruos, quamuis ius ciui
le eam parum conſideret,[g] quia pro nullis eos
8 habeat.[h] Ideò iure ciuili cognatio amitti dici-
tur ſeruitute,[i] non quidem, ut cognatus natu-
ra eſſe deſinat, quia hoc fieri non poteſt ciuili
ratione:[k] ſed, ut iura cognationis amittat, putà
ſuccedendi ius, & id genus alia. Remanent er-
go & in ſeruis naturales cognationes, ut ea ra-
tione inter gradus prohibitos, natura illis netet
9 coniunctiones,[l] ſeu contubernia.[m] Ciuilis co-
gnatio per ſe, quæ etiam legitima dicitur, eſt,
quæ ſine naturali fit per adoptionem.[n] *Cogna-
tionem, inquit Vlpia.*[o] *facit etiā adoptio: quibus et
enim fiet agnatus, is qui adoptatus eſt, eiſdem & co
gnatus fiet. Nam ubicunque de cognatis agitur: ibi
ſic accipiemus, ut adoptione etiam cognati facti con
tineantur.* Si quidem non tantum naturales, ſed
etiam adoptiui iura cōſanguinitatis habent cū
his qui ſunt in fami. uel in utero, uel poſt mor-
tem patris nati.[p] Quærunt enim per adoptio-
10 nem fraternitatem.[q] Ciuiles tantum quoque
cognationes exiſtimandæ quæ ſpirituales ſunt
proximitates ex baptiſmo, & ſacra chriſmatis
confirmatione natæ:[r] has enim digniores co-
gnationes,[s] quàm naturales exiſtimamus:[t] quia
per iſta duo ſacramenta renaſcitur & regenera
tur homo ad uitam æternam. Quo fit etiam, ut
in alijs ſacramentis, in quibus hæc regeneratio
non fit, non contrahatur paternitas uel conſan
11 guinitas ſpiritualis.[t] Cognatio, quæ utroque
iure conſiſtit, id eſt, naturali & ciuili, eſt, cum
ea, iuſtis contractis nuptijs, copulatur.[u] Et hæc
cognatio cum per fœminas cōiungitur, cogna
tio naturali nomine: cum autem per uirilem
12 ſexū, dicitur agnatio.[x] *Cognati, inquit Paulus,
& quos agnatos lex 12. tab. appellat: ſed hi ſunt,
qui per patrem cognati ex eadem fami. ſunt. Qui au
tem per fœminas coniunguntur, cognati tantum no-
minantur.* Inter agnatos igitur, & cognatos hoc
intereſt, quod inter genus & ſpeciem: nam qui
eſt agnatus, & cognatus eſt: non utique autem
qui cognatus eſt, & agnatus eſt. Alterum enim
ciuile, alterum autem naturale nomen eſt. Hoc
modo Modeſtinus tradit, neque affinitatem ne
que cognationem eſſe poſſe, ubi nuptiæ inter-
dictæ ſunt.[y] Cæterum ut hæc facilius intelliga
mus, iſtam legitimam & naturalem cognatio-
nem diuidamus, ex qua conſanguineorum om
nium & ciuilium habebitur proximitatis di-
13 gnotio. Cognatio itaque nomen generale ſit,
quod diuidimus in parentes, liberos, & propin-
quos ex latere.[z] Parentum ſuperior cognatio,
ſiue aſcendentium dicitur, liberorum inferior,
uel deſcendentium: ea quæ à latere ex tranſuer
ſo uel collateralium, fratrum, & eorum qui ex
14 his generantur.[a] Aſcendentium nomen latius
diffunditur quàm parentum: ut & liberorum
15 anguſtius, quàm deſcendentium. Nam paren-
tes apud Romanos, uſque ad tritauum proprio
nomine appellantur; ulteriores, qui non habēt
16 ſpeciale nomen maiores appellantur.[b] Item li
beri uſque ad trinepotem, ultra hos, poſterio-
res uocantur: [c] etſi & aliquādo quoque liberi:[d]
ſicut & aliquando filij nomine, omnes liberos
intelligimus.[e] Parentes ſunt, qui nos genuerūt,
pater, mater: auus, auia: proauus, proauia: & qui
ſupra hos ſunt. Liberi ſunt, qui ex nobis naſcū-
tur filius filia: nepos, neptis: pronepos, prone-
17 ptis: & qui iuxta hos ſunt. Ex latere autem ue-
niunt, qui neque eos genuere, neque à nobis gi
gnuntur: ſed eandem ſtirpem, & radicem nobiſ
cum communem habent: ueluti frater, ſoror,
patruus, uel auunculus, amita, uel matertera, &
18 qui ex illis naſcuntur, Porrò cognatio hæc, quæ
ex latere uenit, in duas ſpecies diuiſa eſt, in a-
gnatos, & cognatos Et agnati quidem ſunt, ut
diximus, qui per uirilem ſexum coniungun-
tur, ueluti frater eodem patre genitus, & liberi
eius: itē matertera, & liberi eius: deinde & ami-
ta. Cognati uerò ſunt, qui per fœminam nos
contingunt, ut ſoror eadem matre tantum ge-
nita, ac liberi eius:[f] item matertera, & liberi e-
19 ius: tum & amitæ liberi. Quæ tamen differentia
hodie ſublata eſt, & cognati omnes dicuntur
æqualis iuris, ſublata obſeruatione agnatio-
20 nis.[g] In figuratione, ſeu demonſtratione iſta-
rum cognationum, iuriſc. utuntur duabus li-
neis ad punctum ſeſe interſecantibus in crucis
modum, †, ubi ſe interſecāt: pono ego ſtirpem,
uel unum hominem ſeu punctum & centrum,
ex quo aſcendentes, deſcendentes, & collatera-
les numeres, & eorum ſchemata. Sic enim me
docuit Paulus, dum ait,[h] *Stemmata cognationum
directo limite in duas lineas ſeparantur, quarum al-
tera ſuperior, altera inferior eſt: ex ſuperiore uerò
21 & ſecundo gradu tranſuerſa linea pendent.* Stem-
mata cognationum idem ſunt ac ſchemata, or
namenta uidelicet & imagines perſonarum,
qui numerantur à ſtirpe, ſeu ab aliquo, ueluti
à puncto & centro, ut apud Iuuenalem,[i]

Stemmata quid faciunt? quid prodeſt Pontice longo
Sanguine cenſeri, pictoſque oſtendere uultus
Maiorum, & ſtantes in curribus Aemilianos?
Et Curios iam dimidios humeroſque minorem
Coruini, & Galbam auriculis naſoque carentem?
Quis fructus generis tabula iactare capaci
Fumoſos equitum cum dictatore magiſtros,
Si coram Lepidis malè uiuitur? effigies quo
Tot bellatorum, ſi luditur alea pernox?

Et Perſius:[k]

— an liceat pulmonem rumpere uentis,
Stemmate quòd Thuſco ramum milleſime ducis.

Et in illis cognationem eſſe numerandam do-
cet etiam Ouidius,[l]

Quid iuuat admotam per auorum nomina cælo,
Inter cognatos poſſe referre Iouem?

Sic ſtēmata ſunt coronæ, uel cellulæ orbiculatæ
in tabula, ut imagines olim erāt in forulis uel
armarijs per lineas ordinē & ſeriem generis ali
cuius familiæ referentes: unde pro illa deſcri-
ptione ordinata ſucceſſiua ſtemma etiam apud

a §. ſiliat autē, iuncto §. fin. de legi. agna. tut. li. 1. Inſtit. titu. 15. §. qua parte, de ſucceſſ. cognat. li. 3. Inſti. tit. tit. 5.
b d. l. non facilè, §. cognationis.
c d. §. cognationis, & §. 1. de in ius uoc. tit.
d l. ſi ſpurius, l. 4. ad. cogna. P.
e l. iuriſcōſultus, §. cognationis origo, de grad. affin. P.
f §. & quinam ſunt agnati, de legi. agna. tut. li. 1. Inſti. tit. 15.
g tit. de ſeruil. cognat. lib. 3. Inſtit. tit. 7. d. l. iuriſconſultus, §. nouum, ver. inter agnatos, de grad. affini. l. 1. §. pertinet, vnd. cog. P.
h l. quod attinet, de reg. iur.
i §. quod autē, de capit. dimi.
k l. iura ſanguinis, de reg. iur.
l. ius autem agnationis, de poſt. P. l. eas, de cap. dimin. P. §. ſed naturalia, de in nat.
l §. illud, de nup. ap. Iuſtin.
m l. cum ancillis, C. de inceſt. nup.
n d. l. non facilè, §. cognationis, & c. 2. de cogna. lega.
o l. 1. §. cognationem, vnd. cogn.
p l. 1. §. fin. de ſuis & legitim. hæred.
q c. per adoptionē, 30. q. 3.
r in c. 1. 2. & 3. & ſeq. de conſang. ſpirit. lib. 4. Decreta. tit. 31. in c. 2. 3. eo. lib. 6.
s can. 1. 4. 3. 30. q. 1.
t c. ſi §. fin. de cogna. ſpirit. in 6. c. omnes, 30. q. 1.
u Modeſt. in d. l. non facilè. §. cognationis.
x d. §. cognationis, & §. ſunt autē, de legiti. agna. tut.
y l. 4. §. ſlendū eſt, de grad. affinit. P.

z Theoph. in §. & quinam ſunt agnati, de legi. agnat. tut. in ſuis Inſtitut.
a §. 1. de grad. cognat. l. 1. de grad. affi. P.
b l. iuriſconſultus, l. 5. §. parentes, de grad. aff. fin. l. cuique, §. fin. de in ius voc. in P.
c d. §. parētes.
d l. liberorum, l. 220. de verbo. ſignifi.
e l. filij, l. 84. eod.
f d. l. iuriſconſultus, §. cognationis, §. 1. de leg. agnat. tut. §. 1. de legit. agnat. ſucceſſ. §. §. 1. de hæred. ab inteſta. venien. in auth. coll. 9.
h l. ſtemmata cognationum, l. 9. de grad. affinita.
i Iuuenal. Satyr. 8.
k Perſius, Satyr. 3.
l Ouidius, in epiſto. 11.

a Plutar. in vita Numæ, in princ.

Grecos uſurpatur, ut apud Plutarchũ,[a] *καίτοι*
ἐξ ἀρχῆς εἰς τοῦτον κατάγεσθαι τῶν γραμμάτων ἀκρι-
βῶς διοικούντων, id eſt, *quanquã generis ſeries ab ini-*
tio ad eũ uſq; exactè deduci uideatur. Sic Plinius,[b]

b Plini. lib. 35. c. 2.

expreſſi, inquit, *cera vultus, ſingulis diſponebantur*
armarijs, ut eſſent imagines, quæ comitarẽtur gẽtili
cia funera, ſemperque defuncto aliquo, totus aderat
familiæ eius, qui unquam fuerat populus. Stemma-
22 *ta uerò lineis diſcurrebant ad imagines pictas*. Cæ-
terum, quia in iſta diuiſione lineatum ſunt ſu-
periores, & inferiores, & à latere ſingulares,
priores, antiquiores, & iuniores perſonæ: rectè
dicemus, retenta metonymia aſcenſus & deſcẽ
ſus, & gradus quoque, quibus aſcendamus, uel
deſcendamus, & ad latera moueamur ordine,

c Paul. I. Iuriſconſultus, l. 10. §. gradus, de grad. affin. P.

confingi. Gradus, inquit Paulus,[c] dicti ſunt ad
ſimilitudinem ſcalarum, locorumque procli-
uium, quos ita ingredimur, ut à proximo in pro
ximum, id eſt, in eum, qui quaſi ex eo naſcitur,
23 tranſeamus. Et ſuperior quidem & Inferior co-
gnatio, iure ciuili à primo gradu incipit: at ea
quæ ex tranſuerſo numeratur, à ſecundo inci-

d §. quare, de grad. cogn. l. 2. de grad. affi. P.

pit.[d] Quia ex tranſuerſo, ſiue à latere nullus eſt
24 primus gradus. Ratione graduum, linea colla-
teralis diuiditur in duas, in æqualem & inæqua
lem. Æqualis, quando gradus æqualiter di-
ſtant à commum ſtipite ſeu centrica perſona,
quam antiqui uocant Petruciam. Inæqualis,
quando inæqualiter diſtant, uidelicet longius
alter gradus abeſt à communi & centrica per-
25 ſona, quàm alius. In numerandi calculo, alius
modus iuris ciuilis, alius iuris canonici: quia
horum diuerſi fines, ad quos ſtemmata ordi-

e ca. ad ſedem apoſtolicã, 35. q. 5.

nant.[e] Vnde & quos uocant gradus iuris ciui-
lis authores, canones uocant generationes. In
iure ciuili tot ſunt gradus inter cõſanguineos,
quot ſunt perſonæ ad propagationem neceſſa-
riæ, una dẽpta: una porrò demitur, quia ad pri-
mum gradum eſt opus duabus perſonis, & dein
de quælibet perſona addita perſonę facit unũ
gradum. Exemplum in linea aſcendentium, cẽ
trica perſona & pater ſunt in primo gradu, cen
trica & auus ſunt in ſecundo: quia tres ſunt per
ſonæ, centrica, pater, auus. Ex quibus ſi gradus.
Exemplum in linea deſcendentium, centrica
perſona & filius eius, ſunt in primo gradu: cen-
trica & nepos, in ſecũdo: centrica & pronepos,
in tertio: quia ſunt quatuor perſonæ: deme u-
nàm perſonam, reſiduæ erunt tres perſonæ, &
ita tres gradus. Tertium exemplum in linea col
laterali, primũm, quando æqualis eſt: uidelicet
quando æquali gradu perſonæ, de quibus quæ-
ritur, diſtant à communi centrica. Illa centrica
cum fratre eſt in ſecundo gradu, quia ſunt tres
perſonæ, centrica, pater, & frater, centrica cum
filio patrui, in quarto: quia ſunt quinque perſo-
næ computatis intermedijs, nempe centrica, pa
ter, auus, patruus, à quo deſcendit eius filius: tol
le unam, & ſupererunt quatuor quoque gra-
dus. Exemplum quartum in linea inæquali, cẽ
trica perſona, & filius fratris, ſunt in tertio gra-
du, quia ſunt quatuor perſonæ inibi: centrica,
pater, frater, & filius fratris, quarum una dem-
pta, reſtant tres. Igitur in tertio gradu idipſum
experieris in ijs, qui ſunt in linea materna, uelu
ti centrica perſona cum ſua ſorore in 2. gradu
eſt, cũ filia ſororis in tertio, centrica cum auun
culo, in tertio: quia ſunt quatuor perſonæ,
centrica, mater, auia, & auunculus. Nec refert
cuius ſexus ſunt perſonæ, cum quibus fit colla-
tio, uel quæ intermediæ ſunt. Minus etiam in-
ſpicimus an mediæ ſint in rerum natura, an ue-
rò mortuæ ſint: an ſint naturales & legitimæ

f Scæuola, in l. & nihil interest, l. 54. de ri. nupt. lib. 24. P. titul. 2.

ſimul, uel naturales tantum:[f] uel ſit ſtatus ſer-
uilis uel ingenuus in illis.[g] Etenim naturalem

g Paul. in l. adoptiuus, l. 14. § ſeruilis, eod. titul.

cauſam hic obſeruamus ſanguinis, & fluuium
generandi ſequimur, ratione uidelicet ſingula-
rium perſonarum, à quibus ad proximos gra-
dus fit tranſitus. Sic quoque numerant Iuriſcon

h in l. 1. & 3. de grad. affini. Iuſtinia. in §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. de grad. cognat. c. primo gradu, 35. q. 5. Iuriſconſultus, l. 10. § nunc ſingulos, de grad. affinium P.

ſulti,[h] In linea perpendiculari à centrica per-
ſona, ut primo gradu ſint ſuprà, pater mater: in
frà, filius filia. Secundo ſuprà, auus, auia: infrà,
nepos, neptis: ex tranſuerſo, frater, ſoror. Tertio
gradu ſint ſuprà, proauus proauia: infrà, prone
pos, proneptis: ex tranſuerſo, fratris ſororiſque
filius, & filia: conuenienter & patruus, amita,
auunculus, matertera. Quarto gradu ſint ſu-
prà, abauus, abauia: infrà, abnepos, abneptis: ex
tranſuerſo, fratris, ſororiſque nepos, neptis: &
conuenienter patruus magnus, amita magna,
id eſt, aui frater & ſoror: item fratres patrueles,
ſororeſque patrueles, id eſt, qui quæve ex duo-
bus fratribus propagantur: item conſobrini,
conſobrinæ, id eſt, qui quæve ex duabus ſoro-
ribus naſcuntur, quaſi conſororini: item ami-
tini, amitinæ, id eſt, qui quæve ex fratre & ſoro-
re propagantur. Sed vulgus fere omnes iſtos
cõmuni appellatione conſobrinos uocat. Quin
to gradu ſunt ſupra, atauus, atauia: infrà, atne-
pos, atneptis: ex trãſuerſo, fratris & ſororis pro-
nepos, proneptis: & conuenientur, propatruus
& proamita, id eſt, proaui frater & ſoror, item
fratris patruelis, ſororis patruelis filius, filia: &
ſimiliter conſobrini, conſobrinæ, amitini, ami
tinæ filius, filia: proprius ſobrino, proprius ſo-
brina. Iſti ſunt patrui magni, amitæ magnæ,
auunculi magni, auunculæ magnæ filius, filia,

i l. 2. eod. P

hoc eſt,[i] patris, matriſve eius, de cuius cogna-
tione quæritur, conſobrinus, conſobrina, ſiue
pater patruelis, uel amitinus, ſoror patruelis,

k l. 3. eod de grad. affini.

uel amitina. Sexto gradu[k] ſunt ſuprà, tritau-
us, tritauia: infrà, trinepos, trineptis: ex tranſ-
uerſo, fratris & ſororis abnepos, abneptis: &
conuenienter abpatruus abamita, id eſt, abaui
frater, & ſoror: abauunculus abmatertera, id
eſt, abauiæ frater, & ſoror: item patrui magni,
amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ ma
gnæ nepos, neptis: item fratris patruelis, ſoro-
ris patruelis, conſobrini, conſobrinæ, amiti-
ni, amitinæ, nepos, neptis: item propãtrui, pro-
amitæ, proauunculi, promaterteræ filius, filia.
Qui uerò ex fratribus patruelibus, aut conſo-
brinis, aut amitinis undique propagantur, ij
propriè ſobrini dicuntur. In ſeptimo autem
gradu, quàm multæ eſſe poſſint perſonæ, ex
his quæ diximus, ſatis apparet: duplicatis pa-
rentum, liberorumque perſonis. Quæ uolui
enumerare ijſdem uerbis, quibus utuntur Iu-
riſconſulti, quòd in illis & nomina perſona-
rum, & gradus rectè explicentur, ut luculentius
26 tradi non poſſint. Verum obſeruandum eſt,
tantum Iuriſconſultos uſque ad ſextum gra-
dum perſonas enumeraſſe utriuſque lineæ, &
directæ, & tranſuerſæ: nam ultrà difficile ferè
eſt omnes eos numerare, qui ex genere ſunt. Et
natura ultra ſextum gradum conſiſtere cogna-

l l. non facilè, 14. de gradib. agnat.

tionem uix patitur,[l] propter nimium diffuſam
propagationem, quæ ſanguinis ſubſtãtiã com-
munem primam diſſoluiſſe uidetur: non ſecus,
ac fons per longas peregrinationes in mare de-
ſcendens, elongatus à capite, eò minus retinet
ſubſtantiæ primæ originis, quo longius ab ea
diſcedit, terrarum, quas alluit, immutatus na-
turis. Et ita conſanguinitas paulatim, dum ſæ-
pe propaginem ordinibus dirimit, uſque ad ul
timum gradũ ſe ſubtrahit, & propinquitas eſſe
definit.

definit.[a] Addit Iſidorus ratioñ,[b] ſeptimo gra
du finiri conſanguinitatis computationem, ſi-
cuti ſex ætatibus mundi, generatio & hominis
ſtatus finitur, ita propinquitas generis, tot gra-
dibus terminantur. Poſſem hic alia quæ de ge-
neratione traduntur hominis adferre, quod ſe
ptimo die ſemen in utero matris conglobatur,
fitque ad capiendam formam idoneum: & an-
te ſeptimum menſem editus partus uiuere ne-
quit: poſt partum an victurus ſit infans, ſepti-
ma hora decernit. A ſeptimo die nomina infan
tibus olim impoſita, tanquam ſaluti uitæ tunc
fidendum ſit, pluribus ante diem ſeptimũ pe-
reuntibus. Poſt ſeptimum menſem, fiunt denti
tiones: poſt annos ſeptem, primi dentes cadũt,
infans loquit̃ plene. Annis bis ſeptenis pubeſ-
cunt. Venæ, ſeu arteriæ mouẽtur numero ſepte
nario. Morborũ pericula diſcriminat ſeptena-
rius criticus decretorius. Poſſem & alia de ſepti
ma generatione, & ſeptenario numero trade-
re: ſed hęc nos ab utilioribus remorarẽtur, ideo
27 pertranſeo. Et noto, ultra ſeptimum gradũ ali
quoties extendi conſanguinitatis conſideratio
nẽ, in ſucceſſionibus iure proximitatis deuoluẽ
dis, uidelicet ad decimum uſque.[c] & hæc in iu
28 re ciuili ſeruanda ſunt. At in iure põtificio pau
lo aliter gradus numeramus, uidelicet per ge-
nerationes.[d] Quomodo autem numerẽtur iſtæ
generationes, & gradus, conſtituamus metho-
dũ oportet ex tribus axiomatibus. Primum, in
linea recta ſeu perpendiculari aſcendẽtium ui
delicet & deſcendentium, tot ſunt gradus, quot
ſunt perſonæ, una dempta, centrica uidelicet,
ut in iure ciuili dictum eſt, cum quo hæc con-
cordat. Et proinde centrica cum patre, erit in
primo gradu: cum auo, in ſecundo: & ſic in a-
lijs, ordine graduum conſeruato. Alterum
axioma ad collaterales in linea æquali perti-
net, ut quoto gradu aliqui diſtant à communi
ſeu centrica perſona, tantum diſtent à ſe.[e] Ter-
tium in linea inequali collaterali, quoto gradu
remotior diſtat à cõmuni ſtipite, eo diſtingun
tur collateræ perſonæ, de quibus agitur inter ſe.[f]
29 Conueniunt ius ciuile & pontificium, in nu-
merandis perſonis rectæ lineæ, quia utrunque
habet prohibitionem nuptiarum inter has per
30 ſonas uſque in infinitum.[g] Non ita in colla-
teralibus: nam iura ciuilia à pontificijs diſſi-
dent, & ideo ſequimur ius canonicum in his.[h]
Et aliter numeramus iure canonico in nuptijs
gradus, reiecta ſucceſſione ad regulas ciuiles.[i]
Et quia nuptiæ ſine duabus perſonis eſſe non
poſſunt. Sic duo gradus legales unum canoni-
cum faciunt. Fratres itaque, qui ſecundum le-
ges ſeculares dicuntur eſſe in ſecundo gradu,
iuxta canones numerantur in primo: filij fra-
trum, qui illic numerantur in quarto, hic com
putantur in ſecundo: nepotes uero, qui in ſexto
ibi, iſtic numerantur in tertio: Sic deinceps qui
legibus inſcribuntur in octauo & decimo, in
canonibus definiuntur in quarto, & quinto: at
que de reliquis ſentiendum eſt, ut qui ſecundũ
canones dicuntur in ſexto uel ſeptimo, ſecun-
dum leges accipiuntur in duodecimo, uel de-
cimoquarto.[h] Et Zacharias Papa explicat, *Pa-
rentela gradus*, inquit,[l] *taliter computamus, ſiqui-
dem ego & frater meus una generatio ſumus, pri-
mumque gradum efficimus, nullo gradu diſtamus.
Rurſus filius meus fratriſque mei filius, ſecunda ge
neratio ſunt, ac gradum ſecundum faciunt, nec a ſe
aliquo gradu ſeparantur: atque ad hunc modum ca-
tera ſucceſſiones ſunt habendæ.*

a c. 1. 35 q. 4 c. primo gradu § ſucceſſionis, 35. q. 5.
b Iſido. lib. 16. Etymologia, c. 6. d. c. 1. 35. q. 5.
c § hoc loco, de ſucceſſ. cognat. li. 3. Inſtit. tit. 5. can. ad ſedem, § hi verò cuig. ient, 35. q. 5.
d can. quidã, can. contradicimus, 35. q. 1. can. parentela, 35. q. 5.
e can. quod diſſectio. c. fin. de conſanguin. & affini.
f d. c. fi.
g l. nuptiæ, 2. de ri. nupt. in P. §. inter eas enim, de nupt. ap Iuſtin.
h c. non debet, de conſang. & affini.
i can. ad ſedẽ, 35. q. 5.
h hæc in d. ca. ad ſedẽ, §. ſed vt vendica.
l can. parentela, 35. q. 5.

De affinitate. Cap. X.

1 *Affines qui.*
2 *Affinitatis gradus multi proprij, ſed naturalis co-
gnationis gradus imitantur.*
3 *Affinitas nulla inter coniuges, ſed principium af-
finitatis.*
4 *Affinium perſonarum & graduum nomina, ſo-
cer, gener, unde nomen priuignus, uitricus, no-
uerca.*
5 *Affinitas iure ciuili tantum contrahitur ex coniun
ctione legitima, Iure pontificio ex naturali e-
tiam illegitima.*
6 *Ex ſponſalibus non naſcitur affinitas, ſed proximi
tas publicæ honeſtatis.*
7 *Affinitas duplex, primi & ſecundi generis.*
8 *Affinitatis & publicæ honeſtatis gradus in nu-
ptijs iure pontificio conſiderati.*
9 *Gradus in cognatione ſpirituali, qui impediunt ma
trimonium, & quomodo numerandi.*
10 *Compaternitas duplex, directa & obliqua.*
11 *Vtilitas tractationis conſanguinitatis & affinita-
tis, in quibus locum habeat.*

1 AFfines ſunt uiri & uxoris cognati,
dicti ab eo, quòd duæ cognatio-
nes, quæ diuerſæ inter ſe ſunt, per
nuptias copulantur, & altera ad
alterius cognationis finem accedit: Namque
coniungendæ affinitatis cauſa fit ex nuptijs.[m]
2 Gradus affinitas per ſe non habet,[n] reſpectu
autem cognationis naturalis in coniunctione
matrimonij contracta affinitate, affinitas gra-
dus cognationis imitatur, unde & gradus af-
3 finium rectè dici poſſunt.[o] Inter coniuges nul
la quidem affinitas eſt,[p] ſed à matrimonio eo-
4 rum initium affinitatis. Nomina affinium
enumerantur & explicantur à Modeſtino.[q] So
cer, id eſt, uiri pater, uxoriſque, ita dictus, quia
generum ſibi ſociauit: mater uero eorum ſo-
crus appellatur. Apud Græcos proprie uiri pa-
ter ἑκυρὸς, mater uero ἑκυρὰ: uxoris autem πενθε-
ρὸς, pater, mater autem πενθερὰ uocatur, inquit
Modeſtinus. Scholiaſtes autem Homeri[r] duo
ſuperiora nomina antiquiora putat. Gener
uero à genere, quòd ad augendum genus adhi
betur maritus filiæ. Nurus filij uxor. Socer
itaque uxoris meæ eſt pater, ego illi ſum ge-
ner: ſocer magnus dicitur uxoris meæ auus,
ego ſum illius progener: & retro pater meus
uxori meæ ſocer eſt, hæc illi nurus: & auus
meus ſocer magnus eſt, illa pronurus illi: item
ſocrus mihi uxoris meæ mater eſt, ego illius
ſum gener: & proſocrus mihi, uxoris meæ auia
eſt, & ego illius ſum progener: & retro mater
mea, uxoris meæ ſocrus eſt, illa huic nurus: &
auia mea ſocrus magna eſt, uxor mea illi pro-
nurus. Priuignus, eſt uxoris meæ filius, ex a-
lio patre, quàm ea me natus, ego illi vitricus: &
in contrarium uxor mea liberis, quos ex alia
uxore habeo, nouerca dicitur: liberi mei illi
priuigni ſunt. Priuignus πρόγονος, id eſt, præ-
natus, quòd antequàm mater ſecũdo nuberet,
eſt progenitus. Vitric⁹ πατρωὸς. Nouerca μητρυιά.
Viri frater, leuir, Græcis δαήρ. Viri ſoror, glos,
à Græco nomine γάλως. Duorum fratrum uxo-
5 res, εἰνάτερες, quidam dicunt ianitrices. Iure
ciuili tantum contrahitur affinitas ex coniun-
ctione legitimarum nuptiarum, nõ alio modo,
neque ex nuptijs interdictis.[s] Iure canonico
affinitas contrahitur non ex nuptijs ſolum, ſed
ex quacũque cõiunctione naturali ſeu copula

m l. nõ facilẽ, l. 4. §. affines, de grad aff. P. n d. §. affines, verſ. gradus.
o Iuriſconſultus, l. 10. de grad affi. P.
p l. non ideo, C. de hæred. inſtituen.
q in l. 4. §. affines, de grad. affini.
r interpres Homeri, in Iliade & χ.
s l. 4. §. ſciẽdũ eſt, de grad affini.

niri

viri & mulieris, inter cognitam & conſanguineos cognoſcentis, inter cognuſcentem & con
6 ſanguineos cognitæ.[a] In ſponſalibus autem legitimé contractis, non quidem naſcitur affinitas, quæ à coniunctione oritur, ſed ſpecies proximitatis, quæ dicitur naſci ex publica honeſtate:[b] quæ contrahitur non inter ſponſos, quia ſunt principium proximitatis huius, ſed inter ſponſam & conſanguineos ſpõſæ, & inter ſponſam & conſanguineos ſponſi. Non ſolum ſi contrahantur ſponſalia per uerba de præſenti, ſed etiam ſi per uerba de futuro, vel inter impuberes:[c] non enim ex ſponſalibus, etiam ſi ſint contracta per uerba de præſenti, naſcitur ſine coniunctione affinitas.[d] In quo corrigitur ius ciuile à iure pontificio, quod ſequimur.[e] Sed contrahitur tantum publica honeſtas. Contrahitur etiam ex ſpõſalibus publica honeſtas, licet ſponſalia, alioquin pura & certa, nulla ſint, propter aliquod impedimentum.[f] Declarata namque fuit uoluntas cõtrahentium ex acto alioquin inualido, quem efficere conati ſunt.[g] Et in his publica honeſtas ab affinitate diſtinguitur, quamuis aliquando & hæc nomina confundantur:[h] cum in affinitate ſit publica honeſtas, quamuis in omni pu-
7 blica honeſtate non ſit affinitas. Affinitas duplex, primi & ſecundi generis: primi generis, ex coniunctione uiri & mulieris naſcitur: ſecundi generis, quando conſanguineis affinibus alij alia affinitate iunguntur, alia ſecunda copula-
8 tione, exempla poſtea docebunt. Iure canonico in affinitate & publica honeſtate, gradus cõſiderari certum eſt, etſi iure ciuili aliud ſeruari diximus. Itaque per carnis copulam uiri & mulieris, inter uirum & conſanguineas mulieris: item inter mulierem & conſanguineos uiri, cõtrahitur affinitas primi generis, in eo gradu, quo eſt conſanguinitas, non autem inter conſanguineos uiri, & conſanguineos mulieris contrahitur.[i] Ideo frater uiri recte matrimonium contrahit cum ſorore, uxoris fratris, aut cum alia eius conſanguinea: nam hic tantum affinitatis ius conſiderat primum rebus ex prima maris & fœminæ coniunctione, non ſecundum genus. Vt ſi affinis alteri iungatur affini, ut ſi frater tuæ uxoris, qui eſt tibi affinis in primo gradu & in primo genere, iungatur cum ſua uxore, quæ erit tibi quoque affinis, ſed in ſecundo genere, quod non habet prohibitionem.[k] nam & mortua tua uxore & fratre eius, potes uxorem fratris uxoris ducere. Cõſidera rurſum, nos dicere affinitatis gradus primi generis computandos eſſe, habita ratione eorum qui quæve coniunguntur: ideo cum his computamus gradus, non inter affines ſimpliciter. Veluti uoca cõiunctum copula Titium, & coniunctum Sempronium: ſoror Semproniæ eſt in eodem gradu cum Titio, & Titius eſt in ſecundo gradu affinitatis, cum filia ſororis Semproniæ, & cum nepte eius in tertio: & ſic conſequenter numera gradus affinitatis Titii, cum gradibus conſanguinitatis Semproniæ: & contra, gradus affinitatis Semproniæ numera cum gradibus conſanguinitatis Titii.[l] Ad iſtos autem pertinent potius gradus, quàm ad alios affines: quia vxor & maritus, & alij qui copulantur, ſunt duo in carne vna:[m] quod & adhærentibus meretricibus dixit D. Paulus.[n] Pro gradibus publicæ honeſtatis eadem, quæ in affinitate, obſeruanda: ut per ſpõſalia per verba de futuro, aut de præ-

a c. diſcretionem, & c. pen. de eo qui cogno. conſang. vxor. ſuæ.
b c. ſponſam. de ſponſal. ap. Greg.
c d. c. ſponſã, de ſponſ.
d Panor. in d. c. ſponſam.
e cle. diſpendioſam, de iudic.
f c. 1 de ſponſal. in 6.
g arg. l. fin. de reb. eorum.
h d. c. diſcretionem. & c. pen. de eo qui cogno. conſang. vxor. ſuæ.
i c. quod ſuper his, de cõſang. & affin. § mariti, de nup.
k c. nõ debet de conſangui. & affi.
l Probantur hæc in can. por. 30, 35. q. 5.
m d. can. por. rò, c. 2. Geneſeos, c. debuiſ. de bigam.
n D. Paul. 1. ad Corinth. 6.

ſenti, contracta inter ſponſum & conſanguineos ſponſæ, item inter ſponſam & conſanguineas ſponſi contrahatur publica honeſtas primi generis in eo gradu, quo eſt conſanguini-
9 nitas.[o] In cognatione ſpirituali duo ſunt tantum gradus conſiderandi, adminiſtrorum regenerantium, & regeneratorum Deo: vocant iura compaternitatem, commaternitatem, & confraternitatem.[p] Appellatio quælibet ſatis indicat duas perſonas adeſſe ſingulis nominibus. In compaternitate duo patres, naturalis, luſtralis cum patre luſtrali ratione baptiſmi: aut habita ratione ſexus duo pater & mater luſtrici, ideo compatres, id eſt, ſimul patres. In commaternitate duæ matres baptizati. In confraternitate baptizata, & filij patrum aut matrum luſtralium, ſeu ſpiritualiũ: idem de ſororibus dicendum, ſi feminini ſexus baptizatus ſit, quæ conſoror erit cum filia naturali patris luſtralis. Soror enim & fratris appellatione continetur.[q] Iſtę omnes conſanguinitatis ſpecies referuntur ad baptizatum, id eſt, eius cauſa ſunt compatres, commatres, & confratres. Sed & habent relationem quoq; ad alias perſonas baptizati, vt ad patrem, matrem, & fratrem naturalem.[r] Et propriè pater luſtralis, cum patre naturali compater eſt: mater luſtralis, cum matre naturali baptizati cõmater eſt. At inter patrem luſtricum & matrem luſtricam, nõ eſt propriè compaternitas, licet ambo ſint patres: & ideo inter eos põt eſ-
10 ſe matrimonium. Compaternitas duplex eſt, directa & obliqua: veluti diximus affinitatem primi, & ſecundi generis. Compaternitas eſt directa, eius qui filium alterius ſuſcipit in baptiſmo cum patre naturali baptizati.[s] Obliqua vel ex prima orta, cum ſola vxor filium ſuſcipit à baptiſmo, cuius vir & compater dicitur.[t] Ita pater naturalis baptizati, eſt compater non ſolum cum patre luſtrali, ſed etiã cũ eius vxore. Ita & mater naturalis non ſolũ commater eſt cum matrina, ſed etiam cum eius viro:[u] ſunt enim illi duo pro una carne.[x] De horũ conſanguinitate ſic ſtatuit nouiſſimè concilium Tridentinum.[y] *Vnus tantum, ſiue uir, ſiue mulier, uel ad ſummum unus & una baptizatum de baptiſmo ſuſcipiant, inter quos & baptizatum ipſum, & illius patrem ac matrem tantum, ſpiritualis cognatio contrahatur, &c.* Ea quoque cognatio, quæ ex confirmatione contrahitur, confirmantem & confirmatum, illiuſque patrem & matrem,
11 ac tenentem non egrediatur. Et hæc quæ de conſanguinitate & affinitate dicta ſunt, & perſonis earum, ſummopere notanda ſunt: cum apud Iuriſconſultos crebro de his recordari oporteat & utilis eius ſit cognitio, ut in contractuum, & ſucceſſionum, & iudiciorum quæſtionibus: in quæſtione redhibitionis gentilitiæ, dũ proximior admittitur & præfertur in redhibitione[z]: Si agitur de deferẽda ſucceſſione inteſtatorum, quo ad proximiores deuoluitur:[a] vel ſi quæſtio de tutela legitima, quæ proximiorẽ ſequitur agnatum uel cognatum:[b] uel de deferenda bonorum ſucceſſione, uel diuidenda ea per capita, aut in ſtirpes:[c] vel de uocãdo proximiore in bonis reſeruatis familiæ, ubi quæritur propinquior:[d] vel ſi agatur de expellendo à teſtimonio propinquo:[e] in feudis & alijs: Si agatur de nuptijs legitimis, inter quos poſſint eſſe, prohibitæve ſint.[f] Quo de capite paulo uberius nunc dicendum eſt.

o Panor. in c. iuuenis, de ſpõſal.
p in c. vlti. de cognat. ſpirit.
q l. tres fratres, de tranſact. in P.
r c. u. de cogn. ſpirit. lib. 6.
s c. Ita, 30. q. 4.
t can. ſi quis ex vno, 30. q. 4.
u c. Martinus, de cogn. ſpirit.
x c. 2. Geneſ.
y in concilio Trid. Seſſ. 8 c. 2. reformatio.
z vt in conſtitutionis, de reſtitutio. in integrum.
a l. iuriſconſultus, leg. 10. de grad. affini. § ſi verò, de hered. ab inteſt. venit. colla. 9. in authent.
b §. 1. de legit. agnat. ſucce. d. l. iuriſcõſultus, & l. 1. § gradatim, unde cogn. cum ſimil. b.
d l pete. § fin. de leg. 2
e l lege Iulia, de teſt. in P.
f c. nõ debet, de conſang. & affin. tota 30. q. 3. 4.

De prohibitione nuptiarum ratione conſanguinitatis & proximitatis. Cap. XI.

1 *Matrimonium prohibitum inter aſcendentes & deſcendentes uſque ad infinitum.*
Inter collaterales uſque ad tertium gradum.
2 *Nuptiæ inceſtæ inter conſanguineos, & Inceſtus unde, & ceſtus quid.*
3 *Nefariæ & inceſtæ nuptiæ inter aſcendentes & deſcendentes.*
4 *Pœna aduerſus contrahentes inceſtas nuptias.*
5 *Per ſe miſcebantur illorum lege etiam cum matribus, & contrahunt nuptias.*
6 *Semiramis legem tulit, licere & cum matribus & alijs conſanguineis nuptias contrahere.*
7 *Oedipodis calamitas ob matrem uxorem ductam, etiam ignorantia.*
8 *Clumeneus filiam Herpalycem uxorem duxit, & mala inde conſecuta.*
9 *Periandri & matris eius concubitus uindicta diuina.*
10 *Inceſtuoſi alij principes, & monſtra humanæ naturæ.*
11 *Fratris & ſororis nuptiæ apud quos fuerunt permiſſæ.*
12 *Moſes iuſſit proximis nubere mulieres, lex eadem Athenienſibus.*
13 *Lex de non ducenda uxore ſorore, uel filia ſororis, & pronepte.*
14 *Duorum fratrum filij & filiæ non coniungi matrimonia poſſunt.*
Gradus prohibitionis nuptiarum.
15 *Gradus nubendi conſanguineorum uſque ad ſeptimum.*
16 *Salica lex de proximorum coniunctione.*
17 *Impedimenta legalis coniunctionis.*
18 *Impedimenta inter conſanguineos ſpirituales cuius ſint gradus, ratione Baptiſmi, & confirmationis.*
19 *Cognatio pœnitentiæ ſeu confeſſionis non egreditur perſonas confitentium.*
20 *Nuptiæ quo gradu affinitatis prohibeantur.*
21 *In gradibus nuptiarum prohibitarum computandis affinibus uariatum quomodo eſt.*
Frater fratri ſuſcitabat prolem, iure Moſaico, quod correctum eſt.
Domus excalceati quid.
22 *Affinitas primi generis prohibet nuptias, non ſecundo.*
23 *In gradibus prohibitis diſpenſat ſummus pontifex ſolus, & poteſtatem nubendi dat, in certis tamen, non in omnibus.*

1 His præcognitis, dicimus nuptias ratione conſanguinitatis, & cognationis prohiberi inter aſcendêtes quidem & deſcendentes gradus lineæ rectæ, vt inter patrem & filiam, auum & neptem, matrem & filium, auiam & nepotem, & uſque in infinitum:[a] inter collaterales au-
2 tem, vſque ad certos graduum limites.[b] Dicuntur que hæ coniunctiones unico nomine, inceſtæ,[c] quaſi non caſtæ, ſecundum Nonium: uel non Venere iuſta initiatæ. Ceſtum enim ſeu cingulum veneris, dicebant annorum legitimorum initium, ut ait Angel. Politianus:[d] vel quòd nonæ, quas virgines ſolebant deferre, quæ ſoluebantur à maritis iuſte ſolutæ non eſſent, indicat Ouidius:[e]

a Caius, l. nuptiæ, l. 53 & l. 8. de rit. nup. lib. 23 P. § ergo nõ omne, de nup. Diocle. & Mu. l. nemini, l. 17. de nup. lib. 5. C. tit. 4. § Sa. quib. mod. nat. effi. ſui, in auth. col. 9.
b tot. titu. de inceſt. nup. lib. 5. C. tit. 5. l. 8. ſi nupt. ex ſeter. petat, li. 5. C. tit. 8. Paul. l. inceſtæ, l. 38. de rit. nup.
c prædictis iuribus.
d Politia. Miſcella. c. 13.
e Ouid. in epiſtol.

Cui mea virginitas auibus libata ſiniſtris,
Caſtaque fallaci zona reuincta manu.
Poſſuntque dici omnes nuptiæ, quæ legitimæ
non ſunt, inceſtæ: vt notat gloſſa ad rubricam
de inceſt. nupt. C. Sed & expreſsè id reſpondit
3 Paul. Iuriſconſ.[f] Nefarias quoque dicere poſ-
ſumus & inceſtas inter aſcendentes & deſcen-
dentes initas, ut nefaria coniunctio dicitur ab
Vlpiano[g] eius, qui in concubinatu patris fuit,
deinde in filij eſſe cœperit, uel nepotis uel con
tra: Eius generis, inceſtuoſæque dici poſſunt,
quæ cum priuigna, nuru, nouercaque fiunt,[h]
pari modo prohibitæ. Prohibent iura diuina
4 concubitum cum matre & nouerca. Pœna, iu-
re ciuili, aduerſus has inceſtas, & nefarias, con
ſtitutæ graues.[i] Bonorum in ærarium ſeu fiſ-
cum relatio, dotis quoque, exilium, uerberatio.
Soluuntur & hæ coniunctiones iure pontifi-
cio, uerum non niſi cum authoritate eccleſiæ,
Epiſcopi ſcilicet, inquiſitione proximitatis fa-
cta: alioqui nõ licet abire ab eo cõtracto matri
monio.[k] Sed & iure eodem nuptiæ inceſtæ diri
muntur, & ſcienter contrahentes, ne nubant
alijs prohibentur, ex concilio Maguntinenſi,
& alijs ſanctionibus, ca. ſi quis, ca. qui dormie-
rit, ca. concubuiſſe, & ſeq. 32. q. 7. Prohibitæ &
iure ciuili etiam in perſonis ſeruilibus, utpote,
naturali cauſa inſpecta, ut ait Paul. Iuriſconſ.[l]
qui in vulgo quæſitis idem ſtatuit, & fornica-
tione coniunctis.[m] Item & in perſonis per ado
5 ptionem coniunctis ijſdem gradibus Caius reſ
pondit.[n] Inuenimus tamen ius aliquãdo fuiſ-
ſe apud Perſas miſceri cum matribus, teſte Ar-
nobio,[o] & Philone Iudæo,[p] qui ita cenſu-
ram promit, *Honoratiores Perſæ cum matribus*
contrahunt matrimonia, & natos inde arbitrantur
nobiliſſimos, regioque, ut ferunt, dignantior ſoluit
quo nihil magis impium excogitari poteſt, conſpur-
cari defuncti patris thalamum, cui maxima debe-
batur religio, matri nullam exhiberi reuerentiam,
filium eundem, & maritum fieri, matrem uiciſſim
6 *uxoris nomen aſſumere*, &c. Tulit legẽ aliquan-
do Semiramis regina, ut flagitium tegeret, cũ
filio ſuo Nino commiſſum: ut nulla diſcretio-
ne habita ſanguinis, liceret cum matribus &
conſanguineis cõiungi nuptijs, ut ſcribit Oro-
ſius.[q] Ob factum tamen ſuum illa poſtea miſe
7 re occubuit. Accidit tam ſceleſte facinus inter
priſcos Thebis Oedipodi Laij filio, non ſponte
tamen, ſed per ignorantiam. Nihilominus ta-
men tantam calamitatem ſecum contulerunt
hæ nuptiæ, ut nihil reliquum factum ſit ad ſũ-
mum miſeriarum cumulum: ſequuta continua
bella, tum externa, tum ciuilia, ueluti hæredi-
taria, ut ſcribit idem Philo.[r] Explicat autem
Homerus, his uerbis,[s]

μητέρα τ' Οἰδιπόδαο ἴδον καλὴν Ἐπικάστην,
ἣ μέγα ἔργον ἔρεξεν ἀϊδρείῃσι νόοιο,
γημαμένη ᾧ υἷι· ὁ δ' ὃν πατέρ' ἐξεναρίξας
γῆμεν· ἄφαρ δ' ἀνάπυστα θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισιν.
ἀλλ' ὁ μὲν ἐν Θήβῃ πολυηράτῳ ἄλγεα πάσχων,
Καδμείων ἤνασσε, θεῶν ὀλοὰς διὰ βουλάς.
ἡ δ' ἔβη εἰς Ἀΐδαο πυλάρταο κρατεροῖο
ἁψαμένη βρόχον αἰπὺν ἀφ' ὑψηλοῖο μελάθρου
ᾧ ἄχεϊ σχομένη. τῷ δ' ἄλγεα κάλλιπ' ὀπίσσω,
πολλὰ μάλ' ὅσσα τε μητρὸς Ἐρινύες ἐκτελέουσι, &c.
Matremque Oedipodis uidi pulchrã Epicaſtum,
Quæ ingens facinus commiſit, inſipientia mẽtis,
Nupta ſuo filio: ille, ſuo patre perempto,
Vxorem duxit. Statim autem uulgata Dij fecerunt hominibus.
Sed ille quidẽ in Thebe amabili, dolores patiẽs.
Thebanis imperabat, Deorum dira per conſil a.

Illa

f Paul. l. ſororis proceptum, l. 39. de rit. nup. in P.
g Vlpia. l. 1 de concubi. li. 25. P. tit. 7 § ergo nõ omnes, verſic. etſi talis, de nupt. ap Iuſti.
h Papin. l. ſi adulterium cũ inceſtu l. 38. ad L. Iul. de adult. li. 48 P. tit. 5.
i auth. inceſtas nuptias, & authen. ex complexu, de inceſtis nupt. C. § 1. de inceſt. & nefa. nup. in auth. collat. 2 conſtit. ſio § ſu. quib. mod. nat. eff. ſui, collat. 7. cõſtit. 1.
k c. 3 de adul. li. 4. Decretal. tit. 19. c. an ſecu lares, 32 q. 2 c. multorum, 32. q. 6
l Paul. l. adoptiuus, l. 14 § ſeruiles, de ritu nupt. in P
m c. nec eam, 32. q. 2.
n Caius, in l. quin etiã, l. 55. de rit. nup. P. § 2. de nupt. ap. Iuſtinia.
o Arnob. li. 5. aduerſ. gent.
p Phil. de ſecu lar. legib. c. contra mœchos.
q Oroſ. lib. 1. c. 4.
r Phil. d. li. de ſec. leg. c. cont. mœch.
s Hom. Odyſſ. λ verſ. 265. & ſeq.

Illa abijt in Plutonis domum ualidas portas habentis,
Annexa laqueo ſublimi ab alta trabe
Suo dolore correpta: huic dolore reliquit poſt ſe
Valde multos, quotquot matris furia efficiunt.

8 Climeneus Telei filius, Harpalycem filiam cũ
qua antea occulte concubuerat, occiſo Alaſto-
re cui deſponſata erat, palam uxorem habuit.
Sed facinore commota Harpalyces, iuniorem
fratrem necauit, ac quodam feſto ſacrificiorũ
comedendum dedit populo Argiuo. Clime-
neus uero facinorum conſcientia ſeipſum in-

a Parthen. in Erotic. c. 13.
b Item Parth. eod. c. 17.

9 teremit, ut narrat Parthenius.[a] Refert & idẽ,[b]
matrem Periandri eum eo clam concumben-
tem, ſe quoque interemiſſe, & Periandrum in
furorem & ſæuitiam crudeliſſimam delapſum.
Baſſianus Antoninus, dictus Caracalla, uxo-
rem inceſtu Iuliam nouercam ſuam duxit, te-

c Aemil. Spar. in Caracal.

10 ſte Spartiano.[c] Sed qualis ſceleris uir is fuerit,
nemo ignorat: qualiſve Commodus Antoni-
nus, qui Lucillam ſororem conſtuprauit, & oc-
cidit, conſobrina patris complexibus ſuis con-
iuncta, ut ait Lampridius:[d] uitæ enim eius in-
dignitas & ad ſcelera procliuem fuiſſe nouum
non ducit, ſi Herodianum legas.[e] Omitto reli-
quos inceſtuoſos principes, vt monſtra, Nero-
nem, & Ottonẽ, de quibus Xiphilinus ex Dio-
ne.[f] Quibus, quia Dei neque naturæ numẽ ue-
nerabantur, id licere, quod non prohibebant
ſubditi, ſed impiè, ſibi perſuadebant. Reſeruati
tamen grauiori pœnæ in illud ſeculum iudi-
cio Dei. Fuit illis imperandi arbitrium ad ma-
lum occaſio, ſicuti & Cambyſi, qui cum amore
ſororum captus eſſet, ut eſt apud Herodotum,[g]
nec liceret ſororem lege Perſarum ducere, in-
terrogans iudices regios, apud quos legum cu-
ſtodia & interpretatio erat, num lex id permit-
teret, reſponſum accepit, nullam legem ſe in-
uenire, qua fratri licitum ſit nubere ſorori:
quandam tamen inuenire, qua liceat regi Per-

d Lamprid. in eius uita.
e Herodia. in Commod.
f Xiphil in Nero & Otho.
g Herodot in Thalia. in li. 3.

11 ſarum facere quod lubeat. Quòd autem ad
collaterales gradus & nuptias eorum pertinet,
variæ certæ in illis fuerunt gentium leges. Nã
apud Athenienſes Solon uetauit in uterinis tã-
tum germanis: contra Lacedæmoniorum legiſ-
lator uterinis non interdicit connubia, ſed ſo-
lis eodem patre genitis. Ægyptius utraque ri-
dens, utriſque laxauit libidinem.[h] Æmilius
Probus quoque ait,[i] patrum Athenienſium
morem fuiſſe, ducere ſorores. Et alibi[k] idem
repetit, hoc tamen non congruere ſuis mori-
bus, id eſt, Romanis, fatetur. Sunt tamen ali-
qui, ut Andocides,[l] Athenæus,[m] & Suidas,[n]
qui quod Probus firmat exemplo Cimonis, im-
probent: dicantque Cimonem per Oſtraciſ-
mum uel teſtulas à ciuitate ad tempus exter-
minatum, quòd contra leges commiſiſſet in
eo, quòd ſororem ſuam Elpinicem duxiſſet.
Prohibet & hanc uxorem ducere Phocilides
hoc uerſu,

h Philo. Iud. lib. de ſpecial. leg. con mœch Arnob lib. 8 contr. gent.
i Aem. l Prob. in Cimone.
k in prœmi. vitar.
l Andoc. oratio. cont. Alcibiad.
m Athenæus, lib. 13.
n Suidas, in verbo Cimon, & ὄστρακον.

Μηδὲ κασιγνήτης ἐς λέχος ἐλθεῖν ...
Ne ſtratum uetitum genitale ſororis inito.

o Num. c. 36. & Tob. c. 7.

12 Fuit lex lata à Moſe,[o] poſt diſtributionem fa-
ctam terræ adeptæ promiſſionis tribubus Iſrae-
liticis, ut fœminæ, ad quas bona perueniſſent fa-
miliarum, extinctis maſculis, nuberent tãtum
hominibus ſuæ tribus, ne confunderentur bo-
norum diuiſiones, tranſeuntibus filiabus in a-
lienas familias. Fuiſſe & inter alias gentes hãc
legem, ut proximis nuberent fœminæ, conſtat
ex Iulio Polluce,[p] dum meminit de lege Athe-
nienſium Solonis: aitque filiam illis unicam di-
ctam ἐπίκληρον, quam doceret generis neceſ-

p Iul Poll. lib. 3 Onoma. c. 3.

ſitate propinquus, eamque, ſi indotata eſſet, do-
tandam à propinquo, ſi illam non duxiſſet. De
illa lege Terentius[q] uidetur etiam locutus di-
cens,

q Terent. in Phormio.

Lex eſt orbæ, qui ſint genere proximi.
Eis nubat, & illos ducere eadem hæc lex iubet.
Et alibi idem,[r]
Hæc uirgo orba eſt patre.
Hic meus amicus illi genere eſt proximus.
Huic leges cogunt nubere hanc.

r Terent. in Adelphis.

Fortunatianus[s] quoque ait, *lex eſt, orba proxi-*
mo nubat, uel ſi eam noluerit in matrimonium duce-

s Fortunat. lib. 2. Rhetori.

13 *re, det decem millia.* Poſtea autem & leges iſtæ
in deſuetudinem abierunt, limiteſque proximi-
tati conſtituti qui non liceret conſanguinibus
coniungi: placuitque non licere nuptias cum
ſorore primum contrahere, etiam ſi illa uul-
go quæſita ſit.[t] Legem & tulit Cocceius Ner-
ua, ne fratris filiam uxorem ducere fas eſſet.[u]
De neptibus ſcribit Plutarchus[x] in hæc uerba,
Superioribus inquit, *temporibus, quæ ſe aliqua ne-*
ceſſitudine contigiſſent, uxores non ducebant, quem-
admodum nec nunc quidem ſorores: ſed non ita pri-
dem factum eſt, ut neptes uxores ducere permitte-
rent: & plebiſcitum factum, ut in ducendis uxori-
bus ad neptes uſque aſcendere liceret, ſuperior tamẽ
neceſſitudo prohiberet. Verum Paulus[y] Iuriſc.
ſororis proneptem, inquit, *non poſſum ducere uxo-*
rem, quoniam parentis loco ei ſum. Et Diocletia. &
Maximi. CC.[z] *nemini liceat,* inquiunt, *contrahe-*
re matrimonium ex latere cum amita, matertera,
ſorore, ſororis filia, & ex ea nepte, præterea fratris
tui filia, & ex ea nepte. Et imperator Alexius Cõ-
nenus,[a] ad ſuggeſtionem Proedri & Ethæriar-
chæ Bardæ Zeri conſtituit quoque ne amita &
fratris filia cum patruo & fratris filio, tamet-
ſi ſexti gradus ex cognatione affinitatem obti-
neant, citra impedimentũ iungantur. Quæ cõ-
ſtitutio etiam ex Nicolai patriarchæ Conſtan-
tinopolitani ſubnotatione recepta eſt. Memi-
nit Suetonius,[b] Claudium Cæſarem, illecebris
Agrippinæ Germanici fratris ſui filiæ, per ius
oſculi, & blanditiarum occaſiones pellectum
in amorem, ſubornaſſe proximo ſenatu, qui cẽ-
ſuerunt cogendum ad ducendam eam uxo-
rem, quaſi reipub. maxime intereſſet, dandam-
que cæteris ueniam talium coniugiorum, quæ
ad id tempus inceſta habebantur: ac uix uno
interpoſito die confeciſſe nuptias, non reper-
tis, qui ſequerentur exemplum, excepto liberti-
no quodam, & altero primipilari, quod & tra-

t Paul. l. adoptiuus, l. 14. § ſer uiles. Et Scæuol. l. nihil intereſt, 54. de ritu. nupt. in P.
u Dio in Cocceio Nerua ap. Xiphili.
x Plutar. problem. 6.
y Paul. l. ſororis proneptem, leg. 39 de ritu. nupt. in P.
z Diocletia. & Maxim. l. nemini, l. 17. de nupti. C.
a lib. 2 iur. Orientali. in conſtitutio. Alexij Comne ...
b Sueton. in Claudio, c. 26.

14 dit Cornelius Tacitus.[c] Duorum fratrum filij,
uel filiæ, id eſt, conſobrini, ſecundum Theo-
philum,[d] matrimonio coniungi ſecundum
& Iuſtinianum[e] poſſunt, & ad tertium uſque
gradum. Quamuis non olim niſi ad quartum
uſque. Diſpenſaſſe & olim Cæſares ut legiti-
ma eſſet uxor conſobrina, Caſſiodorus docet.[f]
Porro Caius,[g] *fratres,* inquit, *amitinos uel cõſan-*
guineos in matrimonio iungi, nulla ratione permit-
titur. Et puniuntur in Cod. Theodoſiano[h] hu-
iuſmodi, ut inceſtæ nuptiæ: & Harmenopu-
lus.[i] Prohibet & Alexius Patriarcha Conſtan-
tinopolitanus,[k] nuptias ſeptimi gradus: idip-
ſum Patriarcha Conſtantinopolitanus Mi-
chael,[l] & Chartophilax magnæ eccleſiæ Nice-
tas, anno mundi 6565. Et Lucas, Patr. Conſt.[m]
Habes autem apud Alexium ſic ordinatos ſep-
tem prohibitionis gradus:

c Corne. Taci. lu 5.
d Theophil. § duorũ fratrum, de nupt. in Inſtit. li. 1.
e § duorũ fratrum, eod. ap. Iuſtini. l. celebrandis. C. de nupt.
f Caſſiod. li. 7. Variar. c. 46.
g Caius, lib. 2. Inſtit tit. 4.
h leg. 2. de inceſt. nup lib. 11. C Theodoſ.
i Harmenop. li. 4 c. 4.
k lib. 2 iur. Orientali. in eius conſtit.
l eod. li. in eius conſtitut.
m eod. lib. conſtitutiona ſub imperio. Manuelis.

Fratres.
Georgius & Nicolaus:
Conſobrini.
Theodote Helene:

Sobrini,

Sobrini,
Demetrius Baſilius,
Theodote in 7.
Sed & Gregorius ad Auguſtinum Angliæ epiſ
copum ſcribit, per ea matrimonia ex lege An-
glorum intra hos gradus aliquando permiſſa,
non potuiſſe ſobolem ſuccreſcere: [a] ideo inhi-
benda. Et Boniſacius Martyr ideo plures na-
tiones deletas à Deo: [b] & in Anglos Agarenos
15 irrupiſſe. Eadem iure noſtro pontificio recep-
ta ſunt, & ad ſeptimum uſque gradum recepta
prohibitio nuptiarum in collateralibus. [c] Septi
mis autem in prohibitione non eſt, ſed ſextus
tantum: [d] diſtinctioque graduum hæc ibi, *fi-
lius & filia, id eſt, frater & ſoror ſit truncus, nepos
neptis inde, primus gradus: pronepos proneptis, ſe-
cundus: abnepos abneptis tertius: adnepos adnep-
tis. quartus: trinepos trineptis, quintus: trinepotis
filius & trinepotis filia, ſextus.* Sed hæc latius in-
telliges ex epiſtola [e] Alexandri II. Papæ ad
Neapolitanos clericos, & Epiſcopos omnes
Italiæ, quæ diſtinctionem & rationem numeran
di iuris ciuilis in ſucceſſionibus deferendis or-
dinem, & iuris pontificij in nuptiis copulandis
16 adfert. Extat lex Salica antiqua Francorum, [f]
in hæc uerba, *Si quis ſororem, aut fratris filiam,
aut certe alterius gradus conſobrinam, aut fratris
uxorem, aut auunculi, ſceleratis nuptijs ſibi iunxe-
rit, huic pœna ſubiaceat: at à tali conſortio ſepare-
tur, atque etiam ſi filios habuerint, non habeantur le
17 gitimi hæredes, ſed infamia ſint notati.* Impeditur
& matrimonium, cognatione legali per adop-
tionem cõiuncta: adoptio quippe naturam imi
tatur. [g] Ea itaque prohibet matrimonium in-
ter adoptantem & filiam adoptatam, [h] inter a-
doptatam & filium legitimum, & naturales a-
18 doptantis. Impedit etiam cognatio ſpiritualis,
quæ ex baptiſmate oritur, inter presbyterum
baptizantem & baptizatum, & matrem patré-
ve eius: inter confitentem & confeſſum: [i] inter
baptizatam & baptizantem, non ſunt iuſtæ nu
ptiæ. [k] Nec inter patrem baptizati & uxorem
leuantis uel patrini: [l] inter patrem matremve
luſtralem, matrimonium quoque impedieba-
tur, quamuis factum non diſſoluatur, ſicut an-
te in conſanguinitate dictum eſt. [m] Non per-
mittitur etiam inter regeneratum ſeu regenera
tam, & filios regenerantis poſtea natos. [n] Ob-
ſeruant & hanc prohibitionem alioqnin bar-
baræ nationes Rhutenorum ſeu Moſcouita-
rum, ut ait Sigiſmundus Liber Baro. [o] Inter cõ
firmatum & patrem eius, & tenentem ad con-
firmationem cognatio & prohibitio, [p] ex conci
lio Tridentino 8. ſeſſio. ca. 2. reformationis. De
trius Chomatenus [q] Archiepiſcop⁹ Bulgariæ,
unum fieri hominem dixit, patrem naturalem,
& eum qui filium ſuum ex baptiſmate ſuſce-
pit, indeque compatres pici, & eorum liberos
fratres: indeque natos naturalem ſortiri cogna
tionis appellationẽ, quia Sancti Spiritus uniẽ-
di poteſtas, omnes conciliauit in uerã propin-
quitatem. Adfert & ca. 56. ſextæ Synodi, quo ca
uetur, ut quia neceſſitudo ſeu affinitas ſpiritua
lis maior eſt corporũ coniunctione, ne quis cũ
matribus matrimoniũ ineat, quarum filios ex
ſacro baptiſmate ſuſcepit: alioquin pœnam di
remptionis matrimonij ſtatuens & fornicato-
19 rum. Cognatio uero & filiatio ſpiritualis ex cõ
feſſione ſeu pœnitentia, confitentẽm & abſol-
uentem non egreditur: [r] quia per pœnitentiam
ea non fit remiſſio peccatorum, uel regenera-
20 tio, quæ per baptiſmum fit. Affinitas etiam in
certis gradibus habet nuptiarum prohibitio-

a in con. quadã lex. 3. 5. q. 3.
b c. ſi gens Anglorũ, 56. diſt.
c c. de affinitate, c. progeniẽ, c. nullã, c. in copulatione, can. conſanguinitatẽ, 35. q. 2. in de c. fi. de conſan. & affinit.
d c. 1. 3. 5. q. 4. c. 1. 2. 3. 1 q. 5.
e ca ad ſedem apoſtolicã, 35. q. 1. ca. non debet, de conſan. & affinit. apud Grego. clem. 1. eod.
f in ll. leg. Sala. tit. 14. §. 12.
g §. minorem, de adopt. apud Iuſtin. & §. & hæc adeo, eod.
h c. uni de cogna. legal. li. 4. Decret. tit. 11. c. ita diligere, 30. q. 3. l. adoptiuus, & l. quinetiã, de rit. nup. & per adoptionem, eod.
i ca. omnes, & ſeq. 30. q. 1 c. fi. de cogna. ſpiri.
k Iuſtinia. l. ſi quis alumnã, 26. de nupt. C. c. 2. de cognat. ſpiri. in 6.
l c. 4. de cogn. ſpirit. ap. Greg. in c. 2. eod. c. 2. & c. 1. 30 q. 3. c. di ctum, eod.
m ca. ex literis, & c. tua nos, de cogn. ſpirit. per ſtatũ. 30 q. 3.
o in commentar. de reb. cor.
p c. ſi quis filiaſtrum, 30 q. 1.
q Demet. Chomat. libe. 1 iur. Orient. eta de grad. co. net.
r unde gl. in c. a nobis, 30. q. 1.

nem, quia, ut ait Plutarchus, [s] antiqui nuptijs
neceſſitudines augeri uoluerũt: & ideo illis mi-
nus iunctos potius quàm pene familiares con-
iungi oportuit. Adde quòd & quandam hone-
ſtatem inter ueneratione quadam iunctos con
ſeruari oportuit intactam. Et ita prohibentur
nuptiæ affinitatis gratia [t] cum priuigna, nuru,
ſocru, nouerca. Affinitas vſq; ad quartum gra-
dum à matrimonio ex quo naſcitur computan
dum, prohibitionem habet. [u] Statuit Emanuel
Comnenus [x] Cæſar, ne unus & idem duas ſo-
brinas poſſet ducere ſucceſſiue, quia inquiebat
contractum ad ſextum gradum affinitatis de-
duci, cum maritus cenſeatur unus gradus cum
uxore. Extat & cõſtitutio Siſinij Patriarchæ Cõ
ſtantinop. [y] ne duo fratres accipiant duas con-
ſobrinas. Idipſumq; alijs Patriarcha Nicola⁹ [z]
firmauit. Imo Græcis omnibus nõ uidetur ido-
neum, ut ſi pater matrem, cum ſint duo unum,
uxorem accipiat, filius filiam non ſine reatu, ua
leat ſibi coniugio ſociare, vt ſcribit Luithpran
dus. [a] Hæc etiam obſeruant Moſcouitæ, ut ait
Sigiſmundus Liber Baro commentarija de re-
21 bus eorum. In affinitatis prohibitione uarietã
etiam fuit, nam iure diuino olim proximior fra
ter tenebatur accipere, uiduam fratris ſui præ-
mortui, & ei ſuſcitare ſemen: uel ſi proximior
renuebat, conuocatis ſenioribus vidua prote-
ſtata cum ignominia ſoluebat calceos, & ſpue
bat in recuſantem matrimonium, eiuſque do-
mus perpetuo dicebatur domus excalceati. [b]
Quòd tamen lege Euangelica, & iure pontifi-
22 cio ſublatum eſt. [d] Et iura ciuilia quoque ſub-
ſcripſerunt. [e] Affinitas primi generis tantum
prohibet nuptias inter uirũ & conſanguineas
uxoris, & inter uxorem & conſanguineos uiri.
uſque ad gradus prædicto: at non inter conſan
guineos affines. [e] Idipſum dicimus in ſponſali
bus, in prohibitione ratione publicæ honeſta-
tis. [f] De quibus haurire oportet cognitionem
ex illis quę dixim⁹ in ç. affinitate poſt nuptias.
23 Cæterum ex diſpenſatione ſummi pontificis,
nuptiæ poſſunt contrahi licitè inter gradus ſeu
generationes prohibitas. [g] Nemo autem pręter
ſummum Pontificem diſpenſat in gradu pro-
hibito. [h] Siquidem in concilio generali prohi-
bitio facta eſt nubendi intra quartum gradũ. [i]
Alius autem, quàm ſummus Pontifex, non po-
teſt contra concilium diſpenſare. [k] Is quoque
nec in omni gradu diſpenſat, nec in quibus po
teſt, niſi e magna urgẽti cauſa. Item nec Summ.
Pont. in primo uel ſecũdo gradu diſpenſabit, [l]
ut quis ſororem uel neptem in uxorem habe-
re poſſit: quia Deus prohibuit turpitudinem ſo
roris & filiæ eius reuelare. *Filiam filiæ eius non
ſumas, quia una caro ſunt.* [m] Et ſi illa uerba in-
telligantur in deſcendentibus, certe nec in con
lateralibus in ſecũdo gradu diſpẽſare poteſt. [n]
Poſſe tamen eum in hoc, ex magna cauſa, po-
tat communis interpres Decretorum. [o] At in-
ter collaterales in linea inæquali, ut in linea
aſcendentium ſubmouet Panormitanus omnẽ
diſpenſandi facultatem: [p] cui & ego ſubſcribo.
In linea quãdoque collateralium maxima cau
ſa admittunt oẽs, ut pro pace inter principes [q]
diſpenſatur. In his autem qui cõiunguntur ter
tio, aut quarto gradu cõſanguinitatis, uel affi-
nitatis, Sum. Põt. leui ex cauſa diſpenſat, ſi ueri
tas gradus & lineæ illi narretur. [r] Facilius autẽ
diſpenſat, prohibitis propter publicam hone-
ſtatem, cuiuſcũque ſint gradus, uel propter co
gnitionem ſpiritualem. [s] Porro diſpenſatio effi
ciet, ut contrahẽs contra prohibitionem nõ fit
excom-

s Plutarch. in problem.
t §. affinitatis, & §. ſocrum de nupt. l. nemini, 17. de nup. C. l. adprinus, l. 14. §. nunc uideamus, de rit. nup.
u c. 1. & c. non debet, & c. fin. de conſang. & affinit.
x in iure Orientali. lib. 2. in nouell. 5. Emanuel [illegible] de nup. in ſuob. ſobri.
y libr. 1 iur. Orient.
z eod. in eius ſanctio.
a Luithpr. li. 4. de reb. per Europ. geſt. c. 6.
b Deuteron. c. 25. Ruth 4.
c c. fi. de diuor. c. olim, 3. q. 1.
d l. fratris, l. 5. & l. pen. & fin. de inceſt. nupt. C. §. affinitatis, de nupt. ap. Iuſtinia.
e cap. quod ſuper his, de conſan. & affini. §. mariti, de nupt.
f Panorm. in c. iuuenis, de ſponſal. Ang. in §. ſi uxor, de nupt. d. c. ſuper his.
g c. quod dilectio, & ca. quia circa, de conſan. & affin. de qua diſpẽſa in de pluri in gl. c. ne conſtitueretur, 50 diſt.
h gl. in d. ma. quod dilectio, & ibi Panorm. nu 5.
i c. non debet, de conſang. & affinit.
k gl. in c. cum dilectus, de elec. Felyn in c. at ſi clerici, §. de adulterijs, de iudic.
l latè gl. in c. pitacium, 30. q. 3.
m Leuit. c. 18.
n c. literas, de reſtit. ſpol.
o gl. in d. c. pitacium, in uerbo ſororis, per c. quaſitur, 32. q 2.
p Panor. in ca. literas, nu 17. de reſtit. ſpol. & in c. propoſuit. de conceſſ. præben.
q arg. c. ulti eſſent, de præb.
r d. c. quod dilectio, de conſang. & affinit.
s Interp. in d. c. literas. & ca. propoſuit, de conceſſ. præb.

a clem. vni. de conſang. & affinit.
b de quib. in ti tu. de inceſt. nu pti. in auth. in c. cum ſecundũ leges. de hære. to 6 Anch. con ſil 409.
c Panor. in ca. referente. ca. 4. & c. per venerabilem, nu. 21. qui fil. ſint leg.

excommunicatus: [a] vt uitet pœnas, inceſtas nu
ptias contrahentium. [b] Dehinc tertio ut nati
ex eo matrimonio, ueluti ſublato impedimen-
to, fiant & legitimi, etiam quòd attinet ad ſuc-
ceſſiones iure ciuili deferendas. [c]

De impedimentis contrahendi matrimonij, de furore, & errore, frigiditate, metu. Cap. XII.

1 *Furor iniri matrimonium prohibet, initium tamen ſuperueniens non ſeparat, niſi apud Græcos.*
2 *Error in matrimonio quando ipſum diſſoluat.*
3 *Præſentia perſonæ omnem erroris admit ſuſpicionem, excepto ſtatu ſeruitutis.*
4 *Error in uirginitate ſoluebat olim matrimonium: hodie non.*
5 *Impotentia coeundi quando diſſoluit matrimonium.*
Impotentia coeundi duplex. natura, arte.
Natura, quia aut frigidus, aut minoris ætatis.
6 *Frigiditas naturalis ante matrimonium, & cum matrimonio perſeuerans, diſſoluit illud.*
7 *Maleficium non coeundi diſſoluit, ſi ante matrimonium fuerit, & perſeueret per tres annos, & ignoretur tempore initi matrimonij.*
8 *Sterilitas non eſt cauſa ſufficiens dirimendi matrimonij.*
9 *Maleficium diſſolui poteſt.*
Amaſis regis Aegyptiorum maleficium coitionis quomodo diſſolutum.
10 *Solonis leges de frigidis, & contra frigidos.*
11 *Creditur potius dicentibus aliquem eſſe potentem coeundi, quàm dicentibus eſſe impotentem.*
12 *Metu fieri non poſſunt matrimonia, & facta dirimuntur.*
13 *Prouinciarum adminiſtratores, & qui erant ex illorum comitatu, cum ſubditis contrahere matrimonium nequibant.*
14 *In Gallia permittitur magiſtratibus matrimonium cum ſubditis quare.*
15 *Tutoris, curatoris, aut filiorum cum puppilla, aut minori, matrimonium quando ualet.*

1 DEinceps impedit matrimoniũ ini-
ri furor, quandiu is perſeuerat,
propter conſenſus, qui illud, ut di
ximus, facit defectum & ſi furor
ſuperueniens iure Romanorum non diſſoluit,
contractum, [d] quod & pótificio receptum eſt. [e]
Iure tamen orientali Græcorum paulo aliter
receptum eſt, placuitque, ut notat Conſtanti-
nus Harmenopulus, [f] ſuperuenientem furo-
rem poſſe matrimonium diſſoluere. Extat &
conſtitutio Nicephori Botoniatę [g] Imperatoris
orientis ea de re & Leonis Philoſophi neara
centéſima, & cẽteſima prima, quibus cauetur,
ut ſi per triennium uxor in furore perſeueret,
maritus diſſolui poſſit petere matrimoniũ: ſin
autem uir per quinquennium furit, uxor quo-
que abire poſſit matrimonio. Sequimur eccle-
ſiæ catholicæ legem, qua matrimoniũ rite con
tractum, niſi ratione tori, ut dicemus, non diſ-
2 ſoluitur. Error aliquando, qui inter contrahen
dum matrimonium incidit, inhibet ne illud ef-
ficax ſit, aut indiſſolubilis cõiunctio. Nõ enim
conſenuũt, qui errant. [h] At error hic perſonæ [i]
abſentis, ſi una pro alia intellecta ſubijciatur,
non autem in perſona præſenti: ueluti dum Lia

d Vlp. l. patre furioſo, de his qui ſunt ſui uel alie. iur. li. 1 ff. tit. 6. l. furor, de ſponſ. in ff.
e Inno 3. in c. dilectus. ca. 14. de ſponſ. lib. 4. Decret. tit 1. c. neq; furioſus, 32. q. 7.
f Harmenop. li 4 tit. 11.
g lib. 1. Ius Oriental. in eius conſtitutio περὶ διαλύσεως γάμου.

h Vlp. l. ſi per errorẽ, l. 15. de iuriſdi. om. iud. li. 5 ff. tit. 1. & l. procurator. in & de acq. rerum domi.
i c. 1. 29 q. 1.

ſuppoſita pro Rachele Iacobo, in quam tamen
poſtea conſenſit: [k] Nec ſi erretur in qualitate,
3 vel fortunis, ſeu patrimonio coniugum. Præſen
tia itaque perſonæ omnem erroris ſufficiẽtis [l]
adimet ſuſpicionem, excepto errore conditio-
nis ſtatus: nam qui liberam ſe duxiſſe putabat,
ſi ſeruam eſſe detegat, abire poteſt ab eius con
iunctione, & alteram ducere, [m] dummodo poſt
quam ſeruam cognouerit, cum ea non concu-
buerit. Nam concumbendo ei adhærere coge-
4 retur. Olim error in uirginitate quoque iure di
uino ſoluebat matrimonium, ut ſi quis quam
pro uirgine duxerat, talem non inueniſſet: [n] il
la autem dimiſſa, lapidabatur. Sed & hæc lex
in deſuetudinem abijt, & tenet matrimonium.
Sicuti iure ciuili firma eſt emptio mulieris, quã
quis emerat pro uirgine: in ſexu enim non eſt
erratum, ut ait Vlpianus, [o] niſi qui uendidit
mulierem, inquit, ſciuiſſet, & ita decepiſſet em
ptorem. Sic enim ait, [p] *Si quis uirginem emere
putaſſet, cum mulier ueniſſet, & ſciens errare eum
venditor paſſus ſit, redhibitionem quidem hac cauſa
non eſſe: veruntamen ex empto competere actio-
nem ad reſoluendam emptionem, ut pretio reſtitu-
to mulier reddatur.* Verum quia poſt nuptias
initas & conſummatas res non eſt integra, &
quia pater uel alius uix de uirginitate vadem
ſe præſtare poteſt: certe ob penuriam probatio
num, periculo ipſius mariti, non uirgo, uirgo
fingitur. Vt maxime cauendum ſit in his mer-
cibus, quarum uitia non cognoſcũtur, niſi poſt
quam comparatæ ſunt, cautius negotiari. Vide
tur tamen Romanis fuiſſe & hanc cauſam re-
pudij, ſi quis eam, quam putaret caſtam, malæ
famæ, & meretricem fuiſſe inueniret, ut in-
nuit Perſa filia Saturionis, qui eam uendebat,
ut inde illi dotem pararet, poſt ſcortationem
nuptui daturus ut liberam, dicens apud Plau-
tum [q] patri,

Verum uideto, me ubi uoles nuptam dare,
Ne hæc fama faciat repudioſas nuptias.

Et poteſt mulier, ac uirgo marito obſequia to-
ri, & prolis reddere. Quo fit, ut hic error non ſol
uat matrimonium: quamuis poſſit torum ſepa
5 rare, ut poſtea in adulterio dicemus. At contra,
ſi uxor putans uiripotentem & matrimonio
idoneum accipere, inueniat eum nõ poſſe par-
tem matrimonij implere & exequi, quæ in con
iunctione corporum eſt, tunc enim, diſtinctio-
ne obſeruata, impedimt & dirimitur contractũ
matrimonium. Etenim non idoneus coniun-
ctioni uel natura, uel artificio eſſe quis poteſt. [r]
Natura, uel propter defectum ætatis, quia im-
pubes, de quo ſatis antea dictum eſt: uel quòd
adeo frigidus quis inueniatur, ut nequaquam
6 eo morbo liberari, nulloque remedio incaleſ-
7 cere poſſit. Qui morbus, ſi, antequam coniuges
conueniant, & contrahant, ignoretur: poſtea
perſeuerante eo, ſoluendæ uel dirimendæ con-
iunctionis cauſam legitimam præſtat. [s] Et po-
tius dicetur impedimentum obiectum, ne ma-
trimonium perfici potuerit, quàm diſſolutio:
quia quod non eſt coniunctum plene, dici ab-
ſolutè diſſolui non poteſt. [t] Idem in uxore di-
cendum, ut ſi illa facta ita fuerit, & talis morbo
reddita, vt uxoris munia non poſſit præſtare,
poſſit diſſolui matrimonium. [u] Quod & ſi ma-
leficio contigerit inſolubili, pari modo intel-
ligendum: [x] ac pota artificio, uelut ex ſectus
pene uel uetetro, eandem habebit cauſam.
Verum hic obſeruanda ſunt primum, ut ante
matrimonium hoc uitium uel morbus fuerit,
non autem poſt cognitam uxorem: [y] ſecundo,
ut cum

k Geneſ. 29.
l l. ſi id quod aurum, de uer. obl. in ff. c. cum in corpus, de ſeq rer do. ff.
m c. 1 & ſi. de coniug. ſeruo. li. 4. Decret. tit. 9. notat 29. q. 2.
n Deuterono. cap. 22.
o Vlpia. l. aliequi, l. 11 de cõtrah. empt. lib. 18 ff. tit. 1.
p Vlp. in l. ex empto, l. 11. § ſi quis uirginem. de actio. empt. li. 19 ff. tit. 1.
q Plaut. in Perſa, act 3. ſce 1.
r cap 1. & 2 de frigi. & malef.
s d. c. 1. & 2. & c. conſultationi, de frigi. c. 2. & 2 33 q. 1.
t Vlpi. l. Iulianus, l. 4. de diuort. libr. 24. ff. tit. 2.
u c. 3 & c. fraternitatis, ca. 6. de frigi. & malef. c. quod autem interrogaſti, & ca. requiſiſti. 33 q. 1.
x ca. ſi per ſortiarias, 33 q. 1.
y c. hi qui matrimonium, 32. q. 7. glo in c. ex litteris, de frig. & male ſecit a ſimili, c. 1. & 2. de coniug. lepro.

a ca.4 de frig. & male.
b c. laudabilẽ, c.1. & c.ſi. eod. §. diſtrahũtur, de nupt. in authen. col. 4. l. in cauſis, & auth. ſed hodie, de repud. libr. 5. C. tit. 17.
c § 1. de nupt. in auth. l. c. ſol. matr. P.
d con. pen. & ſi 33 q. 7.
e Herodot. lib. 2. pag. 351.

ut cum matrimonium fieret, ignoraretur:[a] ter-
tio, ut, ſi de frigiditate non conſtat, & dubium
ſit, expectetur in matrimonio lapſus trium an-
norum, poſtea permittatur:[b] ſi conſtet, ſtatim
iudicio eccleſiæ ſolui poſſit. Inter fructus enim
& fines matrimonij & ille eſt, generare libe-
8 ros.[c] Verumtamen notandum eſt, ſolam ſterili
tatis cauſam & prætextum non ſufficere ad im
pediendum, uel dirimendum matrimonium.[d]
9 Porro dicimus in maleficio ante ſolutionem
expectandum eſſe certum tempus, quia malefi
cium ſolui poteſt, uel orationibus diuinis, uel
alijs modis. Quemadmodum accidit Amaſi re-
gi Ægyptiorum, & Laodicæ uxori: refert enim
Herodotus[e] Amaſim cum ea non potuiſſe con
cumbere, dum in toro cubaret, cum tamẽ alijs
mulieribus uteretur: donec Amaſis, cum id diu
fieret, ad eam dixit, tu uero uxor ueneficio
me læſiſti, ideoque nullo machinamento po-
tes effugere, quo minus inter omnes mulie-
res teterrima morte pereas. Ea autem uouit Ve
neri, ſi ea nocte coiret ſecum Amaſis, ſtatuam
10 Cyrenas ſe illi miſſuram: tunc enim coijt. Ex-
tat quædam lex Solonis de capite hoc ſtatuẽs,
Si quis, inquit, lege obtinuerit, ut ei pupilla hæres collocata ſit, factuſque ſit Dominus, ad rem autem uenerεam minus idoneus: proximior uiri admittitur. Subijcit rationem Plutarchus, ne alienum
quod naſceretur, eſſet.[f] Sed & is aliam legem
eiuſdem refert hanc,[g] *ἐάν τις ἀδυνάμενος συνεῖναι, χρημάτων δ' ἕνεκα λαμβάνων ἐπίκληρον, καὶ τῷ νόμῳ καταβιαζόμενος φύσιν ὑλακτήσας, καὶ ὕβρεως δίκην δῶναι*, id eſt. *Si quis ad generandum idoneus non ſit, ſed bonorum gratia uxorem duxerit contra naturam, cupiditatis & iniuria in eum actio datur.*
11 Animaduertant tamen iudices, ubi duo teſtes
deponunt aliquem frigidum eſſe, alij duo con-
trarium, fidem potius habendam negantibus,
vt ueriſimiliora deponentibus & aptiora na-
12 turæ.[h] Impedit, ne matrimonium ſortiatur ef
fectum etiam metus, & contractum dirimit:[i]
13 cum libera debeant eſſe matrimonia.[k] Quam
obrem qui in dignitate & maiori adminiſtra-
tione adminiſtrabant prouincias ſibi commiſ-
ſas, quippe quòd poterant nolentes cogere,
ius matrimonij contrahendi, pendente pote-
ſtate, non habebant, nec erat matrimonium,
ſi fieret coniunctio,[l] nec cum filijs eorum, nec
cum perſonis, qui erant comites eorundem ni-
ſi poſt depoſitam adminiſtrationem, mulier,
quæ gerenti conſenſerat, in matrimonium, per
14 ſeueraſſet.[m] Vel in patria ſua quis gerere of-
ficium.[n] In Gallia tamen iſtæ prohibitiones
magiſtratibus remittuntur, quia dignitates sũt
perpetuæ nunc, nõ autem temporales ut olim,
ut notat Guill. Benedictus,[o] & Guaguinus.[p]
Extat & ea de re conſtitutio Ludouici XI. regis
15 Galliarum, apud Aufretium.[q] Propter eãdem
metus ſuſpicionẽ, & honeſtatem quoque, pro-
hibebant matrimonium, illudq́; contractum,
nullum dictum, quo tutor uel curator intra ui-
geſimum quintum annum, non deſponſatam
à patre neque teſtamento deſtinatam, ducebat
uxorem, uel filio ſuo iungebat.[r] Addunt Dio-
cletian. & Maximian. aliam rationem quòd hu
iuſmodi coniunctione, fraudem adminiſtratio
nis tutor uel curator regere laborauerit: unde
manet infamia contra eum, ueluti confeſſum.[s]
Poteſt tamen curator adulto ſuo impune fi-
liam ſuam coniungere.[t] Sic & filium pupillæ
is qui uere tutor non eſt, ſed pro tutore nego-
tia geſſit.[u]

f Plutar. in Solone
g Plutar. eod.
h Anton. Cocſetus, in ſingularibus, in uerbo teſtis, incipiente duo teſtes deponunt, arg. c. praeterea, de teſtib. l. ob carmẽ, §. fi. eo. P. Inno. in c. 1. de frigi. & maleficio.
i c. cum locũ, de ſponſal.
k c. Gemma re quiſiuit, eo l. 2. de inut. ſtip. C. l. neque ab initio, C. de nupt.
l Papin. l. præfectus, l. 63. Paul. l. ſi quis officium, l. 38. Marcel. l. qui in prouincia, l. 57 de rit. nupt. in P. l. 2. ſi rect. prou. uel ad eum per ... lib. 5 C. tit. 2. l. 1. ſi qua. præd. pot. &c. eo l. titu. 7. l. 3. §. uideamus, de donat. int. uir. & uxor. in P.
m Gord. l. etſi contra, l. 7. de nup. C. l. eos §. & l. ſi quis uel ... de rit. nupt.
n d. l. eos, l. 63
o Bened. in repeti. C. Raynutius in uerbo, duas habens filias, nume. 44. de teſtam.
p Gu g li. 10. in Ludou. 11.
q Aufre. tit. de excel. lib. offic. c. 9 § præterea.
r Paul. non eſt matrimoniũ, l. 66 & l. tutor, 36 Triphon. l. nũ ſciam, l. 67. & Papin. l. præfectus, l. 63. de rit. nupt. int. uz. de uendi. matri. int. pupil. & tuto. lib. 5. C. tit. 6
s Diocl. & Maxim. l. pen. de prohibi. matri. inter pupill. & tuto. C.
t l. curatorẽ, l. 3. de prohibit. matri. int. pupil. & tuto. C.
u l. ſi. de inter. matri. C.

De alijs impedimentis matrimonij propter diuerſitatem qualitatum perſonarum.
Cap. XIII.

1 *Prohibitiones perſonarum legis Iuliæ de maritandis ordinibus.*
2 *Liberi ſeruis ne coniungantur, lex Hebræa & Francica.*
3 *Adultera ab adultero duci non poteſt in uxorem, & quomodo intelligatur.*
4 *Periclis lex, non eſſe Athenienſes niſi ex ſolis Athenienſibus natos.*
Lex 12. tabu. de patricijs & plebeis non iungendis.
5 *Indorum lex, ne cum alterius artis homine, uel alterius generis, liceret matrimonia inire: Artes plures exercere non licebat. Indis, niſi philoſophis.*
6 *Cæſarum lex, ne cum barbara inire matrimonium uel cum Perſis: & Romanis, niſi cum Romanis, non cum peregrina.*
7 *Lex 12. tabu. ne patritij cum plebeis iungerentur, ſublata.*
8 *Moſcouitarum lege, filia alterius religionis homini non nubit. hic D. Paulus, & ſacra concilia leges firmant.*

1 ERat quoque prohibitio matrimo-
nij ex lege Iulia[x] & Pappia, de ma
ritandis ordinibus inter Senato-
rem, filium, nepotem, pronepotẽ-
ve eius, & libertinam, & eam, cuius pater, uel
mater ludicram artem feciſſent: & inter ſenato
ris filiam, neptem, proneptemve ex filio, & li-
bertinum, eumve, cuius pater uel mater ludi-
cram artem exercuiſſet. Niſi & ipſa Senatoris
filia corpore quæſtum feciſſet,[y] vel artem ludi
cram: non enim honor ei ſeruatur tunc. Legẽ
Iuliam hanc tulit Octauius Cæſar, uel anti-
2 quam emendauit.[z] Apud Hebræos lex: Liberi
ancillas non ducant uxores: nec ſi per amorem
aliqui compellantur, teſte Ioſepho.[a] Et anti-
qua[b] Frãcorum lex Salica hæc: *Si quis ingenuus ancillam alienam ſibi in coniugium ſociauerit. Malbergonemo, cum ea in ſeruitium inclinetur.* Cui pœ
na ſimilis fere ea, quæ ingenuis mulieribus ſe-
3 ſe proſtituentibus ſeruis, indicta erat, Senatuſ-
conſulto Claudiano, à Iuſtiniano ſublato.[c]
Prohibent etiam iura eam duci in matrimo-
nium, quam prius polluiſſet per adulterium.[d]
Quod ita demum uerum eſſe intellige, ſi pœni
tentiam nõ egerint, & ſi quicquã in necẽ eius,
cui illatũ eſt adulteriũ, moliti fuerint: his quip
pe ceſſantibus & licite cõtrahunt, & indiſſolu-
4 bile remanet matrimonium.[e] Pericles cum in
Repub. floreret, legitimoſque liberos haberet,
legẽ tulit: ſolos Athenienſes haberi, qui ex duo
bus Athenienſibus nati eſſent.[f] Lex 12. tab. una
coniuncta alijs 10. tab. conſulto ex Græcia trã-
ſlatis, uetabat inter patritios & plebeios connu
biũ: non aliã ob cauſam, ut ait Dionyſius Hali
carnaſſæus, ut ego interpretor, quàm ne conſo-
ciatis familijs inter ordines fieret concordia.[g]
5 Apud Indos non licebat cũ alio genere connu
bia cõtrahere, ſicut nec ſtudiũ, nec artẽ alterius
imitari, nec eundẽ plura exercere: niſi philoſo-
phus eſſet. Huic. n. ob uirtutẽ concedebatur, ut
6 ſcribit Strabo,[h] & Arrianus.[i] Interdixerũt Va-
lẽtianus & Valẽs prouincialibus, cum barbara
uxore cõiugium.[k] Nec Romanis matrimonij
ius cum

x Pau. l. Iulia, leg. 44. de rit. nupt.
y Sueto. in Auguſt. Florus, li. 59.
z Paul. l. ſenatoris filia, l. 47. de rit. nupt.
a Ioſeph li. 4. antiqu. Iudaic. c. 6.
b lib. legis Salicæ, tit. 14. de ingenuis hominibus qui mulieres ingenuas rapiunt, § 11.
c l. uni. de mulier. quæ ſe propri ſer. coniunxer. C. & § fin. de ſucceſ. ſublata quæ fieb. a bon. uend. in inſt. int. ciuil.
d c. 1. 2. 3. 4. 31. q. 1. ca. cum haberet, & c. ex literarum tuarũ, de eo qui dux. in matr. quam prius polluiſſ. per adult. Papi. l. Claudius Seleucus, de his quib. ut indig. li. 34. P tit. 9.
e ca. ſi quis uiuente marito, cum ſub ſequ. 31 q. 1. c. ſuper hoc, & c. ſignificaſti, de eo q duxe. in matr. quã prius polluiſſ. per adult.
f Plutar. in uita Periclis
g Dion. Halic. in ſi lib. in Hiſto. Rom.
h Strab. lib 15.
i Arria. lib. de reb. Indicis.
k l. 1. de nupt. gentil. lib 5 C. Theodoſ. tit. 14.

ſius cum Perſis, donec permiſit Theophilus filius Michaelis Impera. Conſtantinop.[a] Docet & abonde Nicolaus Gruchius, [b] ius olim non fuiſſe cônubiorum, niſi inter ciues Romanos, & non cum peregrinis: habebatur namque apud illos ratio in illis, nationis, conditionis, gẽtis, & ſanguinis. Nationis, ne Romanus niſi Romanam acciperet. Quamobrem & Campani hoc iure adempto, confecto bello, M. Meſſala & C. Salinatore Conſulibus, petierunt, ut ciues
7 Romanas ſibi ducere liceret.[c] Conditionis reſpectus erat, ut ne libertinam ingenuus, nec libertinus ingenuã duceret, ex lege Papia Poppæa. [d] Gentis ratio, ex lege 12. tab. olim, ne patritijs cum plebeis Romæ connubium eſſet, quæ poſtea abrogata fuit, ut videre eſt apud Diony. Halicar. lib. 11. & Liuiũ. Sanguinis obſeruatio ad gradus pertinebat, de quibus ſuperius & de his omnibus uidendus Carolus Sigonius. [e] Reſponſumque à Iulio Paulo, [f] libertum qui nuptias patronæ uel filiæ patronæ affectaſſet, pro dignitate perſonæ metalli pœna, uel operis publici, coerceri. Moſcouitæ ſeu Rutheni, ex Canone cuiuſdam Ioannis Metropo-
8 litæ eorum, teſte Sigiſmundo libero Barone, [g] nec uiro religionis externæ principem filiam ſuam dare ſinunt: Scribit D. Paulus, [h] *nolite ducere iugum cum infidelibus*. Et Conſtantinopolitana ſexta Synodo cautum, [i] non licere uirum orthodoxum cum muliere hæretica, nec orthodoxam cum uiro hæretico copulari: alioquin irritas nuptias exiſtimari, & nefarium contugium diſſolui. Neque cogitur hodie [k] coniunx ad uirum redire, ſi ille lapſus ſit in hæreſim, & illa uoluerit ingredi monaſterium. [l] Atque ſi unus coniugum infidelium ad fidem Chriſtianam conuerſus fuerit, & alius in errore perſeueret, recte ſolui poſſe matrimonium placuit, & fidelem ad alterius nuptias poſſe uenire. [m] Nec eſſe nubendum gentili, uel infideli, docet abunde Q. Septimius Tertulia. [n] à religionis diſparitate: atque id quod obijciebatur ex 1. Corint. 7. *Si quis frater infidelem habet uxorem, & illa matrimonio conſentit, ne dimittat eam. ſanctificatur enim infidelis per fidelem, &c.* Intelligit dictum, non de ducenda, ſed de ducta iam, cum Chriſtianus iam ſit. Nõ enim in textu dicitur, ſi quis ducet: ſed *ſi quis habet uxorem*. Docet & ab authoritate D. Pauli, *ſi quis uult nubere nubat in Domino*. In Domino, inquam, non cũ gentili, uel cum infideli. Dicebat Tobias filio, [o] *Accipe de ſemine parentum tuorum, non alienam*. Idẽ & monuit Abraham ſeruum inquiſiturum vxorem filio ſuo. [p] Iratus Dominus ob nonum peccatum, quòd alienigenas Iſraelitæ in uxores duxiſſent, quòd eos ad idololatriam traherent: ut de Salomone ex libris Regum [q] notum eſt, quod D. Cyprianus fusè explicat.[r]

a li. 2 iur. Orient. conſtitut. 3. Theophi. [Greek]
b Nicol. Gruchius, lib. 1 de comitijs Romanor. c. 3.
c Liuius, lib. 8.
d Iulia. l lege Papia, l. 23. de tit. nup.
e Caro. Sigon. li. de antiq. iur. ciuit. Roman. c. 9
f Iul. Pau. li. 2. recept. sent. de nupt. tit. 20. & ſ. ſi. l libertũ, 37 & l libertũ, 64 de rit. nupt. in P.
g Sigiſm. Bar. comment. rer. Moſcouit. in reli. eorum
h D. Paul. 2. ad Corint. 6. c. ad hæc, de Iudæ.
i in 6. Synod. Conſt. c. 72
k c. de illis, c. 6. de diuort.
l c. ult. de conuerſ. coniugat. lib. 3 Decretal. tit. 32.
m c. quanto, 7. de diuort. lib. 4. Decret. tit. 19
n Tertull. li. 2. ad uxorem.
o Tobiæ, 4.
p Geneſ. 24. 1. Eſdræ, c. 10.
q 3 Reg. c. 11.
r D. Cyprian. lib. 3 ad Quirinum, c. 62.

De prohibitione matrimonij eccleſiaſticarum perſonarum. Cap. XIIII.

1 *Nuptiæ prohibitæ ſubdiaconis, diaconis, presbyteris, & antiſtitibus, religioſis, monachis, & monialibus: & rationes ex SS. patribus.*
2 *Coniugati, electi in Epiſcopos, abſtinebant in poſterum coniugibus.*
3 *Clerici ſupra lectorem, etiam iure ciuili uxorem non ducunt.*
4 *Virgines moniales olim non nupſiſſe teſtimonium Ammiani.*
5 *Eſſæi innupti, religioni dediti Iudæorum.*
6 *Sacerdotium apud Iuriſconſultos Romanorum diſſoluit matrimonium.*
7 *Veſtales Romanæ uetulæ tantum nubebant, ſi uellent.*
8 *Sacerdotes cælibes in Palmaria.*
9 *Reymirus ex monacho Rex Arragoniæ, & uxorem ducens ex diſpenſatione.*
10 *Improbatæ rationes eorum, qui expugnant caſtitatem cleri.*
11 *Viriſa rex Arragoniæ permiſit polygamiam ſacerdotibus.*
12 *Alia in ſumma quæ matrimonium prohibent iniri.*
Feriæ certæ nuptias uetant.

1 PRohibitæ etiam nuptiæ in eccleſia catholica, à qua diſceſſit orientalis Græca, [s] ijs qui in diacones, hypodiacones, & presbyteros, & epiſcopalem apicem promouentur. [t] Interdixitque ſynodus Nicena, c. 3. ne ſubintroductam etiam mulierem, uel aliam, quam matrem, uel ſororem, ſecum haberent. [u] Item ijs, [x] qui ſolemne uotum religionis profeſſi ſunt, quæve Deo conſecratæ, & profeſſæ religionẽ ſunt, interdictum matrimonium. Referam hac de re paucas ſententias ſanctorum patrum, ijſdẽ quibus illi ſcribũt, utens uerbis. D. Ambroſius, [y] *Melius, inquit, eſt nubere, quàm uri, 1. Cor. 7. hoc dictum eſt, ac non pollicitam uirginem, ad nondum uelatam pertinet. Cæterum quæ ſe ſpopondit Chriſto, & ſanctum uelamen accepit, iam nupſit, iam immortali iuncta eſt uiro, & iam ſi uoluerit nubere communi lege coniugij, adulterium perpetrat, ancilla mortis perficitur, &c.* Et rurſum alibi. [z] *Veteribus idcirco conceſſum eſt Leuitis, aut ſacerdotibus uxores ad uſum habere, quia multum tempus otio uacabant à ſacerdotio, aut miniſterio: multitudo enim ſacerdotum & Leuitarum, & vnuſquiſque certo tempore ſeruiebat diuinis cæremonijs, ſecundum inſtitutum Dauid. Hic enim uiginti & quattuor claſſes conſtituit ſacerdotum, ut vicibus deſeruirent: unde Abia octauam claſſem habuit, cuius uice Zacharias fungebatur ſacerdotio, ſicut continetur in Paralipom. Ita ut illo tempore, quo non contingebat deſeruire altari, domorum ſuarum agerent curam. Vbi autem tempus imminebat miniſterij, purificati aliquantis diebus, accedebant ad templum offerre Deo. Nunc autem quotidie onus illud imminet ſacerdotibus miniſtrandi.* Baſilius Magnus, [a] *Ad hunc itaque modum,* inquit, *ante profeſſionem grauis & religioſę uitę, liberum eſt uolenti, iuxta conceſſam & legitimã uiuendi rationem, coniugio ſe tradere: cum uero qui ſe iam propria profeſſione obſtrinxit, Deo ſe conſeruare conuenit, tanquam anathema quoddam ſacrum, ne ſacrilegij iudicio reddat obnoxium, ſi corpus per promiſſionem Deo conſecratum, denuo communis uitæ ſeruitute polluat.* In canonibus Apoſtolorũ, [b] τῶν εἰς κλῆρον προσελθόντων ἀγάμων κελεύομεν βουλομένους γαμεῖν, ἀναγνώστας καὶ ψάλτας μόνους. Id eſt, *ex ijs qui cælibes in clerum peruenerunt, iubemus ut lectores tantum, & cantores, ſi uelint, nuptias ineant.* Citat & hunc canonem Epiphanius. [c] Quod ſi quis olim ad ſacerdotium, uel epiſcopatum eligeretur, nec quidem ſoluebatur coniugium: uerum nunquam poſtea conueniebant coniuges, ſed oportebat & uxorem electi ex conſenſu eligere monaſterium, alioquin epiſcopus deponebatur, ſi uxorem,

s c. ex. quæſitum eſt, de pœnit. & remiſſ. ap. Gregor.
t c. diuerſis fallacijs, & c. 1. de cler. coniug. c. coniugatus, c. 3. de conuerſ. coniugat. lib. 3. Decret. tit. 32. c. 1. & can. ſi quis eorum, 32. diſt. c. 1. & 2. qui clerici uel uouen. & c. lib. 4. Decret. ut à clem. eos, de conſang. & affinit.
u c. interdixit, ea. hoſpitalit. 32 diſt.
x c. 3. & 4. qui cler. uel uoue. & c. eo. ſicut, de regular. c. uol. de uot. in 6. tit. 15 canla.
y D. Ambroſ ad uirginẽ lapſam, c. 5 tomo 3. operum
z D. Ambroſ tomo 4. ſup. c. 3. prioris ad Timothe.
a Baſil. Magn. ſ aſcetic. in lit. poſt ethica.
b In can. 25. uel Græcia quibuſdam 26.
c Epipha. li. contra hæreſ tomo 2. in Cathar.

uxotem uellet quoque. Sic & in ſexta Synodo, cap. 48. ſtatutum eſt his uerbis, ἡ τοῦ πρὸς ἐπισκοπῆς προεδρίαν ἀναγομένου γυνὴ, κατὰ κοινὴν συμφωνίαν τοῦ ἰδίου ἀνδρὸς προδιαζευχθεῖσα, μετὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ τῆς ἐπισκοπῆς χειροτονίαν ἐν μοναστηρίῳ εἰσίτω πόῤῥω τῆς τοῦ ἐπισκόπου καταγωγῆς ᾠκοδομημένῳ. καὶ τῆς τοῦ ἐπισκόπου προνοίας ἀπολαυέτω, εἰ δὲ καὶ ἀξία φανείη, πρὸς τὸ τῆς διακονίας ἀναβιβαζέσθω ἀξίωμα, id eſt, *uxor eius qui ad epiſcopalem dignitatem promotus eſt, communi uiri ſui conſenſu prius ſeparata, poſtquam in epiſcopum ordinatus eſt, & conſecratus, monaſterium ingrediatur procul ab epiſcopi habitatione extructum, & epiſcopi prouidentia fruatur, ſin autem digna fuerit, etiam ad diaconatus dignitatem prouehetur*. Secuodum quem canooem, Iſaacus Angelus[a] Orientis & Græcorum Cæſar, idem ſtatuit, ut creatis pontificibus, ante ordinatiooē uxores in muliebria monaſteria procul ſita ab habitatiooe pontificum, ſine dilatione, induci, toudetique eas, & canooicè apud monachas degere, in quo mooaſterio comam depoſuerint: Aut ſi ipſæ tonſurā recuſent, qoi eis aote electionem cooiuncti erant, poootificali ſolio & digoitate priuari, & in eorom locum alios ſuffici. Demū, ot qui in poſterum eos, qui ante creatiooem, legitimā uxorem habuiſſent, oon aliter ordinari, quàm ſi cōmuoi coniugum ſcripto cooſenſu, & placito à ſe inuicem ſeparentur, & mulier mooaſticam uitam amplexa eſſet. Quæ conſtitutio ab Imperatore decreta, aſſidentibus ei epiſcopis Cæſareæ, Epheſi, Cizici, & alijs. Eoſebius Pāphilus,[b] *oportet*, inquit, *ut ait ſermo diuinus, epiſcopum unius uxoris eſſe uirum: ueruntamen eos, qui ſacrati ſunt, atque in Dei miniſterio, cultuq; occupati, continere deinceps ſe ipſas à commercio uxoris decet. Qui autem non ad tantum aſſumpti ſunt ſacerdotij munus, ijs idem ſermo diuinus indulget, ac propemodum palam omnibus prædicat, quod honorabile connubium, & thorus immaculatus, &c.* Scribit & Nicephorus,[c] in Theſſalia ex conſuetudine licuiſſe clerico cuiuis, priuſquam in eum ordinē cooptaretur, legitimè uxorem ducere: at ſi poſteà
3 uxorem cognouiſſet, eo ordine motum. Et iure ciuili Cæſarum, ut qui inter reuerendiſſimos cooſtitutus clericos, ultra lectorem & cantorē,
4 nuptias contraxerit, cadat ſacerdotio.[d] Ammianus, uirgines quoque Deo dicatas innuptas remanſiſſe teſtatur, lib. 18. in fine, loquens de direptione caſtellorum Remam & Buſam, quæ circa Romam erant, per Perſiæ regem. Tempore Conſtantij inuentas tamen, inquit, alias uirgines Chriſtiano ritu cultui diuino ſacratas, cuſtodiri intactas, & religiooi ſolito more ſeruire,
5 nullo uetante præcipit. Apud Eſſæos, qui contemplationi, & cultui aſſiduo Dei dediti erant,
6 nulla oxor erat, ut ait Philo Iodæus,[e] & Euſebios.[f] Sed & ſingulariter Hermogenes & Caius Iuriſconſoltus reſponderunt,[g] *Diuortij cauſa donationes inter uirum & uxorem receptę ſunt: ſæpe enim euenit, uti propter ſacerdotium, uel ſterilitatem, uel propter ſenectutem, aut ualetudinem, aut militiam, ſatis commodè retineri matrimonium non poſſit*. Putantes cum ſacerdotio matrimonium
7 retineri oon poſſe commodè. Nec oubebant Veſtales apud Ethnicos, niſi tum, cum religioni erant inotiles, oempe uetulæ, ſicut Prudentius docet,[h]

Tandem uirgineam faſtidit Veſta ſenectam,
Dum thalamis habilis tumuit uigor, irrita nullus,
Fœcundauit amor materno uiſcera partu.
Nubit anus ueterana ſacro perfuncta labore,
Deſertiſque focis, quibus eſt famulata iuuentus,
Transfert emeritas ad fulcra iugalia rugas.

8 Apud Barbaros, in regione Palmaria in oouo orbe detecta, ſacerdores uiuuot cælibes & in-
9 corrupti.[i] Legimus tamen ex diſpenſatione ſummi pootificis Reymirium, filium Sanctij, mortuo fratre Alfonſo rege Arragoniæ, io regē electum, quamuis diu in Gallia io monaſterio ſancti Pontij de Tomerijs religionis ſancti Benedicti ſeruiſſet, & uxorem duxiſſe filiam comi
10 tis Peitei.[k] Neque in hac re mores uel corruptelas aliquarum natiooom, ut Moſcouitarum & Græcorum, qoi à Catholica fide errarunt, ot docet in religione illorum Sigiſmundus Baro,[l] conſulerare uolui: non ſecus ac barbarorum, & idololatrarum. Illi enim oon pertinent ad iuris noſtri ueram & caſtam tractationem. Neque etiam hic locus poſtulat, ut caſtitatem impugnaotibus quibuſdam leuibus rationibus, lucem ignorātiæ obijciamus, cum iam D. Thomas egregiè io hac re depugnauerit, & e-
11 nulſerit illorum ſentētias.[m] Omitam turpem qooqoe legem Vitiſæ refellere Egytæ filij regis Hiſpaniæ & Gotthorum, quæ inter nefarias leges alias aliqoando indixit ſacerdotibus, ot qoot quiſque uellet, aut poſſet alere, uxores
12 haberet.[n] Sunt alia, quæ matrimonium impediant contrahi publicè, ot feriæ, & certa alia tempora:[o] ſi quis uxorem aliam oel ſponſam de præſenti habeat, uel ſi quæ alium uirum uel ſponſum de præſenti.[p] Et alia quædam, quæ adfert Angelus Clauaſius.[q]

a lib. 2. iur. Orientał. conſti. 3. Iſaaci. Ange.
b Euſeb. Pāp. li. 1. de De mon ſtrat. euangel.
c Niceph. Cal. ist. 12. c. 34.
d § ſed & ſi quis, de nup in auth. coll. 4. §. neque autem, quomo. oport. epiſco. in auth. ead. collat.
e Phil. Iud. lib. quod omnis probus ſit liber.
f Euſeb. Pāph. lib. 8. de præparat. euan. c. 4.
g Hermogen. I. meritus, L. 01. §. fin. & Caius L. uel propter, ff. de donatio. inter uir. & uxo. Lib. 4. P. tit. 1.
h Prudent. lib. 2. contra Symmachum.
i P. Martyr lib. nuo. orbis de inſulis nuper repertis.
k Francis Taraph. li. de regi. Hiſpaniæ in Alphon. 8.
l Sigiſ. in commētar. de reb. Moſcouitar.
m D. Thom. li. 3. cont. gent. c. 136.
n d. Tarapha, de reg. h. Hiſp. in Vitiſa ex Rito
o Panor. c. capellanus. de feriis, c. 30 non oportet. 33. q. 4.
p ut diximus prohibetas duas uxores, ex c. fi. de ſponſal.
q Angel. Clauaſ. in Summe in uerbo, matrimonium 3.

De ſolutione matrimonij. Caput XV.

De diuort. & repud. lib. 24. P. tit. 1. Lib. 3. C. tit. 17. Lib. 4. Decret. tit. 19.

1 *Impedimentum & ſolutio matrimonij in quo differunt.*
2 *Matrimonij ſeparatio quamuis dura, tamen aliquando eam fieri expedit.*
3 *Matrimonium quadruplici iure ſoluitur, natura, iure ciuili, diuino, & pontificio, quomodo.*
4 *Matrimonium ſoluitur natura, morte.*
5 *Matrimonium ſoluitur iure ciuili, morte & captiuitate, ſeruitute, diuortio.*
6 *Solutio matrimonij bona gratia.*
7 *Seruitute dirimitur matrimonium, quomodo.*
8 *Pœna hodie ſeruum ex libero non facit.*
9 *Diuortium ſoluit matrimonium, & unde dicatur.*
10 *Repudium in ſponſa.*
11 *Diuortium quomodo teſtato fiebat coram ſeptem teſtibus.*
12 *Diuertendi inter abſentes formula.*
13 *Formula diſſoluendi ſponſalia.*
14 *Claues adimebantur, & reddebantur in diuortio. Claues quare uxoribus nuper ductis dabantur.*
15 *Tempore Numæ & antè, Romæ coniugia indiuidua. Diuortium quis primus Romæ fecerit.*
16 *Diuortium iure ciuili quatuor modis inter uiuentes coniuges fiebat.*
17 *Diuortium ex conſenſu quomodo fieret, & ex placito, & ſublatum.*
18 *Coniugati quando poſſint ingredi religionem.*
19 *Diuortium ob cauſam rationabilem, bona gratia.*
20 *Diuortium ſine cauſa rationabili, in quo punitum.*

21 *Diuertendi cauſa legitima Iuris ciuilis & diuini.*
22 *Vxores Moſcouitarum ſe contemni putant à uiris, niſi uerberentur.*
23 *Diuortij faciendi Platonis lex & formula.*
24 *Diuortij cauſa Perſis, uxorem non facere iuſſa mariti.*
25 *Diuortij etiam cauſa mores uxoris marito diſplicuiſſe.*
26 *Diuortium & ſeparatio tori ratione adulterij.*

1 POſt cognitionem eorum, quæ matrimonium impediunt, facilior erit ſolutionis eiuſdem tractatio: nempe quæ affines maximè, & ueluti coniunctas habeat cauſas, niſi quòd impedimentum probibet, ne fiat matrimonium: at ſolutio matrimonium ſteiiſſe innuit, aliter,
2 non diceretur ſolutum.[a] Et duta quidem ſeparatio patris & filij, uitiique & uxoris dicitur ab Vlpiano.[b] Verum aliquando eam recipi expedire, interdum uero neceſſarium uiſum eſt.
3 Fit autem quadruplicitet eius ſolutio, aut iure
4 naturæ, aut ciuili, diuino, aut pontificio. Natura, morte alterutrius coniugis ſoluitur iugum hoc, non ſecus ac reliqua[c] mortalia. Et ita Dominus noſter Ieſus Chriſtus reiecit ignorantiam Saducæorum interrogantium, cuius futura erat uxor in reſurrectione, quæ ſeptem fratribus nupta fuerat: quòd mortuo marito ſoluta ſit à lege uiri uxor, & in alio ſeculo
5 nuptiæ futuræ non ſint.[d] Iure ciuili Romanorum quoque, & morte ſit ſolutio: & ultrà captiuitate, ſeruitute alterutrius, & diuortio, ut ait
6 Paulus.[e] Captiuitate dirimitur exemplo mortis naturalis, & bona gratia, ſine imminutione iurium coniugum: quando capto uiro uel uxore ab hoſtibus, expectato quinquennio incertũ eſt, an captus mortuus fuerit, uel uiuat ex reſpõſo Vlpiani.[f] Firmat id Iuſtinianus,[g] ſi modo inquiſitio diligens facta fuerit, num adhuc uiuat apud hoſtes uir captus, uel capta uxor. Quòd ſi captus quidem non fuerit coniuux, ſed peregrè profectus, non cenſetur diremptum matrimonium, quantumcunque incertum ſit de uita, & quantumuis diutius abſens fuerit: nec poteſt qui incertus incertave de morte alterius eſt, alteri coniungi, antequàm certum de morte habeat teſtimoniũ, ut placuit nouiſſimis ſanctio-
7 nibus.[h] Seruitus quoque ſufficere uiſa eſt, ſuperueniens alteri coniugum, dirimendi matrimonij iuſta cauſa Iuſtiniano.[i] Obſeruata tamen diſtinctione, de qua egimus in impedimẽto erroris conditionis perſonæ, in 13. ſuperiori capite. Seruitutem mortalitati quippe comparatunt Iuriſconſulti.[k] Quãobrem olim pœnali quoque iudicio, in ſeruitutem pœnæ adiudicato altero ex liberis coniugibus, ſoluebatur matrimonium, ut liquet ex conſtitutione Conſtantini:[l] ueluti ſi in metallum fieret condemnatio, uel ad beſtias, quibus libertas adimeba-
8 tur.[m] Quod tamen iure nouellarum correctũ eſt, cum hodie nemo bene natus, ea pœna ſer-
9 uus efficiatur.[n] Diuortio deinceps dirimetur iure ciuili matrimonium. Diuortium dictum eſt ſecundum Caium,[o] à diuerſitate mentium, quia in diuerſas partes eunt, qui diſtrahunt matrimonium. Dicit & repudium in matrimonio, quodque ad reiectionem ſponſæ pertinet, cui non diuortium ſed repudium conuenit.[p]
10 Neque repudiare uxorem, uel ab ea diuertere quicquam aliud eſt, quàm cogitato & deliberatè perpetuam diſſenſionem facere, non calore iracundiæ, uel alia leui de cauſa, in qua per-
11 ſeuerantia non ſit.[q] Ideo teſtato fiebat, coram ſeptem teſtibus eodem iure[r] Romanis, pube-
12 ribus, & ciuibus. Diuertendi inter abſentes formula generalis & communis erat, dato libello repudij, in quo continerentur cauſæ, ob quas dirimebatur matrimonium, hæcque uerba, *res tuas tibi habeto: tuas res tibi agito.*[s] Sicuti & meminit Martialis,

Menſe nouo Iani ueterem Proculeia maritum
Deſeris, atque iubes res ſibi habere ſuas.

Et Apuleius[t] laceſſitum Cupidinem à Pſyche, ſic ait: *Confeſtim toro meo diuorte, res tuas tibi habeto: ego uero ſororem tuam, (& nomen quo tu cenſeris, aiebat) iam mihi confeſtim arrha atque ijs nu-*
13 *ptijs coniugabo.* Et in ſponſalibus diſcutiendis, *conditione tua non utar:* quæ & inter præſentes, ſicuti inter abſentes pronuntiari poterant.[u] Verba illa legum 12. tabul. ſunt, quibus interdum clauium ademptio iungebatur, ut utrumque ex Cicerone[x] docetur, qui dum de repudiata Mima ab Antonio agit, *illam,* inquit, *ſuas res ſibi habere iuſſit,* ex 12. *tab. claues ademit, ex-*
14 *egit ſcilicet domo:* Scribit namque Sextus Pompeius inſtitutum fuiſſe Romanorum antiquorum, ut uxoribus primum domum ingredientibus, claues darent: idque, inquit, ad ſignificandam partus facilitatem. Melius tamen & aptius meo iudicio, ut ſymbolum acciperent, ſe ut matresfamilias in poſſeſſionem, & in rerum mariti communionem ſeu ſocietatem admitti: Nã receptum eſt, clauibus rerum traditis, res illis
15 concluſas transferri ſententia Papiniani.[y] Scribit Plutarchus,[z] quamuis Numæ uiſa fuerit intolerabilis communio matrimonij, nihilominus inauditam tunc & anteà fuiſſe ſolutionem: & antiquos memoriæ mandaſſe, primum, qui diuortium feciſſet, fuiſſe Spurium Coruinum, qui ſeptima, ſupra centeſimam & trigeſimam Olimpiade, diuortium cum uxore fecit, coactus à Cenſoribus iurare, liberorum cauſa ſe coniugem dimittere: ob quod factum, in perpetuum exoſum à populo fuiſſe. Primam quoque Pinarij uxorem Taleam nomine, Tarquinio Superbo regnãte, aduerſus Gitaniam eius ſocrum diuortium feciſſe. Et alibi,[a] non Coruinum quidem, ſed Seruilium Spurium diuortium primum feciſſe ob ſterilitatem uxoris Romæ ait: atque ex induſtria eius rei primum authorem annotatum, non ſecus ac apud Græcos primus parricida, uel matricida. Sed de eodem eadem referens Gellius[b] legiſſe uidetur cum Dionyſio Halicarnaſſeo,[c] Spurium, cui Ruga cognomentum erat: quod & Valerius Ma-
16 ximus probat.[d] Diſtrahebantur autem matrimonia quadrupliciter iure ciuili, in uita coniugum: aut ex conſenſu utriuſque, qui pactis & placitis diuertentium legem accipiebat: aut per occaſionem rationabilem, quæ bona etiam gratia uocatur: aut citra omnem cauſam: aut
17 cum cauſa rationabili, quæ explicat Iuſtinianus.[e] Ex conſenſu & placito, ſine cauſa, Theodoſius & Valentinianus[f] abiri matrimonio permittebant, & repudium mittere. Quod ſubla-
18 tum eſt nouella Iuſtinianea 117.[g] Poteſt tamẽ & hodie ex conſenſu relinqui cohabitatio & commixtio, & repudiari conſenſu: ſi alter coniugum uel uterque, meliorem affectet uitam,[h] remanere uinculo, nempe quòd is qui, uel ea quæ in ſeculo relinquitur, alio arctiorem monaſticam uel eccleſiaſticam uitam pro
fitente,

a Vlp. in l. Iulianus, 14. & l. fi. de diuor. lib. 24 P. tit. 2.
b Vlpian. in l. quæſitum, l. 12. §. ſed an inſtrumenti, de fund. inſtr. & inſtru. leg. lib. 33. P. titul. 7.
c 1. ad Corin. 7 c. pen. & fin. de ſec. nup. lib. 4. Decret tit. 21. §. deincept, de nupt. in aut.
d Matth. 22. Marc. 12. Luc. 20.
e Paul. l. 1. de diuort. P.
f Vlpia. l. uxores, l. 6 eod.
g Iuſtinia. in §. ſed etiam captiuitatis, de nupt. coll. 4. tit. 1 in auth.
h §. quod autẽ, ut lic. mat. & au. x. authen. hodie, de repud. C. cap. in præſentia, de ſponſal. ca. dominus, de ſec. nup. ca. cu per bellica, 34. q. 1. & §. ſed etiã, de nup. in aut. & §. ſi uero deretum, c. 2. & fin de coniug. ſeruor.
k Vlp. l. cum hic ſtatus, l. 41. §. ſi uero donatos, de dona. int. uir. & uxo. in P. §. ſi uero decretum, de nupt. in auth. coll. 4. l. ſeruitu 16, de reg. iur. P.
l Conſtant. l. res uxoris, l. 24. de don. int. uir. & uxo. lib. 5 C. titu. 16.
m §. pœnæ ſeruus, quib. mo. ius pa. pot. ſol. l. aut facta §. interdum, & §. qſquis, & l. qui ul timu ſupplicium, & l. g. quiddam, de pœn. in P.
n §. quod autem, de nup. in authen. ſed hodie de don. int. uir. & uxo. C.
o l. 2. de diuort. lib. 24 P. titul. 2.
p d. l. 2. de diuort. inter diuortium, l. 191 de uerb. ſig. in P. l. inter ſtuprũ, l. 101 eod.

q Paul. l. 3. & Papi. l. ſi pœnituit, l. 7. de diuort. l. quicquid calore, de reg. iur.
r Paul. l nullũ diuortium, l. 9. de diuort.
s cap. l. 2. §. 1. eod.
t libr. 5. aſini aurei.
u l. 2. de diuort. P.
x Cic. 2. Orat. contra Antoni.
y Papin. l. clauibus, l. 74 de contra. empt. in P.
z Plut. in compar. Lycurgi & Numæ, & in uita.
a Plut. in cõp. Rom. & Theſei in uita.
b Gell. lib. 4. c. 3.
c Dionyſ. Halic. in 2.
d Val. Max. li. 2 ca. 1. dum agit de primo repudio.
e Iuſtinia. §. diſtrahuntur, itaque de nup. in auth.
f l. ſi conſtante, l. 8. de repud. libr. 5. C. titu. 17.
g quia uero & ex conſenſu, cõſtit. 117 in auth. ut lic. mat. & auiæ, auth. hodie, C. de repud. § ex quo uero quidam, in nouel. 134.
h Iuſtin. l. Deo nobis, l. 42. de epiſc. & cler. li. 1. C. tit. 6 §. ſecũdum occaſionem, de nup. in auth. §. irreprehẽſibili, nouel. 22 & §. pro dictis quidem, nouell. 117. §. quia ſi conſtante, nouell. 123 c. 1 & c. 3. de conuer. coniug.

fitente,non poſſit alterius tori nuptias, uiuen-
te priore coniuge, ambire, uel amplecti. Quo
fit, ut alter illorum ingredi hanc uitã nequeat,
19 niſi alter quoque noueat caſtitatem. [a] Per occa
ſionem rationabilem abibãt & bona gratia, ut
ſuprà diximus,captiuitate, quando impotẽs ad
20 coeũdum quis erat, [b] ut ſoperius diximus.Sine
cauſa rationabili etiam fieri poterat olim, & à
non bene conſentiente iugo mittebatur repu-
dium, uerum non impunè, ſed ea lege, ut qui
abſque cauſa mitteret, non poſſet intra quin-
quennium à diuortio alij coniungi, [c] amitteret
que donationẽ propter nuptias ſi uir eſſet, uel
dotem ſi uxor: mutata tamen nouellarum iure
21 pœna quinquẽnij. [d] Cauſa aũt iuſta ſolutionis
matrimonij iure ciuili erat,quæ eſſet ex nume-
ro expreſſarum à conſtitutione Theodoſij &
Valentiniani. [e] Si uxor ſit adultera,uenefica,ho
micida,plagiaria,ſepulchrorum diſſolutrix,ſa-
crilega, latronum fautrix: ſi extraneorum ho-
minum, ignorante uel nolente marito, conui-
uia appetat:ſi eodem inuito, ſine iuſta & ratio-
nabili cauſa foris pernoctet: ſi ſpectaculis &
theatralibus ludis, illo prohibente, aſſideat:ſi
marito ueneno aut gladio inſidietur. Et ijſdem
de cauſis repudiata, quinquennio etiam alio iu
betur abſtinete connubio,& dotẽ amittere. Cõ
trà & eadem conſtitutione quoque uxor repu-
dium mittebat iuſtè marito:ſi is adulter, homi-
cida, ueneficus, ſi in principem quidpiam mo-
liretur,de falſo condemnatus,ſepulchrorũ diſ-
ſolutor,ſacrilegus, latronũ ſuſceptor, abactor,
plagiarius:ſi in contemptum uxoris,ipſaque in
ſpiciente, cum impudicis mulieribus, quod e-
tiam maximè caſtas exaſperat, coitum ineat: ſi
uxori inſidietur, gladio, uenenove: ſi uerberi-
bus,quæ ab ingenuis aliena ſunt,eam affecerit:
atque per idem quinquennij tempus tenetur
abſtinere alio coniugio,donatione propter nu-
ptias amiſſa. Perſequitur & cauſas diuortij rece
ptas olim Alexander ab Alexandro, [f] & Deute
22 ronomij liber. [g] Verum Moſcouitis uerberum
cauſa, etſi repudium admittant,non eſſet iuſta
cauſa:quippe quòd mulieres ſe contemni a ui-
ris, nec diligi putant, niſi uerberentur, ut ſcri-
23 bit Sigiſmundus Liber Baro. [h] Et apud Plato-
nem [i] lex de diuortio hæc eſt, ut ſi uir & uxor,
propter nimiam acerbitatem non conueniant,
Decemuiri de legũ cuſtodibus qui medij ſint,&
decem mulieres de curatricibus cõnubiorum,
prouideant. Quorum ſententia,ſi ita conciliati
ſint, ualida, & ſtabilis habeatur:ſin autem eorũ
animi uehementius iracundia fluctuent, facto
diuortio illos, illaſque pro uiribus quærãt, qui
24 quæve utriſque conueniant.Apud Perſas,ex le
ge uxor contumaciter mariti dicto non audiẽs,
repudiari poterat: ſicut & Aſſuerus ipſe rex re-
pudiauit eam ob cauſam uxorẽ Vaſti, in cuius
locũ ſubrogata Heſter, [k] ut eius hiſtoria, & Io-
25 ſephus [l] narrant.Propter mores etiam impro-
batos coniugum,ſolutum fuiſſe aliquando con
iugium conſtas ex rubrica, De repudijs & iudi-
cio de moribus ſublato. [m] Cuius iudicij exem-
pla refert Valerius Maximus, [n] ueluti C.Sulpi-
tium Gallum repudiaſſe uxorem, quod eam ca
pite aperto ſoris uerſatam cognouerat.Q.Anti
ſtium Veterem ſuam, quòd eam in publico cũ
quadam libertina vulgari, ſecreto loquentem
uiderat.P.quoque Sempronium Sophum con-
iugem repudij nota affeciſſe, nihil aliud quàm
ſe ignorante auſam ludos ſpectare: qui caſus
26 & poſteà l. conſenſu,de repud. inſertus. Perti-

a c.enim ſit,ca. 4. ca. ſignificauit, c.14. eo.de conuer. coniu. c.prudentia,de reſti. deſe uide Aug. Clanaliũ in ſumma, in uerbo matrimoniũ, 4.nu.9. uide Abbat. & Calder.in ca.2. de conuer. coniuga.
b §. per occaſionẽ, de nupt. cond.1.22 & §. ſi uerò captiuitatis,eod.
c §. ſi uero alterutra,& § mitto ſes, de nupt.in auth.
d §.quia uero, ut lice. matr & aui.in auth.col la.2.
e l.conſenſu,l. 8. cum ſuis §§. de repud. C. §. militores,de nupti.in auth.
f Alex. ab Alex lib.4.c.8.
g Deuteron.c. 24.
h Sigiſ. in cõmentat rer. Rutheni ſeu Moſcouitas.
i Plato, 12. de legib.
k Heſter,c.2.
l Ioſephus, li. 11.antiq.c.6.
m lib. 5. C.tit. 17.
n Val.Maxim. lib.6.c.3.

net ad repudium, lex Iulia de adulterijs:neque
enim licet compertam in adulterio retinere, ni
ſi caſtigatam. [o] Et ſeparatur torus, [p] poteſque
adulteram ita abijcere quilibet,etiam ſi ei iura
uit nunquam ſe eam repudiaturum: quia ea
cauſa excepta uidetur. [q] Sic Suetonius [r] memi-
nit Tiberium Cæſarem in cauſa cuiuſdã equi-
tis Romani,gratiam ei feciſſe iuramenti,ut re-
pudiaret uxorem in ſtupro compertam.

o l.2.& l.caſtitatis,l 9. ad leg. Iul.de adult.l.9.C.tit. l.2.§. lenocinij, eod. in P.c.ſi uxorẽ, 32. q.1.ca 4 de adul. Pep l mulier,l.11 § fin. ad le Iul de adult.lib.48.P.titu.5.
p ca. precepit, & ca.preceptũ, & c. ſi uxorem quis,32.q.5 ca. omnes cauſationes, 32 q.7.
q c.quemadmodum, ca.25. de iureiurã. lib.2. Decret.c.24.
r Sueto. in Tiberio, c.35.

Num iure diuino diſſolui poſsit matrimonium. Cap. XVI.

1 *Lege Moſaica permiſſum diuortium Iudæis improbatum.*
2 *Diuortium iure diuino & pontificio nunquam approbatum,ſed prohibitum.*
3 *Diuortio facto propter adulterium, ſeparato toro alteri etiam innocens non poteſt nubere:& ibi rationes ab authoritate,quia relicta nubens mœchatur,quia reconciliari poteſt.*
4 *Diuortio facto ob fornicationem,ſeparatos non poſſe alij nubere,probatio à ſacris patribus.*
5 *Alia ratio à baptiſmo ad matrimonium, pro indiſſolubili copula per adulterium.*
6 *Diuortium apud Moſcouitas excommunicatione prohibitum.*
7 *Morte tantum naturali, ſolui à lege uiri uxor dicitur.*
8 *Authores qui putauerunt ſeparatos cauſa fornicationis, poſſe alijs nubere, & eorum reprobationes.*
9 *Diuortium in toro non fit, etiam inter coniuges adulteros.*
10 *Diuortium ob hæreſim & infidelitatem.*
11 *Separatum Matrimonium tanquam nullum, non habet prohibitionem ſemper, quin alij nubere poſſint ſeparati.*
12 *Matrimonium ſeparatur tantum iudicio eccleſiæ, non propria uoluntate coniugum.*
13 *Matrimonium non diſſoluitur hodie ob ſterilitatis cauſam.*
14 *Ancillæ ſuppoſitæ ab uxoribus,prolis cauſa, Abraha & Iacobo,quare.*
15 *Lotharius rex Auſtraſiæ excommunicatus à ſummo pontifice,quòd repudiaſſet uxorem, ut ſterilem,& aliam duxiſſet.*
16 *Diuortij iuris ciuilis cauſæ ſublatæ.*
17 *Abortum faciens olim repudiari poterat, hodie non.*
Turijs diuortia libera, & repetitio matrimonij, dummodo non ſe iunioribus iungerent.

1 SEd, num iure diuino diſſolui poſſit matrimoniũ,agamus:& certè Moſis decreto permittebatur diuortiũ Hebræis. [s] Ibi tamen annotamus permiſſionem,non legem, non approbationẽ: ſicuti multa Deus permittit euenire ob malitiã hominũ, [t] quæ proba non ſunt per ſe,ſed ſecundum quid, ut permittit affligi iuſtos, regnare hypocritã,hæreſes, ut qui probati ſunt,manifeſti fiant.Sic permiſit Deus repudium,ad maius malum uitãdum:& ſatius uiſum eſt diuortium permittere impijs & duræ ceruicis hominibus, quàm cogi eos inuitos uxores, quas occidiſſẽt retinere: Ab initio enim,id eſt, in inſtitutione matrimonij non fuit ſic: ſed quod Deus coniunxit, homo non ſeparabat, ut ipſa ueritas do. uit. [u] Et D.Paulus, [x] *præcipio*,inquit,*non ego*,

s c.24. Deuter. Ioſeph. li.4.antiq.c.6.
t ca.hac ratione, 32.q.1.
u D.Matth.19. Luc.10. c quos Deus 33 q 2 c. nunqu d.33 q. 2 c de infidelibus,de conſan. & affin. c.inter corpor.lia, de tranſla epiſc.
x 1.Corin.7.

ſed dominus, uxorē à uiro non diſcedere, quòd ſi diſ-
ceſſerit, manere innuptam, aut uiro ſuo reconciliari:
2 *& uir uxorem non dimittat*, Conſtituo autem hic
axioma, iure diuino & pontificio, indiſſolubile
contractum matrimonium: per illam regulā,
quod Deus coniunxit, homo non ſeparet. Vt-
que non liceat coniuge repudiato, coniugium
repetere uiuente eo: Nam ſi quis obijciat anti-
quum ius diuinum, dixi iam id ad permiſſionē
3 pertinere tantum, & contra uinculum. Si quis
autem recurrat ad ſeparationem fornicationis
cauſa, euāgelica lege permiſſam, audio quidē,
ſed de ſeparatione concubitus & tori, non ut
alteri, innocens ab adulterio, nubere poſſit, ut
quidam rati ſunt. Ea de cauſa perpendamus
uerba dominica, dum ait, [a] *Audiſtis quia dictum*
eſt antiquis, quicunque dimiſerit uxorem ſuam, det
ei libellum repudij: ego autem dico uobis, quicunque
dimiſerit uxorem ſuam, excepta cauſa fornicatio-
nis, facit eam mœchari, & quicunque dimiſſam du-
xerit, adulterat. Quare ſi cum dimiſſa ſit adul-
terium, ergo manent nuptiæ priores. Sic
etiam placuit concilio Tridentino poſtremo,
undecimo Nouembris anno 1563. ſeſſione
uigeſimaquarta, canone ſeptimo, his uer-
bis, *Si quis dixerit eccleſiam errare cum docuit &*
docet iuxta Euangelicam & Apoſtolicam doctri-
nam, propter adulterium alterius coniugum, matri-
monij uinculum non poſſe diſſolui, & utrumque uel
etiam innocentem, qui cauſam adulterio non dedit,
non poſſe altero coniugum uiuente, aliud matrimo-
nium contrahere: mœcharique eum, qui dimiſſa a-
dultera, aliam duxerit, & eam, quę dimiſſa adulte-
ro alteri nupſerit, anathema ſit. Repete hic D. Pau
li, 1. ad Corinth. 7. *Iis, qui matrimonio iuncti ſunt,*
pręcipio, non ego, ſed dominus, uxorem à uiro non
diſcedere: quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut
uiro ſuo reconciliari. Perpendo, ſi diſceſſerit, ma-
nere debere innuptam, diſcedere autem non
poſſe niſi cauſa fornicationis, dixit Deus ſupe-
rius, & cauſa adulterij. Ergo in illa cauſa rein-
cta debet remanere innupta, & pariter uir, cui
reconciliari poteſt. Dehinc coniungamus cau-
ſas repudij, & temporis eius, quo permiſſum e-
rat à Moſe, inter quas nemo ambigit fuiſſe a-
dulterium, Domini noſtri cenſuram apud D.
Marcum: [b] & inueniemus, quamuis ſubſit cau-
ſa, remanere inſolubile matrimonium. Sic e-
nim ſcribit, *Accedentes ad eum Phariſęi interro-*
gabant, ſi liceret uiro uxorem dimittere, tentantes
eum: at ille reſpondit eis, Quid uobis pręcepit Moy-
ſes permiſit libellum repudij ſcribere, & dimitte-
re. Quibus reſpondens Ieſus ait, Ad duritiam cor-
dis ueſtri ſcripſit uobis pręceptum iſtud. Ab initio
autem creaturę maſculum & fœminam fecit eos
Deus: propter hoc relinquet homo patrem ſuum, &
matrem ſuam, & adhęrebit uxori ſuæ, & e-
runt duo in carne una: itaque non ſunt duo, ſed una
caro. Quod n. Deus cōiunxit, homo nō ſeparet. Et in
domo iterum diſcipuli eius de eodem interrogaue-
runt eum, & ait illis, Quicunque dimiſerit uxorem
ſuam (uide quid dicat, dimiſerit, quod permiſit in a-
dulterio) & aliam duxerit, adulterium cōmittit ſu-
per eam: & ſi uxor dimiſerit uirum ſuum, & alij
nupſerit, mœchatur. Ex quibus apparet dimiſſio-
nem uxoris cauſa fornicationis, non eſſe ſepa-
rationem matrimonij: nam ſi ſeparatio eſſet
nō eſſet adulterium illius repetitum matrimo-
nium. Item elucet ſeparationem tori eſſe tan-
tum, quia reconciliatio fieri poteſt, ut alij non
4 poſſit nubere quantumuis innocens. Sic etiam
tradiderunt ſancti, & grauiſſimi patres D. Hie-
ronymus, [c] Origenes, [d] Tertullianus, [e] DD. Am
broſius, [f] Auguſtinus, [g] Chryſoſtomus, [h] Inno-
centius 8. [i] Africanus in concilio Mileuita-
no. [k] Statuūt idem canones Apoſtolici, [l] & ſe-
gregari à communione eum, qui dimiſſa uxo-
5 re, duxerit aliam. Nec ita efficax eſt adulterij
macula, ut per illam aboleatur ſacramentum
hoc magnum: non ſecus, quàm Baptiſma, quo
coniungitur Deo anima, non ideo ſoluitur, uel
amittitur, quòd baptizatus in fide mœchetur:
ſicut perpulchrè docuit in eadem quæſtione D.
Auguſtinus. [m] Refert Sigiſmundus Liber Baro
6 in commentarijs rerum Moſcouitarum, Ruthe
nos, ſeu Moſcouitas, libellum quidem repudij,
& diuortij mittere: id tamen maximè celare,
quòd contra religionem & ſtatuta ſciant: atque
Niphontem Epiſcopum Nouogardienſem a-
pud illos Cyrilli cuiuſdam interrogationibus
reſpondiſſe, diuortium mittentem, perpetuo
ab Euchariſtia, niſi iamiam animam efflatu-
7 rum, ſubmouendum. Sicque tantum morte na
turali mulier dicitur ſoluta à lege uiri, à D.
Paulo. [n] Sunt alia plura, quæ in hanc poſſem
adferre ſententiam, quæ tamen prætermitto:
neque etiam tot adduxiſſem, ni fuiſſet mihi pu
gnandum cum errore, qui poſtquam à quibuſ-
dam malè hac de re ſentientibus fuiſſet inue-
8 ctus, accedit, improuidos aſſeclas, & Melan-
cthonem, qui in libro cui titulus, *Examen ordi-*
nandorum, & in additionibus ad ſuos locos cō-
munes, & in c. 5. Matthæi aſſerit, citatque te-
ſtem ſui erroris, Iuſtinū in apologia de uxore
Chriſtiana, quæ miſerat libellum repudij uiro:
quanquam ibi nunquam Iuſtinus dixerit, il-
lam alij nupſiſſe. Trahere etiam nititur, ſed ita
appoſitè, ut Iuſtinum, in ſuam hæreſim Hie-
ronymum in epitaphio Fabiolæ, ubi iam o-
ſtendimus eum contrarium ſenſiſſe. Sic enim
ibi ſcribit ad Oceanum ſcribens de epitaphio
Fabiolæ, tomo 1. operum: *Fabiola (quæ dimiſſo*
primo adultero marito ſecundum ſortita erat matri-
monium) quia perſuaſerat ſibi, & putabat, à ſe iure
uirum dimiſſum, nec Euangelij (notet Melan-
cthon) *uigorem nouerat, in quo nubendi uniuerſa*
cauſatio uiuentibus uiris, fœminis amputatur, dum
multa Diaboli uitat uulnera, unum incauta uulnus
accepit. Sed quid ego in abolitis & antiquis moror
quærēs excuſare culpam cuius pœnitentiam ipſa con
feſſa eſt? &c: quæ ſequuntur apud Hieronymū.
Quo etiam abutitur Vueſembechius, [o] & citat
pro illa erronea ſententia ſummatim cum Hie
ronymo Tertullianum, Iuſtinum, Ambro-
ſium, Origenem, Auguſtinum, quos docuimus
tamen ſententiam hanc improbaſſe: putatque
ſatisfeciſſe D. Pauli 1. ad Corinth. 7. *mulierem*
ſolui à lege uiri morte, & alia etiam cauſa iuſta re-
pudij. Cumque ſe uideret incidiſſe in illam ſen
tentiam, *quod Deus coniunxit, homo non ſeparet*,
ait, *magiſtratus officio ſeparatum ob adulterium, à*
Deo non ab homine ſeparatum. Sed ego non ui-
deo quomodo magiſtratus uel ſuo uel nomi-
ne Dei poſſit ſoluere ob adulterium, quod ip-
ſe Deus ob idem adulterium inſeparabile di-
xit, ut docui. Quocirca ſubſcribo catholicæ ec-
cleſiæ, non poſſe matrimonium ſeparari ob eā
cauſam, niſi in toro & coniunctione. Quod ſi in
emendabilis adultera ſit, adſunt leges quæ poſ
ſunt per magiſtratus, gladio, qui ulciſcitur a-
dulteria obſtinata & contumacia, ut in pœnis
& criminibus dicemus, matrimonia uerè mor-
te diſſoluere: & tunc innocenti dabitur liber
aditus ad alias nuptias. Sic in locis, in quibus
delicta

a Matthæi.5.
b Marci.10.

c D. Hieron. in Epitaph. Fabiolæ, & in ca. 5 & 19 Matthæi.
d Orige. 7 homil. in Matth.
e Tertullia. 4. cont. Marcio.
f D. Ambroſ. lib. 8. ad Rom. c. 7 & in Lucā, lib. 1. c. 4.
g Auguſt. l. 1. de nupt. & concupiſc. c. 10. & de bon. coniug. c. 7. & lib. 2. ad Collin. & lib. 2. de adult. coniug. ad Pollentium, c. 1. & li. de ſermo Domini in monte, li. ter P. D.
h Chryſo. homil. 17. in Matthæ.
i Innocēt. 1. in Decret. epiſt. 3. ad Exuper. Epiſcop. Tholoſ. capit. 6. tom. 1. concil.
k in Syno. Mileuit. c. 17.
l can. 48. apoſtol. tom. 1. concilio.
m D. Auguſt. lib de bono cōiugali.
n ad Roma. 7. can. ſi. 32. q. 7.

o Vueſemb. in ti. de diuortijs, lib. 24. P. tit. 2. nu. 8. 9. 10. 11.

delicta odio ſunt, & poniuntur, utimur. Et ita
iubet lex Dei [a] adulteria tolli, non tolerari, uel
dari anſam ſcortationis liberæ. Quòd ſi ad in-
dulgentiam confugiamus eccleſiaſticam, re-
cõciliationem potius cum D. Paulo ſuademus,
ne ſeparati delinquant maiorem in modum,
aut per nouas nuptias: & uitæ ita procuramus
emendationem, quam ſi deſperamus, & ſi eccle
ſiam non audierit ſeparatus, detur temporali-
bus iuriſdictionibus, ſitque tanquam ethnicus.
Nec etiam admitto dimiſſionem hanc eſſe re-
pudium ſolutionis, ac illud, per quod olim ſol-
uebatur matrimonium. Siquidem nunquam le
gimus, [b] inter cauſas repudij, cauſam adulte-
rij: nam ubi adulterium commiſſum erat, non
repudium erat pœna, ſed mors. [c] Idcirco leue ar
gumentum hoc, inhærere uerbis *excepta cauſa
fornicationis*, quæ ad dimiſſionem, non ad repu-
dium referri poteſt. Vocamus autem illam di-
miſſionem, ſeparationem: quam iura in adulte
9 rio pontificia tradunt faciendam. [d] Obſeruant
& iuris pontificij leges, ut adulterio ſeparari e-
tiam nequeant, ſi uterque coniugum ſit adul-
ter: [e] item ut conuenire ij cogantur. Sic enim
Nicetas Metropolitanus Heracleæ interroga-
tus à Conſtantino epiſcopo, lib. 3. iur. orienta-
lis reſpondit: *ideo non ſeparari matrimonium eius,
qui longè ab uxore profectus, concubinam habuerit,
nec liberam eſſe uxorem, ut poſſet alium ducere, ſed
à concubina diſcedere debere.* Facit c. ex literis de
diuortijs. Et certè [f] ſi accuſatione adulterij ita
facilè ſolueretur matrimonium, futurum eſ-
ſet nouarum nuptiarum cupiditate impellen-
te, calumnijs, falſiſque delationibus opprimen
10 da eſſe matrimonia. Quomodo autem fiat di-
remptio tori etiam ob hæreſim, uel infidelita-
tem coniugum, cum iuribus apertè continean-
tur, [g] non ultrà immorabor: referam tantum
exemplũ, quod in iure oriẽtali refertur, [h] quòd
tempore Theodoſij Patriarchæ Conſtantinopo
litani Baſilius buccinator quidam ſeparatus
eſt à ſua infideli uxore, poſtquam baptizatus
fuerat, decreto patriarchali, utpote quæ à uiri
11 ſuaſione induci nõ poſſet, ut baptizaretur. Per-
ſtringam autem alios caſus, quibus licet coniu
gibus ſeiunctis ab inuicem, alijs nubere, alia re
gula. Vt quando matrimonium hoc ita dirimi-
tur facto: intelligamus non tam dirimi, quàm
contractum anteà nullum declarari. Quod lo-
co cautè qui præſunt foro matrimonij, utun-
tur his uerbis, non fore matrimonium, uel nul
lum dicere ſolent propter impedimentum iu-
ris uel facti, quod prohibebat coniunctionem,
etſi coniunctio corporalis ſecuta ſit: non enim
ſola corporum coniunctio, ut diximus, matri-
12 monium facit. [i] Separatur & matrimonium ali
quando, non propria uoluntate, ſed epiſcopi no-
tione, inter conſanguineos in gradibus prohi-
bitis initum: [k] uerum ſi copula fuerit ſecuta,
non datur licentia ad alia coniugia tranſeun-
13 di. [l] Hodie propter ſterilitatem non licet repu-
diare uxorem, exceptis, ut diximus cauſis frigi-
ditatis & maleficij præcedẽtibus matrimoniũ,
inſcijs coniugibus, quæ impediebant ne fieret
matrimoniũ: ſi quidem ſola proles non eſt cau
14 ſa efficiens, uel finalis matrimonij. [m] Neq; nos
moueant exempla Abrahæ & Saræ ſterilis, ob
cuius ſterilitatem permiſit Sara cohabitare an-
cillæ Agar: [n] & quòd Rebecca & Lia prolis
cauſa, etiam ancillas ſuppoſuerunt Iacobo. [o]
Nam ea ad myſterium quoddam, & prolis au-
gendæ cauſa pertinent. Ex quo tempore puſil-
lus grex erat Dei, [p] permiſſa, non probata fue-
runt: nam & bigamia Lamech in eadem lege
naturæ improbata, & fornicationes inhibitæ.
Quæ reuelato lumine æternæ ueritatis, lege e-
uangelica nobis ſingulari Dei beneficio inno-
15 tuerunt. Lotharius Auſtraſiæ ſeu Lotharingiæ
rex, tempore Caroli Calui regis Gallorum, cir-
ca annum Domini 841. duobus epiſcopis re-
gni ſui authoribus, Gunthario Agrippinenſiũ,
& Tetgando Treuirorum, cum uxore ſua Tet-
berga diuortium fecit, quòd eam diceret ætate
prouectam, ac ſeram ad prolem ſuſcipiendam,
adulterij etiam eam arceſcens, idque corruptis
iudicibus, ac teſtibus: Valdradamque florentiſ-
ſima ætate, ſpecieque egregia duxit. Verum cũ
admonitus à ſummo Pontifice perſtaret in a-
mentia, communione piorum ei interdictũ eſt:
Epiſcopi, quòd connubium diremiſſent, è gra
du dignitatis deiecti ſunt, ut ait Paulus Æmi-
16 lius. [q] Et de hac eadẽ quæſtione in can. Lotha-
rius, 31. q. 2. Ceſſant & hodie Imperatorũ cauſę
diſſoluendi matrimonij, quæ ob crimina alte-
17 rius coniugis inducebantur. [r] Neque obſerua-
tur conſtitutio Iuſtiniani, [s] & Leonis Cæſaris,
quæ faciebat poteſtatem dirimendi matrimo-
nij, cum ea muliere, quæ ſponte abortum fecit,
de qua meminit Harmenopulus, [t] quam pon-
tificia iura tollunt. [u] Legimus [x] apud Thurios
legem modificatam, qua ius uxori permitteba-
tur à uiro, ubi uiſum eſſet diſcedere, uiroque al
teri cuicunque collibuiſſet, conſueſcere: adie-
ctumque, ut relicto priore uiro cuicunque col-
libuiſſet, non liceret ſe iungere iuniori, pariter
nec ſi uir uxorem eieciſſet, non liceret ſibi iu-
niorem iungere.

a Leuit. 20. D. Ioan. ca. 8. cum ſimilib.
b Deuterono. cap. 24.
c Deutero. ca. 22. Ioan. c. 8.
d c. ex intelleximus, & c. ſi. de adulter.
e c. ſi. de adul. ap. Greg. 1. uiro & uxore, ſolut. matrim. P.
f can. Apoſtolus, & can. omnes accuſationes, 32. q. 7. & totam ead. q.
g c. 2. de diuor. & c. gaudem⁹, & c. quaſto, eo. & tota 28. q. 1.
h lib. 3. iur. Orient. in conſtit. Theodoſij Patriar.
i c. non omnis mulier, 32. q. 2.
k c. 3. de diuor.
l ca. multorũ. & c. ab illo die, in 1. 33. q. 4.
m c. ſolet quæri, 32. q. 2. can. non enim, 32. q. 2. c. tantum, 32. q. 4.
n Geneſ. 16.
o Geneſ. 29.
p D. Ambroſ. lib. de Patriarc. & can. dixit Sara, 32. q. 4.
q Aemil. in Carolo Caluo.
r c. 2. de diuor. ca. in cõiugio. 32. q. 1. ca. ſi uxorẽ quis. can. præcepit, c. præceptum, 32. q. 5.
s §. has itaque cauſas, de nup. in auth. coll. 4.
t Harmenop. lib. 4. tit. 12.
u c. aliquando, cum duob. ſeq. 32. q. 1.
x Diod. Sicul. li. 12. Biblioth.

De his quæ accedunt matrimonio, dote, antiphernis, paraphernis. Cap. XVII.

1 *Maritus decipitur, ſi cogatur indotatam uxorem habere.*
2 *In nuptijs dos interuenit, non neceſſariò, ſed alia ratione.*
3 *Dotis nomen unde.*
4 *Dotes rerum quid.*
5 *φερνὴ quid.*
προῖκα quid.
6 *Antipherna quid.*
προὶξ & ἕδνα quid.
7 *Parapherna quid.*
Peculium Gallis parapherna.
8 *Vxor, quę habet cenſetur eſſe ex bonis mariti, niſi de contrario conſtet, & quare.*
Maritus paraphernalium uxoris iure cenſetur procurator, niſi ea prohibeat.

1 MAritus, inquit Paulus iuriſconſul-
tus, ſuum negotium gerit, cum de
dote ſibi cauet: & decipiendus non
2 eſt: quod fit, ſi cogatur indotatam
uxorem habere. [y] Proinde in nuptijs pangen-
dis, ut plerunque dos aliqua interuenit, etſi ne-
ceſſario non deſideretur, niſi quia probat dilu-
cidius matrimonium. [z] Quamobrem de ea di-
cenda eſſent pauca, ſed forſan plura, cum ho-
die in coniugijs potius de dote, quàm de mori-
bus agatur, ueriſſimumque quod Saturio para
ſitus apud Plautum ait filiæ, [a]

Tace ſtulta, num tu nunc hominum mores uides

y Paul. in l. 2 donaturus, l. 9. §. ſi quis indebitum, de condi. cau. dat. lib. 39. P. tit. 4.
z c. Lotharius, 31. q. 2. c. per ueſtras, de donat. int. uir. & uxor.
a Plautus, in Perſa, actu 3. ſcena 1.

Quotuſmodi? Hic cum mala fama facilè nubitur:
Dum dos ſit, nullum uitium uitio uortitur.

Et uix ſine dote nubitur, ut innuit Ouidus,[a]

Cur nemo eſt Hecalem, nulla eſt quæ ceperit Iriũ?
Nempe quod alter egens, altera pauper erat.

Sic auro cõciliatur amor. Sed ut ait Propertius,[b]

Aurum lex ſequitur, mox ſine lege pudor.

Et Iuuenal.[c]

Optima ſed quare Ceſennia teſte marito?
Bis quingenta dedit, tanti uocat ille pudicam.

Et ut aiebat Lycon Troadenſis apud Diogenẽ Laertium,[d] graue eſt onus patri puella præ dotis inopia excurrens in flore ætatis. Dos nomen à Græcis mutuatum, ut pleraque alia, eſt: atque à uerbo δίδωμι, uel à διδῶ, quod eſt dono, largior: unde fit poeticè δώς, indeclinabile Laſcaro, idem quod δόμα ſeu δόσις datio, ut apud Heſiodum,[e]

Δὼς ἀγαθή, ἅρπαξ δὲ κακή, θανάτοιο δότειρα.
Donatio bona, rapina uero mala, & mortem donans lætifera.

Et Manuel Moſcopulus,[f] δωτίνη ἡ δωρεὰ, δὼς τὸ αὐτό. Adſtipulatur M. Terentius Varro,[g] *Dos inquit, Si nuptiarum cauſa data, hæc Græcè δωτίνη ita enim hoc Siculi uſi ſunt, ab eodem & donum.* Sic & antiqui iuris conditores, dotes connumerant[h]
4 inter donationes, Dicunt & acceſſiones rerum proprias dotes, Græcis ἐπιδόσεις. Sic Ouidius,[i]

Sed non inuenio dominum, ſiluaque tacetque:
Vile ſolum locus eſt, dos erat ille loci.

Et Varro,[k] uineam cum ſua dote, dicit, id eſt, cũ ſuis pedamentis & uiminibus. Papinianus quoque,[l] *dotes prædiorum,* inquit, *quæ Græcorum uocabulo ἐπιδόσεις appellãtur, cum non inſtructa legantur,*
5 *legatario non præſtantur.* Dixerunt & dotem ſacrorum bibliorũ ſeptuaginta interpretes Græci, φερνὴν: ſic enim in Exodo, apud illos legitur, de uiolata, φερνῇ φερνιεῖ αὐτὴν αὐτῷ εἰς γυναῖκα, *dote dotabit eam (& habebit) ſibi in uxorẽ.* Vbi Hebræi habent מהר *mohar*, pro dote, quam quoque à datione uocãt etiam, מתן *mattan.* Iulius Pollux[m] etiam id docet, dum ait, λέγοις δ' ἂν προῖκα καὶ φερνὴν, τὴν παρὰ τῆς γυναικὸς διδομένην, Αἰσχίνης γὰρ ὁ ῥήτωρ, τὴν προῖκα φερνὴν καλεῖ, id eſt, *dixerit utique προῖκα dotem & phernin, id quod à muliere datur: Aeſchines enim orator, & proica uocat phernin.* Et
6 Manuel Moſcopulus phernin à φέρω dici uoluit. Hincque antipherna, quaſi cõtrà dotalia, uel dotalibus oppoſita dixeris, donatio ſcilicet propter nuptias, ad æqualitatem doti præbendam facta à marito uxori,[n] de qua ſuprà in ſpõſalium acceſſionibus. Proprieque dicitur quod ab uxore marito defertur προίξ, contrà, a marito
7 uxori, ἕδνα. Hinc quoque parapherna, uocãtur bona mulieris, aliunde quàm ex dote ſibi aduẽtitia, quæve in dote non fuerunt data, Galli uocant peculium uel bona peculiaria, ut tradit Vlpianus.[o] Poteſt enim uxor extra dotem res alias habere, ut monet Scæuola.[p] Vocat Harme
8 nopolus,[q] ἐξώπροικα καὶ παράφερνα. Oportet autem perſpicuè conſtare, ut hæ mulieris cenſeantur, alioquin mariti præſumuntur eſſe, & ex eius bonis quæſitæ, quæ præter dotẽ ab ea poſſidentur, ut euitetur turpis lucri ſuſpicio.[r] Recẽpta etiam ſententia, qua uxor non tenetur operari marito, & ideò quæ ex bonis mariti quærit, illi cedunt,[s] niſi aduentitia aliunde doceat, quæ tunc marito non quæruntur, ſed utilitati mulieris,[t] niſi aliud inter coniuges conuenerit.[u] Quãquam in paraphernis mulieris, uir quoque cenſeatur iure adminiſtrator & procurator, præterquam ſi nominatim & expreſsè uxor inhibeat, uel nolit.[x]

a Ouid. 1. de remed. amor.
b Propert. in 3.
c Iuuenal. Saty. 6.
d Diog. Laert. lib. 5. in Lyco.
e Heſiod. in Ergis.
f Moſcopul. περὶ σχεδῶν.
g Varro, 4. de ling. Lat.
h l. ſi de dona. ante nup. C.
i Ouid. in epiſto. Sapphus ad Phaonem.
k Varro, lib. 4. de re ruſt.
l Papin. l. 2 §. 1. de inſt. uel inſtru. leg. lib. 33. P. tit. 7.
m Iulius Poll. li. 3 Onomaſt.
n l. ſi de dona. propt. nupt. C.
o Vlp. l. ſi ego. 30 § dotis aut. de iur. dot. lib. 23. P. tit. 3.
p l penul. ad l. Falc. li. 35 titu. 2.
q Harmenop. lib. 4 tit. 8.
r l. Quint. Mutius. de donat. inter uir. & uxor. li. 24 P. tit. 1 l. etiam, 8 co. li. 5 C. tit. l. 16.
s l. ſicut. de oper. libert. P.
t e. l. pen. ad l. Falc. 35 P.
u d. l. ſi ego. §. dotis autem, de iur. dot. P.
x Theodoſ. & Valentin. l hac lege 8 de pact. conuent. lib. 5 C. tit. 14. l. mariti, ad de procur. lib. 2. C. tit. 13.

De dotis finitione. Cap. XVIII.

1 *Dos quid.*
2 *In dotem res communes dari poſſunt, quæ prohibitionem non habent.*
Dotales res æſtimatæ & inæſtimatæ quæ, & quomodo reſtituendæ.
3 *Dos conſtituitur traditione, & promiſſione.*
4 *Dos à quibus conſtitui poſſit. Dotes aut profectitiæ aut aduentitiæ.*
5 *Dotare filiam paternum officium, quare qui eam dotat, non de filiæ, ſed de proprijs cenſetur dotare.*
6 *Dotare filiam quando matris officium.*
7 *Dotare ſororem quam, & quando frater teneatur.*
8 *Eccleſiaſticæ perſonæ tenentur ſubuenire proximis pro modo eleemoſinæ.*
9 *Differentiæ quædam inter conſtitutionem dotis factam à patre, & ab extraneo.*
10 *Dotes uxoribus dabant mariti Cantabri.*
11 *Dotis dominium quomodo tranſeat in maritum.*
12 *Dos pro oneribus matrimonij ſuſtinendis datur.*
Fructus dotis in dotem conuerti nequeunt.
Dos optima uxor bene morata. Numer. 15.
Vxores diuites & pulchræ uitandæ.
13 *Dotes nullæ ſunt nuptiarum apud Scythas.*
14 *Græci uxores emebant.*
16 *Dotes legibus Solonis à matrimonijs ſublatæ.*
17 *Dotes Spartiatis etiam nullæ.*
18 *Dotes apud Maſſilienſes maiores tantum centum aureorum.*
19 *Dotes filiarum quæſtorum regiorum, ne excedant decimam bonorum eorum partem.*
20 *Dotes nullæ dantur apud Indos.*

1 DOs eſt, res omnis tradita, uel promiſſa à patre, uel alio marito, pro ſubeundis oneribus matrimonij. Dico rem omnem hic dari in dotem poſſe, ſcilicet idoneam,[y] quæ à commercio non ſit aliena, quæve prohibitionem traditionis uel promiſſionis non habeat. Quamobrem omnia bona ſua mulier in dotem dare non prohibetur.[z] Dantur & mobilia, & immobilia,[a] & res, quæ in pondera, numero, menſurave conſiſtunt: quæ ſunt periculo ipſius mariti,[b] qui eiuſdem qualitatis, quantitatiſque reſtituit,[c] cum oportet: & nomina debitorum, ſcilicet nobis debita, quorum nomine & actiones utiles tranſeunt in maritum.[d] Dotaleque prædium accipere debemus, tam urbanum, quàm ruſticum, & id cuius dominium ad maritum peruenit.[e] Dantur & æſtimatæ, & inæſtimatæ res: inæſtimatæ tales reſtituuntur, ſoluto matrimonio, quales tunc inueniuntur, cum reſtituere expedit, nec iactura ſeu detrimentum, ut nec lucrum accedens, ad maritum, ſeu eius hæredes, ſed ad uxorem, eiuſque ſucceſſores pertinet,[f] argumento creditoris, qui in pignore, quod penes ſe habet, hoc iure utitur.[g] Æſtimatarum autem rerum pretium conuentum, ſi attritæ ſunt, reſtituendum eſt, & augmenta pertinent, compendia, & fructus, & partus interim etiam ad maritum,[h] ſi placuerit rem æſtimatam ſoluto matrimonio reſtitui; nam ſi non placuerit, & iure æſtimatæ res fuerint, retinebit eas maritus uel hæres, ſi pecuniam offerant, utriuſque erit electio:[i] niſi ea mente fuerit facta æſtimatio, ut rei detrimenta ſupplerentur pretio in reſtitutione rei, quod inde colligitur, ſi dictum fuerit res æſtimatas reſtituendas, quando

reſtitutio

y l. ut gradatim, de muner. in P.
z l. mulier bona, ſi de iure dot. li. 21. P. titu. 3. l. nulla lege, 4 eod. tit. lib. 5. C. tit. 12.
a ut conſtat, ex lectione tit. de iure dot. & de dot. promiſſ.
b Caius, l. res in dotem, 42 de iure dot.
c l. cum quid, ſi cert. pet. P.
d l. a. de actio. lib. 4. C. tit. 10.
e Vlp. l. ſi dotis le prædium, 13. & Paul. in l. ſi nuptura, 14 de fund. dota. lib. 23. P. tit. 5.
f Vlp. l. plerumque, 5. de iur. dot. li. 23. P. tit. 3. l. uni. § cumque ex ſtipulatu, de rei uxo. act. lib. 5. C. tit. 13
g l. pignus, 8. de pign. act. li. 4. C. ti. 24. l. quæ ſortuita, 3. eo. tit. § ſi. quibus mod. re contr. obliga. §. cum emit, de empt. l. quod te, ſi cert. pet. in P. l. ſi ex legati cauſa, de uer. obl. in P. cũ ſimil.
h d. l. plerumque, de iu. dot. Dioclet. & Maxi. l. cum dotẽ, eo cod. tit.
i Imp. Alex. l. quoties, 5. de iur. dot. C. l. ſi res. § 1. & l. plerumque, eo. tit. in P.

reſtitutio facienda erit. Prohibet enim reſtitu-
tionis in indiuiduo adiectio, æſtimationem face
re emptionem: [a] quum tamen aliter æſtimatio
emptionem factam rei doceat.[b] Sed inæſtima-
tis pereuntibus dolo malo, uel culpa mariti,
3 maritum teneri damnũ reſarcire placuit. [c] Me-
minit finitio noſtra, traditionis & promiſſio-
nis: ut intelligamus conſtitui poſſe dotem tra-
ditione, [d] & promiſſione. [e] Proinde nomina in
ſolutum data, uel acceptilatione remiſſu, pro
traditione dotis habentur: [f] neque numeratio-
nem ſemper exigimus, ſed cautionẽ, id eſt, pro-
miſſionem [g] ſufficere etiam arbitrabantur ad
dotis exactionem, [h] ſi certæ ſummæ promiſſio
ſit, non aliter [i]. Vel ſi in arbitrium boni uiri re-
lata certitudo ual promiſſio ſit incertæ dotis, à
patre uel ab eo qui tenetur dotare. Velut arbi-
trio boni uiri æſtimanda, ſecundum qualitatẽ
perſonæ de cuius nuptijs agitur, & ſecundum
4 facultates conſtituentis.[k] Dicimus etiam in fi-
nitione, à patre, uel ab alio dari, conſtituiua do-
tem poſſe: nihil enim intereſt, quòd pertinet ad
dotis cauſam, à quo promittatur, uel detur, alia
rum autem circunſtantiarum intuim plurimũ,
ut propè infinitis iuribus, quæ occurrunt in ti-
tulis de iure dotium, & ſol. matrim. &c. apparet.
Aliaque natura eſt dotis, quæ à patre datur, quę
profectitia dicitur: alia, quæ aliunde aduenti-
tia eſt.[l] Et inde etiam duæ ſpecies dotium con-
ſtituuntur merito, aduentitiarum & profecti-
tiarum. Et in ſumma, omnes, quidem, cuiuſcun
que ſexus ſint, promittendo dotẽ, obligantur:[m]
quia in ea dotis promiſſione, ſpecies uerſatur
5 pietatis.[n] Verumtamen diuerſa conſideratio-
ne, nam paternum eſt officium dotare filias, &
quærere filijs conditionem: [o] Ideoque conſti-
tuens dotem filiæ, quæ bona habeat aliunde
propria, de ſuo, non de filiæ patrimonio, conſti
tuiſſe intelligitur.[p] Quod diuerſum eſt in extra
neo adminiſtratore bonorũ mulieris, pro qua
dotem conſtituendo, non ex ſuis, ſed mulieris
6 facultatibus, conſtituiſſe cenſetur.[q] Officium
enim extranei non eſt dotatio, neque etiam ma
tris, niſi uel ex cauſa graui, uel lege aliqua co-
geretur: [r] cauſa autem poſſet eſſe magna & gra
uis, ſi mater ſit diues, pauper & inops pater.
Tunc enim & alere, & dotare teneretur,[s] potiſ-
ſimum cum Orficiano & Tertulliano SC. rece
ptum ſit, [t] ut filius & mater mutuo in legitima
ſuccedant in locũ legitimę.[u] Et lege olim ma-
ter hæretica filiam catholicam dotara cogeba-
tur, quod tamen deinceps emendatum eſt, eo
7 quòd bona fiſco deferrentur.[x] Sic & frater, tan
tum inopia urgente tenetur dotare [y] ſororem
utroque parente coniunctam, quia & frater te-
netur, & cogitur alere eam ſororem inopem,
8 ut conſentiunt interpretes.[z] Potiſſimum ſi cle-
ricus ſit, & perſona eccleſiaſtica frater, qui ſub-
uenire debet proximis, non quidem ſplendidè,
neque diuitibus, ſed pauperibus & pro modo
eleemoſinæ.[a] Bona quippe pauperum ſunt,[b]
neque improbata eſt charitas quæ à ſeipſo &
ſuis orditur: [c] Receptumque eſt clerico dari be
neficium ut ipſe, & ſui ſufficiens poſſint habe-
re ſubſidium.[d] Neque quiſquam unquam car-
nem ſuam odit, ſed fouet & nutrit illam.[e] Non
indigentibus autem proximis, illicitum eccle-
ſiæ bona elargiri [f] Et ſic nec frater à ſorore, nec
alius extraneus, eo iure quo pater, dotem dant.
Sunt autem hic extranei omnes, præter patrẽ,
9 qui habet liberos in poteſtate, dicti.[g] Et in his
inſignis eſt differentia inter conſtitutionem do
tis factam à patre, & alijs: ſicut & alia, ut hodia
extraneus dotem pro aliqua promittens ſim-
pliciter, ſi non proſpexerit ſibi reſtituendam iri
poſt mortem, uel in caſum alium reſtitutionis
faciendæ, uideatur donaſſe, competitque ſoli
mulieri, hæredibuſque eius, non conſtituenti
repetitio.[h] Neque ſufficit quoque, in unum ca
ſum ſolutionis matrimonij, reſtitutionem pe-
pigiſſe mortis uel diuortij, ſi uelit extra pactum
repetere: ſed oportet paciſci in utrumque, ſi
quis pro utroque agere ſperet.[i] At dos à patre
profecta, natura, niſi aliud placuerit, filiæfa. da-
ta, in caſu utroque reſtitutionis, ad patrem re-
10 dira debet.[k] Dictum marito dari ab uxore, uel
eius nomine dotem, ſecundum mores commu
nes: fuerunt namque nationes, quibus diuer-
ſum ius, ut potius mariti darent dotes uxori-
11 bus, ut apud Cantabros.[l] Adiecimus dehinc,
dari marito dotem, quia & dominium penes ip
ſum pendente matrimonio reſidet:[m] daturque
ea mente, ut apud illum ſit perpetuo.[n] hoc eſt,
durante matrimonio. Sic Vlpianus,[o] *dotale præ
dium intelligimus, cum dominiũ marito quæſitum
eſt propter uxorem*.[p] Dominium autem hoc in
maritum tranſire uidetur iuris ſubtilitate, quã-
uis natura dos in Dominio uxoris remaneat, ut
ideo alienari, ut aliena à mariro, non poſſit,
uel obligari, ut expreſſe ſcribit Iuſtinianus.[q]
Ni malimus dicere, uxoris dotis dominium di-
ci, habita ratione futuri, quòd ad eam ſit reuer-
ſura: ut filius, uiuente patre quoque Dominus
bonorum patris, quia ſucceſſurus certo ſit: [r] a-
lioquin enim, iure in ſolidum duo eiuſdem rei
domini eſſe nequeunt.[s] Sic magis ex perſona
uxoris Dominus maritus, Vlpianuſque ideo
acceſſiones dotis, uel uxori, uel uiro compe-
tere ait:[t] nec id mirum: quia duo ſunt in carne
una, & uerè communia habent omnia, ita &
12 dominium dotis. Poſtremò in finitione dici-
mus, pro oneribus matrimonij dari dotem ma-
rito, ſcilicet ut ex fructibus dotis ſuſtineantur:[u]
ut nec illi in alios uſus conuerti poſſint, neque
in dotem,[x] niſi ante nuptias percepti: [y] neque
mulier pacto retinere ſibi eoſdem poſſit,[z] niſi
ipſa ſe alat.[a] Non imus tamen inficias, etſi dos
non ſit ſine matrimonio,[b] tamen ſine dote ma
trimonium eſſe poſſe: [c] Siquidem & ut ait Ho-
ratius,[d]

Dos eſt magna parentum
Virtus, & metuens alterius uiri
Certo fœdere caſtitas,

Et Plautus,[e]

Dummodo morata rectè ueniat, dotata eſt ſa-
tis.

Et Bias apud Auſonium,

Quàm dos matronis pulcherrima, uita pu-
dica.

Imo conſultius quidam uitum agere exiſtimãt,
ſi indotatam uxorem accipiat, & à diuite abſti-
neat. Nam, ut ait Franciſcus Petrarcha,[f] dos &

a l. ſi inter uirum, l. 21 C. eo. d l. plerunque, § pen. & l cum poſt, §. cũque, eod. l. ſi æſtimatis, ſol. matr. in P. cum ſimilib.
b Pompo in l. cũ fundus, l. 3. loca. libr 19. P. tit. 2 Pap. l. quotiens, l. 17 de iu. dot. in P.
c labo l pen. l. 6. ſolu. matri. in P.
d l. ſi. ſol. mat. lib. 5 C. titu. 18. Alexan. l legẽ quam dixiſti, l. 10. de pact. C. l. 1. C. de pact. conuen.
e l. ſi uoluntate, l. 4. de dotis promiſſ. libr. 5. C. tit 11.
f l licet, l 44. §. 1 & l. promittendo, l. 42 de iur. dot. in P.
g l ſane mus, de uerb ſig. C.
h l 1 & l. ad exactionem, l. 6. de dot. promiſſ. lib. 5 C.
i l. 2 eod.
k l. tam demẽtis, de epiſcop. audi. C. l. quæro, de iur. dot. in P. l. cũ poſt, § genera ſocero, eod tit.
l l. profectitia, cum ſeqq. l. 5. de iur. dot. P. l. filium datem, de collat C.
m l promittendo, l. 42 de iur. dot P l. fina. ad SC. Velleia. C. l. ſi dotare §. liberto, eod.
n ſolu. l. cum is cui, l. 32. § ſi mulier de condict. indeb. lib. 12. P tit. 6.
o l qui liberos, de rit. nupt. in P.
p l. fin. de dot. promiſſ C. l pro fectitia, de iur. dot.
q gl. in d. l. fin. de dot. promiſſ. argu. l. Nezennius Apollinaris, de neg. geſ. in P. & l. cum poſt mortem, l. 44. §. 1. de adminiſtr. tut. lib. 26. P. tit. 7.
r l. neque mater, de iur. dot. C.
s l. pen. de lib. agnoſc.
t tit. de SC. Orfici o. & Tertul. in P C. & Inſtit. iur. ciu.
u l. quoniã nouella, de inoff. teſta C. Bart in l. Titio centũ, §. Titio genero, de condi. & demonſtratio. Paul Caſtrenſ. conſ 206. alias 311. Bald. in l. quoniã in prioribus, de inoff. teſtam. C. Salic. in l. ſancimus, C. de nupt. Nicol Boetius, deciſ. 104. nu. 12. & queſt. 61. num. 6.
x l. cognouimus, l. 10. §. ſed ne, de hæret. lib. 1. C. tit 5
y auth gazaros, eod.
z l cum plures, l. 13 §. cum tutor, iuncta gloſſ in uerbo, alio patre, de adminiſtratio. tuto. lib uigeſimoſexto. P. tit. 7 notat gloſſ ſin. in l non omnis, eodem. C. in uerbo, donandi.
a gloſſ. 1. in l. 1. & ib: Barto. & Cyn. de alend. liber gloſſ in l ſi quis a liberis, §. utrum, in uerbo, iuſtè, de liber. agnoſcen. & ibidem Bartol. Iaſon, in §. ſed & ſi quis, de actio.
b Panor in c. peruenit, de arbitr. facit c. 1 de cohab. cler & muli. cap. autum, 12. q 1. cum ſimilib.
c l. præſes prouinciæ, de ſeruis. C. can. non ſatis, 86. diſtinct.

d can. ſtudeat, 50 diſtin.
e can. non æſtimemus, 13 q. 2.
f cano. de Syracuſanæ, 28. diſt.
g l uoie. §. extraneum, de rei uxo. act. C.
h l. uni. §. repetit. eod.
i l. ſi cum dotem, l 23. ſolut. matr. libr 24 P. tit 3 iunctis deſinctionib. gl.
k l. dos a patre, C. ſol. matr. & l. ſi ab hoſtibus, eod. 10 P. l. iure ſuccurſũ, l. 7. de iur. dot. lib. 23. P.
l Polyd Virgl. lib. 1. de inuentor c. 7.
m l. doce ancillã, l 9. de rei uend. libr. 3 C. tit. 32.
n l. 1. de iure dot. 10 P.
o l. dotale prædiũ, §. dotale, de fund. dot. P.
p l. ſi nuptiis, l. 14. eod.
q l. in rebus, l. 30. C. de iur. do.
r l. in ſuis, de ſuis & legit. in P
s l. ſi ut certo, §. ſi duob. commod. P.
t Vlp. l. Pomponius, l. 15. §. in dotem, de acq. poſſ libr. 41. P. tit. 2.
u l. pro oneribus, l. 20. de iur. dot. C. l. dotis fructus, l 8 eo, in P. c. ſalubriter, de uſur. ca. per ueſtras, de dona. int. uir & uxor. Paul. l. ſi maritus, l. 47 fa mil. erciſc. libr. 10. P tit. 2.
x Vlpia l. 4. de pact. dot. P.
y l uideamus, l. 259 §. fina. de uſur. P.
z l. quæris, l. 28 de pact. lib. 23. P. tit 4. § dotes autem, de nupt. in auth.
a Vlp. l. ſi filia, l. 20. § 1. fam. erciſc. lib. 10. P. tit. 2. & Paul. in l ſi is qui Stichũ, l. 57 de iur do. in P Vlp. in l. ſi quis uxore, l. 28. § fin de donat. int. uir & uxor. lib. 24 P titu 1. Paul. l. ſi pater dotem, l. 12. de pact. dota. P.
b l. 3. de iur. dot. 10 P l. dotis promiſſio, l. 40 eod l ince-ſtu, de rit. nup. P. l. 3 de priuil. credi. in P cum ſim.
c l. ſ. C. de repud. l. fin. C. de donat. ant. nup.
d Horat. lib. 3. Car ode 24.
e Plaut. in Anlular.
f Petrarc. lib. 2. de remed. utriuſ. fort. dial. 64.

forma ſuperbiæ cõiugalis ſunt ſtimuli: & unde
dos ingreditur magnã, inde libertas egreditur
mariti, quæ ſi chara illi fuiſſet, ullo pretio ꝟẽdi
ta nõ fuiſſet. Mutuatũ id eſt ex Plauto,[a] dũ ait,
Argentum accepi, dote imperium uendidi.
13 Sopitæ populus Indicus, in matrimonijs con-
trahendis, neque dotis, neque magni appara-
tus, ſed formæ tantum & proceritatis corporũ
14 rationem habent, teſte Diodoro Siculo.[b] Græ-
ci antiqui uxores emebant inuicem, ut ait Ari
15 ſtoteles,[c] Plautus[d] dotem ueram etiam expri-
mit per Alcmenam, his uerbis,

Non ego illam mihi dotem duco eſſe, quæ dos di-
citur:
Sed pudicitiam, & pudorem, & ſedatam cupidi-
nem,
Deum metum, parentum amorem, & cognatum
concordiam,
Tibi (ſcilicet viro) *morigera, atque ut munifica*
ſim bonis, proſim probis.

16 Solon in legibus ex matrimonijs dotes ſuſtu-
lit, tres tantum ueſtes, & quædam paruo empta
uaſa, præterea nihil nuptam ſecum importare
iubet: uoluit enim uiri uxoriſque conſortium,
non pretio, ac mercede, ſed liberorum charita-
te, gratia, beneuolentiaque coniungi, teſte Plu
17 tarcho.[e] Et Ælianus tradit legem fuiſſe Sparta
nis, ut matrimonia nulla intercedente dote, cõ
18 traherentur.[f] Et aliquibus nationibus dotes
ad modeſtam & exiguam reſtrictæ ſunt quan-
titatem, ne effluerent, ut nunc: ſic apud Maſſi-
lienſes, ampliſſima centum aureorum tantum
erat, ad ueſtem quinque, ad mundum quoque
aureum quinque, amplius uero nullo pacto cõ
19 ferre licebat, ut ait Strabo.[g] Franciſcus quoq;
eius nominis Galliarum primus rex, de ſtatu
Quæſtorum conſtitutione edita, cauit, ne qui
quærendæ pecuniæ publicæ regiæ inſeruiunt,
dotes filiabus conſtituerent, quæ decimam par
20 tem bonorum paternorum excederent. De In-
dorum nuptijs ſic ſcribit Arrianus,[h] γαμοῦσι δὲ
οὔτε τι διδόντες, οὔτε λαμβάνοντες, ἀλλ' ὅσαι ὡραῖαι
γάμου, ταύτας οἱ πατέρες προάγοντες ἐς τὸ ἐμφανὲς
καθιστᾶσι, ἐκλέξασθαι τῷ νικήσαντι πάλην, ἢ πὺξ, ἢ δρ-
όμον, ἢ κατὰ ἄλλην τινὰ ἀνδρείαν προφέροντι, id eſt,
Nubunt, nihil uel dantes, uel accipientes: ſed quot-
quot iam maturæ uiro fuerint, adducuntur à paren-
tibus in publicum, ut is qui lucta uicerit, aut pugil-
latu, uel alia quapiam uirtute reliquis antecelluerit,
eam ſibi, quam uolet, deligat.

[a] Plautus, in Aſinaria.
[b] Diod. Sicil. li. 12 Sibliothecæ ...
[c] Ariſt. lib. 2. po. c. 6.
[d] Plau. in Amphitrione, act. 2. ſcena 2.
[e] Plut. in uita Solon.
[f] Aelian lib. 6. de uar. hiſt. c. 6.
[g] Strabo, lib. 4. Geograph.
[h] Arrian. in li. Ἰνδικῆ, de re. Indorum.

De oneribus matrimonij. Cap. XVIIII.

1 *Onera matrimonij ab Hebræis ſeptẽdecim poſita.*
2 *Onus primum matrimonij, alere uxorem etiam in dotatam, nu. 4.*
3 *Vxorem maritus non tenetur alere, & poteſt expellere, ſi dos ei promiſſa non ſoluatur.*
5 *Vxor diues maritum inopem tenetur alere.*
6 *Onus matrimonij ſecundum, uxori ueſtitum præbere & quomodo.*
7 *Veſtes ingenuarum, meretricum, & ancillarum olim diſtincta.*
8 *Veſtes meretricum, Athenis ex lege floridæ, apud Thurios uaria.*
9 *Veſtitũ ob nimis mundũ ſuſpecta facta pudicitia Minutiæ Veſtalis uiua infoſſa.*
10 *Vxores, & naues, ſemper negotij aliquid habent ad ornandum.*
11 *De ueſtitu contentio duarum fœminarum, interitus cauſa maritorum & gentis Gothicæ.*
12 *Arialius Aſſiriorum rex. 7. adauxit muliebres delicias.*
13 *Corinthijs lex, ut inquiratur in ſplendide uiuentes, num facultates illis ſuppetant.*
14 *Veſtitus quotidie inſpectiones obibant Lacedæmone Ephori, ut ſi excederent, corrigerent.*
15 *Veſtem unam tantum ſingulis annis cõceſſit æqualem iuuenibus Lycurgus.*
16 *Veſtem unam nunquam bis induit Nero.*
17 *Veſtitum uoluit Alexander Seuerus diſtinguere omnibus offiicijs & dignitatibus.*
18 *Senatores mane, & in conſilio togati eſſe debent, & officiales. Serui byrris & cucullis tantum uti debebant.*
19 *Brachæ & Tzangæ ſub pœna exilij & confiſcationis bonorum ab Arcadio in urbe.*
20 *Pellium indumento & crines maiores inhibiti ab Honorio & Theodoſio, ſeruis.*
21 *Veſtitus ſeruorum & liberorum à ſenatu aliquando diſtinctus, ſed poſtea ob periculum rebellionis confuſus.*
22 *Vtopiæ unus ueſtitus, niſi qui diſtinguat cœlibatum à coniugio.*
23 *Prætextata ueſtes quæ, & quid ætas prætextata.*
Latus clauus cuius eſſet.
Trabea cuius.
Paludamentum cuius.
Toga prætexta.
Penula communis.
Exomida fœminarum.
Cheiridota ueſtes caſtitatis.
24 *Fœminæ apud Spartiatas apertis femoribus ambulabant.*
25 *Veſtis ſerica uiris lege Quinti Halerij prohibita. Et turpis etiam uiſa mulieribus.*
26 *Sericum fuit cum auro æqualis olim æſtimationis Romæ.*
27 *Sericum à Barbaris in luxum mulieris inuectum.*
28 *Veſtes purpureæ, palmatæ, & pictæ prohibitæ ab Octauio.*
29 *Veſtes auro intexere prohibuerunt Aurelianus & Gordianus.*
30 *Veſtibus & pannis peregrinis uti prohibuit Ioannes Ducas Imperator Orientis.*
31 *Veſtitui modus edicto in Gallia impoſitus, & Germania.*
32 *Veſtibus intextis auro & argento penſio poſita: permiſſæ aurotæ ueſtes nuptijs, prohibitæ quotidiano uſui.*
33 *Veſtes prohibitæ paragandæ, auratæ, & conchyliatæ, & margaritæ, certis perſonis exceptis.*

1 ONera matrimonij quæ oportet ma-
ritum ſubire, multa & inſupporta
bilia fere, & miſera[l] enumerari
poſſent, ex quibus quædã inſignio
ra delibaſſe ſufficiet. Explicabimuſq; quæ tra-
dũt Hebræi hac de re in libro præceptorũ עשות
gnaſſot, i. affirmatiuorũ, ubi præcepto 48. ſcri-
bũt, uirũ ad decẽ uxori teneri: ad tria uidelicet
ex lege, nẽpe ad cibũ, indumentũ, & cõcubitũ:
& ad ſeptẽ ex ſcribarũ decretis, nẽpe ut infirmã
curare, captiuã liberare, mortuã ſepelire tenea
tur: etſi is præmoriatur, poſt mortẽ ſuã eã quo-
que cibare de bonis ſuis & ſedẽ i domo ſua præ
bere, quandiu uidua erit, filias ſuſceptas ex bo-
nis ſuis, donec inueniãt uiros, nutrire, eaſq; tan
dẽ dotare. Quæ omnia breuiter iuris noſtri au-
thoritate ſuffulciam, & in quibus à iure diſſen
2 tiant, obiter demonſtrabo. Primum itaque o-
nus eſt, nutrire ſeu alere uxorem:[k] ſiue dotem
habeat, ſiue non habeat. Nam ſi habeat hoc
exploratum eſt, ea ratione fructus dotis ma-
rito lucro

[l] l. 2. de impen. lucrat. deſcrip. lib. 10. C. leg. 4. quan. & quib. quar. pars de. be. eod. lib.
[k] ca. omnino. 32. diſt.

rito lucro eſſe, ut diximus: [a] & idcirco dotem
reddi etiam conſtante matrimonio poſſe uxo-
ri non perditur, ut ſeſe ſuoſque alat reſpon-
3 dit Paulus, [b] Vlpia. [c] & ſancsuit Iuſtinia. [d] Ni-
ſi dos à patre promiſſa non ſolueretur, ſtatuto
& placito tempore; nam eo caſu Bartolus, [e] &
Salicetus, [f] & Guido Pap. [g] Cinus, [h] & Aufre-
rius [i] dicunt, non teneri ad alimenta præſtan-
da uxori, ſed poſſe eam expellere, quod & ex
4 Iuſtiniani conſtitutione firmari poteſt. [b] De
qua re uide plura apud Chaſſaneum. [l] Quod ſi
tamen nulla conſtituta dote uxorem duxit,
Imputet ſibi quare duxerit, [m] & teneatur, qui
onus initio ſuo potuit ignorare, ſubire: qui-
nimo & maritus rixoſus cogitur alere uxorem
extra domum, ſi nolit cum eo habitare: [n] Ideo
indotatam, ſi nulla ſit promiſſa dos, tenetur
5 alere. [o] Sicut & uxor ſi diues ſit, & maritus
inops, maritum tenetur alere, [p] quamuis illud
ſit ualde lugubre maliqùe ominis interdum.
6 Secundum onus, ut teneatur ueſtitum præſta-
re uxori: [q] Sic enim & alimentorum nomi-
ne, ueſtes quoque continentur. [r] Quia ſine
ueſtibus commode uiuere nemo poteſt, aut ſi-
ne tegumento: proinde non pretioſæ neceſ-
ſario dantur, [s] ſed quæ ſunt uitæ neceſſariæ
transfigendæ, & ſecundum cuiuſque facul-
tates, & dignitatem. [t] Inter leges probas, mu-
lieribus dictas, hanc ſummopere laudat Ariſto
t. les, [u] ut ueſtitu, ſumptu, ac apparatu mino-
ri utantur, quàm etiam leges permittant ciui-
tatis. Monet & Cyrillus [x] Hieroſolymitanus,
ueſtitu ſimplici uti, non ad ornamentum, ſed
7 ad neceſſitatem. Et dummodo more ingenua-
rum ueſtiantur, ſufficit; quod facile erat olim
diſtinguere, quando ancillarum ueſtes pro-
priæ, ſicut & meretricum, & ingenuarum,
ſeu matrumfamil. erant, ut ex Vlpian. [y] liquet.
8 Refert & Suidas [z] Athenis legem fuiſſe, ut me-
retrices ueſtas ferrent floridas, id eſt, ut arbi-
tror, ornatas, uarias, aut nitidas. Alia & apud
Locrenſes Thurios à Charmida præſcripta, [a]
ut mulieres, in forum prodeuntes, ingenuæ
quidem, cum ſuis cognatis & una pediſſequa
candidis: reliquæ, uarijs ueſtibus uterentur.
9 Quo factum eſt, ut ueſtitus ratione, mores cen
ſerentur etiam mulierum, ut anno præceden-
te conſulatum Papyrij Craſſi, & Ceſonis Di-
uillij, Minutia Veſtalis primum ſuſpecta facta
eſt, propter mundiorem iuſto cultum: inſimu-
lata deinceps apud pontifices ab indice ſeruo,
cum decreto eorum iuſſa fuiſſet ſacris abſtine-
re, familiamque in poteſtate habere, facto iu-
dicio, uiua ſub terram ad portã Collinam dex-
tra uia ſtrata defoſſa ſceleratо campo, ut ait Li
uius: [b] qui & idem de Poſthumia alia Veſtali
refert, [c] ut & Oroſius, [d] & D. Hieronymus, [e] &
ut ait Plautus, [f]

Pulchra mulier nuda erit quam purpurata pul-
chrior:
Poſtea nec quicquam eſt bene, ſi morata eſt male.

10 Quòd ſi quis maritus ita mulieroſus ſit, ut ue-
lit ueſtibus ab uxore continuo petitis aſſentiri,
certe nunquam expenſæ finem accipient, nec
priuſquàm loculi exhauſti fuerint. Nam, [g]

Negotij ſibi qui uolet parare, nauem & mulierem,
hæc duo ſibi
Comparato, nam nullæ res duæ plus negotij habent.
Eas forte ſi occeperis exornare, neque unquam hæ
duæ res ſatis ornantur,
Neque eius ulla ornandi ſatietas eſt.

Maxime enim ueſtitum & ornatus uoluptate
cum pernicie maritorum hic ſexus detinent.

a l. dotis fructus, 8 de iur. dot. P. l. pro oneribus 2. C. e. cũ ſim ſup. cita.
b Paul. l. mar. 73 §. fin. de iur. dot.
c Vlp. l. ſi quis pro uxore, 22. uerſ. pen. & ſi. de donat. inter uir. & uxo. lib. 14 P. tit. 1
d Iuſtin. l. ubi adhuc, 29. de iur. dot. C.
e Bar. in l. iubemus, de ſacroſ. eccle. C.
f Sal. in l. ſi cõſtante, de don. ante nupt.
g Guid. Pap. q. 171. nu. 2.
h Cy. in l. quod in uxorem, de neg. geſt.
i Aufre. ad 87. deciſ. cap. Tholoſa.
k Iuſtiniа. l. ſi. ad SC. Velle C. l. ſi dunstaxat, §. 1 de condit. cau. dat. in P.
l Chaſſa. in cõ ſuet. ad cõſue. Burg. 10 §. 24 tit. des droicts apartenans aux gens mariez, uerſ. item alia ratione, eſt non concluſionib. quas adducit.
m l. fin. de diuor. C. l. an per literas, de don. int. uir. & uxo.
n Aufr. ubi ſu pra Raynal de Fur. in l. Caio, §. ſi. de alimen. leg. P. Bal. in l. C. de leg. facit. ſi cõuenerit de ſoc. P. uide Boe. dec. 191. nu. 7.
o § quoniam, quib. mo. uſu. effic. legit. §. ſi quis etiam, de nup. in auth.
p l. mutus, de iur. dot.
q ea omnino, pr. dictu. Imo. in rubr. ſol. ma trim. facit l. uetiris, 29. §. muliebria, de aur. & arg. l. P. ubi Vlp. muliebria numerat ueſtimenta, quæ explicat Budæus, de re ueſtiaria.
r l. uer. uictus, & l. quod nos hoſtes, § uerb. minuere, de uer. & rer. ſig. 16 l. legati, & & l. ſi. uo alt. le. P.
s Bart. in l. pe. §. 2. ſol. ma. & ibi gl. in uerbo, in neceſſarium.
t l. pen. de all. & cib. leg. P.
u Ariſto. 2 Oecono. c. 1.
x Cyr. l. Hiero ſol. epiſ. catheche 4
y Vlpia. l. item apud Labeo. nem. 21. §. ſi quis uirgines, de iniur. li. 47 P. tit. 10.
z Suidas in uerbo ἀνθινά
a Stob. in Za leuco.
b Liu. ll. 8. deca. 8.
c Liui lib. 4
d Oroſ. li. 3. c. 9.
e Hieron. li. 1. contra Iouin.
f Plaut. in Menech.
g Plautus.

11 Refert & Ioannes Magnus Gothus, [h] ex ſu-
perba contentione uxoris ducis eximij Vraiæ,
& reginæ coniugis Ildouadi regis Gothorum,
ortam de ueſtitu, ornatuque tantam inimici-
tiarum occaſionem, ut non niſi nece utriuſ-
que mariti incitatorum ab uxoribus quieſcere
potuerit, & ſere Reipublicæ Gothorum mo-
uerit interitum. Tantaque iſtius ſexus ſuper-
bia eſt, ut, quia non ſe nouit, nec mariti gra-
dum, uel parentum, metiatur ſemper moni-
lia ornatoria, luxurioſumque & peregrinum
ambiat ueſtitum, & maritum ad ſtultitiam ſæ-
pius impellat implendam. De quibus & Da-
uid, [i] *filiæ eorum compoſitæ & circumornatæ, ut ſi-*
militudo templi. Ideoque non parcunt rapinis ueti-
12 *tiſque artibus, ut ſatisfaciant mollitiei.* Arguit Be-
roſus [k] Aralium regem 7. Aſſyriorum, quòd
primus adduxerit pompas, gemmas, & mulie-
bres delicias. Splendide uiuere & delicate, &
mollibus ueſtiri, indiget pecunijs maioribus:
& idcirco bis in rebus prudentes legiſlatores
antiquorum ſoliciti fuerunt, & curam non mo
dicam adhibuerunt tum legibus ſumptuarijs,
de quibus alibi diximus, & modum conuiuijs
adijcientes, & ueſtitui etiam proſpicientes. Le-
gem etiam quandam eſſe apud Corinthios ſcri
bit hoc pacto Diphilus in Mercatore, teſte A-
thenæo, [l]

13 *Eſt optime hic ſtatutum apud Corinthios,*
Obſonijs ſi quem uidemus ſplendidè
Semper frui rogare: uictus ſuppetit
Huic unde, ſiue quid facit? ſi ſufficit
Huic uictui reditus, frui relinquimus.
Si contigit ſupra hunc omnes impendere,
Iubetur id non amplius feciſſe qui
Ni pareat, pœnam ſolent imponere.
Si nil habens prorſus uidetur ſplendide
Vixiſſe, carnifici datur. Per Herculem
Nulli licet vixiſſe ſic furtis ſine
Intelligi. Sed eſt neceſſe noctibus
Spoliare, furarive: uel cum quopiam
Habere partem, falſa teſtari, in foro
Falsò uel accuſare. Peſſimum genus
Purgamus hoc, & per Iouem rectiſſimè.

Et eandem legem primum ab Amaſi Ægypti
rege latam ſcribit Herodotus, [m] indeque &
14 mutuatum Solonem. At in ueſtibus curam
etiam geſſerunt Ephori Lacedæmoniorum ut
quotidie inſpectiones obirent ueſtimentorum
ut ſi quid in illis forte à decenti iuſtoque orna
15 tu alienum inuenirent, corrigerent. [n] Ca-
nit Lycurgus ne iuuenes amplius, quàm una
ueſte uno anno uterentur, ne alius alio cul-
16 tior agrederetur. [o] In qua taxatur ſuperflui-
tas & ſtultitia Neronis Claudij, qui nullam
17 veſtem bis induit. [p] Habebat in animo Alexan
der Seuerus Cæſar, omnibus officijs genus ue-
ſtium proprium dare, & omnibus dignitati-
18 bus, ut à ueſtitu dignoſcerentur. [q] Gratianus,
Valentinianus, & Theodoſius ſtatuerunt, ne
Senatores more chlamydes ferrent, ſed penu-
lati & togati, dum ſederent potiſſimum in con
ſilio, eſſent, officiales quoque penulati cum
interiore toga cincta: ſerui non niſi byrris,
19 aut cucullis uterentur. [r] Arcadius & Hono-
rius inhibuerunt intra urbem, vſum tzangarũ
atque bracharum, exilio & confiſcatione bono
20 rum alioquin imminẽte. [s] Honorius & Theo
doſius inhibuerunt ſeruis maiores crines & pel
21 lium indumenta intra urbem. [t] Indicta eſt ali-
quando à ſenatu ſententia, ut ſeruos à liberis
cultus diſtingueret, *deinde apparuit, quantum pe*
riculum

h Io. Gothus, li. 12. hiſt. Gothor. c. 24.
i Pſal. 143.
k Beroſ. lib. 3.
l Athenæ. lib. cap. 2.
m Herodot. in Euterpe, ſeu lib. 2.
n Aelia. lib. 4. de uar. hiſt. c. 7.
o Iuſt. ex Trogo, lib. 3.
p Suet. in Nerone, c. 30
q Lamprid. in Alexan.
r l. 1. de habitu quo uti oport. intra urb. lib. 14. Cod. Theodo. tit. 10.
s l. 2. & 3 eod. tit.
t l. 4. eod.

22 *riculum imminet*. Inquit Seneca, [a] *ſi ſerui noſtri*
nos numerare cœpiſſent. Per inſulam Vtopiæ una
forma ueſtitus eſt, niſi qua ſexus habitu diſcer
23 nitur,& cœlibatus à coniugio.[b] Placuit & Ro
manis,veſtitu dignitates quodammodo ſecer-
nere, ideoque & prætextas veſtes habuerunt
quintuplicis differentiæ,regales,augurales, cō
ſulares, ſenatorias, equeſtres, quas explicat
Vuolphangus Lazius,[c] & maiorū 14. annorū,
unde prætextata ætas.[d] Latus clauus dabatur
Senatoribus:[e] Trabea præfectis potiſſimū præ
torio.[f] Paludamentum propria conſulum,[g] &
eorum qui loco cōſulum ſortiebantur prouin
cias. Toga magiſtratibus prætexta: penula com
munis omnium: exomidæ ſubſtrictæ fœminis
ſolis Romanis olim relictæ, ut molles tunicæ.
Cheiridotæ,quæ erant prolixæ,ultra brachia &
manus longe lateque diffuſæ,ad ulnas cruraq;
aduerſus oculos protegenda, ut ait Gellius.[h]
24 Caſtitati magis propriæ, quàm quas permiſit
Lycurgus, qui noluit in ſua republica uirgi-
nes,& fœminas eſſe omnino apertas: unde & ir
riſæ à Poetis, dictæ φαινομηρίδες, id à patentibus fe
moribus,ut & Ibicus Andromanes dixit, quòd
viros furere faciant. Si quidē tunicæ uirginalis
conſutæ pennæ nō erant ab inferiori parte, ſed
aperiebantur,ſimulque nudabāt totum ſemur
inceſſu,ut ſcribit Plutarchus.[i] Cōtempta certe
ſibi,uel nō egregie obſeruata pudicitia,nec pa-
res ī hoc uirtute Lacedæmonij Romanis,apud
quos tamen Lazarus Bayſius [k] contendit ge-
nus veſtimenti hoc quoque fuiſſe, & tunica-
rum Romanarum mulierum non fuiſſe conſu
tas alias, uerum pallium tunicæ, quod eam
opperiret,impoſitum,idque ex Ouidio firmaſ-
ſe uidetur, dum is ait,[l]

Pallia ſi nimium terræ demiſſa iacebunt,
Collige,& immunda ſedulus effer humo.
Protinus,officij pretium patiente puella,
Contingent oculis crura uidenda tuis.

Verum non inde id mihi perſuadetur, nam
nec inibi de diſſutis mentio, ſed quòd efferen-
do & excutiendo pallio, contingat etiam nuda
ri crura, ſi patiatur puella, ſenſiſſe puto Oui-
25 diū. Quamobrem & cautum decreto, Octauio
Frontone prætura functo à Quinto Halerio cō
ſulari,ne ueſtis ſerica uiros fœdaret.[m] Multo-
que magis turpis mulieribus uiſa Senecæ,[n]
dum ait, *Video*, inquit, *ſericas ueſtes, ſi ueſtes uo-*
candæ ſunt, in quibus nihil eſt quo defendi, aut mem
bra, aut corpus, aut denique pudor poſſit, quibus ſum
ptis mulier parum liquido nudam ſe non eſſe cura-
bit,&c. Negauit uxori ſuæ huius uſum Aure-
lianus Cæſar, propter pretij magnitudinem:
ſic enim ſcribit Flauius Vopiſcus,[o] *Aurelia-*
num ueſtem holoſericam neque ipſum habuiſſe in
ueſtimento ſuo, neque alteri utendam dediſſe: &
cum ab eo uxor ſua peteret, ut unico pallio blatteo
ſerico uteretur, illum reſpondiſſe, abſit ut auro fila
26 *penſentur*. Æqualis namque tunc ſericum, &
aurum erant æſtimationis: ut non immerito
etiam, ſicuti ex naufragio auro ſaluato deci-
mæ pendebātur ei qui ſaluarat: ſic & ſtatutū in
legibus Rhodijs [p] de ſerico ſicco cōſeruato,his
uerbis, τὰ δὲ ὁλοσηρικὰ, ἐὰν ἄβροχα σωθῶσι, δεκά-
τας ἐπισφερέτωσαν, ὡς ἅμα ὄντα, τῷ χρυσίῳ, ἀλλ' ἐὰν βρα
χῶσι, καθίζέσθωσαν τὴν ἀποτρίβην καὶ τὴν ἀποβρο
χὴν, καὶ οὕτως εἰς συμβολὴν ἐρχέσθωσαν, i. holoſerica,
ſi ſicca ſaluata ſint, decimas ſoluunto, tanquam auro
paria: cæterū aſpergine commadefacta, exſiccan-
27 *tur, & ita ad collationem ueniunto.* Et Dio Caſ-
ſius [q] ſericum barbaricæ luxuriæ texturā dicit,
ab ijſque ad luxum mulierum inuectā, quæ ta
meri hodie nihil frequentius inter illas,ut quę
nec purpuræ parcunt,quæ regibus & ſenatori-
28 bus fuit tātum peculiaris.[r] Prohibitū ab Octa
uio[s] purpura palmatis pictiſque uti ueſtibus,
29 quas habuit peculiares principatui. Gordian[t]
ſenior,[t] aurum etiam ueſtibus intexere prohi-
buit,quod aliquando fecit Aurelianus.[u] Omis
tam tot formas inuiſas ueſtium recentes, qui-
bus quotidie iam paratæ uileſcunt, & impen-
diorum anſam uberrimam adijciunt,dum Pro
teum imitantur: ut ſi maritus uellet harum ue-
ſtium onus ſubire, non dotis certe fructus,nec
quoque ſuum uel proximorum amplum patri
monium ſufficere poſſit. Vt non poſſim ſatis
laudare legiſlatores,qui etiam huic negotio o-
30 pem tulerunt,& loculis. Qualis fuit Ioannes
Ducas Imperator Oriētis,qui decreto ſancijt,[x]
ne quis ſubditorum uteretur ueſtibus Aſſyrijs,
Babylonicis, Italicis, uarijs artificijs confe-
ctis, ſericis: niſi is, quiſquis eſſet, cum omni
familia in ordinem cogi, ac notari ignomi-
nia uellet. Vtque his contenti eſſent, quas Ro-
manæ, ſcilicet Conſtantinopolitanæ, prouin-
31 ciæ, ac manus præberent. In Gallia quoque
modus impoſitus ueſtibus,& muliebribus luxi
bus edicto [y] Caroli 9. anno 1565. 21 Ianuarij.
Similiter Germaniæ, in comitijs habitis Au-
guſtæ Vindelicorum,ſub Carolo 5. Maximilia
no,[z] anno Domini 1548. ut conſtat ex politica
conſtitutione,inibi edita patria lingua, in La-
32 tium tranſlata per Iuſtinum Goblerum. Fuit-
que olim à Cæſaribus ad terrendam ueſtium
exquiſitarum temeritatem,impoſita penſitatio
intextis ueſtibus auro & argento.[a] At permit-
tunt leges ueſtibus nuptialibus maiorem ſplē-
dorem,& auream intexturam, quā uetant quo
tidianis:[b] prohibent tamen auratas, ac ſericas
33 paragandas.[c] Iulius Cæſar quoque,conchylia
tæ ueſtis & margaritarum uſum,niſi certis per-
ſonis & ætatibus, perque certos dies, ademit.[d]
Quæ quidem omnia admonent maritum, ne
ueſtitum uxori porrigat ultra uires, dignitatē,
& iuris permiſſionem: alioquin certe onus Æt-
na grauius erit ſubiturus. Et hæc hactenus de
ſecundo onere matrimonij.

a Seneca, lib. de Clemen.
b Tho. Mor. li. 2. Vtopiæ.
c Vuolph. Lazius, lib. 2. commen. reip. Ro. cap. 3. & ſeq. & lib. 8.
d l. 1 § 8 da ll. he. exhib. li. 43.
e tit. 20.
f Lamprid. in Alexan.
g Ammia. Marcell. lib. 26.
h Liuius, lib. 2. Dec. 5.
h Gellius, li. 7. cap. 12.
i Plutar. in uitis, in cōpa. Numæ & Lycur.
k lib. de re ueſtiaria, c. 15.
l Ouid. 2. de arte amand.
m Corneli. Taciti lib. 2.
n Senec. lib. 7. de benefic.
o Flauius Vopiſcus in Aureliano.
p in legib. Naualib. Rhodior. excuſſis per Oporinū Baſileę, tit. 40. περὶ ναυ... δ... ἐν... κτ.
q Dio Caſſius, lib. 43.
r Xiphil. in M. Vlpio Traia.
s Dio, li. 49.
t Iul. Capitol. de rebus geſt. Gordian.
u Vopiſc. in Aurel.
x lib. 2. iur. Orient. in conſti. Ioā Ducæ, tit. περὶ ἱματίων, de ueſtium.
y Edict. du Roy Charles ſur le faict & uſage des ſoyes, & reglement dōne a ſes ſubiectz en leurs habillemens.
z in Politia Caroli 5. art. 9. 10. & 12.
a Conſtanti. L. 3. ſi propt. pub. penſit. uen. fuer. celebr. li. 4. C titul. 46.
b l. 1 auri. lice. in fren. & equeſtr. ſell. &c. lib. 11. C.
c l. 1 & 2. de ueſtib. holober. & aurat. eo. libr. C.
d Suet. Tranq. in Iulio Cæſare, c. 43.

De reliquis oneribus matrimonij. Cap. XX.

1 *Tertium onus matrimonij, concubitus eſt.*
2 *Vxor habens uirum inutilem, cenſetur uidua.*
3 *Vxor urit: & lex de concubitu non frequentando.*
4 *Vxorem infirmā curare ex onere debet maritus.*
5 *Vxorem infirmam ſuper fructus dotis non tenetur curare maritus, ſi ea habeat patrem, uel bona per ſe.*
6 *Vxorem captam an teneatur maritus redimere.*
7 *Vxorem an teneatur maritus ſuis ſumptibus ſepelire.*
8 *Vxorem ſepelire gratius, quàm ducere.*
9 10. *Vxori uidua an alimenta per hæredes, & quā diu debeantur.*
10 *Vxori uiduæ prægnanti curator & alimenta decernuntur uentris nomine.*
11 *Vidua quid eſt.*
12 *Vxori an debeatur habitatio poſt mortē à marito.*
13 *Liberi debent ali a parentibus & inſtitui.*
14 *Liberi quando alantur à matribus.*
15 *Liberi quoque tenentur alere parentes.*
16 *Liberos non erudientis pœna, & liberorum non alentium parentes.*
17 *Patris officium, dotare filias.*

Spurios

Spurios filios an teneatur pater donare. Et remiſſiuè.

18 *Vxor ſummum & præcipuum onus maritis, & pene inſupportabile, uerum tolerandum.*

19 *Vxor etiam mortua cum uiro litigat.*

20 *Vxor peruerſa, liberorum cauſa plerumque ſuſtinetur.*

1 Tertium onus dicitur eſſe concubitus, nempe reddere debitum coniunctionis, ut dicunt, uxori, ad quod tenetur:[a] ut mutuo etiam uiro uxor obſtringitur. Verum iſta ſemper parata, ille non utique. Sic uterque non habet poteſtatem

2 ſui corporis, ſed in coniugis eſt arbitrio.[b] Alioquin mulier, quæ maritum habet inutilem, uidua cenſetur.[c] Igitur hoc onus conſtitue, uel ex ſententia Heſiodi,[d] dum tradit quòd mulier,

εὕει ἄτερ δαλοῖο, καὶ ἐν ὠμῷ γήραϊ δῶκε,

Vrit ſine torre, & ad crudam adducit ſenectam.

3 Solon huic oneri temperamentum adhibuit, authore Plutarcho:[e] ſtatuit enim, τὴν νύμφην τῷ νυμφίῳ συγκατακλινομένην, μήλου κυδωνίου κατατρώγειν, καὶ τρὶς ἑκάστου μηνὸς ἐντυγχάνειν ἀυτὸν ἐκείνῃ, i. *uoluit ſponſam cum ſponſo concubituram prius delibare malum cotoneum: & eum cum illa tantum ter in menſe congredi.* Moderate enim uenereis utendum eſſe uoluit, quia, ut ait Plato,[f] id commodum eſt. Eſt & continendi tempus deſinitum à iure, poſt quod redeundum dicunt.[g]

4 Quartum infirmam curare: & idcirco quæ ſupra dotis fructus in eius ægritudinem impenderit, ſibi expendit, & affectioni, & pietati, nec repetit.[h] Neque quicquam prætermittere, potiſſimum ſecundum dotis qualitatem debet, quod uxoriæ ſaluti conducere poſſit,[i] alioquin dos ei auelleretur. Quod intelligendum

5 ait Chaſſaneus,[k] & Socinus,[l] niſi mulier haberet patrem, qui uidetur teneri alere filiam in eo, quod eſt extra fructus. Quomodo uxor alenda in ſanitate, & in ægritudine ſit, conſtante matrimonio, late tractant gloſ. Dynus, Bartol. & Angel.[m] Iacob. Aretin. Cinus, Bald.

6 Angel. Salycetus.[n] Angel. Areti.[o] Quintum, ut captiuam ab hoſtibus liberare, & redimere cogatur. Hoc autem Rabinis receptum procul dubio: at apud nos remitti debitum poſſe, & ceſſare puto. Et proinde ſtatutum, ut ſi quis redemptam duxerit, ne poſſit, quæ eius rei cauſa impenderit, repetere.[p] Cæterum ſi uxor pendente matrimonio capta ſit, maritum poſſe impenſam repetere arbitror, ſi non donet: quia & mater, ſi antequam filium redimat, proteſtetur ſe uelle repetere, repetit, etſi nihil dicens, non repetat.[q] Sic conſtituit dotem, datum uxori ut proximos ſuos redimat, uel filios alterius tori.[r] Sextum, ut mortuam teneatur ſepulturæ mandare, ſi ea propria bona, nec dotem habuerit, ex quibus alioquin funeris impenſa deducitur,[s] quæ eum ſequitur, ad quem dos reuertitur. Da ſuo enim expedit mortuos funerari, ut ait Vlpia.[t] Itaque hoc onus marito iniungitur tantum, dum mulier dotem non habet, nec hæredes, & quando pater eius ſoluendo non ſit:[u] aliter non tenetur. Qua ſolutum matrimonium, & ita onera deſinit ſubire uir,

8 ut ait Baldus,[x] & Ludo. Roma.[y] Sunt aliqui tamen, quibus leuius onus hoc eſſet cæteris, & gratior expenſa, quibus ut Chæremon ait, γυναῖκα θάπτειν κρεῖττόν ἐστιν ἢ γαμεῖν, *uxorem ſepelire gratius & melius, quàm ducere.* Vbi iam cœpit quibuſdam ſeneſcere, ſi credamus Iuuenali, qui ita ſcribit,[z]

Si uerum excutias, facies, non uxor amatur.
Tres rugæ ſubeant, & ſe cutis arida laxet,
Fiant obſcuri dentes, oculique minores,
Collige ſarcinulas, dicet libertus, & exi,
Iam grauis es nobis.

9 Septimum onus, ut poſt mortem ex bonis ſuis, uiduis uxoribus, caſte tamen uiuentibus, teneantur mariti alimenta, & uiduitatis ſubſidia præſtare intra annum luctus: ex conſuetudine ſaltem Toloſana, quæ ad id mariti cogit heredes, & ultra annum, quamdiu, ſi dos data fuerit marito, eam hæredes retinebunt dotem, & incrementum ſeu adiacamentum ex conſuetudine debitum.[a] Iure tamen ciuili communi, heredes tenentur tantum præſtare alimenta uiduæ, quamdiu dos eſt apud eos, ſi uxor non habeat alia bona, unde ſe alat, non aliter: ut tractant interpretes communi calculo poſt Accurſiũ,[b] qui multis hoc firmat rationibus, quas non tranſcribam. Et certe uidetur illa reſolutio æquior, niſi filij heredes ſint, qui uiduam ut matrem alere teneantur.[c] Alioquin ſoluta mulier eſt à lege uiri, morte ipſius, ut diximus, dum de ſolutione ageremus. Quocirca æquum non eſt ab extraneis heredibus ali, cum priuilegiũ coniugale perſonale ſit, nec tranſeat ad heredes:[d] cumque ea poſſit copulari, ſi uelit alteri potiſſimum ſublatis hodie pœnis: quod pertinet ad infamiam nubentium intra annum lu-

10 ctus.[e] Niſi ſe uterum gerere ex præmortuo uiro uidua diceret, ſiquidem tunc, uentris potius nomine, alimenta conſtituuntur, & in hanc rem curator decernitur, qui cibum, potum, ueſtitum, & tectum præſtet mulieri, pro facultatibus defuncti, & dignitate eius, atque mulieris, ut reſpondent Vlpianus & Caius.[f] Alia itaque cauſa uiduarum non prægnantium, quæ parum, aut nihil, ad matrimonium pertinere uidentur. Quanquam enim uiduæ uirum, & eius dignitatem repræſentent,[g] & eius priuilegia: tamen uerum eſt, non eſſe matrimo-

11 nium, ideo onus alimentorum ceſſare. Docet & nomen, cum uidua ſit ea, quæ ſine uiro eſt: etſi nunquam uirum habuerit.[h] Sic Macrobius[i] uiduam dictam notat, quaſi ualde diuiſam, aut à uiro diuiſam: quia *duare*, lingua Etruſca, diuidere eſt. Vnde & idus uocatur, dies quæ menſem diuidit. Et Iulius Pollux,[k] mulier à uiro ſola relicta, uidua eſt: ſicut & à muliere relictus, uiduus. Vnde χηρωσταὶ dicuntur, qui generi deſerto in hæreditate

12 ſuccedunt. Octauum unus à Rabinis præſcriptum, de præbenda domo, ſeu habitatione, eandem habet diſtinctionem iure ciuili, ac ſuperius ſeptimum: & expreſsè uidetur diſcerni re illud, quod Iacob dixit Thamar[l] nurui ſuæ, poſt mortem mariti, eſto uidua in domo pa-

13 tris tui. Nonum eſt alendi liberos ex matrimonij ſuſcepto, quod patris potiſſimum eſt:[m] cuius nomine & erudire, & impendia in inſtitutionem facere tenetur. Nam ea alimen-

14 torum nomine ueniunt.[n] Atque eam inſtitutionem deberi quoque à parentibus filijs, iam alibi docuimus.[o] Porro ſi mater ſit locuples, & maritus pauper, hoc onus ad illam, nutriendi pertinet:[p] ſicuti & minorem triennio lactandi.[q] Alioquin citra neceſſitatem, pater liberorum hoc alendi habet onus, non mater.[r] Accedit & iſtis ſolicitudo liberorum quælibet alia ultra, & uitæ & aliorum neceſſariorum.

Duxi uxorem, inquit Demea,[s] *quam ibi miſeriam uidi, nati filij,*

Alia

a ca. gaudem[us], de diuor. c. 2. de coniug. lepro. gloſſ. in l. 2 §. ſi non propter, ſi quis cautio. ff. c. 2 de transl. e. prælat.
b 1. Corin. 7. c. non debet, de conſan. & affi.
c gl. l. ſi. § ne[illegible]. orbatus, ad le. Fla. de plagia.
d Heſio. in Erg[a].
e Plut. in uita Solon. & in le. connubial.
f Plato, in Timæo.
g ca. fœmina, 30 q. 1.
h Alex. Impe. l. quod in uxorem, l. 13 de neg. geſt. C.
i l. ſi cum dotem, §. ſi autẽ, ſol. mat. in ff.
k Chaſſan. in conſuet. Burg. rit. des droicts apparten. a gens mariez § 23. uerſ. octaua cõcluſio.
l Soc. cõſ. 226. in l. ſi cum dotem, §. ſin autẽ, ſol. mat.
m in d. l. quod in uxorem, de neg. geſt.
n in § fuerat, in q. 13 de actio.
o [illegible]
p l. 2. & l. ſi is, qui ſe ab hoſtibus, l. 22. de captiu. lib. 8. C. tit. 51.
q Diocletia. & Maxi. in l. ũ liberi capti, l. 17. eod. tit.
r Pau. l. quamquam, l. 21 & Vlp. l. ſed etſi idem, l. 22 ſol. matr. in ff.
s d. l. quod in uxorẽ, de neg. geſt. C. & Vlpi. l. ſi quis, l. 16. & Papin. l. ſed ſi non dũ, l. 17. & l. ſic pro ca., l. 27. de relig. & ſump. fune. lib. 11 ff. titu. 7. l. Celſus, 26. & ſeq. eod.
t Vlpi. in l. ſi & quis, l. 14. §. idẽ Labeo, de relig. & ſumpt. fune.
u Pompo. l. quæ nulla, l. 28 eod.
x d. l. quod in uxorem, de nego. geſt.
y Ludo. Rom. conſ. 517.
z Iuuenal. Saty. 6.

a tit. de neceſſ. ſoc. uidua in cõſuet. Tholoſ.
b Accurſ. in l. uni. § exactio, ad uer. reſtituẽdis, & ibi Bart. & alij ſcrib. de rei uxo. act. lib. 5 C. tit. 13 & in l. ſi cum dotẽ, §. ſi autem, ſol. matr. in ff. gl. in l. diuortio, eo. gl. in l. pe. ut in poſſ. lega. in ff. Angel. tamen uidendus, de modo alẽdi & quomodo, & ut non ſeorsũ, ſed cum hæredib. ad §. fuerat, nume. 9. de actio.
c Vlp. l. ſi quis a liberis, l. 5 de libe. agnoſ. lib. 25. ff. tit. 3.
d Vlpi. l. mariti, l. 13. & Pau. l. quale, l. 14. ſol. matr. lib. 24. ff. tit. 3.
e c. pen. de ſecun. nupt.
f Vlpian. l. 1. §. mulier autem, de Carni. & uẽtre in poſſ. mitt. l. 3 de uent. in poſſ. mitt. li. 37. ff. tit. 9.
g l. ſi. § uidua, ad munici. l. 5. de incol. li. 10. C.
h l. malum, §. uiduã, de uerb. ſigni.
i Macrob. li 1. Saturn. c. 15.
k Iul. Poll. lib. 3. c. 3.
l Geneſ. c. 38.
m l. ſi § ipſum autẽ filium, de bon. quæ liber. lib. 6 C. l. uol. §. ſi ſeat, de rei uxo. act. C. l. 1. § 4. de alen. ſi. C. lib. 5. titu. 25.
n l. ſi quis a liberis, de lib. agn.
n l. alimẽtis legatis, de alim. & cib. lega.
o In præludio. pri. iuriſc. lib. 2. c. 40.
p authen. ſi pater, diuor. fac. apud quẽ libe. edu. deb. lib. 5. C. tit. 24.
q l. pro. C. de patr. pot.
r l. 1 pri. de lib. agnoſ. in ff.
s apud Teren. in Adelph. circa initium.

*Alia cura:porro autem dum ſtudeo illis,ut quā-
plurimum*
Facerem,contriui in quęrendo uitam, atque ętatem meam.
Nunc exacta ętate, hoc fructui pro labore ab ijs ſero,
Odium:meam autem mortem expectant.

a Halicar.in 2. antiq.

Romulus authore Dionyſio Halicar. [a] primū,
neceſſitatem colonis impoſuit educandi quic-
quid eſſet maſculum, & è filiabus primogeni-
15 tas.Verum poſtea iura ad omnem patrum par
tum,ut diximus,hoc prærogarunt ius. Sicut &
contra,liberi omnes,egentes patres alere tenē-
tur: [b] Id enim natura ſuadet, qua beneficia
rependere tenemur: [c] & animalium,ferarum-
que quarundam exempla quæ rependunt pa-
rentibus ſenibus,& defectis uiribus officium &
16 uicem.Erat & lex Athenienſium,quæ à dicen-
do uel uerba ad populum faciēdo prohibet eū,
qui patrem,aut matrem uerberauerit, uel non
aluerit,aut intra habitationem ſuam non rece
perit:nam ab eo qui aduerſus eos, quos æque
uenerari ac Deos oportet,eſt improbus,nō po-
teſt niſi malum ciuitas expectare, ut ait Æſchi
nes.[d] Apud eoſdem tamen alia lex,quam Ale-
xis poeta laudauit,non cogi filios eos parentes
alere,à quibus aliquam artem edocti non fuiſ
ſent,ut ait Vitruuius. [e] Refert eandem ad Solo
nem Plutarchus. [f] Meminit & Galenus. [g] Erat
& alia huic ſimilis illis, non teneri filium ali-
menta patri uel habitationem tradere, ſi eum
mercede proſtituiſſet. [h] Et iura etiam ciuilia [i]
tollunt hac ratione patriam poteſtatem. Mor-
tuum tamen ſepelire iubebat, ac ei iuſta face-
re: quia lex & numen ipſum hominem conſe-
17 quitur,etſi is non ſentiat. Decimum onus eſſe,
patris,& matrimonij dotare filias:conſentiunt
Iuriſconſulti [k] cum Rabinis. Porro longa eſt
controuerſia,num quos liberos tenemur nutri
re uel alere inſpecta gratia iuris canonici, ut
adulterinos & ſpurios eiſdem teneamus dotes
conſtituere,quam non explico,quia extra ma-
trimonij onus eſt,ſed remittam lectorem ad Ni
18 colaum Boerium qui eam explicat. [l] Porro ut
oneribus ſummum & extremum, aliorumque
cauſam ſubijciamus,& mulierem ipſam etiam
ualde oneroſam dicunt uiris, & hoc unus ma-
lumque meliori quo poſſis condimento feren
dum,uel tollendum. [m] Vxorq; ferenda, ut ait
Plutarchus:[n] etſi uix ſuſtineri poſſit.[o] Sic Anti
phanes quoq; dixit, φορτίον τὴν γυναῖκα. *onus gra
ue mulierem:* Plus namque aloes, quàm mellis
habet,ut ait Iuuenalis.[p] Et iterum, [q]

Semper habet lites,alternaque iurgia lectus,
In quo nupta iacet minimum dormitur in illo:
Tunc grauis illa uiro,tunc orba tigride peior.
Cum ſimulat gemitus occulti conſcia facti,
Aut odit pueros,aut ficta pellice plorat.

19 Scribit Alciatus,[r] Romę in ſaxo inſculptū Epi
taphiū, uerū litigioſi matrimonij teſtimoniū,
quod nec poſt obitū quieſceret,hunc in modū,
Heu uiator miraculū hic uir & uxor nō litigāt.
Qui ſimus nō dico:at ipſa dicā,hic Bebius ebrius
Ebriā me nūcupat:heu uxor,etiā mortua litigas.
20 Cæterum & liberorum habendorum gratia,
plerique mores aduerſos coniugum ſuſtinent:
ueluti docuit Socrates,dum interrogatus ab Al
cibiade, cur tam iurgioſam mulierem domo
non abigeret: interrogationem diſſimulans di
xit,cur tu clamoſas gallinas domo non abigis?
& cum Alcibiades reſpondiſſet, quia mihi pa-
riunt oua: & mihi, inquit Socrates, uxor Xan-
tippe parit filios. [s]

b l.ſi quis a liberis, de lib.agnoſ.in P.cum ſimil.
c l.ſed etſi leg. §.conſuluit,de petit. hæred. P.
d Aeſchin.aduerſ. Timarch.
e Vitru.in pręf. li.6 de archite.
f Plut. in uit. Solon.
g Galen. orat. exhort.ad art.
h Aeſchi.prædi.loco.
i auth. ſi lenones, de epiſco. aud.C.
k l. q liberos, de ri.nup.in P. l.ſi.de dot.pro miſſ C.cum ſimilib.
l deciſ.127.nu. 11.12 13.
m Aul Gell li. 1 Noct.c.17.
n Plut.in Præcept.cōnubial.
o §. 1 ut ſine prohibi matri. debitis, & credit &c.in auth. coll.7. glo in l. ex his, de legi.
p Iuue. Saty 6.
q Idē, d.Satyr.
r Alcia.li.2 parerg.c.12.
s Diog. Laert. in uit. Socrat.

Axiomata quædam nuptiarum com munia. Cap. XXI.

1 *In matrimonijs honeſtas inſpicienda.*
2 *In matrimonijs ius pontificum ſequendum.*
3 *In matrimonijs dubijs pro matrimonio iudicandum.*
4 *Matrimonio dubio pro eo defertur iuramentum cum uno teſte, & alijs adminiculis, & quę ſunt adminicula,quę probant matrimonium, & pręſumptiones.*
5 *Mulieri iuranti uel aſſerenti ſe ab aliquo fuiſſe cognitam,uel aliquem ſub matrimonium promiſiſſe,non creditur.*
6 *Matrimonij cauſa, & num quis ſit ex legitimo matrimonio procreatus,iuſtia,pertinet ad forum eccleſiaſticum,non ad laicum.*
7 *Coniuges uel ſponſi poſſunt adire iudicem laicum, ut cogat aduerſarium nubere,uel redire.*
8 *Contra matrimonium ſententia lata non tranſit in rem iudicatam.*

1 IN coniunctionibus legitimis ſem
per & quod licet, quódve hone-
2 ſtum, inſpiciendum. [t] In matri-
monijs iudicandis & in his quæ
ad ea pertinent, præponimus ſanctiones ponti
3 ficias ciuilibus. [u] In ambiguis, pro matrimo-
nijs iudicamus & pro coniunctionibus potius,
4 quàm pro ſolutionibus. Idcirco ſi quis petat v-
xorem adiudicari ſibi, utpote eum qua dicat
matrimonium contractum, ſi probet per v-
num teſtem, defertur ei iuramentum neceſſa-
rium in ſupplementum probationis pro matri
monio, [x] etſi quidam repugnent: [y] non au-
tem contra matrimonium. [z] Idem ſtatuitur in
uxore petente maritum,ſi modo indicia & præ
ſumptiones aliunde cōcurrant,ueluti annulo-
rum delatio, [a] frequens familiaritas, [b] & ſi-
milia his, adhibita cōſideratione qualitatis æ-
qualitatis perſonarum,num fraus uel aucupa-
tio fuerit matrimonij. Et proinde per has pe-
riſtaſes melius eſt committi delationem tunc
iuramenti arbitrio iudicum, ut monet Sicu-
lus. [c] Atque unus teſtis cum fama probabit
matrimonium contractum & factum, dum-
modo alteri matrimonio nō fiat præiudicium,
quod fuerit manifeſtum cui per clandeſtinum
ita probatum non obeſt, [d] etiam ſi ambo confi
teantur clādeſtinum; cum teſte uno & fama.[e]
Adminicula quoque, præſumptioneſque ma-
trimonij,inſtrumenta dotalia, & pacta dotali-
cia ſunt: [f] tamen cum tabulis perpendenda cē
ſet Papinianus,[g] ſi præceſſerit, uel adfuerit ma
ritalis affectio, uel honor, perſonis compara-
tis,vitęque coniunctione conſiderata: neque ta
bulas facere matrimonium. Addunt etiam ad-
minicula, & ſemiplenas probationes,epiſtolæ
à maritis uel cōiugibus miſſæ, ſi de fide earum
conſtiterit:ut nonnullam fidem inſtrumento-
rum eſſe decretum reſpondit Scæuola.[h] Et Pa-
pinianus. [i] uerba enuntiatiua in epiſtola pro-
lata obligationem quidem nullam producere,
ſed probationem impleri poſſe ait. Et quamuis
plena probatio ex epiſtolis non utatur, [k] ta-
men confeſſionis ſpecies contra confitentem
5 multam cum adminiculis alijs probabit. Pla-
cuit tamen ſupremis curijs non eſſe dādam fi-
dē dicēti,ſe ſtupratam uel raptam fuiſſe ab ali-
quo: Scribit Nicolaus Boerius, [l] & reſpondit
Barbatia, [m] & Stephanus Bertrandi Carpētora
tēſis:[n] nec creditur iuramētu uel aſſeuerationi
mulieris

t l.ſemper, de reg. iur. P. l.ſemper, de rit.nup. P.
u c. ſin. de ſec. nup ap Grego. §. ult. quomo. oport epiſco.in auth.coll.1.§. fin. ut cleri. ap prop. epiſc.col 6.
x deciſ.171. capel Tholoſ Ho ſti. & collectar. in c. mulieri, de iureiur.
y ca. letor, de ſent. & re iudi. gl in l.3 §.1.in uerbo agam, de iureiu in P.
z gl. & Pan.in c.mulieri, de iureiu. glo in l.3. §.1 eod.in P.
a ca. illud, de præſump.
b l. 12 liberti, de rit.nupt. P.
c Sicut in d.ca. mulieri. per c. fin. de iureiur. lōcta l.3 §. quicunque. eo.tit.
d deciſ.172. capel.Tholoſ.Innoc in c. præterea,de teſtib.& in c.illud, t. de præſump. facit gl in c.3 de appell.c.nemiem, in t. de teſtib.
e Io Andr in c. 2 de cland.deſponſ.
f l.neq; ab initio,l.24. de nupti. C. §. nuptias,eo.in auth.
g Papi.l.donationes 12 cōcubinaru, l.31.de donat. li.39 P. titu. 5. facit l.ſi uicinis, C. de nupt.
h Scæ. in l pa. de probat.libe. 22. P tit. 3.
i Papinia. l.Pa ſtia.l.26 §. fin. depoſ. lib.16.titu.3. facit l.ſi quis,§ codicillis, de lega.3 l. emptor,§ ſi.de pact.in P.
k Lonn epiſtolis. l. nō nudis, C. de probat. l. pe.in ſi.qui potio C l. generaliter,de nō numer pecun C.l. nec profeſſio, C.de teſtib
l Boer deciſ. 299
m Barba. cōſ. 29.
n Steph.Bertr cōſ. 193. uol.3.

mulieris ſine aliæ probatione aſſerentis uirum in eam conſenſiſſe per uerba de præſenti;[a] ſicut nec ei creditur, qui dixit ab aliquo ſibi mortis etiam nim illatam, niſi alijs idipſum fulciatur
6 probationibus.[b] Cauſa matrimonij ualidi uel inualidi, debet agi & decidi coram iudice eccleſiaſtico, non coram laico: item num quis ex legitimo matrimonio natus ſit,[c] quia mere eſt ſpiritualis.[d] Idcirco neque principaliter, neque incidenter tractari poteſt coram ſe-
7 culari iudice. Poteſt tamen,[e] alter coniugum, uel ſponſatorum, iudicem ſecularem adire, ut compellat ſponſum, uel ſponſam, ad contrahendum matrimonium, ſi non controuertatur, vel dubium non ſit de ualiditate ſponſaliorum, ſed tantum petitur, ut impleatur pro-
8 miſſio, quanquam iurata fuerit. Singulare & illud, ſententiam latam contra matrimonium, non tranſire in rem iudicatam contra, ſi pro matrimonio.[f]

a c mulieri, c. 14 de iureiurã. libr 2. Decreta. tit 14.
b Vlpi. l. 7 § 1. ad SC. Syllan. c c. 1. & c. conſtam quo, & c. latoi, ca 5 qui fil ſint legi. ap. Greg.
d ca. tuam, de ord cognit.
e Abb. in c. ex litteris, in 2 in 4 notab. de ſpõſal. Fel. in c. pręterea, num 23 eod.
f cap. lator, de Sent. & re iud.

De dotis repetitione ſoluto matrimonio. Cap. XXII.

Lib. 24 P. tit. 3. Lib. 5. C. tit. 18. Lib. 4. Decret. tit. 20.

1 *Soluto matrimonio dos repetitur.*
2 *Obſeruanda plura in dotis reſtitutione: & in primis quid placuerit de ea.*
3 *Pacta dotis ſoluendæ minutatim per plures annos à ſenatu iuſte improbata.*
4 *Dotis reſtituendæ annua bima trima die &c. Et quale hodie tempus maritus in reſtitutione dotis conuenitur in quibus facere poteſt tantum.*
5 *Dotium non ſolutarum quæ debentur uſuræ.*
6 *Secunda obſeruantia, ſi nihil pactum de dotis reſtitutione, conſuetudines municipales loci.*
7 *Tertia obſeruantia, dotis profectitiæ & aduentitiæ diſtinctio.*
Dos filiæfa. à patre profecta, ad patrem quibus rationibus redeat.
8 *Dos mortua filiafa. cum liberis, an ad patrem redeat, uel filiorum ſit.*
9 *Dos matrisfami. remanet penes liberos.*
10 *Dos ex pacto reſtituenda extraneo, in caſu, & pacto ſolutionis, & de reſtituenda, non obſtantibus liberis.*
11 *Dos aduentititia filia uel uxore mortua, cui reſtituenda ſit.*
12 *Dotalis res pendente matrimonio, etiam aſſentientibus uxoribus, alienari nequit ullo modo, nec uſucapi.*
13 *Dotalis res æſtimata in dotem datę, num poſſint alienari.*
14 *Dotales res mobiles, quæ & quando alienentur.*
15 *Dotalium rerum immobilium quando ualeat alienatio: nempe ſi neceſſaria, ſi cum fraude uxoris pręſentis, ſi maritus lucretur poſtea, ſi inuito conſentiat uxor.*
16 *Actio reſtitutionis dotis ex ſtipulatu, transfuſa in eam rei uxorię actionem.*
17 *Dotali ualidè re alienata: nihilominus datur repetitionis actio in hęredes mariti, niſi inquantum in utilitatem uxoris conuerſum.*
18 *Dotalis res non eſt empta ex pecunia dotis, interea, non repetitur.*
19 *Dos repetitur à muliere in foro mariti mortui, non ab extraneo.*

1 QVæ onerum matrimonij cauſa dari dotes conſtitit,[g] ceſſante cauſa, & matrimonio diſſoluto, non erit abſurdum eaſdem repeti.[h] Sic M. Antoninus Cæſar cum moneretur, ut Fauſtinam repudiaret ob adulterium, uel occideret, reſpondit:[i] *uxorem dimittimus reddamus & dotẽ*, de imperio loquens, quod eius ratione erat aſſecutus. Solon,[k] quoque ſtatuit, ut qui uxorem ſuam à ſe exturbaſſet, dotem ei reſtitueret: alioquin interuſurium ſeſquidragmale, ob moram reddere cogeretur. Apud Græcos etiam illum morem obſeruatum, dotem repudiatis coniugibus redditam, docet interpres Homeri[l] his uerbis, ἴδοι τί νεν ἑαυτὸν ἐξ οἴκων γυναῖκα ἀπὸ πέμψῃ, χρήματα ἀποτίνειν τοῖς αὐτῆς συγγενέσι, καὶ τῷ πατρί, &c. Alioquin uero & iure mulier habetur pro indotata, ſi dos nõ poſſit omnino peti, uel pacto, uel alio modo prohibita, ut ait Paulus.[m] Et idcirco illud inutile pactum, in quo id
2 ipſum fit. Cæterum in reſtitutione, obſeruanda plura ſunt, quia illa non ſemper in tuto eſt, nec integre reperitur: cum ob inopiã mariti,[n] qua in datione fideiuſſores accedere prohibentur;[o] tum etiam ob pacta & mores, qui huic præiudicium faciunt. Itaque in primis obſeruendũ, quid placuerit de reſtitutione in dotis traditione, inter eos qui dotem repetere poſſunt,[p] id enim proculdubio ſeruandum erit,[q] ſi terminos præfixos reſtitutioni à lege non tranſgrediantur, in fauorem ſcilicet dotis reſtituendæ citius, non in prorogatione diei,[r] niſi iuſta ſit cauſa conuentionis huiuſmodi, ut notat Iulianus Iuriſconſ.[s] Veluti, ſi longiori dilatione dos ſoluta fuerit, & placuerit eadem dilatione
3 reſtitui patri, cui filia ſucceſſerit.[t] Cum tamen ſubſellis inter aduocatos aſſiduus eſſem, in curia ſuprema Toloſæ, anno Domini 1564. 21. Febru. placuit ſenatui in cauſa cuiuſdam *De las Tours* pacta conuenta matrimonij, quibus pater pollicebatur dotem ſe ſoluturum mille librarum ſingulis annis per ſeptenas libras, improbata ſunt: & ſtatutum ſemel ſoluendam, nõ obſtante patriæ recepta conſuetudine, quæ eo loci obtinebat: non enim ſunt minima incommoda particularis ſolutionis,[u] & actus legitimus diem nec conditionem recipit,[x] poſſetq́; interim mori uxor, & lucro hoc priuari maritus nondum die ſolutionis perfecte adueniente: ſubitque integra onera ſtatim maritus, etſi ſæpius integram uxorem. Dies longior erat reſtituendæ dotis poſt ſolutionem matrimonij, annua bima trima die, hoc eſt, intra tres an-
4 nos:[y] quod emendatum hodie Codicis iure,[z] & cautum, ut exactio dotis celebretur, non annua bima trima die, ſed omnino intra annum, in rebus mobilibus, uel ſe mouentibus, uel immobilibus (ſcilicet alijs quàm ſoli, ut nominibus ſeu debitis) cæteris uidelicet rebus quæ ſolo cõtinentur, illico reſtituẽdis, diuiſione facta fructuum pro tẽpore, quo ante durauit matrimoniũ,[a] remanente tamen priuilegio mariti, eo uiuente diſſoluto matrimonio, ut conueniatur pro ijs, quæ in pondere, numero, mẽſuraue conſiſtunt: & pro mobilibus, in quantũ facere
5 poſſit, non in ſolidũ.[b] Et hoc tempus ſicut conceſſum eſt creditoribus dotis ad dotem reſtituẽdem liberũ, ſic non prolongatur impune: nam eo exacto ob moram uſuras debent, non quidẽ ſeſquidragmales tantũ, ut pendi iuſſit Solõ, ſed quadrantales ex ſanctione Iuſtiniani,[c] quę ſũt tertia pars centeſimę. Placuit etiam Senatui Pariſienſi 7. Februarij 1538.[d] in cauſa cuiuſdam Catharinæ de Bery, uſuras pro ceſſatione ſolutionis dotis quicunces ſtatuere. Eſt enim ea iuſta æſtimatio prouentus patrimonij quæ ue conſtituit, & æquat ueram rei totius ęſtimationem

in

g ex l. pro oneribus. de iur. dot. cum ſimi. ſupra cita.
h c 2. & 3 & ſi de dona. inter. & uxor. ap. Greg. tit. ſolu. matr. quemad. dos pet. in P. Vlpian. in l. ſi ego Seia, 10 & l. ſtipulationẽ, 29. de iur. dot. lib. 23. P. tit. 2. l. fin. C. ſol. matri. l. 5 item 18 l. dotis, 9. eo. tit.

i Iul. Capitol. in uita M. Ant. Philoſ.
k Alex. ab Alex. li. 4. genia. diet. c. 8.
l Interp. Hom. in Odyſſ.
m Pau. l. ſi patri datem, 12. de pact. dotiu 23. P. tit. 4 l ut autem, 16 eod.
n § maritũ, 15. & ſeq & l etiã, 19. ſol. matr. P.
b in condẽnatione, de regu. iur. l. non tantũ, & l. ſed hoc ſto, de re iud. P. Ratio ponitur, in § 1. de aut. ſtudo. li 2. feudo. tit. 13.
o l. 1. & 2. ne ſi deiuſſor. dot. dent. C.
p l. 1. de pact. dotal.
q Pompo. l. ſi dos, l. 7 Iulia. l. de die reddendæ, l. 14 eod. in P. Paul. l. ſi un°, l. 22 § 9 & in ſpecie de pact. in P. l. legẽ quã dimiſit. C eo & l. 1. de pact. conuen. C. l. uni § illud, de rei uxor. act. C.
r Caius, l. 1. l. 22 & Pau. l. ut autem, l. 16 & Procul. l. Antiſtius, l. 17. de pact. dot. Vlp. l. iuriſgentium, l. 7 § ut puta, de pact. in P.
s Iulia. l licet, l. 19 de pact. dotal P.
t Vlp in l. aliud eſt, l. 19. de pac. dota.
u l. 3. fam. erci ſcun. P.
x l quoniã in prioribus, de inoff. teſtam. C. l. actus legitimi, de reg. iur.
y d. l. aliud, de pact. dotal.
z l uni. § cum autem, & § exactio, de rei uxor. act. li. 5. C. tit. 13.
a l. de diuiſione, ſol matr. ll. 24. P. tit. 3.
b d § cum autẽ, l uni. de rei uxor actio l. ſi ita, § elegãter, ſolu. matri. P. l. ſunt qui, de re iudic. P. § item ſi de dote, de action. apud Iuſtinia.
c Iuſtin. l. cum quidam dotes, § ſi. de iur. dot. C. de fructibus, l uideamus. 3. § ſi actionem, de uſur. cum ſimilib.
d Pap. libr. 11. chaplo. ... tit. 4. arreſt.

in uiginti annis.[a] Exiſtimauit tamen Ange-
los,[b] Iacob.Cynus,& Gofredos,[c] hæredem di
uitem teneri ſtatim quoqua mobilia dotalia
ſoluere, nec dari annum: quamuis reclamentr
Bartol.[d] Salic.[e] Videndus at Lodouicus Ro-
ma.[f] Alexander,[g] & Paul. Caſtren.[h] qui in-
telligunt ſtatim mobilia hunc reſtituere, niſi
ex horum retentione annua, iurium mobilium
quædam commoda percepturus fuiſſet. uide &
6 Nicolaum Boerium.[i] Secundo, ſi pactum nul-
lum ſit reſtitutionis, conſideranda oportet leges
municipales, ſi quid ea de re ſtatuãt: illæ enim
7 ius facient, ſi obſeruatæ ante fuerint.[k] Tertio,
obſeruãda eſt dotis diſtinctio, ut ſi profectitia,
mortua filiaſa. in matrimonio, patri, aut auo,
in cuius erat poteſtate, reſtituenda ſit:[l] ne du-
plici damno pater, amiſſione inquam filiæ, &
iactura dotis, afficiatur:[m] neve iniecta amiſſio-
nis formidine, patres à liberalitate erga libe-
ros exercenda, reuocentur.[n] Item quòd dos ali
mentorum cauſa à patre data uidetur, ue ex fru
ctibus ſe alat:[o] & uſufructuario mortuo, uſuſ-
fructus ad proprietatis Dominũ redit.[p] Quod-
que, ſi dotem cum Bartolo & alijs in locum le-
gitimæ ſuccedere credamus,[q] præmatura ſit le
gitimæ datio ante mortem patris.[r] Neque e-
tiam iure Pandectarum habebat filiafamil. hæ
8 redes, qui poſſunt ei in dote ſuccedere. Contin-
git autem hic dubitari, num filiafamil. decedẽ-
te in matrimonio cum liberis, ad patrem re-
deat dos, an uero relinquatur penes liberos. In
qua quæſtione duo anteſignani pugnantes,
Bulgarus & Martinus,[s] alijs diſputandi dede-
runt cauſas: ille namque Bulgarus, pertinere
ad patrẽ nõ obſtantibus quoque porat liberis,
quem ſequuti Ioannes, & Azo in Summa tit.
ſol.matri. Martino, & Placentino, & alijs diuer
ſum ſentientibus. Agitatur & fuſiſſime per in-
terpretes, in l. dos à patre, ſolut.matr.C. & in l.
poſt dotem, eod.titul. in P. Et inibi repetitione
omnium copioſa Benedicti de Plumbino, qui
9 tertiam & mediam adiecit ſententiam. Ego au
tem lubens accedo ſententiæ Martini, & filios
impedire repetitionem patri conceſſam arbi-
trot per d. l. poſt dotem: alioquin ſi rediret ad
patrem, perperam ſtatutum fuiſſet,[t] nepotes
matris dotam teneri conferre patruis in ſucceſ
ſione aui: cur enim conferre dicerentur, ſi non
haberent?[u] Atque inuenio in iure cautum,[x]
dotem, quæ ad patrem redijt mortua filia, præ-
cipuam relinqui nepotibus in diuiſione hære-
ditatis, uel familiæ, ut eis quæſitam defuncta
matre, non patri audeam dicere: cur enim ali-
ter præcipuam dixeris illis? Et Scæuola[y] idip-
ſum indicaſſe uidetur, dum refert filiam poſſe
grauare patrem de dote ſua reſtituenda liberis,
ſcilicet nepotibus. Neque quiſquam ambigit
filium patrem viſcerum matris eſſe:[z] tenetur
autem pater diuortio uel morte mariti ſoluto
filiæ matrimonio, eidem filiæ reſeruare dotem
acceptam, & reſtituere iterum nubenti:[a] coge-
tur quoque & eandem filijs eius, id eſt, ſuis ne-
potibus reſtituere uel reſeruare. Non etiã quis
inficiabitur, ut opinor, dotis cauſam præcipuã
eſſe, liberos:[b] quamobrem ſoluto matrimonio
morte filiæ (cum liberi ſequantur patrem, nõ
matris familiam[c]) nihil æquius mihi uidetur,
quàm apud maritum & liberos, dotem rema-
nere, eodem remanente onere & cauſa. Apud
eum namque eſſe debet dos, penes quem one-
ra ſunt:[d] alioquin hoc iuri naturæ pugnaret,[e]
ut alter onus, alter lucrum haberet. Nec uideo
quomodo auo reſeruetur tãtum uſusfructus do-
tis filiæ, quæ nepotum ſit, ſi dixerimus nõ filijs,
ſed auo quæri, ſcilicet patri filiæ relinquentis
liberos: quod tamen receptum iure eſt.[f] Perpẽ-
do item Paulum Iuriſconſultum, dum ait,[g]
mulierem filiamfamil. etiam poſſe repetere à
marito ſecundo dotem, ut egentibus filijs ex
alio viro ſuſceptis, ſubueniat: quia, inquit, iu-
ſta & honeſta cauſa eſt. Eam autem talem non
cenſerem, ſi patri filiorum fauor poſtponere-
tur: quòd ſi licet uiuenti, cur non liceat morien
ti non uideo: uel committi in legem Fuſiam
Caniniam, quæ ſublata ut inuida à iure eſt.[h]
Eſtque ſingularitat conſtitutum, ut quod uiuẽ
ti licet in rebus dotalibus, idipſum liceat mo-
rienti.[i] Succurrit quòd filiæ dos proprium pa-
trimonium dicitur,[k] & tanquam æs alienum
patris,[l] nec amplius cenſetur in patris bonis
eſſe, poſtquam conſtituta eſt.[m] Proinde cum
hodie mulier habeat hæredes iure nouella-
rum,[n] etſi olim addubitatum fuerit: uerius eſſe
iudico filios in dote matri, ac in reliquis bonis,
uel mutua ſucceſſione Orficiani & Tertullia-
ni id aſſerente.[o] Potior quippe deſcẽdentium,
quàm aſcendentium in hæreditate cauſa,[p] nul
10 la obſeruata differentia poteſtatis.[q] Verumta-
men placuit Senatui Gratianopolitano, in do-
te repetenda, adueniente caſu ſolutionis, adie-
cto ab extraneo dotem dante, non impediri re-
petitionem à ſuſceptis ex eo matrimonio libe-
ris, anno 1460.[r] Sic enim & ius ciuile adimit
hæredi exceptionem extraneo paciſcenti de do
te ſoluto matrimonio,[s] quo caſu reſtringitur
§. accedit, l. uni. de rei uxor. act. C. Et hæc de pro
fectitia dicta ſint: & de dote filiæ in poteſtate
11 conſtitutæ. Si autem de dote aduẽtitia agatur,
tunc ſi nihil de eius redditione cautum ſit, nec
municipale ius aduerſetur, mulieri uel eius hæ
12 redibus reddi debet.[t] Ex omnibus autem ſu-
perioribus collige, dotem ſoluto matrimonio
reddendam à marito, uel ab eius hæredibus eſ-
ſe: proinde pendente matrimonio maritum nõ
poſſe rem dotalem obligare uel alienare,[u] etiã
conſentientibus coniugibus.[x] Quod legi Iuliæ
de fundo dotali fuit additum, ea prorogata ad
res non Italicas.[y] Et inhibitus actus omnis, per
quem dominium transferatur: hoc enim alie-
nationis nomen hic ſignificat,[z] & alibi,[a] quod
& uſucapionem complectitur.[b] Res quippe
ſubiectæ reſtitutioni, non poſſunt alienari,[c] &
prohibitæ per legem alienari, contractum ma-
læ fidei reddunt, & inutilem,[d] uſucapionemq;
inhibent incipi.[e] Neque ignorare id debuit e-
mẽs, uel uſucapiens, uel ſi ignorauit, iuris igno
rantia non excuſat.[f] Hoc autem fragilitati na-
turæ mulierum conceſſit Iuſtinianus, ne ob eã
in repentinam deducantur inopiam.[g] Sic emẽ
data in fauorem uxorum Iulia, in qua, ut me-
minit Iulius Paulus lib. 2. Selectarum ſentent.
titul. 22. de dotibus, *Lege Iulia de adulterijs*, in-
quit, *cauetur, ne dotale prædium, maritus inuita v-
xore alienet*, ubi notanda uerba, *inuita uxore*, ut
intelligamus non prohibitum ea lege, quin po
ſtea, ſi conſentiret, maritus alienare poſſit. Vt
& Iabolenus firmat.[h] Addere poſſumus fragi-
le eſſe mulierum conſilium,[i] quòd cõtra com-
13 moda propria laborat.[k] Verum hæc obtinere
exiſtimandũ, dum de immobilibus inæſtimatis
datis

gib. l. in transgentium, §. prætor ait, & l. contra iuris ciuilis, de pact. in P.
e l. ubi lex, de uſucap. P.
f l. regula, de iur. & fac. igno. in P. cum ſimil.
g l. unic. §. & cum lex Iulia, de rei uxor. act. C.
h in l. ſi uerſ. ſciendum, de pact. dotal. P.
i l. aſſiduis, l. 11 qui pot. in pig. hab. lib. 8 C tit. 18. l. 2 ad Velleian. in P.
k l. ſi pater pactum, l. 4. de ſponſal. lib. 5. C. tit. 1.

a §. ſi uero ali- cuius, de non alienan. reb. ec clei. in auth.
b Ang. in §. in ter dum, & §. ſi. de fideiuſſo. in auth.
c Iaco. Cy. Go- fred. in l. uni. §. exactio.
d Bar. l. diuor- tio, §. ſi. ſolu. matrim.
e Salic. in d. §. exactio.
f Lud. Rom. ſing. 441
g in l. debitori bus, de re iudi. in P.
h Caſtren in l. non ſolum, ſo- lut. matr.
i Boer. conſil. 30 nu 19.
k Iulia, l. de quibus, l. 32 cũ 3 ſeq. de le- gib. P.
l l. dos à patre, ſol. matr. C.
m l. iure ſuc- curſum, de iur. dot.
n l. 1. de bon. quæ lib. C.
o l. dotis fru- ctus, de iur. do- tium P.
p l. 2. C. de do- natio. quæ ſub mod. l. 2. §. mor te, quib. modis uſusfr. amitt. in P. §. finitur, de uſufruct. ap. Iu ſtinia.
q Bart. in l. Ti- tio centum, de cond. & demõ. in P. l. quoniam nouella. C. de inoff. teſta.
r l. 1. §. ſi impu beri, de collat. bon. lib. 37. P. titu. 6.
s uide gl. in l. dos à patre, ſo- lut. matr. C.
t l. illam, C. de collat.
u l. ſi nomi- ſit, C. de legat.
x l. ſi. in princ. commun. utr. iu- dic.
y Scæuola, l. ſi. ut leg. ſeu fi- deicom. nomi. cauea. l. 30 C ti tul 3.
z l. 1 §. ex re- ſcripto, de uẽt. inſpic. in P.
a auth. ſed quã uis, C. de rei u- xo. act.
b l. 1. ſol. matr.
c §. ſi de pat. pot. §. 1 de leg. agna. tut. ap. Iu ſtinian. l. cum le gitimæ, de ſta. homi.
d l. ſi maritus, l. 47 & l. ſi filij, l. 20 in princ & §. 1 fam. ercisc. P. l. ſi ſi qua ſẽ- chem, de iur. dot. P.
e l. ſecundum naturã, de reg. iur. l. ſin. § 1. & cum in ſecun- dam, de furt. l. 6. C.
f l. 2. & l. quæ- cunque, de bo. quæ liber. C.
g Pau. in l. quã uis mulier, ſol. matr. in P.
h § 1. de leg. Fuſ. Cani. toll. ap. Iuſtinia.
i l. 9 de iure do tium. C.
k l. 3 §. utrum, de minor. P.
l l. ſi. de colla. dot. in P.
m l. 2. in 1. re- ſpõſo, ad l. Fal cid. in P.
n § 1 de hære. ab inteſt. ueni. in auth. inteſta to, de iuis & le git. C.
o ti. ad SC. Ter tull. & de SC. Orficia. § ſi igi tur, de hære. ab inte. ueni. coll. 9.
p l. 1. §. largiº, de ſucceſſ. edi. l. nam etſi pare tibus, de inoff. teſta. P.
q § ſi uero ne- que fratres, de hære. ab inteſt. ueniẽ. coll 9.
r Ioan. Pap. li. 13 rapſo. arreſt. tit. 4. arreſto 10.
s Pau. l. ob rem, l. 20. §. ſi conue nerit, de pact. dot. li. 23. P. ti- tu. 3.
t l. uni. §. acce- dit, de rei uxo. act. C.
u Caius, l. lex Iulia, l. 4. Vlpi. in l. Iulianus, l. 3. & 4 de fund. dota. lib. 23. P. tit. 5 §. 1. quib. alien. lic. ap. Iu- ſtinia. l. uni. §. & cũ lex Iulia, de rei uxo. act. lib. 5 C. tit 14.
x Alex. in ap. l. ſi ſine uolunta te, l. 3. auth. ſiue a me, & auth. ſi qua mulier, ad SC. Velleia. lib. 4. C. titu 29. §. ſi quis igitur, ut immobil. ante nup. do. &c. in auth. coll 3. conſti. 1 §. & illud, ut nul. iu dic. lice. habe. loc. ſeruan. coll. 9. l. ſi prædium, l. 24. de iur. do- tium. C.
y d. l. uni. § & cum lex Iulia, de rei uxo. act.
z l. 1. de fund. dota. C
a l. ſi. § ſin de reb. alien. non alien. C.
b Tripho. Iuri ſconſ. l. ſi fun- dũ, 16. de fund. dotal. in P. l. a- lienationis, de uer. ſign. Iuſti- nian. in l. in re- bus, l. 30. de iu- re dot. C.
c auth. res quæ, com. de legat. §. 1 de reſtit. C. & ea quæ par. in 1 men. col- la 4. in auth.
d l. quẽadmo- dum, l. 7 de a- gric. & cenſit. 11 l. non dubi- um, l. 5. C. de le

datis in dotem agitur, uel de æſtimatis: In quibus electio in repetitione an pretium uel res in ea ſit, ad uxorē pertinet, aliàs contra.[a] Quia, ut ſupra diximus, tunc res æſtimata emptionis iure in plenum trāſit mariti dominium in mobilibus etiam dotalibus. Quidam hanc facultatem adimunt diſtractionis marito,[b] niſi agatur de libertate præſtanda ſeruis dotalibus, fauore libertatis: ut quidem liceat illos, dotales quamuis, marito manumittere,[c] alia alienare non liceat. Alij permittunt, dummodo pretiū mulieri ſaluum ſit: quum lex Iulia, & eius prorogatio, de rebus ſoli agat nominatim, ut con-
14 ſequenter in alijs permiſſum cenſeatur.[d] Ego permiſſioni ſubſcribo, cum id potius ſit in utilitatem uxoris, ſi maritus ſoluendo ſit, uendi mobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt: argumento bonorum minorum, quorum immobilia diſtrahi non debent ſine decreto:[e] at mobilia poſſunt, ea ratione.[f] Atque ut facilius intelligamus, hæc ſic diſtinguo, an mobilia in dotem data, ſint eius naturæ, quę in ſuo genere functionem accipiunt, in pondere, numero, & menſura, conſiſtentia, & tunc periculo mariti dari uidentur, ut ea diſtrahat, & tantundem ſoluto matrimonio reddat,[g] nec puto ideo remorari eorum ſolutionem, quòd ſoluendo maritus non ſit, cum nec fideiuſſio eius dotis nomine peti poſſit.[h] Aut res mobiles alterius generis ſunt, & tunc ſi æſtimatæ ſimpliciter ſunt, uēdi poſſunt à marito, qui pretium tantum tenetur reddere: ſi æſtimatæ ut reddantur, non utiqua ueneunt ſine reuocationis licentia uxori permiſſa, niſi ea conſentiat uel confirmet.[i] Aut inæſtimatæ mobiles ſunt, quo caſu non licet uendere, niſi quæ peritura ſunt,[k] etſi ſit ſoluendo: quia & culpam præſtat & dolum maritus
15 in his.[l] Sed & in immobilium dotalium alienatione reſponſum eſt, eam ualere ex conſenſu mulieris, ſi alienatio ſit neceſſaria.[m] firmatur quoque, ſi mortua uxore maritus qui uendidit, dotem lucretur, ut ait Martianus.[n] Item ſi dolosè mulier uerſata fuerit, nempe quòd obligante marito rem dotalem præſens patiētiam præbuit, ut quaſi ſuas res maritus obligaret, decipere uolens pecuniam dantem, ut ideo Velleiano non reſtituatur.[o] Excipiunt & iuris pōtificij authores conſenſum iuratum uxoris, ut ſi is in alienatione liber interuenerit, non ui, non metu præcedente, firmet alienationem:[p] quamuis Accurſius contrarium ſcripſerit,[q] ratus contra prohibitionem legis contractus nō firmari iuramento.[r] Cui rationi plures aliæ annectuntur à gloſſ. in c. cum contingat, de iureiur. apud Greg. Quæ tamen ueræ ſunt, quando contractus habet perpetuam & abſolutam prohibitionem, quæ tamen in hoc contractu non inuenitur: nam & mulier poteſt Velleiano renūciare. Et ſi iterato poſt biennium quod antea geſſerat firmauerit, non poteſt amplius
16 pœnitere, ſed ratum eſt negotium.[s] Petitur autem reſtitutio dotis, per actionem ex ſtipulatu,
17 in quam transfuſa eſt rei uxoriæ actio.[t] Et quāquam prædium dotale alienatum cōſenſu ſubſiſtente mulieris reuocari non poſſit, tamen repetit procuidubio pretium eius ab hæredibus mariti, niſi quatenus in utilitatem uxoris conuerſum hæredes docuerint, ut notant Speculator,[u] Geminianus,[x] Bartolus,[y] & Chaſſane°,[z]
18 Quòd ſi ex pretio alia res immobilis erupta ſit, illa etſi uideatur ſubrogata, tamen dotalis non eſt: ſed tanquam pro rebus mobilibus annus expectandus eſt, exemplo rerum mobiliū dotalium:[a] & Ludonicus ita Romanus ſe con-
19 ſuluiſſe tradit.[b] Forum autem proprium huic repetitioni placuit eſſe eius iudicis, in cuius territorio maritus debitor domicilium habebat, agente uxore:[c] exigente autem extraneo, qui ſibi reſtitui pollicitus ſit, non utique uerum, ut notant Felinus,[d] Baldus,[e] Boerius.[f]

a l. 1. C. de fun. dotal. l. quod a fundus, l. 1. eodem in P.
b glo. in l. uni. §. & cū lex Iulia, in uerbo, alienare, de rei uxo. act.
c l. 1. de ſer. p. gan. at manu miſſ. C.
d argu. l. cum prætor, de iudi. in P.
e titu. de præd. minor. ſine decret. non al. en. C. & de reb. eorum qui ſub tut. P.
f l. ſi. quan. decret. opus non eſt, lib. 5. C. tit. 72. l. lex quæ tutores §. & de ad. miniſt. tut. C.
g Caius, l. res in dotem, l. 43. de iur. dot. in P. l. æſtimata, ſo. ſol. matr. P.
h l. 1. & 2. ne fideiuſſ. dot. petan. C.
i l. æſtimatis, l. 3. ſol. matr. P.
k l. 1. C. de ſer. pig. dat. l. 2. C. de iur. dot. l. ſi lapidicinis, eo. tit. in P.
l l. etiam, l. 19. ſol. matr. in P. l. in reb°, de iur. dot. in P.
m l. 1. de fund. dota.
n Martia. l. fundum dotalem, l. 17. eod. in P. l. cum uir, l. 42. de uſucap. in P. lib. 41. tit. 3.
o l. ſi ſine uo. luntate, l. 5. ad SC. Velleia. lib. 4. C. titu. 22. l. 2. eod. in P.
p c. cum cōtingat, de iureiur. ap. Grego. c. licet, eod. in 6.
q Accurſ. in l. uni. §. & cū lex Iulia, in uerbo alienare, de rei uxor. actio. C.
r l. non dubiū, in ſi. C. de legibus, l. ſi quis inquilinos, §. fin. de lega. 1.
s l. iubem°, cū authen. ſeq. ad Velleia. C.
t l. uni. i princ. & §. ne no pater, de rei uxo. act. C.
u Spec. tit. de oblig. & ſol. §. 3. uerſ. ſed pone uir & uxor, & ibi Io. Andr.
x Geminia. in c. 2. de pact. in 6.
y Bar. cōſ. 124.
z Chaſſane ad conſuet. Burg. ad tit. des droicts des gēs mariez, §. 19. uerſ. ſed quæro, pone quod uxor

Quando non eſt locus reſtitutioni dotis, uel in toto, uel pro parte. Cap. XXIII.

1 *Dotis repetitionem impedit pactum de lucranda dote, niſi maritus uxorem occidat, uel occiſam non uindicauerit.*
2 *Dos non reſtituitur, ſi eam lucretur maritus ex ſtatuto municipali.*
3 *Dotis partem non lucratur maritus, de qua uxor ſtipulata eſt ſibi licere teſtari, etiam ſi non teſtatur.*
4 *Dos permiſſa, nec ſoluta, eq̄ac lucro mariti, ut ſoluta eſt.*
5 *Dotis augmentum præmortuo uirò Toloſę media pars eſt.*
6 *Augmentum integrum debetur dotis: ſi dos fuerit ſoluta, non aliter.*
7 *Dote non ſoluta, num debetur augmentum, etiam ſi fides de dote habita ſit, in quo docetur contrarius ſibi Guido Papæus.*
8 *Dotis lucrum & agmenti ſit mortua tantum uxore, uel uiro poſt concubitum, & exiſtente filia nubili ætate.*
9 *Dotaliam rerum, & tantundem à marito facta in Gallia communicatio.*
10 *Dotem amittebat ea, cuius culpa diuortium fiebat.*
11 *Datum marito non repetitur ſoluto matrimonio.*
12 *Dos adultera uxoris conuicta pertinet ad maritum, & donatio propter nuptias ad uxorem ex adulterio mariti, niſi liberi ſint.*
13 *Dotem num amittat propter oſculum, uxor, at adultera.*
14 *Dotem non amittit nupta, ex adulterio matrimonij anterioris alterius non accuſata.*
15 *Dotem ob adulterium uxoris petere non poteſt uir, qui etiam adulter eſt.*
16 *Dos olim retenta ob malos mores uxoris.*
17 *Dotales res inæſtimatę datę marito, cum repertorio ab uxore conſumptę, non reſtituuntur ab hæredibus mariti.*
18 *Dos reddita pendente matrimonio ſoluto iterum repeti nequit.*
19 *Dos ex quibus cauſis pendente matrimonio, ab uxore repeti poſſit legitimè.*
20 *Dotem num teneatur maritus, vel hæredes eius reſtituere, quàm non accepit, uel non petijt à patre uxoris, vel alio qui deſijt eſſe ſoluendo.*
21 *Inſtrumenta dotem datam dicentia, non faciunt fidem, niſi doceatur.*
22 *Dotem quę impenſæ minuant, ut integra non reſtituatur. Tributa rerum dotalium marito cum fructibus perceptis computantur, nec minuunt dotem.*
23 *Dotes minui retentione quomodo intelligendum eſt.*

1 CAſus aliquos operæpretiū eſt annotaſſe, quibus ceſſat reſtitutio dotis. Primus, ſi pactū factū ſit de lucranda dote, diuortio uel morte uxoris,

a l. eum in fundo, §. ſi fundus communis. de iur. dot. in P.
b Ludo. Rom. conſ. 227. incip. In habes, l. uni. de rei uxor. actio. C.
c l. exigere, & ibi Bar. Angel. Caſt. de iudic. in P. & omnes ferè interp. in l. cunctos populos, de ſumma trinit.
d Felin. in c. 1. nu. 4. ſuma. de ſponſal.
e Bald. in rubr. de priuil. dot.
f Boer. conſil. 10. nu. 20. 23.

tis, tunc caſu contingente, retendo fit: [a] niſi is
vxorem occiderit, [b] uel occiſæ ſegniter necem
ultus fuerit, [c] nec prætaxtu lucri, eius uitæ inſi-
dietur: quo tempore ab eo dos in fiſcum, nō in
proximos vxoris, ut ab indigno, transferretur. [d]
2 Secundus, ſi conſuetudo approbata ſtatuat ui-
ro ſuperuiuenti uxori, dotem lucro fore, ſicu-
ti Toloſæ receptum eſt moribus & ſtatuto mu-
nicipali, niſi aliter proſpectum pacto fuerit. [e]
Et idē obſeruari dixit Cadurci Guillalmus Be-
3 nedictus. [f] Hic tamen non ommittendum cen
ſeo, mulierem poſſe teſtari de ea quantitate do
tis, de qua ſtipulata eſt à marito, uel in pactis
matrimonialibus, ut ſibi liceret: imo ſi non te-
ſtatur, eam quantitatem vel partem ſtipulatā,
lucrante marito morte uxoris dotem, transferri
ad ſibi ab inteſtato ſuccedentes. [g] Meminit &
4 ſimilis cuiuſdam ſtatuti Salicetus. [h] Placet &
lucrum mediæ partis dotis, uel totius, præmo-
riente uxore, maritum quærere, etſi dos ſoluta,
pendente matrimonio, non fuerit, ſed tantum
promiſſa: quia ex ſola promiſſione mulier do-
5 tem habere uideatur. [i] Et cautionem dare, &
cautionem accipere, pro eodem habētur. [k] Sic
etiam præmoriente marito ex conſuetudine
Toloſana, mulier, quę per annum luxerit virū,
lucratur pro additamento dotis, quod uoca-
mus adiancamentum, tantum, quātum eſt me
dia pars dotis ſuę: ut ſi in dotem mille libras de
derit, reſtituantur illi mille quingentæ. Et ita
obſeruatur ex conſuetudine non ſcripta, ut om
nes Toloſę norūt, & notat Ioannes de Caſa ue-
teri. [l] In quo falſus eſt Guillelmus Benedicti,
dum ait, [m] mulierem ſuperſtitem marito, ui-
duam agentem uitam per annum, lucrari tan-
tum tertiam partem dotis ſupra eius ſummā:
nam media non tertia eſt, tertia tamen Cadur-
6 ci. Vera nihilominus ſunt reliqua quę ſubijcit,
ita demum lucrum hoc deberi uxori ſuperſtiti,
ſi dos ſoluta ex integro ſit: alioquin pro modo
ſolutæ, mediam partem lucri, non ratione to-
7 tius promiſſæ, eſſe perpendendam. Vel nihil lu
crari, ſi nihil attulerit, etſi fides de ſolutione ha
bita fuerit: quo caſu Senatus Toloſani placitū
inter Raymundum Page ſe & Annam de No-
ne uiduam fratris Raymundi, prolatum 26.
Aprilis 1505. ſingulare eſt ab eodem annota-
tum, [n] cui adſtipulatur ius ciuile. [o] Et in hac
quęſtione ualde incertus, nec ſatis cōſtans Gui
do Papæus mihi uidetur, ſiquidem ſibi ipſi ad-
uerſarius eſt: in quęſtione namque 30. aſſerit
ſe in ea opinione fuiſſe, ut non debeatur aug-
mentum, ſi dos non fuerit ſoluta. *Supra* inquit,
q. 274. *tetigi qualiter augmentum dotis, ſiue dona-
tio propter nuptias, facta uxori contemplatione ma
trimonij, non debetur, niſi dote ſoluta, ſed pone &c.*
Et paulo poſt tamen ait, ex *forma inſtrumento-
rum, quæ,* inquit, *fides ſit de dote, uxor lucratur do
tem, ſiue maritus terminos* (ſunt eius uerba) *dede-
rit ad ſoluendum dotem, ſiue non.* Eadem poſtre-
ma firmat & in quęſt. 565. quibuſdam rationi-
bus. Adſtipularer ego lubentiſſime, ut debea-
tur augmentum etiam non ſoluta dote, ſi dila-
tionem dederit ſoluendi dotem maritus, intra
quā mortuus fuerit, prout quę adducit Papęus
8 intelligi poſſunt. Et habita conſideratione, ut
mulier fuerit traducta in domū mariti, ut de lu
cro etiam dotis conſuetudines [p] intelligunt,
exceptaque cauſa ut dicemus adulterij. Sed &
requiritur in traductione, ut ætatis ſit nubilis,
antequam lucretur morte eius dotem uir, uel
cum ea concubuerit in domo uel alibi, uel per
eum non ſteterit, ſed per illam, puta ingreſſam

a ſ. ſi maritus, de ſtip. & ea quę par in 11. men. in auth. l. licet don. de iur. dot. P. l. ſi pater dotem. de pac. dotal. P.
b l. ab hoſtib. § ſi. ſol. mat. P.
c l. ei qui mortem, de iis qu. ut indig. P.
d l. cū moriſ, de iur. fiſc. P. fa cit l. 2. C. de iis quib. ut indig.
l. Papinianus, §. meminiſſe, de inoff. teſta. P. l. Claudius, in fi. de iis quibus ut indig. P.
e in conſuetu. Tholoſ. tit. de acq. rer. do §. 9. & tit. de dote, § 2.
f Guil. Bened. in repet. c. Raynutius, in uerbo, mortuo itaque teſtat. nu. 64. par 2.
g l. 8. mulier, 35 de iur. dot. li. 5 C tit. 12.
h Salic. in d. l. ſi conſtante, ſol. mat. Guid. Pap. deciſ. 665. nu. 3.
i gl. in l. un. §. ac. edit, in uerbo, fecerit, de rei uxor. act. C. expreſſè Paul. in d. l. cum poſt mortem, l. 44. § 1 de admini. tut. li. 26 ti. 7. P.
k l. 8. ad l. Fal. lib. 5. C. titu 40. l. ſi patron, de donat. in P l 3. § edicto, de calumniat.
l Ioan. de Caſa ueteri, in commenta. conſue. Tholoſ. in §. ſi. de neceſſar. uxor. & uiduar.
m Guil. Bene. in c. Raynutius, ad uerba & uxorē nomine, nu. 62.

n Idem Bene. ubi ſupra, uide Nicola. Boeri. deciſ. 22 num. 19. & 23 & 17. 31. 22. 24. 25 26.
o auth. ſed quę nihil, C. de pac. conuen §. illud, § pen. de non elig. ſec. nub. colla. 1 authē. donatio, in 8. C de dona. ante nup Ang. ad §. fuerat, col. 27 ibi, & aduertas, de actio.

p §. 1. & 2. de dotib. in conſuet. Tholoſ.

monaſterium. Sic enim tradūt interpretes Bal-
dus, Lodouicus [q] Bolognēſis, & alij, quos uide-
bis apud Nicolaum Boerū relatos. [r] Boerius [s]
tamen refert iudicatum die 13. Aug. 1534. Bur
degal. Senatu, & Pariſienſi, quòd ſi uxor quę pa
cto non tenebatur, niſi poſt quinquenniū, dotē
dare, deceſſerit ante, maritum ui ſtatuti non lu
crari dotem, ut notant Angelus, [t] & Iaſon, [u] &
tamen uxorē, decedente marito intra terminū,
9 lucrari adiancamentum. Sūt mores itaque na-
tionum & locorum perpendendi. Meminit an-
tiquæ conſuetudinis Gallorum Iulius Cæſar [x]
hac de re, iiſdemque, quæ ſequuntur, uerbis, *vi
ri quantas pecunias acceperunt ab uxoribus dotis
nomine, tantas ex ſuis bonis æſtimatione facta cum
dotibus communicant. Huius omnis pecuniæ coniun
ctim ratio habetur, fructuſque ſeruantur uter eorum
uita ſuperarit, ad eum pars vtriuſque cum fructi-
10 bus ſuperiorum temporum peruenit.* Quartus, ſi
culpa uxoris diuortium factum fuiſſet, lucra-
batur maritus dotem, quemadmodum & illa
donationem propter nuptias, ſi culpa mariti: [y]
uidelicet quando aliter uxori reddenda dos eſ-
ſet, non autem ſi alius præter illam quæ dedit,
cauerit ſibi adueniēte diuortio uel morte. Huic
namque nullo modo nocet culpa uxoris diuer
tentis, [z] neque etiam filiæfa. repudium patri in
11 dote profectitia præiudicaret. [a] Quintus, ſi do-
nationis puta titulo, ante matrimonium, uel
pendente, aliquid datum à patre uel matre ma
12 rito; ſoluto matrimonio non repetitur. [b] Sex-
tus, ſi mulier in adulterio deprehenſa & conui
cta ſit, dote priuatur, ut innuit Horatius, [c] dum
de adultera loquitur.

—ve pallida lecto
Deſiliat mulier: miſeram ſe conſcia clamet,
Cruribus hęc metuat: doti, deprehenſa,

Nempe ſi mulier adulterium cōmittat, & eius
criminis expers ſit maritus: dotem enim tunc
lucratur [d] ſi liberi ex eo matrimonio non fue-
rint. Nam ſi ſint, illorum dotis erit proprietas,
vſufructu tantum ad uirum pertinente, ut no-
13 tat Ioannes Andręas. [e] Sicuti & lucratur dona
tionem propter nuptias uxor, ſi maritum reum
adulterij peragat. [f] Porrigit & Baldus [g] amiſſio
nem dotis, ueluti ob adulterium, ſi uxor laſci-
uiosè & turpiter paſſa ſit ſe oſculari, aut manus
amatorias ad mammas admoueri. Subſcribit
Ioan. de Ripa, [h] & alij, quos ipſe refert: putarūt
namque ea certiſſima eſſe præludia ad adulte-
rium; potiſſimum apud Italos & Hiſpanos, ut
ait Ouid. [i]

Oſcula ſi dederis fiam manifeſtus amator,
Et dicam, mea ſunt, iniiciamque manus.

Firmant & has ſuſpiciones gloſſæ iuris ciui-
lis, [k] & pontificij: [l] uerumtamen ego non exi-
ſtimo hoc uerum in Gallia, & ſic ſequor Di-
num: [m] ita ſentientem, & Alciatum. [n] Adulte-
riumque hic factum non faciendum conſide-
ro, cum has inter moras faciendi pœnitētia co-
gitationis poſſit reuocari à crimine, ut de falſa
14 moneta dicitur. [o] Atque hæc quoque in adul-
terio commiſſo tempore eius matrimonij, de
quo agitur, intelligere par eſt: nam qui aliàs
meretricem, uel adulteram, impudicamve du-
xerit, ob id repudiare non poterit, nec dotem v-
ſurpare. Sicuti iudicatum à C. Mario prætore,
pro Fannia uxore Ticinij Mintuonenſis, apud
15 Valer. Maximum, [p] contra Ticinium. Sed &
obſeruandum hic quoque, ut ab adulterio
alienus ſit maritus, qui lucrum quærat, id eſt,
ut neque ipſe adulterium cum alia commi-
ſerit: nam tunc non lucraretur, [q] ſed delicta
mutua

q Bal. in l. pe. §. ſi quod cum fal. in au. authe. act. & ibi Lud. Bologn. in primis annotatio. Bald conſ. 276. 2. uol. Abb. Siculus, conſ. 79. uol 2.
r Nicol. Boer. deciſ 22. num. 37 & ſeq.
s Boeri. q. 22. nu. 40. & 41.
t Ange. conſil. 152. inci. quod ſi aſſignod.
u Iaſ. in l. 8. donaturus, § ſi.
x Iul. Cæſ. li. 6. bell. Gall.

y l. conſenſu, §. hæc niſi, & §. ſin autem cauſam, de repud. C. l. Lucius, ſol. matr. in P.

a l. ſi doté manente, de iur. do. in P.
b l. dubium, C. de repud. l. ſi filia, de diuor. in P. l. filiæ emancipatæ, ſol matrim. in P.
b l. ſi mater noſtra, l. 12. de do. int. ante nupt. li. 5. C.
c Horat. Satyr. 2. lib. 1 ſermonum, in fin.

d c. pleruſque, de don. int. uir. & uxor. in P. l. conſenſu, l 8 §. uirū, de repud. C. & ibi glo. uidenda.
e Io. Andr. ad d. c. plerunque.
f l. ſi. C. de repud.
g Bal. in c. tuę, de procurat.

h Ioſ. de Rip. in rubr. de iud. col. 3.

i Ouid. 2. de arte aman.

k gl. in l. quod ait, l. 23 in uerbo, in ipſa, ad l. Iul. de adulte. in P facit ca. 2. quib. mod. feu. amitt. in uſibus feud.
l gl. in c. ne aliſ. qua. 27 q 1. facit c. tuę, de procurat.
m Din. in l. 2. ſol. matr in P.
n Alc. lib. 4. par. c. 10.
o in l. qui falſam, ad l. Cor. de falſ. in P.
p Val. Max. li. 8 titu. 2. in Mario.

q ex intellexi. mus, de adulte.

motua compenſatione tollerentur.[a] Neque etiam mores uxoris corrupiſſe arguator, uel lenocinium admiſiſſe: pari enim modo à lucro ſubmoueretur, & ab accuſatione, & indignus
16 lucro, pœna afficiendus eſſet oterque.[b] Olim ob malos mores uxoris ſoluto matrimonio retinebatur dos, quam uxor iudicio de moribus perdebat: ſicut Cn. Domitius iudex pronunciauit, mulierem uideri plus uini bibiſſe, quàm ualetudinis cauſa poſceret, uiro inſciente, & dotu multauit, teſta Plinio.[c] Hoc tamen poſtea iure expunctum, uetita ob id ſolutione & reten-
17 tione dotis.[d] Alius caſus etiã notabilis & quotidianus, ut ſi mulier bona habens mobilia, ea det marito cum inuentario uel repertorio, ſi ea conſumantur pendente matrimonio, hæredes mariti non tenentur ad æſtimationem, ut notat Baldus & Chaſſaneus,[e] niſi æſtimatæ datæ eſſent res: quia tunc conſumptio nõ minuit
18 dotem.[f] Ceſſat etiam ſoluto matrimonio dotis integra repetitio, ſi iam anticipata ſolutione maritus teſtitoerit: Bona fides enim repugnat, ut idem bis exigatur, ut ait regula iuris:[g]
19 bonæ fidei autem actio eſt hęc repetitio.[h] Sunt quippe plures cauſæ, quæ permittunt cõtra regulam generalem,[i] ſingulari quadam humanitate & æquitate dotem ante ſolutum matrimonium repetere: ut ſi alterius tori liberos legitimos fame pereũtes, uel ab hoſtibus captos, quibus ſubueniendum ſit, habeat: aut ſi alendi ſint eius parentes, uel fratres, uel aliæ neceſſariæ perſonæ,[h] uel ſi maritus ad inopiam uergat, & declinent eius facultates.[l] Vt & iudicatum in Senatu Pariſienſi 13. Febr. 1497.[m] Item
20 ſi uir deportetur manente matrimonio.[n] Sed nom decedente uxore uel marito, cum dos repeti poteſt à marito, poſſit impediri, dicẽte marito uel hæredibus eius, ſe non eam accepiſſe à patre promiſſam. Et certe quidam dicunt hãc negligentiam nocere marito & eius hæredibus, non uxori, quæ perit, ac ſi accepta fuiſſet:[o] quia promiſſione facta in maritum transfertur periculum. Contrarium tamen uerius, nec teneri maritum:[p] niſi ipſa remiſerit dotem ſine conſenſu uxoris, aut confeſſus fuerit ſe recepiſſe, quam non recepit, quia uidatur donare:[q] uel niſi mortuo patre promittente, neglexerit petere ab hærede eius, tunc enim imputabi-
21 tur.[r] Sed & dos inſtrumentorum tantum tenore conſcripta, & quæ non probatur corporaliter tradita, non repetitur à muliera, ut data, ſi mariti bona fiſco addicta ſint:[a] nec etiam ſi alij creditores ſint mariti, qui preferuntur.[s] Nec creditur inſtrumentis, quæ quotidia ea formula fiunt, dotem datam fuiſſe: niſi doceatur de reali datione ſecũdum ſingularem unam gloſ-
22 ſam.[u] Minuunt etiam alia dotem, ut integra non reſtituatur, impenſę factę in rès dotales utiles, & neceſſariæ:[x] non uoluntarię,[y] uel mudicę neceſſarię:[a] ſicut nec tributa pro rebus dotalibus ſoluta, utpota cum fructibus conferenda.[a] An autem minuant dotem in caſtrum expenſę pro defenſiona eius, & pro lite ad recuperationem rerum dotalium, Iaſon late explicat.[b] Minuit & funeris impenſa dotem, ut ſu-
23 pra docuimus.[c] Cęterum hoc obſeruatione dignum hic exiſtimo cum Paulo Iuriſconſ.[d] ut quod dicitur, impenſas neceſſarias dotem ipſo iure minuere, non eo pertineat, ut ſi forte fundus in dotem ſit, deſinat aliqua ex parte dotalis eſſe: ſed niſi impenſę reddãtur, aut pars fundi, aut totus retineatur: ſed ſi tantum in fundum dotalem impenſum ſit, per partes, quãti fundus eſt, deſinera eum dotalem eſſe Scæuola dicebat, niſi mulier ſponte marito intra annum impenſas obtulerit. Quod notabile duco, pro repetitione dotis, cui incrementum ſeu adiaucamentum pro modo & quantitate eius accedit, ut impenſæ non minuant conſtitutionem primam dotis, ſed retentionem lucri uel dotis pro rata parte inducant, ſalua conſtitutione.

De priuilegijs dotis in hypotheca & alijs. Cap. XXIIII.

1 *Priuilegia dotis quatuordecim.*
2 *Doti ſoluendæ obligata bona uxoris, & contra repetitionis eius cauſa bona obligata mariti.*
3 *Dotis repetendæ cauſa uxores habent hypothecã in bonis mariti, etiam potiorem anterioribus creditoribus, & rationes dantur.*
4 *Vxor in repetitione dotis, an præferatur creditoribus expreſſam anteriorem hypothecam habentibus.*
5 *Num pro confeſſata dote, præferatur in hypotheca anterioribus creditoribus uxor: & fiſco.*
6 *Dotis hypotheca initium temporis habet à die contractus matrimonij, etſi tunc ſolum non fuerit.*
7 *Caſus quibus priuilegio non utitur prioritatis hypotheca uxor.*
8 *Hypotheca priuilegium non datur extraneo repetenti dotem.*
9 *Hypotheca, quæ mulieri pro dote repetenda prioritatis competit, non datur ei pro additamento repetendo.*
10 *Dotis priuilegium aliud, ut alienari nequeat.*
11 *Dotis priuilegia alia. Et ſuppleri in ea ſtipulationem de reſtitutione: ſitq́; actio pro ea bonæ fidei: ſummariam habeat notionem: incerta certa arbitrio reddi poſſit, &c.*

1 PRiuilegia dotis 14. enomerantur & probantur à Ioanne P. de Ferrarijs,[e] & per interpr. in l. 1. ſol. matr. in Pandectis. Ea paucis cõplectar, dempto priuilegio hypothecæ, de quo cum frequens & utilis, uaria & difficilis ſit quęſtio, paulo latius agam, quàm de cæteris: atque
2 ab eo, initium ideo faciemus. Sicuti bona uxoris pro dotis præſtationa tacitè obligata cenſentur,[f] ſic & uiri, pro reſtitutione:[g] quod priuilegium, & in eorum ſucceſſores tranſit.[h] Vt proſpiciatur conſeruationi & repetitione dotium, hypotheca facit: plus cautionis namq́ue
3 in rem, quàm in perſonam.[i] Placuitque Iuſtiniano[k] mulieres, quæ dotes tradiderunt maritis, ſiue res illorũ extent, ſiue diſſipatæ ſint, habera ius repetitionis & hypothecã potiorẽ in bonis mariti, ſupra oẽs creditores mariti, in hypotheca ẽt priores & anteriores: rationeſq́; adferũtur, quia du ſunt, non da bonis omnis ſatisfaciendũ creditoribus. Cui ſimile, quòd uxor pro marito nõ teneat:[l] & inter alios acta alijs non præiudicent.[m] Dehine dotis natura eſt

a l. u. ro & uxore, ſol. matr. P.
b l. cũ mulier, eod. P. & l. mariti lenocinii, ad l. Iul. de adult. in P. l. crimen lenocinij, C. eod.
c Plin. lib. 14. cap. 13.
d l. uni. §. tacenti, de rei uxor. act. C. l. ſi C. de repud. & tribr. C. de repud. & iudicio de mor. ſe ſubl.
e Bald. in l. donatis, per illum text. C. de don. int. uir. & uxor. Chaſſa. in conſuet. Burg. titu. des droicts apparteñs à gẽs mariez. §. 1. ad uerba, & acquetz uer. hẽ quo ro mulier, &c. & in §. 24. eiuſdem tit. in ultimis annotat.
f Bal. in l. æſtimata, ſol. mat. in P.
g l. bona fides, 57. de regu. iur. P. l. emptor, C. de euictio. cum ſimil.
h l. uni. §. ſed etſi non ignorauimus, de rei ux. act. C. l. ſed etſi ſiden, ſol. matr. in P.
i l. uni. ſi dos conſt. matr. rud. cafue lib. 5. C. tit. 10.
k l. quamuis, & l. ſed etſi eadem, ſol. m. tem P. l. n. mus. § ſi. & l. fin. donat. dot. in P.
l l. ubi adhuc, de iur. dot. C. l. ſi conſtãte, ſol. mat. in P. auth. quod locum, de collatio.
m Pap. libr. 15. Rhapſo. arreſt. tit. 4. arreſ. 3.
n l. 1. C. de repud. l. ſi maritus, ſol. matr. in P.
o Maſuer in ti tu. de præſcrip. uerſic. & idẽ ſtũ dotalis. per text. in l. ſi fundum, de fundo dotal.
p l. ſi extraneo, §. ſed ſi pater, de iur. dor.
q l. ſi quis pro uxore, §. ſi uxor, de donat. int. uir. & uxo. P. l. quamuis, §. Marcellus, ad Velleia.
r uide Boerl. deciſ. 329.
s l. ſi quis poſt hac, de bo. proſcri. C.
t l. prædia, de acqu. poſſ. in P. l. ſi cum, C. de non numer. pecun.
u gloſ. in d. l. ſi quis poſtbac, l. 3 in uerbo, dotalium.
x §. ſi minus, uerb. ob retentionem, de act. l. 1. & l. quod dicitur, in 1. & ſic incip. & l. utiles, de impenſ in reb. dot. fact in P.
y l. ſi ooluotat. §. cuſt. & l. uni § ſed neq́ impenſas, de rei uxo. act.
z l. omnimodo, de impenſ in reb. dotal. fact.
a l. neque ſtipendium, de impenſ in reb. dotal. fact.
b Iaſon, in §. ſi minus, uerſicu. ob retentionem, ad term. tertio, quarto, & quinto, de actio.
c l. in eum, cum 7. ſeq. de relig. & ſum. pt. fun.
d Paul. l. ſi ſeq. l. 57. §. quod dicitur, de iur. dot. in P.
e Ioan. de Ferrar. in for. libel. quo uxor agit pro dote, in ſua praxi.
f l. 1. §. & ut plenius, C. de rei uxo. act.
g d. l. 1. & eod. §.
h §. fuerat, de actio.
i l. plus cautionis, de reg. iur. P.
k Iuſtin. l. aſſiduis, l. 12. q. potio. in pig. hab. lib. 8. C. tit. 18.
l tit. ne uxor pro marit. C.
m Rubr. cũ ll. ſeq. res inter alios acta, &c. [illegible]

iualienabilis,[a] ut rem ſuam ſemper non mari
ti retinere oideatur mulier, & pro uictu & ali-
mentis ſuis. Accedit & libetorum fauot, uique
habeant mulieres, unde nubere poſſint: fragili
tas mulierom inſuper, parieodi pericula.[b] Er
antea quidem conceſſa fuir prælatio mulieri-
bus pro rebus dotalibus, extantibus creditori-
bus in bypotheca præcedentibus[c] tempore ve
rum poſtmodum, & Iuſtinianus idem etiã ad
non extaotem dotalem rem, & pro ea cõceſſit
hoc ptiuilegium ut crediroribus pro dotis repe
titione præferautur habentibus tempore ante
4 riorem hyporhecam.[d] Verum non ſine contro
uerſia eſt, oum & præferanır habentibus priui
legium expreſſæ anteriotis hyporbecæ: io qoa
re uoluit Accurſ.[e] non præfetri expreſſæ anre-
riori, ſed anteriot racitæ, uel generali, quod ſe-
quuntur Ioan. Faber. Bartol. Baldus, Iacobus
Burrigarius, Angel. Salicetus,[f] & ita deciſum
quoque fuiţ in Capella Toloſanæ.[g] Præfertur
ergo mulier tantum babentibus tacitam ante-
5 riorem, dummodo dos data fuetit. Nam ſi con-
feſſata eſſet tantum, nec numetata, non gaode
ret hac prælatione:[h] Quanquam Bartolus[i] tra
ctet contratiũ verius, vt pro cõfeſſata habeat
locum priuilegium, ſi renũriatum ſit exceptio-
ni non numeratæ pecuniæ, uel biennium elap
ſom ſit, quo ea exceptio opponitur.[k] Qoidam,
ut Ioã. ab Immola,[l] Ang. Aretinus,[m] Baldus[o]
dicunt Accurſij ſeoientiam procederę indiſtin
ctè, quando mulier concutrir com alijs credi-
toribus probantibus ueram debiti numeratio-
nem, vt præferantut tunc molieri, quæ tantum
haber ſolam confeſſionem vel tenunciarionẽ
exceptionis nõ nomeratæ pecunię, oel lapſum
temporis biennij, & idcirco fictam nomeratio-
nem. Tunc enim cauſa onetoſa, & creditores,
qui certant de damno euitando, præſerunrue
mulieri quæ lucrum aucuparue.[o] Prę́ſumitur-
que iſta confeſſio, ſi ſacta conſtante matrimo-
nio, de receptione dotis, etſi de numeratione
non doceatur, in fraudem, & donatio inter ui-
rum & uxorem.[p] Quo caſu tantum Angelus
Aretinus[q] o etam eſſe potat gloſſam l. aſſiduis,
qui potior. C. vt tunc non præferantor vxores
expreſſam hypothecam anteriorem habenti-
bus: contra autem ſi confeſſio ſacta fuerit ante
matrimonium, quo caſu pro expreſſa numera-
tione confeſſionem baberi tradit. Idipſum ue-
rum, ſi creditores moroſi fuerũt in opponendo
exceptione, & lapſum fuerit tempus opponen-
di.[r] Aufrerius autem[s] cum Salicero[t] reſoluit
diſtinguendo, vt ſi creditor & vxor habeaor v-
terque expreſſam hyporhecam in bonis mari-
ti, potior ſit iore qui prior tempore: ſi aotem v-
terque tacitam, mulier præferatue etiam poſte
rior tempore, pro dote data: excepto fiſco, qui ſi
tacitam habeat concurrens cum tacita mulie-
ris, præfertur ioter eos qui tẽpore potior. Quòd
ſi alter horum habeat expreſſam, altec racitã,
expreſſa pręfertur tacitę etiam anteriori.[u] Hoc
unum notabile tamen, hypothecam mulieris
initium ſumere, non à ſolutiooe dotis tantum,
ſed à tempore initi & conſummati matrimo-
nij, quamuis tunc tradita non fuerit. Quod plu
ribus firmat tationibos & authoritaribus Ni-
col. Boerius:[x] ut etiam expreſſa poſtea hypo-
rheca non abtoget præcedentẽ tacitam genera
lem, ſed utraque maneat.[y] A tradirione etiam
ante ſacta, quàm matrimonium ſequatur, in-
cipit: quare & in ſpooſa locom habet priuile-
7 gium, dotem repetente.[a] Nequa omittendi

a ut ſupr. diximus, & l. lege Iulia, de fund. dot P. §. 1. qui. ali. lic. uel non, eum ſim.
b hæc omnia d. l. aſſiduis. q. pot. &c. C. l. 1. ſol mat in P. l. 2 de indic. uid. tollẽ. C. l. 3 de priuil. cred. P.
c Iuſtin. l. ubi adhuc, 29 & l. in rebus, 30. de iur. dot. C.
d d. l. aſſiduis, qui potio. C. §. fuerat, de act.
e in d. l. aſſiduis, in uer. licet.
f præd. authores, in d. l. aſſiduis, & iterum Faber & Areti. in § fuerat, de actio.
g deciſio. 218. Cap. Tholoſ.
h Aufrer. in d. deciſ. ſecu l ſi quis, de bo. dã. C & interpr in l. 1. ſol mat gl. in l. aſſiduis. in uerbo, datæ, q. potior C.
i Bar. in d. l. aſſiduis, citat & l. 1 de dot. cau. non num.
k l. fi. C. eo. de dot. cau.
l Io. ab Imo in l. 1. ſol matr P.
m Ang. § fuerat, de actio.
n Bald. in l cũ aliquis, de iur. delib.
o facit § dedimus autem, de æqua. dot. coll. 7 ubi agitur de augmẽto dotis repetendo ſed̃ tio.
p l. fi. § licentia, de iur del. be C. Loẽs, 17. § ſi quæ i frau. cred. libr. 42 P. tit 9.
q Ang. Aret. ad § fuerat, num. 18. & 19. de act.
r ſic diſtinguit Alex in l 1. ſol. mat. P & ita iu dicatum, ut refert & diſputat Boer deci. 330. facit l. in cõtractibus, § 1 om. iuncta auth ſe q de non num. pec C.
s Aufre. in deciſ. capel. Tholoſ. 217.
t Sal in d. l. aſſiduis, qui pot.
u Interp gl. & text. l. 2. de priuileg. fiſc. C.
x Boer. deciſ. 312.
y idem Boer. deciſ. 312.
a l. 2. § 82. de priuil. credit. in P.

ſunt caſus, quibus mulier potior non eſt in hy
potheca, espreſſi in iure: ueluti in eo, qui prior
mutuauit peconias marito, emẽdæ militiæ cau
ſa,[a] in primipilari cauſa,[b] niſi dotales res ex-
tent, quas repeter:[c] ſi concurrat uxor cum alia
repetiuona dotis eiuſdem priuilegij, in quibus
iure communi & prærogatiua utendum eſt.[d]
Si tamen liquido conſtet res ſecundas uxoris eſ
ſe, & extare illas recte aduerſus omnes ſibi uen
8 dicabit.[e] In hoc prælationis etiam dotis in by-
potheca priuilegio, duo ſiogularia annotanda:
unum, quòd boc quod datur mulieri, compe-
tat & ſuo hæredi, non autem extraoeis, ſi eis
reſtituenda ſit, ot ait Iacobus Ferrarienſis.[f]
9 Alterum, quòd priuilegium pro dote iute hoc
prælationis competens, non datur pro dona-
tione propter nuptias, ſeu adiancamento, uel
dotis incremento repetendo, ſed ordo iucis &
temporis io eo ſequeodus eſt.[g] Sed hæc hacte-
nos de priotitate hypothecæ, dotiſque primo
priuilegio, nempe quòd ratione fauoris eius,[h]
in ambiguo præcedere dotis obligatio cenſea-
tur debitum alterius generis, quod datum &
10 eſt ſucceſſoribus. Aliud priuilegium dotis erit,
quòd inalienabilis ſit, de quo ſupra diximus.
11 Tertium, ut ſupplextur omiſſio ſtipolationis,[i]
de dote ceſtituenda, quod etiam tranſit in quẽ-
cunque alium ſocceſſorem. Quartum, ut & ſit
actio bonæ fidei, contta natucam ſtipulatio-
nis.[k] Quiotum, quòd ſummariè ſit in ea proce-
dendum,[l] circuncisis dilationibus.[m] Sextum
quòd dos incerta, erbitrio tertij poſſit certa
reddi.[n] Septimum, quòd mulier dotem pro-
mittens, non reſtituitur Velleiano.[o] Octauum,
res inalienabiles ſubiectas reſtitutioni, cauſa
dotis poſſe alienari.[p] Nonum, quia pater
cogitur filias dotare, ut dictum in oneribus ma
trimonij, officio iudicis.[q] Decimum, quòd
repetenti mulieri non poſſit obijci compenſa-
tio uel rerum amotarum uel aliorum debito-
rum,[r] quod priuilegium non tranſit in hære-
des eius. Vndecimum, quod in dote aduentitia,
filiafamil. ſine patre in iudicio eſſe poſſit.[s]
Duodecimum, quòd dos non præſumitur com
municata in ſocietate generali, ſed excepta[t]
poteſt tamen ſi placuit.[u] Adde decimum ter-
tium, ot laudemia non debeantur, ſi res em-
phyteuticaria ſine æſtimatione in dotem de-
tur:[x] quia dominium tunc iore naturali re-
manet penes uxorem.[y] Quamuis iure ciui-
li efficiatur dominus maritus pendente ma-
trimooio, & com conditione,[z] tamen, ni-
ſi æſtimata: quia tunc facit æſtimatio emptio-
nem.[a]

De donationibus inter uirum & uxorem. Cap. XXV.

Lib. 23. P. tit. 1.
Lib. 5. C. tit. 16.
Lib. 4 Decret. tit. 20.

1 *Continuatio tituli ad ſuperiora.*
2 *In donationibus inter coniuges tria tempora inſpicienda, ante, & poſt nuptias, & nuptiarum.*
3 *Donationes inter uirum & uxorem nec directè, nec indirectè ualent.*
4 *Donationes cauſa mortis inter coniuges, quæ ualent.*
5 *Donationes inter coniuges reuocantur tantum illę, quibus donans fit pauperior, & accipiens ditior,*
non

a §. his conſequẽs, & §. ſeq. de æqual. dot. in auth. coll. 7. conſtit. 2. auth. quo iure, qui pot. in pig C.
b l ſolus, C. in quib cau. pign. uel hypot. tac. cont l. 3. de primipil. l. 12. C.
c l. de priuile. fiſc. C.
d l. aſſiduis, §. & ideo, cũ §§. ſeq & auth ſi quid, qui pot. C.
e iuxta auth. ſi quid ex rebus, C eo.
f Iaco. de Ferrar in prac. tit. de for. libello, quo uxor agit ad dotem, in 8. priuileg. dotis: per l. 1. C. de primil. dot.
g §. his conſequẽs, de æqua. dot. in authẽ. l. aſſiduis. §. hæc autẽ, qui pot. in pign. hab. C. §. illud, de æqual. dot. in authen coll. 7.
h arg. l. in ambiguis, de regul. iur.
i l. 1. de rei uxor. actio. C. §. fuerat, de act.
k § in bonæ fidei, & § fuerat, de act. contra, l quicquid adſtringendæ, de uerb obl.
l de Ferrar. ubi ſup. l. 3. de re iudic.
m l. 1. de feriis,
n l. cum poſt, § gener. de iur. dot. in P cõtra l. ita ſtipulatus, de uerb obl.
o l. ſi C. ad Velleia. contr. reg. iur. com.
p authent. res quæ, comm. de leg. C.
q l. qui liberos, de rit. nup in P.
r l. uni. § taceat. de rei uxor. actio
s gl & interpr. l. 2 § quod ſi in patris ſol. mat.
t l. actione. § fin. cum l. ſeq. pro ſoc. in P.
u colligitur ex l. Lucius § impuberes, de lega. 2. l ſi ſocius pro filia, pro ſocii. in P.
x Iaſ. in l. 3 §. q & Sal. de iure emph. C Aufrer. in deciſ. capel. Thol 278.
y l. in reb. C. de iur. dot.
z l. dote ancillam, de rei uẽ. C.
a l quoties, C. de iur do l. plerumque, §. fin. eo. in P.

non alia: & ideo fructus conſumpti non reſtituen tur, nec minuta donata.

6 *7. Amor mulierum exhaurit bona amantium.*

7 *Donationes in focarias militibus probibitæ.*

8 *Donationes affectionis gratia in meretrices ualent.*

9 *Amoris furore nihil uehementius, dignus ideo uenia.*

10 *Donatio inter coniuges non probibetur, ut inter maleuolos, ſed ut inter coniunctos.*

11 *Contractus inter coniuges alij quàm donationis, permiſſi.*

12 *Donationes ſecundæ inter coniuges prohibitæ, ne uenalia fiant matrimonia.*

13 *Amor uerus ſolis animis, ſine pretio conſtat.*

14 *Mulierum ingenium flexibile & uolubile.*

15 *Donationes inter coniuges item probibitæ, ne cura & ſolicitudo amitterentur.*

16 *Donationes ante matrimonium factæ, collatæ in tempus matrimonij improbæ inter coniuges.*

17 *Donatio inter coniuges quando ualeat, ueluti ſi plebeius maritus uxori det nobili, ſiue ſenex puellæ, & rationes horum.*

18 *Donationes, quæ donanti conferunt aliquam utilitatem, ueluti remuneratoriæ, ualent inter coniuges, ut in dignitatem, in refectionem domus exuſtæ, monilia, alimenta.*

19 *Veſtes pretioſæ, & aliæ à marito uxori donatæ, an marito uel uxore mortuis reſtitui debeant.*

20 *Donata monilia, armillę, bullę uxori, quomodo uxoris ſint, & quando reſtituantur.*

21 *Statutum quo lucratur uxor donata, monilia, & ueſtes, intelligitur de non pretioſis.*

1 Donationes, quæ inter uirum & uxorem fiunt, accedunt conſiderationi nuptiarū, ſine quibus ſeorſum per ſe explicari nequeunt. Quocirca de illis pauca, quæ ex perſonarum, coniugū ſcilicet qualitate, nobis perſonas coniunctas
2 magis ac magis explicent. In primis autem tria tempora in iſtis perſonis perpendenda moneo, ante nuptias, matrimonij conſtantis, & ſoluti: Tempus ante nuptias, ſi donationem admittat, quę firma ut & poſtea facta,[a] ad donationes propter nuptias, uel inter ſponſos ſactas pertinet: uel ſi conſtante matrimonio factæ, ad dotis æqualitatem, ut remuneratoriæ ualidę erunt,[b] de quibus iam in ſponſalibus diximus. Tēpus ſoluti iam matrimonij, aliam quoque conſiderationem quàm uiri & uxoris habere uidetur, ſoluta tunc uxore à lege uiri, ut ait D. Paulus 1. Corinth. 7. Neque itaque tractatio de donationibus inter uirum & uxorem, ad hæc duo tempora, ſed ad medium, quo conſtat coniugium
3 pertinebit. Proinde de eo ſic conſtituamus axioma, donationes inter uirum & uxorem non poſſe ſubſiſtere,[c] ſiue illę directo, ſiue per interpo-
4 ſitas perſonas fiant.[d] Quod de donatione inter uiuos intelligimus: nam cauſa mortis inter illos non ſunt inhibitę, ſi re ipſa ſcilicet traditione fiant, non ſola promiſſione,[e] etſi in uoluntate perſeuerauerint uſque ad mortem, quia ratę fiunt, & confirmantur[f] moriente eo, qui donauit ante donatarium, ut etiam reuocatę cenſentur pręmoriente donatario ei, qui donaue-
5 rat cauſa mortis,[g] uel una ambobus morientibus.[h] Item ſecundo, illę donationes inter coniuges inter uiuos prohibitę tantum cenſentur, per quas donatarius inuenitur factus locupletior: alioquin minuta illa, quę donantur, & alia donata conſumpta, cum reuocari oportet donationes non reſtituuntur: niſi in quantum locupletior is factus fuerit.[i] Quocirca nec fructus rerum ita donatarum percepti & conſumpti reſtituuntur, ſi is qui dedit, non factus ſit pauperior, nec is qui accepit, ditior:[k] aliàs con-
6 trarium ſtatuendum eſſet.[l] Hoc autem receptū eſt, ut ait Vlpianus,[m] donationes inter coniuges, inter uiuos non ualere, ne mutuo amore inuicem ſpoliarentur, donationibus non temperantes, ſed profuſa liberalitate erga ſe abutentes: nam ut eſt in antiqua parœmia, πράσου φύλλῳ τὸ ἰρῶντων δέδεται βαλάντιον, id eſt, *porri*
7 *folio ligantur marſupia amantium.* Atque ideo Antoninus,[n] donationes in Focarias factas per milites, improbat: ne fictis adulationibus ſpolientur bonis. Quippe, ut ait Ouidius,[o]

--inuenit artem
Fœmina, qua cupidi captat amantis opes.

Et Plautus,[p]

Velut meretrix meum herum miſerum, ſua blanditia intulit
In pauperiem: priuauit bonis, luce, honore atque amicis.

Sic accommodatè Luxuria apud eundem,[q] fi-
8 liam ſe dixit habere Inopiam. Etſi affectionis gratia in alias, etiam meretrices ualeant:[r] Et in pari turpitudine melior ſit poſſidentis cauſa, ut idem Antoninus reſcripſit,[s] & alijs nomothetis placuit. Valde itaque ſuſpecta habita ſunt delinimenta uxoria, utpote quæ ſæpe cogant parentes iudicium ferre contra proprium ſanguinem: neque eiſdem aſſentiendum putauit
9 Caius.[t] Nihil furore amoris, uehementius, quem retinere tantum eſt philoſophiæ perfectè monentis, infrænem & inhærentem concupiſcentiam frænantis, ut ait Iuſtinianus.[x]

Sic dum urit amor, quis modus adſit amori?[y]

Et ſicut mulierem uiri, ſic & uirum uxoris, prouocare liberalitatem facilè blanditijs creditur.[z] Quomodo enim arbitrabimur facultates denegaturos coniuges mutuo, qui cupidinis illecebris permicti propria concedunt mutuo corpora? Et extra matrimonij ſanctam caſtitatem, infelia cupiditatis certè captio, quæ & propriam perſonam, pecunijs multo chariorem, proſtituere ſæpe perſuadet, quæ res & auxilio
10 & miſericordia idcirco digna habetur.[a] Proinde iuſtè prohibet iſtas liberalitates lex, & ante obſepſit lubricas in paupertatem uias: ſatinſque uiſum ſic iuueniles coercere calores, ne cupiditati dediti triſtem exitum ſentiant.[b] Neque enim inhibetur, ut inter maleuolos, uel infeſtos donatio, ſed ut inter coniunctiſſimos:
11 ne affectu nimio fiat alter pauperior.[c] Reliqui namque contractus, præter donationem ſine fraude prohibitionis iniri, permittuntur coniugibus, ex quibus pauperiores non red-
12 duntur.[d] Accedit quòd, ut ait Sextus Cecilius,[e] futurum eſſet diſcuti matrimonia, ſi qui donare poſſet, detrectaret coniugi: atque tandem uenalia fore matrimonia, nempe quia his donationibus, ueluti pretio retinerentur: coactæque eſſent metu diſſidij donationes aduerſum propriam naturam: quæ liberalitatis & extra coactionem ſunt.[f] Neque enim in
13 neceſſitatibus liberalitas conſtituitur.[g] Minuſque libera matrimonia, quàm eorum exigit natura, eſſent.[h] Atque antiqui amorem honeſtum ſolis animis, ſine fæce hac liberalitatis conſtare æſtimarent:[i] amor etenim quidpiam ſpiritale, qui ſimoniam uel gratiam promercalem nō habet, ut notat Panormitanus.[k]

a Vlp. l. ſi ſponſus, §. de donat. int. uir. & uxor. in P. l. ed mul. 19 §. ſancimus, de donat. ante nupt. C.
b l. ſi conſtante, eo. C.
c l. 1. & 2. §. de donatio. int. uir & uxo. li. 24. tit. 1. l. quod ſponſæ, de donat. ante nup. li. 5. C.
d l. creditor, 10. de don. int. uir & uxor. lib. 5. C. titu. 16. l. 3. §. non tantum, eo. in P. Vlp. l. apud Celſum, §. Iul. ue. de dol. mal. exce. lib. 44. P. tit. 4.
e l. Papinian. 20. de don. int. uir. & ux. P.
f l. 1. & 3. l. ex uerbis, 14. & l. pen. eo. C. Vlp. l. ſi cum ſeruũ, 30. §. ſi. cum 3. ll. ſeq. eo P.
g l. e marito, 28 eo. C. l. 1. de don. cauſ. mor. §. 1. de dona. P.
h l. ſi inter uirũ, de reb. dub. in P.
i Diocle. & Maxim. in l. de his quę, l. 17. de donat. int. uir & uxor. C. M. te. l. ſi mulier 6. Caius, l. quia quod, 7. Vlp. l. quod autē, l. 8. cū ſuis §§. eod. in P. l. ſicut, eo. C. l. ex animo, cū 2. ſeq. eo. P.
k Alex Impe. in l. ſi fructus, l. 8. C de dona. int. uir & uxor.
l l. 4. & l. ſi ſpōſus, §. conceſſa, & §. ſi maritus, eo. in P.
m Vlpi. l 1. eo. P.
n Antoni. in l. 2. de donatio. int. C.
o Ouid. 1. de arte aman.
p Plaut. in Trucul.
q Plau. in Trinummo.
r l. affectionis, & l. donationis, de donat. in P.
s Anto. l. 2. de condit. ob tur. cauſ. lib. 4. C. titu. 7.
t l. tranſactione finita, C. de tranſ. l. ſi ſeruũ, §. de illo, de uer. obl. l. in pari cauſa, de reg. iur. cũ ſim.
u l. 4. de inoff. teſta. P.
x §. illud quoque, quib. mo. nat. effic. legit. coll. 6.
y Virg. Egl. 2.
z l. fina. ſi quis eliq. teſt. prohib. in P. l. ii. C. eo. tit.
a leg. 1. de SC. Claud. C. §. fin. de ſucceſſ. ſubl. quæ fieb. p bonor. uendit.
b l. fin. §. filius autem, de bon. quæ lib. li. 6 C. §. optimum, de non elig. ſecū. nub. in auth.
c l. ſi id quod, §. ſi quis, & §. quod legatus, de donatio. int. uir. & uxor. P.
d l. ſi ſponſus, §. circa, & l. ſi uir uxori, de donat. int. uir. & uxor.
e l 2. eo. P.
f l. donari, de reg. iur. l. 1. & l. donari, de donat. in P.
g l. 4. de adim. leg. P.
h l 2. de uerb. ſtipul. C. l. ſi ita ſtipulatio facte fuerit, & l. Titia, de uerb. obl. in P. c. cum apud, & c. cum locum, de ſpōſal.
i Vlpia. in l. 3. de don. int. uir. & uxo. P.
k Panor in ca. quāto, de iudi.

14 Adijciam puellarum leue & facile ingenium,
fraudibus uel metu uel uoluptate maritorum
expoſitum,[a] & uolubile,
Vt corpus tenerum, ſic mens infirma puellis.
Fortius ingenium ſuſpicor eſſe uiris.[b]
Sic Tibullus,[c] de Neæra loquens,
Sed flecti poterit, mens eſt mutabilis illi.
Et Virgilius,[d]
--Varium & mutabile ſemper,
Fœmina.
15 Ad extremum, ſi hæ donationes ſimplices permitterentur, arbitrati ſunt nomothetæ futurũ,
ut liberorum contemneretur cura,[e] aduerſum
præſcriptum legis, quo mandatur, ut quiſque
16 ſuam ſobolem nutriat.[f] Hinc ſequitur, donationes pari calculo eſſe improbatas, quæ ante
matrimonium quidem fiunt, ſed quæ conferũ-
17 tur, ut ualeant eo ſecuto.[g] Demunt tamen aliquos caſus interpretes, uſu & moribus ratione
aliqua receptos: ueluti ſi maritus ſit plebius diues, qui uxorem cui donat, accipiat nobilem:
ſi ſenex & capularis, uxor adoleſcẽtula.[h] Quia
hæc non uidetur ſimplex, ſed remuneratoria
donatio, ob alia, quàm ob matrimonij affectionem: & remunerationes aliam habent uim,
quàm ſimplices donationes, ualentque inter
perſonas, à quibus ſimplices reijciuntur.[i] Et
in nobilem uxorem plebeius conferens donationem, non tam eam uxorem munerare cenſetur, quantum ſibi affinitatem proximorum
eius comparare: cum principium affinitatis uxor ſit.[k] In iuuene alia utilitas quàm matrimonij ſeni accedit, nempe quòd quodammodo iuuenaſcat calore illius: ſicut legimus conquiſitam Dauidi Abiſal[l] puellam pulchram Sunamitidem, ut cum eo dormiret, & calefaceret
eum. Alioquin enim ſatis commodè propter ſenectutem retineri matrimonium non poteſt
ſine largitione, quæ ideo expreſsè permittitur,
18 ne diuortium fiat, ut expreſsè notat Caius.[m]
Valebunt itaque & donationes, quæ & donanti aliquam adferunt utilitatem, quibus pauperior fieri non uidetur: ueluti ſi ad dignitatem[n] comparandam uiro donet uxor, exprimaturque & dignitas, & quantum donetur. Ea
ea enim uxor conſequitur utilitatem dignitatis, cum radijs mariti refulgeat.[o] Compati etiam aduenientibus caſibus, & infortunijs coniugis non eſt alienum à iure:[p] & ideo in refectionem ædium exuſtarum uxoris aliquid elargiri permittitur.[q] Multa etiam uxori donata tenent, ut ueſtimenta,[r] monilia, fructus alimentorum cauſa, & huiuſmodi pleraque, quæ non
iure donationis ſolum, ſed ob officium maritale, quòd ad ea tenetur, ut ad onera, ſuſtinentur.
19 Annotandum tamen obiter moneo, interdum
ueſtes pretioſas & plures comparari à marito,
quæ, ſi præmoriatur uir, uel ea præmoriatur uiro, mariti hæredibus, uel ipſi ſuperſtiti reſtitui
debent, quotidianis tantum uxori relictis:[s] uidelicet quando ſimpliciter conceſſæ ſunt pretioſæ ueſtes uxori, & pro uſu. Alioquin autem ſi
eo animo ut perpetuo uxoris eſſent, ſint datæ &
traditæ, nec mortis tempore reuocatæ, mulier,
& eius hæredes eas retinent: ſicuti & quando
ſeruo ueſtimentum datur, ea diſtinctione utimur.[t] Siquidem niſi exprimatur clarè donatio
uxoris cauſa, comparata ad uſum tantum, non
donationis cauſa, cenſentur: & proinde ea mortua, ſub mariti ſunt diſpoſitione.[u] Vt non inutile legatum earum ſit factum uxori,[x] quod
nullum alioquin eſſet, ſi res quæ eius eſſet, iam
eidem legaretur.[y] Semel enim meum, amplius

[a] § quæſitum. de æquil. dot. in auth. Aliſo. § dn animal. in prin. l. cũ mulier, de dona. ante nup. C.
[b] Ouid. epiſto. Herm. ad Leãd.
[c] Tibull. 4 lib.
[d] Virgil. 4 Aenei. & c. forus, de ner. ſig. l. ſi. de inoff. teſta. C. c. de uiduis, in 2. 27 q. 2.
[e] l. 2 de dona. int. uir. & uxo. in P.
[f] l. 2. de infan. expoſ. C. tit. de alend. lib. & de lib. agnoſ.
[g] l. quod ſponſæ, de don. ante nup. C. cum ſi.
[h] Nicol. Boer. in conſuet. Bitur. tit. de conſuetu matri. & dotis, § 1 Fran. de Cut. conſ. 6. ſeu inci. quod notabile, Bart. Bald. Iaſ. in l. ſi ita ſtipulatus, §. ſi tibi nupſero, & in l. diuortio, de uer. obl. in P.
[i] l. ſi pater. §. ſi & l Attilius Regulus, de do nat. in P.
[k] l. 4 de grad. affinit.
[l] 3. Reg. c. 1.
[m] Caius, l. uel propter, iuncta l. prœced. de do nat. int. uir. & uxor. in P.
[n] l. quod adipiſcendæ, cod. P.
[o] § fin. de conſul. in authẽt. l. mulieres, de dignit. lib. 12. C.
[p] l. ſi cum dotem, 21 § ſi matrim, ſol. matr. P.
[q] l quod ſi uir, de donat. inter uir. & ux. in P.
[r] l ſi mulier ex pecunia, §. fin. eod. l. mutus, §. ſi. de iur. dot. in P
[s] Bar. in l. pen. §. ſi quis uxori, ſol. mat. Ange. conſ. 181. Pau. Caſtren. conſil. 184. Bal. l. cum hic, de dona. ante nup. nu 1 & 4 Boer. late. in comment. ad conſ. Bitur. in tit. de conſuet. matr. & dot. decif. ea. Tholoſ. 116
[t] l id ueſtimentorum, 23 de pecul. in P.
[u] l ſi quid ea. 41. in princ. & § 1 de leg. 3. l. qui concubinam, 39. de leg. 3.
[x] l hoc legatum 41. de leg. 3
[y] l. apriſionem, C. de leg.

ſieri nequit meum,[z] cum Dominium, non niſi
ex una cauſa ad nos pertinere poſſit, etſi in poſ
ſeſſione diuerſum ſtatuatur.[a] Vt pſumatur tantum, conceſſio huiuſmodi facta uxori, uſus, nõ
donatio, iuris urgentiſſima præſumptione: quæ
nemine m ſuum iactare uoluiſſe colligitur:[b]
20 idem cum ſit donare ac perdere.[c] Hæc eadem
& de torquibus, armillis, bullis, alijſque monilibus, quæ uxori ornamenti cauſa conceduntur, dicenda cenſeo, obſeruata eadem diſtinctione: niſi municipalis lex, uel conuentio in
matrimonij præludijs, uel in tractatione aduer
21 ſetur. Dummodo & illud ſingulare Bartoli[d]
notetur: ſtatutum municipale uel mores quibus lucro huiuſmodi eſſe dicuntur uxoribus,
non eſſe intelligenda de pretioſis, ſed de vulgaribus monilibus & ueſtibus: quod quamuis ſub
obſcurè notet Bartolus, tamen Nicolaus Boerius ſecundum eam ſententiam iudicatum fuiſ
ſe ſcribit.[e] Quæ æquitatem eam habere mihi
uidetur, quia municipalia ſtatuta, quoad fieri
poteſt, iuri communi ſint concilianda, & quia
quæ iuris ſingularis non trahantur facilè ad
conſequentiam,[f] utque ſtricti iuris non protogentur ad ſimilia.[g]

[z] §. ſic itaque diſcretis, de acti. l. nemo rẽ ſuam, de uerb. oblig.
[a] l 3 §. ex pluribus, de acqui. poſſ. P. c. inter dilectos, de fi. de inſtrum.
[b] l cum de indebito, §. 1 de probat. in P.
[c] l. ſi filiusfa. de dona. in P.
[d] Bar. in l quæſiuis, de aur. & argen. leg.
[e] Nicol. Boer. ad conſuet. Bitur. tit. de conſuetu matri. & dot. § 4.
[f] Paul. l. quod uero cõtra, 14. de legi. lib. 1. P. tit. 9.
[g] l. quicquid adſtringẽdæ, de uerb. obl.

De ſecundis nuptijs. Cap. XXVI.

Lib. 5. C. tit. 9. Lib. Decret. 4. tit. olt.

1 *Nuptiæ ſecundæ non ſunt improbæ.*
Tertullianus male ſecundas reprobat nuptias.
2 *Nuptiæ ſecundæ cur non benedicantur.*
3 *Nuptiæ ſecundæ & plures, repetitæ dicuntur.*
4 *Nuptiarum primarum, & repetitarum differentiæ.*
Nuptiæ ſecundæ quamuis permiſſæ, uere tamen fornicationes.
5 *Nuptiæ ſecundæ intemperatæ habitæ Ethnicis.*
6 *Nubebant uiduæ publicis feſtis, non uirgines, quare.*
7 *Nuptiæ repetitæ Moſcouitis permiſſæ, ſed uix habitæ legitimæ: tertias ſine cauſa non permittunt: quartas à Chriſtiano alienas putant.*
8 *Nuptiæ repetitæ quando & quomodo, & num ſemper permiſſæ in Orientali eccleſia: & repetentium pœna.*
9 *Nuptiæ primæ benedicuntur, non ſecundæ.*
10 *Vxor ſacerdotis Iudæorum & Ethnicorum eſſe in quibus uidua: nuptias ſacerdos non repetebat.*
11 *Bigamus, & qui uiduam duxit, non poteſt promoueri ad ſacros ordines.*
12 *Relictum, ſi non nupſerit uidua, prohibet nuptias, in uirgine ualet, ſpreta etiam conditione.*
13 *Mater ad ſecundas tranſiens nuptias, non reuocat donationes filijs factas propter ingratitudinem, paucis exceptis cauſis.*
14 *Pecunia pia debita maritandis pauperibus, non debentur pro maritandis uiduis, ſed pro primo nubentibus.*
15 *Contributio taleæ, quæ debetur pro maritandis filiabus, debetur tantum pro filiabus in primo, non in ſecundo matrimonio.*
16 *Bigamus non utitur priuilegio clerici.*
17 *Secundæ nuptiæ punitæ, non primæ, ſi intra annum luctus fiant.*
18 *Annus luctus olim 10. nunc 12. menſium.*
19 *Nuptiæ repetitæ intra annum luctus, ſuſpicionem habent ſiniſtram.*
20 *Nubens ante annum luctus, ſacrificabat uaccam prægnantem.*
21 *Vir non tenetur lugere uxorem.*
22 *Partus num edi poſſit 10. 11. & 13. menſe.*

23 *Repetendarum nuptiarum ſpatium & luctus, eiuſdem rationes.*

24 *Pœna nubentium intra annum luctus iure ciuili impoſita, iure pontificio quare ſublata.*

25 *Mulier etiam prægnans coitum deſiderat.*

26 *Num pœna nubentis ſecundo ſublata, cenſeatur ei quę intra annum nubit.*

27 *Miſcella lex de uiduitate remiſſa.*

28 *Pœnę ſecundo nubentium fauore liberorum, quo ad lucra approbatę.*

29 *Nouercę ſuperinductę liberis, malum.*

30 *Nouercam ſuperinducens liberis, conſilio patrię lege Charundę arcebatur.*

31 *Nouerca unde dicta.*

32 *Nouercę Agrippinę Claudij Cęſaris uxoris in uitricos crudelitas, ut ſuis faueret.*

33 *Nouercalia delinimenta infatuant parentes contra liberos proprios.*

34 *Nouercale odium, pro maiori.*

35 *Fœminę ſecundo nubentes contemnunt bona & uitam liberorum prioris matrimonij, amore ſecundi mariti.*

36 *Septitię Trachalorum matris nuptiæ ſecundę, & eius teſtamentum, ob contemptos priores liberos, improbata.*

37 *Nuptiarum quoque repetitarum iniuria ad maritum pręmortuum pertinet.*

Morgincap. Phaderfium. Mundium.

38 *Nubens ſecundo, habens ex primo filios, amittit proprietatem lucrorum quę habuit à priore marito quocunque titulo.*

39 *Nubens ſecundo, nec lucra prioris coniugij diſtribuere poteſt inter liberos prioris matrimonij ſuo arbitrio, uel electione: quod & in uiro repetente matrimonium locum habet.*

40 *Ingrati filij amittunt lucra prioris matrimonij.*

41 *Viduę, quę nuptias non repetunt, non procul a uirginitate ponuntur.*

42 *Viduus uel uidua, ſi non repetant nuptias, partiuntur pro uirili cum filij illius matrimonij, dotis ſeu donationis propter nuptias ſeu augmenti lucra in proprietate, & de lucris alijs libere diſponat.*

43 *Pater materve tranſeuntes ad ſecundas nuptias, filijs decedentibus prioris matrimonij, quomodo cum filijs ſeu alijs fratribus ſuccedunt in uſufructu uel proprietate.*

44 *Mater non petito tutore filio pupillo, conuolans ad ſecundas nuptias, aut non reddita ratione tutelę, ei non ſuccedit.*

45 *Lucra prioris matrimonij inſtituto generaliter hærede extraneo à parente, cenſentur reſeruata liberis prioris matrimonij.*

46 *Lucra quę pater aut mater conſequuntur ex morte filiorum prioris matrimonij, decedentium ab inteſtato, tenentur reſeruare morientes alijs filijs eiuſdem matrimonij, non autem ſi illis ex teſtamento ſucceſſerunt.*

47 *Bona quę coniunx tranſiens ad ſecundas nuptias habet per ſucceſſionem inteſtati, à filio mortuo prioris matrimonij quęſita per illum aliunde, quàm ex pręmortuo coniuge, ſunt in illius libera diſpoſitione, ſecus ſi ueniant à pręmortuo coniuge.*

48 *Infamis aliquando facta, quę tranſiret ad ſecundas nuptias, ſi haberet liberos.*

49 *Nuptię repetitę non priuant dote ſua mulierem, nec uirum donatione propter nuptias, quam uxori mortuę dederat: ſed ſibi, non liberis prioris matrimonij conſeruat.*

50 *Donationes quoque reciprocę coniugum non reſeruantur prioris matrimonij filijs, nec remuneratorię.*

51 *Pœna in bonis proprijs tranſeuntium ad ſecundas nuptias, ne poſſint ex his relinquere uxori, uel marito, uel uitrico, plus quàm uni ex liberis prioris matrimonij reliquerint.*

52 *Mater paterve repetentes nuptias, liberè poſſunt in bonis proprijs aliquem, uel aliquos liberos primi, ſecũdi, uel tertij matrimonij inſtituere, relicta alijs ſingulis legitima et lucris ſuarũ nuptiarum.*

53 *Coniunx qui deceſſit, & donauit uel legauit ſuperſtiti, poteſt cauere ualidè, ne donata ſubijciantur legibus reſeruationis liberis prioris matrimonij, etiam ſi ſuperſtes nubat, & poteſt permittere nuptias.*

54 *Filij prioris matrimonij conſentientes ſecundis parentum nuptijs, non utuntur poſteà priuilegio reſeruationis ſuperioris.*

55 *An remitti poſſit pœna impoſita nubentibus intra annum luctus.*

56 *Remitti non poſſunt pœnę l. hac edictali, de ſecun. nup. C.*

57 *Dos lucrata à marito ex ſtatuto, uel incrementum ſeu augmentum lucratum ab uxore, illis tranſeuntibus ad ulterius matrimonium, reſeruatur filijs ſolis illius matrimonij, unde lucratum, poſt mortem parentum.*

1 NVptias ſecundas deteſtandas non
eſſe ut improbas & prohibitas, ec-
cleſia docet catholica: [a] reijcitque
in eo Tertulliani ſententiam, qui
2 eas ut ſtuprum deteſtatur. [b] Permittit enim eas
Deus, [c] & melius eſſe nubere quàm uri tradit,
etſi melius ſit uiduũ caſtum permanere, quàm
nubere & non uri. Nec quia non benedicuntur
ſecundæ uel ulteriores poſt primas, [d] ideo im-
pię ſunt: nam ſemel benedictę cum ſint, uide-
3 tur benedictio durare. Nuptiarum ſecundarum
appellatio repetit tantum, non immutat ſub-
ſtantiam matrimonij: ſecundę dictę ratione pro
ximè deficientis matrimonij, etſi pluries repeti
tę ſint: [e] Et ideo omnia quę anteà explicata ſũt
de ſponſalibus, & primis nuptijs, dote & alijs,
ſecundis conueniunt: exceptis quibuſdam riti-
bus & priuilegijs, quę ſpeciali calculo ſigna-
4 buntur. Intereſt namque primum inter primas
unicaſque, & repetitas nuptias: quòd primę ſeu
melius unicę nuptię commendentur, & lauden
tur: repetitę etſi permiſſę, ſecundum ueram ra-
tionem uerè fornicationes ſunt, ut ait D. Chry-
ſoſt. [f] & ad remedium incontinentię conceſſę.
Quod pluribus rationibus docet D. Hieron. [g]
Et tutius uiſum eſt nubere in Domino uni ſo-
5 li, quàm inhoneſtè multos admittere. [h] Vale-
rius Maximus [i] ſcribit, eas quę uno contentę
matrimonio fuerant, corona pudicitię honora
tas apud Romanos: quòd exiſtimarent eũ pręci
puè matronę, ſyncera fide incorruptũ eſſe ani-
mum, qui poſt depoſitę uirginitatis cubile, in
publicũ egredi neſciret: multorũ matrimonio-
rum experientiã, quaſi legitimę cuiuſdã intépe
6 rantię ſignum eſſe credentes. Et Plutarchus, [k]
Quid eſt, inquit, *quod publicis feſtis, ueteri more, uirgines non nubunt, uiduę nubunt? an quòd uirginibus decorum, uiduis uero multis pręſentibus fœdum nubere? felices namque ac fauſtę primę nuptię, ſecundę uero triſtes ac deteſtandę. Pudet enim uiuis adhuc eis, quibus antea nupſerant, alios accipere, mortuos autem lugent. Quo fit, ut magis quietè, quàm ſtrepitu & deducentium multitudine delectentur. Dies uero feſti adeo multitudinem diſtrahunt, ut his rebus per otium intereſſe non poſſit.*

[a] can. ſperiſt, ca. Deus m: ſcu lum, c. quod ſi dormierit, 31. q. 1.
[b] Tertul. li. exhortationis ad caſtita. & li. de monogamia.
[c] ca. hac ratione, 31 q. 1. c. virginibus, eo. l. c. pe & fi. de ſec. nup. 1. corin. 7.
[d] c. 1 & c. 3 uir autem, de ſec. nupt.
[e] gl. in rub. de ſec. nup. C.
[f] con hac ratione, cum duob. ſeq. 31 q. 1.
[g] D. Hierony. cont. Iouinian. lib. 1.
[h] ca. 1. de ſp. & ſil. ordee. ca. ueniẽs, qui clerici uel uouent. con quomodo uirginibus, 32. q. 1.
[i] Val. Max. lib. 2. ca. 1 dum de nupt. agit.
[k] Plutarc. problem. 99.

Hic numerus magno tunc in honore fuit.
Seu quia tot digiti, per quos numerare ſolemus,
Seu quia bis quino fœmina menſe parit.

Et paulo poſt.

Aſſuetos igitur numeros ſeruauit in anno:
Hoc luget ſpatio fœmina mæſta uirum.

19 Suſpicantur iura aliquid ſiniſtri contra uxo-
rem, quæ hoc tempus non expectauerit, ueluti
quæ iam uiuente marito cogitauerit de uiolan
da pudicitia, elegeritque uirum ſecũdum, quẽ
priore cõtempto haberet.[a] Vnde etſi prolis na-
tæ conſideratio nulla ſit, intempeſtiuas tamen
cohibent iura nuptias infamia.[b] Perſuaſum ha
beo hoc anni ſpatium luctus habuiſſe prohibi
tionem & pœnam infamiæ, potiſſimum ratio-
ne prolis, quæ poſſet eſſe concepta ex commix-
tione prioris matrimonij. Siquidẽ ex lege Gor-
diani[c] triſtior attatuſque hebitus remiſſam ha
buit infamiam in luctu, uerum acceleratio nu-
ptiarum eandem retinuit, inuſtaque labes per-
petuo edicto pudori non ſolum nubenti intra
id tempus, ſed ei qui eandem ſciens prudenſ-
20 que duxiſſet. Suadet & ſacrificium indictum ſe
cundo nubentibus intra ea tempora à Numa
Pompilio,[d] ut quæcunque ante decem menſes
à uiri morte nupſiſſet, uaccam prægnantẽ im-
21 molaret. In remiſſa luctus neceſſitate, æqualis
facta eſt uxor uiri priuilegio, qui infamis non
eſt, ſi uxorem non elugeat:[e] at remanſit prolis
miſcẽdæ periculum, quod cum natura ipſa im-
mineat, nulla iuris fictione potuit honeſtẽ uel
22 legitimẽ obliterari. Aulus Gellius[f] fusẽ diſpu-
tat ex Plauti Ciſtellaria, Menãdro, Cæcilio, M.
Varrone, Ariſtotele,[g] Homero, & uſu obſerua-
to, conſtitutioneque Adriani Cæſaris, partum
poſſe edi in decimo & undecimo mẽſe à coitu.
Sed & mirum quod ex Plinio refert,[h] creditum
fuiſſe & decimo tertio menſe poſſe: citaturque
Maſurius author, qui ſcripſerit L. Papyriũ præ-
torem, ſecundo hærede lege agente, bonorum
poſſeſſionem contra eum dediſſe cũ mater par
tum tredecim menſibus tuliſſe ſe diceret, quo-
niam nullum certum tempus pariendi ſtatutũ
ei uideretur. Macrobius etiam,[i] dum ſoluit quę
ſtionem cur in compedibus uinciretur Satur-
nus Romæ in templo, refert Apollodorum di-
xiſſe Saturnum alligari per annum laneo uin-
culo, & ſolui ad diem ſibi feſtum, id eſt, menſe
Decembri, Significare autẽ ſemen decimo men
ſe in utero animatum, in uitam grandeſcere,
quod donec erumpat in lucem, mollibus natu-
ræ uinculis detinetur. Iuſtinianus tamen[k] hũc
partum poſt 11. menſem à morte mariti edi-
tum, non exiſtimat legitimum, ſed aliunde
quàm à marito ſuſceptum: & eam quæ ita pe-
perit, ſubijcit pœnis nubentis intra annum lu-
ctus. Narrat & Suidas,[l] cum Demarati natiui-
tas fuiſſet denuntiata Ariſtoni patri, Ariſtonem
ſubducta ratione, quòd à nuptijs nondum ela-
pſi eſſent decem menſes, negaſſe hunc ſuum
eſſe filium, atque ut nothum abdicaſſe. Verum
hic inter uiuos coniuges potuit coniunctionis
23 anticipatæ haberi certior obſeruatio. Quare
cum intra hæc tempora anni à morte mariti,
partus conceptus naſci poſſit, per id tempus ab
ſtinendum prætor cenſuit: à nuptijs, & ad tem-
pus, quo ſolet lugeri, ſe retulit propter turba-
tionem ſanguinis, ut notat Vlpianus.[m] Probat
que ſententiam Pomponij eam, cui lugendi ſo
lemnitas remiſſa eſt, quæve intra legitimum
tempus partum ediderit, poſſe ſe ſtatim nuptijs
collocare, non aliter. Sic enim familiæ diuer-
ſorum maritorum, & bona iniuſtẽ, reique pu-
blicæ demum,[n] commiſcerẽtur, & ſecundo ma
rito conceptus ab alio ſuccederet, & natus ſub
altero marito ut eius filius habitus, patris hære
ditate priuaretur: quod certe ualde iniquum
eſt. Atque hæ pœnæ reſpiciunt maxime fauo-
rem liberorum nondum natorum, non nu-
ptiarum contemptum uel improbationem.
24 Remiſſæ tamen hodie iure pontificio, permiſ-
ſæque nuptiæ intra illud lugendi tempus,[o] ad
euitandam delinquendi occaſionem: ſatius e-
nim uiſum eſt permittere acceleratas nuptias,
quibus homo, nempe liberi nondum nati &
familia commixta offenduntur, quam peccari
25 in Deum. Deſiderat namque coitum mulier,
etiam quæ concepit. Sic enim Ariſtoteles ad-
monet,[p] ſolam animalium mulierem, & equã
grauidem, coitum pati. *Homo enim*, inquit,
*ſua natura perfœcundum animal eſt: aliquid etiam
in utero tum ſpatij, tum excrementi ſupereſt, quam
quam non tantum, ut uel alterum poſſit alere: mu-
26 lier itaque ob eam cauſam coitum recipit.* Quan-
quam non me latet Odofredum,[q] & alios[r]
exiſtimaſſe, pœnas has nec iure canonico eſſe
correctas in nubentibus intra annum luctus,
& ita obſeruari in Italia: neque ideo minus
uerum eſſe & legitimum matrimonium, quia
non matrimonium per iura, ſed acceleratio pu
niatur: Sed & illis accederet, quòd ex cauſa
etiam matrimonium contractum ſuſpendi poſ
ſit in concubitu, ueluti donec à menſtruis pur-
gata ſit uxor, & recens editus partus ablacte-
tur.[s] Cui ſententiæ lubens ſubſcriberem, niſi
me remoraretur delinquendi occaſio, cui uia
aperiretur, ſi mulieres continere non ualen-
tes, metu ne amitterent hęc lucra, & metu pœ
narum, ad tacitam & ſecretam pollutionem &
ſcortationem declinarent.[t] Qua ratione arbi-
tror melius reipubl. conſultum iri, ſi remittan-
27 tur. Vtarque hac in re contra Iuſtinianum re-
ſcripto eiuſdem & ſanctione,[u] per quam licet,
ſublata lege Iulia Miſcella, mulieribus uiduis
etiam maritorũ ſuorum intermninatione ſpre-
ta, quæ uiduitatem eis indicit, & non dato ſe-
cramento, ad ſecundas migrare nuptias: & ni-
hilominus ea percipere, quę maritos dereli-
quit, pœna ceſſante, ſiue habeat liberos, ſiue nõ
habeat. *Augeri enim*, inquit, *magis noſtram rem
publicam, & multis hominibus legitime progenitis
frequentari, quàm impijs periurijs affici uolumus.*
28 Cæterum alię ſunt pœnę ſecundo nubentibus
impoſitę, nec in odium quidem nuptiarum,
ſed ad utilitatem liberorum iam ex prioribus
nuptijs ſuſceptorum, & ut proſpiciant leges,
ne iniuria eis ſecundis nuptijs inferatur: quę
certe nullo modo ſublatę ſunt, pertractatę in
l. fœminę, & ſequentibus legibus, de ſecundis
nuptijs. C. Idcirco hę pœnę communes ſunt,
tum mulieribus, tum uiris ſecundo nubenti-
bus:[x] uterque enim irrogare damnum liberis
29 ſecundo matrimonio uidetur. Nam quòd ad
ultum pertinet, qui nouercam ſuperinducit fi-
lijs, quantum noceat uulgo cognitum eſt, & ex
probis authoribus conſtat: ut Menander abſo-
lute dixit,[y]

Δεινότερον ἄλλο οὐδὲ μητρυιᾶς κακόν,
Nullum maius malum nouerca.

30 Sibaritis tulit legem Charundas, ut qui liberis
nouercam ſuperinduxiſſet, à cõſilio ſenatus &
patrię ſubmoueretur: nunquã ab eo exiſtimãs
patriam recta ac ſalubria cõſilia ſperare poſſe,
31 qui liberis olim proprijs male cõſuluiſſet.[z] Di
xerunt antiquiorum quidam nouercam, quaſi
nouã arcam dici.[a] Melius tamen meo iudicio,

a l. liberorum. §. al terum, de reſti. & ea quæ par. in 11. men. nu-uel 39.
b §. nam ſi nul la. & §. ſi uero rationabiliter, & §. & ſimiliter per culpã, & §. ſi igitur ex prioribus. in nou. 22 §. primo ſi quidem nuptiæ, de nup. coll. 4. in auth. c l. decreto, l. 15 ex. qb. cau. infa. irrog. li. 2. C. tit. 12.
d Plutarch. in Numa.
e l. uxores, l. 9. de ijs qui not. infa. l. 1 P tit. 2.
f Gell. libr. 3. cap. 16.
g Ariſto. li. 7. de hiſtor. animal. c. 4.
h Plini. lib. 7. cap. 5.
i Macrob. li. 1. Saturn. c. 8.
k Iuſtin. Nouel. 39. §. fin. de reſtit. dot. & ea quæ par. in 11. men.
l Suidas, in Demarato.
m Vlpi. l. liberorum. l. 11 §. 1. de ijs qui not. infa.
n l. ſuper ſtatu de quæſtio. C l. 3 §. quamuis de uen. inſpic. in P.
o c. pen. & fin. de ſec. nupt. & ibi interpret. 1. ad Conn. 7 gl. fi. in l. 1. de ſec. nupt.
p Ariſto lib. 4. de generat. animal. c. 5.
q Odofred. in l. 1 C de ſecun. nupt.
r gl. in l. decreto, in uerbo cõtrahere, ex qb. cau. infam. irrog. 2. C.
s c. ad eius uero cõcubitum, 3. diſt.
t Panor. in c. fi. nu. 5. de ſecun. nupt.
u Iuſtin l. 2 de indic. uid. toll. li. 6. C. tit. 40.
x l. generaliter, l. 5. de ſec. nupt. C.
y in ſenten. comicor. Græcor. cap. 24.
z Diodo. Sicu. li. 12. Biblioth.
a gloſ. in §. ſecrum, de nupt.

qnaſi νέα ἀρχὴ noua uel recens princeps: ea.n.
in domum traducta mariti, prinris matrimonij
liberis nititur abrogare imperiũ, ut ſibi & ſuis
arroget: ſtatim inſtituens bellum & odium irre
conciliabile in eos, quos ſuis impedimento eſ-
32 ſe arbitratur. Vt Agrippina à Claudio Cæſare
ſuperinducta liberis, ſtrenue protinus dedit o-
peram, nt ſuus filius Domitins Nero à Cæſare
adoptaretur, & id conſequuta ei imperium pa
rens, ſtatim è cõſpectu patris ſubduxit Germa-
nicum è prima uxore natum: atque uerita, ne
contra, quàm moliretur, accideret, immedica-
bile uenenum marito, Locuſtæ ueneficę ope, in
boleto porrexit.[a] Dehioc & Germanicnm, &
eius ſorores interfecit, abſcondito mariti teſta-
33 mento.[b] Et ſæpe nouercalibus delinimentis
inſatuati mariti, coguntur iudicium ferre con-
tra proprium ſanguinẽ, & filios exhæredare.[c]
Euripides[d] illud ipſum inſigniter exprimit,

Ἐχθρὰ γὰρ ἡ 'πιοῦσα μητρυιὰ τέκνοις
Τοῖς πρόσθ', ἐχίδνης οὐδὲν ἠπιωτέρα, id eſt,
Inimica enim eſt ſubiens nouerca liberos
Priores, vipera nihilo mitior.

a Dio Caſſius, lib. 60.
b Xiphili., in Nerone.
c l. 4. de inoff. teſtam. in P.
d Eurip. in Alceſte.

34 Abijs in prouerbium, pro truci inimicitia, no-
uercale odium: & apud Cornelium Tacitum,[e]
nouercales minas. Et pro inſigni malo, no-
uerca: ut,

Dies quandoque parens, quandoque nouerca.

Nec potuit Canidiæ ueneficæ odium ſupremũ
exprimere ſignificantius Horatius,[f] quàm il-
lo uerſiculo,

Quod, ut nouerca, me intueris?

e Corn. Tacit. lib. 1.
f Horati. lib. Epod. od. 5.

35 Nec ſolum liberis alienis nouerca nocet, uerũ
& ſæpe quæ nuptias repetit, proprijs officit: &
fœminæ immoderatæ & intemperantes plerũ-
que nouis maritis, non ſolum res filiorum, ſed
etiam uitam addicunt, ut ait Conſtantinus Cæ
36 ſar.[g] Ideo cum Septitia mater Trachalorum,
filijs irata, & in contumeliam eorum, cum iam
parere non poſſet, Publio ſeni admodum nup
ſiſſet, poſtea quoque utrumque teſtamento præ
teriſſet: aditus Auguſtus, & nuptias mulieris,
& ſuprema iudicia improbauit.[h] Nec patitur
etiam Iuſtinianus,[i] genitores qui ſeſe ſecũdis
nuptijs deuouerint, irrationale odium ad prio
res liberos forſitan habentes, ſine iuſta ratione
ingratitudinis, inſimulare: neque innocuã po-
37 ſteritatẽ iniurijs afficere. Nuptiarũ quoque ſe-
cundarum etiam iniuria uiſa eſt pertinere Iu-
ſtiniano ad maritũ mortuũ, cuius animam per
eas cõtriſtari ratus eſt:[k] ut opinor, quia animis
conſtat amor verus coniugalis,[l] & animi ſunt
immortales. Et proinde, indiuiduũ amorẽ per-
petuũ eſſe exiſtimamus: vt & Langobardi, qui
redimendam uxorẽ, ab hæredibus prioris ma-
riti, per ſecundum maritũ pretio ſtatuerant. Sic
enim lex apud illos ſancita per Rothariũ regẽ
in hæc verba:[m] *Si quis filiam ſuam, aut quamlibet*
parentem in coniugio alij dederit, & contigerit ca-
ſus, ut illi maritus moriatur: poteſtatem habeat illa,
ſi uoluerit, ad alium maritum ambulandi liberã tan
tum: Secundus autem maritus, qui eam tollere diſpo
nit, de ſuis proprijs bonis medium pretij, quantum
fuerit dictum, quando maritus primus eam deſpon-
ſauit, pro ipſa meta dare debet ei, qui hæres proximi
mariti prioris eſſe inuenitur: et ſi noluerit accipere
habeat ipſa mulier. Morgincap, & quod de parenti-
bus eius adduxerit, id eſt, Phaderfiam. Parentes ue
ro eius poteſtatem habeant eam dandi ad alium ma
ritum, ubi & ipſe & illi noluerint. Et Mundium
eius prioris mariti nõ habeant parẽtes, pro eo quòd
denegarunt uoluntatem ſuam: ideo redeat Mũdium
eius ad parentes proximos, qui prius eam ad mari-
tum dederint: etſi parentes eius nõ fuerint legitimi,
tunc Mundium eius mulieris, ad curtem regis per-
tineat. Et ſi talis fuerit mulier, quæ maritũ non uult,
aut non poſſit habere: ſit in eius poteſtate, ad quem
Mundium de eo pertinet. Et ſi ille eam male habue-
rit, uel tractauerit, & probatum fuerit, tunc liceat ei
ad parentes ſuos reuerti: & ſi parentes non habeat,
ad quos ipſa reuertatur, ad curtem regis habeat re-
fugium, & Mundium eius regis ſit, hæc apud Lan
38 gobardos lex. Iure ciuili mulier, quæ ſuſceptis
ex priore matrimonio liberis ſuperſtitibus, trã
ſit ad ſecundum, etiam poſt annum luctus, a-
mittit proprietatem rerum, quas ex facultati-
bus, priorum maritorum perceperit, ſiue iure
ſponſalium, aut ſolemnitate nuptiarum, aut
donatione cauſa mortis, uel legati, vel fideicõ-
miſſi titulo: eaſque vel ad omnes liberos prio-
ris matrimonij, vel ad vnum illorum, conſer-
uata alijs legitima, tenetur relinquere, ſolo v-
ſufructu penes illam remanente, quamdiu ui-
xerit, ſublata alienationis poteſtate, ut ſanxe-
39 rũt Gratian. Valentin. & Theodoſius.[n] Deinde
& illi inhibita harũ rerum inter liberos diſtri-
butio, uel electio alicuius ex liberis: atq; omni-
bus, quia omnibus æque irrogata iniuria: repe
titione matrimonij, per legem fuerunt diſtribu
ta.[o] Quæ & in marito repetente nuptias locũ
habet, ut amittat lucra nia quæ ex priore matri
monio, & uxore, cuius extant liberi, ſiue nomi-
ne dotis, uel alio titulo cõſequutus eſt, & ea te-
neatur relinquere ijſdem liberis, nec eligere
quemquam ex illis poſſit:[p] ſed illi à lege uoca
ti, etſi hæredes non fuerint patri, ea conſequã-
40 tur.[q] Niſi ingrati ſint parentibus.[r] In fauorem
quippe liberorum hæc donata uel relicta cre-
duntur. Et quanquam ſpeciem indictæ uidnita
tis, hoc uideatur habere improbatam: tamen
cum magis cura liberorum, quàm uiduitas in-
iungi uideatur, æquiſſimè recipitur, ut ait Te-
rentius Iuriſc.[s] Remittitur namque hæc pœna
41 ſublatis liberis prioris matrimonij.[t] Atque op
timum, laudabile, & dignum uiſum eſt Iuſti-
niano,[u] ut mulieres ita honeſte ſe habeãt, qua
tenus quæ ſemel ad uirum uenerunt, ſeruent
inuiolatum morientium torum: *Et huiuſmodi*,
inquit, *mulierem & miramur, & laudamus pari-*
ter, & non procul à uirginitate ponimus: non tamen
ut ideo ſecundæ inhibeantur nuptiæ illis, quæ conti-
42 *nere non poſſunt.* Quòd ſi non conuolet ad ſecũ
das nuptias maritus ſuperſtes, uel uxor in lu-
cro dotis, & donationis propter nuptias, una
cum liberis partem ſuccedendo faciet in pro-
prietate quoque.[x] Et poteſt libere eadem quæ
ex lucro prioris matrimonij capit abſtinens à
ſecundo, libere alienare, uel liberis, uel extra-
neis diſtribuere. Neque poſſunt liberi reuoca-
re, uel petere alienata, niſi inteſtatus inteſtata-
ve deceſſerint: quo caſu quæ non alienata repe
43 riuntur, petũt filij, & ex illis nepotes.[y] Et ex le-
ge Theodoſiana,[z] ita demum filio, pleno iure,
ſuccedebat, ſi poſt mortem filij non repetebat
nuptias: at lege Iuſtiniani, ſuccedit, etſi ſecũdo
nubat, in uſufructu, ut diximus, ſi alij filij ſint
prioris matrimonij, & in proprietate, ſi nõ ſint:
ſiue filij prioris matrimonij mortui ſint ante
ſecundas nuptias, ſiue poſt ſecundas matris nu
44 ptias.[a] Dũmodo tranſiens ad ſecũdas nuptias,
ſi legitimam ſuſcepiſſet tutelam filiorũ, proui-
deat dari tutores filijs: alioquin eorũ ſucceſſio-
45 ne priuaretur.[b] Fauore liberorum receptũ no-
uellarũ iure eſt, vt inſtituto hærede extraneo ge
neraliter, nõ cenſeantur ea lucra illi relicta nec
trãſlata, niſi expreſsè ĩ alios trãſpoſitio fiat, ſed
præſumatur

g l. lex quæ tutores, l. 2. § lex enim, de administ. tuto. li. 5. C. tit. 37.
h Val. Max. li. 7. c. 7.
i l. iuſtiſ. l. fin. verſ. pen. de ſecund. nupt. C.
k § quia uero, de nup. in auth. l. 1 de donat. inter uirum & uxorem P.
m l. ſi quis filiam ſuam, de ſponſal. li. 2. legũ Langobard.
n l. fœminæ, l. 3 in princ. & § 1 & auth. ut donatione, de ſe-
o § ſi uero expectet, uerſ. ueniẽt autem, de nupt. in authẽ. authẽ. lucrum, de ſec. nup. C.
p l. generaliter, l. 3 iuncta authen. lucrũ, de ſec nupt. C. § hoc autem, de non elig. ſecũ. nub. in authẽ. coll. 1. tit. 2.
q d. l. generaliter. § 3 de ſec. nupt. auth. hæres, de eod tit. s d authẽ. hæres, de ſec. nup. C. § ſi uero expectet, & § quoniam infirmas, & § ſoluto, de nupti. in auth. colla. 4.
s l. ſed ſi hic, l. 61. § fi. de cõdit. & demonſtrat. P.
t l. fœminæ. § Illud, de ſecun. nupt C.
u § cum igitur, verſ. optimum, de non elig. ſec. nub. in authen.
x authẽ ſi tamen abſtineat, de ſecũ nup C. § quæ uero mulieres, ut fiat fil. &c. in auth. collat. 4. cuitat.
y § ſoluto igitur, de nupt. col. 4.
y l. ſi quis, l. 8. § illud etiam, de ſec. nupt. C.
z l. mater. quæ defuncto, l. 9. ad SC. Tertull. li. 6. C. tit. 53.
a d. l. fœminæ, § illud, de ſec. nupt. C. § hinc nos, de nupti. coll. 4. in auth.
b l. omnẽ matri, l. 6. ad SC. Tertull. C.

præſumatur teſtator reſeruaſſe liberis,[a] quam-
46 uis iure Codicis aliter fuiſſet receptum. [b] Sed
& receptum eſt ex cōmuni & certiori interpre-
tum calculo,[c] etiam ea quæ pater uel mater cō
ſequitur ex bonis filij primi matrimonij dece-
dentis,cum hodie [d] illis ſuccedant in proprie-
tate, una cum alijs filijs, teneri reſeruare alijs
filijs eiuſdem matrimonij, nec poſſe alienare,
ſcilicet ſi ab inteſtato ſucceſſeriut:diuerſum.n.
ſi ex teſtamento illorum,uel codicillis,ut quili
bet extraneus, [e] habuerint:quia uidetur remi-
47 ſiſſe iniuriam filius. [f] Verum obſeruādum eſt,
quando mulier,uel uir, qui nuptijs ſecundis ſe
coniunxeruut,ſuccedūt ab inteſtato filijs prio-
ris matrimonij, ex bonis quidem quæ fuerunt
ex priore coniuge mortuo,per mortem filij ad
ſe peruenientibus, nihil poſſe retinere, ſi alij
fratres ſint. Cæterum bona quæ aliunde filio
præmortuo peruenerant, & in quibus cum fra
tribus defuncti ſuccedunt,illis quæruntur: nec
reſeruant inuiti prioribus liberis fratribus de-
functi,auth.ex teſtamento, de ſecund.nupr.C.
ibi,quæ ex paterna ſubſtantia,&c.iunctis §§.ex
quorum corpore ſumpta eſt auth. Sed & pater
qui habet uſumfructum in bonis aduentitijs
filij,[g] & maternis,eo non priuatur, ſi tranſit ad
48 ſecundas nuptias.[h] Sed & Gratianus, Valenti-
nianus,& Theodoſius [i] uoluerunt habentem li
beros mulierem,ad ſecundas nuptias tranſeun
tem,infamem quoque eſſe:ſicut de ea diximus,
quæ intra annum luctus nubebat, niſi à princi
pe gratia infamię fieret,& illa medietatem om
nium bonorum, quæ eſſent tempore nuptia-
rum,ijſdem filijs titulo donationis ſimplicis &
irreuocabilis largita fuiſſet:cuius tamen vſum
49 fructum dum uiueret retinere poterat. Obſer-
uandum tamen hic eſt, de lucris agi ex priore
matrimonio procedētibus, ut liberorum ex eo
partorum commodis reſeruentur:non autem
de ijs quæ redeunt ſoluto matrimonio ad con-
iuges,quæ illorum ante coniugium erant, uel
nomine illorum data. Siquidem donatio pro-
pter nuptias,quam uir ſuperſtes retinet, quàm
tenebatur mulieri dare,ſi prior deceſſiſſet, ſibi
non liberis ceſſit.Sicut & dos,quæ mortuo ma
rito,ad uxorem redijt,non quæritur prioris ma
trimonij liberis,ſiue ab ea, ſiue ab alio eius no
mine data fuerit,ut notauit Imperator Zeno.[k]
Sunt enim hæc propria patrimonia uiri & vxo
50 ris,doſque in patrimonij nomen trāſit.[l] Quod
& de donationibus reciprocis inter coniuges
excipiendum eſt, vtpote quæ compenſationis
non lucri nomine potius cēſentur,[m] & permu
tationis,[n] itidem & in remuneratorijs donatio
51 nibus,ut pro lucris non habeantur. [o] In pro-
prijs autem bonis, qui, quæve habet ea priore
re matrimonio liberos, & in coniugium aliud
trāſit,alias pœnas patitur: nempe quòd nō poſ
ſit ſecundæ vxori, uel marito repetito, uel ex
illis uitrico nomine donationis propter nu-
ptias,ſi uir uxori dare,uel ſimiliter dotis cauſa,
uel uitrico,teſtamento, uel alio modo donare,
plus quàm uni ex liberis, cui minus dederit,
prioris matrimonij.Quòd ſi aliter factū ſit,da-
tum reuocatur: & ex conſtitutione Leonis &
Anthemij,[p] qd excedit ad liberos prioris matri
monij, æqualiter diuidendum redit: & ſecun-

a §. deinceps, & §. ſolato, de nup. coll. 4. conſtit. 1. auth. nūc autem, de ſec. nupt. lib. 5. C. tit. 9.
b l. ſi quis prin ſtit. l. 8. §. ſi certum eſſe ſancimus, de ſecun. nupt. C.
c auth. defuncto, ad Tertull. C. §. cōſequēter, de hæredit. ab int. uen. coll. 4.
d gl. in l. ſcimi næ, §. illud, in ver. poſſeſſione de bon. & ibi Bar. late uidendus, quæ cōtra. ſoluat. de ſecū. nup. C. l. matre non defuncto, l. 1. ad Tertull.
e auth. ex teſtamēto, C. de ſec. nupti. §. hu... nus, de nupt. in auth. §. cum igitur, de non elig. ſec. nub. in auth.
f §. ſi. de iniuſ. ap. Iuſtinia.
g §. igitur, per quas perſo. cui que acqui. l. cū oportet, de bo. quæ lib. C. l. 2. de bon. mater. C.
h Iuſtin. in l. ſi. de bonis mater. C.
i l. ſi qua mulier, ad SC. Tertul. li. 6. C. titu. 15.

k Zeno, l. ſi liberis, l. 18. de dona. ant. nup. li. 5. C. tit. 3.
l l. 8. §. ſi. de minor. P.
m Vlp. l. quod autem, l. 8. §. ſi. nis, de don. int. uir & uxor. lib. 24. P. tit. 1. l. ſi pater puellæ, C. de inoff. teſt. l. de fideicommiſſo, Cod. de tranſact.
n l. ſed etſi lege, §. cōſuluit, de petit. hæredit. P.
o l. quod in uxorem, de neg. geſt. C. l. ſi quis pro redempt. l. 22. de don. inter. & uxo. in P. l. Attilius, Regulus, de donat. ...
p l. hac edictali, l. 6. C. de ſec. nupt.

dum conſtitutionem Iuſtiniani, [q] etiam cum
ſecundi matrimonij liberis partiendum. Quæ
tamen emendata fuit nouella, [r] & ſecundum
priorem Leonis & Anthemij ſtatutum,ut ad ſo
los prioris matrimonij liberos,quibus ſolis,ſe-
cundis nuptijs irrogata uidebatur iniuria, con
temptave cura,pertineret.Fit autem æſtimatio
portionis relictæ uel coniugi ſecundo; uel ui-
trico, & eius quod filio prioris matrimonij re-
linquitur,habita ratione ad bona quæ ſunt bi-
52 nubo tempore ſuæ mortis.[s] Poſſunt tamen pa-
ter aut mater, qui liberos ex priore & ſecundo
vel ulteriore habēt matrimonio,reſeruatis ſin-
gulis lucris ex ſingulis, matrimonijs receptis,
in proprijs bonis,aliquē uel aliquos, ſiue prio-
ris,ſiue ſecundi matrimonij præferre,dummo-
do reliquis legitimam relinquant:quia ſi inte-
ſtati deceſſerint, & bona propria inter omnes
cuiuſvis toti fuerint, deductis lucris, diuidun-
53 tur.[t] Neque omittendum eſt,coniuges qui prę
deceſſerint factis donationibus,uel legatis, uel
lucris, ſuperſtitibus relinquentes, poſſe proui-
dere, ne liberalitates illæ in priores pœnas in-
cidant, ſi tranſeat ſuperſtes ad aliud matrimo-
nium: quippe quòd receptum ſit, expreſsè do-
nantē hoc poſſe prohibere,permittēdo expreſ-
sè,uel tacitè,uxori uel uiro, cui relinquitur,ad
alias peruenire nuptias, ut eo modo etiam ſi
54 nubant,propria habeant. [u] Sicut & filij quoq;
quibus per ſecundas nuptias quæruntur hæc
lucra,cōſentiendo ſecundo matrimonio,amit-
tunt hoc priuilegium, [x] ut utrumque notat,&
diſputat Franciſcus Cremenſis,[y] & Ludouicus
Romanus, [z] nolenti enim non fit iniuria, uel
dolus.[a] Diximus autem has pœnas priores de-
ferendorum lucrorum, uel potiſſimum intro-
ductas:quod prior maritus cenſeretur reliquiſ-
ſe hæc uxorj, ut cura eſſet illi diligentior libe-
rorum. Atque res ſubiecta reſtitutioni, conſen-
tientibus ijs,in quorum gratiam inducta eſt,fir
55 ma remanet. [b] Contendit tamen Ludouicus
Romanus,[c] uirum non poſſe remittere pœnas
mulieri tranſeunti ad ſecūdas nuptias intra an
num luctus: quia nubit ita contra bonos mo-
res,ut conſtat ex l. 1. de ſecun. nupt. C. dum ad
morum correctionem illam legem pertinere
traditur:& quæ contra mores bonos ſunt,teſta
mento caueri nequeant.[d] Cuius tamen opinio
uera eſt apud illos,inter quos pœnæ nubentis
intra annum luctus retinentur: non autem in-
ter nos Gallos,quibus,ut ſupra dictum eſt,pla-
56 cuit cū iure pontificio remitti. Et ſi honeſtius
ducamus,ſi fieri per continentiā poſſit,annum
57 luctus innuptā trāſigere. In pœnis porro l. hac
edictali,de ſecun. nup. nulla recepta eſt remiſ
ſio.Sed hic ſingulare annectēdū eſt de antipher
nis,ſeu adiancamēto,ſeu incremēto dotis,quæ
mulier ſuperuiuens marito lucratur, & de do-
te, quam mutuo in totū uel pro parte lucratur
ſuperuiuens uxori,ex ſtatuto uel conſuetudine
locorum,ut Toloſæ:quòd eadem lucra debent
ſeruari ſolis liberis eius matrimonij, repetitis
nuptijs, nec communicari liberis ſecundi, [e] ut
notār Baldus,[f] Butrigarius,[g] Frāciſcus Cremē
ſis,[h] qui Baldi ſententiam,[i] quę uidebatur con
traria, cōciliat, ut locum habeat in uſufructu,
non in proprietate, quam reſtituere cogitur.

q l. quoniam, l. 9. eod.
r §. 1. §. nec illud, & §. optimè, de nup. in auth. coll. 4. tit. 1. auth. ad eos C. de ſec. nupt.
s §. quia nemo hactenus, de nup. in authen. collat. 4.
t Iuſtin. in § illud quoq; qui finalis eſt, de nupt. colla. 4. in auth. tit. 1.
u Bal. in l. 3. de ſec. nupt. C. & in l. filium qui habentem, fam. erciſc. gl. in §. duo igitur, in princip. tit. in uer. ſiue uir, de nup. in aut.
x Angel in l. nō eſt, P. ad Tertul. Angel in §. 1. de non elig. ſec. nub. in aut. Ang. in l. mater C. ad Tert.
y Fran. Crem. ſing. 74.
z Ludo. Rom. ſing. 230 & 1 ... ſi. 219 q incipit, in Chriſti nomine eſt he mare conſulta tionis ſimiliæ.
a l. cum donationibus, de tranſact. C. l. 1. §. ſi que adeo, de iniur. in P. l. ſciendū de reg. iur.
b l. quoties, C. de fideicōmiſ.
c Ludo. Rom. ſing. 150.
d l. turpia, & l. ſi quis inquilinos, § ſi. de legat. 1.
e facit l. fœminæ, in princ. & auth. uxore, de ſecun. nupt. C. § Gregorianus, in ti. perſpeximus, de non elig. ſec. nub. in auth.
f Bal. ad auth. uxore, de ſec. nup. & auth ex teſtamento, & in l. generaliter § illud, eo.
g Butrig. ita cō ſuluit.
h Cremē. ſing. ſin. q̄ſtion 173.
i Bal. l. ſi. in fine, de bon. mater.

Syntagmatis iuris vniuerſi Libri noni Finis.

DE PERSONIS EXTRA LEGITIMAM CONIVNCTIONEM NATIS, ET NOMINATIS,

Liber Decimus.

De concubinis. Cap. I.

1 *Concubinatus habet umbram, & ſimilitudinem matrimonij.*
2 *Pellex eſt concubina cum uxore, & ſine ea.*
3 *Pellex Gellio, concubina cum uxore.*
4 *Concubina Ethnicis antiquis uxorato prohibita, permiſſa cælibibus, iure Pandectarum.*
5 *Concubina digna non erat nomine uel honeſtate matrisfam. ſed uilis.*
6 *Conſuetudo habita cum muliere libera, præſumptionem facit nuptiarum.*
7 *Concubinæ quæ apud Hebræos.*
8 *פלגש pilegeſch, ſeu concubina Rabbinis, uxor ſine ſolemnitate ducta, cuius filij patri non ſuccedebant niſi in mulieribus.*
9 *Concubina ab uxore, ritibus non affectione differebat.*
10 *Concubinas ſingulas ſingulis adminiſtratoribus prouinciarum, ſi uxores non haberent, permiſit Alexander Imper.*
11 *Concubinarum intemperatus numerus ante Euangelium uſurpatus cum uxoribus.*
Commodus habuit 300. In Palmaria quiſque quæ uult. Salomoni fuerunt 700. & 300. Valdomiero regi Moſcouitarum, 800.
12 *Concubinos unum, uel plures Lituanicæ mulieres pro facultatibus mariti habebant.*
13 *Concubinum unum uxori proximum uiri permiſit lex Solonis, impotente uiro.*
14 *Concubinatus Athenis Demetrio prohibitus.*
15 *Concubinatus iure ciuili Christiano prohibitus.*
16 *Concubinatus prohibitus iure pontificio, & omnis coitus extra nuptias: multo magis & clericis.*

1 Legitima explicata nuptiarum tractatione, incidimus in concubinatum, ubi ſimilitudo quædam & umbra matrimonij apparet: de quo quædam diximus, dum de ritibus Romanorum circa nuptias, & de triplici ſpecie uxorum egimus,[a] explicantes concubinam uxorem eſſe, quæ uſu habebatur. Siquidem ſolus concubitus prolis cauſa, nulla nuptiarum interueniente ſolemnitate, interue-
2 niebat. Referam hac de re Pauli Iuriſc. uerba,[b] quæ ita ſe habent: *Maſurius ſcribit libro Memorabilium, pellicem apud antiquos tam habitam, quæ cum uxor non eſſet, cum aliquo tamen uiuebat, eamque nunc uero nomine amicam, paulo honeſtiore concubinam appellari. Caius Flaccus in libro de iure Papiriano ſcribit, pellicem nunc uulgo uocari, quæ cum eo, cui uxor ſit, corpus miſceat: quoſdam eam, quæ uxoris loco ſine nuptijs in domo ſit, quam Græci παλλακὴν uocant.* Laurent. Valla.[c] utrique ſententiæ ſubſcribit, & uetum eſſe pellicem, ſeu melius pellacem eſſe eius, qui uxorem habet, & eius qui non
3 habet, quod firmat exemplis. Gellius[d] tradit pellicem concubinam appellatam, probroſamque habitam, quæ uincta conſuetaque eſſet cum eo, in cuius manu mancipioque alia matrimonij cauſa foret: quod antiquiſſima lege oſtenditur, quam Numæ regis fuiſſe accepimus *Pellex ædem Iunonis non tangito, ſi tangit, Iunoni crinibus demiſſis agnum fœminam cædi-*
4 *to*. Quibus uerbis improbatus concubinatus cum eo, qui uxorem haberet, etiam iure priſco oſtenditur, ueluti adulterinus: Sicut & iure Codicis repetita eſt, poſt multa ſecula, huius prohibitio.[e] Cum tamen concubinatus cum cælibe permiſſus fuiſſet, & extra pœnam iure Pandectarum:[f] ob uitanda adulteria aliorum, & plurium ſcortationes, malo hoc
5 tolerato, ut maius pelleretur. Non tamen per omnia probato: quando & imminuta honeſtas eius mulieris eſſet, quæ ſe in concubinatum dediſſet: ea enim, niſi liberta eſſet patroni concubina, matrisfamilias honeſtatem non habebat.[g] Permiſſus quidem in libertinis & uilibus perſonis proculdubio concubinatus, dummodo ſine ſtupro eſſet, hoc eſt, dummodo concubina non fuiſſet in concubinatu aliàs patris uel filij, uel conſanguineæ perſonæ.[h] De ingenua honeſtiore aliquando dubitatum.[i] Attamen & Aurelianus Imperator eam poſſe quoque haberi decreuit, ut author Fla-
6 uius Vopiſcus,[k] & idem Iuſtinianus.[l] Placuit tamen Modeſtino,[m] in liberæ mulieris conſuetudine non concubinatum, ſed nuptias intelligendas, ſi non corpore quæſtum fece-
7 rit. Et apud Hebræos quoque interdum concubinæ dictæ ſunt, ancillæ concumbentes: interdum & illæ uxores, quæ præter legitimos ritus, & conſuetas ſolemnitates coniungebantur. Quod & uſurpatum nationibus reli-
8 quis, aliquot exemplis oſtendemus. Rabbini itaque dicunt in ſacris eloquijs, פלגש pilegeſch, ſeu concubinam eam eſſe, uxorem concubitus gratia abſque כתובה וקידושין chetubah ue kiduſſim, id eſt, ſcripto uel anuli ſubarratione ductam, cuius filij non ſuccedebant patri in hæreditatē, ſed datis muneribus ablegabantur.

a ſuperior. lib. cap. 1
b Paul. l. Maſurius, l. 144. de uer. ſig. li. 50 P.
c Valla, libr. 6. elegant. c. 48.
d Gell. Noct. 4. c. 3.
e l. 1. de concubin. C.
f l. in concubinatu, de concubin. P.
g l. ſtuprum intelligitur, de adul. nup. 1.
h l. 1. & 2. de concub. P. l. 1. 3. eod.
k Vopiſc. in Aurel.
l Iuſti. l. ſi quis illuſtris, l. 5. §. ſi. ad Orficia.
m Modeſt. in l. in libera, l. 24. de rit. nupt. lib. 23. P. tit. 2. facit l. ſi uicinis, de nupt. C. cum diſtinctione l. in concub. natur. § 1. de concub. in P.

bătur. Ita Agar ancilla dicitur uxor Abrahæ,[a] Cetbura quoque uxor eiuſdem mortua legitima Sara.[b] Vocantur autem poſtea concubinę, dum dicitur,[c] quòd Abraham omnia quæ poſſidebat, dedit Iſaaco filio ex uxore legitima, ſcilicet Sara, filijs autem concubinarum largitus eſt munera. Sic iunctæ feruntur coniugio ancillæ[d] Iacobo Bala, & Zelpha, cum tamen uxores legitimæ eſſent illi Lya & Rachel. Iſtæque concubinæ erant ſubditæ in domo matrisfam. ut obſeruauit D. Auguſtinus.[e] Et ita concubina omnis inter uxores erat, ſed non omnis uxor concubina erat: Neque eadem iura utriſque, nec erat filius ancillæ, quam in uxorem legitimam habere non licebat Iudæis, ut author Ioſephus,[f] hæres cum filio liberæ.[g] Et apud Vlpianum,[h] omiſſis Accurſij & ſequacium illius nugis, nō iuſta uxor mihi dicta uidetur cōcubina: is namque cum dixiſſet, non poſſe quēpiam accuſare concubinam ſuam de adulterio, iure mariti, ſed iure extranei, ſubijcit ſtatim: Plane ſiue uxor fuerit iuſta, ſiue non iuſta accuſationem uir inſtituere poteſt. Atque hūc eſſe germanum Vlpiani ſenſum conſtat ex verſiculo Homerico[i] per illum adducto,

ἢ μοῦνοι φιλέουσ', ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων Ἀ τρεῖδαι, id eſt.

Non ſoli diligunt uxores inter mortales Atridę. In quo uerſiculo perpendendū eſt, loqui Achillem de Briſeide, quam ſe tanquam uxorem diligere ait: reſpondetque legatis ab Agamemnone, cæteriſque Græcis miſſis, cum tamen eādem non in uxorem, ſed in concubinam haberet. Fuitque ob eam ab Agamemnone ereptā, implacabile odium inter hos, ut Agamemnoni poſtmodum ſubeſſe recuſauerit, nec is pugnare uellet contra Troianos, donec Patrocli nece nuntiata, ad uindicandū eundem ſtimulatus eſt. Proinde concubina affectione & dilectione parū, aut nihil, à iuſta uxore differebat, ſed uinculo illo ſolemni & indiſſolubili uincta, ut uxor legitima, non erat: fiebatque ex ſola animi deſtinatione,[k] ſi indubitato affectu
10 in una eademque domo cohabitarēt.[l] Scribit Iolius Capitolinus,[m] Alexandrum Cæſarem magiſtratibus: quibus cōmittebat prouincias exemplo ueterum, ſi uxores non haberēt, ſingulas concubinas conceſſiſſe: quòd ſine his eſſe
11 non poſſent. Antequam illuceſceret Euangelica ueritas, apud omnes ferè nationes concubinatus erat frequentiſſimus, prolis habēdæ uel libidinis explendæ cauſa, atque uſque ad populum Deo peculiarem abuſu regum & procerū ſerpſit: & cum vxoribus quoque cōcubinas habuerunt, neque ſolum ſingulas, uerum uſque adeo numeroſas, ut pro monſtro ſit hanc vſurpatam ineffrænem licētiam audire. Perſæ chariores concubinas, quibus abundabant, in theſauris habebant, teſte Trebellio Pollione.[n] Cōmodus Antoninus[o] Imperator, qui noctu popinas ſectabatur, ſibi conſciuit trecentas cōcubinas, quas ex matronarum, meretriciumque delectu, formæ ad ſpeculum, delegerat. In inſula Palmaria noui orbis licet unicuique potenti, poſtquàm unam duxerit uxorem, habere pellices quotquot uoluerit: ſed nupta, in adulterio cōprehenſa, uēditur à marito, primario tamen principi, à quo licet mulieris propinquis eā redimere.[p] Fuerūt Salomoni quaſi reginæ ſeptingentæ, ut concubinæ trecentæ.[q] Apud Saracenos, ſeu Agarenos, uxores eſſe mercede conductas teſtatur Ammianus Marcellinus.[r] Scribit Sigiſmundus Liber Baro[s] Valdomierum regē

a Geneſ 16.
b Geneſ c. 23.
c Geneſ. eod.
d Geneſ. 30.
e D. Aug li. 1. quæſt. ſup. Geneſ. q. 90.
f Ioſeph. lib 4. Antiq.
g Geneſ. 21. ad Gala. 4.
h Vlpia. l. ſi uxor non fuerit, ad l. Iul. de adult. in P.
i Hom. Ilia. 9.
k l. 4. de concub. in P.
l § conſideremus, ibi talib. enim ſolis, de trien. & ſem in auth.
m Capitol. in Alexand.
n Trebellius Poll. in Valeria no patre.
o Ael Lampr. in Commodo Antonino.
p Petr Marty. li. noui orb. de inſul. nuper inuentis.
q 3 c. Reg. ca. 11.
r Ammia. Marcell. li. 14.
s Sigiſm. Lib. Bar in cōmen. rer. Moſcouit.

uel ducem magnum Moſcouiæ ſeu Ruthenorum, habuiſſe uxores plures, & trecentas concubinas in Akocaſtro, & alias trecentas in Bel
12 a grad, & ducentas in Bereſtouo. Sed & mulieres aliquando alicubi concubinos habuerunt, ut alibi uiri concubinas: ſicuti refert Æneas Syluius,[t] apud Lituanios regionis Mauritanæ iuris Boemici olim, nunc Polonici, uel Sarmatici, mulieres nobiles nuptas, more patrio, unū pluresve concubinos pro uiri facultate nutrire conſueuiſſe, qui, marito negligente, onera ma-
13 trimonij ſubeant. Meminit Plutarchus[u] cuiuſdam legis ridiculæ Solonis, quæ permittebat uxori, ſi eius uir minus ad rem ueneream eſſet idoneus, mariti propinquos admittere: id tamē probatum fuiſſe illi, ut non cum omnibus coiret, ſex et mariti neceſſarijs unum ſibi delige-
14 ret, ne alienum eſſet quod naſceretur. Caſtiorem uitam Athenienſes exercuiſſe exemplo vno adduci quis poſſet: Nam Athenis Areopagitæ, cum Demetrius Demetrij Phalerei, luxurioſius uitam ageret, & Ariſtagoram Corinthiam amicam domi poſſideret, ut melius & honeſtius uiueret, imperarunt, ut ait Athenæus.[x] Inter Chriſtianos tandem hoc genus concubinatus illicitus habitus eſt, & prohibitus, cum iure nouiſſimo ciuili, quia caſtitatem amplexæ ſunt eius leges,[y] & conſuetudinem cum honeſta muliere, uel ut nuptias habent,[z] uel ut ſtuprum & fornicationem illicitam ple-
15 ctunt.[a] Tum proculdubio iure pontificio, omnis concubinatus & coitus extra nuptias, improbatus eſt, & punitus,[b] niſi cōſenſus in uxorem accipiendi probetur, uel in confeſſo ſit. Et proinde nemo dubitabit, multo magis concubinas prohibitas eſſe clericis, quibus & uxores habere legitimas[c] interdictum eſt, ut diximus in impedimentis matrimonij. Admonebo tamen hic, interdum inueniri in decretis patrū[d] concubinatum permiſſum. Veruntamen ibi concubinatus accipitur, ut ſupra diximus, pro uxore quæ conſenſit in maritum, & ita matrimonium contraxit: ſed quia eccleſiaſticis precibus & ſanctis cęremonijs non fuit initiatum, & ita clandeſtine factum, quod pertinet ad eccleſiam, quia apud eam non conſtat fuiſſe contractum, pro non contracto habetur: cum uere tamen contractum ſit.[e] Et ſic concubinatus approbatus, matrimonium eſt. Non immorabor autem in recenſenda prohibitione diuina, quæ cuique Chriſtiano in aperto eſt, in mandato illo, *Non męchaberis*, de quo in c. ſequenti.

t Aeneas Syl. in commen de dict. & fact. Alphon. c. 8.
u Plutar in Solone.
x Athenæ. lib. 4. c 20.
y § illud, quibus mod. natu. effi. ſui, & § ſancimus, de leno nib in auth.
z d l in liberę, de rit. nupt. i P.
a l. ſi ea quæ tibi, ad l. Iul. de adult. C.
b c. nemo ſibi blandiatur, 32. q 4 can de conſanguinitate, 35. q 3. c. 1 30 q. 5. gloſ. in c. illud, de præſumpt. ap Grego. & in ca ex parte, de teſti ſpol.
c l. eū qui, cum auth. ſeq. de epiſc. & cler C. tot. tit. de cohabit cler & mu. ap Greg
d can omnib°, cum ſeq 34. di.
e c. cum inhibitio, de cland. deſponſat.

De Meretricibus. Cap. II.

1 *Meretrix vnde dicta,*
2 *πόρνος & πόρνη.*
3 *Meretrix quæ dicatur,*
4 *Meretrix præſumitur, mulier diuerſas ædes frequentans.*
5 *Meretricis alia nota, mulierem ſolam aliquo ire.*
6 *Meretricis alia nota, ſcholaſticum in eius domum noctu & interdiu ſæpe ingredi, & ſolā alloqui.*
7 *Scholaſtici frequentantes mulieres, faciūt eas præſumi meretrices. Vidua, cui habitatio relicta, nō poteſt ſcholaſticum hoſpitem ſine nota recipere.*
8 *Meretrix præſumitur in caupona miniſtrans.*
9 *Meretrix uere præſumitur, q̄ in lupanari reſidet.*
10 *Lupanaria olim permiſſa, & in prædijs honeſtorum uirorum,*
11 *C. Caligula lupanaria in palatio poſuit, & uectigal accepit.*

12 *Meretri-*

12 *Meretrices publicas permiſit Solon.*
13 *Meſſallina lupanar & luxuria.*
14 *Lupanaria quare olim tuerentur antiqui.*
15 *Scortationes omni iure prohibitæ fuerunt.*
16 *Meretricem appellans leuius, quàm ſi uirginem appellaſſet, punitur.*
17 *Meretrices Conſtantinus tormentis ſubijcit, & donatis priuat, & poſſe reuocari à donante, uel proximis eius.*
Donata meretricibus reuocabilia, & num. 20.
18 *Emens à uendente, ut det ſcorto ſcienter, tutus nõ eſt, nec uſucapit.*
19 *Pro luxurioſo pecuniam ut ſcorto largiatur accipiente, fideiuſſor accedens non obligat ſibi luxurioſum.*
21 *Meretrix filia exhæredari à patre poteſt.*
22 *Meretricium negotiatio corporis, contra naturam.*
23 *Meretrices apud Perſas infamiſſimæ.*
Donationes in concubinam ualebant.
Meretricem collo nudam deferre, pro pœna capitali Perſis.
24 *Lenones capitali pœna puniti.*
25 *Leno priuatur poteſtate earum, quas proſtituit.*
26 *Meretricem Iuliam filiam Octauius relegauit in Inſulam.*
27 *Meretricum & lenonum uectigal exigi à Seuero, & à Boemis prohibitum.*
28 *Meretricibus ius ademptum acceptandi legata & hæreditates à Domitiano.*
29 *Meretricem filiam ſepeliri in ſuo ſepulchro noluit Octauianus.*
30 *Meretrices undis ſubmergi iuſſit Periander.*
31 *Meretrices in Palmaria morte puniuntur: in Cijs nulla: à Scipione caſtris expulſæ: ab Athenienſibus infamia damnatæ.*
32 *Scortator Athenis non adminiſtrat Rempub.*
33 *Lupanaria Bizantij à Iuſtiniano ſublata.*
Meretricum pœnitentium ſeu reſipiſcentium monaſterium inſtitutum à Iuſtiniano Bizantij.
34 *Stuprum filiæ ſeuere à patre uindicatum.*
35 *Scortationis iuris diuini prohibitiones.*
36 *Meretrix pro ſimplici fornicatione, mœcha pro adultera.*
37 *Meretrices & lenones ab honeſtis locis & uicinijs expelli poſſunt, & debent.*
38 *Merrtricibus veſtes diſtinctæ.*
Iudæis à Chriſtianis veſtes diſtinctæ.
39 *Meretrices Romæ extra mœnia in fornicibus.*
Submenianæ uxores ſunt meretricec.
Fornicari unde dictum.
40 *Fornicationis, concubinatus, ſtupri, raptus, inceſtus differentia.*
41 *Scortationis pœna natura tandẽ authoribus illata.*
42 *Molles, habiti infames.*

1 A Coniunctione & commixtione il-
licita ſcortatinois, appellariones
etiam manarunt perſonarũ aliæ,
de quibus pauca ſobijcere expe-
dit. Meretrix dicta eſt,[a] à merendo, quod eſt, ſti-
pendia facere, id eſt, mercede milicare, nam &
ipſæ ſuam militiam exercent, ac ſtipendia fa-
ciunt: vnde & ſcorta maſcula meritoria, pueri
2 meritorij, qui pretio proſtituuntur. Sic Græcis
πόρνος, qui corpus ſuum proſtituit, & ueluti uẽ-
dit, quæſtum corpore faciens: hinc & πόρνη fœ-
mina, corpus ſuum pretio proſtituens, proſti-
bulum, ſcortum, utrumque à πέρνω, uendo. Cõ-
ſtatque ex Xenophonte,[b] dum ait, τὴν τε γὰρ
ὥραν ἐὰν μέν τις ἀργυρίου πωλῇ τῷ βουλομένῳ, πόρνον
αὐτὸν ἀποκαλοῦσι, id eſt, *Si quis pecunia florem æ-
tatis cupienti uendiderit, hunc pornon uocant.* Eſt
itaque meretrix, illa quæ publice uenalem ha-

a Valla, lib. 4. elegant. c. 110.

b Xeno. Apomnem.

bet pulchritudinẽ:[c] & ita multorũ libidini pa-
tet.[d] Nec tamen requirimus ad hanc multitu-
dinẽ implendã, quod gloſſa[e] quædã explicat,
multorũ quadraginta tria millia uirorum, uel
quinquaginta: ſufficit.n. ad cõuincendã mere-
tricẽ, quòd cum tribus ſe cõmiſcuerit. Sic enim
Vlpianus[f] admonet his verbis, *Palã quæſtum
facere dicimus, nõ tantũ eã, quæ in lupanaria ſe pro
ſtituit, uerum etiam ſi qua, ut aſſolet, in taberna cau
ponia, uel qua alia pudori ſuo non parcit. Palam au
tem ſic accipimus, paſſim, hoc eſt, ſine delectu, nõ ſi
qua ſtupratoribus uel adulteris ſe cõmittit, ſed quæ
uicem proſtitutæ ſuſtinet. Item quæ cum uno aut al
tero pecunia accepta, ſe commiſcuit, non uidetur pa
lam corpore quæſtum facere. Octauenus tamen re-
ctiſſime ait, etiam eam, quæ ſine quæſtu palã ſe pro
ſtituerit, debuiſſe ijs connumerari.* Plautus ẽt ait,[g]
*Matronæ, non meretricum eſt, unum inſeruire a-
mantem.*
4 Sed & quia non ſemper proſtitutionis haben-
tur probationes apertæ, ex alijs quibuſdam ar-
gui poteſt eſſe aliquam ſcortum, & meretricẽ:
veluti, ſi mulier erro ſit, & diuerſas plurium æ-
des frequentet, ut ait Angelus.[h] Propriũ quip-
pe pudicarum mulierum, intra proprios lares
ſe continere, non uagari, nec conſpectibus ui-
5 rorum apparere.[i] Dehinc & pro cõiectura ſcor
tationis eſt, ſi mulier aliquo ſola eat: ſic enim
matronæ antiquitus comitem ducebant ſeruũ
uel liberum, qui eas ducerent & reducerent,
eaſque publice & priuatim ſequerentur: & me
retricum arbitrabantur, comite carere, & pro
graui iniuria, comitem abducere uel auferre.[k]
Lex fuit Charundæ apud Thurios, ut mulie-
res in forum prodirent cum ſuis cognatis, &
6 una pediſſequa, teſte Suida.[l] Tertia probatio-
ne certiſſima eſt Baldo,[m] quòd aliqua ſit mere
trix, etſi actus non probetur, ſi uideatur ſæpius
ſcholaris noctu & interdiu ingredi domum
eius, & eam alloqui ſolam: *Quia, inquit, Schola-
ris qui loquitur cum puella, non præſumitur dicere
7 pater noſter.* Additque alibi,[n] mulierem uiduã
cui habitatio relicta eſt, poſſe à domo repelli,
ut inhoneſtè uiuentem, ſi in eam hoſpitem in-
duxerit ſcholarem. Scortationis quoque infa-
mia ſequitur ex aſſidua frequentia, ut ait Vl-
pianus.[o] Sicut in liberæ mulieris conſuetudi-
ne alibi[p] dicitur coniugij præſumptio: potiſſi
mum ſi iuuenes ſint, qui frequentant mulierẽ,
iuxta uerſiculum, quem notat quædam gloſ-
ſa,[q] *A iuuene & cupido credatur reddita uirgo?*
8 ac ſi dicat, non eſſe ueriſimile. Quarto ea quo-
que meretrix & proſtituta, uel proſtituẽda præ
ſumitur, quæ in caupona miniſtrandi cauſa po
9 nitur.[r] Quinto, uere ea pro meretrice erit, quę
10 in lupanari reſidet, & ſe proſtituit.[s] Fuit enim
is locus aliquando etiam inter Chriſtianos ex
patientia, ad uitandas matronarum ſolicitatio
nes, & ſtupra, & adulteria, permiſſus:[t] ſicut &
olim inter Ethnicos, ut narrat Vlpianus,[u] in
multorum honeſtorum uirorum prędijs lupa-
naria exerceri ſolita, & inde & reditus illos per
11 cipere. Sicut Caius Caligula lupanaria conſti
tuit in palatio, indeque ex proſtitutis primarijs
fœminis pecuniam collegit, teſte Dione Caſ-
12 ſio.[x] Inſtitutas quoque publice meretrices à
Solone Philemon author eſt, ut ea Venere cõ-
tenti iuuenes, à pudicis ſolicitandis abſtinerẽt.
Meſſalina uxor Claudij Cæſaris[y] ualde luxu-
rioſa, publice in Palatio adulteria & ſtupra in
conſpectu ſuorum maritorum committere co-
13 egit. Sed & illa, ut ait Iuuenalis,[z]
Dormire uirum cum ſenſerat uxor,

Auſa

c can. meretrices, 32. q. 4.
d ca. uidua, 34. diſt.
e gl. in d. c. uidua.

f Vlp. l. palam, l. 43 de rit. nup. li. 23 P. tit. 2.

g Plaut. in Moſtella.

h Angel. in l. ſi qua illuſtris, ad SC. Orfic. lib. 6. C. tit. 56
i l. maritus, de procura. C. c. 2. de iudic. in 6.

k l. 1. §. omnẽ autem iniuriã, & l. item apud Labeonem, §. ſi quis uirgines de iniur. in P.
l Suidas in Zeleuco.
m Bal. in l. neque natales, nu me 1. C. de procurat.
n Bal. in l. non alter, de uſu. & habit. in P.

o Vlpia. l. item apud Labeonẽ, l. 15 § aliud eſt appellare. de iniur. lib. 47. P. tit. 10.
p l. in liberę, de rit. nupt.
q gl. in l. ſi uero non remunerandi, l. 32. § ſi adoleſcẽs, ũ. de do. li. 27 P tit. 1.
r l. ſi ſ manci. ita uenc. ne proſtit. C Vlp. in l. palam l. 43 §. ſi qua cauponam exercẽs, de rit. nupt. P.
s d. l. palam, de rit. nupt.
t Hoſt. & Panor. in ca. inter opera, de ſponſal.
u Vlpi. l. ancillarum, §. ſi. de petit. hæred. P.

x Dio, lib. 59.

y Dio, lib. 60.

z Iuuenal. Satyr. 6.

Auſa Palatino tegetem præferre cubili,
Sumere nocturnos meretrix auguſta cucullas,
Linquebat comite ancilla non amplius una,
Et nigrum flauo crinem abſcondente galero,
Intrauit calidum ueteri centone lupanar,
Et cellam uacuam atque ſuam. Et paulo poſt,
Mox, lenone ſuas iam dimittente puellas,
Triſtis abit; ſed quod potuit, tamẽ ultima cellam
Clauſit, adhuc ardens rigidæ tentigine uulua,
Ac reſupina iacens multorum abſorbuit ictus,
Et laſſata uiris, nondum ſatiata, receſſit.
14 Voluerunt principes quas caſtigare non pote
rant, extra ciuitates pelli, & lupanaria eſſe: &
eo, ut ad ſentinam malorum, ut fœtore ſociarũ
ſaltem reſipiſcerent. inuitas adduci authorita-
te eorum qui iuriſdictioni loci præeſſent, qui-
ue eas redeuntes in oppida caſtigarent pœna,
ut D. Ludouicus Rex Galliæ ſtatuerat.[a] Et fue-
runt, quando illa lupanaria perferebantur, ſta
tuta ciuitatum, ut mulier meretrix poſſet inui-
ta ad lupanar duci: eo enim publico pudore,
quæ pro matronis haberi uolebant meretri-
ces, metu ne eo ducerentur, aliquando contine
bantur. Et ſi propter maritorum cauſam, ne in
eos forſan inſcios criminis pœna extẽderetur,
in meretricibus nuptis adulterantibus locum
non habere placuerit.[b] In hanc ſententiam
quoque Cornel. Taci.[c] ſcribit de Druſi & Ger-
manici agens temporibus. *Eodem anno*, inquit,
*grauibus ſenatus decretis, libido fœminarum coer-
cita, cautumque, ne quæſtum corpore faceret, cui
auus, aut pater, aut maritus, eques Romanus fuiſ-
ſet. Nam Veſtilia prætoria familia genita, licentiã
ſtupri apud ædiles uulgauerat, more inter ueteres
recepto, qui ſatis pœnarum aduerſus impudicas in
ipſa profeſſione flagitij credebãt.* Moris enim fuit,
apud Ædiles nomen profiteri: non proſtibulis,
ſed meretricibus quæ honeſtioris loci & quæ-
ſtus, copiam ſui noctu tantummodo facerent.
Cæteris fœminis ſi deeſſet accuſator publicus,
Ædiles ipſi probroſam fœminam agebant, ut
notat Liuius[d] L. Vilium Tapulum, & M. Fũda
nium Ædiles plebis, aliquot matronas probri
apud populum accuſaſſe, & in exilium egiſſe.
15 Verumtamen iure omni ſcortationes & proſti
tutiones puniendæ ueniunt: ius namque ciuile
Pandectarum, neque ei ignoſcendi cenſet, quæ
obtentu paupertatis etiam, turpiſſimam uitã
elegit.[e] Et Vlpianus,[f] *qui ſuppreſſit, inquit, ſcor
tum libidinis cauſa, uel fores meretricis eadem ra-
tione effregit, lege Fauia, uel de ui non tenetur, hic
enim turpius facit, quàm qui ſurripit: ſed quia ſe-
cũ facti ignominiam compenſat, certe fur non eſt.*
16 Ex quibus uerbis conſtat, turpius hoc crimen
cenſeri furto & ui, & infamiam habere: ut non
immerito puniendum cenſeant leges, leuius ta
men ſi quis meretrices appellauerit uel ſollici-
tauerit, quàm ſi uirgines & pudicas matro-
17 nas.[g] Iure Codicis Iuſtinianei, Imperator Cõ-
ſtãtinus,[h] has meretrices, quarum ueneni in
ficiuntur animi perditorum, tormentis ſubijci
iubet, ablatis omnibus, quæ illis donata ſunt
aut liberis ex huiuſmodi natis. Facta reuocatio
nis poteſtate legitimæ ſoboli donantis ſcortan
tis, aut fratri, ſorori, uel alijs eius proximis.
Qua lege certe leges anteriores merito emen-
datæ uidentur, quibus recipiebantur affectio-
nis cauſa donationes erga meretrices:[i] niſi, quod
uerius puto, intelligamus donationes recepiſ-
ſe nunquam inhoneſtas in meretrices ſolum-
modo, quando turpis cupido ſcortandi ex par-
te dantis eſſet, non etiam ſi ex parte accipien-
tis, hoc eſt, ualere quando ſcortatio ſecuta non

a in princ. ſuarum conſtit.
b Barbo. conſ. 27. col. 2. uol. 1. Rap. in L. is cui, num. 1. de uer. obl. Cap. q. 44. in deciſ. Neapolita.
c Corn. Tacit. lib. 2. annal.
d Liuius li. 25.
e d. l. palam. de rit. nupt.
f Vlp. in L. uerũ eſt. ∫ de furt. lib. 47. P. tit. 2.
g Lib. apud Labeo. 15 § ſi quis uirgines, uide ibi glo. in uer. minus, qualiter modo quo iri ſit, de iniur. lib. 47 P. tit. 10
h L. 1. de natu. liber. lib. 5. C. tit. 27.
i Vlp. L. affectionis, 5. de donat. lib. 39. P. tit. 5.

eſt, ex parte accipientis: ſic interpretor Vlpia-
num, dum in hæc uerba ait,[k] *ſed quod meretri-
ci datur, repeti non poteſt, ut Labeo & Marcellus
ſcribunt: ſed noua ratione, nõ ea, quòd utrinſque tur
pitudo uerſatur, ſed ſolius dantis. illam enim turpi-
ter facere, quod ſit meretrix, ſed non turpiter accipe
re, cum ſit meretrix.* De facta ſcortatione nec
uerbum, ſed de datione ut fieret. Neque etiam
Antoninum & Diocletianum & Maxim.[l] of-
ficere arbitror dicentes, datum ob lenocinium
repeti non poſſe: Siquidem etſi poſſemus illo-
rum legem ad corrupta tempora dehinc emen
data referre, ſuccurrit adhuc explicatio, ut nõ
poſſit datum repeti ab ipſo turpiter dãte: quòd
allegans propriam turpitudinem non audia-
tur.[m] Cæterum non ideo præcluſam alijs pro-
ximioribus donantis, repetendi uiam arbitra-
mur. Et in pari quidem cauſa turpitudinis me-
liorem eſſe cauſam poſſidentis, quàm repeten-
tis,[n] fatemur: at quando proximi, uel filij, uel
cognati, uel pater turpiter dantis, repetit. non
eſt par cauſa petentis, & poſſidẽtis meretricis,
uel lenonis. Nec uériſimile eſt Iuriſconſultos,
qui meretriciam artem reprobant, & puniunt,
eas lucro dignas arbitratos fuiſſe, quas pœnis
ſubijciendas reſponderunt: aut uoluiſſe turpiſ-
ſimam uitam priuilegio hoc donare, ſupra ius
commune, quod prohibet per illicitas artes do
18 nationes extortas ratas non haberi. Cum & Iu
lianus reſpondeat,[o] mala fide eum quoque e-
miſſe uideri, & idcirco non uſucapere, qui à
Domino emit luxurioſo, & protinus ſcorto pe
19 cuniam datam. Et Vlpianus[p] improbat obli-
gationem eius, qui ex mandato adoleſcentis,
ſciẽs pro meretrice fideiuſſerit: quia qui fideiuſ
ſerit ita, uidetur quaſi perditum pecuniam cre-
didiſſe. Idem ſi directò mãdaſſet pecuniam me
retrici credere, non obligabitur mandans: quia
contra bonam fidem mandatum ſit. Neque o-
portet laudando factam donationem, augeri
malitiam: quia & ſi perſuadẽdo, ut amator ſui
eſſet, uel luxurioſus, mentem eius corrũpit do-
nantis, & ita deteriorem fecit, ut utrumque tra
dit Vlpianus & Paulus[q] in ſeruo ad eum mo-
dum corrupto: multoque magis, ſi quis putat li
berum corrumpere,[r] ut filiũ: cum parẽtis inter-
20 ſit animos liberorum non corrumpi.[s] Nec no
uum hoc uideri det, reuocari liberalitates per
proximos ex lege Conſtantini;[t] cũ propter ean
dem infamiam, proximi fratres etiam reſcin-
dant, & de inofficioſo arguere poſſint teſtamẽ
tum fratris, ſi in eũ infamẽ & turpem perſonã
inſtituerit, ut idem Cõſtantinus pie ſanciuit;[u]
alioquin ſine turpitudinis occaſione reijciẽdi.[x]
21 Tanta autẽ eſt meretricũ flagitioſa turpitudo,
& fœditas, ut ob eã filia exhæredari à patre poſ
22 ſit.[y] Scelus harum magnum, propriũ corpus
uendendo minutatim, ut propolæ merces di-
ſtrahunt, quæſtum facientes ex membris con-
tra ipſam naturã: cũ, quòd nemo Dominus mẽ
brorũ ſuorũ,[z] tum etiam, quòd liber homo nõ
recipit æſtimationẽ.[a] Indignæ ideo aliquo iuris
beneficio, utpote quæ ad pretiũ participãdũ ſe
23 uenundari paſſæ ſunt.[b] Et proinde etiam ſum
mæ infamiæ habitæ apud Perſas, qui tamen ut
diximus cõcubinas probant, & in quas ut iure
ciuili receptas, olim donationes collatæ uale-
bant:[c] ut referat etiam Plutarchus[d] Artaxer-
xẽ iuſſiſſe, Arbacẽ deſertorem & apud ſe trans-
fugã delatum, notari, pro pœna capitali qua e-
rat puniẽdus duntaxat, humeris meretriculam
(quæ ſũma apud Perſas ignominia fuit) in uia
publice tota die ferre ac traducere. Iuſtinianus
in

k Vlpi. in l. idẽ & ſi ob ſtu. ti. l. 4. § ſed quod meretrici, de condi. ob turp. cau. li. 12. P. tit. 5.
l l. 2. & l. mercalem, 5. eod.
m l. tranſactione ſicta, de tranſact. C.
n l. ſi ſeruus. § de illa. de uer. oblig. P. l. ſi ob turpem. de condit. ob turpem cauſ. P. l. in pari cauſa. de reg. iur. cum ſimil.
o In l. ſi quis cum ſerui § p empt. lib. 41. P. tit. 6.
p l. ſi uero non remunerandi, § adoleſcẽs, mand. lib. 17. P. tit. 1.
q Vlpi. l. 1. § ſi. & Paul. l. 2. de ſeru. corrupt. l. 11. P. tit. 3.
r Vlp. l. duli. 1. eod.
s Pau. l. ut tantum uenat. 14. eod.
t d. l. 1. C. de natur. liber.
u Conſtant. in l. fratres, 27. de inoff. teſta. li. 3. C. tit. 28. Iuſtin. § 1. eod. tit.
x Diocl. & Maxi. l. fratres. 21. de inoff. teſta. C.
y idem l. ſi filiam, 19 eod. §. ſi uero, ut cum. de appell. cog. in auth. coll. 8. conſt. 12
z Vlpia. l. liber homo 13. ad l. Aquil. lib. 9. P. tit. 2.
a l. 1. § ſed cũ homo, de iis q. deiecer. P.
b Pompo. in l. 3. quibus ad liber. procla. non lic. lib. 40. P. tit. 19
c Papi. in l. donationes, in cõcubinã 31. de donat. P. excepto milite. l. 2. C. de don. inter uir. & uxor.
d Plutar. in Artaxer.

in ea lege, [a] quam ſe conſecraſſe pudicitiæ pro
fitetur, *in mulieribus,* inquit, *ingenuis & illuſtri-
bus, quibus caſtitatis obſeruatio præcipuum debitū
eſt, nominari ſpurios ſatis iniurioſum, ſatiſque acer
bum, & noſtris temporibus indignum eſſe iudica-*
24 *mus.* Illicitus itaque hic iure ciuili Romanorū
meretricius concubitus, & lenocinium, & lenæ
capitali ſupplicio ſupponuntur: [b] uel ea ratio-
ne, quòd lenocinium non minus crimen dica-
tur, quam quæſtum proprio corpore facere. [c]
25 Et Valentinianus, in lenones, qui inuitis pec-
candi ingerunt neceſſitatem, exilium & metal
li publici pœnam ſtatuit: [d] ſoluta poteſtate, ſi
quam lenones uel paternam uel dominicam
26 in proſtituras haberent. [e] Quamobrē nec Octa
uius Cæſar [f] hoc uitium pati potuit in filia Iu-
lia, quam ob luxuriam in inſulam Pandatariā,
quæ ſita ad Campaniā eſt, relegauit: Iulio, An-
tonio, alijſque, qui cum ea rē habuiſſent, mor-
27 te mulctatis. Et Seuerus Imperator uetuit in-
ferri in ſacrum ærarium lenonum uectigal, &
meretricū, & exoletorum, ut ait Lamprid. [g] Et
apud Boemos, inquit Æneas Syluius, uectigal
meretricum exigi nequit, apud quos lupana-
28 ria publica prohibentur. [h] Domitianus Cæſar
lege perpetua mulieribus incontinenter uiuen
tibus ademit facultatem acceptandi legata &
29 hæreditates. [i] Octauianus Cæſar filiam ſuam,
quæ male & luxurioſe uixerat, quamque ob id
in inſulam ante relegauerat, humari in ſuo ſe-
pulchro uetuit teſtamento, etſi eā donatione di
30 gnatus fuiſſet. [k] Exoſæ quoque in aliarum na-
tionum bene ordinatis polítijs, quando bonos
nactæ ſunt principes. Sicuti apud Corinthios
Periander rex, omnes quæ pudorem proſtituiſ
31 ſent, in undas ſubmerſit, teſte Heraclide. [l] In
regione Palmaria in orbe nouo nauigationis
Hiſpanicę comperta, quid ſit coite, nemo intel
ligit, donec nubat: nefaſque, & morte piādum
eſt, aliter accidere, ut ait Petrus Martyr. [m] Sci-
pio ſcorta, ut haruſpices & uates, caſtris pepu-
lit, teſte Suida. [n] In Ciorum ciuitatibus neque
amicas, nec tibicines intueri licet, ut ſcribit
32 Phylarchus lib. 23. apud Athenæū. [o] Athenié
ſes eaſdem & ſcortatores infamia, & dignitate
adempta damnarunt: quorum lex, τὸν ἡταιρηκό-
τα μὴ πολιτεύεσθαι, id eſt, *ſcortatorem ad reipub.
adminiſtrationem non admittendum,* ut refert De-
33 moſthenes, [p] & Libanius. [q] Suſtulit lenonum
& meretricum Bizantij ſodalitia Iuſtinianus,
& conuerſarum in meliorem frugem monaſte
rium ædificauit, & reditibus abunde dotauit,
34 teſte Procopio. [r] Athenis uir quidam ex ciui-
bus, cum filiam ſuam corruptam comperiſſet,
eiuſque ætatem ad nuptias uſque non probe
cuſtodiſſet, ipſam una cum equo quodā in de-
ſerta domo concluſit, quo porro futurum erat,
35 ut præ fame abſumeretur, ut ait Æſchines. [s] In
re diuino & pontificio certior quoque prohi-
bitio, & ſcortationis uindicta: *Non erit,* inquit
Deus, [t] *meretrix de filiabus Iſrael, neque ſcortator.*
Et rurſum, *non mœchaberis.* [u] Mœchiæ autem
nomine, continentur omnes illicitæ ſpecies,
extra matrimonium, coitus. [x] Et ita mœchos
omnes ſcortantes uocat Horatius, [y] dum ſic
ſcribit de Lydia meretrice,

Inuicem mœchos anus arrogantes
Flebis in ſolo leuis angiportu. &c.

36 Etſi meretrices, & ſimplex fornicatio aliquan-
do, & ut plerunque pro coitu illicito, citra ince
ſtū, adulteriumq; intelligatur, & mœchus pro-
pne citra extenſionem mētis intelligatur adul
ter, ſicuti uerba Plutarchi innuunt, [z] ὥσπερ μοι-
χοὶ τὰς ἑτέρων γυναῖκας θαυμάζοντες, καὶ τὴν ἰδίαν
καταφρονοῦντες. Et D Matthæus, [a] ὁ ἀπολελυμένην
γαμήσας μοιχᾶται. Et apud D. Marcum, [b] ἐὰν
γυνὴ ἀπολύσῃ τὸν ἄνδρα αὐτῆς, καὶ γαμηθῇ ἄλλῳ, μοι-
χᾶται. Et D. Lucas. [c] πᾶς ὁ ἀπολύων τὴν γυναῖκα
αὐτοῦ, καὶ γαμῶν ἑτέραν, μοιχεύει. Et Plato, [d] τὴν
γυναῖκα μοιχεύσαντα. Sunt & eius rei plura paſ-
37 ſim obuia teſtimonia, quæ prætermitto. Quia
igitur meretrices tam turpes & infames perſo-
næ ſunt, poſſunt, imo debent à uicina honeſta,
& pariter lenones & lenæ expelli, ut cadauera
fœtida, quæ contagione & uiſu ſana inficiunt
corpora: ut tradūt Ludouicus Bolognēſis, [e] Lu-
cas de Penna, [f] Nicolaus Boerius, [g] Ioannes de
Blanaſcu. [h] Nec unquam licere debet in loco
honeſto, inhoneſtas annotare, id eſt, uidere &
inuenire perſonas, ut ait Theodoſius Cæſar. [i]
Et turpia omnia ab obuentibus & conſpectu
hominum ſummoueri oportet. [k] Quinimo no
uellarum iure, qui fæcem huiuſmodi mulierū
& lenonū domo ſua non extruſerit, ædibus quę
proſcribuntur, & in fiſcum deferuntur, priua-
tur: [l] ſicuti & is qui paſſus eſt in ſua domo falsā
percuti monetam. [m] Itaque & quando lupana-
ria permiſſa erant, ea procul ab uicis urbiū ho-
neſtis conſtruebātur, uetitumq; meretricibus,
ut leproſis, alijs mulieribus nō commiſceri, ne
exemplo uel colloquio corrumperent & pol-
luerent metis egrediendi cōſtitutis, quas citra
pœnam fuſtigationis non licebat illis tranſili-
38 re: Adhæc & certa nota illis uel ſignum impu
dicitiæ definitum, ut quales eſſent, dignoſcerē
tur, & opprobrio uel reſipiſcerent, uel inter ma
tronas non irreperent, ligula Toloſæ ab armis
dependens ſymbolum erat. Voluerunt quippe
pe & leges diſcretum veſtitum eſſe impudica-
rum mulierum, & matronarum, ut ſupra dixi-
mus in oneribus matrimonij, in ſecundo one-
re: & uetitum matronarū ueſtes ſibi uſurpare. [n]
Vt de Iudæis quoque inter Chriſtianos degen
39 tibus ſtatutum eſt ijſdem rationibus. [o] Et Ro-
mæ proſtabant meretrices extra mœnia urbis
in fornicibus, unde ſubmœnianæ dictæ ſunt v-
xores non illepide à Martiali, [p]

Conuiua Zoili quiſquis poteſt eſſe,
Submœnianas cenet inter uxores.

Inde & fornicatrices, fornicari, & fornicatio, à
fornicibus uilibuſque locis, in quibus dege-
bāt iſtæ χαμαιτύπαι, & lupanaria χαμαιτυπεῖα
40 ſeu πορνεῖα. Putauit & Gelaſius Pa. [q] fornicatio
nem eſſe omnem ſpeciem illiciti concubitus;
etſi ut plerunque reſtringatur ad coniunctio-
nem meretriciam: concubinatum, ſolutarum
à matrimonio, item & uiduarum: non uirginū,
in quibus proprie ſtuprum. Quod tamen la-
tius Iuriſconſultis patet: [r] at raptum, aut cum
ui: & inceſtum, cum conſanguineis & affini-
41 bus. Natura quoque iſtos uenereos actus
tandem in authoribus punit, ſicque Perſius no
tat, [s]

Hic campo indulget, hunc alea decoquit, ille
In uenerem putris. Sed cum lapidoſa chiragra
Fregerit articulos ueteris ramalia fagi,
Tum craſſos tranſiſſe dies, lucemque paluſtrem,
Et ſibi iam ſeri uitam ingemuere relictam.

42 Habiti & infames ipſi molles, ut Argyrius De
magogus [t] Athenis. Audierunt male etiā olim
Maſſilienſes ob mollitiem, quòd muliebrē in
morē ueſtirentur colligatis capillis, & delibuti
unguentis: unde in effęminatos dictū, ἐκ Μασσα-
λίας ἥκεις, *ex Maſſilia uenis.* [u] Vt peſſime etiam in
famati ob fęditatem irrumationis Lesbij, unde
& prouerbium pro eo, λεσβιάζειν, *os inquinare.* [x]

De

a Iuſtinia. in l. ſi quis illuſtris. l. 5. ad SC. Orſi, li. 6. C. tit. 56.
b § 1 & toto ti tu. de lenonib. in auth.
c l. palā. § non eſt, de rit. nupt. ff.
d Valent. l. ſi. de ſpecta. li. 11. C. tit. 40.
e d. l. ſin. & l. ſi lenones, l. 13. de epiſco. aud. lib. 1. C. tit. 7 cū ſimil. ibi notat.
f Dio Caſſius, li. 55. hiſt. Roman.
g Lamprid. in Alex. Seuero.
h Aeneas Syl. lib. 1. de dict. & fact. Alphonſ. cap. 62.
i Sueto. Trāq. in Domitia.
k Dio Caſſius, li. 58 hiſt. Ro.
l Heracli. li. de polítijs. in polí tia Corint.
m Pet. Martyr. in lib. noui orbis, de inſul. nu per repert.
n Suid. in uer. ἑταίρα.
o Athenæ. lib. 13. c. 32.
p Demoſthen. orat. contr. Androne.
q Liban. in ar- gu. oratio. Demoſthen. cont. Androt.
r Procop. li. 1. de ædif. Iuſtin.
s Aeſchi. orat. cont. Timarch.
t Deuter. c. 23.
u Exod. c. 20.
x can. fornicarij, 88 diſt. can. meretrices, 32. q 4.
y Horat. lib 1. Carmi. od. 25.
z Plutarc. lib. περὶ εὐθυμίας, i. de animi tranquil.

a Matth. 5. & 19 cap.
b Marc. 10.
c Luca 16.
d Plato, 2. de repub.
e Lud. Bolo. in ſecun. interpre. l. non aliter, de uſu & habit. in ff.
f Luc. de Pen. in l. ſi qua, de ſpectacul. libr. 11. C.
g Nicol. Boer. in conſ. 1. quod ſequitur cōſue tud. Bitur.
h Io. de Blan. in praxi crimi. cau. tit. de leno nibus.
i Theodoſ. l. ſi qua in publi- cis, l. 4. de ſpect. & ſcen. lib. 11. C. tit. 40.
k Arcad. & Ho no in l. cum ſu pra, de re milit. lib. 12. C.
l § præmiſſum, de lenonib. in auth.
m l. 1. de falſ. monet. C.
n l. mimæ, de epiſc. aud. C & ibi interp.
o c. in nonnul lis, de Iudæis, ap Greg.
p Mart. lib. 5.
q Gelaſ. in ca. lex illa, § cum ergo, 36. q. 1.
r l. inter libe- ras, § 1. ad l. Iu- li. de adult. ff. l. inter ſtuprum, de uerb. ſign. c nemo, 32. q 4. cano. Idololatria, 28. q 1.
s Perſ. Satyr. 5.
t Suidas, in Argyro.
u Suid. in uer. ἥκεις.
x Idem in uer. λεσβιάζειν.

De filijs ex illegitimis coniunctionibus natis. Cap. III.

1 *Natiuitates & mortes perſonarum quidam magiſtratus Indorum perſcrutabantur.*
2 *Natiuitates puerorum profitebãtur Romani cum die & conſule in æde Saturni.*
3 *Natiuitatis & mortis quoque edicto iuſſit Franciſcus 1. Galliæ Rex perſcribi tempus.*
4 *Filiorum nomen unde natum,*
5 *Filiorum diuiſio.*
6 *Filij proprie dicuntur ex coniugio legitimo nati.*
7 *Filios, Pſylli norunt ex proprietate ſua.*
8 *Filium mater ſuum cognoſcit eſſe, pater putat.*
9 *Filius adulterinus dignoſci poteſt, ſi lac matris quę alit illum, & alium concipit, corrumpitur.*
10 *Filij & liberi idem, ſed longius liberorum & parentum nomen porrigitur.*
11 *Liberorum nomen, & de uno tantum filio dicitur.*
12 *Filiorum nomen ad omnes deſcendentes pertinet.*
Fratris nomen ad omnes cuiuſcunque gradus pertinet proximos.
13 *Filiorum naturalium & legitimorũ duę ſpecies, ſui, & non ſui: & qui illi.*
14 *Filiorum, alij poſthumi, alij non: & qui huiuſmodi: alij monſtroſi, alij non, alij abortiui.*
15 *Filiorum illegitimorum diſtinctiones, & quid naturalis tantum.*
16 *Filij naturales non erant ex more patris apud Phryges.*
17 *Nothus filius quis Gręcis.*
18 *Spurius filius quare ita dictus.*
19 *Nothi, ſpurij, & Manzeris differentia.*
20 *Manzer uel ſpurius arcebatur ab eccleſia uſque ad decimam generationem.*
21 *Spurium eſſe, opprobrium eſt.*
22 *Adulterinus filius quis, nume. 24.*
23 *Ex concubitibus illicitis impios naſci, & iram Dei concitari.*
25 *Matri non creditur nuptę, dicenti filium ex altero, quàm marito ſe generaſſe.*
26 *Filij habiti ſuſpecti, tanquam non ex marito geniti, maximam notam ſpuriorum habent.*
27 *Leotycides regno Lacedęmoniorum, ut ſuſpectus ſpurius reiectus.*
28 *Aſſertio patris naturalem filium faciebat legitimum, quomodo.*
29 *Filij illegitimi quando cenſentur nati etiam ex matrimonio, ſed ex publica honeſtate prohibita, ſine Eccleſię promiſſione.*
30 *Illegitimi filij quoque, inceſtuoſi, nefarij,*
31 *Illegitimi non cenſentur filij nati, 7. 8. 10. 11. 12. 13. menſe.*

a Strabo, li. 15.

1 APud Indos, ut ſcribit Strabo,[a] erãt
urbis præfecti tertij ordinis, nati-
uitates & mortes perſcrutantes,
& quando, & quomodo factæ eſ-
ſent: idque tributorum gratia, tum ne bonæ,
2 malæve natiuitates & mortes laterent. Romæ
quoque profitebantur & nomina, diem & con
ſulem natiuitatis pueri edebant.[b] Capitoli-
nus autem ait[c] M. Philoſophum primum iuſ-
ſiſſe: apud præfectos ærarij in æde Saturni
vnumquemque ciuium natos profiteri, in-
tra tertium diem nomine impoſito: & per pro-
uincias ſuum publicorum tabellariorum inſti
tuiſſe, apud quos idẽ de originibus fieret, quod
Romæ apud præfectos ærarij, ut ſi quis forte
natus in prouincia, cauſam liberalem diceret,
inde ferret. Et alibi ait,[d] Gordianum, filium no
mine Antoninu illuſtraſſe: cum apud præfectũ
ærarij more Romano, profeſſus filium, publi-
cis actis nomen eius inſereret. Nõ aſſentior ta-
men Capitolino, cum hoc iuſtitutum tribuat
primum M. Antonino philoſopho, qui impe-
rium adeptus anno Domini 163. ut tradunt
Euſebius, & Oroſius in 7. c. 15. Ante quem ta-
mẽ idipſum receptum Romæ teſtatur Iuuena
lis, qui ſecundum Suidam uixit ſub Domitia-
no, qui adeptus imperium teſte Oroſio & Aure
lio, anno Domini 84. uel ſecundum alios ſub
Traiano, qui imperator declaratus anno Do-
mini 102. Is autem Iuuenalis ſic ſcribit,[e] in
proſopopœia mulieris adulteræ ad maritum.

Nullum ergo meritum eſt ingrate, ac perfide, nullum,
Quòd tibi filiolus, uel filia naſcitur ex me?
Tollis enim, & libris actorum ſpargere gaudes
Argumenta uiri.

Plato[f] ſanxit pro magiſtratibus legitimè creã
dis, ut candidatorum unuſquiſque in ara Dei
nomen ſuum, & patris, & tribus, & gentis in ta
bula ſcriptum deponeret, ſcilicet tempore quo
3 comitia haberentur. Statuit Franciſcus pri-
mus Rex Galliarum,[g] ut quilibet natus & ba-
ptizatus nomen ſuum & patris & matris profi
teretur mortuorum quoque fieret profeſſio a-
pud curionem ſeu parochũ, à quo tingeretur,
uel ubi ſepeliretur, ut certa & mors natiuitas
fieret. Cuius tamen conſtitutio, quòd ad pro-
feſſionem natiuitatis pertinet baptizãdorum,
paulatim abijt in deſuetudinem ea cõſulta cõ-
niuentia magiſtratuum: quando aliquot mu-
lieres ex turpi concubitu partum edentes, inuẽ
tæ fuerint potius maluiſſe partus necare, uel
ſubtrahere baptiſmo, quàm in eo patris & ma-
4 tris nomen fateri. Filij dicti uidentur à Græca
dictione ἀπὸ του φιλου, ab amore, dicit enim Ci-
cero,[h] στοργὴν φυσικὴν εἶναι πρὸς τὰ τέκνα, genuinã
& naturalem erga filios eſſe beneuolentiam:
uel ſecundum Alciatum & alios, à nomine υἱὸς
aut, ut alijs placet, à filo, id eſt, ſimilitudine, ꝙ
procreati ut plerunque ſimilitudinem parentũ
referant, & in eam ſignificationem Gellius[i] fi-
lum uſurpauit, dum ait, Iuſtitiam ex ſententia
Chryſippi pingi forma & filo uirginali, aſpe-
ctu uehementi, &c. Filo, id eſt, ſimilitudine. Fi-
5 lij, aut legitimi & naturales ſimul ſunt, aut na-
turales illegitimi, aut naturales legitimati, ſeu
6 legitimi facti, aut legitimi non naturales. Iu-
lius Pollux[k] duas ſpecies ponit, nempe gne-
ſios, ex coniugio ſuſceptos licito: & nothos, a-
liunde natos. Proprie & abſolute filiorum pro
nunciatio ad eos tantum pertinet, qui ex legi-
ſima nati ſunt coniunctione & matrimonio,[l]
legitimi & naturales ſimul dicti: lege & natura
matrimonium approbantibus, & ea uetiſſima
præſumptione ex alieno cõcubitu nõ fuiſſe na
tos, quàm coniugũ. Alioqnin enim difficilis fi-
liationis probatio.[m] Sic Auguſtus[n] Caium Te
ſtiũ infantẽ à Tectio patre exhęredatũ, in bona
paterna reſciſſo teſtamẽto ire decreuit: neq; de
ſtatu filij poſt mortẽ patriſqueri paſſus, eſt quẽ
Petronia matre, quàm Tectius pater quoad ui-
xit in matrimonio habuerat, natũ, ueluti in ꝓ-
prio iure, & ab ijs mutuo educatũ eſſe appare-
7 bat. Nec licet hic patribus prolẽ negare, niſi ex
preſsè adulterinã probẽt: quod difficile eſt, niſi
eſſet uis quædã propria ſingulis inſita, quæ in
prolem

b l. cum de ſtatu, l. 13 & l. pen. de probat. li 22. P. tit 3. l. 3. ſi min. ſe ma ior. dix. l. a. C. ti tu 3.
c Iul. Capitol. in M. Philoſo.
d Capitol. in Gordia.
e Iuuenal. Satyr. 9.
f Plato dial. 6. de legib.
g in regijs Frã ciſ. conſtitutio, anno Domini 1539 art 50. 51. 52. & 53.
h Cic. ad Atticum.
i Gelli. lib. 14. cap. 4.
k Iul. Pol. li. 3. Onomaſti. c. 2.
l l. filium, l. 16. iuncta gl. de ijs qui ſunt ſui uel alie. iur. & l. P. titu. 6. Pau. l. quia ſemper, de in ius uoc. & l. P. tit. 4. auth. nũc ſoli de natura. lib. C.
m l. Lucius, l. 83 de condi. & demonſt.
n Val. Max. li. 2. c. 7.

prolem transferretur, & qua non inuenta non
ſuum quis dicere poſſet. Qualem Pſyllis in A-
frica genti, quorum corpori Plinius [a] ingeni-
tum fuiſſe tradit uirus exitiale ſerpentibus, ut
cuius odore ſopirent eas: mos uetu illis, libe-
ros genitos protinus obijciendi ſæuiſſimis ea-
rum, eoque genere pudicitiam coniugum ex-
periendi, non profugientibus adulterino ſan-
8 guine natos ſerpentibus. Menander [b] itaque
fidem patri concedit, ut putet ſuum filium v-
xore natum, uxori autem ſcientiam: & ideo il-
las magis filios diligere, i

ἐστὶν καὶ μήτηρ φιλότεκνος μᾶλλον πατρός.
ἡ μὲν γὰρ αὐτῆς οἶδεν υἱόν, ὁ δ' οἴεται, id eſt,
Mater amat magis liberos, quam pater:
Suum enim ipſa filium cognouit, ille putat.

9 Cognoſci tamen poſſet num adulterinus, ſi ue
rum ſit quod Plinius [c] tradit cum Nigidio, Lac
fœminæ non corrumpi alenti partum, ſi ex eo-
10 dem uiro rurſus conceperit. Dicuntur & filij
liberorum nomine, & utrumque nomen ad ne
potes etiam porrigitur: ſed longius progredi-
tur liberorum ſignificatio, [d] & parentum, &
11 prope in infinitum. [e] Quin & nomine plu-
rali liberorum continentur unus tãtum filius,
12 filiave, ut ait Gellius, [f] Seruius, [g] Donatus, [h] &
Caius Iuriſconſ. [i] Vocantur & filiorum nomi
ne alicubi, omnes qui ex aliqua proſapia deſcẽ
derunt: ut in ſacra pagina, filij Adæ, filij A-
brahæ, [k] qui ex eorum deſcenderunt genera-
tione. Sicuti & fratres [l] inter ſe omnes, qui
eiuſdem cognationis erant, in quocunque gra
13 du eſſent proximitatis. Filiorum naturalium
legitimorum, duæ ſunt ſpecies, ſui, & non ſui
ſeu extranei: ſui ſunt, qui in poteſtate patris
uel aui ſunt, cuiuſconque ſexus ſint: [m] non
ſui ſunt, ut emancipati, qui à poteſtate exiue-
runt. [n] Opponuntur & ſuis, illi, qui alio mo-
do, quàm per emancipationem, deſierunt in
patris eſſe poteſtate: multis enim modis ſol-
uitur patria poteſtas, [o] ut dicemus Deo iuuan-
te poſt patriam poteſtatem. Dicuntur autem
unica appellatione omnes extranei, qui in po-
14 teſtate non ſunt. [p] Sunt & liberorum diſtin-
ctiones, ut alij ſint nati uiuente patre, alij poſt-
humi, id eſt, poſtquam ſepultus pater, nati: quã
uis & ſimilitudine quadã rationis, ſed non pro
prie & poſthumi dicantur, qui uiuente patre
poſt eius conditum teſtamentum nati ſunt, ut
notat Accurſius: [q] vel arrogati, uel qui mortuo
patre ſubijciuntur auo, vel auo moriẽte patri. [r]
Eſt & alia filiorum diſtinctio, vt quidam, nati
niui & ſiue deformi portento, & iſti proprie fi-
lij: alij cum monſtroſa figura, qui potius mon-
ſtra, quàm liberi: [s] alij mortui nati, qui aborti-
ui dicti ſunt, nec nati cenſentur, & habentur
15 ac ſi non fuiſſent. [t] Illegitimorum naturalium
tantum filiorum, uel liberorum ſpecies plures
ſunt: in primis quidam ſunt naturales tantum,
qui aliquando permiſſo concubitu olim con-
cubina nati erant, de quibus in tit. de natural.
liber. in Codi. Iuſtinia. nati ex ea, quam quis nõ
vago concubitu, ſed uxoria affectione, præter
ritus tamen matrimonij, ſibi coniunxit, quæve
poterat eſſe uxor, nõ ex uili ſcorto, [u] quãuis iu-
re pontificio meretricis non improbetur pœni
16 tentis, ſed laudetur coniugium. [x] Obſeruaui ta
men apud Phryges, filios ea concubina non di
ci ex familia uel genere patris: Nam cum Di-
ctys Cretẽſis ſcribat, [y] Priamum regem Troiæ,
quinquaginta filiorum patrem fuiſſe: Dares
Phrygius [z] tamen ait, tantum ei filios fuiſſe ex
Hecuba, Hectorem, Alexandrum, Deipho-
bum, Helenum, Troilum, Andromacham,
& Caſſandram: alios autem ex concubinis,
quos, inquit, nemo ex genere regio dixit eſſe,
17 niſi eos qui eſſent ex legitimis uxoribus. Græci
omnes illegitimos filios nothos dicunt in ge-
nere, & proprie tamen ex pellice natos, ſicuti
notat breuiorum ſcholiorum Homeri author
in uerſum illum. [a]

Ἀλλ' υἱὸν Πριάμοιο νόθον βάλε Δημοκόωντα.

ubi *νόθον* dicit eſſe *τὸν οὐ γνήσιον, ἀλλ' ἐκ παλλακί-
δος ὄντα.*
Et rurſum alibi [b] in verſum illum,

Μέδων κάσμησεν Ὀϊλῆος νόθος υἱός,

repetit *νόθον* eſſe *τὸν μὴ ἐκ γαμετῆς γυναικὸς γεγεν-
νημένον, ἀλλ' ἐκ παλλακίδος.*
Quintilianus [c] nos non habere Latinum no-
men, quo nothum referamus, tradit: ideo
quo Græco uti, quod ex Catone accepit, cui &
ſubſcribo: niſi contracta ſignificatione, prout
apud Iuriſconſultos, is dicatur naturalis, quem
definiunt eſſe ex ea, quæ legitima uxor eſſe po
18 terat, quique certo complexu natus. In quo
differt ab ſpurio, qui, quia ſine certo patre eſt,
uulgo conceptus, [d] & ſpurius dicitur, id eſt,
ſine patre: vox enim ſpurij, teſte Plutarcho, [e]
nata, omiſſis cæteris, quas refert, interpreta-
tionibus, à Romanis, qui ſoliti erant nomina
primis tantum literis exprimere, aut una: ut
dum Titum uno T. Cneum, ſic Cn. Sextum,
Sex. unde & uulgo conceptos ſcribebant per
S.P. id eſt, ſine patre, quos Græci dicunt *ἀπάτο-*
19 *ρας*. Quamobrem ſummus Pontifex, [f] diſtin-
ctionem quandam merito adhibet inter no-
thum, ſpurium, & manzerem. Quamquam
vtraque dictio, ſi generaliter proferatur, poſ-
ſit omnes illegitimos complecti, potiſſimum
& apud Hebræos, manzer: uocãt enim ממזרים
mamzarim, ſeu manzeres, omnes aliunde quàm
ex legitimo matrimonio natos, quaſi מן זרים
minzarim, id eſt, de alienis ſcilicet natos, de
quibus ſic cautum in Deutero. [g] גם דור עשיר
: לא יבא לו בקהל יהוה לא יבא ממזר בקהל יהוה *lo
iabo manzer bikhal Iehoua, gam dor gnoſuri lo ia*
20 *bo lo bikhal Iehoua*, id eſt, *non ingredietur man-
zer in eccleſiam Domini, etiam decima generatio-
ne non ingredietur eccleſiam Domini*, ſcilicet
non fungetur miniſterio eccleſiaſtico: quod
etiam ſtatutum poſtea iure pontificio. [h] Et cer
te quod pertinet ad pudicitiæ uiolationem, pa
rum intereſt inter concubinam, & meretri-
cem: utrique enim peccatum eſt concubitus &
turpitudo, neque quòd illa clam, hæc palam [i]
proſtituatur, delictum mutat, ut etiam Euripi-
des ſcripſit, [k]

οὐ γὰρ ὃ μὴ καλόν, οὔποτ' ἔσται καλόν,
οὐδ' ἂν μὴ νομίμων παῖδες, μητρὸς δὲ χρυσῶν,
μίασμα πατρός, id eſt.

*Non enim quod per ſe non eſt boneſtum, poterit
dici boneſtum.*
*Neque liberi illegitimi boneſti matribus, ſed &
patri*
Scelus & piaculum.

Heraclideſque Ponticus apud Plutarchum [l]
commeminit legis Solonis, qua *τοὺς ἐξ ἑταίρας
γενομένους*, id eſt, *Spurijs non erat neceſſe nu-
trire patres: qui enim*, inquit, *in compreſſione
mulieris decorum non ſeruat, non prolis, ſed
libidinis cauſa eo ſe impelli apertè oſtendit.* A-
riſtophanes Grammaticus in argumento Oe-
21 dipi Tyranni Sophoclis, ſpurium dicit op-
probrium fuiſſe Græcis, dum de Oedipo ſic
ſcribit,

Corinthum vagus cum liquiſſet Oedipus,
Hoſpeſque

a Plin. lib. 7. cap. 2.
b Menã. in ſen tent. cum centũ Poetar. Græcorum, c. 24.
c Plin. lib. 7. capit. 16.
d Caiu. in l. liberorũ, l. 220. de uer. ſig. Pau. l. filij appellatione, l. 84. l. poſ feſſionum, cõmu. utri. iudic. C. § ſi qui dotem. poſt Vlpi. l. cognoſcere, l. 18. § ſi. de uer. ſignif.
e l. quique. §. parentes, de in ius uoc. P. l. ſed etſi, § liberos autem, eo l. cũ quidam, de libe. & poſthum.
f Gell. lib. 2. cap. 13.
g Ser. in 10. Aeneid.
h Donatus, in Heauton. Teren. act. 1. ſce. 1.
i Caius, l. non eſt ſine liberis, l. 148. l. ſequ. de uerb. ſign.
k Geneſ. 19. Luc 16. Inſ. e-uang. c. 8. Actuum, c. 13.
l Iob 19. Rom. 9. ad Heb. 2. Geneſ. 13. Geneſ. 14. 29. D. Hiero. lib. ad Heluid.
m § ſui autẽ, de hæredi. quæ ab inteſ. defer. §. fin. de hæ edi. qual. & diff. totũ tit. de ſuis & legi. hæ. & t. t. quib. mod. nat. effic. ſui.
n tot. tit. de emancip. lib. C. § præterea, qb. mod. ius pat. pot. ſol.
o tit. quib. mo. ius, &c. eod.
p l. uni. § extraneum, de rei uxo. act. C.
q Accurſ. in rub. de poſthu. hæred. inſti. C. & l. 3. §. 1. de in iuſt. rup. P.
r l. filius a patre, § 1. de libe. & poſth. in P.
s l. non ſunt liberi, de ſta. hominum in P. l. quod certatũ, l. 9. de poſthu. hæred. inſti. li. 6. C. tit. 29. Vlpi. l. quæret aliquis, l. 135. de uer. ſig.
t l. 2. C. de poſthu. hære. inſt. Paul. l. qui mortui, 129. de uer. ſign. l. antiquitus, amittitur, l. 132. § 1. eod.
u l. 1. iuncta authen. ſeq. de naturlib. C.
x c. inter opera charitatis, de ſponſal.
y Dictys Cretẽ. li. 3. de bello Troia.
z Dares Phrygius, i. excidiũ belli Troiani.

a Iliad. δ Homer.
b Iliad. ϐ.
c Quintil. lib. 1. cap. 6.
d l. vulgo conceptos, de ſtatu hom. P. § ſi aduerſus, de nup. ap. Iuſtinia.
e Plut. in problem.
f Innoc. 3 in c. niſi cum pridẽ, c. ſu. § pro gratia, de renunc. li. 1. Decret. tit. 9. ubi cæte c. tu fuſione & in ſcitia glo. cum ſuis uerſibus.
g Deutero. 23.
h c. cum in cunctis, c. 7 & c. innotuit, c. 20. de electio. li. 1. & ex e. c. ut a pe. de fil. presbyt.
i l. palã, de ritu nup. l. 1. de concub. in P.
k Euripid. in Phœniß. act. 1. uerſ. 189.
l Plutar. in Solone.

Hoſpeſque paſſim ab omnibus contio
Inceſſeretur, quaſi foret ſpurius,
Illegitimuſque incerto ſatus patre,
Pythica ſcitatum uenis oracula, &c.

Maius tamen opprobrium in procreato fracto
fœdere nuptiarum, qui Græcis, μοιχίος, vel μοιχί-
22 διος & μοιχαλίς. Adulterinus filius is nēpe eſt,
qui illegitime procreatus ex ea, quæ nupta al-
teri eſt: uel ex eo, qui uxorem habet, & ex inup-
23 ta, uel ex ambobus cum alijs coniunctis.[a] Bo-
nifacius martyr ob iſtos concubitus illicitos
ualde iram Dei concitari, ſcribit regi Anglo-
rum[b] ſeu Britanniæ, atque ideo prolem omni-
genæ impietatis facile inde naſci, cuius uerba
referam. *Si gens Anglorum, ut ab ipſis paganis, in*
quit, nobis etiam improperatur, ſpretis legalibus cō
nubijs, adulterando & luxuriando ad inſtar Sodo-
mitica gentis, fœdam uitam duxerit, de tali commix
tione meretricum exiſtimandum eſt degeneres po-
pulos, & ignobiles, & furentes libidine fore procreā
dos: & ad extremum uniuerſam plebem ad deterio
ra & ignobiliora uergentem, & nouiſſimo nec bello
ſecuları fortem, nec in fide ſtabilem, nec honorabi-
lem hominibus, nec Deo amabilem eſſe uenturam.
Sicut alijs gentibus Hiſpaniæ, & Prouinciæ, & Bur
gundionum populis contigit, quæ ſic à Deo recedē-
tes fornicatæ ſunt: donec iudex talium criminum ul
trices pœnas, per ignorantes leges Dei, etiam per
Sarracenos, uenire & ſæuire permiſit: hæc ille.
Cui accedit Sapiens,[c] dum ait. *Adulterorum*
filij in conſummatione erunt, & ab iniquo toro ſe-
men exterminabitur? & ſi longa uita erunt in ni-
hilum computabuntur, & ſine honore erit nouiſſima
ſenectus illorum, et ſi celerius defuncti fuerint, non
habebunt ſpem, neque in die cognitionis allocutio-
nem. Nationes enim iniquæ, diræ ſunt conſumma-
tionis. Dicitur & alibi,[d] *Ad adulterorum filios*
paterna flagitia tranſire, & pro patribus punien-
24 *dos.* Tales adulterini proculdubio exiſtiman-
tur, qui naſcuntur ex uxore abſente marito per
duos uel plures annos continuos: uel ſi conſtet
maritum cum uxore non concubuiſſe, infirmi
tate interueniente, uel alia cauſa, uel ſi ea uale
tudine paterfam. fuit, ut generare non poſſet,
ut ex Iuliani & Scæuolæ ſententia Vlpianus
docet.[e] Quòd ſi concubuerint ſimul aliquo
tempore ante partum coniuges, ex quo uериſi-
militer generatio marito adſcribi poſſit, etſi
alterius interuenerit alieni uiri coniunctio,
pro filijs ut illo cenſeantur marito nati, & ut
25 legitimi ſint præſumitur.[f] Neque in horum
præiudiciū creditur matri profitenti ſe ex alio
quàm marito eos concepiſſe, ut ait Scæuola.[g]
Aliunde etiam ahijt ñs prouerbium ut ait Sex-
tus Pompeius Feſtus, nec mulieri nec gremio
credendum non dicam quod illa leuis & incer
ti ſit animi. Sed quia cum iuriſconſulto,[h] quod
ita moribus optimis & receptum ſit. Et iam ut
Suidas ait fide publica receptus ſit ille uerſicu-
lus γυναικὶ μὴ πίστευε, μηδ᾽ ἂν ἀποθάνῃ. id eſt, *ne cre-*
de mulieri etiam moritura ſtatim. Nec iuramen-
tum matris delatum uel relatum, partui pro-
ficit, nec nocet, ſi iuretur ex aliquo prægnan-
tem non eſſe.[i] Quinimo peregre rediens, ſi in-
uenerit uxorem prægnantem, quæ ab alio con
ceperit, & non proteſtatus uel conteſtatus fue
rit, antequam conueniret, eam non eſſe ex ſe
prægnantem, certe partus naſcitur illi ſuus, &
cogitur partum agnoſcere, ut filium, ex Sena-
tuſconſulto Pegaſiano:[k] uel ſi is interim præ-
gnante uxore moriatur, ſi ſtatim non fuerint
cōteſtati qui excluſo poſthumo ſucceſſuri erāt,
26 non audiuntur ex Carboniano edicto.[l] Fieri
tamen non poteſt, quin magna ſuſpicio partus
adulterini nō ſit, ſi mater ſibi conſcia moriens
profeſſa fuerit, nulla cauſa excandeſcens in o-
dium mariti uel filiorum, ſed pœnitentia ſcele
ris & iniuriæ irrogatæ marito, ducta. Quan-
quam non ſoleat filio præiudicium ideo in ſuc
ceſſione patris putatiui fieri: eademque ſuſpi-
cio maritorum, quòd ex ſe non ſint liberi geni
ti, ſi illi prudentes & prouidi ſint, inter honos
27 & graues non exiguæ fidei eſt. Et proinde cum
Agis rex Lacedæmoniorum Ageſilai frater,
filium Leotychidem reliquiſſet, quem ille ui-
uus non agnouerat, etſi eundem ſuum motiēs
fuiſſe dixiſſet, in regno habuit ſucceſſorem A-
geſilaum fratrem ut proximiorem, prælatum
Leotychidi, ut ſpurio, ut narrant hiſtoriogra-
phi.[m] Suſpicabatur autem natum Leotychi-
dem Agis ab Alcibiade procreatum: Ideo Plu-
tarchus[n] eadem quæ Probus referens, addit.
Leotychides, inquit, *puer antea ſuſpectus quidem*
erat Agidi, cum autem ſe ad pedes ægrotantis pa-
tris abieciſſet, & multas lachrymas profudiſſet, per
ſuaſit ei, ut ſe multis præſentibus filium pronuncia-
ret. Athenæus[o] quoque ſcribit, regis Agidis
vxorem Timæam corruptam fuiſſe ab Alcibia
de: uerum Pauſanias[p] ſcribit, Agidi, mali ge-
nij impulſu hoc ei in mentem ueniſſe, ut au-
dientibus Ephoris, diceret ſe non putare Leoty
28 chidem filium ſuum eſſe. Faceret pro filio po-
ſtrema aſſertio paterna, etiam ſi antea negaſ-
ſet filium, ſi pro legitimo habitus fuiſſet à uici
nis, uel maiori parte eorum, etſi pater illum ta-
lem quoque nominaſſet: utrumque enim re-
quiritur.[q] Facit & aſſertio conſentiens utriuſ-
que parentis, quia negatur legitima proles cō
tra filios, niſi aliunde doceri poſſet eſſe legiti-
ma: nam probatio præponitur illorum teſtimo
29 nio.[r] Illegitimi quoque cenſentur, qui nati
ſunt ex matrimonio contracto prohibente pu
blicæ honeſtatis iuſtitia, & citra eccleſiæ per-
miſſionem, ut nec tanquam legitimi ſuccedāt,
ſi pater ſciuerit impedimentum:[s] alioquin ſi
ignorantibus utriſque parentibus impedimen
tum, uel altero illorum, accuſatum non fuerit
matrimonium, poſt eorum mortem proles nō
poteſt illegitima dici.[t] Quamuis hodie clan-
deſtina deſponſatio in hoc impedimentum in-
cidens alteruttius, hoc non operetur, nec igno
rantia tunc excuſet patris, quin proles ſit ille-
gitima, niſi reconciliatio accedat eccleſiæ &
gratia:[u] quia fraus præſumitur, eo quòd clam
factum ſit.[x] Quòd ſi matrimonium fuerit
ignoranter in facie & ritibus eccleſiæ initum,
& ſeparetur poſtmodum, filij geniti eo pen-
dente, legitimi habebuntur & fruentur pri-
uilegijs legitimorum.[y] Illi etiam illegiti-
mi, qui & inceſtuoſi ex ſanguine coniunctis
in gradu prohibito nati ſunt: ut nefarij, qui
ex deſcendentibus & aſcendentibus fœdiſ-
ſime iunctis oriuntur: de quorum prohibita[z]
coniunctione in impedimentis diximus. Quæ-
ritur autem, num nati 7. menſe, 10. 11. 12.
13. à morte maritorum legitimi ſint & natu-
rales: an uero in illis ſit nothorum ſuſpicio.
Et de primo ſic Paulus Iuriſconſul. reſpondit,
Septimo menſe naſci perfectum partum iam rece-
ptum eſt, propter authoritatem doctiſſimi uiri Hip-
pocratis: & ideo credendum eſt, eum qui ex iuſtis
nuptijs ſeptimo menſe natus eſt, iuſtum filium
eſſe.[a] *Medici*, inquit Gellius,[b] *& philoſo-*
phi illuſtres de tempore humani partus quæſiue-

 runt,

a c. nemo ſibi blandiatur, 32. q. 4. can. lex. §. adulterij, 36. q. 1
b c. uno. ſi gens Anglorum, 56. diſt. in Decreto Grat.
c Sap. 3. de can. dicat. 32 q. 4.
d Vrba. in con. pen. uerſ. quòd autem, 56. diſt.
e Vlp. l. filiũ, l. 6. de ijs qui ſui uel alie. iur.
f d. l. filium. & l. quia ſemper, de in ius uoca. in P. expreſſè Papin. l. defuncto, l. 11. § deſuncto, ad leg. Iul. de adult. P.
g Scæuol. l. penul. de probat. lib. 22 P. tit. 3
h in l. eſt prætor, de rudi. P
i Vlp. l. 3. § penul. de iureiur. lib. 12 P. tit.
k Vlp. l. 1. § 1. et ſeq. de agno. lib. 25 P. tit. 3.
l idem in l. 3. §. quis Pomponium, eod. tit. l. 1. § ſi de Carb. edict. lib. 37 titu. 10. l. 3. § ſi mater, eod.
m Plutarch. in Agide. Xenophon lib. 3 rer. Græcar. Aemil. Probus in uita Ageſilai
n Plutar. in uita Agidis.
o Athe. lib. 13. cap. 13.
p Pauſani. in Laconic.
q c. per tuas, c. 10. & ibi glo. & Fel. de probat. li. 2 Decret. tit. 19 & ibi Panor. mi. Iste hoc ... Guil. ... ueſ qua filium ex eo ſuſcepiēs, nu. 1. & ſeq. in 3 par. repetit. c. Raynut.
r c. tranſmiſſæ, c. 9. & ibi Pan. & alij, qui filij ſint legit.
s Celeſt. in c. referente, c. 10. eod.
t c. peruenit ſa nè, c. 11. eod. c. perlatum, 8. & c. ex tenore, c. 13. eod. tit.
u c. cum inhibitio, de clāde. deſpon. gl. fin. in c. referente, qui fil. ſint leg. & l. fin. de nup.
y c. 2. & c. perlatum, qui filij ſint legit.
z auth. ex complexu, C. de inceſt. lib. 5. & quib. mod. nat. eff. ſui.
a Paul. l. ſeptimo menſe, l. 12. de ſtat. homin. lib. 1. P. tit. 5
b Gell. lib. 3. cap. 16.

runt, πλεῖστος ὁ τῆς τῶν ἀνθρώπων κυήσεως χρόνος: id eſt, *quantum eſt hominis geſtationis tempus. Et multa opinio eſt, eaque pro uero recepta, poſtquàm mulieris uterus conceperit ſemen, gigni hominem ſeptimo rarenter, nunquam octauo, ſæpe nono, ſæpe numero decimo menſe: eumque eſſe gignendi hominem ſummum finem.* Dixit rarenter ſeptimo gigni, quia ſeptimo menſe non niſi pridie, poſterove plenilunij die, aut interlunio concepti, naſcuntur, ſecundum Plinium.[a] Qui & tradit,[b] ſeptimo menſe genitis, ſæpenumero foramina aurium & narium defuiſſe. Et Galenus[c] tradit in minori interuallo, quàm ſit anni dimidium, ſeptimeſtres partus uitales edi poſſe, negaſſe Hippocratem uoluit. Explicat & Hippocratem Vlpianus, dum reſpondit ſecundum Hippocratis ſententiam[d] poſſe naſci 182. die partum, id eſt, media parte anni eaque nec integra, ſi conſideremus annum uulgatem conſtantem 365. diebus & quadrante, ut biſſextilis 366. perficitur, cum tamen bis 182. reddant 364. dies. Sic Galenus iterum ait,[e] *Nullas plane celerius notas parere 182. die cum dimidio, & quibuſdam horis: uel poſt exactum quartum ſupra ducenteſimum. Atque ego,* inquit, *vnam mulierem reperi, quæ centeſimo & octuageſimo quarto die completo pepererit.* Porro poſt decem menſes mortis patris natum, non admitti a legitimam hæreditatem, Vlpianus reſpondit:[f] illegitimum eum arbitratus. At poſtea placuit, & in 10. 11. 12. & 13. menſe legitimum naſci partum, ut ſupra docuimus.[g]

a Plin. lib. 7 capi. 5
b Plin. lib. 11. cap. 37
c Galen lib. de ſeptim. partu.
d Vlp. l. 3. § fi. de ſuis & legit. hæred. P.
e Galen. d. lib. de ſept. par.
f l. 3. § fi. d. tit. de ſuis, & facit formula, l. Gallus, de liber. & poſthum.
g ſup. lib. 9 ca. 18. nu. 22 &.

De filijs legitimatis, ſeu de legitimatione nothorum. Cap. IIII.

Nouell. qb. mo. na. eff leg. & ſui. & c. ? Aut. col. 6. ti. 1.
Quib. mod. nat. effic. ſui, in Auth. coll. 7 tit. 1.
Qui filij ſint legit. lib. 4. Decret. tit. 17.

1 *Nothi interdum digni, qui eximantur à nota illegitimorum.*
2 *Illegitimi eſſe deſinunt, dum fiunt legitimi.*
3 *Illegitimantur filij quatuor modis,*
Oblatione curiæ,
Si pater legitimos diceret,
Per reſcriptum principis,
Per ſubſequens matrimonium.
4 *Adulterini & nefarij ſeu inceſtuoſi filij, num legitimentur per ſubſequens matrimonium.*
5 *Legitimatio per reſcriptum principis.*
6 *Filius ſpurius ſacerdotis legitimari per reſcriptum principis nequit.*

1 Cæterum interdum ita proficiũt bonis moribus & eruditione liberi, nothi, uel alijs rebus, ut digni ſint qui eximantur ab infami natiuitatis nota: ſic enim apud Euripidem,[h] arguit exemplo Peleus.

ἀλλ' εἰ τις νόθος πέφυκε, πολλάκις δέ τοι
ξηρὰ βαθεῖαν γῆν ἐνίκησε σπορᾷ,
νόθοι τε πολλοὶ γνησίων ἀμείνονες, id eſt,
Licet nothus ſit, certe ſæpenumero
Arida ſatio fertile, & pingue uincit ſolum,
Multique ſpurij præſtant legitimis.

2 Tranſeunt autem naturales illegitimi filij in legitimos ſuos, quando legitimi fiunt, dicunturque tunc legitimari. 3 Quod fiebat quadruplici medio:[i] primum, per oblationem curiæ, alicuius loci, ſi ipſi operas ipſi impendiſſent, uel illegitima curialibus nuberet.[k] Secundo, ſi illegitimum naturalem pater uocaſſet legitimum.[l] Si quando hodie tamen pater uocaret filium baſtardum, filium legitimum & naturalem, dubium eſſe poſſet, num haberetur pro legitimato: & num ille ſuccederet exemplo legitimorum. Et aſtus diſtinctione opus eſſe crediderint, ut, ſi pater dixerit matrem fuiſſe ſibi deſponſatam, cum affirmatione filios ab ea ſuſceptos, ſuos eſſe: tunc haberi illos pro legitimis per conſequentiam matrimonij, ſi aliam uxorem non habuerit tunc cum genuit, aut ſi probatum, illum antequam etiam aliam duceret eum affidaſſe ut dicunt, ſeu ei fidem dediſſe.[m] Nam promiſſio de futuro matrimonio, ſequente copula, facit matrimonium præſumptum, contra quod non habeat locum probatio.[n] Quod ſi ſola ſit aſſertio patris, qua eum dicat ſuũ, quemadmodum nihil illa prodeſt ad firmandum quod non eſt matrimonium, ita nec ad legitimandum filium iuuabit. Quare, ut aſſertio patris nunc legitimum filium ſpurium faciat, cum his exigitur conſenſus uicinię, ut cum filium pro legitimo reputauerit.[o] Sola que nominatio uel ſcriptura, non facit filios qui non ſunt,[p] & facit Imperator Gordianus pro hac ſententia,[q] Luculentius Valerianus & Galienus CC.:[r] *Neque profeſſio,* inquiũt, *neque aſſeueratio nuncupantium filios qui non ſunt, ueritati præiudicat,* &c. faciet tamen præſumptionem aſſertio uel negatio patris, uel matris, pro filio. Vel contra, donec contrarium probetur.[s] Sed non præiudicat ueritati.[t] Et uidetur huius ſententiæ aſſertor Alexã. 3. ſum. pont.[u] Videndus & pro hac quæſtione, Guillel. Bened.[x] addenda & conſideratio matrimonij, prout monui ſupra.[y] Tertio, per ſubſequens matrimonium[z] cum concubina, ex qua liberi ſoſcepti, iuntum: niſi aliud affinitatis uel alterius cau- 4 ſæ impedimentum ſubſit. Quo fit, ut inceſtuoſi & adulterini non poſſint per matrimonium matris eorum cum patre contractum legitimari, quia lex huiuſmodi coniugia abominatur.[a] Quod tamen interpres gloſſator Ber.[b] intelligendum cenſet, ſi ea, cum qua adulterium committitur, ſciuerit uxorem habere, nõ autem ſi ignorauerit. Cui certe adſtipulatur Innocentius tertius ſumm. Pontif.[c] De nefarijs autem & inceſtuoſis ſpurijs, ne poſſint ullo modo legitimari ſequente matrimonio procul à dubio eſt, eo quòd, ut in impedimẽtis diximus, nullum poſſit in gradu prohibito recipi matrimonium iuſtum, ſi accuſetur. Quòd ſi liberi nati ſint ex matrimonio contracto in gradu prohibito, diſtinctio alia, quæ proxime in illegitimis diſtinguendis annotata eſt, adhibenda; neque ea ad ſpurios legitimandos per ſubſequens matrimonium pertinet, ſed eſt alterius 5 inſpectionis. Quarto, legitimantur per reſcriptum principis:[d] princeps enim qui in manu habet legum authoritatem, cui leges interpretari & abrogare licet,[e] & poteſt gratiam præceptorum legum facere. Placuit tamen 6. Calend. Aprilis 1568. Senatui Pariſienſi, nullatenus regijs codicillis ſacerdotis filium, iure 6 legitimorum donari poſſe. Idem plane decretum regia ſententia in eodem Senatu prolata 15. Calend. Octob. 1573. triduo poſt felicem Poloni Regis in urbem ingreſſum, teſte Rhenato Chopino.[f]

h Eurip. in Androm. actu 3. uerſ. 90.
i gl. in c. tranſmiſſæ, qui filij ſint legit.
k § quod uero, qb. modis nat. effic. ſui, § fi. de ſup. apud Iuſtinia. l. 3 de natu. lib. C.
l § ſi uero ſi qui, quib. mod. nat. effic. ſui. § ad hoc, ut lice. nat. & au. 2, in auth.
m ca. per tuas, 10 qui filij ſint legit.
n c. is qui fidẽ, de ſpon. c. per tuas, 3 de condi. appoſi.
o c. per tuas. & ibi gl. & Felin. atque Panorm. de probatio.
p Diocleta. & Maxi. in l. non epiſtolis, 13. l. non nudis, 14. de proba. lib. 4. C. tit. 19
q Gordian. in l. ſi pater, 4. de hære. inſti. li. 6. C. tit. 23.
r in l. neque profeſſio, 9 de teſti. lib. 4 C. tit. 21.
s l. cum matris, de proba. P.
t l. fi. eod. tit.
u in c. tranſmiſſæ, 3 qui fil. ſint legit.
x c. Raynutius ad uerba, Quæ filium eo ſcilicet teſpreno, nu. 1. de teſta.
y c. 3 nu. 1 & ſeq.
z l. diui Conſtantini, & l. cũ qu. & l. nuper. de nat. lib. C. §. fi. de inc. nup. colla. 2. ſanth. c. 1 & c. tanta. qui fil. ſint legit.
a l. Claudius, de his quib. ut indig. in P. c. cũ haberet, de eo qui duxit in matr. quàm pri. polluer. per adult. ap. Greg.
b gl. in c. tãta, ad uer. aliorũ, qui fil. ſint legitimi.
c Innoc. 3. in c. ex tenore, c. 14. eod.
d § ſi quis uero non habens filios, & § ſit igitur. qb mod. nat. eff. legit. § illud. quib. mo. nat. eff. ſui, collat. 7. in auth. c. per uenerabilem, qui fi. ſint legit.
e l. 1. & fi. de legib. C.
f Rhen. Chop. lib. 1 de domanio Regis, tit. 11.

De

De filijs legitimis tantum. Cap. V.

1 *Legitimi tantum filij, qui.*
2 *Legitimorum filiorum diuiſio iure ciuili, in adoptatos & arrogatos.*
3 *Patres & filij ſecundum legem alij, & alij ſecundum carnem.*
4 *Filiatio iure diuino ſecundum ſimilitudinem generationis pluribus modis dicitur creatione, operatione, confirmatione, principio, imitatione, doctrina ſeu eruditione, catechiſmo, beneuolentia, honore, poteſtate, nutritione.*
5 *Filij dicti Dei, regeneratione Baptiſmatis, & qui à nobis in regeneratione ſuſcipiuntur filij noſtri luſtrici, & ex confirmatione, & pœnitentia, ſpirituales filij.*

a l. legitima, de poſt. in P.

1 Filij legiomi tantum illi dicuntur, qni à lege aliqua [a] in numerum filiorum naturalium probatotum iure rediguntur, & pro filijs habétur, etſi non ſint: quando ſimilitudo quædam com naturalibus. uel æquare priuilegium omnino uel ex parte datur. Quamobrem non natura, ſed ſimilitudine & participatione iſti filij ſunt. Et quia multiplex poteſt eſſe ſimilitudo, ſic & multiplex ea ratione filiorum appellatio iure diuino in ſacris literis, & iure pontificio.
2 Iure autem ciuili, adoptione & arrogatione tantum recepta, quæ & alijs iuribus cognita
3 eſt. Sic patres alij ſunt ſecundum legem, alij ſecundum carnem, ut notat D. Hieronymus.[b]
4 Et breuiter ſacra pagina à ſimilitudine ortus, quem generatione à patre trahimus, creationem noſtram tribuit filiationi, ut ſit is pater noſter, qui nos creauit: [c] ſolet enim & ſcriptura ſancta, id filium cuiuſque rei uocare, quod ab eo factum ſeruatumve eſt, ut Deus, pater cœli & terræ dicitur. [d] Sic filij Dei etiam Angeli mali, oratione dicti. [e] Et pater dicitur principium alicuius rei, *ut pater habitantium in tentorijs.* Geneſeos 4. *Et Tubal pater canentium cithara*, eod. c. 4. Geneſ. Et à ſimilitudine, quòd filij ut plerunque imitantur ſubſtantiam & naturam parétum; filius quoque dicitur alicuius, quòd naturam illios imitatur: ita filij hominum, pro hominibus. [f] *Fortes filij Deorum* [g], *filij Belial ſceleſti.* [h] A ſimilitudine quoqua participationis ſubſtantiæ paternæ, qui arudiuntur doctrina aliqua ab aliquibus ſeu præceptoribus, uel gradu aliquo donantur, filij eorum dicuntur. Sic ſæpe Salomon quos erudit, in prouerbijs & alibi, [i] filios uocat, ſæpeque illa uoce, *fili mi*, utitur. Sic filij prophetarum, eorum diſcipuli dicti ſunt. [k] Et 1. Samuel, [l] dicitur præceptor pater, ibi; *Quis eſt pater eorum? Et filij ſapientiæ iuſtorum.* [m] Sic D. Paulus, [n] *filioli, quos iterum parturio, donec in uobis formetur Chriſtus.* Atque hac filioli nominatione ſæpe utitur D. Ioannes. [o] Sic iura pontificia monent, per inſtructionem ad fidem ſeu catechiſmum contrahi filiationem, & cognationem ſpiritualem. [p] A paterna beneuolentia, quæ ſumma eſt, & dilecti ſummopere quoque filij dicuntur. Sic Iſraelitæ peculiaris Dei populus, filij Dei dicti. [q] Ab honore, & ſeniores obſeruandi, ut patres, [r] & à ſenioribus iuniores erudiendi, ut filij. Sic in Geneſi, [s] filij Dei dicuntur illi qui inuocabāt Dominum, & honorem & obſequium cultus diuini offerebant. Sic amplectētibus fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti dedit Deus poteſtatem filios Dei fieri, qui non ex ſanguinibus, nec ex uoluntate carnis, nec ex uoluntate uiri, ſed ex Deo nati ſunt. [t] Adoptioque hæc filiorum Dei. [u] Et ratione poteſtatis quæ in liberos eſt, filius interdum dicitur, id quod in alterius iure & poteſtate eſt indubie, ut, *Filij mortis eſtis uos.* [x] id eſt, addicti morti, ual ea digni. Ratione nutritionis, alumni filij, & quòd nutrit pater uel mater: ut filij maris dicti ab Oſea [y] piſces. Ratione generationis, quia Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus per proprium ſanguinē lauit nos à peccatis noſtris, & eius applicatione per ſacramentum lauacri Baptiſmatis renouamur, [z] in nouum hominem, [a] exuentes veterēm dicimur etiam filij Dei, fidem eius amplexi, & omnes fideles fratres in eodem patre Do-
5 mino noſtro Ieſu Chriſto, renati ex aqua & ſpiritu ſancto. Quo fit, ut illi quos ex ſacro baptiſmate ſuſcipimus, quibus luſtrici ſumus parentes, filij dicantur, & uulgo optime filioli, uel luſtrici filij: cum enim miniſterium illis hac in parte præbemus ſalutis & regenerationis, paterni nominis etiam efficimur participes, & naſcitur cognatio ſpiritualis. [b] Similiter & per ſacramentum confirmationis, [c] ſi quidem à primo pabulo ſacrati ſalis uſque ad confirmationem contrahitur, ut dicunt ſummi Pontifices compaternitas. [d] Suidas adoptionem Chriſtianam dicit, [e] quando ex ſacris fontibus ſuſcipitur. Pari modo filius filiave ſpiritualis is eave dicitur, quem, quamve, quis exomologeſi uel ſacramento pœnitentiæ ſibi coniunxit.

b D. Hieron. in c. 1. Matthæi.
c Matt. 23. Malac. 1. & 2. Sapi. 20. Eſa. 63.
d Matth. 22.
e Iob 1.
f Pſal. 8.
g Iob 38.
h Iudic. 19. & 20. 1 Reg. c. 11. 3 Reg. 2. 2. Paralip. 13.
i Prouerb. c. 6. Eccleſiaſt. c. 3. 4. 31. 32. &c.
k 4. Reg. 4.
l c. 10.
m Eccleſiaſ. 3.
n ad Galat. 4.
o D. Ioann. Epi. c. 3. 4. 5.
p c. contractio. c. 5. de cognat. ſpiritual. lib. 4. Decret. tit. 11. c. ... lib. 4. c. 3 ... de conſecr. diſt. 4. c. ſi quis ... 30. q. 4.
q Deute. c. 14. Matt. 1. Hiere. 31.
r 1 Timo. 5.
s Geneſ. c. 6.
t D. Ioan. euāgel. c. 1.
u ad Rom. c. 8 & 9. & ad Galat. 4. ad Epheſ. 1. D. Ioan. epiſto. c. 1.
x 1. Reg. c. 26.
y Oſea, c. 1.
z D. Ioan. Euāgel. c. 3. D. Pau. ad Tit. 3. 1. D. Petri. 1.
a ad Ephe. 2. & 4. ad Coloſſ. 3.
b c. 1. de cogn. ſpirit. li. 4. & Decret. c. 3. & toto tit. lib. 4. Decret. tit. 11.
c c. 1. §. ex confirmatione, eo. in 6. c. 1. 30. q. 1.
d Suid..., in uerbo ...
e ad limina, §. ſi. & c. quia ... 30. q. 1.

De adoptione & arrogatione. Cap. VI.

Lib. 1. Inſtitutio. tit. 11.
Lib. 1. P. tit. 7.
Lib. 8. C. tit. 48.

1 *Adoptio quid.*
2 *Filij fiant adoptione, non fratres, aut alij proximi.*
3 *Filij adoptati, prælati naturalibus.*
4 *Filiorum legitimorum ſeu adoptiuorum rationes cur receptæ. Filios cur relinquere noſtra interſit.*
5 *Adoptio duplex, Adoptio & Arrogatio, & quid commune habeant.*
6 *Adoptare mulieres ſine gratia nequeunt.*
7 *Adoptare nequeunt, niſi qui generare poſſunt, & qui prohibeantur.*
Adoptiui non ſunt temporarij, ſed perpetui.
8 *Sexagenarijs num adoptio liceat, & quare uetita.*
9 *Arrogatio quomodo fit. Arrogatio facta authoritate principis & rogatione populi, unde arrogatio dicta.*
10 *Arrogandi per populum forma.*
11 *Arrogandi cauſas collegium pontificum diſpiciebat.*
12 *Adoptio fiebat apud magiſtratum, penes quem eſſet legis actio.*
13 *Adoptio olim fiebat emancipationibus & manumiſſionibus præcedentibus, hodie minime.*
14 *Arrogatio impuberis, curatoris eius aſſenſum deſiderat.*
15 *Adoptio quadruplici modo fiebat per principem, per legem curiatam, per prætorem ſeu magiſtratum, per teſtamentum.*
16 *Adoptare adoptarive qui poſſint.*
17 *Adoptatorum Cæſarum exempla.*
18 *Adoptare non poteſt, qui liberos proprios & naturales habet. Utopia aliter quare.*
19 *Adoptare minorē ſuū tutor uel curator nō poteſt.*
20 *Adoptabantur & filiæ apud Hebræos.*

21 *Arrogari nec arrogare poteſt fœmina, adoptari tamen: non autem adoptare poteſt iure Romano, aliter apud alios.*
22 *Adoptari unus tantum poteſt, & qui adoptari poſſunt.*
23 *Adoptati præſentia exigitur, & quando uoluntas.*
24 *Arrogatio & adoptio transferunt in poteſtatem adoptantis adoptatum & ſuos*
25 Ἐκποίητον *quem dixere Græci.*
26 *Adoptatis alia indebantur nomina retentis uel parumper illis immutatis.*
27 *Perdicum ſagacitas in dignoſcendis matribus.*
28 *Adoptandi inter Langobardos ritus.*
29 *Adoptio in Francia olim, & apud Hebræos & Græcos aſurpata.*
30 *Adoptati nunc in Gallia non ſuccedunt, ut filij, Adoptati, & alumni quomodo differant.*

a Lactus legitimi, de reg. iur. b Modeſt. l. 1. de adop. li. 1. P tit. 7. c Aul. Gell. li. 5 cap. 19. d Theophraſt. lib. 1 inſtitu. de adopt.

1 ACtus legitimus adoptio dicitur,[a]
per quam in alienam familiam,
ut ait Modeſtinus[b] & Gellius,[c] in
que liberorum locum extranei ſu
muntur: idque ut Theophilus teſtatur,[d] in ſola
2 tium eorum qui liberos non habent. Fingun-
tur enim liberi tantum adoptione, non autem
fratres, uel alterius proximitatis cognatio, teſti
bus Diocletiano & Maximiano.[e] Sic D. Am-
broſius,[f] *Aut natura filios ſuſcipimus, aut electio-*
ne: in natura, caſus eſt, in electione, iudicium. Magis
que ſine conſenſu patris in adoptandis offendimus,
quàm in genitalibus filijs: quia genitales filios eſſe,
ad naturam refertur: in adoptione dedecoris eſſe
3 *non niſi errori adſcribimus.* Et forſan ea ratione
quòd præſtantes tantum in filios adoptaban-
tur, adoptiuos præferendos eſſe naturalibus
Hadrianus Cæſar perſuaſum habuit.[g] atque
Plinius Iunior.[h] Sic Theodericus rex Gottho-
rum adoptans in filium regem Herulorum, in
ter cætera[i] ſcribit, *per arma poſſe fieri filium, grã*
de inter gentes conſtat eſſe præconium: quia noc eſt
dignus adoptari, niſi qui fortiſſimus meretur agno-
ſci: ignaui autem eſſe neſciant quos indicia pepero-
runt: ij enim gratiam non de natura ſed de ſolis me
ritis habent, quando animi uinculo obligantur ex-
tranei. Horum legitimorum tantum liberorum
intuitu, & quando de naturalibus & legiti-
mis ex matrimonio iuſto conceptis agitur, qui
ex matrimonio ſunt, dicuntur naturales: illi
4 legitimi adoptiui.[k] Adoptionis ratio multi-
plex, & eadem, quibus habere intereſt liberos
naturales iuſtos, in quorum locum ij cooptan
tur: nempe ut habeamus ſucceſſores certos,
qui ideo nos obſeruent, & curã noſtri habeant,
cæterorumque inſidias auertant, atque no-
men familiæ poſteris ſupereſſet. Sic & Iſocra-
tes in fine æginetici ſermonis,[l] *dignum eſt,* in-
quit, *legi ſuccurrere, quæ nobis filios adoptare li-*
cet, ac de noſtris conſultare rebus, repudiantes a-
pud nos quòd deſertis nominibus, puerorum loco ſit
lex huiuſmodi: propter hanc enim agnati, ac nullo
ſe ſanguinis gradu reſpicientes, magis inter ſe mu-
5 *tuo curantur.* Adoptio duplex, adoptio ſimplici-
ter, & arrogatio: adoptantur filijfami. arrogan
tur qui ſui iuris ſunt.[m] Hoc utriſque commu-
ne, ut in poteſtatem eorum, à quibus adoptan-
tur uel arrogantur, & in familiam tranſeãt,[n]
fiantque ſui: niſi hodie dentur in adoptionem
extraneo ex conſtitutione Iuſtiniani,[o] & in lo-
cum liberorum, quos ſuſcipere poſſent, ue-
6 niant. Primum autem, nempe poteſtatis cau-
ſa, prohibet, ne mulieres adoptare poſſent iu-
re communi,[p] niſi ex gratia principis: quia
in poteſtate liberos non haberent,[q] nec ſuos.[r]

e Diocletia. & Maxim. l. nec apud. de hære. inſtitu. lib. 6. C. tit. 24. f D. Ambr. ad Sabinum.

g Dio uel Xiphili. in Adria. h Plin. in Paneg. Traian.

i libr. 4. epiſto. Caſſiod. uaria. epiſt. 2.

k §. 1. de legi. agna ſucceſſ. l. ſina de his, qui ſunt ſui uel alie. iur. § min. de hære. quę ab int. defer. l. adoptiuum l. 5 de in ius uoc. in P. l. ſi pater, l. 20. & l. non poteſt, 31. de adopt. in P. cum ſim.
l Orat. 17.
m Modeſt. l. 1. de adopt. in P. §. 1. eod. ap. Inſtitu.
n § 1 de adop. o §. ſed hodie, de adop. l. cum in adoptiuis, l. 10. eod. C.
p §. fœminę de adopt. ap. Iuſtiniani. l. 1. C. eo. l. nam & ſi fœminæ, l. 21 eod. in P. l. ſi ſuſpecta, l. 29 §. nec abſens, de inoffi. teſta.
q §. cæteri, de hæred. qual. & diff. ap. Iuſtini.
r §. fœminæ. & l. 4. §. ad teſtamenta, de bon. poſſ. cont. tab.

Alterum uero uetat, ne & uiri quoque, qui-
bus impoſſibile per rerum naturam ducitur ſu
ſcipere liberos, adoptare poſſint, neve ad tem-
pus fiat adoptio, ne filius ſit temporalis.[s] Na-
turam enim adoptio imitatur.[t] Quamobrem
minor maiorem, uel æqualem ſibi ętate non a-
doptat:[u] pro monſtro enim, & impoſſibile eſt
7 id natura. Pari modo qui uitio incurabili, ſeu
morbo detinentur, ut ſanari non contingat,
quo inhibeatur uxorem ducere & generare,
nec adoptare quoque poſſunt, ueluti caſtrati:
qui autem generare quidẽ morbo nõ poſſunt,
uerum contingit aliquando eo morbo libera-
ri, & ſaltem potentia habiles ad generationem
eſſe poſſunt, ut & ſteriles & ſpadones, ijſdem
& permittitur adoptio.[x] Et qui uxores non ha
8 bent, habere tamen poſſint, ſi uelint.[y] Sic de
ſexagenarijs placuit, quorum ætas ad liberos
procreandos lege Papia, ut antea diximus,[a] in
utilis habebatur.[z] Et Ariſtoteles,[b] poſt quin-
quageſimum quintum aut circiter annum de-
relinquere debere dixit in aperto procreandi
ſtudium, ac de cætero uel ſanitatis uel alterius
huiuſmodi cauſa concubitum facere uideri.
Sexagenarijs itaque adoptandi liberos erat fa-
cultas: qui autem intra ætatem eam eſſent, non
utique adoptare licebat, ſed illis iubebatur po-
tius liberorum procreationi uacare, niſi forſan
mores uel ualetudo prohiberet, ut ait Vlpia-
nus.[c] Sic Cicero pro domo ſua, *Quod eſt, ponti-*
fices, ius adoptionis? nempe, ut is adoptet, qui ne-
que procreare iam liberos poſſit, & quum potuerit,
9 *ſit expertus.* Arrogatio, id eſt, adoptio eorũ qui
ſui iuris ſunt, authoritate tantum principali
interueniente, iure ciuili fit, ſcilicet reſcripto
principis,[d] cum cauſæ inquiſitione, num hone
ſta ea uel turpis adoptandi occaſio:[e] etſi de im-
pubere arrogando agatur, adhibita ſufficienti
cautione,[f] de bonis reſtimẽdis, ſi impubes mo-
rerentur, ijs quibus obuentura eſſent, ſi arroga-
tus non fuiſſet: uel eidem, ipſi ſi eum emanci-
10 paret, item de non exhæredando.[g] Et factam
arrogationem per populum Gellius teſtatur,[h]
& ideo arrogationem, quòd per populi roga-
tionem fieret, dictam, per hæc uerba, *Velitis, iu-*
beatis, uti L. Valerius, L. Titio tam iure legeque fi-
lius ſiet, quàm ſi ex eo patre, matreque familias eius
natus eſſet: utique ei uitæ necisque in eum poteſtas
ſiet: uti pariendo filio eſt: hoc ita, ut dixi, ita uos Qui
11 *rites rogo.* Fiebat autem lege Curiata in comi-
tijs arbitris pontificibus: collegium namque
pontificum cauſas arrogandi diſpiciebat, & ap
probabat, uel reprobabat, ut ex Cornelio Tac.[i]
apparet, dum de Galba adoptare uolente Piſo-
nem agit, & ex Cicerone[k] conſtat. Monebatur
autem populus per trinundinum, de quibus fu
tura eſſent comitia, ut innuit Cicero,[l] uiden-
dus Gruchius.[m] Scribit tamen Cornelius Taci
tus,[n] quem alij dicunt primum hiſtoriæ Gal-
bam, arrogaſſe Piſonẽ Licianũ, in caſtris apud
frequentem militum concionem, Imperatoria
breuitate more diui Auguſti & exemplo milita
ti, quo uir uirum legeret, ac ſi diceret talem ſe
filium deligere qui in periculis ſecum fortis ob
ſiſteret. Mos enim erat militum cum pericula
& diſcrimen uitæ pugnaturi ſubirent, ſingulos
ſibi notos milites legere quos antea ex præcla-
ris facinoribus ſatis perſpectos putarent ut eſt
12 apud Liuium lib. 9. Adoptio autem fiebat a-
pud magiſtratum, penes quem eſſet legis a-
13 ctio.[o] Adoptionem præibant more antiquo
emancipationes tres, & duæ manumiſſiones, q̃
poſtmodum ſublatæ ſunt, & ſtatutum ſufficere

s Caius, l. nul-la, l. 13 de ſtatu & leg. hæse P. ſ Paul. l. ſi tibi filius, l. 34. de adopt. P.
t §. minorem. eo. l. ſi paterfamilias, l. 15. §. ſin. & l. adoptiuorum, l. 16. eodem P.
u §. minorem, de adop. l. arrogato patre, l. 40 §. non tantum, eod.
x l. 2. §. illud, eod. P. l. arrogatio, § ſi. eod §. ſed & illud, eo. l. ſi ſeruo, § 2 ſpadoni, de iure dot. in P.
y Paul. l. & qui uxores, l. 30 de adopt. in P.
z in rationib. nuptia.
a l penul C. de nupt.
b Ariſt. li. 7. Politico c. 16.
c Vlpia. l. ſi paterfamilias, l. 15 §. in arrogationibus, de adopt. in P. l. nec ei, l. 17. § 1. eo.
d l. 1 & l. arrogationes, l. 6. eod C. Caius l. 2. eod P. §. adoptio, & §. cũ autẽ impuberes, eo tit. ap. Iuſti.
e d. § cũ autẽ, l. nec ei, l. 17 §. eorũ, de adop. in P. l. 2. eod. C. eod Gellius, li. 5. c. 19.
f Marc. l. non enim, l. 18 & l. hæc autem cautio, l. 20 l. his uerbis, l. 19 de adopt. d §. cum autem.
g d § cũm autẽ impuberes, & d l. 2. C eod
h Gell. lib. 5. cap. 19.
i Tac. lib. 17.
k Cic. pro domo ſua.
l Cic. cõt. Rullum
m lib. 1. de comitijs Romano. c. 4.
n Corne. Tac. lib. 17. anna.
o L. 3. 4. de adopt. P. l. 1. C. eod. & proxi eã in. inſtit.

pro

pto adoptionis ſolemnitate adire competenté iudicem, & ex uoluntate patris naturalis dantis in adoptionem, & accipientis, & adoptati, fieri: [a] non autem agnatorum adoptati aſſen-
14 ſus exigitur. [b] Si tamen impubes uel minor in arrogationem ſe det, certè curatoris authoritatem exigi, etſi antea contrariè iura ſeruarentur,
15 placuit. [c] Cæterum & auguror, alio quoq; modo apud Romanos factam fuiſſe adoptionem, quàm per legem curiatam, per prætoré, & magiſtratum, nempe per teſtamentum, ſi tamen uerum ſit, quod ſcribit Suetonius in Tybetio, cap. 6. fuiſſe teſtamento adoptatum a M. Gal-
16 lio Senatore. Adoptari poſſunt & adoptare, qui bus ſpecialiter non prohibetur, lege uel natura, [d] filij, nepotes, extranei, [e] & in locum filiorum, & in locum nepotum, [f] etiam ſi filios qui
17 adoptat non habeat. [g] Coccius Nerua Cæſar M. Vlpium Traianum adoptauit extraneum a ſe, moxque in curia Cæſarem deſignauit, ut ait Xiphilinus ex Dione in Coccio Nerua. Sic Adrianus adoptatus a Traiano [h] poſt mortem Neruæ. Et Adrianus ſucceſſoré ſibi delegit Antoninum: ſed cum illi nulla uirilis ſtirps fieret, Commodi filium adoptauit, adiŭcto etiam M. Annio Vero, qui ante Catilius dicebatur. [i] Demumq; mortuo Vero Cæſare, turſum adoptauit Adrianus Arrium Antoninum, qui poſtea pius dictus eſt, eadem lege, ut idem ſibi duos adoptaret Annium Verum, & M. Antonium, teſte Spartiano & Capitolino. [k] Iulius Cęſar adoptauit Octauium ex Actia nepotem, cum liberos non haberet, eumque hæredem imperij &
18 fortunarum inſtituit, ut ſcribit Dio. [l] Qui liberos habet naturales & legitimos, non poteſt adoptare, [m] ne quis contemptis ſuis alienos, ut curruca auis, educet: cum liberorum ſolatium hoc iure tantum ciuili reſarciatur. Etſi apud Vtopienſes alia cauſa adoptandi ſit: nam apud illos, qui aliam artem, quàm paternam addiſcere uellet, dabatur in adoptionem illius familiæ, qui artem illam appetitã exerceret, ut Tho
19 mas Morus. [n] Vetatur tutori & curatori adoptare ſuum minorem 25. annis, ne rationes in
20 tercipiat. [o] Adoptabant ſibi & Hebræi filias,
21 ut Mardochæus Heſter filiam fratris ſui. [p] Sed iure prohibetur, ne arrogetur fœmina, niſi per gratiam principis, neve arroget: [q] adoptari tamen poteſt, [r] adoptare autem non iure Romano. Etſi apud Aegyptios longè aliter receptum fuiſſe conſtet, exemplo filiæ Pharaonis, quæ adoptauit Moſen in filium: [s] hanc filiam nonnulli tradũt dictam fuiſſe Thermutim. Refert tamen Arrianus, [t] Adamam Cariæ reginã adoptaſſe Alexandrum Magnum, neque eum filij nomen aſpernatum. Vt & Neapolitani regni regina poſt obitũ fratris Ladislai, Iacobo Borbonio Marchiæ comiti nupta, diſſidio cum marito orto, nec liberos habens, Tarraconenſium regem Alphonſum primum adoptauit: hocq; abdicato, poſtea Ludouicum Andegauenſem tertium Secundi filium. [u] Græci autem in hoc Romanis ſimiles, ſic enim ait Iſæus Græcus, Μητρὸς δὲ οὐδεὶς ἐστιν ἐκποίητος ἀλλὰ ὁμοίως ὑπάρχει τὴν αὐτὴν εἶναι μήτερα, κἂν ἐν τῷ πατρῴῳ μένῃ τις οἴκῳ, κἂν ἐκποιηθῇ, id eſt, *a matre nullus per adoptionem alienus eſſe poteſt, neque matrem habere poteſt, niſi propriam ſiue in gentilitate maneat,*
22 *ſiue inde migret*. Sed nec quis plures arrogare poteſt, niſi ex iuſta cauſa, ut ſi diues ualde: non libertum alienum, non maiorem minor, ut notat Vlpianus. [x] Suum libertum poteſt, [y] & in ſeruitute a ſe genitũ, ita tamen ut libertus non ingenuus fiat; [z] niſi natalibus reſtituatur, quod
23 fieri ſolebat per principem. [a] Non poteſt uel arrogari abſens, uel diſſentiens, [b] quamuis in adoptione uoluntas non admodum perpetuò exigatur, ſi adoptandus infans ſit. [c] Sicut Octauianus Cæſar, metuens inſidias, adoptauit Lucium ſtatim natum, & Caium fratres, filios A-
24 grippæ, & ſororis ſuæ, ut author Dio. [d] Natura arrogationis illa, ut quando quis adoptatur, non tantum is in poteſtatem tranſeat adoptantis, [e] ſed & qui filij ei ſunt, quoſque in ſua habet poteſtate, tanquam nepotes: [f] Siquidem qui non eſt ſuę poteſtatis, alios in poteſtate ſuę habere non dicitur: [g] Sic natus ex adoptiuo, adoptiui locum obtinet. [h] Sic apud Corneliũ Tacitum, [i] Galba apprehenſa manu Piſonis in hunc modum locutus fertur, *Si te priuatus lege curiata apud pontifices, ut moris eſt, adoptarem, & mihi egregium erat, tum Pompei & M. Craſſi ſo*
25 *bolem in penates meos adſcribere*. Græci enim, qui omnino in alterius familiam tranſibat dixere, teſte Suida, ἐκποίητος, id eſt, à familia ſua ab-
26 alienatum, datum εἰς ἀλλοτρίας. Nam & inſtitutum antiquum erat, ut adoptatus ab adoptante acciperet appellationem, nomé tamen eorum quæ prius geſſerat aliquod, aliter paulo formatum geſtaret: ut Octauius antea adoptatus à Iulio Cæſare, dictus eſt Caius Iulius Cæſar Octauianus, teſte Dione Caſſio. [k] Neque enim per adoptionem dignitatem quis amittit priſtinã, ſed augetur, [l] non patria, non ius originis amittuntur. [m] Atque iure codicis, in adoptionem extraneo datus, retinet iura patris naturalis, [n] & alia coniungit: neque enim ciuilis ratio uel fictio, quod iuris ſanguinis eſt, immutare poteſt. [o]
27 Quod & in brutis relucet, ſiquidem id uerum eſt, quod Theodoricus Gotthorũ rex Symmacho ſcribens ait, [p] Perdicibus hunc eſſe morem, oua perdita per alterius matris damna reſarcire ut adoptione alienæ ſobolis, incõmoda ſuæ reparent orbitatis: uerum nati mox ubi fiduciã habere cœperint ambulandi, in campos exeuntes cum matre, ut fuerint materna uoce commoniti, ouorum ſuorum genetricem potius petunt, quamuis ab alia furtiuis fœtibus educen-
28 tur. Inter Langobardos ſeu Inſubres olim quoque adoptandi obtinuit mos, ſed paulò diuerſo ritu, quàm Romanis eſſet, nempe detonſione capilli facta adoptari per eum qui adoptaret: ut planum fit ex uerbis Pauli Diaconi, [q] quæ huiuſmodi ſunt. *Circa hæc tempora Carolus Pipini filius Francorum rex, filium ſuum ad Luithprandum regem Langobardorum miſit, ut eius iuxta morem capillum ſuſciperet, qui ei cæſariem incidens effectus pater eſt, multiſque regijs muneribus donatum*
29 *genitori remiſit*. Neque enim aliquando Franci ignorarunt uſum adoptionis, ſicuti liquet ex eo quod Tritemmius [r] referat, quòd Clodouei anno 7. Sigibertus rex Galliarum in Auſtraſia filius Daguberti anno Domini 652. adoptauit Hildericum filiũ Grimualdi Maioris Domus, in filium & regni ſucceſſorem. Hebræi quoque antiqui, & poſteri adoptione uſi ſunt, ut legimus apud Ioſephum [s] Abrahamum adoptaſſe ſibi in filium, natum ex fratre ſuo Aaramo & germanum uxoris ſuæ Saræ. Apud Aſſyrios etiam adoptandi antiquiſſimum fuiſſe morem tradit Beroſus, [t] loquens de tertio rege Babyloniæ Nino. Eadem tempeſtate Dionyſius Hammonis filius, armis ſumptis Regem & Cameſenum regno paterno pellens, & ſecum Oſirim retinens, in filiumque adoptans, eum à patre ſuo Hammonem Iouem cognominauit,

a Iuſtinia. in l. fin. C. eo. l. in adoptionibus, l. 5 eod. P.
b Caſſ. l. eũ adoptiuo, l. 7. de adopt.
c l. fi. de auth. præſt. C. Mode. l. quod nec curatoris. l. 2 de adopt. in P § 2. quib. mod. tut. finit.
d l etiã cæcus, l. 10. l. adoptio, l. 16. de adop.
e Pau. l. eũ nepos, l. 6 & l. ſi is qui filiũ, l. 11. Vlp. l. qui libertatus, l. 10 eod. P § & tam filium, eo. apud Iuſtinia.
f Pau. l. adoptare, 37. & Põpo. l. adoptiones, l. 41 Procul. l. ſi is qui, de adop. Vlp l. ſi arrogator, l. 22. in fin. eod tit.
g d l. adoptare, l. 37. eod § licet, eod.
h Xiphilin. in Traiano, & Aelius Spartia. in eod.
i Xiphil. in Adria & Spartia. in Vero.
k Spart. in Adriano, & Iul. Capit. in Antonin. Pio.
l Dio, Caſſ 44. & 45 hiſtor.
m Vlpia. l nec ei, l. 37. § prætereo, de adop. in P. l. 3. C. eod.
n Tho Morus, lib. 2. Vtopiæ.
o Vlpian. d l. nec ei.
p Eſter, c. 2.
q l. mulierem, C. de adop. l. 2 & fœminæ, l. 21. eod. in P. §. fœminæ, eo. ap. Iuſtinia.
r Vlpia. in tit. ex corp. Iur. ſitu 8.
s Exod. c. 2.
t Arrian. lib 7. de expe Alexã.
u Ius. Aemil. lib. 10. hiſtor. Pomp. in Carolo.
x Vlpia. l. ſi per ſerſa. l. 15. § fi. de adopt.
y l. ſciendũ, de rit. nupt. l. ſi. de ſtat. homi.

z l. 8 de adop. in P.
a Marc. l. 2. de natal. reſtit li. 40. P. tit. 18
b Vlp. l. neque abſens, l. 24 & l poſt mortem, § fin. de adopt. Celſus, l. l adoptionibus, l. 5. eod.
c Modeſti. l. etiam infantē, l. 42 de adop.
d Dio. Caſſ. li. 54.
e l. 2. de adop. P § 2. eo. apud Iuſtin. Vlpia in titulis, tit. 8. Caſ.
f § illud propriem, eod l. ſi paterfamil. in prin. eo le P & l. arrogato, l. 40 eod.
g l. ſic eueniet ed l. Iuliam de adulter. in P.
h Iulia. l. ex adoptiuo, l. 17. de adop in P.
i Cor. Tac lib. 17.
k Dio Caſſ. li. 46. hiſt Roma.
l l. per adoptionem, de adopt. P.
m l. in adoptioné, in 2. C. eod.
n l. cũ re adoptiuis, C de adopt. § ſed hodie, eod. ap. Iuſtin.
o l. iura ſanguinis, de reg. iur. in P. l. ius agnationis, de pact. in P l. eas, de capit. dimi. § nã. de iet nat cum ſimilib.
p Caſſiod. li. 2. uariar. epiſt
q Paul. Diaco. libr. 6. de geſt. Langobard. c. 53.
r Tritemius, lib. breuia. annal. Franc. in rege 18.
s Ioſeph. 1. antiq. c. 13.
t Beroſ li 5. de ſlorationis eadem fermè apud Diodo. Sicul. libr. 4. Bibliothe.

uti à magiſtro Olympo Olympicum, eique totius Ægypti regnum tradidit. Eodem anno uirgo Pallas apud Tritonidem lacum infantula expoſita, ab eodem Dionyſio Iune Lybico etiam cognominato adoptata in filiam fuit, quæ omnem militiam prima Lybicos docuit. Inter Græcos & receptam monet Plutarchus,[a] dum ait à Pandide Ægeum, ab Ægeo Theſeũ, unde ei nomen, adoptatum. Et lex extat Platonis,[b] ut qui plures liberos haberet, unu retento non habentibus alios in adoptionem daret.
30 In Gallia tamen, inqoit Maſuerius,[c] filij adoptiui non ſuccedunt adoptantibus: quod & firmat Guillelmus Benedictum,[d] Tiraquellus quoque,[e] qui & illis non competere ius retractus gentilitij tradit. Quamuis ut extranei, ſi inſtituantur, poſſint ſuccedere, non enim prohibitum eſt[f] extraneum hæredem facere. Cæterum hodie non utimur iure hoc adoptionis, neque quòd quis nutriat alienus liberos, erudiat, foueatque ut ſuos, ideo pater eorum uel illi filij dicuntur. Fuit enim & ſemper etiam tum, cum adoptio frequens, inter adoptatum & alumnum diſcrimẽ: ſi quidem adoptatum uel inſtituere uel ex hæredare, ut filium, neceſſe erat, & legitimam ex lege relinquere ſaltem:[g] at in alumno, quantumuis quis promiſerit, ut filium habere, idipſum non eſt neceſſarium.[h] Neque inhibitæ ſunt nuptiæ cum alumna,[i] cum tamen cum adoptiua filia prohiberentur.[k]

a Plut. in uita Theſ.
b Plato lib. 9. de legib.
c Maſuer in ti tu. de proba. §. Item ſi defunctus.
d Guill. Bene. in repet. c. Raynut. in uerb. & uxo nomi. decis 5 nu. 197.
e Tiraq. tract. de retract. glo. 9 §. 1.
f l. extraneũ, de hære. inſtit. C. §. fin. eo. tit. ap Iuſtinia.
g l. ſi arrogatus, de adop. in P.
h l. ſi quis eum filium, de uer. obl. in P.
i l. ſi quam alumnam ſuã, l. 26. de nupt. l. 5 C. tit 4. §. eadem, qui manumit. non li c.
k §. & hoc adeo, de nupt. ap. Iuſtinia.

Syntagmatis iuris vniuerſi Libri Decimi Finis.

DE PERSONIS SVI VEL ALIENI IVRIS;

Liber Vndecimus.

De libertate & ſeruitute in genere. Cap. I.

1 *Continuatio libri, & quod*
Vnum genus hominum omnium, natura.
2 *Hominum diuiſio in liberos, ſeruos, ingenuos, libertinos, & qui.*
3 *Libertas quid.*
4 *Seruitus duplex, corporis & animi.*
5 *Vis cogit, & ei reſiſtere licet.*
6 *Captos occidere licet, ſed humanius actum, uitam conſeruando eiſdem.*
Seruitus quomodo iuris & iuris gentium ſit. eod.
7 *Seruitus quomodo contra naturam, ſed non contra ius naturale.*
8 *Ius naturale quomodo dicendum immutabile.*
9 *Ius ciuile, & naturale eſſe, & quomodo.*
11 *Serui fiunt, & naſcuntur.*
12 *Seru' impius, qui ſe ob pretiũ uenũdari paſſus eſt.*
13 *Seruituti mors præponenda, & exempla eorum, qui mori elegerunt potius, quàm ſeruire.*
14 *Libertas inæſtimabilis res, nihilque infœlicius ſeruitute.*
15 *Ius dominandi in ſeruos quibus rationibus probet Ariſtoteles.*
16 *Serui & liberi quidem natura, quidam ciuili iure: & utile ſeruire aliquibus.*
17 *Libertatis frænum non eſt iure prohibitum,*
Libertas uera, obedire bene præcipientibus, & legi. eod.
18 *Dominatio & ſeruitus, in liberis perſonis poteſtas dicitur.*

1 SVperioribus libris perſonas, ueluti naſcentes & ex prima origine, ſatis diſtingui admonuimus: nunc poſtulat ordo, ut eaſdem ueluti natas, per accidentia, quæ extrinſecus accidunt, perpendamus: ex quibus ſtatus illarum naturalis iure gentium, uel ciuili, uel imminuitur uel impeditur. Itaque omnium hominum una & eadem naſcendi & moriendi conditio [a] naturalis, ratione quoque ſtatus naturalis, unum & idem erit genus, quod aliud nomen ab initio proprium non habebat.
2 Quando autem cœpit ille ſtatus ſubijci, cœperunt diſtingui etiam ex accidente illo, alijs nominibus homines generaliter: nempe, ut qui ſtatu ſuo pro nutu uti non poſſent, dicerentur ſerui: qui uero non fuerunt de ſua dignitate deiecti liberi. Sic apparuit libertas ut naturalis, quia prior & antiquior, eo quòd ipſi repugnare cœpit: & quia quidam dehinc ex ſeruitute reſtituti ſunt in libertatem, quidam autem nunquam ſeruierunt, facta ſunt tria genera hominum, & totidem generales appellationes: alijſque ingenui dicti qui nunquam ſeruierunt, nec eorum parentes: alij ſerui, qui ſeruiunt, alij liberti, id eſt, liberati, relati ad patronos: uel ad ingenuos libertini, quibus oppreſſa per ſeruitutem libertas, reſtituta eſt:[b] Verum libertis nota & macula quædam inter ingenuos remanet, utpote ob receptum beneficium, illis à quo acceperint, nempe patronis & eorum ſucceſſoribus ualde deuinctis. ut Horatius de ſe dixerit ideo,[c]

Quem rodunt omnes libertino patre natum.

Cognoſcimus autẽ ex finitione libertatis, & ex eius ſubſtãtia, ſeruitutis & libertorum cõditionẽ, & qualis ſit. Concipitur porro illa à Florentino Iuriſcõſulto,[d] & in iuris ciuilis inſtitutio-
3 nibus,[e] his uerbis: *Libertas eſt naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, niſi quod ui aut iure prohibetur.* Iuuenalis liberũ exiſtimare uidetur etiam eum tantum, qui ſuo arbitrio uiuit,[f]

Tu tibi, inquit, *liber homo & regis conuiua uideris.*

Sic Cicero [g] libertatis proprium ait, uiuere ut uelis. Item Ariſtoteli [h] uidetur libertas eſſe, τὸ ζῆν ὡς τις βούλεται. Plutarchus[i] quoque, ueræ uitæ liberum iudicium & liberam actionem eſſe dixit. Et Perſius,

An quiſquam eſt alius liber, niſi ducere uitam
Cui licet ut uoluit?

4 Et Cicero,[k] Tabella dat eam libertatem populo ut quod uelint, faciant. Verba reliqua finitionis, niſi quod ui aut iure prohibeatur, oſtendũt à quo libertas illa minuitur, uel opprimatur, duplicemq; ſeruitutem corporis & animi: uis quippe in corpore in externis, prohibitio autẽ iuris animum potiſſimum cogit. Vis eſt maioris rei impetus, qui repelli, uel ſaltem ex arbitrio, uel cõmode non poteſt.[l] Et Vlpiano [m] uis, neceſſitas eſt, contraria alicuius uoluntati.
Quamobrem capti in bello ui, amittunt uſum
5 ſeruitutis, coguntur enim, & ut ait Virgilius,[n]

Vna ſalus uictis, nullam ſperare ſalutem,

Qui eñ nobis uim inferũt, poſſunt iure naturę vi repelli:[o] qui mortẽ moliuntur nobis, ut morte afficiantur digni ſunt.[p] Et ut ait Ouidius,[q]

Iudice me, fraus eſt conceſſa refellere fraudem:
Armaque in armatos ſumere iura ſinunt.

6 Quo factum eſt, ut captiuos occidere hoſtes liceret: tamẽ humanitate Cæſarũ & eorũ qui ceperãt, uita donati.[r] Nam ut dicebat Pyrrhus,[s]

Quorum uirtuti belli fortuna pepercit,
Et nos parcere æquum eſt.

Ita iuris gentium dicta fuit ſeruitus,[t] gentium inquã quia humanitate illa fere omnes gẽtes uti ſoleãt: at iuris, quòd iuſtũ certe & æquũ eſt, ut ei qui potuit uitã adimere, uitæ fructus & o-
7 peras debeas, Sic. n. cõtra naturã quidem libertatis eſt ſeruitus,[u] qua natura liberi naſcimur,[x]

Ff 4 ſed

a Sapient. 7

b Vlp. in l. manumiſſiones, l. de iuſti. & iur. lib. 1 P. titu. 1 §. Ius autem gentium, de iur. natu. ap Iuſtinia. lib. 1. §. 1. de libe. 11. §. 1 de iur. perſo. Martia. in l. & ſeruorum, l. 5. de ſta. hom. lib. 1. P. tit. 5.
c Horat. libr. 1. ſerm. Saty. 6.
d Floren. l. libertas, de ſtatu homi. libr. 1. P. tit. 5.
e § libertas. de iure perſo.
f Iuuen. Sat. 5.
g Cice. 1. offic. & in Parad.
h Ariſto. 6 Politic. c. 2.
i Plut. περὶ τοῦ ἀκούειν.
k Cicero pro Plancio.
l l. 2. de eo, quod met. cau. in P.
m Vlpian. l. 1. eod. tit.
n Virgil. 2. Aeneid. 2.
o Florent. l. 3. de iuſt. & iur. P. §. cum arietes, ſi quadrup. pau. fec. dic. § q. cum aliter, ad legem Aqui. in P. l. 1 § uim vi, de ui & ui arma. lib. 4. P. tit. 3.
p Caius, l. 4: d l. Aquil. in P. l. 1. & 2 quan. lic. unicui. ſine iudi. ſe uindic. in P. cum ſimil.
q Ouid. 3. de arte.
r §. ſerui autẽ, de iur. perſo. l. libertas §. ſi. de ſta. homi.
s apud Cice. 1. offic.
t con. ius gentium, 1 diſt. l. manumiſſiões, l. 4. de iuſti. & iur. P. l. ſi id quod, l. 64 de condic. indeb. lib. 12 P. tit. 6 § ſeruitus autẽ eſt, de iur. perſ. libertas, l. 4 §. ſeruitus, de ſta. homi. § ius autem gentiũ, de iur. natu.
u d. l. libertas, § ſeruitus, de ſtat. homi. & d. § ſeruitus, de iur. perſo. cum ſimilib.
x §. ius autem gentiũ, de iur. nat. l. manumiſſiones, de iuſti. & iur. P.

ſed non eſt contra ius naturale: nam qui abuti
tur ſibi cōceſſa poteſtate, indignus eſt ea, & pri
uari debet.[a] Neque naturalia omnia quę ſunt,
incorruptibilia uel immutabilia ſunt. Quin-
mo, ſicut naturale eſt naſci: ſic contrarijs adue-
nientibus cauſis, naturale eſt per eaſdem cau-
8 ſas corrumpi.[b] Atq; in iure naturali & illud
obſeruo, ius naturale eſſe immutabile,[c] quan-
diu ius remanet, hoc eſt, quandiu iuſtum illud
naturale habet rationes & æquitatem, quibus
iuſtum dicitur: ueruntamen & mutabile erit,
quando ſubductis columnis rationis & æqui-
tatis, iuſtum diſſoluitur. Quod accidit, quando
rationes, quæ æquum ſtatuebant, alijs ſubortis
cauſis nouis, incipiunt minui, & ſuperantur a-
lia maiori æquitate: ut ſi quod antea proderat,
alio adminiculo incipiat eſſe nociuum & per-
niciosum:[d] uel ſi mali exempli fiat, ueluti dum
Ezechias comminuit ſerpentem æneum,[e] qui
antea ſūmæ uenerationis fuerat,[f] quia in idolo
9 latriam inciderat populus. Sic ciuilis ratio, intra
naturalia non corrumpit: at naturalis alia op-
poſita, ſi maior, & tollit, & corrūpit.[g] Quemad-
modum etiam & ciuilis ratio, quæ naturalem
habet cauſam fere ſemper comitem: Ratio cū
uix dici poteſt, quæ naturalis non ſit, quæ tamē
non ſemper quod naturæ communi congruit
omniū conſiderat, ſe aliquando tātum ſocieta-
tis alicuius ciuilis cauſam, utq; cōmodius ali-
cuius uita inſtituatur, habita ratione motū præ
ſentis loci, & eius quod ibi ſæpius, quàm alibi
communiter inter homines cōtingit. Indeque
ius ciuile, quod proprium cuiuſq; ciuitatis, hoc
eſt, quod maxime conformatum eſt ritibus, &
moribus receptis in ciuitate, partim cū iure na
turæ conſentit,[h] ueluti cum fermento æquita-
tis, & iuſtitiæ & iuris tantum iuſtum: nec tamē
per omnia ei inſeruit, id eſt, non omnino ſecun
dum uniuerſalem æquitatem naturalē ſtatuit.
Neceſſitas quippe ſocietatum, interdum iubet
ab ea æquitate deflectere, ut propter frequen-
tiam criminum, augeri pœnas, aut propter mo
res ſæuiores, & barbaros durius ſtatui: interdū
contraria cauſa minui, & aliter hic expedit, ali-
ter alibi leges temperare. Quæ omnia tamen,
etſi diuerſa in locis diuerſis & contraria, iuſta
nihilominus ſunt & æqua: ſed diuerſa ratione,
& ſecundum quid, non ſecundum generalem
conſiderationem iuris naturæ in abſtracto, ſed
ſecundum ius naturale in cōcreto, hoc eſt, pro
conuenientia ſubiecti, cui nomotheta iuſtum
præſcribit. Vt non dubitem ius naturale & in
iure ciuili eſſe, uerum in illo concreto appella
tionem ciuilis dominari. Et tamen ſi ſanctio-
nes ciuiles non ſint conſonæ rationi, ius nō fa-
ciunt, quantumuis ita nominentur, ſed corrup
telam: ſi autem conſentiunt cum ratione, cū ea
naturalis ſit, ius quoque ciuile, & naturale hoc
modo erit, & in cōcreto dici poterit, & ratione
contractionis ad illam uel illam ciuitatem, ius
10 naturale & ciuile quoque. Ea ratione ſeruitus
& iuris gentium eſt, & iuris ciuilis, nec contra-
riā hæc iuri naturali, ſicuti aliqui abſolute per
perā rati ſunt, arbitror: ratio enim naturalis, re-
cipit, ſui eſſe defenſorem, uimque repellere,[i]
& aduerſum nocentes, bellum, ut ad bona co-
gantur iuſte & rite mouere.[k] Recipit quoque
humanitatem, recipit & beneficiorum retribu
tionē:[l] recipiet igitur ex iſtis natam ſeruitutē.
Et quia is nōgenuiſſet liberos, qui captus fuit,
ſi fuiſſet occiſus, debere non tantum ſeipſum,
ſed & ſuos conſeruatori, non erit ualde diffici-
11 le colligere. Vnde ſerui & naſci, & fieri dicun-
tur:[m] fiunt captiuitate, & alijs modis, de qui-
bus cum de ſeruis agemus: naſcuntur, qui ex il
12 lis nati ſunt. Quibus alias ſpecies iuris ciuilis
Romani acceſſit ſeruorum, eorum qui tantum
beneficium naturæ contemnentes libertatis,
ad pretium participandum ſe uenundari paſſi
ſunt, maiores uiginti annis,[n] pluris facientes
pretium uile, quàm ſeipſos. Et uere certe iſti ſer
ui natura, cum ſeruilem ſpontaneum habeāt,
& imminutum à ratione animum. Nam etſi
iniquum eſt, liberum aſſeruiſſe eum qui ſeruus
eſt, longe iniquius tamen ſeruum ſanxiſſe, qui
liber eſt, ait Ariſtoteles.[o] Brutis iſti inſipien-
tiores, quæ ſeruitutem quoque abhorreant,
beſtiæ quippe, vt ait Cicero,[p] quas delectatio-
nis cauſa concludimus, cum copioſius alan-
tur, quàm ſi eſſent liberæ, non facile tamen
13 patiuntur ſeſe contineri. Dixeruntque, qui
bene philoſophati ſunt, ſeruituti mortem præ
ferendam, ut Cicero.[q] Eaque ratione Darda-
niæ mulieres, ſeruitutem credebant miſeriam
turpiſſimam, filios pueros, quos in ulnis baiu-
lantes, in gurgitem fluminis, ne in hoſtium po
teſtatem uenientes ſeruirēt, proiecerunt, accla-
mantes, Vos certe non ſeruietis. Sic Xanthij ſe
& ſuos potius combuſſerunt quàm Bruto cap-
tiui ſe dederēt, teſte Philone Iudæo.[r] Et mulie-
res Celticæ ex Cennis deuictis ab Antonino,
captiuæ elegerunt potius mori, quam ſeruire.[s]
14 Inæſtimabilis res libertas habita, merito[t] nec
gratius quicquam libertate præſtari poteſt.[u]
Sicuti, ut ait Cicero[x] & Seneca,[y] nihil infœli-
cius ſeruitute, ut etiam ea morti compararetur,[z]
15 & ſerui pro nullis habeantur.[a] Pluribus Ari-
ſtoteles[b] firmat ius dominandi in ſeruos, & do
cet graue non uideri oportere, ſi quis eius, qui
uim afferre poteſt & potentia præcellit, ſeruus
fiat, & ſubditus is qui uim patitur: quòd ſem-
per id quod ſuperat, eſt in excellentia alicuius
boni, ex quo fit, ut uis non abſque aliqua uir-
16 tute eſſe uideantur. Atque ſeruos quoſdam
eſſe ſecundum naturam, alios liberos: & qui-
buſdam expedire, & conducere, & prodeſſe ſer-
uire, qui ſe regere neſciant. Imo naturam ſerui
lia quædam corpora ideo robuſtiora feciſſe ad
neceſſarios uſus, alia uero ad ea inutilia. Et na
tura quidem omnia corpora uirtute præſtan-
tia, & animo nobilia facere, & ex bonis & ratio
nalibus homines ſimiles generare uult, ſed ple
runque non poteſt: neceſſariumque ideo in na
turæ conſeruatione humanæ, ut alij obediant:
alij præſint, alij imperent & dominentur, alij
ſeruiant. Sic enim mutuo membra ſe fouent,
& qui ingenio pollent & ſagacitate, imperio,
& ſanctione, & gubernatione, hebetes & im-
prouidos ab errore, lapſu, damnoue præſeruāt:
qui uero iuuantur, mutuo officia & obſequia
rependunt. Quocirca qui uitijs ſordeſcunt, & il
lis nolunt abire, nec monita prudentum, & ra-
tionis, quæ in arce animæ imperat perficiunt:
etſi corpore alijs non ſeruiant, tamen uere ſer-
ui & mancipia uitiorum ſunt, ab illis ſuperati.
A quo enī quis ſuperatus eſt, illius eſt ſeruus,
ut ait D. Petrus.[c] Edidit librum eius argumen
ti eruditū Philo Iudæus, Quod omnis probus
liber ſit: ea ratione, & omnis improbus & de-
lictis ſcatens ſeruus, non habita ratione exter-
næ dominicæ poteſtatis, uel libertatis. Idipſum
quoque recte probat multis Perſius Satyra 5.
Et ueram libertatem ſapientia, quam nec præ-
toris erat ſtultis dare vindicta, nec ueram liber
tatem, quam ſeruis pilea donant. Idipſum &
ex Stoicorum rationibus exornat Cicero in

Paradoxis,

a c. priuilegiū, 11. q. 3. c. poſtea quā, § his ita, 24. q. fin. c. ubi ſtā, & can. precaria, 84. diſt. Innoc. 3. in c. manū c. 13. de priuilegijs. Decret. lib. 33. l. auxilium, de mino.
b l. nihil tā naturale, de regu. iur. P. l. 3. eod. tit. ap. Grego.
c § ſed naturalia, de iur. nat. gen. & ciu.
d Alex. 3. in c. dilecti filij, c. 8. & ca. ſuggeſtū, c. 9 de deci. lib. 3 Decret. tit. 3. ca. quid per nouale, de uerbo. ſign.
e 4. Reg. c. 18.
f Numero. 21.
g l eas, de cap. diminut.
h Vlp. l. ius ciuile, l. 6. de iuſt. & iur. P.
i l. 3. de iuſti. & iur. cum ſimil. ſup. cita.
k l. ex hoc iure, eo § ius autem gentiū, de iure n. ē. in Vlp.
l l. hoſtes, l. 24. de capti. lib. 49 P tit. 15.
l l ſed etſi leg. § conſuluit de petit. hæred. in P l. Attilius, de donatio. P.
m § ſerui aūt nuncupantur, de iur. perſo. § 2. de ingenu. l. pater, C. de liberal. cauſ.
n d. § ſerui autem, l. 1. quibus ad liber. procl. nō lic. P. l. ſi minorem, & l. non ideo, de liber. cau. C.
o Ariſto. Proble. ſect. 10. q. 13.
p Cice. 5. de finibus.
q Cic. Philipp. 10 & 3. Officio.
r lib. quod omnis prob' liber ſit.
s Xiphilin. ex Dione, in Antonino Caracalla.
t § ſed cum libertas, qui & a qb. manu. lib. non ſiunt, l. libertas, de reg. iur. P.
u l. Paulus, de fideicommiſſ. libert. in P.
x Cic. Philipp. 3 10 & 12.
y Senec. epiſt. 12.
z l. ſeruitutē, de reg. iur. l. cū hic ſtatus. § 1. de don. int. uir. & uxo.
a l quod attinet, de reg. iur.
b Ariſt. li. 1. Politic. c. 3 & 4.
c 2. Petr. 2.

a Cic. pen. parad.
b Cic.4.ad Heren.
c D.Ioan.c.9.
d Ariſto.lib.3.
Rhet.ad Theodec.c.21.

Paradoxis,[a] &alibi:[b] & qui facit peccatum,
ſeruus eſt peccati.[c] Et Ariſtoteles[d] ſententiam
illam adfert, Nullum hominum eſſe liberum:
Nam aut fortunæ, aut pecuniæ ſeruit. Quam-
17 obrem ex finitiona, libertae frænum neceſſa-
rium accipit, ut non liceat quod iura prohibe-
tur. Sic Perſius.[e]

e Perſ.Satyr.5.

Vindicta poſtquam meus a prætore receſſi,
Cur mihi non liceat iuſſit quodcunque uoluntas,
Excepto ſi quid Maſuri rubrica uetauit?

f l.filius, de cōditio inſtitut.
g l.legis uirt⁹, de legibus.

Et quæ leges fieri prohibent, aa in noſtra pote
ſtate non cenſentur:[f] habetque lex uim cogē-
tem imperio,[g] ſed ad bona: unde uis propriè
non dicitur, nec improba, imò libertatis ueræ
conſeruatrix, & libertatis per uitia læſæ, medi-
cina uitiorum, & pharmacum. Immoderata
quippa libertas, iam ex eo, quòd immoderata
eſt, ad morbum peruenit: nimium enim omna
& exceſſus uitium eſt, in medio natura rei: Vt
in corpora ſua craſi tépereto, diſſolutio illius,
& defectus, & exceſſus morbus eſt. Atque inge
nium animuſque dum ſui abutitur libertate,
uidetur iam obſeſſue, & ſeruus præter naturā:
ſiquidem ſeruitus eſt obediētia fracti animi, &
abiecti arbitrio ſuo carentis. Ideo ut non colpa
tur chirurgus, nel medicus, dum ſalutis ægroti
ſolicitus, impatientam doloris & curæ ægrorū,
& pati & ſumere pharmaca medicata, nouacu
lamqua & ferrū cogit, ſic nec magiſtratus uim
inferre dicetur, nel libertatem opprimere, qui
legem exequens, ferrum, & pœnas, metum, &
coactionem infert improbis, ut meliores reddā
tur, & a ſeruitute noluntaria reſipiſcant, reſti-
tuanturque ſanæ libertati: nec iuris axecuno
iniuriam habet.[h] *Vera*, inquit Plutarchus,[i] *&*
amica libertas peccatis imminet, ſalutem ac medicā
adferens moleſtiam non ſecus ac mel, quod ulcero-
ſos mordet, ac repurgat, alioquin incūdum & utile.
Sicut igitur omnis humana creatura, prona eſt
ad malum ab adoleſcentia ſua,[k] & uanitati ſu
biecta eſt,[l] ita uerè natura ſerui homines ſunt,
etſi liberos ſe putent. Et quo magis eo in ſtatu
proficiunt, tanto amplius a libertate uera defi-
ciunt. Et ſtulta eſt illa libertas, ſeu nerè perni-
cioſa ſeruitus eorum, qui legum bene docen-
tium præſcripta excutiunt & diſſoluunt: nam
illa eſt libertas ferina & indomita, ut Iob[m] an
notat, dum ait: *Vir magnus in ſuperbiam erigi-*
tur, & quaſi pullum onagri, ſe liberum natum pu-
tat. Contra uirtus eſt libertas perfecta a D.Ia-
cobo dicta,[n] eo quòd quis ſine coactione legis
recta perficit, & qui metu legis recta faciunt,
ſub ſeruitute legis quidem ſunt. Item qui prin
cipibus, præceptoribus, Deoque, recta monen-
tibus perent, ſub illorum poteſtate ſeruiunt,
ſed illa ſeruitus rationa uitij aſt, & libertatem
operatur. Quamobrem iſta dominatio, & ſer-
uitus in perſonis, quæ liberæ ſunt, potius dice-
tur poteſtas. Itaqua primum da liberis iſtis per
ſonis, poteſtateque earum, & de nominum di-
uerſitate, poteſtatis ratione: poſtea Deo fauen-
te, & de ſeruorum nomenclatura, & de perſo-
nis, quæ ex illis conſiderationem aliam ab in-
genuis recipiunt.

h l. quēadmodū. §. magiſtratus, ad l. Aquil. lib. 9. P. l. innumerum §. 1. de iniur. in P.
i Plutar. lib. de diſcret. adulat. & amici.
k Geneſ.
l ad Roma. & Eccleſiaſt. c. 1.
m Iob, c. 11.
n Iacob. 1.

De poteſtate in liberas perſonas. Cap. II.

1 *Poteſtate alterius eget, qui ſe tueri & defendere nequit.*
2 *Perſonarum quædam ſui, quædam alieni iuris.*
3 *Poteſtas, & potentia quid.*
4 *Poteſtatis nomen quid contineat.*
5 *Poteſtas alia publica, & alia priuata.*
6 *Publica & priuata poteſtatis ſpecies.*
7 *Poteſtatis omnis priuatæ per ordinem neceſſitas, & hiſtoriæ conſequentia repetita.*

1 PRima lex naturæ eſt, teſte Plutar-
cho, ut qui ipſe ſe tueri nō poſſit,
eius ad eum redeet imperium ne-
tura, qui poſſit. Quamobrem &
iure naturæ conſentaneū eſt, qui ſe regera non
2 poſſint, ab alijs ſe regi patiantur. Hinc ex per-
ſonis quædam ſui iuris eſſe, quædam elieni di-
cuntur, id eſt, quædam ſuæ poteſtatis, & aibi-
3 nij ſunt, aliæ in alterius poteſtate.[o] Poteſtas a
potentia, ea autem ſecundum Speuſippum,[p]
eſt id, quod per ſeipſum eſt efficax: habitus, in-
quam, quo potentes efficimur, excellentia in
4 dicendis, ſeu agendis. Et ita poteſtatis uerbum
latè patet, eoque plura ſignificantur, ſed cōtra-
hitur ex hypotheſi cui accedit: in perſona ma-
giſtratuum, deſignat imperium, in perſona li-
berorum, patriam poteſtatem: in perſona ſer-
uorum, dominium: in alijs copiam & faculta-
5 tem, ut diſtinguit Paulus Iuriſcon.[q] Nos autē
hæc clarius alia diuiſione concipiemus, ut di-
ſtribuamue poteſtatem legitimā in perſonas,
de alia enim nec inſtitutus eſt hic ſermo, in pu
blicam & priuatam. Sic enim legitimum & iue
bipartitum eſt.[r] Publicum, ad ſtatum commu-
nem pertinet principaliter, & conſequenter ad
utilitatem ſingulorum. Priuatum, ad ſingulo-
rum principaliter utilitatem, & conſequenter
ed totius reipub. componendam ſymmetriam,
6 & conſeruandum uniuerſale corpus. Ita publi
ca poteſtas, quæ publicam in omnes habet au-
thoritatem: priuata, quæ non in omnes, ſed ad
aliquos pertinet ſingulares. Publicum con-
ſiſtit in ſacris, ſacerdotibus, principibus, magi-
ſtratibus, populo: priuatum in reliquis. De pri-
uata prius agamus poteſtate, quæ præludia ad
publicam docet, & ex qua cōpoſita conſurgat,
ueluti ex membris, publica: utraq; enim eſt ad-
miniſtratoria & gubernatrix, ſed priuata pau-
corum, publica plurium. Conſtituemus autem
poteſtatis priuatæ in perſonas ſpecies octo, pri
mam circa domeſticos, ſecundam in uxoré, ter
tiam patriam, quartam tutoriam, quintam cu-
ratoriam minorum, ſextam curatorum furioſo
rum, ſeptimam curatorum prodigorum, octa-
uam dominicam. De quibus omnibus ordine,
Deo iuuante, pertractabimus hoc libro: antea
tamen harum omnium hiſtoriā memoriæ cau
ſa, hac methodo & deductione diſce, filo quo-
dam neceſſitatis & conſequentiæ paucis conte
xtam. In principio Deus optimus Maximuſq;
cum hominem Adamum ex limo formaſſet,
& perfectiſſimum opus perfeciſſet inſufflando
animam, dominum eum totius mundi conſti-
tuit, & omnia poteſtati & pedibus eius ſubie-
cit,[s] adiutoriumq; ei ſimilem coniunxit mulie
rem,[t] ſociam diuinæ & humanæ domus. Quo-
circa ex hac æqualitate naſcitur poteſtas cōmu
nis marito & uxori in domeſticos, ſecundū cu-
iuſque ſexus munera. 2. Sed quia mulier prima
abuſa eſt hac libera communi poteſtate, & per
niciem malitia ſibi utroque, facta eſt in poſte-
rum ſubdita uiro e Deo:[u] Ideo nata eſt marita
lis poteſtas. 3. Et quia retenta eſt coniunctio
utriuſque, & liberi nati ſunt, Cain & Abel, e-
doctuſque uel ipſo ſcelere parricidij Abelis[x]
Adam

o §.1. de ijs qui ſunt ſui uel alieni iur. l.2.eo. in P.
p Speuſip libro de definit. Plato.
q Paul. l. poteſtatis uerbo, l. 215. de uer. ſig.
r §. huius ſtudij, de iuſti. & iur. & Vlpi. l. 1. §. huius ſtudij, eod. in P.
s Pſal. 8.
t Geneſ. 2.
u Geneſ. 3.
x Geneſ. 4.

Adam pater, ut continerentur & erudirentur
iuueniles animi, utque natis patres proſpice-
rent, rectè cautum eſt ſub poteſtate parentum
eſſe debere filios, parentum inquam maſculo-
rum, non fœminarum matrum: quia & illæ, ut
dictum, ſui iuris non erant, ſed mariti: & quæ
ſuæ poteſtatis non eſt, alios non potuit habere
in poteſtate. [a] Eaque ratione quia magis audét
iuuenes, poteſtate etiam maiori in uitam & ne-
cem contumaciamque liberorum, parentes à
lege aliquando, ut uidebimus, donati ſunt, &
onerati quoque ut eorum curam ſedulo age-
rent, inſtruerent, & alerent. 4. Cæterum quia
fieri non poteſt per rerum naturam, ut quod
prius natum eſt, prius non intereat, uel ut per-
petuo filijs parentes ſupereſſent, & aliquando
præmaturè filijs adhuc infantibus, dumque illi
parentum maxime indigent ope, è uita tollan-
tur: permiſerunt leges, parentibus etiam morié-
tibus hac poteſtate quoſdam in locum ſui ſub
rogare, qui filios tueantur, unde & tutores dicti
pupillorum. [b] Quòd ſi hoc prætermiſerint, ma
giſtratus ex legis præſcriptio officium imitan-
tes paternum, ſupplent & dant fœminis uſque
ad 12. annum, maſculis ad 14. 5. Sed quia mi-
nores 25. ann: etſi poſt 12. & 14. annum ſuæ
poteſtatis ſint, tamen in negotijs contrahen-
dis decipi poſſunt, paterna legis procuratió
adhuc iſtos poteſtati curatoris ſubmiſit, in eo-
rum utilitatem & patrimonij conſeruatio-
nem. 6. Neque ſolum iſtis minoribus 25. ann.
ob fragile conſilium ſubuenit curatore, ſed &
maioribus annis, qui tamen eadem infirmita-
te animi uel maiore laborant, proſpexit: eorum
que & bonorum illorum ius, poteſtati curato-
ris alterius generis quàm ſit ſuperior ſubiecit.
7. Atque ad horum exemplum pari benignita
te prodigis, qui conſulte bona profundunt, cu-
ratorem adiunxit auxiliarem, iſtis omnibus cô
cedens certam & ſtatam poteſtatem, non ple-
nam. 8. In ſeruos tamen & mancipia, domini-
cam ſuperiorhus duriorem per omnia conce-
dens. Quæ omnia ordine ſeſius tractabo, atque
iura & utilitates cuiuſque poteſtatis, & quomo
do, & quando quælibet finiatur, Deo iuuante,
demonſtrabimus.

a l. ſi ſe euenie ad le. Iul. de adult. in P.

b §. 1. de tutel.

De communi mariti & vxoris in domeſticos poteſtate.
Cap. III.

1 *Societas uiri & uxoris in domo quæ, & quod ſimi lis ariſtocratiæ.*
2 *Vir & uxor quibus in domo præſint.*
3 *Vxor dicta domina à uiro.*
4 *Viri uxoribus ſubijcere ſe non debent, alioquin ſto lidi.*
5 *Viri & vxoris familiæ commiſcentur.*
6 *Vir uxori res ſubtrahens, uel contra, non conueni- tur actione furti uel famoſa, & quare.*
7 *Poteſtatis mariti & uxoris in familiam ſolutio.*

1 IAm ſatis de hac poteſtatis dictum
arbitror in nuptiarum finitione,
dum oſtédimus uxorem matrem
familias fieri ſociam, & æque ac
maritum domus dominam: [c] quia uxor adiuto
rium uiro ſimile data, & duo in carne una, [d]
2 quæ pluribus explicauimus. Ariſtoteles quo-
que ſcribit, [e] viri, & uxoris ſocietatem ſimilem
eſſe Ariſtocratiæ, id eſt, optimatum poteſtati
pro dignitate namque uir præſidet in his quæ
uirum oportet: vxor autem, in his quæ mulieri-
bus & uxori accommodantur. Et alibi, [f] pro-
bam mulierem omnibus quæ ſunt intus, uult
dominari: quoniam uiro indecens uidetur, ea
ſcire, quæ intra ædes fiunt. In cæteris autem
uult parere mulierem uiro. Eadem probat a-
3 pud Xenophontem [g] Iſchomachus. Sic recte
apud Seruidium Scæuolum [h] teſtator quidam
uxorem dominam uocat, cum qua fundum em
ptum nummis proprijs, cauſa pietatis & affe-
ctionis communicauerat, rogatque eam his
verbis, *peto à te Domina vxor mea, ne ex fundo Ti
tiano partem tibi vendices, &c.* Domina autem,
ibi dicta intelligenda eſt, ſcilicet reſpectu fami
liæ, & quaſi condomina cum uiro, & coniun-
ctiſſima perſona, ut utilitates cum ea diuidan-
tur, & quicquid marito præcipitur, ei quoque
in his quæ ad matrimonium pertinent, præce-
ptum cenſeatur. [i] Sic alius teſtator, dominam
ſanctiſſimam vocat uxorem in iure in alia hy-
potheſi Scæuolæ. [k] Sic Angelus, [l] dominas uo-
cari uxores dixit à maritis ob eminentiam ſeu
prærogatiuam quam in domo eis dant: neque
tamen ea lege teneri maritos Bartolus notat,
ut cogantur eas dominas uocare. [m] Vocauit
& Iuſtinianus Cæſar uxorem ſuam reuerendiſ
ſimam [n] Theodoram. [o] Epictetus teſte Arrio, [p]
*Mulieres, inquit, ſtatim à quatuordecim anno Do-
minæ uocantur: hic enim uiri ob concubitum blan-
diuntur, virorum erga culpa, ſibi deincept nimium
placent. Manenda igitur forent, ut apud nos in hono
4 re ſint, nihil ob aliud niſi modeſtæ ſint. Neque ſi
eas dominas uocent, intelligẽdum eſt, dominas ideo
dici, quòd uir eis obediat, hoc enim fatui & inſulſi
eſt animi vxori ſubijci.* Vt & Ariſtoteles [q] dam-
nat eos, qui ex imperio uxoris uiuunt, eaque ra
tione damnat Lacedæmoniorum rempubl. Ve
lut & Platonis reſpub. ridetur, à Theodoreto, [r]
& Euſebio, [s] in qua ſuis legibus concedit [t] mu-
lieribus publica negotia tractare. Quemadmo
5 dum & aliquando Germani permiſerunt. [u] Cô
mixtio itaque familiæ à iure introducta, hanc
adfert communionem: quanquam enim uiri
ſerui proprie non dicantur uxoris, neque uxo-
res proprie uiri, quia tamen commixta fami-
lia & una domus, ita iudicandum, ut in pro-
6 prijs Senatus cenſuit. [x] Proinde non datur a-
ctio famoſa uel furti contra vxorem, quæ res
mariti ſubtraxerit pendente & conſtante ma-
trimonio, nec contra uirum, ſi uxoris res fura-
tus fuerit: ſed poſt ſolutum matrimonium, a-
motarum rerum propter hanc eandem ſocieta
tem: [y] pendente autem matrimonio nec illa,
ſed in factum & condictio competit, [z] ſi res ex
7 tent. Quamquam enim delinquant furtum
committentes, tamen ob bonum coniugij, ma
lum bene conditum, nec camarinam moueri
oportet: ne, ut recte animaduertit Iuſtinianus, [a]
ex huiuſmodi occaſione inter maritum & uxo
rem, qui non bene ſecum uiuunt, aliqua ma-
chinatio oriatur, & forſitan marito uo-
lente, uxor eius extrahatur. Solui-
tur autem hęc poteſtas diremp
to matrimonio, de cu
ius ſolutione, quia
plura ſuperio
ri libro
egimus, nihil ultra
addemus.

DE

c Dio Holo. l. a hiſto. l. ſ. de m tu nupt. §. 1. de nupt.
d c. Gaudem°. §. quia uero, de diuor.
e Ariſto lib 1. politic. c. 10.

f Idem, 1. œco nomi.

g Xenoph. in œconomi.
h Scæuol. in l. uxorē & filiū, l. 39. de lega 3. lib. 32. P. tit. 3.

i can. præcepit dominus, 33. q. 5.
k Scæuol in l. Titia hęredē, l. 19 §. qui Marco homini do. cto, de anu. lega. li 33. P. ti. 1.
l Angel. conſ. 144.
m Bart. in l donationes, C. de donat. & in l. ſi poſt, §. ſi. q pe. de bon poſ. ſecun. tab.
n §. hęc autem omnia, ut iudi. ſine quo ſuffr. coll 2 in auth.
o § 1 iuſiuran. quod pręſta. ab his, &c. in auth.
p Arrius, in Enchiri Epicteti, c. 51
q Ariſt 2 Poly.
r Theodo. li 9. curat. Græca affectio.
s Euſeb. li. 12. de præpar. euāge c 12.
t Plato.
u Corne Tacit. de morib. Germanor.

x Vlpi in l. 1 §. ſi ſeruus uxor, de Senatuſcon. Syllan. li. 29. P. tit. 5.

y Pau. in l. 1. & 2 & Caius, l 2. de actio. rer. amot. li 25. P. tit. 2 Gordia. in l. aduerſus, l. 4. de crim. expil hę red. lib 9 C. tit. 32.
z Diocletia. & Max. l. 2 rerum amot. lib 5. C. tit. 21. Marti in l rerum quidē, l. 25. de act. rer. amota in P. Papin. l. fi eod.
a Iuſtinia. in l. fi. §. fi. de furt. lib. 6 C. tit 2.

De poteſtate mariti in uxorem, Cap. IIII.

1 *Mulieribus imperandi ius natura ademit.*
2 *Vxorum dominatio in uiros, uel contra, duello inter coniuges conſtituitur.*
3 *Lunam uocans nomine fœminino ſubijciebatur vxori: contra, ſi maſculino apud Carrenos.*
4 *Vxores ſubditæ maritis iure diuino & gentium.*
5 *Dignior inferior homo quibuſcunque mulieribus.*
6 *Vxores in Gallia in poteſtate maritorum & nūc, & olim, ut haberent necis poteſtatem.*
7 *Vir uocatus dominus ab uxore.*
Apud Perſas vxores omnino debent obedire viris.
8 *Tholoſæ, Biturigibus; & alibi uxores in poteſtate mariti, non patris.*
9 *Vxores eſſe in poteſtate maritorum etiam iure Romano, non patris.*
Probatur & defenditur. Et ſublatæ antinomiæ.
10 *Vxor obſequia, & operas potius marito, quàm proximas, & quæſita debet.*
11 *Vxor quæſita ex paraphernalibus ſibi quærit, non marito.*
12 *Vxor & uir poſſunt inire rectè ſocietatem bonorum, & lucra diuidunt.*
13 *Vxor corrigi, & compedibus retineri à marito poteſt.*
14 *Vinum mulieres bibiſſe capitale Romanis.*
15 *Vxoris caſtigatio debet eſſe moderata & paterna.*
16 *Actio* κακώσεως *malæ tractationis.*
17 *Vxores à viris, non contrà, defendi debent.*
18 *Vxor quando tenetur ſequi maritum: ſequatur in prouincias, in militiam.*
19 *Vxor exulem num ſequi teneatur uirum: & exempla mulierum, quæ uiros exules ſequutæ ſunt.*
20 *Vxor ſequi debet uirum in carcerem.*
21 *Vxor, quæ eſt ſub poteſtate mariti, ſine eius authoritate eſſe non poteſt in iudicio.*
22 *Vxor abſente marito ſine eius authoritate agit, etſi in ſui fauorem ſententia ſequitur. Et ſine marito in criminalibus eſt in iudicio.*
23 *Vxor ſine authoritate mariti non contrahit efficaciter, ut pendente matrimonio poſſit conueniri: poſt ſolutionem tamen poteſt conueniri ex eo.*
24 *Vxor non contrahit ſine mariti authoritate, uidelicet in ſui præiudicium, uel non abſente marito; aliter contra.*
25 *Vxori contrahenti præſentia mariti pro authoritate eſt.*
26 *Contractus ſine authoritate mariti factus ab uxore per lapſum decem annorum firmatur & præſumitur ſolemniter actus.*
27 *Vxor negotiatrix rectè ſine conſenſu mariti contrahit.*
Contractus filijfa. & uxoris ſine patris & mariti authoritate quando inhibentur, & quando ualeant. 23.24.25.26.27.
28 *Poteſtas maritalis ſoluitur morte mariti.*

1 MEnander dicebat γυναικὶ δ᾽ ἄρχειν οὐ δίδωσιν ἡ φύσις, id eſt, *mulieri non cōceſſit natura imperandi facultatem.* Addit ἐκ γυναικῶν ἀπώλετο κόσμος μέγας· ἐν γὰρ γυναιξὶ πίστιν οὐδεὶς ἴδεν, id eſt, *ex mulieribus perit magnus mundus, etenim in mulieri-*
2 *bus fidem cernere non licet.* Apud Saccas [a] imperium coniugum duello conſtituitur, ſi quidem ut ait Ælianus, ſi quis eorum puellam uxorem ducere cupit, pugnam cum ea ſuſcipit, et ſi illa ſuperior ſit, captiuum abducit, atque imperiū
3. in eum tenet: ſin inferior, regitur ab ipſa. Apud Carrenos præcipuum habebatur, ut qui lunā fœminino nomine ac ſexu putauerit nuncupandam, is addictus mulieribus ſemper inſeruiat: at qui marem eſſe crediderit, dominetur uxori, neque ullas patiatur inſidias, teſte Ælio Spar-
4 tiano.[b] Iura diuino & fere gentium receptum eſt, mulieres eſſe in poteſtate maritorum. Scriptum quippe primum in mundi Geneſi,[c] dictū mulieri poſt peccatum à Deo, והוא ימשל בך ואל אישך תשוקתך lege, *veel iſcheec theſcu Katec veou imſal bac*, id eſt, *apud uel penes uirum tuum deſiderium ſeu concupiſcentia uel appetitus tuus, & ipſe præualebit uel dominabitur tibi, uel in te.* Quod & ſanctiones apoſtolicæ renouarunt,[d] caputq; mulieris uirum ſtatuūt, & ideo illi ſubditam eſſe, ut membra capiti:[e] nec uir imago mulieris, uel à muliere, ſed mulier à uiro facta eſt. Et ita ordo naturalis, ut uxor uiro, filij parentibus ſeruiant: quia nulla iuſtitia eſt, ut ma-
5 ior ſeruiat minori.[f] Dignior homo qualiſcunque ob ſexum nobiliorem, quibuſcunque & cuiuſcunque ſint dignitatis mulieribus.[g] Et ſicut Geometræ cenſent lineas & ſuperficies nō per ſe, ſed una cum corpore moueri: ſic uxorem nullum peculiarem affectum habere, ſed ſtudia, riſum, curaſque communes cum uiro ſubire debere dixit Plutarchus.[h] Prohibuit Deus vxoribus ſine conſenſu uiri aut uouere aut ieiuna-
6 re.[i] Iohannes Faber [k] quoq; in Gallia in maritorum eſſe nunc poteſtate teſtatur, & Maſuerius.[l] Sed ante illos Iulius Cæſar, [m] qui ſic ſcribit, *Viri in uxores ſicut in liberos habent uitæ neciſque poteſtatem. Et cum paterfa. illuſtriore loco natus deceſſit, eius propinqui conueniunt, & de morte ſi res in ſuſpicionem uenit, de uxoribus in ſeruilem modum quæſtionem habent: & ſi compertum eſt igni atque omnibus tormentis excruciatas interficiunt.* Et Odofredus,[n] Chaſſaneus,[o] & alij[p] dixerunt, idcirco uxorem teneri ad omnia obſequia marito præſtanda, ut res eius cuſtodire, lauare caput & pedes, edulia præparare, & ad hæc
7 ſimilia. Vocabat Sara proba & bene morata mulier uirum ſuum dominum,[q] ut & alia matrona apud Paulum Iuriſconſultum.[r] Iubet ſacra ſcriptura, derelinquendum patrem & matrem, ut adhæreatur coniugi.[s] Sed & apud Perſas Vaſti [t] regina reiecta eſt à rege Aſſuero, quæ iuſſa ab eo venire contempſiſſet, & in eius lo-
8 cum ſubrogata Heſter. Tholoſæ certe inter leges municipales,[u] & illa eſt, ut uxor ſit in manu & poteſtate mariti. Itidem ex conſuetudine Biturigum,[x] uxor etſi patrem habeat, in mariti non patris eſt iure & poteſtate. Idem receptū iure Langobardorum tradit Andreas.[y] Cuius lex Rhotarij, [z] *Nulli liberæ mulieri ſub regni noſtri ditione lege Langobardorum uiuenti liceat, in ſuæ poteſtatis arbitrio, id eſt ſine mundio, uiuere, niſi ſemper ſub poteſtate uiri aut curiæ regiæ.* Deficiēte ſcilicet marito, aut eius heredibus aut pro-
9 ximis, ut alia lege placuit.[a] De Iure Romano, nū in poteſtate mariti ſint uxores, an patris, video à quibuſdam interpretibus dubitarū. Quorū ſcrupulos prius eximam, atque proculdubio & omni iure Romano, in maritorum poteſtate fuiſſe oſtendā. Quod ante conſtituiſſe & docuiſſe conducit, ut utilitas iſtius poteſtatis, poſtmodum explicanda, Romanorum iuri quoque cōueniat. Bartolus, in l. ſi vxorem, de conditionib. inſtit. exiſtimauit, in poteſtate patris filiā nuptam eſſe, non mariti: eſſe tamen in poteſtate mariti,

a Ælia. lib. 12. de uar. hiſtor. c. 38.
b Aelius Spar. in Antoni. Caracal.
c Geneſ. 3.
d 1. Corint. 11. 1. Pet. 3.
e c. cum apud, & ca. mulierē, ca. hæc imago, 33 q. 5. can. fœmin. 30 q. 5.
f can. eſt ordo, 33. q. 5.
g l. 1. de ſenat. in P.
h Plutarch. in præc cōnnubi.
i Numer c. 30. & c. manifeſtū, 33. q. 2.
k Ioan Fab. in l. 1. de bon. ma. C. & in § 1. ad Tertull. & in l. nō ſine, de bo. quæ lib.
l Maſuer. titu. de poſſeſſo. § Itē maritus, in prax. Iud.
m Iul. Cæſ. lib. 6 commen. bel. Gall.
n Oduf. in l. onerib. de iur. dot. C.
o Chaſſa. ad titul. des droictz appartenans a gens maries, § 8. ad uerba, en puiſſāce de ſō mari, uerſic & quia, in conſu. Burg.
p Panor. in c. literas, de reſtit. ſpol. citat c hæc imago, 33. q. 5.
q Geneſ. 18.
r Pau. l. ea q. l. 58 de don. inter uir. & uxo. tum 33 lib. 5.
s Geneſ. 2. ad Epheſ. 5. Matt. 19
t Heſter, cap. 1. & 2.
u in conſuetu. Tholoſ. titu. de acq. ret.
x in conſuetu. Biturig. titu de ſta. & iur. perſo § 4.
y Andr in addit ad Bar. ad l. ſi uxorē, C. de condi inſert.
z Rhota l. tit. qual. mulie. liber. aliena. potuiſſ. ſit, lib. 2 l. Langob.
a l. ſi quis filiā ſuam, de ſponſa. & tem qual. Mundio. in not. tat. nunc ..., eo lib lrg. Langobard.

mariti, in iſtis quæ uiro ſuo ſunt neceſſaria. Idē
in illam l. notat Andræas, in additio. Ad Barto.
ubi plures alios eius ſententiæ adfert. Idem
Barto. eadem tradit in l. 1. §. fi. per illum textū,
de iniurijs. Imola, in l. rei iudicatæ, §. fin. ſolut.
matr. Citat & alios aſſeclas Boerius, in commē
ta. ad conſuet. Biturig. ad tit. de conſuetud. iuris
& ſtatus perſona. §. 4. glo. 1. Quibus & ſuffraga
ri uidetur l. filiæ licet, l. 12. de collatio, lib. 6. C.
tit. 20. glo. in §. 1. in uer. parentis, & ibi Ange-
lus, ad Senatuſc. Tertul. Ego tamē arbitror ne-
utius eſſe in poteſtatem mariti iure Romanorū
uxorem tranſijſſe, ſi materfa. facta fuiſſet, & in
manum uiri conueniſſet, quòd probauimus
ſatis ſuperque, quando de ritibus agetemus
matrimonij ſubſtantialibus: Videtur enim pa-
ter ceſſiſſe ius ſuum marito, eam ei tradendo
nuptui, ſicut ex uerbis Catulli apparet,[a]

Virginitas non tota tua eſt, ex parte parentū eſt,
Tertia ſola tua eſt: noli pugnare duobus,
Qui genero ſua iura ſimul cum dote dederunt.

Et iure Romano ſuccedebat materfa. ut filia
marito, ex aſſe ab inteſtato: etſi liberi eſſēt, una
cum illis.[b] Et expreſsè Gellius[c] trāſire per coē
ptionem & ritum legitimæ uxoris in manum
mancipiumq́ue mariti tradit uel in eius pote-
ſtatem, ſub cuius poteſtate fuiſſet maritus. Iura
reuerentiam etiam eas maritis debere, quæ nō
poſſit ullis pactis uel oblique lædi tradunt.[d]
Quod & firmat Ariſtoteles,[e] & Plutarchus.[f]
Et Venuleius Iuriſc.[g] *imo, inquit, magis de uxo
re deducenda, & pater etiam qui filiam in poteſta-
te habebat à marito rectè conuenitur*, Cui conſen-
tiunt Cæſares.[h] In quo poteſtas marito decer-
nitur ſupra patriam, cuius ratione exhiberi ſi-
bi filium quis tantum poſtulat,[i] ad inſtar cu-
ius remedium hoc marito pro vxore cōpetit.[k]
Ne bene concordantia matrimonia iure patriç
poteſtatis turbentur, vt ait Vlpia.[l] Neq; ad rē
facit l. ſi uxorem, de conditio. inſer. C. nam ibi
non probatur uxorem remanere in poteſtate
patris, uel non eſſe in poteſtate mariti. Neque
etiam §. fi. l. 1. de iniur. in P. ubi quidem uerum
eſt dici, filiæfa. iniuriam pertinere ad patrem &
maritum, ſed tantum abeſt, ut ibi marito pote-
ſtas denegetur, quin potius confirmatur: Dum
& marito pro uxore, ſicuti & patri pro filia da-
tur actio iniuriarum, & cuique fiat reparatio
iniuriæ.[m] Iura enim ſanguinis patris per nup-
tias non dirimuntur, quia indiſſolubilia ſunt:[n]
uerum & iure paterno remanente, non eundē
inficias & ius in perſonam uxoris marito eſſe.
Et latius id probatum uidebimus, dum effe-
ctus iſtius poteſtatis enumero. Atque ſi conce-
damus ſub poteſtate patris nuptam eſſe poſſe,
tamen liquido conſtat maritalem poteſtatem
potiorem: quando intra naturalia, paterna po-
tiſſimum, ſarcta tecta remanent. Sunt autem ef
fectus ualde notabiles ex iure ciuili pendentes
& probati Romanorum, quos ſine cauſa, id eſt,
poteſtate eſſe poſſe nemo ut opinor iuſte dixe-
10 rit. Primus, quòd ratione eius vxor tenetur ma
rito obſequia & operas potius, quàm alijs con-
iunctiſſimis perſonis prçſtare:[o] & quærit quod
ex ſua opera lucratur marito,[p] quia ex rebus &
occaſione mariti præſumitur acquiſiſſe.[q] Suſti
net onera & curam eius maritus, ut ſecundum
naturam ſic ad eundem & peruenire commo-
da.[r] Ex nota certe plenæ poteſtatis illa, qua fi-
lius non ſibi, ſed patri omnino quærebat, ut in
ferius Deo iuuante in patria poteſtate: mulier
11 autem hic nō patri, ſed marito quærit iure. Ni-
ſi mulier habeat parafernalia, ex quibus lu-
crata & negotiata ſit, uel uideatur: ea enim ad
lucrum mariti non pertinent,[s] ut diximus an-
12 tea. Vel niſi ſocietatem bonorum omnium in-
ierint coniuges, tunc enim quæſita communia
utriuſque ſunt, & diuiduntur inter eos iuxta cō
ſuetudinem Pariſienſem,[t] quæ etiam poteſt v-
troque iure comprobari pontificio[u] & Cæſa-
reo.[x] Mulierq́ue tunc tanquam negociatrix &
obligatur, & obligat[y] ſibi etiā maritum:[z] quā-
uis pro ea obligatione conueniatur tantum, in
quantum facere poteſt, id eſt, deducto ære alie-
13 no, & ne egat.[a] Secundus iſtius poteſtatis effe-
ctus, quòd uxor à uiro potius, quàm à patre cor
rigi & iudicari debeat:[b] poſſitq́ue detineri cō-
pedibus ab eodem.[c] Ex lege Romuli vxor ſi a-
liquid peccaſſet, pœnam luebat ex mariti læſi
arbitrio, atque de huiuſmodi criminibus co-
gnati cum ipſo cognoſcebant, in quibus uiola
ta eſſet pudicitia, aut deprehenſa fuiſſet uinum
14 bibiſſe, ut ait Dionyſ. Halicar.[d] Vinum quip-
pe bibiſſe illis tunc Romanis erat capitale, ne
matronæ in aliquod dedecus prolaberentur:
quia proximus à Libero patre intemperantiæ
gradus, ad inconceſſam Venerem eſſe conſue-
uit.[e] Quo caſu ſi patria potior poteſtas, ea ad
patrem pertineret emendatio, ut uidebimus
15 ſuo loco, Deo iuuante. Cæterum hæc caſtiga-
tio uxoris moderata eſſe debet,[f] ut paterna, cau
ſaque præcedere: nā temere uel ſeuerius quàm
par ſit uxorem uerberare, non conuenit coniu
gi, & verbera ab ingenuis mulieribus aliena
ſunt: ut olim Iuſtinianea[g] conſtitutione, ob id
tertia parte donationis propter nuptias multa
16 retur maritus. Et Suidas[h] tradit olim proditā
fuiſſe actionē κακώσεως, malę tractationis, quæ
daretur pupillis doratis contra maritos, & filijs
contra parentes, & defenſoribus pupillorū con
17 tra tutores. Tertius effectus, ut ratione iſtius
poteſtatis vxores à uiris, non uiri ab uxoribus
18 defendi debeant.[i] 4. Vt mulier tanquam ſubdi
ta teneatur: ſequi maritum ab eo iuſſa.[k] Et in
ſumma[l] unaquæque uxor, tam in uita, quàm
in morte uirum ſuū ſequitur, id eſt, & in ſepul-
tura, ſi locum nominatim non elegerit. Atque
Valerius Meſſallinus aduerſatus Seueri Cocin
næ ſententiæ eſt, quæ non probabat uxores co-
mitari debere magiſtratus in deſignatas ſibi eū
tes prouincias, nullum honeſtius leuamētum
laboris & anguſtiarū ratus ſocietate ipſa uxo-
ris, & quòd hic ſexus ſit natura inualidus, & uix
præſente cuſtodia conſeruari poſſit, periculo-
ſiuſque commiſti ſuæ cuſtodiæ, ſi tamdiu ſepa-
rentur per abſentiam in modum diſſidij fœde
ra, ut narrat Cornelius Tacitus.[m] Et Cæſares
probant in militiā uxores ſequi uiros, eaſq; mi
litaribus donant priuilegijs.[n] Tantus enim eſt
huius vinculi coniugalis nexus, ut nullo mo-
do, aut uix ferre poſſit ſeparationem.[o] Notat &
Bart.[p] vxorem ſequi uirum debere etiam pere-
grinantē & errantem, ſi eius conditionis tunc
eſſet, dum ei nupſit, uel ſi modicæ & honeſtę cō
tingunt, nō aſſueto proficiſci peregrinationes:
quod certe ex reſponſo Scæuolæ[q] Iuriſc. recte
in ſimili ſpecie colligitur, Cæterum ſi uagari
per orbem poſtmodū & præter ſolitum antea
morē uelit, non eſſe iniungendam neceſſitatē
uxori eum ſequi ubicūque, ſicuti de liberto reſ-
19 pondit Paulus.[r] Porro num exilio damnatum
ſequi teneatur, lex certe nulla mentem ſubit
quæ iubeat: plura tamē exempla optimatum
matronarū ſuadent, atque ratio, quòd coniugū
ſicut honores & bona dextrę fortunę cōmunia
ſūt,[s] ita & ſortis infœlicitatem æquum eſſe ad
mulierem

a Cat. in car-
mi. nuptia.

b Dio Halicar.
in 2 l 2. unde
uir & uxor C.
c Gell. libr. 18.
c. 6.

d l. alia cauſa,
l. 14 § elegan-
ter, ſolu. matri.
in P.
e Ariſt. 1 œco-
no c. 1
f Plut. in præc.
connub.
g Venul l. 2 in
ſi. de lib. exhib. libr.
43 P tit 29.
h Dio & Ma-
xi in l. ſi inuli-
ta, l 11. C. de nu
ptii. li. 5. tit 4.
i Anto l 1 C.
de libe. exhib.
lib 8 titu 8.
k l. ſi ad inſtar,
C. eo.
l Vlp. l. 1 §. fin.
eod in P. l diſ-
ſentientis, C de
repud l. fin de
furt cum ſimil.
ibi nota.

m Paul. l. eum
qui nocentē. l.
18. de iniur. lib.
47 P. tit. 10.
n l. cū in ado-
ptiuis, C. de a-
dopt. l. iura ſan
guinis. de regu.
iur. l. ius agna-
tionis, de pact.

o l. ſi ut, de o-
per liber. in P
p Panor in ca.
ex literis, de re
ſtit ſpol. l. ſed ſi
uir ex lana ſua,
de donat inter
uir. & uxo.
q Pompo in l.
ſi quæ. l. Quin-
tus Mutius, de
dona int. uir &
uxo. l. 24. P. tit.
1 l eiuſ. C eod.
r l. ſecundū na
turam, de reg.
iur l fina § ſed
cum in eā par-
tem, de furt. C

s l. etſi de pecu
nia tua, de do-
na. int. uir & u-
xo. C.

t conſuetu. Pa-
riſ.
u c 1 de dona.
int. uir & uxor.
x Scæuo. l ali-
menta, §. fin. de
ali. & cib. lega.
P.
y Paul l ex di-
uerſu, ſol. ma-
trim in P
z e ad tātum,
de re iudic.
a l. ſunt qui in
id, q facere poſ
ſunt. eod. in P.
b c. ſicut alte-
rius 4. q. 1.
c c placuit, 33.
q. 2.

d Dio. Halicar.
lib. 2.

e Val. Max. li
2 c. 1.

f can. duo iſta.
14 q. 3.

g l. conſenſu,
inde authen.
ſed nouo iure,
C. de repud.
h Suidas, dum
de uoce agit.

i l. 2. de iniu. P.
§ patitur. eod.
in. ſp Iuſtinia.
k c ſi quia ne-
ceſſitate, 34 q.
2. c. 1 de cōiug.
lepros.
l c. unaquæq;,
13. q. 2. unde de
ciſ cap. Tholo.
18 & ibi Au-
frer.

m Cor Tac. li.
3. Annal facit
l. obſeruare, de
offi proconſ. in
P.
n l. 1. & 2. de
uxor milit. li. 2.
C. tit 52.
o l. plerique,
de ædil. edic.
p Bar. in l Mæ-
uia. §. 1. de an-
nu. legat. in P.
gl. in c 1. de cō-
iug. lepros.
q Scæuo. in d
l. Mæuia, §. 1.

r Pau. in l. q rū
ſi, l. 20 de oper.
libert. lib 38. P.
tit. 1.

s l. fin. C. de ma
pti.

mulieré quoque peruenire uoluntariè tamen, & ut afflicti coniugis miſeria eo ſolatio utcunque ſeleuetur. *Quid enim*, inquit, Vlpia,[a] *tam humanum eſt, quàm fortuitis caſibus mulieris maritum, uel uxorem uiri participem eſſe?* Sulpitia cû à matre Iulia diligentiſſima cuſtodiretur, ne Lentulum Cruſtulionem uirum ſuum à Triûuiris proſcriptum, in Siciliam proſequeretur, nihilominus familiari ueſte ſumpta, cum duabus ancillis, totidemque ſeruis, ad eum clandaſtina fuga peruenit: nec recuſauit ſeipſam proſcribere, ut ei fides ſua in coninge proſcripto conſtaret.[b] Erythea uxor Phalaridis tyranni in exilium miſſi, repudiatis Pythonis nuptijs magis uirum ſequi maluit quod reſciens Pytho, ueneno ei mortem propinauit.[c] Hipſicratea Mithridatis[d] regis uxor, uictum à Cn. Pompeio maritum per efferatas gentes fugientem, animo pariter & corpore infatigabili ſequuta eſt, ut eo ſolatio, cum domo & penatibus uagari ſe credidarit, uxore ſimul exulante. Scio tamen Athenienſium ciuiles leges aliquãdo prohibuiſſe, ne exulantes uiros uxores ſequerentur, quas tamen pleræque bonis moribus inſtructæ contempſerunt: ſicut utrumque innuit Æſchines, ad ſenatũ populumque Athanienſem ſcribens, his uerbis, *Mater me exulante una mecum nauigauit, una quoque cum uxore quæ mecum profecta fuit, quamuis pater eam prohibuiſſet, ac leges forte cogerent manere, dum mo-*
20 *res potius quam ciuitatis leges edicta eſſet.* Notatus & uxorem ſequi debere maritum in carce-
21 rem.[e] Quintus effectus, ut in quibus locis recepta eſt lex, ut ſit ſub poteſtate mariti uxor, ea non poſſit eſſe in iudicio ſine authoritate mariti, ut ex conſuetudine Biturigum conſtat, & in eam notat late Boerius,[f] exemplo filijfa. qui in iudicio ſine authoritate eius, ſub cuius poteſtate eſt, eſſe non poteſt.[g] Et ea ratione cogitur pater ei authoritatem præbere inuitus. Et Imbertus[h] tradit idipſum, ſed degentes in prouincia, quæ iure ſcripto regitur in Gallia, non eſſe iſtius neceſſitatis, & ſine authoritate mariti, poſſe eaſdem iudicio legitime per ſe intereſſe, deciſo arreſto ſenatus Pariſienſis anno 1527. 20. Mart. quem inſeruit in rhapſodia ſua Papus, ubi tamen alia arreſta, quæ authoritaté mariti exigunt ſine illa diſtinctione, adfert.[i]
22 Quod tamen intelligendum, ſi maritus ſit abſens, nam tunc non eſſet expectandus ob euidétem utilitatem, ſicut de filiofa. dictũ.[k] Quod expreſſe in hac hypotheſi Baldus notat.[l] Item quando ſine authoritate mariti iudicium contra uxorem latum: diuerſum autem ſi in illius fauorem, nam tunc ualet exemplo minorum.[m] Excipiuntur etiam cauſæ criminales, pro quibus ſine authoritate mariti in iudicio eſſe & damnari poteſt, ut notant interpretes.[n]
23 Sextus effectus, ut huiuſmodi niſi cum authoritate mariti contrahere non poſſit, ut notat Petrus Ancharanus,[o] & alij.[p] Vt conueniatur tépore matrimonij ex eo tradit Tiraquellus ſub finem libri de legibus connubialibus, ubi tamé illud ſingulare obſeruandum: mulierem ita ſine authoritate mariti contrahenté ſoluto matrimonio poſſe ex eodem contractu conue-
24 niri. Intelligenda autem hæc cum temperaméto ſunt, primum in contractibus in quibus incommodum uerſatur uxoris, nõ his quæ utilia ei ſunt. Sic. n. ſine authoritate contrahit mariti, & adit hæreditatem, ut tradunt interpretes:[q] ſi tamen opulentæ & lucroſæ per ſe uideantur ſine dubio hæreditates, nõ aliter, ut ſanior interpretum opinio tradit[r] exemplo minoris.[s] Verum & illud notabile, abſente marito mulierem recta contrahere urgente neceſſitate.[t] Quanquam Baldus[u] tutius exiſtimet facturã, ſi mariti loco authoritas publica iudicis adhi-
25 beatur. Præſentiam autẽ mariti ſolam, authoritatis uicem in actu habere placuit Angelo[x] Forſan, quia in quibus mulier de proprijs contrahit, reuerentia & honor maritalis inſpiciatur, & authoritatem præſentare dicatur qui ſe probare dicit id quod agitur, etiam ſi non interrogetur, intelligat tamé quæ agantur.[y] Et qui tacet, non utique fatetur, ſed tamen uerum eſt eum non negare.[z] *Et quid expectas*, inquit Cicero in Catilinam, *loquentium authoritatẽ, quorũ uoluntatem tacitorũ perſpicis?* Quinimo & Boe-
26 rius[a] ſcribit, communem eſſe opinionem, eamque ſequendam interpretum, qua contractus ab uxore ſine mariti authoritate factus per lapſum decem annorum firmari poſſit, ut præſumatur ſolemnitas interueniſſe requiſita à lege vel à conſuetudine. Cui accedo ſententiæ, ſed non ea ſolum ratione, quia omnia præſumantur ſolemniter acta ex lapſu temporis, ut ait Vlpia.[b] nam ea præſumptio nõ excluderet probationem contrariam.[c] Vix enim eſt, ut recipiam quod ab initio non ualuiſſet, tẽporis ſolo curſu conualeſcere,[d] quando perſuaſum habeam ſolum tempus non eſſe modum inducendæ obligationis.[e] Sed exiſtimo recipi, quia contractus geſtus ſine mariti authoritate, non ſit quidem inutilis protſus: ſed tantum ea ex parte, ut non poſſit agi ex eo contra mulierem pẽdente matrimonio, poſtea tamen poſſit, ut ſupra docui. Quare lapſus temporis facit non ratum contractũ & ualidũ, ſed efficacẽ ad agendum cum per maritũ, conſenſum in eo quum tacuit, videatur. Neq; nouum in iure eſt, pactũ ualere, etſi agi ex eo non poſſit tunc, cũ fit, ſed in futurum: ut filiafa. paciſci poteſt,[f] ne de dote agat, cũ ſui iuris eſſe cœperit: & filiusfa. de eo quod ei ſub conditione legatum eſt. Et confirmatur ſæpe cõtractus, qui potuit infirmari ſubmoto impedimento & non propoſito: ueluti apud Martialem Iuriſconſul. fundum dotalem maritus uendens & tradens, decedente muliere in matrimonio, & dote cedente lucro mariti, recte vẽdidiſſe uidetur, nec fundus euelli poteſt.[g] Quanquam ſi in eum caſum non incidiſſet dotale prædiũ, non potuiſſet legitime defendi emptio, utpote prohibente alienationem &
27 obligationẽ lege.[h] Excipitur etiam in hac quæſtione prohibitionis contractuũ, caſus in quo libere & cũ effectu cũ nupta contrahitur ſine authoritate mariti, ſi ea ſit meretrix publica. Contractus quippe de ea negociatione, quam exercet, ſine marito rati ſunt.[i] Sic enim & eo caſu cũ filiofa. etiam licet contrahere ſine cõſen-
28 ſu patris.[k] Soluitur hæc poteſtas maritalis morte mariti, p quã uxor fit libera à lege uiri.[l]

a Vlpia. l. ſi eſt donem, l. 23. §. ſi maritus, ſol. matr. libro 24. ff. tit. 3.
b Valer. Maxi. lib. 6. c. 7.
c Phalar. epiſt. 45. ad Atheniēſem ſcribens.
d Val. Max. li. 4. c. 6.
e gl. in ca. unaquæque. 33. q. 2.
f Boer. ad conſuet. Bitur. in §. 4. de conſuetu. iur. & ſta. perſo. in uerbo, Mari.
g c. ſi. de iudic. in 6. l. ſin. §. neceſſitate, de bo. quæ lib. C. l. 2. §. ſi. de authori. tutor.
h Imbert. in manuali nam ſcripti.
i Io. Pap. lib. 7. Rhapſo. arreſto. libr. 1. art. 15. & ſeq.
k l. ſi longius, §. 1. de iudic. in ff.
l Bal. cõſ. 444. lo. 3 uol.
m non eo mi- nus, l. 24. de ... C. tit. 33.
n Interp. in auth. ſed hodie, de offi. diuerſ. iud. & in auth. ſed nouo iure, de cuſto. reor.
o Anch. conſ. 184.
p Bald. in conſil. 10. li. 4. conſil. Signorol. de Homod. conſil. 146. Bal. libr. 1. conſil. cõſ. 444. ... conſ. 40. ... Boer. ad conſ. Bitur. ad ... de conſ. ... Bal. ... l. ſi ... C. de pact.
q Bar. & Alex. in addit. ad l. ... §. pupillus. ... in quibus caſ. ... Imol. ... Sal. Ange. in l. more, §. 1. de acq. hæred. Ang. in l. 9. per gl. ibi. de acce. pul.
r Alex. in d. l. more, de acqu. hære. Iaſ. in l. Barbar. col. 2. de offic. præto. Alex. in l. apud Iulianum, § ſi pupillus, de acq. hæred.
s l. contra iuris ciuilis regulas, de pact. in ff. §. 1. de auth. tuto.
t l. ſi lõgius. §. 1. de iud. l. cum filiusfa. de reb. credi. in ff.
u Bal. in l. tranſactionẽ, C. de tranſact.
x Ang. conſil. 183. col. 1.
y Vlp. in l. 1. §. ſi. & l. 2. & Pomp. in l. 3. de auth. tuto. li. 26. ff. tit. 8.
z Paul. l. qui tacet, l. 142. de regu. iur.
a Boer. in § 4. titu. de ſtat. & iur. perſ. in conſue. Bitu. ubi interpretes adducit pugnantes.
b Vlp. in l. ſcidũ, l. 30. de uer. obl. lib. 45. ff. titu. 1.
c gloſſ. in d. l. ſciendũ, per l. iuriſgentium, §. quod ferè, de pact. in ff.
d l. quod ab initio, de regu. iur.
e l. obligationum ferè, de act. & oblig. in ff.
f Paul. l. & hæredi, l. 22. §. filiafam. de pac. lib. 2. ff. tit. 4.
g Martia. l. fundum dotalem, l. 17. de fun. dota. lib. 23. & tit. 5 ff. l. cum uir, de uſucap.
h l. 4. de fund. dot. in ff. l. 1. §. & cum lex Iulia. de rei uxor. act. C. § 1. quibus alien. lic. uel non.
i §. 4. de ſta. p. ſo. in conſuet. Biturig. & ibi Boer.
k Bal. in l. Macedonian., in ult. q. ad Mace. C. Franc. Areti. conſ. 73. col. 3.
l c. pe. & ſi. de ſec. nupt. 1. ad Corinth. 7.

De patria poteſtate. Cap. V.

Lib. 1. Inſt. tit. 9. Lib. 8. C. tit. 47.

1 *Filij ſui dicuntur qui in poteſtate ſunt parentum.*
2 *Filij ex iuſtis nuptijs procreati in poteſtate parentum ſunt, marium non fœminarum.*
3 *In filios poteſtatem Romani propriam ſibi faciũt, verum, iuriſgentium eſſe docetur.*
4 *Filij iure Gallico in poteſtate parentum cum uitæ, & necis authoritate.*
5 *Eadem in liberos poteſtas necis Perſis, Moſcouitis, &*

tis, & alijs.

6 *In filios Græcis omnibus parentibus non erat ius necis.*

7 *In filios quam dederit parentibus Romulus poteſtatem.*

8 *Filium accidentis apud Aegyptios patris pœna leuis.*

9 *Poteſtatis necis & aliorum in liberos cauſa & rationes.*

Prior à ſumma amicitia patris in filios.

10 *Filius pars patris.*

11 *Filiorum cauſa parentes ualde ſæuiunt.*

12 *Filio ſæpe parcitur ob patris dolorem.*

Filij prauitatem uincit paterna beneuolentia. eod.

13 *Filios in omnibus obedire parentibus iubet lex diuina. ut alia iura.*

14 *Filios lædunt parentum imprecationes.*

15 *Filij nequeunt rependere parentibus beneficia ab eis accepta.*

1 Liberi, qui in poteſtate parentum iure ciuili, ſui dicuntur, titulo de ſuis & legitimis liberis, [a] ſi pater alterius non ſit poteſtatis: nam tunc filij auo ſui naſcerentur nepotes, non patri. [b]

2 Mortuo tamen auo in patris poteſtate fiunt. [c] Igitur in poteſtate parentum ſunt liberi, quos ex iuſtis nuptijs procrearunt: [d] & ex ijs nati. [e] Quod iuri duodecim tabularum adſcribit Alexander ab Alexandro. [f] Ego antiquius cenſeo, & referendum hoc ius ad leges Romuli, quibus uitæ neciſque poteſtas in filios dabatur, ut didicimus ex Dionyſio Halicarnaſſæo. [g] In poteſtate autem marium parentum, non matrum eſſe exiſtimandum eſt: quia matres non habent liberos in poteſtate, [h] quòd ipſæ, ut diximus, tutela egent aliena, & non ſunt ſuæ poteſtatis, ideo nec alios regere poſſunt, [i] nec alios in ſua poteſtate habere. [k] Ita filij ſequuntur familiam patris, non matris: [l] quanquam & filius matri ac patri reuerentiam debeat, [m] & alimenta, [n] & ſucceſſionem. [o] Secundum enim ius rigidiſſimam patris filius eſt, non matris; ſecundum autem humanum, utriuſque ut ſcribit Phalaris ad vxorem Erythiam. [p] Quare & inter illis poteſtatis quædam ſunt communia, ut uidebimus.

3 Romani hanc poteſtatem ſibi ut peculiarem vendicant, neque nationes alias tanta poteſtate in liberos uti tradunt. [q] Quod tamen, pace illorum dictum ſit, falſum eſt: nam & iuris gentium eſſe eandem ex moribus aliquarum nationum ſigillatim commentatarum, colligere licet: atque ex rationibus,

4 quibus ſuffulta eſt patria poteſtas. In Gallia certe & filij ſunt in poteſtate parentum, ut quemadmodum olim apud Romanos uitæ & necis poteſtas patri concedebatur, ſic & apud Gallos teſte Iulio Cæſare, [r] & Proſpero Aquitanico. [s] Illudque docent conſuetudines ſcriptæ uariæ locorum regni, quæ & modos emancipationis præſcribunt, unde & poteſtatem præceſſiſſe opus eſt. Cum ut dicemus, emancipatio ſit liberatio à patria poteſtate. Atq; Bartholomæus Chaſſaneus [t] notat fuiſſe iudicatum ſuo tempore in ſenatu Pariſienſi filios Gallorum eſſe in poteſtate parentum. Vt non ſit audiẽdus Accurſius, [u] & ſequaces, qui Francigenas dicunt non habere filios in poteſtate, hoc enim uerũ non eſt, ſi Frãcigenas intelligas Gallicos populos etſi referas ad tẽpus Iulij Cæſaris: quamuis non eam inficias hodie illam poteſtatem ex deſuetudine & moribus fuiſſe uel abolitam omnino, uel ualde imminutam, ut ex affectibus patriæ poteſtatis conſiſtit quos ſequi oportet,

5 cum moribus conſtare dicatur hæc poteſtas. [x] Partis poteſtas apud Perſas habebat quoque imperium tyrannicum quale heri in ſeruos, ut ait Ariſtot. [y] Eandem poteſtatem necis & uitæ apud Moſcouitas in filios, ſcribit Sigiſmundus Liber Baro. [z] Sub lege naturæ & gentium illud ipſum receptum mihi perſuadeo, ex eo quòd & Abraham uoluit filium proprium ſacrificio Deo immolare: [a] quod certe nec cogitaſſet, ſi lex aliqua prohibuiſſet.

6 Græcis omnibus non eandem fuiſſe teſtatur Diony. Halicarnaſſeus, [b] *Qui formas, inquit, viuendi Græcis condiderunt ciuitatibus, certum quoddam tempus admodum breue præſcripſerunt, quo liberi eſſent ſubditi patribus. Quidam ad annum pubertatis tertiũ, quidam tantiſper dum illi cœlibes manſerint: nonnulli, donec publice inter unos adſcripti fuerint, quemadmodum è Solonis, Pittaci, Charundæq; legibus acceperant, quorum magna celebratur ſapiẽtia. Pœnas etiam in contumaces filios ſtatuerunt nõ graues, permittentes patribus eos exhæredare, domove pellere, præterea nihil quæ non ſufficiunt ad compeſcẽdam iuuentutis veſaniam, moreſque perfractos, neque contemptores honeſtatis leui brachio poſſunt ad medeſtiam redigi. Quapropter apud Græcas ſæpe indecora multa in parentes committunt liberi.*

7 *Romanorum autem legiſlator (id eſt Romulus) omnem ut ita dicam poteſtatem dedit patri in filium, idq; toto uitæ tempore. ſiue in carcerem eum mittere, ſiue flagris cædere, ſiue uinctũ ablegare ad ruſtica opera, ſiue necare libeat, etiãſi filius tractet Rempub. etiamſi magiſtratus gerat maximos, etiamſi liberalitatis laudem publice ſit emeritus.* Quod firmat poſtea exemplis idem Dionyſius.

8 Apud Ægyptios [c] pœna mortis patri non ſtatuebatur, qui filium occidiſſet, ſed lege tantum cautum erat, ut tribus diebus noctibuſque, circa defuncti corpus adſiſteret, adhibita quoque & adſtante publica cuſtodia. Non enim iuſtum putarunt, ob interfectum filium eum uita priuari, qui author eius uitæ fuiſſet, ſed dolore &

9 facti pœnitentia affligendum. Sed hanc poteſtatem magis planam facient cauſæ poteſtatis: quarum prior à naturali parentum in liberos affectu pendet, ob quem nulli alij tutius uel plenius poteſtas & tutela liberorum committi potuit, nec probe uel cum ratione libera adimi uel imminui. [d] Valde enim imo omnino ſtudent natura impellente, illorum ſaluti, honori, boniſque. [e] Dictique inde uidentur filij ἀπὸ τῆς φιλίας, ab amicitia. Ariſtote. [f] exiſtimat ſocietatem patris ad filium regni præ ſe ferre effigiẽ: *Nati enim, inquit, patri ſunt curæ. Et hinc Homerũ Iouem patrẽ vocaſſe, ipſum namq; regnũ, imperium eſt ſuapte natura paternum. Et regis amicitiam in eos qui reguntur, in excellentia beneficij conſiſtere: confert enim beneficia in eos, qui ab ipſo reguntur. Siquidem cum ſit bonus, curam ipſorũ habet, quòd bene ſeſe habeãt, ut ouium paſtor: ſic natura pater filiorum, & auus nepotum, & rex eorum quib⁹ præſidet imperiũ obtinet. Et quãdiu, inquit,* [g] *filius paruus eſt & non ſeparatus, pars ipſius eſt pa*

10 *tris, ſe uero nemo uult lædere.* Quamobrem ualde torquentur & ſæuiunt parentes ob cõtumeliam illatam filijs, magiſque interdum, quàm

11 ſi ipſis inferretur. [h] Et ut ait Apollonius Rhodius. [i]

Valde acerbi ſuos propter liberos parentes.

Hocq; cũ brutis ẽt cõmune. Et ut Papinianus. [k]

— Sic aſpera Tygris.

Fœtibus abreptis Scytico deſerta ſub antro

Accubat, & tepidi lambit ueſtigia lecti.

Hinc

a § ſui autem. de hæredi quæ ab inte. defer. ap. Iuſtinia. b § pe. de pat. pot. l ſi ſe emancipet, l 11. ad l Iuli. de adult. l P. l. 4 de his q ſunt ſui, uel alie. iur. in P. c Vlpi. in l nepotes, in ſ. eod. d § 1. de patr. pote. ap. Iuſtin. can. hn. de con tter coniug. Vlpia in epito. titu. 5 l 1. de his q ſunt ſui. &c. e l. 5 e l ſi maritus, l 9 de patr. pot. C. f Alex. ab Alexan. lib. 4. gen. dies c 10. g Dio Halic. li. 2. antiq Roma h § fœminæ, de adopt. l. mulierem, C eo § ex teri, de hæred. qual. & diff. ap. Iuſtin. l. nulla, de ſuis & leg. l. 4 §. nam teſtamentũ, de bon. poſſ. cont. tab. l. nam & fœminæ, de adop. in P. i ca. indecorũ, ca. 3 de æta. & qualit. k d. l. ſic enemiet, ad le. Iul. de adul l. ſi de lege. tute. li. 5. C iun. in §. minores, de excu. tut. l. filium habeo ad SC. Maced. P. l l. cum legitimæ, de ſta hom. l. §. penul de pat. pot. § 1. de leg. agna. tut. m l. congruentius, & l. filia 10, h. 5. de pat. pot. C. n l ſi quis a liberis, de lib. agnoſc. o l. nã etſi parentibus, de inoff. teſta P. & titul. ad Senat. Tertull. l. 1. & tot tit. lib. 6 C. tit'. 55. & 5 p Iuſtiniani p epiſt. 54. q § 1. de patr. pot. l. 3. de his, qui ſui iul. uel alie iur. Vlpi. l. 2 § 1. uerſ. ſi quis ita, de rei uxor. act. P. r Iul. Cæſ li. 6. commen. belli Gall. s Proſp. Aquit. in epito. t Chaſſa. ad §. 3. ti. des cuſtums de pluſieurs ſucceſſions, in gl. 1 uer ſi licet gl. 10 §. 1 &c. in cõſuetudines. u Accurſ. & alij, in §. ius autem, in uerbo, Romanorum, de patr. pote. & ibi interp.

x l. patre furioſo, de his q ſunt ſui uel alie. iur. in P. y Ariſto. lib 8. Ethic. ad Nicoma. c. 10. z Sigiſm. liber Baro commẽt. rer. Moſcouit. a Geneſ. 22. b Dio. Hali. in 2. antiq. Rom. c Diod. Sic. lib. 2. Biblio. d l. ſi de cura. furio. C. e l. ſemp unde lib. P. l cum ratio, de bo. damnat. in P. f Ariſto. lib. 8. Ethic. ad Nicoma. c. 10. & 11. g Ariſto lib. 5. Ethico. c. 6. h l. iſti quidẽ quod met. cauſa in P. i Apollonius Rhod. lib 4. Argonaut. k Papin. li. 10. Thebaid.

12 Hinc quia grauiſſimus uiſus eſt dolor parentum ex pœna filiorum, quave æquum non ſit ob filium delinquentem, pœnam delicto impoſitam tranſire in alium, quàm ſceleris authorem, ſicut iubent iura:[a] placuit ſæpe, uel remittendam filio pœnam, uel demendam ob patrē, à quo nec tyrannus quoque crudeliſſimus Phalaris abhorruit. Is enim & ita faciendum liquido teſtatur, dum filio Ariphradis pepercit, ad patrem in hæc uerba ſcribens:[b] Τὴν ἄμυναν ἐπίσχεσα, οὐ βουλόμενος οὐκ ἐκείνῳ χαρίζεσθαι: μαρτυροῦ γὰρ ὑπὸ πολλῶν ἀρίστην ἐπιείκειαν ἔχειν. διόπερ οὐκ ἐδοκίμαζον δι' υἱοῦ πονηρίαν, λυπεῖν γῆρας πατρὸς οὐδὲν ἀδικοῦντος. ἕνα γὰρ ἔχων υἱὸν τοῦτον, εἰ καὶ πάντως φαῦλός ἐστι, δι' ἐρημίαν ἄλλου διαδόχου στέργεις, κακίαν γὰρ υἱοῦ πατρὸς εὔνοια νικᾶ, id eſt, *uindictam* (ſcilicet in filium tuum) *continui, uolens tibi non filio gratificari: teſtimonium enim datur à multis, te optimam modeſtiam & humanitatem habere: ideo non bonum putaui, propter filij iniquitatem deficere ſenectutem patris nihil peccantis. Vnum enim habens filium, hunc, etſi omnino ſit is malus, propter alterius hæredis defectum affectu paterno diligis: nam filij prauitatem uincit paterna beneuolentia.* Et alibi[c] idem Nicenero ſcribens, ſe illi pepercisſe ait, quòd pater eius bonus eſſet, nec alium haberet filium. Claudius Cæſar quoque,[d] cum cenſuram gereret, recognitione equitum iuuenem plenū probri, ſed quem pater probatiſſimum ſibi affirmabat, ſine ignominia dimiſit, dicens eum habere cenſorem ſuum. Ferūt[e] de Rhacone patria Mardo, quòd cum is filium infandum captum, manibus poſt terga reuinctis obtuliſſet iudicibus puniendum: iudices rei nouitate conſternatos, ad Perſarum regem una cum filio adduxiſſe, regem autem ob id liberaſſe, & Rhaconam in collegium regiorum iudicum cooptaſſe. Atque idipſum legibus Romanis conſeruatum uideo, dū reſponſum eſt,[f] mitius agi cum deſertore, quē pater obtulit puniendum: ne pater uideatur ad ſupplicium filium obtuliſſe. Quia & placuit[g] in contumacia perſeuerantem filium, iudicibus à patre traditum, dicturos ex arbitrio patris

13 ſententiam. Alia ratione poteſtas hæc patris munita, præcepti inquam diuini quod iubet honorare, uenerari, audireve in omnibus parentes.[h] Et D. Paulus,[i] *filij obedite parentibus*. Et, Maledictus qui non honorat patrem & matrem ſuam.[k] Iure etiam ciuili perſona parentis filio ſemper honeſta & ſancta uideri debet.[l] Sanctum autem eſt id, quod inuiolabile eſt.[m] Sic Pamphilus apud Terentium,[n]

Nam me parenti potius quàm amori obſequi
Oportet.

Et apud Æſchylum,[o] cum Vulcanus ægrè induci poſſet ad ligandum Prometheum iuſſus à Ioue patre, tandem id facit dicens,

ἐξωριάζειν γὰρ πατρὸς λόγους βαρύ, id eſt,

Negligenter agere ſermones patris graue eſt.

Et Epictetus[p] ille ſummus philoſophus, *pater* inquit, *appellatur, curandus eſt, cedendum ei in omnibus, ferendus cum aut obiurgat aut uerberat. Sed malus pater eſt: at natura te non bono patri, ſed patri conciliauit.* Et graue ſcelus eſſe, parentē contemnere, exaſperare, eſſe Deo curam huius uindictæ, ſicuti & elargiendi præmia in beneficos,

14 docet Plato,[q] his uerbis: *Oedipus contemptus à filijs ea illis imprecatus eſt, quæ exaudita affectaque à Deo apud omnes feruntur. Amyntora quoque Phœnici filio iratum, illi maledixiſſe ferunt, & Hippolyto Theſea, pluri moſque alios alijs: quibus aperiſſimum factum eſt à Deo preces parentum aduerſus filios exaudiri. Nihil enim imprecatione parentis, non iniuria pernicioſius filio. Neme enim cū pater aut mater contemnitur, tunc ſolum à Deo putet orationes exaudiri, ſed cum etiam honorantur, ac ideo cum lætiores bona liberis à Deo petunt, exaudire ſimiliter eum exiſtimare debemus. Atque nobis æqua inde diſtribui: nam aliter in bonis diſtribuendis æqui non eſſent. Quod longè abeſſe à Deo neceſſe eſt*, Hæc Plato. Habemus quoque uim benedictionis paternæ in ſacra pagina, in Iacob ab Iſaaco,[r] & erga Ioſephum & filios eius à Iacobo.[s] Et maledictionis pariter exemplum in Chamo ſeu eius filio Chanahamo.[t] Eſtque ſummaria & uariſſima huius tractationis reſolutio, benedictionem patris firmare domos filiorum, & maledictionem matris eradi-

15 care fundamenta.[u] Tertia ratio pendet à beneficiorum retributione, cum enim ad eam natura teneamur,[x] non ægrè ferre debet filius, ſi hanc poteſtatem pater in eum habeat, qui tot beneficia natiuitatis, alimentorum, & uitæ ſubſidia recepit, quæ nunquam æqua menſura rependere poſſit. Sic Cyrillus[y] patriarcha Hieroſolymitanus, *Honorantes patrem ſupercæleſtem, etiam corporis noſtri parentes honoremus. Nam Chriſtianorum eſt placida prima pietas, honorare parentes, & labores educationis rependere, atque omni ſtudio quæcunque ad eorum quietem pertinent curare.*

Quibus modis contrahitur, & oritur patria poteſtas. Cap. VI.

1 *Patria poteſtas ex iuſtis nuptijs oritur, adoptione, legitimatione.*
2 *Ingratitudine emancipatus reuocatur in poteſtatem patris.*
3 *Filij contumaces patribus lege diuina lapidati.*
4 *Filij ingrati.*
5 *Granny filij Clotarij contumacis in patrem ultio.*
6 *Ingratitudinis actio, pœna: & reuocandi libertatem formula.*

1 HÆc patria poteſtas primum oritur ex iuſtis nuptijs, ex quibus nati sūt in parētum poteſtate, ut proximo capite diximus, ſi ſui iuris patres ſunt: quòd ſi illi in poteſtate quoque ſint patris inde nati nepotes, ut patres, in aui erunt poteſtate.[a] Diuerſum autē ſi ex illegitimis, id eſt, contra legis præſcripta initis nuptijs naſcantur, nam eius poteſtatis non ſunt.[a] Secundo filij ſub ea poteſtate ſunt qui adoptantur uel arrogantur,[b] de quibus ſupra diximus.[c] Tertio per legitimationem in poteſtatem reducuntur naturales tantū, ut cōſtat ex titulo, Quibus modis naturales efficiātur ſui, per quatuor modos legitimationis, de quibus etiā diximus,[d] per oblationē curiæ, per nominationem patris, per reſcriptū principis, & per ſubſequēs matrimoniū.

2 Quarto emancipati liberi in poteſtatem patris reuocantur per ingratitudinē, ſi cōtumaces in patres, uel atroci iniuria, uel acerbitate cōuicij affecerint.[e] Id præter leges Romanas firmat D. Chryſoſto.[f] dicens reduci per ingratitudinē filios in poteſtatē parentū, ſicut & liberos in ſeruitutem: quia non emancipantur ideo, ut beneficia patris contumelijs ab eo diſpungant. *Nec ſane*, inquit Cōſtātinus Cæſar,[g] *debita filiorū notis patrū uota ceſſabunt, ut patētē copia liberos ſuos*

eruant

a l. ſancimus, & l. ſi pœna, de pœn. in F. l. crimen, eod. C.
b Phalar. epiſt. 14. ad Ariphradem.
c Idem, epiſt. 17.
d Sueton. in Claudio, c. 16.
e Aelian. li. 2. de uar. hiſto.
f L. miliſes agrum. § deſertorē, de re milit. in F.
g l. 3. de patr. pot. C.
h Exo. 20. Matth. 15. Mar. 7.
i Paul. ad Ephe. 6. ad Coloſſ. 3.
k Deuter. 27.
l l. liberto & filio, de obſequ. a lib. & liber. pat. & patro. præſtan. in F.
m l. ſancta, de rer. diuiſ. in F.
n Teren. in Hecyra, ſce. 4. actu 3.
o Aeſchil. in prim. trage. Prometh. ligati.
p Arrian. in Enchirid. Epicteti.
q Plato, 11. de legib.
r Geneſ. 27.
s Geneſ. 49.
t Geneſ. 9.
u Eccleſiaſt. ca pit. 3.
x l. ſed etſi lege, § cōſuluit, de petit. hæred. in F.
y Cyrill. Hieroſol. cathec. 7.
a l. § 4. de ijs qui ſui uel alie. iur. ſu. l. F. l. ſeptimo menſe, l. 19. de ſta. homi. li. 1. F. tit. 5.
a § 1. § ſi aduerſus, & § fi. de nup. ap. Iuſtiniā.
b l. 1. de adop. in F.
c ſup. lib. 10. ca pit. 6.
d eod. lib. c. 4.
e l. 1. de ingra. libe. C.
f D. Chryſoſt. hom. 1. in Pſal. 115.
g Conſtan. l. 2. de offic. præto. lib. 1. C. tit. 9.

*eruant poteſtate, magis proprijs obſequijs manci-
patos: cum intelligāt ijs obſequijs plus debere à qui*
3 *bus meminerit ſe à ſacris uinculis exutos.* Lex di-
uina filios contumaces lapidari iubet,[a] Sibyl-
la Erithrea[b] damnationem futuram & iudi-
cium ingratorum filiorum ſic conſignat dam-
nandos igne ut alios, de quibus antè memine-
rat,

—ὅσοι δ' ἀγονῆς ἐπὶ γηρᾶ·
κάλλιπον, οὔτε τίνοντες ὅλως οὐ θρεπτήρια γονεῦσιν
αὖθις παρασχόντες, ἀυτὰρ δ' ὅσοι ὀτίθηνται
ἠδ' καὶ ἀντεῖπαν λόγον ἄγριον εἰς γενετῆρας.

Et damnabuntur ſcilicet, omnes qui in ſenectu
te patres relinquunt, & qui nō reddunt uicem,
nec retribuunt præmia nutrientibus ſe. Rurſum,
quicunque ſunt ijs rebelles, uel aſpera dixerint
4 in parentes. Xenophon[c] quid apud Græcos
hac de re fuerit ſancitum, paucis demonſtrat:
cum enim docuiſſet nullis nos magis benefi-
cijs deuinctos, nec maioribus quàm parenti-
bus, nec eſſe maiora aliorū poſſe, utpote quòd
per illos & ſumus, & uiuamus, dehinc ut tot bo-
na uideamus, illorumque reddamur partici-
pes, pro quibus mater nullo à nobis accepto
ante beneficio, patiendi labores & uteri tulit &
pericula, poſtea enixe & ſolicite nutriuit. Ad-
dit, ciuitas quoque aliam non nimium curat
ingratitudinem, nec in iudicium compellit,
ſed diſpicit ſi quis beneficijs acceptis non red-
dat gratiam: ſi quis uero parentes non obſer-
uet, in iudicium compellit ac reprobat, magi-
ſtratibuſque omnibus indignum exiſtimat, tan
quam ab illo non poſſint neque ſacrificia pie
ſacrificari, neque aliud quidpiam, nec iuſtè
agi. Nec tantum hunc, ſed etiam ſi quis paren-
tum defunctorum ſepulchrum non ornet, hoc
etiam ciuitas inueſtigat in electionibus magi-
5 ſtratuum. Ingratitudinem & rebellionem uel
contumaciam filij Grannij Clotharius primus
Clodouei filius, igne & ferro proſequutus eſt,
& eum ſuperatum exercitu, ſcamno cum uxore
& eorum liberis per lictorem alligato, exuri
iuſſit, ut ait Gaguinus,[d] Paul. Æmilius,[e] & An
nonius,[f] ratus plus auſuros in eum cæteros, ſi
6 repugnantem filium non flecteret. Leges gene
raliter ingratitudinis actionem concedunt in
eos qui benemeritis non retulerint gratiam,
ut ait Lucianus.[g] Et ut ait Euripides.[h]

—τοῖς τεκοῦσι γὰρ
δύστηνος, ὅστις μὴ ἀντιδίδωσι τέκνων·
κάλλιστον ἔρανον δοὺς γὰρ, ἀντιλάζυται
παίδων παρ' αὐτοῦ τοιάδ', ἂν τεκοῦσι δῷ, id eſt,
--Parentibus enim
Infœlix, quiſquis non mutuam officij reponit
gratiam.
Pulcherrimo quippe munere dato uiciſſim
A liberis ſuis iiſdem remunerabitur, quæ paren-
tibus dederit.

Multò magis & indigni ſunt beneficio accepto
ij, qui non ſolum non rependunt beneficia, ſed
contumelioſi ſunt, & iniurij in benefactores.
Et ob id iura merito reuocant liberalitatem pa
ternam libertatis, ut diximus, & donationes fa-
ctas bonorum, uolentibus & conquerentibus
tamen donantibus: permittunt & liberos exhæ
redare. Voluit & Guillelmus Benedicti[i] per in
gratitudinem reſcripto non tamen matrimo-
nio legitimatum, illegitimum reddi, quòd per
tinet ad commodum paternum. Reuocabatur
in ſeruitutem quoque libertus per ingratitu-
dinem.[k] Illudque inſtitutum Athenaeum me-
morabile fertur, quo conuictus ingratitudinis
libertus iure libertatis exuebatur, hac formula,
*ſuperſedeo, inquit, te habere ciuem tanti muneris
impium æſtimatorem. Nec adduci poſſum, ut cre-
dam urbi utilem, quem domi ſceleſtum cerno. Abi
igitur, & eſto ſeruus, quoniam liber eſſe neſcis.*[l]
Maſſilienſes quoque[m] & uſque ad ternam ma
numiſſionem ter deceptum dominum reſciſſio
nem earumdem dabant, quartam quamuis de-
negarent. Propter ingratitudinem qui poſtulat
aduerſus eccleſiam, priuilegio eius priuatur.[n]

a Deuter. 21.
b Sibyl. libr. 2. Oracul.
c Xenoph. lib. 2. de geſt. & dictis Socra.
d Gag. lib. 1. c. 1 & li. 2. c. 1
e Paul. Aemil. lib. 1 hiſt. Franco in Cloth. 1.
f Annonius li. 2 de geſt. Franco c. 30.
g Lucia. in abdicatu.
h Eurip. in Supplic. actu. 1.
i Guil. Bened. in annota. ad uer. in eodem teſtamento reliti quem, nu. 4. c. Raynut. part. 3 de teſta.
k l. 2. de liber. & eor. liber.
l Val. Maxi. li. 2 ca. 1. dum de Areopago agit. m idem eod.
n ca. fin. de poſtul.

De iure matris in filios.
Cap. VII.

1 *Iura naturalia patri debita, & matri debentur.*
2 *Matri ac patri honor à filijs debetur.*
3 *A matribus apud Lycios & Locros genus repe-
titum, non à patribus.*
4 *Mater num magis contribuat generationi filio-
rum, quam pater: & ibi de maiori amore ma-
trum.*
5 *Matribus alimenta filij debent, & alia ut patri:
Ciconiæ, Meropes alunt parentes ſenes, eod.*

1 HÆc quæ dicta ſunt, & quæ mox di-
centur in effectibus patriæ poteſta
tis, etſi omnino in matre locum nō
habeant, tamen ea quæ iuris gene
rationis ſunt, etiam matri competunt in filiū,
& filio tenetur exhibere: patri autem maior ho
nos delatus, quia & onera præcipuè filiorum
ad illum pertinent, non ad matrem,[o] ideo ſe-
cundum naturam eſt ſentire eum maiora com
2 moda.[p] In præcepto honoris, non tantum pa-
ter, ſed & mater ponitur, *honora patrem tuum &
matrem tuam, ſi uis eſſe lōgæuus ſuper terram.*[q] Et
ſicut qui theſaurizat, ita & qui honorificauit
matrem ſuam.[r] Benedictioq; patris firmat do-
mos filiorum, & maledictio matris eradicat fun
damēta.[s] Malæ famæ qui derelinquit patrem,
& maledictus à Deo qui exaſperat matrem. Et
de utriſque, *qui malè dixerit patri aut matri, morte*
3 *moriatur.*[t] Apud Lycios & Locros olim quiſ-
que à matribus, non à patribus genus ſuum re
petebat, ut teſtatur Herodotus.[u] Cicero[x] ma-
ternum ſanguinem antepoſuit paterno, *Sic, in-
quit, ſe res habet, iudices, magnam uim, magnam ne
ceſſitatem, magnam poſſidet religionem, maternus*
4 *paternuſue ſanguis.* Nec parua fuit controuerſia
inter philoſophos & medicos, nunc ſanguis
maternus ad generationem cōferret, apud Ari-
ſtotelem,[y] Cenſorinum,[z] Nemeſium,[a] Plutar
chum,[b] Auicēnam,[c] Cœlium Rhodiginum.[d]
Atq; Galenus firmat fœtum plus à matre, quā
à patre ſuſcipere ſicut fructus amplius ab uber
tate ſoli, quam à coloni induſtria & labore ha-
bet. Vnde uis maxima amoris matrum in libe-
ros & contra: quinimo ſemper mater certa eſt,
pater uero aliquando incertus eſſe poteſt.[e] De
5 bebunt itaque alimenta filij matribus ut patri
bus, & contra:[f] hoc enim & bruta faciunt, & na
turæ lex utriſque cōmunicata genitoribus. Nā
& mures, glires, genitores ſuos feſſos ſenecta a-
lunt inſigni pietate,[g] Ciconiæ,[h] & Meropes.[i]
Phalaris[k] in pari cauſa potius conſulendum
matri quam patri ſcribit, propter maiora ab ea
accepta beneficia, quia nos tulerit, pepererit,
educauerit, & alios infinitos labores pro nobis
ſubierit. Succedunt ſibi mutuo filius & ma-
ter.[l] Et poteſt uendicare interdum mater fi-
lium,[m] ſicut & pater.[n] Filias, ſicut patrem pro-
hibetur in ius uocare edicto prætoris, ita &
matrem.[o]

o l. pe. de libe. agnoſ. lib. 21. ff. tit. 4.
p reg. iur. ſecundum naturam, c. qui ſentit, ro. l. fi. § ſed cū in ſecundam, de fun. C.
q Exod. c. 20.
r Eccleſia. c. 3.
s Eccleſiaſt. 3.
t Exo. 21. c. nō ſatis. § cæterū, 86 diſt.
u Herod in 1.
x Cic. pro Sex. Roſcio.
y Ariſtot. 1. de hi. ſu. animal.
z Cēſor. de die nata.
a Nemeſ. de natu. homi. c. 14.
b Plutarch. de plac. philoſ.
c Auicen. li. 3. de natu. homi. c. 24.
d Cœl. Rhodig. li. 1 lectio. antiq. c. 42.
e l. quia ſemper, § de in ius uoc. l. 1 Lex, de cond. & de. mon. in ff.
f l. ſi quis a liberis, de liber. agnoſc. l. 4 de alen. lib. C. l. ſi filia, & l. nec filium, de patr. pote. uide quæ diximus in 9. opere matrimonij. ſup. lib. 9 c. 19.
g Plin. li. 13.
h idem. li. 10. cap. 23.
i idem lib. 10. cap. 33.
k Phala. Patario. ad epiſtol. 79
l tit. de ſenat. Orficia. ad Tertull. ad Senat. Tertul. & Orficiano in ff. C. & Inſti. ut. ciuil. in ut. in l. pen. de fideic. & libertatib. lib. 40. ff. tit. 4.
n l. 1. § 1. de agnoſc. lib. ff.
o l. 4. § parentes. de in ius uocan. lib. 2. ff. tit. 4.

Iura uel effectus patriæ poteſtatis. Cap. VIII.

1 *Ineſtimabilis patria poteſtas.*
2 *Pater non poteſt cogi liberare à ſua poteſtate filium, niſi in 4. caſibus.*
3 *In filios necis uitaque poteſtas cur data patribus.*
4 *Minorem triennio prolem non licebat necare parentibus.*
5 *Pœnæ acerbitas continet magis improbos.*
Diſſecandorum debitorum permiſſio quare ſtatuta, eod.
6 *Filius & pater pro eadem perſona.*
7 *Necis ius in filios ſublatum deſuetudine.*
8 *Adulteram quando patri filiam, & marito uxorem, & ubi occidere liceat.*
9 *Filios caſtigat iure proprio pater, & caſtigandos ex arbitrio dat iudicibus.*
10 *Filijs contra parentum ſæuitiam proſpectum quare.*
11 *Filios tempore famis licuit uendere patri.*
12 *Filios ter uendere, ter manumittere, quando & quomodo licuit.*
Poteſtas maior patris in filios, quàm heri in ſeruos.
13 *Filiorum trina uenditio permiſſa apud Moſcouitas.*
14 *Emancipatio terna, & manumiſſio duplex in adoptionibus quid erat.*
15 *Filias & ſorores uendere prohibuit Solon, niſi inuentæ illæ fuiſſent coeuntes uirgines.*
16 *Emancipati non reducebantur iterum in poteſtatem ſine cauſa tempore Modeſtini, ut antea lege Romulea.*
17 *Filiusfam. olim patri omnia quærebat aduentitia, hodie quod pertinet ad uſumfructum.*
18 *Caſtrenſia & quaſi nullo iure quæſita patri à filiofam. nec in uſufructu.*
19 *Filiusfa. teſtari non poteſt de aduentitijs etiam uolente patre, quare.*
20 *Filiusfa. ad pias cauſas cum conſenſu patris de aduentitijs teſtatur.*
21 *Filiusfa. in Gallia nihil etiam in aduentitijs acquirit patri præter commoditatem & adminiſtrationem.*
22 *Filiusfa. quærit profectitia omnia patri etiam in Gallia, ut iure antiquo.*
23 *Caſus alij, in quibus pater non habet uſumfructum in bonis filijfa.*
24 *Filijfa. laici non poſſunt eſſe in iudicio ſine authoritate patris, exceptis cauſis ſpiritualibus.*
25 *Filiusfam. in quibus ſine patre in iudicio eſſe poteſt.*
26 *Filiofa. accedere patrem quare aduerſario utile ſit.*
27 *Filiusfam. quando ſine patre agit & experitur.*
28 *Filiusfa. in criminalibus publicis ſine patre agere & conueniri poteſt.*
29 *In filiumfa. 26. anno. iudicium iure Delphina. ualet ſine authoritate patris in Gallia.*
30 *Filiusfam. in Gallia habetur pro emancipato, ideo agit ſine patre, & contrahit &c.*
31 *Filiusfa. non poteſt ſine conſenſu patris uxorem ducere.*
32 *Pater præfertur omnibus tutoribus & curatoribus filij.*
33 *Lis nulla inter patrem & filiumfa. eſſe poteſt, & quando.*
34 *Filius emancipatus patrem in iudicio uocans, uel alius matrem, debet impetrare ueniam à Iudice.*
35 *Lis inter patrem & filium in Gallia hodie.*
36 *Pater filiumfa. inuitum apud alium exiſtentem repetere poteſt.*
37 *Filijsfa. pater tantum ſubſtituit pupillariter.*

1 INæſtimabilis exiſtimata eſt patria
poteſtas, ut nullo pretio inuitus
pater adigi poſſit filium emanci-
2 pare.[a] Nec filius ſiue adoptiuus, ſi-
ue naturalis & legitimus, ad id poſſit patrem
compellere: exceptis[b] quatuor caſibus inſigni-
bus, ſi pater filiæ peccandi inferat neceſſita-
tem,[c] ſi ſupra modum erga filium dure ſe ha-
beat,[d] ſi præmium ut emancipet acceperit,[e] et
ſi impubes adoptatus ſe liberari maior factus
3 poſtulet.[f] Videndum igitur, quæ iura ex hac pa
tria poteſtate competunt patri, quamve inde
utilitatem filius conſequatur. Notant inter-
pretes poſt gl. in §. ius autem, de pat. pot. & ibi
Angelus Aretinus plures effectus eius & alibi:
quorum aliquos excutiam, reliquos ibi uiden-
dos omittam. Primum itaque ius patri inde ori
tur, ut habeat in filios omnimodam poteſta-
tem, antea necis & uitæ:[g] crediderunt namque
legiſlatores, parentes eo ſæuitiæ non eſſe peruē
turos abſque cauſa, ut necarent filios: & id ta-
men magis conducere ad continendam reue-
rentiam & officium liberorum in parentes, &
ad terrendam impietatem, in quam facile ex le
uitate iuuenes ad contemptum parentum, à
quibus tot beneficia prope infinita accepe-
4 runt, prolabi poſſent. Neque enim temere aut
ſine cauſa occidendi poteſtatem patribus da-
tam ex legibus ipſis Romuleis colligo, inter
quas eſt illa, qua prohibuit ullam prolem ne-
cari minorem triennio.[h] Non enim in ea cau-
ſa iuſta necis, uel contumelia filij eſſe poterat:
in maioribus poterat, ideo permiſſio facta. A-
cerbitas namque uindictæ maleficij, bene at-
que caute uiuendi diſciplina pleruumque eſt.
5 Sicuti quia intererat per quam maxime ſocie-
tatis humanæ fidem ſeruari, ſanciendæ fidei
gratia lege decemuirali, pœna capitalis horri-
fica oſtentu, nouiſque terroribus metuenda, in
fœdifragos debitores lata eſt, ut ius eſſet credi-
toribus corpora illorum in partes diſſecandi.
Diſſectum autem antiquius neminem legi-
mus, quoniam ſæuitia iſta pœnę contemni con
ſequuta eſt: ut diſputauit Sex. Cæcilius cum
Phauorino apud Aulum Gellium.[i] Eaque ra-
tione plura ſeuerius uindicantur, cum exem-
plo & terrore opus eſt:[k] Ut ideo putem tam la-
tam dediſſe legem poteſtatem parentibus in fi-
lios necis, ne filij obſequia detrectarent. Fide-
bat autem lex in amore naturali parentum,
quo impulſi non necare, ſed omni ſtudio quod
6 ſuum eſt conſeruare nituntur. Quandiu enim
filius paruus eſt, nec eſt ſeparatus à patre, pars
ipſius eſt patris, ut ait Ariſtoteles,[l] haberurque
pro eadem perſona[m] apud Iuriſconſultos, &
pro eadem uoce.[n] Se autem unquā nemo lęde
re uult, ſed omnibus uiribus naturali iure de-
fendit, illatamq; iniuriam propellere nititur.[o]
Et paterna poteſtas non in atrocitate, ſed in pie
tate conſiſtit.[p] Atque plerunque pietas paterni
nominis etiam in his in quibus iuſte mors filię
7 infertur, conſilium pro liberis capit, ut ait Pa-
pinianus.[q] Sublatum autem eſt hoc ius necis
& uitæ poſtmodum, ut nimium rigidum, diſ-
ſuetudine, non autem lege ut quidam arbitrā-
tur. Siquidem Conſtantinus[r] olim permiſſam
in liberos necis uitæque poteſtatem ait, non
ſcribit poſtea prohibitam: etſi in ſeruos lege

a l. filiusfamilias, l. 117 b ſecundum uulgarem, de leg. 2. in P. l. nec auus, de emancip. liber. C.
b Marcel. in l. nō poteſt, l. 32. de adop. li. 1. P. tit. 7.
c auth. ſi lenones, de epiſco. aud. C.
d l. ſi a pat. quis fuer. manumi. in P.
e l. ſi cui. de cō di. & dem. in P.
f l. nōnunquā, l. 32. de adopt.
g l. fin. de patr. pot. C. Dionyſ. Halic. in 2. & 8.
h Idem Halic. lib. 2.
i Gelli. lib. 20. cap. 1.
k Claudia. Iuriſc. in l. aut facta, l. 16 §. ſi. de pœn. lib. 48. P. tit. 19 l. 1. ad le. Iul. repet. C. l. quicunque, C. de hæret.
l Ariſt. 5. Ethi. c. 6 & li. 8 Magn. Mor. c. 34.
m l. ſi. C. de im pub.
n §. ei uero, de inut. ſtip.
o l. ut uim. de iuſt. & iur. Cic. 1. offic.
p l. diu. Adrianus, ad l. Pōpe. de parric. in P.
q Papin. l. nec in ea lege, l. 22. ad l. Iul. de adult. l. 48. P. tit. 5.
r Conſtan. l. ſi. de patr. poteſt. lib. 8. C. tit. 48.

poteſtas necis ſit expreſſe adempta.[a] Id enim
fuit neceſſarium in ſeruis prohibere, quòd do-
mini eos amore quo filios non proſequuntur.
In filijs non fuit neceſſe expreſſe prohibere, ſa-
tis prohibente natura: qua quis partus ſuos &
8 diligit & conſeruat. Quinimo tantum abeſt, ut
expreſſe prohibita illis ſit iure poteſtas necis,
ut potius expreſſe permiſſam inueniam in re-
ſponſis Iuriſconſultorum, quibus ratione pa-
triæ poteſtatis tantum patri licet ſi uelit occide-
re filiam in adulterio deprehenſam[b] in ſua do-
mo, uel generi. Quod marito omnino impune
non licet, quia mariti calor & impetus facile ſę-
uientis fuit refrænandus, inquit Papinianus:[c]
exceptis quibuſdam perſonis quas adulteran-
tes cum uxore repertas marito licuit occidere,
ueluti lenonem, mimum, publico iudicio infa-
matum, & alias quas enumerat Marcianus Iu-
riſconſultus.[d] Iuxta cuius ſententiam intelli-
gendæ reliquæ leges, quæ marito quoque dant
necis ius in adulteros:[e] nempe ſi ex earum per-
ſonarum numero ſint, uel ſi alias impune om-
nino non ferant, quamuis mitius puniantur.[f]
Ergo multo liberius ius eſt in nece filiæ patri
eo caſu, quàm marito iure ciuili. Nam iure
nunc recepto Gallico & diuino, nec patri idip-
ſum permiſſum eſt: quia dictum, *Non occides*,[g]
9 ut ſuo loco, ſi Deus uoluerit, explicabimus. Re-
manetque ex legibus in eodem caſu intacta an-
tiqua patris poteſtas, in alijs autem ex ea datur
libera ſine nece caſtigatio. Et pater poteſt filiũ
caſtigandum iudici offerre, dicturo ex eius præ-
ſcripto ſententiam.[h] Vnde & propinquis emẽ-
datio conceſſa propinquorum moderata, pater-
na dicitur:[i] maior autem ex iudicis authoritate
10 pendet. Sicuti & Lucianus[k] ſcribit, liberam
non eſſe parentum in filios uindictam citra iu-
dicium. *Vt enim lex*, inquit, *conceſſit patribus cer-
tis de cauſis iraſci filijs: ita proſpexit & liberis, ne
immerentibus accidat. Itaque iudices uocat, arbitra-
tores conſtituit, qui neque per iracundiam, neque per
calumniam, quod iuſtum ſit iudicent. Nouerat enim
accidere multis, ut ob cauſas iniquas ad iram com-
mouerentur: hic quidem alicui falſæ alicuius credẽs,
ille famulo fidem habens, aut uxori cuipiam inimi-
cæ.* Quem caſum ultimum & Iuriſconſulti ob-
ſeruarunt.[l] Et certe recte ſtatutum hac in par-
te eſt apud Græcos, de necis poteſtate tollenda:
recordari enim debent parentes filios liberos
dici, neque ut ſeruos eſſe tractãdos uel inſtituẽ-
dos, & ut dicebat Mitio in Andria apud Te-
rentium,

*Pudore & liberalitate contineri liberos ſatius eſt
quàm metu.*

Et meritis potius liberi ſunt ad obſequia pater-
na prouocandi, ut monet Papinianus & Iuſti-
nianus.[m] Docet & Plutarchus,[n] uerbera aliena
eſſe ab honeſtorum ingenuorumque filiorum
educatione, qui & exprobratione & laudibus
11 moneri & impelli debeant. Secundus effectus,
ut liceret patri etiam iure Codicis, tempore ne-
ceſſitatis famis, filium uendere: ea tamen con-
ditione, ut ideo perpetuæ non eſſe ſeruituti ob-
noxius.[o] Alioquin enim etiam quos licebat oc-
cidere, non licebat libertate priuare,[p] non pi-
12 gnori obijcere.[q] Franciſcus Balduinus,[r] & Pã-
dulphus Prateius,[s] referunt per legem 12. tab.
fuiſſe permiſſum, ter parentibus uendere libe-
ros: quid autem & quomodo illud fieret, neu-
ter explicat. Ego tamen & antiquiorem hanc
legibus 12. tab. puto, nempe à Romulo ſanci-
tam, ut authorem habeo Dionyſium Halicar-
naſſeum,[t] qui & ternam manumiſſionem ſic
explicat. *Nec contentus hanc poteſtatem*, ſcilicet
uitę & necis, *dediſſe legiſlator Romanus*, id eſt Ro-
mulus, *permiſit etiam uendere filium, nihil deterri-
tus crudelitatis ſpecie, quòd res grauior uideri poſ-
ſet, quàm pro affectu domeſtico. Quòdque maxime
quis miretur in hac diſſoluta diſciplina Græcorum
educatus, quaſi durum & Tyrannicum, hoc quoque
patri conceſſit, licere illi terna filij uenditione pecu-
niam quærere, maiorem largitus poteſtatem patri
in filium, quàm hero in mancipium. Seruus enim ſe-
mel uenditus, deinde libertatem adeptus, in poſterũ
ſui iuris eſt: filius uero à patre uenditus, ſi liber fie-
ret, rurſum ſub poteſtatem patris redigebatur, poſt
tertiam demum uenditionem eximebatur à patris
poteſtate.* hæc ibi. Et paulo poſt, hanc legem in-
ter cæteras 12. tab. decemuiros trecenteſimo
poſt anno, ut obſeruatam antea, non auſos ex-
13 pungere tradit. Scribit & Sigiſmundus Liber
Baro,[u] apud Moſcouitas quoque ſeu Ruthenos
id ſeruatum, in hæc uerba, *Si pater filium, ut mos
eſt, uendit, & is quocunque modo liber factus tan-
dem aut manumiſſus fuerit, pater hunc rurſus atque
iterum iure patriæ poteſtatis uendere poteſt: poſt
quartam autem uenditionem, nihil iuris amplius in
14 filium habet.* Quòd ualde eſt notabile, & dat lu-
men legi Iuſtiniani finali, titulo de adoptio:[x]
in qua ita ſcriptum eſt, *Veteres circuitus in ado-
ptionibus quæ per tres emancipationes, & duas ma-
numiſſionis in filijs, aut per unam emancipationem
in cæteris liberis fieri ſolebant, corrigentes &c.* Vbi
innuit antiquos, qui rurum ius adoptionis uo-
lebant habere, ita permiſiſſe trinam uenditio-
nem, ut ob id patri naturali ius omne reuocan-
di filium in poteſtatem adimeretur: cum poſt
trinam uenditionem non poſſet in poteſtatem
reuocare, ante poſſet. Quæ ſolemnitas ſublata
fuit, poſtquam & placuit, ut diximus, patrem
ingenuum filium uẽdere non poſſe. Et alia e-
tiam conſtitutione,[y] idem Iuſtinianus ſuſtulit
uanam obſeruationem antiquam emancipa-
tionis, per uenditiones liberorum figuratas, &
circumductiones inextricabiles, & iniurioſa
rhapiſmata, quorum illis nullus uidebatur ra-
tionalis exitus. Et Vlpia. eius meminit in fra-
gmentis, ſi[a] *filius*, inquit, *ter emancipatus, ter ma-
numiſſus ſui iuris ſit, id enim lex 12. tab. iubet his
uerbis, ſi pater filium ter uenundauit, filius à patre
15 liber eſto.* Solon lege ſuſtulit ius uendendi filias
& ſorores, niſi qui cum uiro coeuntem uirgi-
16 nem deprehendiſſet, authore Plutarcho.[a] Vi-
detur & Modeſtinus Iuriſconſ.[b] indicare, ſuo
tempore abijſſe quoque in deſuetudinem, ut
filius emancipatus ſemel, poſſet iterum reduci
in poteſtatem eo inuito, ſine cauſa tamen in-
gratitudinis à patre, dum reſpondet inuitos
filios naturales uel emancipatos non reduci
17 in patriam poteſtatem. Tertius effectus hu-
ius patriæ poteſtatis, ſeu utilitas patris eſt, ut
quæſita à filio in poteſtate conſtituto, patri
quærantur, ſed cum diſtinctione iuriſpru-
dentiæ ueteris & Codicis: nam illo pleno iure,
ut nec momento modicum quidpiam penes
filium remaneret, quærebatur.[c] Iſto autem,
quòd pertinet tantum ad uſumfructum quæ-
ſitur patri à filio,[d] in aduentitijs, remanente
18 intacta filio proprietate.[e] In caſtrenſibus
namque, uel quaſi caſtrenſibus, utroque iure
receptum eſt, nec patri uſumfructum, neque
proprietatem quæri: quia in illis pro patrefam.
filius habeatur, præcipuaque ſibi facit,[f] & de il-
lis ſine conſenſu parentis poteſt diſponere ui-
uens, & teſtamento.[g] De quo & plura tradimus
19 de re militari in priuilegijs rerũ militis. At de
aduen-

a §. 1. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. Inſ. eod. tit. in P.
b Pompo. in l. patri datur, 20. Vlpian. in l. ſi e-uenerit 21. Papinian. nec in ea lege 22. Vlpia. l. quod ait. 23. ad l. Iul. de adult. lib. 48. P. tit. 5.
c Papi. d. l. nec in ea lege. 22. § fin. de adult.
d Marcia. in l. marito 24. eo. ad l. Iul. de adult. in P.
e ut l. Gracchus, eo C. l. ſi quis in graui, § ſi maritus ad SC. Syllan.
f gl. in d. l. nec in ea lege, in uer. omnem, ad l. Iul. de adult. in P.
g Exod. c. 20.
h l. 3. de patria pot. C. Deuter. cap. 21.
i l. 1. de emenda. propinq.
k Lucia. in oratio. Abdicatus.
l l. 4. de inoff. teſta. in P.
m Iuſtinia. l. ſi quando 35. § illud. eo. C. lib. 3. tit. 28.
n Plut. libe. de libe. educan.
o Conſtant. in l. 2. de patri qui fil. diſtrax. li. 4. C. tit. 43.
p l. fi. C. de pa. tr. pot. l. 1. de patrib. qui fil. diſt. Iulian. l. minor 25. in §p § pa-ter, de euict. li. 21. P. ti. 2. l. 1. de liber. cauſ. li. 7. C. tit. 16.
q l. qui filios, § res pign. oblig. poſſ. C. l. fi. eu. in P.
r Balduin. in 12. leg. 12. tab.
s Prateius, lib. ueter. iuriſprud. in legib. 12. tabul. c. 3.
t Dion. Halic. lib. 2. Antiquita. Roma.
u Baro, in cõment. rer. Moſcouica.
x expli. l. fi. C. de adopt. lib. 8. tit. 48 & l. fi. C. de emanc. libe. lib. 8. C. tit. 49.
y l. eod. C.
a Vlp. in ti. 10. in corpore
a Plut. in Solone
b Vlp. l. inuiti, l. fin. de his qui ſũt ſui, uel alieni iuris li. 1. P. tit. 6.
c l. placet, de acq. hære. in P. l. 3. de patr. pot. lib. 8. C. tit. 47
d l. cũ oportet, & l. fi. de bo. quæ libe. lib. 6. C. l. 2. de bo. mater. eod. lib. C. § 1. per quas perſo. nob. acquir.
e l. ius nulla, de iudic. in P. § 1. inſt. per quas perſo.
f d. l. cum oportet, & l. fort. tui, de aduo. diuer. iudi. C. l. fin. de inoff. teſta. l. fi. de collat. lib. 6. C. cum ſim. l. 3. § nec caſtrẽſe, de colla. bono. in P. l. fi. § excepti, & § eod. & obſeruando, de bon. quæ liber.
g l. cũ lege, de ſacroſ. eccle. C. auth. presbyteros, de epiſc. & cleric. C. l. fori tui, de aduo. diuerſ. iudic. C. l. ſi qui teſt. fac. poſ. lib. 6. C. tit. 22. § 1 quibus non eſt permiſ. fac. teſta.

aduentitijs non poteſt, nec libere alienare ui-
nés, quia melius eſt ita coercere iuueniles calo
res, ne cupidini dediti triſtem ſequiant exitum,
qui eos poſt diſperſum patrimoniũ expectat:[a]
nec moriturus teſtari ei licet, etiam uolente pa
tre.[b] Quod pendere non debent uoluntates ul-
timæ ex alterius, quàm diſponentis arbitrio.[c]
Et iuris publici teſtamentorum formula cum
ſit,[d] non poteſt remitti a priuato patre.[e] Qua-
mobrem ſi filius uelit ſub mortem ex ſuis adué
titijs relinquere, id facit per donationem cau-
20 ſa mortis, adhibito patris conſenſu.[f] Poſſe ta-
men eundem ad pias cauſas teſtari cum con-
ſenſu patris, iura uidentur definire,[g] & inter-
21 pretes. Admonebo tamen in Gallia ex genera
li recepta conſuetudine, omnia filiosfamilias
ſibi, non patri, & omnino acquirere: ſiue ea ſint
aduentitia, uel caſtrenſia, uel quaſi, & in pro-
prietate & in uſufructu, ut notat Nicolaus Boe
rius,[h] Chaſſaneus,[i] & Alexander.[k] Etſi habeat
pater commoditatem, ut Boerij uerbis utar, u-
ſus fructus bonorum filij, & dum intra 25. an.
filius degit, adminiſtrationem eorumdem, ſi uo
luerit:[l] eo autem recuſante, curatore bonis dan
22 do ex iuris præſcriptione.[m] Non autem filio,
quia ſub tutela patris eſt. Niſi filius ex pecunia
patris acquiſiuiſſet, uel ex rebus eius: tunc enim
iſtud cenſetur profectitium, & omne omnino
acquiritur patri, in cuius eſt poteſtate. Sic enim
& in profectitijs antiquum ius acquirendi inta
ctum eſt patri,[n] ſi ex eius mandato filius nego
tiatus fuerit: alioquin ſi ſine mandato, induſtria
filij conſideratur, ac arbitris negotium commit
titur, quantum præcipuum ex eo lucro ſupra a-
lios fratres debeat reportare, ut ex uariorum in
23 terpretum ſententijs colligit Chaſſaneus.[o] Iu-
re ciuili pater non habet uſumfructum in bo-
nis filijfam. ſi ſit pater furioſus, ſecundum Bar-
tol. Bald. & alios.[p] Nec mentis compos, in do-
natis filio per principé.[q] Nec ſi pater Iudæus,
in bonis filiorum qui Chriſtiani facti ſunt:[r]
quia non ſunt in eius poteſtate. Sed num in feu
do filijfamilias habeat uſumfructum pater, ui-
dendi Baldus,[s] & Chaſſaneus[t] diſputantes. Si-
militer uſumfructum nõ habet pater, in bonis
relictis filio cum prohibitione teſtatoris, ne pa
ter habeat.[u] Si pater etiam habeat conſortium
proprietatis cum filio.[x] Vel ſi lex deferat bona
liberis, præſumentibus parentibus ſoluere ſine
cauſa eorũ matrimonia.[y] Sunt & alij caſus in
quibus nec hodie pater habet uſumfructum in
aduentitijs filij, quos uideto in gl. in §. igitur li
beri, in uerbo, uſumfructum, per quas perſo.
nob. acquiri. & in auth. idem eſt, de bon. quæ li
ber. C. & apud Angelum Aretinum in dictum
§. igitur. Quartus effectus, ut filius in poteſtate
conſtitutus, ſuo nomine non poſſit eſſe in iudi
24 cio ſine licentia & authoritate patris.[a] Quod
intelligitur in perſonis filiorum laicis, non in
ſacerdotibus, qui non egent eo conſenſu:[a] ne-
25 que in rebus ſpiritualibus laici.[b] Porro quia
hæc materia habet inuolutam tractationem, ra
currendum cenſeo ad diſtinctionem Guidonis
Papæi,[c] qui breuiter ſic diſtinguit. Pro nego-
tio, de quo agatur in iudicio, ſi agatur de pecu-
lio caſtrenſi, uel quaſi filij, ut tunc agere & cõ-
ueniri filiusfam. poſſit ſine authoritate patris.[d]
Si agatur autem de aduentitijs, aut pater habet

a l. fin. §. filiis, de bon. quæ lib. l. 6. C. §. igitur liberi uero ſiti, per quas perſ. nob. acqu.
b l. 3. §. fin. qui teſta. face. poſſ. l. 6. C. l. qui in poteſtate, de m[illegible] in P. §. 1. quibus non eſt per. fac. teſta.
c l. illa inſtitu-tio, & l. expeſto [illegible], de hæreds. inſtit.
d l. 3. de teſta.
e l. ius publicum, de pact. in P.
f l. tam is. §. filiusfamilias, de donat. cau. mort. P. l. filiusfamilias, §. pe. de donat. in P.
g c. licet, de ſepult. in 6. Bar. l. qui in poteſtate, de teſta. uide Guill. Bene. in c. Raynut., ad uer. matrem inſuper, nu. 30. & ſeq. de teſta.
h Boer. ad §. 1. de iure & ſtat. perſo. gloſ. 1. in conſuet. Bituri.
i Chaſſa. in cõſuet. Burg. §. 3. tit. des enfans de plusieurs lictz, ad uerb. & faict les fructz.
k Alex. in l. placet, de acq. hæred.
l l. 1. & ibi Faber, Bart. Bald. Cy. Sali. de bo. mater. C.
m l. fi. §. fin autem patre recuſante, de bon. quæ lib. C.
n §. igitur, uer. ſancitũ, per quas perſ. nob. acqu.
o Chaſſan. in conſuet. Burg. ad d. tit. des enfãs de plusieurs lictz, §. 2. ad uerba, ne participent point, uerſic. molu hic relinquere.
p Bar. Bal. Caſtrenſ. in l. cum hæres, de acqu. hæred. P.
q l. cũ multa, & ibi Doct. de bo. quæ libe. C.
r ca. indecorũ, eſt. q. 3.
s Bal. in l. cum oporteat, col. 4. de bo. quæ libe.
t Chaſſa. in §. 5. rubr. 2. des enfãs des plusieurs lictz, in uerſ. & faict les fruictz uerſi. quicquid ſe tenere, in cõſuet. Bitur.
u auth. excipitur, de bo. quæ lib. C. §. 2. ut liceat matr. & auiæ, in auth.
x auth. itẽ hæ[illegible] d. tit. de bon. quæ liber. C. §. ſi uero cũ, de hære. ab int. ueniẽ. coll. 9.
y auth. idẽ eſt, de bo. quæ lib. C. §. quia uero, in auth. Iud. col la. 9.
a d. l. non ſolum, §. neceſſitate, de bon. quæ lib. C. c. fin. de iudic. in 6.
a gl. in c. indecorum, de ætat. & qualit.
b d. c. fin. de iudic. in 6.
c Guido Papa q. 54.
d l. Imperator, ad Senatuſcon. Trebellia. in P. l. 2. ad Sena. Macedo. in P. l. 2. de caſtr. pecul.

in illis uſumfructum, & tunc ſolus pater agit
& conuenitur:[e] aut non quæritur uſusfructus
patri, & tunc pater agenti & fugienti filio adeſ
ſe in iudicio compellitur.[f] Quòd ſi quæratur
de profectitijs, quia ea patris cenſentur, patris
omninò requiritur authoritas.[g] Bartolus[h] a-
pertius mihi hanc quæſtionem concludere ui-
detur, cum diſtinctione: num in iudicio agatur
de rebus ſeu actionibus, quæ patri pleno iure
per filium quæruntur, ut tunc filius non poſſit
agere ſine conſenſu patris, quia non habet a-
ctionem,[i] poſſit tamen agere tanquam perſo-
na coniuncta patris.[k] Aut uero actiones rema-
nent apud filium, uerumtamen exercitium ea-
rum competit patri: quo caſu, uel præſens pa-
ter eſt, & tunc conſenſus eius exigendus eſt: uel
abſens, periculumque circa dilationem agen-
di uerſatur, uel ratione interitus actionis, uel
ratione commodi perſonæ, & tunc agit filius
non expectato conſenſu patris, officio iudicis,
& extraordinario iudicio iuuatus.[l] Aut actio-
nes remanent apud filium pleno iure, & tunc
filiofam. requiritur patris conſenſus.[m] Exiſti-
mat autem & Bartolus, conſenſum patris in
agendo controuerti, ſi filius uelit agere ex iure
antiquo, at in defendendo filiumfa. ſcilicet ma-
iorem poſſe indiſtincte ſine conſenſu conueni-
ri patris, & defendere. Et ita leges intelligi, in l.
3. §. ſed utrum, de minoribus uigintiquinque
annis lib. 4. P. tit. 4. & l. tam ex contractibus, l.
57. de iudic. lib. 5. P. tit. 1. Quia ex omnibus cau
ſis filiusfamilias tanquam paterfamilias obli-
gatur,[n] dempto mutuo,[o] & uoto, propter legis
26 prohibitionem expreſſam.[p] Accedere autem
patrem in cauſa mouenda à filio in iudicio pla
cuit ſecundum Paulum Caſtrenſem,[q] non tan
tum ad authoritatem præſtandam filio in pote
ſtate exiſtenti, ſed etiam ut iudex norit, num ip
ſe uelit per ſe agere: puta, num illi actio compe
tat, ne iudicio tranſacto cum filio, eoque con-
dénato uel abſoluto pater dicat nullum, utpote
27 cum non domino factum. Diſtinguit autem
idem Caſtrenſis[r] fere ſimili modo, quo Barto. &
alij. Aut agamus de iure antiquo aut nouo: ſi de
antiquo quidem, ex contractu uel quaſi, filijfa.
uel ex delicto uel quaſi, in filij perſonã cõmiſ-
ſo, quærebatur aliqua actio patri, quoad exerci
tium: idque regulare erat, & tũc ſolus pater ha-
bebat ſuo nomine actiones, quia Dominus ea-
rum filius eius nomine tantum. Quòd ſi filius
ſibi quoque actiones quærebat, & quoque exer
cebat, patre tamen abſente uel uili exiſtente, in
quinque,[t] actionibus iniuriarum, ui aut clam,
depoſiti, commodati, in factum. Interdum ex
contractu patris actio acquirebatur filiofami.
ueluti ex dote, & tamen exercitium erat patris:[s]
contra ſi ſibi filius actiones omnino quærebat,
tunc quoad exercitiũ quoque & præſente & ab
ſente patre illis utebatur, ut in caſtrenſibus aut
quaſi, ut dictũ, quia in illis pro patref. habeba-
tur.[u] At iure nouo, in rebus profectitij peculij
actio ad patré pertinet, nec ſuo nomine, ſed pa-
terno tamé poteſt mouere iudiciũ filiusf. Quòd
ſi de aduentitijs quęſtio, diſtingue, ut ſi pater in
his habeat uſumfructũ, exercitium actionũ ad
eum pertineat, non filio, niſi abſente patre, uel
eo uili, ſicut dicebamus in quinque alijs ex iu-
re antiquo: ſin autem non habeat pater in his
uſumfructum, ſubdiſtingue, aut non habet,
quia prohibetur, ut in caſibus annotatis ab in-
terpretibus,[x] & in illis poteſt ſuo nomine fi-
liusfamil. maior 25. annor. agere ſine conſen-
ſu patris:[y] ſi minor, dato curatore bonis.[z] Aut

e l. fi. [illegible] de bon. quæ l[illegible]
f l. 6. §. 1. verſi. neceſſitate, eo
g l. cum oportet. eod. §. 1 per quas perſ. nob. acquir.
h Bar. in d. l. fi. §. neceſſitate, de bon. &c.
i l. ſi pupilli. §. uideamus, de neg. geſt. in P.
k l. [illegible] & ſeq. de procurator. in P.
l ut in l. ſi longius, de iudi. in P. & in l. cum filiusfam. de rebus credi.
m l. miles. §. 1. de caſtrenſ. pecul. in P.
n Caius, l. filiusfamilias. l. 13. de actio. lib. 44. P. tit. 7.
o l. 1. ad Macedo. in P.
p l. 2. de pollicit. lib. 50. P. tit. 12.
q Pau. Caſtrẽſ. in §. neceſſitate, l. fin. de bon. quæ libe. nu. 1. & 2.
r Caſtrenſ. ubi ſup. nu. 9.
t Pau. l. ſi filiusfamilias, l. 8. & Vlpia. in l. in factum, l. 13. de actio. in P.
s l. 2. §. ſi in patris, ſol. matr.
u l. 2. ad Macedo. in P. l. 3. §. ſi autẽ ſolus, eod.
x gl. & interp. in auth. idẽ eſt, C. de bo. quæ liber.
y l. fi. §. neceſſitate, eod.
z l. fi. §. ſin autem, in ſecunda, eod.

pater non habet uſumfructum, quia non vult,
ſcilicet quia reijcit & repudiat,& eo caſu,ſi con
ſtat de tepudiatione, idem dicendum ac in præ
cedenti caſu: ſin minus, tunc cogitur pater ue-
nire in iudicium uel requirente filio, ſi is agat:
uel requirente aduerſario,ſi filius conuaniatur.
Et ita intelligitur §.neceſſitate, l. final.de bon.
28 quæ liber. C. De criminalibus autem iudicijs,
ſi publicum ſit agere uel conuenire poteſt filius
familias,ſine conſenſu patris.[a] Et ſi conuenia-
tur in priuato delicto,[b] ſe defendit inconſulto
patre:uerum pro priuato, ueluti pro iniuria &
contumelia,non agit patre præſente:niſi abſen
te patre, uel præſente & non uindicante, exi-
ſtente ſimul patre uili, filio autem in dignitate
29 poſito,ut ait Vlpianus.[c] Annotat autem Gui-
do Papæus,[d] in curia ſuprema Delphinali non
haberi rationem authoritatis non adhibitæ pa
tris in negotijs filijſa. minoris 25.an. neque ob
illam omiſſionem nullum dici uel reddi iudi-
cium,& ita fuiſſe iudicatum: at in negotijs mi-
norum, in quibus res non pertinet ad patrem,
ueluti in perſonali actione,& ſimilibus,nō tan-
tum requiri authoritatem patris,ſed & curato-
rem filio adiungendum iuxta Bartoli ſenten-
30 tiam.Notat & Nicolaus Boerius,[e] quòd ex con
ſuetudine generali regni Franciæ filiusfa. ma-
ior 25. annorum poteſt eſſe in iudicio ſine au-
thoritate patris, & teſtari,codicillari,& contra-
here, cum reputetur emancipatus ſecundum
Baldum,[g] Alexandrum[h] & Iaſonem:[i] quia in
his quæ iuris publici ſunt non conſideratur pa
tria poteſtas, habeturque pro patreſa. filiusfa-
milias,[k] & in illa ætate quis præſumitur ſa-
piens,[l] uideturque factus æqualis patri filius,&
ita extra eius poteſtatem, ut ait Ariſtoteles.[m]
31 Quintus effectus,ut filiusfa. non poſſit ſine pa
tris conſenſu uxorem ducere,[n] ut late explica-
32 uimus in nuptiarum finitione. Sextus, ut pa-
tria poteſtas præponatur omnibus tutoribus &
curatoribus, niſi pater prodigus, uel uitiorum
33 mancipium ſit.[o] Septimus, ut nulla lis inter
filiumfa. & patrem eſſe poſſit,niſi de caſtrenſi-
bus agatur bonis uel quaſi,in quibus pro eman
34 cipato habetur.[p] Emancipati namque poſſunt
petita uenia a prætore aduerſus patrem experi
ri,ſicuti & aduerſus matrem cum eadem licen-
tia.[q] Quare enim litigabit pater aduerſus filiū
ſibi ſubditum,cum poſſit aduerſus eum ſtatue-
35 re?ut ait Vlpia.[r] Demuntur tamen quidam ca
ſus,in quibus gloſſa[s] notat, iudicium inter eas
perſonas admitti iure. Verumtamen & in Gal-
lia hodie, & nulla petita uenia filium poſſe in
ius uocare patrem,ex omni cauſa receptum eſ-
ſe uideo:quia, ut opinor, ſatis uenia petita eſt,
dum iudex permittit in ius uocare,nam ſine iu
dicis præcepto nemo uocandus,[t] & iuris execu
tio non habet iniuriam.[u] In ius autem uocare
nihil aliud eſt,quàm iuris experiundi cauſa uo
36 care,apud Paulum.[x] Octauus, quòd pater fi-
lium ſuæ poteſtatis poſſit etiam reuertentem ab
aliquo retentum, repetere, uindicare, & ad ſe
compellere uenire,[y] & uti aduerſus detentores
præiudicijs,interdictis,& cognitione præ
toria, ad exhibendum & deducen-
37 dum.[z] Nonus eſſe poteſt, ut
liceat tantum patribus
in poteſtate con-
ſtitutis filijs,
non a-
lijs, ſubſtituere pupillariter,[a]
& tutores teſtamento
dare.[b]

a l. inter liberos, §. pen. & l. filiū, ad l. Iul. de adulter. P. l. poſt legatū, de his quib. ut ind. b Pompo. in l. nunquam 33. Iuſt. l. l. quoties, 14. & Vlpi. in l. eū condemnatus, 31. de rer. acti. lib. 9 P. tit. 4. c Vlpi. in l. ſed ſi unius, 17. §. ſi hoſtis de iniu. & famo. libell. li. 47. P. tit. 10. d Guid. Pap. in q. 54. & 410. e Bar. in l. ſi. §. 2 de uer. obl. f Boer. ad §. 2. de conſuet. tur. ſta perſ. in conſue. ſitus & in addit. ad Om. in reg. cui licet, de reg. iur. g Bal. in c. 1 §. 3 de duob. fratrib. & cōſi. 84. col. 3. tit. 1. & in l. ſi longius, §. 2. de iudic. P. h Alex. in l. ſi, qui teſt. fa. poſ. i Iaſ. in l. cunctos populos, col. 9. uer. unde ſi ſtatutum, de ſum. trinit. k l. filiusfamilias, de ijs qui ſunt ſui uel alie. iur. li. 1. P. tit. 6. l nam quod, ad SC. Treb. P. l. cū prætor, in § de iud. l. in priuatis, eod. l l. 1. qui æta. ſe excuſ. li. 10. C. l. 2. de min. 25. an. in P. m Ariſto. li. 8. Magno. Mora. cap. 14. n l. 2. de rit. nu pt. in P. §. 1 de nupt. l Paulus, de ſta. ho. eū ſi. o l. ſi. § minores, de leg. paſ. & teſta. lib. 9 C. tit. 51. l. ſi tutio, de cur. furio. C. p l. lis nulla, de iud. li. 5 P. tit. 1. l. actiões aduer ſus patrem, de actio. in P. q l. ſ. de in ius uoc. li. 2 C. tit. 2 l. 4. in fin & l. 5 eod. tit. 10 P. r Vlp. in l. eum qui & filij. l. 19. de furt. lib. 47. P. titu. 2. s gl. in l. ſi leonem, de epiſ. audien. C. t l. 1. §. de exhi. reis. li. 1 C. ti. 3. u l. Iniuriarū, 13. §. 1 & § qui ſiore, de iniu. li. 47 P. tl. in cum ſimil. ibi. gl. no. ta. Vlpi. l. 3 § 2. de eo qui metus cau. li. 4. P. tit. 2. x Pau. l. 1 de in ius uoc. lib. 2. P. tit. 3. y l. 1. § 1. de exhi bend. in P. z l. 1. § poſt edictum, de rei. ui ac pi. li. 25. P. tit. 4. l. 1 & 3. de lib. exhib. libr. 43. P. tit. 30 l. 2. eod. tit. lib. 8. C. tit. 8. a l. 2. de uulg. in P. §. 1 de pupill. ap. Inſtitu. b l. 1. de teſtamentis in P. § permiſſum eſt, de tutel. apud Inſtitu.

De utilitatibus, quas filius ex
patria poteſtate capit.
Cap. VIIII.

1 *Filijfamilas non poſſunt inuiti emancipari à pa-*
tre.
2 *Filiusfam. non obligatur ex mutuo.*
3 *Filium pater non poteſt abdicare,id eſt, dicere non*
filium.
4 *Abdicatio quid, & quomodo fiebat apud Græcos.*
5 *Filiusfam. quaſi dominus bonorum patris eo ui-*
uente.

5 SIcuti parentes non coguntur inuiti
filios à poteſtate ſoluere,[c] ſic inui-
ti non emancipantur filij,[d] ob iu-
ra & utilitates quas inde perci-
2 piunt. Quarum illa, ut ea pendente ex mutuo
contracto iure communi non obligentur ex ſe-
natuſcōſulto Macedoniano,[e] cuius fuit ſuaſor
Veſpaſianus ut ait Suetonius:[f] demptis unde-
cim caſibus,in quibus obſeruarūt interpretes,[g]
3 ex iuris deciſionibus eius decretum ceſſare. Al-
tera,quòd non liceat patri filium negare, ſena
tuſconſultis de partu agnoſcendo repugnanti
4 bus.[h] Sic ſublata inter Romanos abdicatio,quæ
Græcis ἀποκήρυξις.[i] *Lex eſt*, inquit, Quintilia-
nus,[k] *ut minus audientem dicto filium liceat abdi-*
care. Atq; Plato[l] id explicat,dū permittit patri
filium abnegare & abdicare: uerū ſtatuit abdi-
cationem faciendam non à patre ſolo, ſed & à
genere uniuerſo depellendum filium,id eſt, ad
hibito conſilio & ſuffragijs proximorum,apud
quos accuſet filium,oſtendatque dignū qui de-
pellatur,data licentia defenſionis filio. Et ſi plu
ra ſuffragia quàm dimidiæ partis ſint, tum ma-
ſculorum tum fœminarum,niſi ætas impedimē
to ſit,tunc liceat abdicare:quo caſu eſſet neceſ-
ſarium filium abdicatum alio abire. Sicut con
tra permiſit filio patrē accuſare, morbo, ſenio,
aut morum acerbitate in dementiam inciden-
tem, & res diſſipantem. Cuius accuſationem,
admittentibus legum cuſtodibus patrem tan-
quam filiumfa. domi id continere iubebat. He
ſychius ἀποκήρυκτον dici vult eum, qui propter
delicta, paterna domo eiectus fuit ob pœnam.
Adicatum & negatum filium publice quaſi per
præconem pœna facit differre ab abdicato per
emācipationem & adoptionem, quæ transfert
in familiam alterius. Sic Suidas ἐκποίητον, differ
re à ſuperiori tradit, quòd ἀποκήρυκτος eijciatur
ἐπικληθείς: at uero ἐκποίητος ὑπὸ τοῦ φύσει πατρὸς
5 εἰς ἕτερον γένος δίδοται παῖδα. Tertia utilitas, quòd
uideatur filiusfa. quaſi dominus bonorum pa-
tris uiuente patre, & ideo in eum poſt mortem
eiuſdem ſine aditione per immiſſionem uidea
tur continuari dominium: unde & filijfamilias
ſicut & paterfa. dicti ſola nota adiecta, per quā
diſtinguitur genitor ab eo qui genitus ſit ut ait
Paulus.[m] Obſeruandum tamen hic, notam a-
dijci improprietatis quaſi, eo quòd uere domi-
nus non ſit,ſed tantum ſpe. Quinimo lege 12.
tab. Alexander ab Alexandro[n] notat cautū, *Ne*
que filij quicquam in bonis uiuentibus patribus
eſſe. Cum enim propria ſibi habere nō poſſent,
neque ea quæ parentum erant poſſidere uere
dicuntur. Sunt & alia iura & utilitates, quæ
ex paterno uinculo oriuntur:uerumtamen illæ
ſunt communes emācipatis & ſuis,ut alium lo
cum tractationis ſibi expoſcāt, nēpe ſucceſſio-
nis,alimentorum,obſequiorum, & id genus ſi
milium

c §. ſi qb mo. ius pat. pot. ſol. l. nec auus, C. de emancip. libero. l. non poteſt, de adop. cum ſim. d §. generaliter, quib. mod. ius eſt ſui, col. 7. tit. 1. l. nec auus, in § & l. in bonis, in fi. de emanci. lib. C. e l. 1 & tot. tit. ad Mace. in P. & in C. Iuſtin. f Sueto. in Veſpaſ. c. 11 g gloſſ. in § il lud propter, in uer. ſenatus, q cum eo qui in alie. pot. eſt negot. geſ. & c. li. 4 Inſtit. tit. 7. h Diu. & Max. l. nec filium a. cum ſim. ibi. no ta. de pat. po. C. i l. abdicatio, 6 de pat. po. C. k Quintil. lib. 7. Inſtitu. Oratio. c. 1. l Plato, libr. 11. de legib.

m Paul. in l. in ſuis, 11 de libe. & poſth. lib. 28. P. tit. 2 l. 3 § ſi filium pro hære. in P. l. in ſuis, de ſuis & legit. hæred. n Alex. ab Alex. li. 6 Genia. dier. c. 10.

milium. De alimentis autem quædam dicta in
9. nnere matrimonij: de alijs proprijs etiam lo-
cis Deo fauente agetur.

De ſolutione patriæ poteſtatis. Caput X.

1 *Filios exponens, indignus patria poteſtate, & 3.*
2 *De filijs non exponendis leges.*
3 *Expoſiti filij an ſint ſerui eorum, qui eos educa-
runt.*
4 *Filij nutriendi dari non debent paſtoribus, id eſt
latronibus: poſſunt tamen dari ruſticanis. Filios
lactandos non lactare matres, expoſitio eſt eo-
dem.*
5 *Patritiatus dignitas, & Flaminis Dialis, & Veſta
lis liberabant à patria poteſtate, & 6.7.8.*
6 *Patritiatus dignitas quæ.*
7 *Flamen Dialis quis.*
8 *Veſtæ priuilegia.*
9 *Emancipatione tollitur patria poteſtas, & quomo
do fiat.*
10 *Patria poteſtas ſoluebatur permittente patre fi-
lio uxorem ritu perfecto ducere.*
11 *Emancipatus cenſetur filius tacite, ſi pater illum
ſeorſum res ſuas agere permittat diu.*
12 *Emancipatus in quibus cenſetur in Gallia maior
uigintiquinque annis, & 11.*
13 *Patria poteſtas morte ciuili & naturali tollitur.*

1 PLuribus modis patria poteſtas ſol-
uitur, & amittitur, inter quos pri-
mus ſi quis paſſus fuerit propriam
ſobolē exponi, quā nec poſtea ſuā
dicere poterit: utpote indignus prole, qui crude
li, noo paterno animo morti obiecit, pœnis etiā
extraordinarijs coercendus ex cooſtitutione
Gratiani & Valētis.[a] Neque enim, ut diximus,
ex ſententia Diocletiani & Maximi.[b] liberum
eſt alicui filium negare, ſenatuſcōſulto denun-
2 ciata pœna de partu agnoſcendo.[c] Legem de
exponendis liberis aliquam Romulus quon-
dam tulit, *Primum enim*, inquit Dionyſius Hali
carnaſſæus,[d] *neceſſitatem colonis impoſuit educan
di quicquid eſſet maſculum, & è filiabus primogeni
tas: nullam autem prolem necari permiſit minorem
triennio, niſi ſi quid mutilum, aut alioqui prodigio-
ſum in ipſo partu editum fuiſſet. Tales enim fœtus
exponi à parentibus non uetuit, ſed indicatos prius
quinque uiris uicinis proximis, ſi illis quoque expo-
nendos uiſum fuerit: contra hanc legem committen-
tium, præter alias multas, etiam dimidium bonorum
addixit ærario.* Abijt tamen in deſuetudinem ex-
ponendi illa facultas, ſicuti & necandi pote-
ſtas:[e] uicina namque ſunt occidere, & ſubſidia
uitæ denegare.[f] Erat apud Thebanos teſte Æ-
liano,[g] lex rectiſſima, humaniſſime poſita. *Ne
cui Thebano liceat infantem exponere, uel in ſolitu
dinem abijcere, capitis pœna appoſita. Iubens quo-
que parentes in extrema neceſſitate poſitos, filios po
tius ad magiſtratus cum faſcijs deferre, qui eos cura
3 rent ali publico ſumptu ab alio. Qui poſtea eos eaſ-
ue ſeruorum ſeruarumque loco haberet, alimentis
cum ſeruitute compenſata.* Similis huius poſtre-
mæ parti lex Conſtantini & alia Theodoſij &
Honorij,[h] quibus uoluntariè expoſiti, ſuſci-
pientis fiunt ſerui: & ita deſinunt eſſe in poteſta
te parentum, ut non poſſet huiuſmodi à ſerui-
tute eximi.[i] Idque, ut arbitror, ut eſſet ſeruus
contumelia conſanguioeis, & pœna liberis,
quòd impiè ob æs modicū permiſiſſent filium
& proximum mancipari ſeruituti, cautioreſ-
que eſſent hoc probro in poſterum idipſum
non permittere: ignominia enim liberi generis
eſt, habere ſeruum in eo.[k] Quanquam beni-
gniorem uiam Iuſtioianus ſecutus, & ne in-
fans qui non peccauit, aliorum impietate ma-
cula ſeruitutis plecteretur contra iuris præce-
pta,[l] ſuſtulerit expoſitis ab alijs nutritus ſerui-
tutis iugum: & ſtatuerit licere,[m] parentibus re-
penſis alimentis alumno patri à libera ſer-
uitute redimere. Meminit Quintilianus[n] legis
huius de expoſitis, *Pater*, inquit, *qui expoſitum
agnouerit filium, ſolutis alimentis recipiat.* Et rur-
ſum, *qui expoſitum recepit, imperat ei lex nuptias
locupletis propinqui.* Quare & Diocletianus &
Maximianus, aliquando ſtatuerunt,[o] dum a-
gunt de conſenſu paterno nuptijs filiæ in pote
ſtate conſtitutæ adhibendo, ſaluom & inte-
grum poteſtatis ius eſſe patri in filia expoſita,
ſi modo reſtituat pretium alimentorum in eam
expoſitam factorum. Verumtameo recentiores
Cæſares Valentinus, Valens, & Gratianus, me-
lius & ſanctius decreuerunt,[p] omnino eos, qui
expoſuerunt, priuari patria poteſtate, & ſi expo
ſitus liber ſit ut indigno obſequio, qui contem-
pſerūt & uitam & mores filiorum. Patres enim
natura fecit, non ut Venerem & uoluptatem
explerent, ſed ut adminiſtri naturæ & reipub.
eſſent, alendo & probis moribus inſtituendo.
4 Vt optime etiam Honorius & Theodoſius inhi
buerit[q] olim, ne quis paſtoribus filios nutrien
dos daret, alioquin illis pœna, ut ſocijs latro-
num imminente: quamuis ruſticanis, ut fieri
inquiunt ſolet, dari non uetamus. Phauorinus[r]
hoc non longe ab abdicatione & expoſitione
abſcedere arbitratur. *Quod eſt enim*, inquit, *hoc
contra naturam imperfectum ac dimidiatum ma-
tris genus, peperiſſe ac ſtatim ab ſe abieciſſe? aluiſſe
in utero ſanguine ſuo neſcio quid, quod non uideret;
non alere autem nunc ſuo lacte quod uideat iam ui-
uentem, iam hominem, iam matris officia imploran-
tem?* Et poſtea, *Præter hæc autem, quis illud etiam
negligere aſpernari poſſit, quod quæ partus ſuos de-
ferunt ablegantque à ſeſe, & alijs nutriendos de-
dunt, uinculum illud coagulumque animi atque a-
moris, quo parentes cum filijs natura conſociat, inter
ſcindunt, aut certè quidem diluūt, deteruntque &c.*
5 quæ ſequuntur apud Gellium.[s] Secundo ſolui-
tur patria poteſtas, ob dignitatem aliquam fi-
lij maiorem, ut ſi filiusfami. ad patritiatus per-
uenerit dignitatem:[t] aliæ autem dignitates in-
feriores non ſoluunt, nec ea quoque uel alia
6 quælibet ex legibus Romuli.[u] Theodericus
rex Gotthorum, cum Caſſiodorum patritiatus
dignitate donauit, in epiſtola qua illud inſi-
nuat Senatui Romano,[x] ait eam eſſe ſupremi
gradus. Caſſiodorus autem in forma patritia-
tus,[y] ſcribit hanc dignitatem perpetuam, æ-
qualem fere ſacerdotio, quia patritiorū prima
familia numini dedicata. Et liberari eum, qui
huius cinguli cinctus fuiſſet patria poteſtate,
niſi contra à principe caueatur: ut qui ampliſ-
ſimum geniū libertatis acceperit, uiliſſimā con
ditionē cum ſubditis non habeat. Eumque præ
cedere præfectorios uiros dignitate. Ex quibus
locis patritiatus longe alius eſt, maiorque ma-
giſtratus illo, qui patritijs, id eſt, non plebeis da
batur. De quibus frequens in comitiorum &
antiquitatis inquiſitione mentio, & explicat
Nicolaus Gruchius.[z] Patritij namque anti-
quis nobiles, qui propagati ex ſtirpe eorum,
quos in patres ſeu ſenatores delegit ſibi Romu
lus.[a]

a Val. & Grat. l. 2. de infan. ex poſ. li. 8. C. tit. 52.
b Diocletia. & Maxi. in l. non filium, l. 9. de pat. pot. lib. 8. C. tit 47.
c Pœna in l. 1. §. Iulianus, & §. pœna, de lib. agnoſc.
d Diony. Halicar. in 2.
e l. fin. de pat. pot. C.
f l. necare, de libe. agnoſcen. in P.
g Aelian. li 2. de uar. hiſtor. cap. 7.
h Conſtant. in l. 1. Honor. & Theod. l. 3. de expoſit. li. 5. C. eod. Theod. titul 7.
i Conſtant. in l. 1. de his qui ſanguinol. emp. uel nutrien. accepe. eo lib. C. Theod. c. 8.
k l. 2. de liber. cauſa in P.
l l. crimen paternū, de pœn. in P. l. ſancimus, C. eod.
m l. 3. de infan. expoſ. C.
n Quintil. lib. 7. c. 1.
o Diocl. & Maxi. l. patrē, l. 16. de nupt. li. 5. C. tit. 4.
p Valent. Val. Gratian in l. 2. de infan. expo. C.
q Honori. & Theodo. in l. 1. tit ne paſtor filij dent nutri. li. 9. C. Theod. tit. 31.
r Aul. Gelli. li. 12. c. 1.
s ubi ſup.
t l. fi. de cōſul. libr. 12. C. & in conſtitu. conſtitutio quæ de dignit. &c in au then colla. 6 §. filiusfamilias, quib. mod. ius pat pot ſol. l. fi. de decurio. lib. 10 C.
u Dionyſ. Halicar. in 2.
x Caſſiod. li. 8. uaria. epiſt. c. 1.
y Idem, libr. 6. Var. cap. 2.
z Gruchius, li. 2 de comit. Romano. c. 4.

lus.[a] Maior tamen hæc dignitas patritiatus, quæ faciebat patrem totius Reipub. ut notat Suidas & Budæus.[b] Vlpianus quoque[c] in poteſtate parentum eſſe deſinere tradit eos, qui in flamines Diales inaugurantur, & quæ in uirgi
7 nes Veſtæ capiuntur. Flamen Dialis unus Ioui erat cõſecratus, quem Numa inſigni ueſte, curulique ſella adornauit. Solus, ut Varro ait, albo galero uſus, eo quòd flaminum eſſet maximus, dignitas, iuraque & priuilegia propemodum regia illi conceſſa, quæ refert Gellius,[d]
8 Plutarchus,[e] Varro,[f] Dio. Halicarnaſſæus,[g] Liuius.[h] De Veſtali quoque lex antiqua, ut uirgo Veſtalis ſimulatque capta atque in atrium Veſtæ deducta, & pontificibus tradita eſſet: eo ſtatim tempore ſine emancipatione, ac ſine capitis minutione, è patris poteſtate exiret, & ius teſtamenti faciendi adipiſceretur, ut authores Dionyſius Halicarnaſſæus,[i] Gellius,[k] & alij.
9 Tertio ſoluitur emancipatione poteſtas, dum pater coram magiſtratu legitimo profitetur, ſublatis antiquorum circuitibus de quibus ſuprà diximus, ſe eũ è poteſtate manuve ſubmittere.[l] Trina autem emancipatio ad hoc, ut plene iuris ſui eſſet filius, olim requirebatur lege 12. tab. in filijs primi gradus. Cæteri autem liberi, præter filium, tã maſculi, quàm fœminæ, una mancipatione & manumiſſione ſui iuris
10 fiebant, ut ait Vlpianus.[m] Quarto, lex eſt Numæ,[n] *Si pater permiſerit filio uxorem ducere, futurã bonorum & ſacrorum iuxta leges participem, patri poſt hac nullum ius eſto uendendi filium.* Vnde ex eo imminuta, & ſi non ſublata cenſeatur poteſtas. Et nunc in Gallia ex conſuetudine quorundam locorum, filius ducens uxorem habetur pro emancipato, & ut ſui iuris in omnibus acquiſitionibus, ut apud Bituriges.[o] Et hanc cõſuetudinem & ſtatutum ſi fiat hac de re, ualere ait Bartolus.[p] Receptumque conſuetudi
11 na Senonẽſi,[q] Bleſenſi,[r] Burgundiæ.[s] Quinto, tacitè præſumitur emancipatus filius, ſi pater eum diu paſſus ſit res eius, ut patremfa. gerere, ex reſcripto Antonini.[t] Paulus autem Iuriſc.[u] *diu* uerbum decennium interpretatur, ad præſcribẽdam libertatem ſufficiens tempus, quando manumiſſio à non habente poteſtatem facta fuit. Sine autem manumiſſione Diocletia. & Maximianus bonæ fidei poſſeſſionem pro libertate 20. annorum præſcribunt.[x] Et ita hodie ſeruari tradunt Andr. Barbatia,[y] Baldus,[z] filiumfa. qui per 20. annos ſeorſum à patre habitauerit negotiando ut emancipatus, pro emãcipato haberi. Meminit & Conſtant. Harmenopulus[a] nouellæ conſtitutionis Cæſaris Leonis, qua filius habetur pro tacite emancipato, qui, non contradicente patre, ſibi certum & ſtabile uiuendi genus delegit, ſi res ſuas prudenter & ſtudioſe gerenti minime aduerſatus eſt, per ſe uiuere eum permittens, quamuis necdum ad eam peruenerit ætatem, qua matrimonium cõtrahere poſſit. Quia ex diuturnitate temporis omnia præſumuntur ſolemniter acta, omniaque neceſſaria ſolemnitati ſupplentur, ut in alijs.[b] Et ideo non officit reſcriptum Dioclet. & Maximiani,[c] quo deciditur, non nudo conſenſu patria poteſtate liberos, ſed ſolemni actu liberari: nam hoc ſilentio paterno, neque nudus conſenſus, ſed ſolemnis præſumitur. Sed & hic tempore breuiori ex conſuetudinibus ſingulorum locorum liberari poteſtate obſeruabis, ueluti ſi per annum Burdegalę ſeorſum filius habitauerit à patre.[d] In Burgundia quoque ſeorſum à patre habitans, pro emancipato
12 habetur.[e] Sexto tradunt Interpretes[f] ex generali conſuetudine Galliarum maiorem 25. annis poſſe eſſe in iudicio, ut ſupra diximus in effectibus huius poteſtatis, ſine authoritate patris, poſſe teſtari, codicillari, & contrahere, eo quòd habeatur pro emancipato, taliſque reputetur.
13 Poſtremo ſoluitur patria poteſtas morte naturali filij, aut patris, dummodo poſtea nepos incidat in aui poteſtatem:[g] quæ & in morte ciuili contingente locum habent.[h] Suſpenditur autem poteſtas capto patre ab hoſtibus,[i] nam & eo poſtliminij iure reuerſo, eandem recipit: ſicuti & deportatus reſtitutus.[k] *Si patri,* inquit Vlpianus,[l] *uel filio aqua & igni interdictum eſt, patria poteſtas tollitur, quia peregrinus fit is, cui aqua & igni interdictum eſt. Neque autem peregrinus ciuem Romanum, neque ciuis Romanus peregrinum in poteſtate habere poteſt.*

Syntagmatis iuris uniuerſi Libri Undecimi Finis.

a Dio. Halicar. in 2.
b Budæ. in annotat. prio. ad P. in l. 1. de ſenato.
c Vlpia. in lib. fragment. ſeu tit. tit. 10. in fi.
d Aul. Gell. li. 10 c. 15.
e Plut. lib. problem. proble. 42. & 48
f Varro. in 5. de ling. Latin.
g Dion. Halic. in 2.
h Liuius, in 5.
i Halic. in 2.
k Gell. lib. 1. c. 12.
l l. pen & fina. de emanc. libe. C. §. præterea, quib. mod. ius pat. pot. sol.
m Vlp. in titu. ex corpore iuris, tit. 10.
n Dion. Halic. in 2.
o in conſuetu. Bitur. tit. de iure & ſta. perſo. § 2
p Bar. l. ſi mari tus, §. legis Iuliæ, ad l. Iul. de adult.
q Couſtum. de Sens, titul. de Bail. art 148.
r Couſtum de Blois, titul. de l'eſtat des perſon. artic. 1.
s Bourgogn. titul. des enfans de plusie. lictz, § 1
t Antoni. l. 1. de emanc. libe. lib. 8. tit. 47.
u Pau. in l. ſi cũ fideicõmiſſa, l. 16. §. Ariſto, q & a quib. manumiſ. li. non ſunt. lib. 40. P. tit. 9.

x Dio. & Maxi. in l. 2. de long. temp. præſcrip. q pro libertate, non contra libertatem opponitur, lib. 7 C. titu. 22.
y Andr. Barba. in l. ſi cõdum, col. 3 in fi. uerſic. & adducta, de uer. obl
z Bal. in l. poſt mortem, de adopt
a Harmenop. libr. 1. prompt. tit. 18.
b l. qui in aliena, §. ſed ſi nõ, de acq. hæred. in P. l. cum de in rẽ uerſo, de uſur. l. hoc iure, §. ductus aquæ, de aq. quoti. & æſti. l. 1 § denique, de aq. plu. arc. l. ſciẽdum, de uer. obl.
c Dio. & Max. l. nõ nudo, l. 3. de emanc. libe. lib. 8 C. tit. 49
d §. 1. de iſta perſo. in cõſue. Burdega. & ibi Ferronus.
e in conſuetu. Burgun. tit. des enfans de pluſi. lictz. § 3.
f Bal. in c. 1 §. 8. de duob. fratrib. Alex. in l. ſi. qui teſta fac. poſſ. & alij ſoppleti.
g § 1 qb. mod. ius pat. pot. ſol. l. nepotes, de ijs qui ſunt ſui uel alien. iur. in P.
h § cum autẽ, quib. mod. ius pat. pot. ſol. l. ſi quæ pœna, de ijs qui ſunt ſui uel alie. iur.
i l. in bello, §. ſi quis capiatur, de capt. P. §. ſi ab hoſtibus, de tit. quib. mod. ius. Vlpia. in titul. tit. 10.
k l. ſi. §. minores, de ſenten. paſſ. reſtitu. lib. 9. C.
l Vlpi. in fragmen. ſeu titul. tit. 10.

DE TVTORIBVS ET TVTELA.

Liber Duodecimus.

De Tutoria poteſtate, & Tutelis in genere. Cap. I.

Lib.1. Inſt. tit.13. Lib.5. C. tit.28. Lib.26. P. tit.1.

1 *Continuatio libri.*
2 *Perſonarum alia diuiſio, in eas quæ in ſuam tutelam uenerunt, Et quæ non uenerunt, & quæ tutelam aliorum habent.*
3 *In tutela ſua qui ſunt.*
4 *Pupillus, & impubes quis dicatur.*
5 *Orphanus quis.*
6 *Tutores qui, & quare, & tutela.*
7 *Tutelæ perſonarum cur introductæ rationes, primaq; à naturali hominum omniũ coniunctione.*
8 *Tutela ſeu curatio diuina & humana. Humana alia inuitis, alia uolentibus imperat.*
9 *Tutela & cura minorum & ſubditorum in utilitatem eorum inducta.*
10 *Tutorũ & curatorũ fides maxime cur deſiderata.*
11 *Pupilli alendi, ubi ſine ſuſpicione ali poſſunt.*
12 *Pupilli pupillæve a tutoribus debent inſtrui, & moribus bonis erudiri.*
13 *Tutela proſpicit & rebus minorum.*
14 *Q. Fabij Maximi filio ob prodigalitatem bonis interdictum.*
15 *Tutor Senatori prodigo, ut pupillo, datus à Tiberio.*
16 *Tutores etiam filiabus puberibus dati.*

1 SVblata è medio uel è uiuis
patria poteſtate, diximus
filios ſui iuris effici: hoc ta
men aliam recipit inter-
pretationem. Vt interdũ
non plenè ſui iuris efficiã
2 tur, aliquando plenè. At-
que ideo alia diſtinctio perſonarum conſide-
randa eſt, ratione ætatis filiorum poteſtate libe
ratorum: ut perſonæ aliæ dicantur in ſuam tu-
telam perueniſſe, aliæ ſub tutela alterius eſſe,
3 alię curam & tutelam aliorum habere. In ſuam
tutelam perueniſſe dicuntur, habita ratione &
ſtatus eius, de quo ſermo habetur, & mentis e-
ius qui loquitur, minores & impuberes quidem
puberes facti. At pubes tutelam ſuam adeptus
dicetur, qui ad legitimam 25. annorum ætatem
peruenit: no furioſo, prodigo, & eo cui ob cauſã
prætor curatorem dedit, quando cura & tutela
liberatur. Interdum & in filiofam. is in tutelã
ſuam perueniſſe dicitur, qui etiam in ſuam po-
teſtatem uenit, id eſt, quando à patris liberatus
eſt poteſtate, & pubes fit, ut omnia proſequitur
& explicat Vlpianus.[a] Propriè tamen & ſim-
pliciter in ſuam tutelam peruenit, qui eius æta
tis eſt, quæ amplius tutore non indiget, ſi ma-
ſculus ſit 14. annorum & fœmina uiripotens
4 12.[b] Ea enim ætate finitur, ut docebimus Deo
ſauente poſtea tutela. Porro qui intra eam æ-
tatem eſt, pupillus eſt, ſeu impubes dictus, ſiue
ſit in poteſtate patris,[c] ſiue extra poteſtatem: ſi
quidem uox communis eſt à puppo, id eſt, pue-
ro & minore declinata. Verumtamen cum alio
nomine dicatur qui in poteſtate patris ſit com-
muniter, qui caret & eſt priuatus intra illam
ætatem cura & officio patris, pupillus dicitur.
Et ita cum Pomponio Iuriſc.[d] pupillus eſt,
qui cum impubes eſt, deſijt in patris poteſtate
5 eſſe, aut morte, aut mancipatione. Orphanum
uocant Græci, quod tamen nomen D. Hierony
mus ei adſcribit qui patre & matre quoque ca-
6 ret. At qui in locum parentum, intra eam æta-
tem ſubſtituuntur, ut curam habeant perſona-
rum pupillorum, & bonorum eorum, tutores
dicũtur, quaſi tuitores:[e] & munus ipſum, quod
gerunt & officium, tutela. Quanquam & ad a-
liam ætatem, ſed tamen minus proprie tranſ-
feratur appellatio tutoris & tutelæ: nam ratio-
ne generalis ſignificationis nominis tuitionis,
quicunque etiam alios, quàm impuberes defen
dunt & tuentur, dici poſſunt tutores, ut & ali-
quando eo nomine curatores ſignificantur cu-
iuſcunque generis, & tutelæ pari modo appel-
latio generalis eſſe poteſt, ad omnem defenſio-
nem, quam idoneus paterfam. faceret.[f] Sic tu-
telam corporis dixit Florentinus.[g] Et Cicero[h]
mulieres ait fuiſſe olim in perpetua tutela, pro
pter infirmitatem conſilij. Nam, ut ait Liuius,[i]
maiores noſtri noluerunt, eam nihil neque pri
uati negotij ſine tutore agere. Nunc porrò non
de illa generali defenſione, ſed impuberum, in
7 ſtituta eſt nobis tractatio. Cur autem placuerit
tutelam hanc perſonarum introducere, audia-
mus rationes. Prior itaque ex naturali homi-
num mutua cõiunctione pendet: cum enim na-
tura cognationem quandam inter omnes ho-
mines conſtituerit,[k] intereſt etiam hominis
alium ope egẽtem affici beneficio,[l] & à ſapien
tioribus imprudẽtes regi. Sicuti enim à ſuperio
ribus pendent inferiora, prouidentia & tutela
diuina, ſic inter inferiora qui ſibi proſpicere ne
queunt, ab alijs regantur, alijſve ſubijciantur
ad eorũ, & quæ illorum ſunt cõſeruationem, ex-
8 pedit. Sic Plato[m] curatorem diuinum, & huma
num cõſtituit curatorem: & rurſum, curationẽ
humanam, in eam quæ inuitis, & eam quæ uo-
lentibus proſpicit & imperat, diuidit. Imperat
inuitis etiam publice rex & tyrannus, ſed rex
ut plerunq; uolentibus, iſte autẽ ſemper inuitẽ-
9 tibus ui. In priuata curatione dominus & tutor
proſpicit, ſed ille fere ex arbitrio, hic ex legis
pręſcripto, & ut pater filijs, & rex bonus ſubdi-
tis. Si recuſẽt autẽ pupilli, & inuiti ſubijciũtur:
& proinde D. Paulus dixit.[n] *Quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, cum ſit tamen dominus omnium bonorũ, ſed ſub tutoribus, quòd & curatoribus eſt uſque ad tempus pręfinitum à patre.*

a Vlp. in l. cum filiofa. l. 41. de lega. 3. lib. 32. P. tit. 1.
b Paul. l. ſi filia familias, l. 40. eod.
c l. ſi §. ſi pupillus, de uerbor. ut l. in ſt. l. ſi in ſanu, § pen. de iur. deliber. lib. 6. C.
d Pompo. l. pupillus eſt, l. 239. de uerb. ſign. li. 50. P. tit. 16.
e §. tutores, de tutel. ap. Iuſtinia. Pla. lib. 11. de legib. l. tutoris præcipuum officium, de adminiſt. tuto. libr. 26. P. tit. 7. l. fin. eod. tit. C.
f l. generaliter, l. 12. de adminiſtr. tuto li. 26. P. tit. 7.
g Florent. in l. ſcimſ. in l. 3. de iuſt. & iur.
h Cic. pro Murena, & Cucin.
i Liuius, li. 34.
k l. 3. de iuſti. & iur. P.
l l. ſeruum ex lege, de ſeruis export. in P. & 2. officior. Cicer. explicat.
m Plato, li. de regno, uel in ciuili.
n D. Paul. ad Galat. c. 4.

Habenturque tutores, quòd pertinet ad proui-
dentiam pupillarem, loco dominorum, ex re-
ſponſo Pauli Iuriſconſ.[a] Et naturali iuri conue
niens eſt, ut ij qui perfectæ ætatis non ſunt, al-
terius tutela regantur.[b] Sic Cicero,[c] *ut tutela,
ſic procuratio reipub. ad utilitatem eorum qui com
miſſi ſunt, non ad eorum quibus commiſſa gerenda
eſt.* Quod & de curatoribus dictum fuiſſe intel
ligo, qui & dari uidentur, ut opem ferant ijs
qui per ætatis infirmitatem rebus ſuis pertra-
ctandis uel ſibi non ſufficiunt,[d] aut propter cō
10 filij ſeu mentis inopiam.[e] Solent & idcirco pa
rentes, quibus data eſt libera poteſtas deligen-
di filijs ſuis tutores, qui poſt mortem eorum pa
ternum hoc officium præbeant, eligere amicif
ſimos, ut ſcribit Paulus.[f] Lexque & mores pari
ter ab hoc officio maximam fidem repoſcunt.
Quamuis enim quæſitum fuerit cum maxima
controuerſia & diſceptatione ſeniorum & ſa-
pientum, de gradu & ordine officiorum in ho-
mines: conueniebant tamen facilè, conſtabat-
que ex moribus populi Romani, primum iux-
ta parentes locum tenere debere pupillos fidei,
tutelæque noſtræ creditos: ſecundum eos, pro-
ximum locum clientes habere, qui ſeſe itidem
in fidem patrociniumque noſtrum dederunt:
tum in tertio, hoſpites: poſtea, cognatos, affi-
nes ut eſt apud Aulum Gellium.[g] Et Plato,[h]
Qui fœminam, inquit, *maremve tutatur, & qui de
legum cuſtodibus,* id eſt, *de magiſtratibus, tutorem
obſeruare iuſſus eſt, non minus orphanos, quàm ſi
genuiſſet eos, diligat, neque res illorum ſecus, quàm*
11 *ſuas gubernet, imo etiã affectu animi melius.* Quò
fit, ut omnis ſuſpicio ſiniſtra debeat in hac ad-
miniſtratione & poteſtate tolli, decretumque
ſit ibi alendum tãtum pupillum, & apud eum,
de cuius fide non dubitetur, ex affectionis uel
12 propinquitatis propenſa ratione.[i] Altera ra-
tio tutelarum pupilli, mores reſpicit: quòd in-
terſit reipub. bonos habere ciues & probos, &
idcirco in iuuenili ætate eruditione ꝓba infor-
mari, ut tales in uiros euadant, qui reipub. au-
xilio & honori ſint. Illud autem congruentius
aſſequi non poſſumus, quàm præficiendo im-
puberibus rectorem domeſticum, nempe patre
orbatis, alium qui eorum curam obeat: datur
enim potiſſimum perſonę,[k] & poſtmodum ex
conſequentia rebus eiuſdem. Quamobrem tu-
toris munus præcipuum procurare pupillum
inſtitui bonis moribus & diſciplinis, uel arti-
ficio,[l] imo & pupillam olim liberalibus diſci-
plinis erudiendam tradere moris erat:[m] eaſque
pupillis imputat expēſas, ueluti legitimè factas
tutor.[n] *Omnis ætas,* inquit Concilium Toleta-
num,[o] *ab adoleſcentia in malum prona eſt ideo ſi
aliqui in clero pupilli exiſtunt, ſacerdotali tutela fo-
ueantur, ut & uita eorum à criminibus intacta ſit,*
13 *& res eorum ab iniuria impiorum.* Tertia ratio
proſpicit rebus per tutoriam adminiſtratio-
nem: *Melius enim,* inquit Iuſtinianus,[p] *eſt iniu-
cta poteſtate alterius, iuueniles coarctare calores: ne
cupidini dediti, triſtem ſentiant exitum, qui eos per
diſperſum ſequitur patrimonium.* Meliuſque eſt
proſpicere & occurrere periculo abalienatio-
nis illicitæ patrimonij, quàm poſt diſperſum re
ſtitutioni in integrum operam & auxilium im
partiri.[q] Et intereſt reipubl. ne quis re ſua ma-
la utatur:[r] nam bonum publicum reſpicit con-
ſeruatio rerum, ut in uſucapione obſeruatum
14 eſt.[s] Qua ratione legimus, Quintum Pompe-
ium prætorem urbanum, Q. Fabij Maximi fi-
lio degeneri bonis interdixiſſe paternis. Neque
in tanta ciuitate qui illud decretum reprahen-

a Paul. l. tutor qui tutelam, l. 24. de admini. tut. lib. 26. P. titu. 7.
b § fi. de Attil. tuto.
c Cic. 1 offic.
d l. quod ſi for te, l. 14. § pe. de ſolut. P. l. non quali ipſo iure, l. 2. § ſi rem pupilli ſal. for. in P.
e § furioſi, de curator. li. 1. In ſti. tit. 23. l. con ſilio, de curat. furio. C.
f Pau. l. amiciſ ſimus, l. 39. de excuſa. tut. lib. 27. P. tit. 1.
g Galli. libe. 5. cap. 13.
h Plato, li. 11. de legi.
i l. 1. & 2. ubi pupil. edu. deb. in P. l. 1. & 3. de alimen. pupill. præſtand.
k § datus, de excuſat. tutor. cum ſimil.
l l. cũ plures. §. cum tutor, de admini. tuto. l. fi. C. de alimẽt. pupil. præſt.
m l. qui filiã, ubi pupi. educ. deb. in P.
n l. 2. de alen. lib. l. 2. de alim pup. præſt.
o Concil. Toletan. in ca. omnis ætas, 12. q. 1.
p Iuſtin. in l. fi. § ipſum autem filium, uel. melius, de bo. quæ liber. C.
q l. fi. in quib. reſtitu. non eſt neceſſ. l. 1. qui. lic. ſine iudi. ſe uindic.
r § fin. de iis qui ſunt ſui uel alie. iur. l. 2. eo. in P. l. ſernum. § publicæ, de procura. in P.
s l. 1. de uſuca. in P.

deret inuentum fuiſſe. *Doſtea enim,* inquit Val.
Maximus,[t] *homines ferebant, pecuniam, quæ Fa-
biæ gentis ſplendori ſeruire debebat, flagitijs deijci:
ſic quem nimia patris indulgentia hæredem reliquè*
15 *rat, publica ſeueritas exhæredauit.* Scribit & Dio
Caſſius,[u] Tiberium Cæſarem Senatori cui-
dam luxurioſè uiuenti, tutorem, quaſi eſſet pu-
pillus, dediſſe. Vlpianus in titulis,[x] *Tutores,* in-
quit. *conſtituuntur tam maſculis, quàm fœminis:
ſed maſculis quidem impuberibus duntaxat, propter
ætatis infirmitatem: fœminis autem tam impuberi-
bus, quàm puberibus, propter forenſium rerum igno
rantiam.*

t Val. Maxi. li. 3. c. 5.
u Dio Caſſius, lib. 57. circa finem.
x Vlp. in ti. 11.

De finitione Tutelæ. Cap. II.

1 *Tutela quid.*
2 *Tutoria uis ad quid cogat.*
Tutor inuitus fit, & inuito datur, eod.
Curator non utique.
3 *Tutelæ quare potius poteſtas in capite libero, quam in caput liberum dicatur.*
4 *Tutor uel curator ſeruus eſſe nequit, nec ſeruis datur.*
5 *Tutoris authoritas quid, & quare conceſſa.*
6 *Tutor rerum & perſonarum curam habet pupillorum, curator potiſſimum rerum.*
7 *Authoritas tutoris in quibus negotijs pupillorum non exigitur, & exigatur.*
8 *Authoritas tutoris eſſe debet præſentis & intelligentis tutoris, ratumque habentis.*
9 *Authoritas & conſenſus tutoris duo ſunt, quæ ſeparari poſſunt.*

1 T*Vtela, eſt uis & poteſtas in capite libe
ra, ad tuendum eum qui propter æta-
tem ſe defendere nequit, iure ciuili da
ta uel permiſſa.*[y] Quæ finitio Seruij
Iuriſc. eſt abſoluta, totam ſubſtantiam defini-
ti continens, totiuſque materię & formæ tracta
2 tionis tutoriæ ſeriem. Vim in primis habet co-
gentem tutela, quia & inuitus fit tutor,[z] & in-
uitus accipit tutorem.[a] Et ideo ille, ſi ſe non ex
cuſauerit à tempore quo ſciuerit ſe datum, etſi
non geſſerit, obnoxius eſt tutelæ:[b] hic autem
nec ſibi eligere tutorem poteſt.[c] In quo differt
à pubere, qui curatorem poteſt ſibi deligere,[d]
etſi cogatur aliquem accipere.[e] Proinde geſta
à tutoribus perinde rata ſunt, ac ſi à dominis ip
ſis maioribus factis pupillis gererentur, ſiue cũ
præiudicio, ſiue cum commodo illorum fiant.[f]
Vſque adeo, ut facto & negligentia tutoris, pu-
pillus immeritus alioquin priuetur delata ſibi
& debita ſucceſſione: tenetur tamen idem tu-
tor damnum omne pupillo reſarcire.[g] Eoque
pertinet actio tutelæ, de qua, ſi Deus permiſe-
3 rit, poſtea. Dicitur in finitione poteſtatem in ca
pite libero tutelam eſſe, ut à ſeruili, de qua ſuo
loco, differre intelligamus. Et uis & poteſtas
in capite libero hic, loco generis ſunt: Nam nō
ſolum pupilli liberi ſunt ſub poteſtate, ſed e-
tiam filij alij, ut diximus, & uxor in poteſta-
te mariti. Reliqua, ad tuendum eum &c. lo-
co differentiarum ſunt. Dixit autem in hac
finitione Seruius, in capite libero, non ut a-
lij uoluut, in caput liberum, ſicut Theophilus
exprimit.[h] In eo enim minus dixiſſe, quàm
Seruij finitio apud Vlpianum, & apud Iu-
ſtinianum referat,[i] uidetur: ſicuti & in eo,
quòd non meminit in ea finitione de data,
ſed de permiſſa tantum tutela. Verba Theo-
phili

y l. 1. de tutel. in P. §. eſt autē tutela, eod. ap. Iuſtinia.
z § ſed ex his, de Attili. tuto. apud eundem Vlp. l. 1. de adminiſt. tut. lib. 26. P. tit. 7.
a Vlpia. l. nec non, l. 6. de tut. & curat. da. ab iis. &c. eod. lib. titu. 5.
b d l. tutor. 12. & l. & ſi ſciſſet, 2. de admi. tut. li. 5. C. tit. 38. l. quidam decedens, l. 2. § fin. eod. tit. in P.
c l. 2. de tutel. in P.
d l. 3. § ſi pupillus, eod.
e §. item inuiti, de cura. ap. Iuſtinia.
f l. cũ plures, §. 1. de admini. tuto. in P.
g l. Polla, § fi. de iis quib. ut indig. C. l. ſi tutoris uel curatoris culpa, de adminiſt. tuto. lib. 5. C.
h Theophil. in §. æquã in perſonis, de tutel. libe. 1. Inſtitut. tit. 13.
i Vlp. l. 1. de tutel. in P. § 1. eo. ap. Iuſtinia.

phili hæc ſunt, *Tutela eſt, ut Seruius definit,*
ius quoddam ac poteſtas in liberum caput data, &
ad tuendum eum inuenta, qui per ætatis imbecillita
4 *tem ſe defendere nequit, iure ciuili permiſſa.* Dico
igitur latius patere uerba in libero capite,
quàm in liberum caput: quia & qui tutorem
ſeu curatorem accipit, liber uel ſtatuliber,
non ſeruus eſſe debet,[a] & qui tutor curator-
ve etiam datur.[b] Nam ijs qui ſerui ſunt, ſa-
tis proſpectum eſt dominica poteſtate, tute-
laque eorum penes dominos eſt:[c] eamque
oportet manere dominis imminutam.[d] Si
autem ſeruum liberis ſuis tutorem relinquat,
intelligitur quoque ei libertatem reliquiſſe:[e]
nam conceſſo conſequente, & antecedens,
quo ad id perueniri poteſt tantum, conceſſum
exiſtimamus.[f] Niſi quis eum ſeruum tuto-
rem dederit, quem liberum exiſtimaret: tunc
5 enim nec liber, nec tutor erit.[g] Adijcitur fi-
nitioni, *ad tuendum eum &c.* Hinc tutores à
tuendo dictos monui: tuitio autem eſt autho-
ritas ea ratione & contemplatione conceſſa,
ut toties adhibeatur, quoties opus eſt: hæcque
in poteſtate conſiſtit, etſi in actum non perue-
niat tuitionis, id eſt, etſi non interponatur. Po-
teſt namque aliquando ad eum modum com-
poſitum eſſe patrimonium pupilli, ut interpo-
ſitione authoritatis non indigeat.[h] Authori-
tatem autem præbere nihil aliud eſt, quàm
6 probare quod geritur.[i] Quem defendit prin-
cipaliter & tuetur tutor, pupillus eſt:[k] acceſſo
rie quoque & eius res, ut nec deductis rebus
eius uel certis teſtamento dari poſſit.[l] Qua
nota etiam differt tutela à curatela, quòd illa
& uniuerſo patrimonio etiam detur: iſta au-
tem, & certarum patrimonij poſſit eſſe.[m] Et in
ſomma, tutor omnibus quæ nocere uel dam-
no eſſe poſſunt pupillis, ſi geſta uel contempta,
negligenterve pertractata fuerint, adeſſe de-
7 bet. Colligimus autem contraria concluſio-
ne, in his quæ minor ſui incommodo gerit, &
quæ fiunt cum ſuo compendio, non ualde ne-
ceſſario aut omnino ad actum firmandum nõ
exigi tutoris authoritatem,[n] utpote ceſſante
ratione tutelæ,[o] quæ ad defendendum & tuen
dum inducta eſt. Neve quod in fauorem illo-
rum conſtitutum indultumve eſt, in eorũdem
conuertatur iniuriam.[p] In adiaphoris tamen
& dubijs actibus, num utilitas uel incommo-
dum gerentibus pupillis poſſit accidere, ſatius
erit iuxta legum præſcripta, non pupillis ſolis
fidere, qui ſpecie apparentis commodi poſ-
ſent ex conſequentia damnis inuolui, ſed in
his intercedere & præire tutoris authoritatem.
Veluti ſi de adeunda hæreditate agatur,[q] quæ
uidetur opipara & locuples, cum tamen poſ-
ſit habere cæcum & latens æs alienum, uel
litium & expenſarum inexplicabiles labyrin-
thos. Intereſt autem minorum ſumptibus &
litibus non uexari, ut Vlpianus tradit.[r] Quod
& de alijs actibus iudicialibus inſtituendis reſ-
criptum eſt à Iuſtiniano,[s] *Cum cautius,* inquit,
& melius ſit, cum ſuaſione perfectiſſima & reſpon-
ſa facere minores, litemque inferre: ne ex ſua impe-
ritia uel iuuenili calore, aliquid vel dicant uel ta-
ceant, quòd ſi fuiſſet prolatum uel non expreſſum,
prodeſſe eis poterat, & à deteriore calculo eos eripe
re. Quocirca negotia quoque, quæ cũ animi iu-
dicio fieri debent, non mirũ erit requirere tuto
ris quoque authoritatẽ.[t] Exceptis quatuor caſi
bus notatis ab Accurſio,[u] in quibus ſine tuto-
re & curatore, minor iudiciũ ſubit: ſi agatur de
toro uiolato:[x] ſi de momentaneà poſſeſſione,[y]
ſi de interdicto de libero homine exhibendo:[a]
ſi uenia ætatis impetretur.[a] Quæ tamen ma-
gis ad adultos, quàm pupillos mihi pertinere
uidentur, excepta momentanea poſſeſſione.
8 Cæterum authoritas præſentis & intelligentis
eſt tutoris, qui gratum ratumque habet quod
agitur per pupillum in præſenti negotio,[b] uel
ſtatim fere poſtea:[c] nam poſt aliquam nego-
tij geſti temporis intercapedinem adhibitus
9 conſenſus, non facit authoritatem.[d] Conſen-
ſus autem ſine authoritate eſt in his, in quibus
minor nihil agit, ſed ipſe tutor: utrumque ta-
men & authoritas & conſenſus, partem faciũt
adminiſtrationis.

a l. ſi qui, & l. ſi impuberi, de tut. & cura. dat. ab his, &c. in ff.
b l. in ſeruili cõditione, qui da. tut. uel cur. poſſ. C.
c l. 1. de ijs qui ſunt ſui uel ali. iur. l. item ap. Labeon. §. prætor ait, de iniu. in ff.
d l. 9. d. titu. de ijs qui. §. ye. eo. ap. Iuſtin.
e §. 1. qui teſta. tuto. dar. poſſ. ap Iuſtinia.
f §. idem iuris, quibus ex cau. manu. non lic. l. ſi de off. eius cui manda. eſt iuriſd. in ff.
g l. ſi quis tutorem, de teſta. tu te. in ff.
h l. qui tutor negotia pupil. li, eod.
i Paul. l. 3. eod.
k §. dams, de excula. tuto. §. certæ. qui teſt. tutor. dar. poſſ.
l Vlp. in l. certarum, l. 12. cũ 3. ſeq. de teſta. tute. li. 26 ff. tit. 2. tunctis l. propter litẽ, l. 24. §. ſi. de excuſa. tut. li. 27 ff. ti. 1.
m §. item inul ti, de cura. & §. certæ, qui teſt tuto. da. poſſ. l. & ſi ad ſpeciem curator datus ſit, iẽ pupil ſal. fo. in ff.
n § 1. de auth. tut. § pupillus, de inut. ſtipu l. contra iuris regulas, de pact. ff. l. Iulianus §. ſi quis a pupillo, de actio. em pt. ff. l. 1 & 2. de auth. præſt li. 5. C. ti. 54. Caius, l. obligari, l. 9. de auth. tut. ff.
o l. adigere, §. quamuis, de iure patro. c. cum ceſſante, de appellatio apud Grego.
p l. quod fauore, C. de legib.
q §. neque tamen, de auth. tut. l. obligari, l. 9. §. pupillus, eod. ff. l. potuit, C. de iur. delib. l. pupillus ſi ſine potest, de acqui. hære.
r Vlpi. l. minoribus 25. ann. l. 6 de minor. 25. an. li. 4. ff. tit. 4.
s Iuſtini. l. clarum, l. 4. de author. præſt. li. 5. C. tit. 59. ſacra l. 1 & 2. qui legi. perſon. ſtan in iudi. hab. lib. 3. C. tit. 1. omnes ſa. l. 1. qui tut. dar. poſſ. lib. 5. C. tit. 44.
t l. in negotiis contrahẽdis, & l. pupil. uelle, de reg. iur.
u Accurſ. in §. nec tamen, in uerbo, nec ullum, de autho. tutor.
x l. ſi maritus, § lex, ad l. Iul. de adul. in ff.
y l. momentaneæ, q. legit. geſ. ſtan. in iudic. hab. C. l. 1. ſi p̃ uim uel alio mod. C.

a l. qũ & lex. §. ſed etſi mulier, de lib. homi. exhib. in ff.
a l. 1. & 2. de ijs qui uen. æta. impetra.
b l. 1. §. ſi. & l. 3. l. non multũ intereſt, l. 14. & l. obligari, § ſi. de auth. tut. in ff. §. tutor autẽ ſtatim, eod. ap. Iuſtinia.
c l. ſi quis mihi. §. iuſſum, de ac qui. hære.
d d §. tutor autem, de autho tuto. cum ſim.

De officio, cura, & adminiſtratione tu torum. Cap. III.

1 *In omni tutela & cura conſiderantur res, perſona, & geſta: quomodo.*
2 *Tutoris authoritas quando in acquirendis rebus exigitur pupillo.*
3 *Tutores & curatores ac pro pecunijs pupillorum ad uſuras non præbitis, uſuras aut quid præſtent uel pretium exactis pecunijs debitorum illorum.*
4 *Tutores & curatores eſſe appetunt, qui prędà gaudent, non boni.*
5 *Tutoris & curatoris officium in conſeruandis rebus minorum, uel pupillorum quale.*
Tutor repertorium ante adminiſtrationem facere debet, & niſi faciat, in quo tenetur. eod.
6 *Tutor repertorio facto debet geſtionis facere ephemeridem, ubi rationes conſcribat, recepta & expenſa, quas edat finita adminiſtratione.*
7 *Tutori remittere non poteſt pater rationum redditionem.*
8 *Geſta per tutorem non confecto inuentario, pro pupillis, & contra tolerantur.*
9 *Tutor reficere potius, & conſeruare res & ædificia pupillorum debet, quàm noua inchoare.*
10 *Tutoribus non conceditur adminiſtratio, niſi ſatiſdent rem pupilli ſaluam fore, exceptis teſtamentarijs.*
11 *Tutoria ſatisdatio quibus remitatur.*
Satiſdatio tutoria quid, eod.
12 *Tutores hodie etiam ſine ſatiſdatione in Gallia adminiſtrant.*
13 *Tutor ne publica uectigalia conducat, defendat pupillorum res, & pro eis agat.*
14 *Tutor rebus pupillorum debet diligentiam illam, quam ſuis bonis paterfa. adhibet.*
15 *Pupillorum & minorum res quomodo, & qua forma, & quando vendi poſſunt.*
16 *In alienatione rerum minorum requiritur cauſa.*
17 *Item 2. authoritas veri tutoris.*
Tutor ſibi authoritatem, cum pupillo gerens negotium, non præſtat directo, eod.
18 *Item 3. alienatio rerum minorum exigit authoritatem iudicis, & quæ ſit illa.*
Sine decreto iudicis vendita pupillus repetit cum fructibus, etiam non reſtituto pretio: niſi in quantum locupletior, eod.
19 *Decreti iudicis uim habet, in alienandis rebus minorum, reſcriptum principis: pręſcriptio poſt 25. annum, quinquennij, aut decem uel 20.*
Item & rati habitio.
20 *Dos conſtituta à minore ſine tutore, nulla eſt.*
21 *Res minorum venditæ repetuntur, uel uia nullitatis, vel deceptionis ſeu læſionis.*

22 *Tutores*

22 *Tutores & curatores in uendendis fructibus & mobilibus minorum, tempus oportunum debent obſeruare.*

1 QVia igitur defenſio ſeu tuitio verſa
tur in rebus, & perſona pupilli,&
in ipſa perſona tutorum : in ſum-
ma colligimus in omni tutela cõ
ſiderari res,perſonas, & geſtionem curæ. Agi-
tur autem hic,nel de rebus pupillorum acqui-
rendis ,vel de conſeruandis,vel de amittendis.
In perſonis actiue,idoneos ad hãc curam ſub-
eundam , quive poſſint excuſari, qnive reijci:
paſſiue,pupillos ipſos.In geſtione,modum,ad
miniſtrandi,qui connectitur tractationi rerum
2 & perſonarum. In acquirendis rebns,pupillo
non ſemper neceſſaria eſt anthoritas officium
que tutoris,& niſi in his,in quibus ueremur,ne
quidpiam ſubſit damni & detrimenti,ut pruxi-
mo ſuperiori capite monuimus, exemplo repu
diandæ uel adeundæ delatæ hæreditatis:[a] & a-
lijs,in quibus ſi quid minns commode uel dam
no pupilli fiat , rependitur per adminiſtratoré
illum tutorem:ut furioſo, uel puberi à curato-
3 re.[b] Hac ratione tutores à legibus,nt ſint ἐνεργὰ
χρήματα , commonentur, & pecunias pupillo-
rum ne ſteriles retineant concluſas,ſed uel ſub
fœnore mutuo idoneis dẽt,unde augeri poſſint
minorum facultates:uel in emptionem prędio
rum conuertant,[c] alioquin uſuras ipſimet per-
ſoluturi,uel ſi idonei non ſunt, extra ordinem
coercendi , ut ait Paulus.[d] Et idipſum locum
habet, ſi ipſi pecunias in ſuos conuerterint v-
ſus[e] uel neglexerint à conſocijs exigere.[f] An-
notandum tamẽ hodie ex nouella Iuſtiniani,[g]
neceſſitatem collocandi pecunias pupillares,
& adminiſtrationis minorum ad uſuram, abijſ
ſe in deſuetudinem. Et melius eſſe ἀργὰ σώματα
καὶ χρήματα.Cautumq́ue nouiſſime,pecuniam
illam non eſſe fœnerandam alioquin ſi fecerit
tutor uel curator,mutui ſubiacere periculo,niſi
ſi eius minoris,cuius ſuſcepta cura, mobilis ſit
ſubſtantia : tunc enim ſolum curator ſeu tutor
mutuare cogitur,quod ad diſpenſationem ſuf-
ficiat adoleſcentis, eiuſque rebus : Iniungitur
alioquin,ot eam caute recondat.*Quia*, ut Con-
ſtantinus ait,[h] *ipſius pecunia fœnerando uſus, nix
diuturnus,nix continuus & ſtabilis eſt:quo ſubſecu
to,intercidente ſæpe pecunia , ad nihilum minorum
patrimonia rediguntur* . Cui accedere alia ratio
poteſt periculi animæ, dum prætextu pietatis
& officij in orphanos exercendi uetitis ſeſe im-
plicat uſuris,quàm cõmemorat Iuſtinianus ,[i]
4 his uerbis.*Quoniam uideatur curatores , quicũque
Dei memoriam habent, ad curam difficulter accede
re,(Nam plurimis uolentibus ea quæ minorum ſũt,
impie in ſe uertere, amabilis eſt res & appetibilis.)
Videmus autem difficilem eſſe curatorum cauſam ,
propter fœneratorum neceſſitatem : ſancimus nul-
lam neceſſitatem ex legibus eſſe,curatoribus mino-
5 rum pecunias fœnerare* . In conſeruandis rebus
tutoris officium cautionem maximam baber,
officiumq́; eius uerſatur in eo primum, ot an-
tequam adminiſtrationem ſeu tutelam ſuſci-
piat,repertorium ſeu innentarinm,apopbaſim
ſeu indicem bonorum faciat , authoritate & in
præſentia perſonarum publicarum:[k] alioquin
nt ſuſpectus haberur & infamis, [l] tanquam do
loſè uerſatus inquantum pupilli intereſt factũ
non fuiſſe, ex iureiurando minoris condemna
tur.[m] Et idcirco qni non uult indicem conſcri-
bere poteſt etiam uincnlis , ſi uilis perſona ſit,
6 cogi.[n] Iura autem modum & formulam inuen
tarij perficiendi docent,[o] ut opus non ſit plura
de eo monere. Indicio bonorum teſtato facto,
dehinc adminiſtrationis gerendæ Ephemeri-
des,in quibus rationes & quæ recipit,quæ im-
pendit, quæ gerit, conſcribat.[p] Haſque ratio-
nes tutela finita edere & reddere cogitur.[q] Red
dere enim debet tutor,qui deponit tutelam,ra-
tionem de omnibus quæ fecit, cum facere non
deberet : item de his quæ non fecit, præſtando
dolum & culpam,& quantam in ſuis rebus di-
7 ligentiam,ſecundum Vlpiani reſponſum.[r] Vt
non poſſit teſtator ei , quem inſtituit tutorem ,
hanc rationum conficiendarum & reddenda-
sum neceſſitatem remittere , ſcilicet cauere,ut
tutor eſſet alogiſta: cũ id ad ius publicum per-
8 tinere Iulianus reſponderit.[s] Et proinde non
poſſe priuatorum ſententia comminui.[t] Tole-
rantur tamen geſta per tutores,quæ ſine inuen
tarij confectione ſunt in iudicijs & extra , pro
pupillis,& contra pupillos, ut notat Guido Pa
9 pæus.[u] Ad hãc conſeruationem bonorum per
tinet,antiqua ædificia minorum ſarta tecta ha
bere,& ne labantur fulcire,aut reficere :[x] ſicq́;
potius ædificata expedit conſeruare, quàm no
10 ua inchoare ædificia.[y] Sed & maiorem in mo-
dum cautum eſt conſeruationi rerum pupillo
rum ut non prius adminiſtratio illis conceda-
tur,quàm ſatiſdent tutores rem pupilli ſaluam
fore :[z] demptis teſtamentarijs , quorum fides
explorata à patre aliam probationem non exi-
11 git.[a] Niſi ex pluribus datis teſtamento , unus
ſolus ſatiſdationẽ offerat,ut ſolus adminiſtret.[b]
Remittitur & ſatiſdatio patrono in tutela liber
ti.[c] Satiſdare autem nihil aliud eſt,quàm datis
fideiuſſoribus ſecurum aliquem facere.[d] Con-
ſtringuntur namq́ue pro ſatiſdatione fideiuſſo
res , affirmatores ,[e] & nominatores[f] tutorum:
interdum , quoque & magiſtratus,qui non ido
neos admittunt tutores , diſtinctione tamen &
temperamento adhibitis .[g] Poſſunt enim ma-
giſtratus cogere ipſos tutores ſatiſdare , captis
pignoribus :[h] ut non immerito illis impute-
12 tur,ſi ſegniter id iuſſerint. Verumtamen Gni-
do Papæus[i] tradit,poſſe gerere tutorem admi-
niſtrationem ſatiſdatione non præſtita,ex con-
ſuetudine curiarum patriæ Delphinalis , quæ
13 ſeruatur & toleratur. Ad hoc caput etiam per-
tinet , ne liceat tutori uel curatori pendente ad
miniſtratione tutelæ , vectigalia poblica con-
ducere :[k] ne detrectet iudicium nomine pu-
pilli , ſed qnoties opus erit,& defendat & inſti-
tuat .[l] Scire quo debent ſine ea anthoritate a-
gentes , contra pupillos iudicari non poſſe , &
ſi pro illis poſſit , non interueniente tutore :[m]
14 uel reſtituendum eſſe minorem .[n] Et in ſum-
ma, tutor & curator tenentur in rebus mino-
rum eam diligentiam & curam adhibere , quã
bonus paterfamil. bona fide ſuis rebus adhi-
bere ſolet.[o] Demoſthen.[p] inter capita accu-
ſationis ſuſpecti Aphobi tutoris ſui , illud ad-
ijcit,ὅτι καὶ τὸν οἶκον οὐκ ἐμίσθωσε, τῶν νόμων κελευόν-
των, καὶ τοῦ πατρὸς ἐν τῇ διαθήκῃ γράψαντος, id eſt,
quod nec domum locauit, ut iubent leges , & teſta-
15 *mento patris cautum erat.* Quod aũt pertinet ad
diſtrahẽdas res,& tutoris ſagax cõſiliũ & autho
ritas exigitur ẽt,ſine qua pupillus non põt uen
dere:[q] ſed neque ipſe tutor paſſim põt, niſi ob-
ſeruata formula diſtrahẽdi à lege pſcripta.[r] For
ma porro cõſtat, ex Iſpectione naturę rei pupil
lorũ,& ex ſolẽnitatibus adhibẽdis.Natura rerũ
alia mobiliũ quæ ſeruãdo ſeruari nequeũt,alia
16 inutiliũ,alia utiliũ,alia immobiliũ.Olim quip
pe ex oratione habita uel recitata in ſenatu ,[s]

prohibiti

a l. ſi ad pupillum, l. 11 de author. tuto. in P. l. cum in una, § tutor, de appella. in P. cum ſimilib.
b d. l. ſi ad pupillum.
c l. 3. de uſur. pupilla. li. 5. C. tit. 56. Paul. l. ſi tutor conſtitutus, l. 16. de adminiſt. tuto. li. 26 P tit. 7.
d Pau. l. ob ſtemma, l. 50. eod.
e l. 1. de uſu. pupill. C.
f l. 2. C. eod.
g § quoniam, titu ut ij qui ſe oblig. perhib. habe. res mino. &c. in authent. coll. 6 conſti. 2. authẽ. quæ eſt, in princ. titu. C. de admi. tut.
h Conſtant. in l. lex quæ tutores, l. 22. § huic accedit, de adminiſt. tut. li. 5. C. tit. 37.
i Iuſtinian § quoniam, titu ut ij qui obli perhib ſe habe. res minor. colla 6 tit. 2. in nouell.
k Iul. in l. tutor qui repertoriũ, l 2 de adminiſt. tut. P. l. tutores, uel curatores, C. eod.
l l ſi. arbitr. tutel C.
m d. l. tutor qui repertorium.
n Vlp. l tutor, l. 3 § tutores, de ſuſpect. tut. li. 26 P. tit. 10.

o l. 8 § ſi. arbi tuto C l. ſcimus, § ſin autẽ dubius, de iur deliberat. li. 6. C § ſancimus igitur, de haer. & fal. in auth. coll. 1.
p Vlp l. 1. § officiu tutoris, de tutel & ratio. diſtrah. libr. 27. P. tit 3.
q § ho. de Atil. tutor. Modeſt. l. ſi ſine herede , l. 31. § Modeſtinus, in u. de admi. tut.
r Vlpi. l. 2. de tute. & ratio. diſtrah.
s Iulia. in l. ita autem, l. 5. quidam decedens, § 9 de adminiſt. tut. in P.
t l. nemo põt, de legat. 1. l. ius publicum , de pact. in P. l. qui cum tutoribus, de tranſact. P. cum ſim.
u Guid. Pap. q. 350. ubi plura de requiſitis ante adminiſtrationẽ tutoris.
x d. l. lex quæ tutores , § ergo, de adminiſ. tutor. C.
y l. ſi. de oper. publ. C.
z l. 1. 3 & ſi de tuto. uel cura. q nõ ſatiſde. li. 5. C. tit 42. § 1. de ſatiſd. tut. l. 1. 2. 3. 4. rẽ pup. ſal. fore in P § l. in l. legitimus, de legit. tutor. C.
a l. teſtamẽto datos, de teſta. tutel.
b d. l. teſtamento.
c l. legitimos, de tuto. dat. ab iis, &c.
d l. 4. § ſi. de fideiuſſ. & nomina. tuto. l 1. 2. 3. eod.
e l. 2 qui ſatiſ. cogan.
f § pen. de ſatiſd. tut.
g l. 1 de magiſ. conuenien.
h § ſi. de ſatiſda. tuto.
i Guid. Pap. deciſ. 130.
k l uni. ne tut. uel cur. uectig. publ. conduct. li. 5. C. tit. 41.
l l. 1. & 2. qui legit. perſ. ſtan. in iudic. hab. cum ſimil.
m l. non eo minus, C. de procurato.
n l. pen. & ſi ſi aduerſ. rem iudica. C.
o l. generaliter, & l. 2 tutoribus, de admin. tuto. in P.
p Demoſth orat. 1 contra Aphobum idipſum obijcit in primis.
q l. pupillus obligari, § pupillus uendendo, de auth tuto.
r Alex. imper. in l tutela pupillorũ, l. 7. de adminiſt. tuto. li. 5 C. tit 37.
s Vlpia in l. 1. de reb. eor. qui ſub tute. uel cura. ſunt ſine decre. non alien. uel ſuppon. lib. 27. P. tit 9.

.prohibiti ſunt tutores & curatores prædia ruſtica uel inbatbana diſtrahare, niſi id fieri patétes teſtamento cauiſſent:[a] etiam ſi irritum ſit factum teſtamentum, cum ex eo de mente teſtatis appareat:[b] etſi tantum æs alienum eſſet, ut ea rebus cæteris non poſſet exſolui. Quo caſu Prætor urbanus erat adeundus, ut exiſtimaret quæ poſſent alienari, obligative deberent. Cuius orationis prohibitio tracta eſt ad alia bona à Iuſtiniano, & ad prædia urbana ſeu ædificia, & ad mobilia, exceptis illis quæ ſeruando ſeruari nequeunt:[c] exceptis quoque neceſſarijs uenditionibus ſolemniter & rite factis. Solemnes autem dicuntur illæ ſi concurrat primum cauſa, quæ fieri uenditionem cogat, ueluti æs alienum pupilli, quod aliunde per inquiſitionem iudicis conſtet, non poſſe extenuari: cum pupillus non habeat in numerato pecuniam, non in fructibus conditis, non in redituum uel obuentionum ſpe, uel in nominibus, unde ſolui poſſit.[d] Huc pertinet neceſſitas diuiſionis, ſi maior qui rem cum minore communem habet ad diuidendum, pupillum uel eius tutorem prouocet:[e] aut ſi creditor qui pignori agrum à parente pupillo accepit, ius exequatur,[f] ſitque

17 de ſimilibus neceſſarijs.[g] Deinceps, cum cauſa alienádi ſecundo exigitur perſona & authoritas tutoris ueri,[h] non falſi, uel eius qui pro tutore haberetur.[i] Eam autem authoritatem in negotio quod cum pupillo gerit tutor, non poteſt ſibi præſtare directo, per conſequentias tamen poteſt: ut adeundo hæreditatem, cuius de-

18 bitor erat obligatus pupillo.[k] Item requiritur iudicis authoritas, quæ cauſas alienationis, & æs alienum, & debitum excutiat: decretum inquam eius,[l] quo prætermiſſo minor poſtea poterit vendicare alienata, nec tenetur pretium à tutore acceptum refundere emptori, niſi in quantum ditior factus, & quantum in ſuam utilitatem conuerſum fuiſſe conſtiterit.[m] Atque non tantum rem tanquam ſuam uendicat, ſed etiam & fructus: ſi emptor ſciuerit minoris fuiſſe, & ita decretum omiſerit,[n] omni præſcriptione aduerſum pupillum ceſſante.[o] Neque ſufficit hic, cauſas neceſſitatis uenditionis proponere iudici, niſi illæ ipſæ probétur apud acta.[p] Partes auté iudicis in hoc negotio quales ſint,

19 ordine Vlpianus deſcribit.[q] Vim tamen habebit decreti & authoritatis iudicialis, reſcriptum principis permittens alienationem.[r] Sed & præſcriptio poſt 25. annos, incipit aduerſus ius venditionis retractandæ ex defectu decreti: ſi poſt 25. annos ætatis non conqueratur de ea uéditione, intra 5. annos continuos: aut de donatione intra decennium inter præſentes, & 20. inter abſentes:[s] uel ſi expreſsè ratam habue-

20 rit.[t] Et hæc quæ de uenditione diximus, ad omnem pertinere puta alienationem, qua pupilli res deſinit eſſe.[u] Sicuti in cæteris iuris capitulis.[x] Et nominatim Cicero,[y] de dote conſtituéda ſine tutore, *Quacunque ſine tutore authore eſt*

21 *dicta dos*, inquit, *nulla eſt*. Obſeruamus autem in retractandis diſtractionibus rerum immobilium minorum, ſine ſolemnibus factis, methodum duplicem, quia iudicium de illis interpellatur. Nam aut nullam uenditionem dicimus, & reperimus uia nullitatis: & tunc, ad negotium non pertinet diſquiſitio quo pretio, uel ne an legitimo diſtractæ ſint. Aut uero per reſtitutionem agitur in integrum, & tunc pretij deceptio, & uilitas ſola irritas facit minoris uenditiones, etſi interuenerit authoritas iu-

22 dicis & tutoris.[z] Sed & in fructibus, reliquiſque diſtrahendis mobilibus, quæ debent in pupillorum utilitatem uédi, tutor & curator quoque debent tempus opportunum & utilius, & pretiũ quo pluris ueneant, obſeruare: alioquin de negligentia, & damno reſponſuri.[a] Porro in alia adminiſtratione, & actionibus, & iudicijs,[b] conſiderari curam quoque tutoris & officium, ex ſuperioribus apparuit: cum de uerbis finitionis tutelæ, *ad tuendum eum, &c.* loquebamur.

a l. 1. quan. decret. opus non eſt, C.
b l. ſi. de rebus eor. qui ſub tute. in P.
c l. lex quæ tutores, de adminiſtr. tut. C. l. ſi. ſi maior fact. alien. rat. habu.
d Vlp. l. magis puto, l. 5. § non paſſim, de reb. eor. in P. l. ob æs alienum, l. 12. C. de præd. & aliis reb. minor. lib. 5. C. tit. 71.
e l. 1. §. ſi communis res, de rebus eor. in P. Vlp. l. ſi pupillorum, eod. titu. l. pen. de præd. & aliis reb. mino. C.
f l. 1. ſi aduerſ. uen. pig. C. l. 1. §. ſi communis, & l. ſi pupillorum, l. 7. §. ſi pupillus, de reb. eor. qui ſub tute. in P.
g l. 1. de præd. & aliis reb. minor. &c. li. 5. C. titu. 71.
h l. ult. §. ſi autem, ſi propter publ. pendit. C.
i l. qui neque, l. 2. de reb. eor. in P. l. 2. de eo qui pro tuto. ſit geſſit, C. l. 3. de tuto. uel curat. qui non ſatiſd. lib. 5. C. tit. 42.
k l. 1. de auth. & conſ. tut. lib. 26. P. tit. 8. l. qd' dicimus, l. 7. & l. pupillus, eo. l. curat. quãdã, de adminiſt. tut. C.
l l. ob æs alienum, l. 12. & l. ſi. & tot. tit. de præd. & aliis rebus minor. C. l. ſi pupillus, l. 11. de reb. eor. q. ſub tutel. in P. l. l. ſi fundum, l. 13. §. 1. eod. l. lex, quæ tutores, C. de admini. tut.
m l. prædiorũ, l. 10. de præd. & al. reb. min. C.
n l. 2. & ſi. ſi quis ignorãs rem minor. eſſe ſine decre. compara. lib. 5. C. tit. 71. l. uni. de reputation. li. 2. C. tit. 48.
o l. 1. & tit. ſi quis igno.
p l. minoris, l. 5. de præd. & aliis reb. minor. in P.
q Vlp. l. magis puto. § nõ ſemper, eo titu uer. tic. de reb. eorũ qui ſub tut.
r l. 1. quan. decret. opus non eſt, C.
s l. fin. ſi maior fact. alien. fact. ſine decret. rat. habue. lib. 5. C. tit. 74.
t l. 1. & 3. ſi maior fact. rat. habuer. lib. 2. C. tit. 46.
u l. nõ ſolum, l. 4. ſi ad reſcindendam, l. 7. & 8. de præd. & al. reb. min. C.
x l. ſin. de reb. alie. non alien. li. 4. C. tit. 51. l. 8. de fun. dota. C.
y Cicero, pro Flacco.

z l. & ſi is quẽ, ad tit. de præd. & aliis reb. C.
a l. tutor qui repertorium, § ſi tutor ceſſauerit, de admini. tuto. in P. l. ſi §. ſi co. tit. C.
b l. in uniuerſis, l. 11. C qui tutm. dar. poſſ. lib. 5. tit. 44.

Quæ perſonæ tutelam gerere poſſunt. Cap. IIII.

1 *Tutrix eſſe non poteſt mulier.*
2 *Tutela quomodo, & quale munus publicum eſt.*
3 *Mater quando & quomodo poſſit eſſe tutrix filiorum.*
4 *Tutores quibus morbis repellantur à tutela.*
5 *Debitores, & creditores minorũ, num tutores uel curatores eorum eſſe poſſint.*
6 *Tutores uel curatores legatione fungentes non dantur.*
Nec qui ſe ingerunt, ſerui, milites, eccleſiaſticæ perſonæ.
7 *Tutoribus dandis, quæ in illorum perſona magiſtratus obſeruare debet.*
8 *Tutor num Iudæus non Iudæo dari poſſit.*
9 *Iudæorum impij mores, & odium in Chriſtianos. & leges in eos editæ, prohibentes Chriſtianorum commercia & conuictum.*
10 *Tutores num poſſint eſſe pupillorum Chriſtianæ & orthodoxæ fidei, hæretici.*
11 *Tutores eſſe non poſſunt viles, quibus cum teſtamenti factio non eſt, maritus uxoris, non ſocer, nurus, male moratus.*
12 *Tutores uicini quando dari poſſint.*

1 NOn omnes paſſim & indiſcriminatim perſonæ in hoc tutelæ munus uocantur, ſed quædam excipiuntur, quæ uel tutelam gerere non poſſunt: quia prohibentur, uel quia nolunt, quòd ſe excuſent, & immunitatem habeant. Proinde principio arcetur à tutela gerenda mulier,[c] propter ſexus infirmitatem: quippe quòd alienam ſubire defenſionem, munus eſt uirile:[d] & publicum & ciuile munus mulieri

2 ſubire non conuenit iure.[e] Eſt autem eius generis tutela, nempe publicum,[f] ratione authoritatis quæ tutoribus conceditur: cum ciuium & rerum conſeruatio in uniuerſum conſiderata, publicam reſpiciat utilitatem:[g] Priuatum autem adminiſtratione,[h] munus: cum priuatum ſit, quòd ad ſingulorum commoda pertineat.[i] Extra tamen iuris communis regulas, matri & auiæ concedi placuit tutelam filiorum uel nepotum:[k] atque in iſtis naturalis affectio, qua præſumuntur habere curam liberorum, ſingulari modo iuris alias excludit pugnantes præſumptiones, quæ illis prohibere poſſent. Si tamen teſtamento paterno relinquantur adminiſtratrices, dominæque, tutrices ſunt, nec alius tutor dari poteſt: quia per illa uerba, *dominam & adminiſtratricem relinqui*, cenſetur tutrix, quia & tutor cenſetur dominus bonorum pupillorũ.[l] Sed de hoc, & an minor 25. an. tutrix dari poſſit, & an teneatur renunciare ſecundis nuptijs & Velleiano, num etiam amittat ſecundis nuptijs

c l. tutela plerumque, & l. ſi. de tutel. in P. l. 2. de reg. iur. l. ſcire oportet, l. 21. de iure dut. ab his, &c. libr. 26. P. tit. 5.
d l. alienã defenſionẽ, C. de procurat.
e d. l. 2. de reg. iur. l. cum prætor, de iudic. P.
f §. 4. de excuſatio.
g l. 2. de his q. ſunt ſui uel alie. iur in P. § pen. eod. ap. Iuſtin. l. argẽtarius, §. 3. de eden. in P.
h l. athleta, l. 8. § tutela, de excuſ. tut. in P.
i l. 1. §. huius ſtudij, de iuſti. & iur. §. huius ſtudij, eo apud Iuſtinia.
k l. 1. & auth. matri, quando mul. tut. offic. fung. poſſ. C. l. omnẽ, ad Tertul. C.
l l. qui fundũ, §. ſi tutor pro empto. l. interdum, § qui tutelam, de fun.

prijs tutelam,& ad quid teneatur relicta tutrix,
& admioiſtratrix ſine redditione rationum, ui-
de late Boerium,[a] Papum.[b] Quòd ſi relicta
non ſit tutrix mater in teſtamento mariti, uel
patris, & alij aucupentur tutelam, ſi uelit tu-
telam recte & facile à principe & æquitatis
4 officina, id eſt, cancellaria, conſequetur. Se-
cundo, tutores eſſe nequeunt[c] furioſus, mu-
tus, cæcus, ſurdus, & ſi qui uno oculo tantum
orbatus eſt.[d] Tertio, perpetua ualetudine af-
flictus, arcetur à tutela: uel aliqua temporali,
quæ tamen tunc cum dandus eſt, eum tutorem
5 vrget.[e] Quarto, creditores minorum olim, ſi-
cut nec debitores, tutores eis dari poterant:[f]
hodie nequaquam.[g] Quinimo ſi ſubierint uel
acceptauerint tutelam, priuſquam iudici uere
expoſuerint debitum quale ſit, uel ius quod
habent in bonis pupillorum, amittunt debi-
tum ſi datiui tutores ſint, non etiam teſtamen-
tarij, ut placuiſſe ſenatui Gratianopolitano 6.
Februarij 1461. notat Philibertus Bugno-
6 nius.[h] Quinto loco ad utilitatem minorum
pertinet, ne illi qui in legatione ſunt, dentur
tutores uel curatores à magiſtratibus: quia per
id tempus quo in legatione funguntur, pericu
lum ad eos non pertinet.[i] Sexto, qui ſe inge-
runt, petuntque tutelas, & eaſdem pretio aucu
pantur, creandi non ſunt tutores,[k] ſed pœnæ
potius ſubijciendi, ut ſuſpecti ſe ultro offeren-
tes,[l] niſi alioquin idonei certo apparerent.[m]
Septimo militiæ armatæ muneribus occupa-
tus, nec tutor, vel curator etiam uolens, dari po
teſt.[n] Octauo, non ſeruus.[o] Nono, non de-
bent, nec poſſunt etiam eccleſiaſticæ perſonæ
tutelas ſubire. Atque concilio epiſcoporum
ſtatutum ſcribit D. Cyprianus:[p] ne quis de
clericis, uel miniſtris tutorem uel curatorem
teſtamento ſuo ſcribat, quòd ij non niſi altari,
& diuino miniſterio debeant uacare, & ora-
tionibus: & nemo militans Deo, ſecularibus
negotijs ſe immiſcere debeat.[q] Atque pro eo
defuncto in altari orandum non eſſe, qui tuto-
rem clericum dederit: imo ſacerdotem ab al-
tari dimouendum, nec pro eius dormitione of
ferendum. Quæ tranſtulit inter pontificia de-
creta Gratianus.[r] Vnde eccleſiaſticis immu-
nitas à tutelis data eſt, eccleſiaſtici muneris fa-
uore, ut non cogantur tutelas ſuſcipere, uel cu
ras.[s] Poſſunt tamen hodie ſi uelint legitimas
ſuſcipere, demptis epiſcopo & anachoretis.[t]
Tenentur tamen ad miſerabilium hominum
tutelam omnes & ad defenſionem eorum e-
tiam cuiuſcunque ſint eccleſiaſticæ gradus per
7 ſonæ.[u] Et decimo loco in ſumma cum reli-
quis, oportet magiſtratum & mores creando-
rum inueſtigare: neque facultates enim, aut
dignitas ita ſufficiens eſt ad fidem, ut bona ele-
ctio, uel uoluntas, uel benigni mores.[x] Vnde-
cimo, non caret controuerſia, num Iudæus
8 Chriſtiani tutor eſſe poſſit.[y] Placet autem
mihi non poſſe, quia cultus diuinus, & mo-
res inde corrumperentur pupilli: quamuis
Modeſtinus diſſentire prima fronte uideatur,
dum Iudæos non Iudæorum eſſe permittit. Ve
rum ſi conſideremus eorum in corrumpendis
moribus Chriſtianorum inſidum morem, ipſe
9 eodem reſponſo aperte repellit.[z] Contem-
nunt enim alios, qui ſuæ religionis non ſunt.
Et ut ait Iuuenalis.[a]

Quidam ſortiti metuentem ſabbata patrem,
Nil præter nubes, & cæli numen adorant,
Nec diſtare putant humana carne ſuillam,
Qua pater abſtinuit: mox & præputia ponunt.
Romanas autem ſoliti contemnere leges,
Iudaicum ediſcunt, & ſeruant, ac metuunt ius,
Tradidit arcano quodcunque volumine Moſes,
Non monſtrare uias eadem niſi ſacra colenti,
Quæſitum ad fontem ſolos deducere verpos.
Sed pater in cauſſa, cui ſeptima quæque fuit lux
Ignaua, & partem uitæ non attigit vllam.
Sponte tamen iuuenes imitantur cætera: ſolam
Inuiti quoque auaritiam exercere iubentur.

Nec eſt quod referam quanto odio in Chriſtia
nos flagrent, quoties ad necem uſque inſidia-
ti fuerint: proſtant enim palamque ſunt exē-
pla, ubicunque illis permiſſa fuit habitatio.
Et Conſtantinus[b] illorum in Chriſtianos o-
dium læthale conſtitutione duxit coercēdum,
Si quis, inquit, *Iudæorum poſt hanc legem, ali-
quem qui eorum feralem fugerit ſectam, & ad
Dei cultum reſpexerit, ſaxis aut alio furoris gene-
re, quod nunc fieri cognouimus, auſus fuerit at-
tentare: mox flammis dandus eſt, & cum omni-
bus ſuis participibus concremandus*. Et Theo-
doſius[c] & Valentinianus, & Gregorius IX.[d]
ademerunt Iudæis omnes adminiſtrationes &
honores, & poteſtatem inter Chriſtianos, ne
inſultent fidei noſtræ. Quamobrem cum do-
cuerimus maxime perſonæ dari tutores & mo
ribus, uiſa autem noſtra religione, ut ait Pli-
nius,[e] conſtet, certe pro religione ſtatuen-
dum erit,[f] & ſi quædam contrarium ſuadere
videantur aliquibus. Pretioſior enim cunctis
rebus anima eſt,[g] cuius uitæ magis conſulen-
dum: & ideo ſicuti ſuſpicio inſidiarum in ui-
tam minoris, prohibet, ne pupillus inter ſuſ-
pectas huiuſmodi perſonas educetur,[h] multo
magis ubi ſuſpicio eſt periculi animæ. Pro-
hibuit & Conſtantinus[i] Iudæis hæreticiſque
habere ſeruos Chriſtianos. Idipſum & ponti-
ficia iura canent.[k] Vt non immerito in ſua
poteſtate prohibeantur habere liberos. Quin
& concilio Lateranenſi ſtatutum,[l] non lice-
re Iudæis uel Agarenis, prætextu alendorum
puerorum ſuorum, nec pro ſeruitio, vel alia
qualibet cauſa, mancipia Chriſtiana in do-
mibus ſuis habere, non liberas nutrices, non
mercenarios Chriſtianos.[m] Quoniam ut ibi
ſcribitur. Iudæorum mores & noſtri, in nullo
concordant: & facile ob continuam conuerſa-
tionem & aſſiduam familiaritatem, ad ſuam
ſuperſtitionem & perfidiam, ſimplicium ani-
mos pertraherent. Et ob id etiam, in conci-
lio generali placuit,[n] ut habitu & ueſtitu eſ-
ſent diſtincti Iudæi inter Chriſtianos com-
morantes, ne latentes Chriſtianæ inſidientur
10 fidei. Duodecimo, hæc eadem quæ diximus
de Iudæis, in hæreticis obſeruanda ſunt, ut ijſ-
dem quibus Iudæi rationibus repellantur à
tutela orthodoxorum, & Chriſtianorum: ſer-
pit enim doctrina eorum, ut cancer, ſicut no-
luit D. Paulus,[o] prohibenturque eorum non
tantum conſortia, ſed etiam ſalutatio, ut nec
eis dicendum eſſe aue D. Ioannes admonet.[p]
11 Decimo tertio, non gerit tutelam turpis perſo
na, cui nec tutela cum ſatiſdatione committi
debet.[q] Decimo quarto, teſtamento tutores
ij dari poſſunt, cum quibus teſtamenti fa-
ctio,[r] ſit uidelicet paſſiua, hoc eſt, qui capere
ex teſtamento poſſint, alioquin ſi de actiua aga
tur, qui teſtamentum facere non poſſunt, & ip
ſi tutores dari poſſunt, ut filijfamilias.[s] Verum
tamen & de hac re Vlpianus, ſic ait,[t] *Teſtamēto
dari poſſunt ij, cum quibus teſtamenti faciendi ius
eſt, præter*

a Boer. deciſ. 124.
b Pap. areſtor. li. 13 tit. 3. areſto 2.
c l. 1. § moth. ſe excuſ. C. l. poſt ſuſceptū, de excuſ. tut. in P. l. 3. qui dare tut. uel cur. poſ ſunt, li. 5. C. tit. 34.
d l. frater tuus, l. 15. C. de excu. tut. lib. 5. tit. 62.
e § item propter aduerſam ualetudinē, de excuſa. tutor. l. nō ſolum, §. fi. & l. idem Vlpi. eod. in P.
f l. creditorē, l. 8. qui dar. tuto. poſſ. C. l. neq., l. 7. de excuſat. tuto. li. 5. C. tit. 62. § item propter eod. ap. Iuſtinia.
g § 1 et ij qui obliga. prohib. ſe hab. res minori. in auth. ut nō ... qui dare tuto poſſ. C.
h Bugnon. lib. leg. abrog.
i l. ſcire oportet, l. 21 § eos q in legatiōe, de tut. & cur. dat. ab ijs q ius dā. &c. li. 2. P. ti. 5. l. in omnē, eo.
k d. l. ſcire oportet, §. fi. l. 9. §. tutor qui ad alimenta, de ſuſp. tutor.
l l. quę omnia, §. 1. de procur. in P. l. ſi quemquam, de epiſ. & cler. C. l. præ ſor, § neq., de offic præſ. in P.
m Paul. l. uxori, l. 18 ad leg. Corn. de falſis, eo P. tit. 10.
n l. 4. qui dare tuto. poſſ. C. §. idem & in milite, de excu. tut. ap. Iuſtini. l. ab adminiſtratione, l. 7. de lega. li. 6. C. tit. 37.
o l. in ſeruili, l. 7. qui das tut. poſſ. C.
p D. Cyprian. lib. 1. epiſt. 9.
q 2. ad Timot. 2. c. 1. 2. 3. 4. 88. diſt. tit. ne cler. uel mona. &c.
r c. ſi. 88 diſt.
s l. generaliter. de epiſ. & cler. ca. generaliter, 16 q. 1.
t §. amabilem, de ſanct. epiſc. colla. 9 authēt. presbyteros, de epiſc. & cler. C.
u c. peruenit, 86. di. ca. decreuit, 88 diſt. ca. licet, 87 di. c. generaliter, 16 q. 1.
x l. ſcire oportet, l. 11. § pen. de tuto. dat. ab ijs, &c. in P. l. in confirmando, de teſtam. tut.
y Agitat hanc quæſt. Iaſ. in l. 3 de inſt. & iur. Bar. & alij, in l. ſpadonem, §. tam autem, de excuſa. tut.
z Modeſt. in l. ſpadonē, l. 17. de excuſ. tutor. in P.
a Saty. 14.

b l. 2. de Iudæ. li. 1. C. tit. 12.
c l. fi. eod.
d c. cu ſpecialiter, ca. 13. de Iudæ. ap. Gregor.
e Plinius.
f l. ſunt perſonæ, de relig. & ſumpt. funer. in P.
g l. ſancimus, de ſacroſan. eccleſ. C.
h l. 1. & fi. ubi pupil. educ. debe. in fi. l. fi. C. eod.
i l. 1. ne Chriſtia manci. hæreti. uel Iudæ. habe. lib. 1. C. tit. 19.
k c. 2. de Iudę. li. 5. Decre. tit. 6
l c. Iudæi, ſub cap. 5. eod.
m c. ad hæc, c. 5 eo. c. & ſi Iudæos, c. 13. eod.
n in c. in nonnullis, 15. de Iudæ.
o ad Timot. 2.
p 2. D. Ioann. epiſt. c. 1.
q l. teſtamēto datos, l. 17. de teſta. tutel. lib. 26 P. tit 2.
r l. teſtamento tutores, l. 21. eod.
s §. 1. qui dare tut. poſſ. apud Iuſtinia. Vlp. l. ſi quis, l. 18 §. fi. de excuſ. tut. in P.
t Vlp. in titulis iuris, tit. 12.

eſt, præter Latinum Iunianum : nam Latinus habet quidem teſtamenti factionem, ſed tamen tutor dari non poteſt, id enim lex Iunia prohibet. Et lex Iunia tutorem fieri iubet Latino impuberi eum, qui ante manumiſſionem ex iure Quiritium fuit. Decimoquinto mariti etiam tutores uel curatores uxoris, dici non poſſunt datitij:[a] quia iure ipſo Romano molieres ſunt in tutela & cura maritorum, ut diximus in poteſtate in uxores. Decimo ſexto, nutui ſuæ nemo curator dari poteſt.[b] Decimo ſeptimo, quando ex inquiſitione magiſtratuum uel præſidum dantor tutores, ſolet inquiri ſecundum Theophilum,[c] ſitne qui eſt dandus locuples, frugi, probus uita, an uitæ pignora, hoc eſt, liberos habeat: item an eam quę ſa progenuit patriam amet, ſecundum Con-
12 ſtantinum Harmenopulum.[d] Decimo octauo aliquando in controuerſiam uenit, num da ficientibus teſtamentarijs & legitimis, dari poſſent tutores uicini pupillorum, nulla affinitate uel cognationa illis coniuncti, ſed tandem placuit poſſa, ni ſe alia iuſta ratione excuſent, ſenatuſconſul. Pariſ. 21. Maij 1534.[e] quia etiam protinus extraneus, & ignotus tutor dari poteſt.

a l. 2. qui dare tuto. poſſ li. 5. C. tit. 34 § pen. de excuſat. tut. ap. Iuſtinia.

b l licet ratio ne, 17. de excuſa. tut. C.

c Theophil. in § 1. eo & in §. ſed ex his, de Attil. tut. in Inſtitut.

d Harmen. lib. 5. promptu. in tit. 12.

e Pap. libr. 15. arreſtor. tit. 5. arreſt. 2.

De ſuſpectis tutoribus. Cap. V.

Lib. 26. P. tit. 10. Lib. 5. C. tit. 43. Lib. 1. Inſtit. 26.

1 *Tutores ex quibus cauſis ut ſuſpecti remoueri poſſunt: Ex iiſdem ne dentur impediri poſſunt.*
2 *Tutor ſuſpectus quis dicatur.*
3 *Tutor ſuſpectus ex quibus cauſis fieri poteſt.*
4 *Tutor pauper bonæ fidei ut ſuſpectus remoueri non poteſt.*
5 *Tutor ut ſuſpectus quomodo remoueatur à iudice.*
6 *Tutores ut ſuſpectos qui accuſare poſſunt.*
7 *Tutori ut ſuſpecto accuſato interdicitur adminiſtratio.*
8 *Tutor de ſuſpecto pendente adminiſtratione non finita tutela accuſatur.*
9 *Tutor coram quo iudice de ſuſpecto accuſatur.*
10 *Tutoris ob dolum remoti infamia pœna.*
ἑξωβολία multa quid. eod.

1 NOn idoneus dicitur quoque tutor, qui ſuſpectus in fide uel opera uidetur, atque ex iis cauſis quibus ſuſpectus remoueri poteſt datus, ex iiſdem prohiberi poſſe ne detur arbitror.
2 Suſpectus intelligitur, qui ex mala fide tutelã adminiſtrat,[f] quive his moribus præditus eſt, ut in ſuſpicionem ueniat.[g] Suſpicio perfidiæ uel incommodi pupilli, ex perſona tutoris certum non habet malitiæ tutoris indiciũ aliquando, ſed num talis ſit, qualis malus præſumitur, argumentum & opinionem: unde in dubio, ne quod ueramur contingat, uel ne quod detectũ aſt malum ſerpat, leges præſidium & cautionẽ dant, & delictis obuiam eunt. Atqua ex decemuirali lege ſuſpecti crimen deſcendit,[h] quod
3 proponi poteſt contra quoſlibet tutores.[i] Suſpectus itaq; multis ex cauſis quis ſit, ualuti primum ſi tutor rationes cum collega non cõmunicet.[k] Si forte graſſatus in tutela, aut ſordide egerit, aut perniciosè pupillo ſi rerum eius aliquid interceperit, expilaueritve, ante uel poſt tutelam:[l] ſi tutor inimicus fuerit pupillo parẽtibuſve eius, nec reconciliatur illis ſit:[m] ſi res uetitas ſine decreto uẽdidit cum fraude:[n] ſi ad

f §. ſuſpectus autem & §. nouiſſime, de ſuſpec. tut. Vlpi. l. ſi hereditatem, 33. in eo. ſed ſuſpectus, de pub. ... credi. l. 46. P. tit. 2.

g § ſi. de ſuſp. tut. l. ſuſpectum, eod. in P.

h Vlpian. l. 1. §. fundamentum. de ſuſp. tut. in P.

i d. l. 1. §. oſtendimus eod.

k l. 1 ... 20. de adminiſt. tut.

l Vlpian. l. 3 §. nũc uideamus, de ſuſpect. tut. in P.

m d. l. 3 § ſi ... inimicus §. inimicitiam. de excuſ. tut.

n d. l. 3. §. Ver & Antoninus, l. 4. & l. eth quidem. de prædi. & al. reb. mi. C.

alimenta præſtanda pupillo copiam ſui nõ faciat:[o] qui non facit inuentarium, nec pecuniã ad prędiorum comparationem conferia uel deponere peruicacitar perſtat, quo ad amptionis occaſio inueniatur:[p] ſi ſagniter, ſi fraudulenter ſe gerat:[q] ſi contumaciter adminiſtrationem recuſet:[r] ſi copiam ſui uocatus in ius pertinaciter non faciat:[s] ſi cum ignauia negligentia, uel dolo garat: ſi cum ſimplicitata, ruſticitate, ineptia.[t] Generaliter alijs quoque iuſtis de cauſis remoueri quis poterit, ſi prætorem mouerit, cur exiſtimet aliquem non debere in tutela uerſa-
4 ri.[u] Placuit tamen tutorem, quamuis pauperẽ, fidalem tamen ac diligentem, non eſſe remouẽdum à tutela ideo ut ſuſpectum:[x] optimumq; factum uiſum eſt potius curatorem adiungi, quàm eundem cum nota fidei & exiſtimatio-
5 nis remoueri, ut ait Modeſtinus.[y] Ex his itaq; cauſis à tutela remouetur tutor, uel officio iudicis, ſi apertis argumentis liqueat illi eum aſſe ſuſpectum, uel ſi accuſatio ea da re inſtituta co-
6 ram eo fuerit.[z] Accuſant autem & probãt ſuſpectos, omnes parẽtes, proximi, cognati pupilli, & quibus pietatis affectio officium hoc promouet:[a] itam contutor,[b] etſi ille ſit iam remo-
7 tus ut ſuſpectus: liberti pupillorum.[c] Et hac pẽdente accuſatione interdici adminiſtrationi tutori poſtulato de falſo placuit, alio interea pro
8 adminiſtratione ſubordinando.[d] Siquidem digoum obſeruatione eſt, agi in tutores ut ſuſpectos pendente tempore tutelæ, nam finita tutela ob eadem quibus quis ſuſpectus ea pendente poſtulari poteſt, agitur nõ de ſuſpecto, ſed a-
9 ctione tutelæ.[e] Porrò ſuſpecti accuſatio pro tribunali tantum examinari poteſt, inquit Marcellus,[f] & nullus alius de huiuſmodi quæſtione pronuntiare poteſt, quàm prætor Romæ, in prouincijs autem præſides, & legati proconſulis,[g] & is cui à prætore iuriſdictio mandata eſt. Interdum atrocia in pupillos committentes remoti, ad præfectum urbis pro eius arbitrio pu-
10 niendi grauiter remittuntur.[h] Qui autem ut ſuſpecti remoti ſunt, ſi ob dolum, famoſi ſunt: ſi ob culpam, non æque.[i] Et fraudatores tutelarum turpi iudicio coercendos dixit Cicero,[k] ex lega 12. tabul. Et æſtimationis ſummæ pœna, id eſt infamia.[l] Vt actiona tutelæ damnatos Vlpian. infamia notari ait.[m] Idam & apud Græcos ex Demoſthene colligitur.[n] Ideo qui hac actione agebat, niſi reum perageret, ſexta parte litis æſtimatæ multabatur, quæ in reum abſolutum ueniret. Multa ἑξωβολία ideo dicta, quòd in quamlibet drachmam calumniæ reus, obolo multaretur, cum ſeni eſſent oboli in drachma.[o]

o d. l. 3 § tutor qui alimenta, de ſuſp. tut. l. ſi ubi pupilli educ. debe. in P. §. ſi quis tutor, de ſuſp. tut.

p d. l. 3 §. tutores, & l. ſi §. ſi. arbi. tute. C.

q l. in poſtulando, 5 de ſuſpe. tut. C. l. 4. eod.

r l. 3. C. eod.

s Vlpi. l. impuberibus, 7. § ſi. eod. in P.

t l. ba cauſa. 4. § ſi. eod. in P. l. 3 § ſi. eod.

u Vlpia. l. 3 §. ſi tutor. de ſuſpec. tut. in P.

x l. ſuſpectũ, l. 8 eod. in P. §. ſi. eo ap. Iuſtinia.

y Mod. l. ſi tutor, l. 9 eo. l. pietatis, l. 6. C eo. & § ſi. eod. ap. Iuſtinia.

z l. 3 §. prætorea, de ſuſpect. tut. in P.

a l. pietatis l. 6. § ſi. eod. C. l. 1. § conſequens, eod. tit. P. § cõſequẽs eſt. eo. ap. Iuſtinia.

b l. 3 de ſuſpe. tut. in P.

c d. l. 3 § 1.

d l. cum quẽ, l. 7. eo. C §. ſi quis autem, eod. ap. Iuſtin. Vlpia. l. quod ſi forte, 54 §. 1. de ſolutio. l. 46 P. ti. 3.

e l. 1. C. de ſuſpec. tut. l. pen. eod. in P. l. uiſ. & l. ſi tutor, in fin. & l. ſeq. de tutel. & rat. diſtrah. l. P. §. ſed ſi ſuſpecti, de ſuſp. tutor.

f Marc. l. 9 §. ſuſpecti. ad Senat. Turp. libr. 48 P. tit 16.

g §. 1. de ſuſpe. tuto. ap. Iuſtin. l. 1 § damus, eod. in P.

h l. 1 §. ſ. & l. 9. eod. in P.

i §. ſuſpectus, & §. uiſ... mus, eo. ap. Iuſtin. l. 3. § ſi eo. tit. in P. l. ... C. eod.

k Cic. pro Aul. Cecin.

l Idem pro Roſcio.

m l. 1 de his q. not. infam.

n Orat. 1. cont. Aphobum, circa fin.

o Budæ. de aſſe.

De excuſationibus legitimis tutorum. Cap. VI.

Lib. 27. P. tit. 1. Lib. 5. C. tit. 62. Lib. 1. Inſt. tit. 25.

1 *Tutelam gerere habet periculum animæ.*
2 *Excuſatio tutelæ quid.*
3 *Excuſationum cauſæ in genere.*
4 *A tutela quando paupertas excuſat.*
5 *A tutela ſe excuſat, qui alterius eſt prouinciæ, quàm bona pupilli.*
6 *Tutelæ tres aut duæ curæ, quando ab alia tutela noua excuſant.*
7 *A tutelis excuſant negotia alia neceſſario gerenda.*
8 *Liberi qui, & quot à tutela dant excuſationem.*

9 *Excu-*

9 *Excuſationes à tutela uel cura ex parte perſonarum quot, ut ſi quis fuerit tutor, ſi inimicus, ſi ualetudinarius, ſi litem habeat, ſi minor.*
10 *Septuagenarius quare à tutela & cura excuſatur.*
11 *Item alienigena, & de alijs cauſis excuſationis.*
12 *Excuſationes à tutore uel curatore ante adminiſtrationem ſunt & intra 50. dies proponendæ, poſtea perperam proponuntur.*
13 *Excuſatione non utitur qui promiſit defuncto patri ſubire tutelam, uel qui ſubſcripſit dationi, uel legatum ob id acceptauerit.*
14 *Vtilitas legitimæ excuſationis.*

1 QVemadmodum proxime pertractatæ perſonæ idoneæ non ſunt adminiſtrationi tutelæ, quia reijciātor inuiti: ſic nec qui ſe excuſant ab hoc munere, & nolunt illud ſubire, accommodi non ſunt, cum cogi nequeant. Sunt enim aliqui, qui Dei memoriam habentes, inquit Iuſtinianus,[a] ad tutelam & curam ſuſcipiendam difficulter accedant: non ſolum ut labores recenſent, ſed ne pupillorum gratia in animæ periculum incidant. Quidam tamen illegitime, quidam legitimè tutelæ onus deprecantur: pro-
2 inde de legitima excuſatione agendum eſt. Excuſatio hæc eſt, muneris rite delatæ tutelæ ex iuſtis cauſis legitima propoſitis, exceptio. Munus genus eſt, quia alia plura genera quàm tutelæ:[b] reliqua differentias conſtituunt. Exigimus in hac excuſatione rite delatam fuiſſe tutelam, hoc eſt, ut idoneus is ſit tutor, ſi uellet cui defertur: etenim illi qui idonei iure communi non ſunt, excuſatione non egent, pro reijciendo munere uel onere. Veluti ſi ij qui dari non poſſunt, dati ſunt: uel qui dari poſſunt quidem, ab ijs tamen qui dare non poſſunt, dentur: aut quibus non oportet, aut non eo quo oportet modo.[c] Priuatio enim præſupponit præcedentem habitum.[d] Dari autem non poſſunt illi, de quibus proxime ante dixi-
3 mus. Excuſantur autem primum ratione rerū, dehinc ex qualitate perſonarum, & ſubinde ex alijs negotijs, quæ cum pupillo uel alijs ſunt,
4 uel futura ſunt. Ratione rerum ſe excuſant ob inopiam pauperes, ſi ſe impares oneri iniuncto poſſint probare.[e] Videlicet ſi eius generis ſint, qui repoſitas non habeāt facultates, in uictum quo neceſſaria, niſi manibus operentur, & conquirant: taleſve ſint pupilli facultates, quæ nō permittant tutorem ab adminiſtratione abſcedere.[f] Quamobrem qui in collegio piſtorum operatur in piſtrino per ſemetipſum, excuſatur non aliter:[g] & ita mediocritas quoque, & ruſticitas excuſationem aliquando dant.[h] Et ideo ceſſante paupertate, & facultatibus additis, nō
5 compent excuſatio.[i] Recuſant recte etiam onus tutores dati teſtamento, ſi res adminiſtran-
6 dæ ſint in alia quàm ſua prouincia.[k] Et illi quoque qui pertractandis aliorum rebus occupati neceſſario ſunt, excuſatione donantur: ut qui tres iam uere tutelas uel curas habet & adminiſtrat, quia alijs & iſtis non poſſet commoda ſupereſſe.[l] Niſi eas affectauerit, quia affectatæ non adſcribūtur numero,[m] nec honorariæ.
7 Ideo etiam quibus tributorū exactio commiſſa à principe,[n] uel aliarum rerum adminiſtratio, ea durante excuſantur:[o] quales qui præſidatū gerebant Aſiæ, Bithyniæ, Cappadociæ, & aliarum prouinciarum:[p] patrimonialis colonus,[q] excepto conductore:[r] Itē excuſantur ob dignitatem adminiſtratoriam ſilentiatij principis,[s] magiſtratus ciuitatum,[t] excepto Ædili:[u] & qui occupati ſunt alijs rebus publicis, quales grammatici, ſophiſtæ, oratores, philoſophi, qui publice iuuenibus præſunt, & medici,[x] doctores legum, non quidem qui in aliquo præſulatu docent, ſed ſi Romæ,[y] uel in alia re-
8 gia academia profiteantur publice.[z] Adminiſtratio quoque liberorum propriorum uiuorum legitimorum, quæ plena curia eſt, & ſollicitudinibus, ut æquum non ſit patrem ab illa naturali diſtrahi, ut extraneis, ſuis relictis, opē impendat:[a] ſi modo tot ſint, qui totum eum daſiderēt. Vnde numerus definitus eſt liberorum ad excuſationem ſufficiens, in quorum recipiū tur ſeriem nepotes, neptesve ex filijs maſculis.[b] Et qui in bello cecidere pro republ.[c] Romæ ſufficientibus tribus, in Italia quatuor, in alijs prouincijs quinque.[d] Item qui patroni ſenatoris negotia gerit, à tutela decreto patrū
9 excuſatur.[e] Ex capite quoque perſonarum, reijci poſſunt tutelæ uel curæ: ueluti ne is qui tutor fuit, curam eiuſdem cogatur ſubire.[f] Si humilis ſit perſona, & analphabetus ſimul: nam utrumque requiritur, nec alterum ſufficeret.[g] Inimicitiarum etiam præcedentium capitalium ſine reconciliatione cum patre pupilli allegatio excuſationem habet.[h] Vt ſi obijciatur ualetudo aduerſa adminiſtrationi poſtulatæ.[i] Si lis futura ſit cum pupillo, uel exiſtat de uniuerſitate bonorum, puta quia ſe hæredē arbitratur, uel alio modo dominum: etenim de re ſingulari uel parte bonorum, lis non eſſet legitima excuſatio.[k] Et proinde communio rerum, uel de ea controuerſia, cum per curatorē pupillo ad communia tuanda datum expediri poſſit, non eſt iuſta excuſatio.[l] Ætas quoque, quæ ad negotia tractanda pupillorum, idonea non eſt, excuſat à tutelæ munere, ueluti minor 25. annorum, qui enim ſe tueri nō poſſunt, aliorum tutelam ſubire non debent,
10 & ita iure repelluntur à tutela.[m] Maior etiam 70. annorum à tutela & cura ſe poteſt excuſare.[n] Dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni: ſi autem in potentatibus, octoginta anni, amplius eorum labor & dolor.[o] Solon humanæ uitæ terminum etiam ſeptua-
11 ginta annos eſſe ait.[p] Qui neque ciuis, neque incola eius loci eſt, in quo tutor datur, recte detrectat adminiſtrationem.[q] Item quis non cogitur ſuſcipere tutelam uel patrocinium contra fratres uel filios.[r] Et nauicularij excuſantur à tutela extraneorum, non eorum qui ſunt de corpore eodem, ſeu de collegio.[s] Et qui ingredi ciuitatem nequeunt, ut ignominia miſſi, ab urbicis excuſantur
12 tutelis.[t] Quæ interueniunt quoque in excuſatione proponenda, & proſequenda, conſiderа: primum ut ea ante adminiſtrationem uel confirmationem tutoriam edatur, nam ſi poſtea proponatur, ſero fit, nec proficit.[u] Sed & tempus iure definitum eſt, intra quod qui ſciuit ſe tutorem datum, excuſationem debet obijcere: nempe quinquaginta dierum, ſi in ciuitate, uel intra centeſimum à ciuitate lapidem ſit.[x] Qui autem ſupra centum miliaria à ciuitate abeſt, uiginti miliaria habebit ultra numerata in unamquamque diē, à qua cognouerit: oportet enim manifeſtari ei à præſidibus, uel in faciem, uel in domum: & extra hos, alios triginta dies habebit ad excuſationem.[y] Peragi autē debet negotium à die nominationis intra qua-
13 tuor menſes.[z] Subinde animaduertendum, num is qui tutelam recuſat, patri pupillorum uiuenti promiſerit tutelam ſe ſubiturum:

tunc

a §. quoniā ne hi qui perhib. obliga. ſe hab. res mino in au thent. collat 6. tit. 9.
b tot. ti. de mu nerib. & hono.
c Modeſt. l. ſcire oportet 13. §. qui nō iuſte. de excuſa. tut. in P.
d l. decem, de uerb. obl. l. ſeſſa- nos, de diuerſ. in P.
e Vlpian. l. pau pertas. §. de ex- cuſa. tut. in P. §. ſed & propter paupertatem. eod. tit.
f l. poſt ſuſcep- tam. 41 §. fin. eod. tit.
g l fi. eod.
h Vlp in l. athle- tæ, 1 §. fi eo.
i l one ratum, §. eos qui de excuſ tut. in P.
k Modeſtin. in l nō ſolum, 12 §. & qui in re- ſtamento eod.
l §. itē in anone, de excu. tut. l. 3 4 1 6 eod. in P.
m l. ſpadonē, 17 §. fi. eo P. l. uelu etatis eo. C. l. uel. q au- tore. ſe excu. li. 5. C tit. 29.
n l. exactores tributorū, 10. C. de excuſ tut.
o l. Geometræ, & menſores fru- mentarios. eo. in P. §. item O. Marcus, eo ap. Iuſtin. Hermo- genianus, in l. adminiſtrātes. 44 eo. in P. l. in ſuperiore . 23. eo & §. & qui de excu. tut. ap. Iuſtin.
p l athletæ, 8. §. 1. eod.
q l. ſi qui dat. tuto. poſſ. lib. 5. C tit 34.
r l. coloni. de excuſ. tuto C. l. ſpadonem. 17. §. qui uectiga- lia. eod. in P.
s l. u. C. eo. d l. fi. de ſilent. lib. 12. C.
t l. athletæ, 6. §. remittuntur, de excuſ. tuto. in P.
u l. non tantū, 20 §. 1. qui ædi litate. eo. in P.

x l. ſi duas. C. § Grammatici. & ſeq §§. & l. ſed & reproba- ri, 1 7 in princi, §. 1. eod.
y d l. ſed & re- probari. §. fi.
z § hoc amid. in prin. Pan. iu- ris.
a arg l. praeſes prouinciæ. de ſeruit. C. l. fi. de cura. furio. C.
b l 1 § remit- tit & ſeq de ex cuſ. tuto. § 1 & ſeq. eo. ap Iuſti nia.
c d § 1. eod. l. bello amiſſi at eod. in P.
d l. unic. de ijs qui num. liber. ſe excuſ. li. 5. C. tit 66.
e l. libert, 17. §. liberti. ad municipal. lib. 50 P. tit 1.
f §. qui tutelā. de excuſ tut. l. curator C eo.
g l. athletæ §. pen & fi. eo P. § ſimiliter eos. eo. ap. Iuſtinia.
h d l. athletæ, § dat remiſſio- nem. § item ſi propter. eo. ap. Iuſtiniae
i §. itē propter aduerſam. eod. l. item Vlp & l. nō ſolum. §. 8. & l. ſeq eod.
k l. ſi pupillū, & l. propter li- tem, eo in P §. item propter li tem, eo. ap. Iu- ſtin. l. ſi ut alle- gas, C. eod.
l l quod res. C. eod.
m § minores, de excuſ. tuto. ap. Iuſtin. l. fi. de legi. hæred. C. l. nō ſolum, 13 §. ſi libert. eod in P. facit pro ratione ea. ad decorum, de eta. & qual.
n §. item ma- iores, de excuſ. tu tor. ap. Iuſtin. l. 2. eo. in P. l. qui ætat. ſe ex- cuſ. l 5 C. tit 68. l. 3. de iur. im- munit in P.
o Pſal. 89.
p Diog. Laert. in 1 in Solone.
q l. idem Vlp. l. 24. § ſi de ex- cuſ. tutor. in P. Callist. in d. §. non tantū. 17. § ſi cauſib. eod. tit. Vlpia. in l. il lud uſitatiſſi- mum 22. l. pro- pter litē, 24 §. licet datus. l ſi. eod. tit. l. 2. & 41. C. eod.
r l. humanita- tis, 23. C. de ex- cuſ tut.
s l. pe. C. eo tit.
t l. ſed & mili- tes, in §. ſcribit autem eo. in P.
u l ſcire opor- tet. §. qui enim iuſte. cum ſimi libus ibi per gloſſ nota. de excuſa. tuto. in P. l. ſi nemo, §. fi. de teſta. tute. in P.
x d. l. ſcire o- portet. §. nul- la.
y d. l. ſcire, § nō autē, & §. ſeq. & § conſequēt.
z l. 30. dierum. eo. tit. in P. l. 40. eod. C.

tuncenim reiecta excuſatione cogitur ſubire eam.[a] Idipſumque ſtatuendum, ſi dationi teſtamentariæ ſe ſubſcripſerit,[b] uel legatum reli ctum accipiēdæ tutelç cauſa agnouerit:[c] quod non poteſt iure conſequi, niſi poſt acceptam
14 tutelam.[d] Porro utilitas legitimæ & iuſtæ excuſationis erit, ut excuſatus à periculo tutelæ ſe eximat.[e]

a l. ſpadonem, § qui patri de excuſ. tut. in P. §. item & propter, eo. ap. Iuſtinia.
b Papi. in l. ex ſentētia. ag de teſta. tut. li. 26. P tit. 2. l. uxori, §. qui ſe filio, ad l. Cornel. de fals.
c l. poſt legatum, §. omittere de iis quib. ut indi. in P.
d l. qui tutelā, eo. de teſta. mtel. l. Neſénius, de excuſ. tut. cū diſtinctionibus ibi adiectis.
e l ſi tutor. C. eod. tit.

De diuiſione tutelæ, formuliſque tutorum in uniuerſum. Cap. VII.

1 *Continuatio & epitome dicendorum.*
2 *Tutela in datiuam, & permiſſam diuiſa.*
Permiſſa teſtamentaria, datiua legitima, & à magiſtratibus data.
Mixti à teſtatore & magiſtratu confirmata:
Vnde & tutores aliquando honorarij & notitiæ cauſa dati.

1 EXhibita imagine generali tutelarum & ſubſtantia, cum partibus eius, rerum, & perſonarum, diuiſionem explico, in qua quemadmodum, & à quibus, & typum: ſecundum quē tutores dari & confirmari poſſunt, exhibebimus, & quibus dari poſſint: unde & quæ affinia curæ, & diſſidentia ſunt, & conuenientia anno
2 tare licebit. Igitur tutela uel permiſſa, uel datiua dicitur, ut ex finitionis uerbis tutelæ[f] ibi, *iure ciuili data, uel permiſſa*, liquet. Permiſſa, teſtamentaria alio modo dicitur: quia iure ciuili permiſſum eſt parentibus, tutores filijs ſuis dare.[g] Datiua iuris ciuilis duplex, uel quæ defertur à lege immediate, nullo alterius perſonæ adhibito miniſterio, & legis ſolius authoritate, ideo legitima:[h] alia datiua, delata per leges miniſterio magiſtratuum. Mixta inde, quæ à tutore, uel à iudice dari poteſt, dicitur. Ex his honoraria alia, à qua tutores quoque teſtamentarij, legitimi datitij, uel datiui, & honorarij dicuntur: quibus & addi poſſunt, qui propter tantum notitiam dantur.

f l. 1. de tutel. in P § 1. eo. ap. Iuſtinia.
g §. permiſſū, eod. l. 1. de teſt. tute. in P.
h l. legitima, de paſt. in P.

De teſtamentaria tutela & eius confirmatione: & de tutoribus teſtamentarijs & confirmatis. Cap. VIII.

De teſt. tute. lib. 26. P tit. 2.
Lib. 5. C. tit. 28. Inſtitut. tit. 13. & 14.
De confirmando tuto. lib. 26. P. tit. 3.
Lib. 5. C. tit. 29.

1 *Poteſtas dandi teſtamento tutores à patria poteſtate. & 3.*
2 *Tutor dari non poteſt certæ rei, nec teſtamento, vel codicillis inualidis.*
9 *Curator teſtamento dari non poteſt tutor poteſt.*
Tutor teſtamento non datur ab alio, quàm patre: uerum datus à iudice confirmatur.
4 *Qui teſtamento tutores dari poſſint.*
5 *Tutores dari poſſunt quomodo teſtamento.*
6 *Tutores teſtamentarij quando confirmantur.*
7 *Curator à patre teſtamento datus confirmatur.*
8 *Officium iudicis quale in confirmando tutore.*
9 *Tutores & curatores à patre dati in cōfirmatione ne non ſatiſdare, alij ſatiſdant.*
Idem ɩ 1. & quid ſi à matre dentur.
10 *Tutor filio matre uiuentes, ea inuita dari non debet.*

1 QVia Romani patriam poteſtatem, ut propriam, ſibi arrogant,[i] eodē iure ciuili & poteſtatem tutores: dandi filijs poſt mortem conceſſam habent, ex capite legis 12. tabu. ut, *Vti quiſque legaſſet ſuper familia tutelave ſua, ita res eſſet.*[k] Neque datio teſtamentaria ualet, niſi ſe-
2 cundum ius dentur tutores.[l] Itaque iura in hac ſequi oportet, quæ pro te, conſiderandum docent, ne certæ rei, vel cauſæ tutor detur:[m] quia perſonæ potius datur tutor. Item teſtamentum uel codicillos in quibus fit datio, ut
3 conſiſtant & ualeant.[n] Et in hoc differt etiam à curatore tutor, quia curator teſtamento dari non poteſt.[o] Demum perſonæ quæ dant, eſſe debent quæ habeant liberos, quibus dant, in poteſtate.[p] Quo fit, matres non poſſe teſtamento filijs tutores dare, non patronos, nec extraneos: ſed tamen dati ab iſtis, ex cauſa confirmantur à iudice,[q] ut etſi detur exhæredato.[r]
4 Quemlibet autem poſſe tutorem dari, lex 12. tabul. uoluit:[s] dummodo is alioquin ſit idoneus,[t] & habeat factionem teſtamenti paſſiuam,[u] ſitque certus,[x] & non numeretur inter illos qui nequeunt tutores eſſe, de quibus
5 ſupra diximus. Poteſt & tutor teſtamento dari, à certo tempore & uſque ad certum tempus, ſub conditione & uſque ad conditionem,[y] & poſt mortem hæredis.[z] Obſeruamus tamen regulam, neminem poſſe cuiquam tutorem date, niſi ei quem in ſuis hæredibus habuerit, uel habiturus eſſet, ſi vixiſſet.[a] Quòd ſi talibus dederit, non inſpicimus an nati ſint, uel poſthumi, filij uel nepotes, maſculi uel fœminæ.[b]
6 Quando autem teſtamento dati tutores, non poſſunt authoritate eius ſubſiſtere, ad confirmationem refugimus, ſi æquum uideatur & utile pupillis illos tutores retinere, ueluti, ſi dati in teſtamento rupta:[c] ſi ij, qui non poterant dare, dederint, teſtamento permanente:[d] ſi dubitetur de uiribus teſtamenti:[e] ſi naturalibus
7 liberis detur.[f] Confirmatur & à patre curator
8 teſtamento datus:[g] Officium iudicis in confirmandis datis tutoribus teſtamento, in inquiſitione conſiſtit, qua diſcutit num idoneus ſit is, qui datus eſt tutor, moribus, facultatibus, perſona, num ſit conſtrictus ære alieno, uel cum fiſco damnoſum contractum geſſerit, aliter ipſe teneretur magiſtratus.[h] Sequiturque prætor utilitatem pupillorum, non ſcripturam teſta-
9 menti, uel codicillorum.[i] Verum ſi pater inutiliter dedit tutorem, fit confirmatio ſine inquiſitione.[k] Quod & in curatore reſponſum eſt, teſtamento inutiliter dato, ſed confirmato, cui & ſatiſdatio remiſſa,[l] quāuis exhæredato det[m] dummodo legitimus & naturalis is ſit, ſuuſq; filius: aliud enim in naturali filio, cui nihil relictum eſt.[n] Et dummodo etiam cauſa propter quam tutor à patre datus videbatur, nō ſit mutata: ut ne inimicus, neve pauperior ſit factus.[o] Non ita in tutore à matre filio dato legitimo, quem & inſtituere debet, antequam det, & rurſum in confirmatione eius, inquiſitio eſt neceſ-
10 ſaria.[p] Confirmari tamen æquum eſt: cum nec ea uiuente contra eius uoluntatem tutor dari
11 debeat.[q] Hoc commune teſtamentarijs paternis & confirmatis tutoribus, vt ſatiſdatio ab illis non exigatur, quod eſt ualde notabile, idq; ea ratione, quia iam electi ab illis qui ſatis fi-

dem

i §. 1 de patria poteſta.
k l. 1. & l. tutor incertus, de teſtam. tute. l. uerbis. 120 de uerbo ſign.
l l. 3. de teſta. tutel. in P.
m § ad certū, qui teſtam. tut. dat poſſ. lib. 1. Inſtit. titu. 14. l. certarum 12. cum ll. ſequ. de teſtam. tute.
n d. l. 3. eod. in P. l. 3 de confir. tutor. lib. 26. in P. titul. 3 l. 2. C. eo. li. 5 tit. 29
o l. penul. C de teſtam. tute.
p l. 1. eod. in P. l. 1. de confirm. tuto. in P.
q l. 1. 2. & 4. eo. in P. l. 1 C eod.
r l. qui tutel. l. 28. § ſi de teſt. tut.
s d. l. eod. in P.
t l. tutor incertus. 20. § ſi. eo. in P.
u l. ut gradatim de mun. & ho.
x l. teſtamēto tutores. 21. de teſtam. tuto.
y Africa. in l. tutor ita recte, 23. de teſt. tute. & l ſi quis tutorem. 22 eod.
z Vlpia. l tutor datus 3. §. 1 de teſta. tute. in P. l. tutoribus 13. eo § ad certum tēpus, qui teſt. tuto. dat poſſ.
a l. tutores, 7. de teſta. tute. in P.
b l. quo tutela. §. 1. de reg. iur.
c l ſi qs filiab. 3 & ſeq de teſta. tute in P
d l. ſi pater 11. de teſt tut in P.
e l 1 & ſeq. de confir. tuto.
f l iure noſtro. 26 § ſi & l. ſeq. de teſta. tutel.
g l. ſi C. de confirm. tuto.
h l. 2. § ſi. eod. in P.
i l. tutorem a patrono. l. 5. l. in cōfirmando tutore, & l. ſeq. de confir. tut.
k Trypho. l. utilitatem. 10 de confir. tuto. in P.
h l. 1 § & ſiquidem, & l ſi filio 6 eod.
l l. ſi. eo. tit. in P.
m l. 4. de teſta. tute. P.
n l naturali 7. de confir. tuto. in P.
o l Pater. 4. §. 3. de teſta. tuto. in P.
p d. l. 4. de teſt. tut. l. 2. de confirm. tut. in P. l. mater. C de teſtam tute. l ſin. § ſin. qui pet. tut. lib. 26. P. titu. 6.
q l. 2. ſi tutor contra matris uoluntatem detus ſit. C.

dem illorum exploratam habuiſſe præſumuntur:[a] ab illis tamen dati, cauent in confirmatione,[b] rem pupilli ſaluam fore.

a l. 3. de ſatiſd. tutor. in P. §. 1. de ſatiſd. tutor. §. fi. de tutel. l. de creationib. de epiſc. aud.
b l. tutores a patrono. l. 5. de confir. tuto.

De legitima tutela, & de illa quæ agnatorum eſt. Cap. IX.

Lib. 26. P. tit. 4. Lib. 5. C. tit. 30. Lib. 1. Inſt. tit. 15.

1 *Quando ad legitimam tutelam peruenimus.*
2 *Tutela legitima ſubſidiaria in locum teſtamentariæ, quæ prior eſt.*
3 *Legitimi tutores qui dicantur.*
4 *Legitima tutelæ quatuor ſpecies, agnatorum, parentum, fiduciariæ, patronorum.*
5 *Legitima agnatorum tutela proximis, demptis fœminis, defertur.*
6 *Agnati & cognati qui dicantur.*
7 *Legitima tutela tranſit mortuis parentibus tutoribus in filios ſola.*
8 *Legitimo agnata proximiore minore uel abſente, ſi poſſit idoneus eſſe, uel redire ante ætatem legitimam pupilli, non datur legitimus tutor remotior, ſed datiuus interim.*
9 *Legitima tutela cur potius defertur agnatis proximis, quàm alijs à lege.*
10 *Agnati adhibebantur ex lege in conſilium iudicij uxoris à marita uindicante.*
11 *Agnati qui ſucceſſuri erant pupillo, tutores lege Solonis ei dari non poterant, & quare.*
12 *Tutores legitimi ſatiſdant rem pupilli ſaluã fore.*

1 QVando defunctus inteſtatus mortuus eſt parer, uel alius teſtatus, qui tutores teſtamento nec dedit, nec date potetat: & pupilli ſunt qui defenſione, uel tutela egeant,[c] ad legitimam & lege 12. tabul. decretam, refugimus,[d] & ad extenſionem ſeu prorogationem mentis
2 eius, uerbis deficientibus.[e] Hæcque ſubſidiaria. Nam quandiu poteſt eſſe locus teſtamentariæ, ad legitimam non itur:[f] ſi tamen conditione ſuſpenſa ſit teſtamentaria, uel mortuus tutor teſtamentarius, uel remotus ſit, ad legiti-
3 mam redeundum eſt.[g] Legitimi tutores generaliter ſunt, qui ex lege aliqua deſcendunt.[h] *Verum per eminentiam*, inquit Vlpianus[i] *legitimi dicuntur, qui ex lege 12. tabul. introducuntur, ſeu propalam, quales ſunt agnati: ſeu per conſequen-*
4 *tiam, quales ſunt patroni.* Legitimę tutelę ſpecies hodie quatuor ſunt, quia totidem modis defert tutelam, & facit tutores lex: inde legitima agnatorum tutela, parentum, fiduciaria, & pa-
5 tronorum. Agnatorum eſt, quę ex uerbis & ſententia legis 12. tabul. defertur proximis agnatis, ad quos deferri poteſt pupilli hæreditas immediate, ſi modo fœminæ non ſint, quæ proximiores ad ſucceſſionem eſſe poſſunt, & apud aliam hæreditas, & apud aliam tutela eſſe poteſt.[k] Et ſi æquales in gradu ſunt, æque & ad tutelam uocantur:[l] niſi alia cauſa, puta minor ætas, uel alia excuſatio prohibeat.[m] Quod & in ſucceſſione & tutela patroni & patronæ in bo-
6 nis liberti diſtinguitur.[n] Agnati ſunt, qui per uirilis ſexus perſonas cognatione coniuncti ſunt, quaſi à patre cognati. Cognati per fœminini ſexus perſonas coniuncti.[o] Quod explicat cum Theophilo[p] dilucide & paucis, Cognatio nomen eſt generale, diuiſa in parentes, liberos, & propinquos ex latere: parentes ſunt, qui nos genuerunt, pater, mater, auus, auia, & alij ſuperiores: liberi, qui ex nobis naſcuntur, filius, filia, nepos, neptis, & qui ex illis: ex latere ueniunt, qui neque nos genuerunt neque à nobis gignuntur, ſed eandem ſtirpem & radicem communem nobiſcum habent, ueluti frater, ſoror: patruus, auunculus: amita, matertera: cõſobrinus, conſobrina, & qui ex ijs naſcuntur. Porro cognatio hæc quæ ex latere uenit, in duas ſpecies eſt diuiſa, in agnatos & in cognatos: & agnati quidem ſunt, qui per uirilem ſexum nobis coniunguntur, ueluti frater eodem patre genitus, & liberi eius; item ſoror eodem patre genita, tum patruus & liberi eius, deinde & amita. Cognati uero ſunt, qui per fœminam nos contingunt, ut ſoror eadem matre tantum genita, ac liberi eius: item matertera, & liberi eius, & amitæ liberi. Agnati autem & legitimi dicuntur à lege, quaſi dicas νομίμους. Cognati etiam dicuntur, quaſi dicas naturales. Quoniam quos ius ciuile nouit, nouit & natura. Cognati uero tantum habent cognationem naturalem, quos enim natura nouit, hos non protinus nouit & ius ciuile. Quæ diuiſio olim iure 12. tabu. erat obſeruata, & in ſucceſſionibus, & conſequenter in tutelis, quæ ſequuntur ſucceſſiones.[q] Et quia diſtinctiones nouo iure agnatorum & cognatorum ſublatę ſunt, & propinquiores, ſiue illi agnati, ſiue cognati tantum ſint, ad ſucceſſionem uocantur[r] pari modo. Et ſublata legis 12. tabul. diſtinctione, nulla ſeparatione ſexus adhibita, vel cognationis & agnationis, cognati quoque propinquiores uocabũtur.[s] Et ſi plures conueniãt eiuſdem gradus, ex illis apud iudicem communiter conuenientibus, eligẽdus eſt unus uel plures, ut magis idoneo uel idoneis tutela committatur,[t] propter
7 commodiorem adminiſtrationem. Tranſit autem hęc tutela legitima non alię, non quidem hęreditario iure ad alium, ſed iure proximitatis ad liberos uirilis ſexus, ſi perfectę ſint ętatis.[u] Singulare & illud quod notat Ioannes Fa-
8 ber,[x] ut ſi proximior in gradu propter minorẽ ętatem à tutela repellitur, ſequens in gradu legitimus non poteſt eſſe, ſi minor poſſit eſſe legitimę ętatis, antequam ille pupillus, de quo agitur, pubes ſit, ſed interim donec proximior adipiſcatur ętatem iuſtam, pupillo datiuum tutorem conſtituendum,[y] qui deſinet tutor eſſe adulto facto proximiore.[z] At diuerſum, ſi proximior qui uocatur ad tutelam non poſſit capax eſſe tutelę ante pupillum: nam tunc ex proximiori gradu legitimus, non datiuus erit tutor.[a] Idipſum ſi abſens ſit proximior, uel apud hoſtes, nã interim datiuus à prętore fit: non autem legitimus remotior uocatur,[b] niſi is inte-
9 cedãt uel ſe excuſent.[c] Porro hoc modo ad proximiores primũ defertur tutela à lege, quòd bona tutius adminiſtrari, nec melius conſeruari poſſe lex crediderit, quàm ab eo qui eadẽ ad ſe ſuoſque peruentura aliquando ſperet.[d] Et dehinc, quia æquum eſt ut is qui lucrum ſperat, onera quoque ſuſcipiat.[e] Vt Iuſtinianus notauit in tutela libertorũ deferenda patronis.[f] Accedit & his omnibus arctior inter proximiores
10 amicitia & affectio, quæ id ſuadet. Addatur cõſideratio reuerentię in maiores, qui ius quoddã in minores propinquos natura ipſa obtinent:[g] unde & naturalis lex uidetur proximiores ad tuitionem & emendationem minorum prouocare. Quemadmodum etiã Romulea priſca lege, maritus qui ius animaduertendi in uxorem habebat, cognatos eius rei gratia in conſilium

c l. inteſtato. l. 6. de legit. tuto. in P.
d l. 1. & 3. & l. legitimos. l. 5. eod. in P. §. 1. & 2. de legit. tute.
e §. 1. de leg. patro. tut. li. 1. Inſtitut. tit. 17.
f l. ſi quis ſub conditione, l. 11. de teſta. tute. P.
g d. l. ſi quis §. quod autẽ lex, eo. l. inteſtato. l. 6. §. fin. de legi. tuto. in P.
h Vlpia. in tit. titu. 11. l. legitima, de pact. in P.
i Vlp. tit. 11.
k l. quo tutela, de reg. iur. l. ſicut hæreditas, C. de legi. tute. l. 1. de leg. tuto. in P.
l Paul. l. ſi reliquero, l. 3. & Caius, l. ſi plures, 9. eod. P.
m l. fi. C. de legit. tute. d. l. ſi reliquero.
n l. 1. §. 1. de legit. tuto. in P.
o Caius, l. ſunt autem agnati, l. 7. de legit. tutor. §. 1. & 2. de legit. agnat. tutel. §. 1. de legit. agnat. ſucceſſ. l. iuriſconſultus, §. inter agnatos, de grad. & affin. in P.
p Theophi. in §. de quibus ſunt agnati, de legi. agnat. tute. & ll. a. Inſtit. tit. 15.
q l. quo tutela redit, de regul. iur. §. cum & agnatos, de legi. patro. tute.
r l. maximũ uitium, C. de lib. præter. l. 11 tabu. de legit. hæred. C.
s l. 1. & auth. ſicut hæreditas, C. de legit. tut. §. ea lus, de hære. ab inteſt. ueuien. coll. 9.
t d. auth. ſicut hæreditas, §. 1. & l. legitimos, §. in legitimis, de legit. tut. in P. l. 3. de admini. tut. in P.
u l. tutela plerumque, l. 16. de tutel. lib. 26. P. tit. 1.
x Io. Fab. in §. fi. de fiduciaria tute.
y l. id §. fiet, de teſta. tute. in P.
z l. non ſolũ §. ſi libertus, de excu. tut. l. ſi in tor. §. 1 de tutel. & ratio. diſtrah.
a l. pen. de legit. tuto.
b l. 1. §. apud hoſtes. eod. P.
c l. 5. §. quamd poteſt. eo. Vlpi. in titulo, u. 12.
d l. 1. de legit. tuto. in P.
e l. ſecundum naturã, de reg. iur. l. 1. §. pen. ſecundo. de cad. tollen. lib. 6. C. tit. 50. c. charitatem, 12. q. 1. l. 2. §. ſed cum in ſecundam, C. de furt.
f l. quia plerũque, de legit. patron. tute.
g l. 1. de emen dat. propinq.

lium

lium adhibebat. Sic enim ait Dionyſius Halicarnaſſeus,[a] *vxor ſi aliquid peccaſſet, pœnas dabat ex mariti læſi arbitrio: de huiuſmodi criminibus cognati cum ipſo cognoſcebant.* Eademque lex per omnia ſimilis Gallorum refertur apud Iulium
11 Cæſarem.[b] Legi 12. tabul. tamen lex Solonis aduerſatur, qua ita iubetur, τὸν ἐγγυτάτω κληρονόμον ἐπιτροπεύειν μὴ ἔξεστι,[c] *futurus hæres pupillis ne ſit tutor.* Nam præſumebat ipſe proximum agnatum cui de ſuccedendo ſpes inceſſiſſet, inſidiaturum uitæ eius. Et ſic ſecuritati pupillorum proſpexiſſe Solonem optimo iure tradit Ale-
12 xander ab Alexandro.[d] Verum & huic malo occurrunt leges, dum legitimos tutores cogunt ſatiſdare rem ſaluam pupilli fore, imo & patronum patronive liberos adhibita ratione patrimonij & perſonarum cauſa cognita.[e]

a Diony. Halic. li. 2. antiq. Roman.
b Iul. Cæſar. li. 6. comment. bell. Gall.
c Diog. Laert. in 1. in Solone.
d Alex. ab Alexan. lib. 6. c. 10. genial. dier.
e l. legitimos, l. 5. de legit. tut. P.

De legitima parentum tutela. Cap. X.

Lib. 1. Inſtit. tit. 18.
Lib. 3. in princ. de leg. tut. P.
Vlpian. in fragm. tit. 11.

1 *Legitima parentum & agnatorum tutela iuris fere eiuſdem hodie, non olim.*
2 *Fiduciam quomodo emancipatione pater contraheret.*
3 *Emancipandi imaginariæ fictiones ſublatæ.*
4 *Filiorum tutela patri eſt naturalis, & tolli non poteſt, & ibi rationes.*
5 *Tutela legitima filiorum etiam matri debita.*
6 *Mater luxurioſè uiuens priuatur tutela filiorum.*
7 *Mater lege Claudia tutrix etiam fiebat, & præfertur omnibus tutoribus legitimis & datiuis, non teſtamentarijs, aut patri.*
8 *Auus & aua, & auia cum patre ſimul admittuntur in tutela nepotis.*

1 EXemplo patronorum, ut ait Iuſtinianus[f] poſt Vlpianum,[g] *recepta eſt alia tutela, quæ & ipſa legitima uocatur. Nam ſi quis filium aut filiam, nepotem aut neptem ex filio, & deinceps impuberes emancipauerit, legitimus eorum tutor erit.* Parentum legitima tutela eaſdem fere rationes admittit, quæ agnatorum & cognatorum, hodie uidelicet: quando ſublata eſt, quòd pertinet ad effectus patriæ poteſtatis & emancipationis, omnis differentia,[h] ut ſuo loco in ſucceſ-
2 ſionibus ab inteſtato dicemus Deo fauente. At non ita olim, lege 12. tab. delata tantum agnatis non cognatis ſucceſſione,[i] patre emancipato filio agnato non exiſtente, donec inuentæ ſunt fictiones à Iuriſconſultis uenditionum, quæ adhibebantur imaginariè in emancipationibus, cum pater contracta fiducia cum emptore filium uendidiſſet, emiſiſſetque, atque ita tertia emptione, ueluti ſeruum ſuum factum manumitteret. Quo caſu pro patrono habebatur,[k] & legitimam eius ſucceſſionem,[l] & tutelam qualem patronus in ſeruo manumiſſo habet,[m] ſibi reſeruaſſe cenſebatur ex interpretatione legis 12. tabul. per leges facta: alioquin naturalis pater, non niſi ex iure prætorio, ad ſucceſſionem filij emancipati admittebatur.[n] Quod ius ciuile priſcum dicitur,[o] quo uicem legitimi tantum tutoris ſuſtinebat
3 in filio impubere emancipato pater.[p] Sed hæc omnia antiquata ſunt, & fictiones illæ,

f in §. 1. de legit. parent. tut. li. 1. Inſtit. tit. 18.
g Vlp. l. 3. de legit. tutor. in P.
h §. 1. 2. 3. de hered. ab inteſtato. venien. col. 9. tit. 1. cum ſim. ibi nota.
i §. 1. de Senatuſc. Tertull. §. 2. de legitim. agnat. ſucceſſ.
k l. 1. in princ. & §. patrem, ſi a par. quis fue. manumiſ. in P. Vlp. in fragm. tit. 11. Caius, lib. 1. Inſtit. tit. 6. l. liberos, §. 1. de capit. diminut. P.
l l. ſi ad patrē, l. 10. de ſuis & legit. hæred. in P. l. 2. §. obijcitur, ad Senatuſc. Tertull.
m §. 1. de legit. parent. tut. lib. 1. Inſtit. tit. 18.
n d. l. ſi ad patrem, & d. l. 1. §. patrē, ſi a par. quis fuer. manum.
o l. 2. ad Senatuſc. Tertull. & d. l. 2. §. obijcitur, eod. in P.
p Vlp. in l. 3. §. 8. de legit. tut. in P.

imaginariæque uenditiones ab emancipationibus exploſæ ſunt:[q] rectaque ora licitum eſt parentibus filios emancipare ſine ambagibus coram magiſtratibus. Et eadem iura nihilominus præſtantur parentibus in bonis filij, eadémque tutela ex manumiſſione impuberis naſcitur, illis quæ ſolet dari patronis in bonis libertorum.[r] Et proinde hodie parentum legitima dicitur tutela in filios emancipatos impuberes,[s] extenſione facta legis duodecim tabu-
4 larum, id eſt, exemplo patronorum. Sed & tutela hæc naturalis patri eſt filiorum, quæ nec emancipatione ciuili poteſt dirimi. Nec ita efficax eſt ciuilis ratio, ut uincat iura ſanguinis:[t] aut ius cognationis naturale ullo pacto minui ſe poſſit,[u] &,

Naturam expellas furca licet, uſque recurret.

Qui enim fieri poteſt, ut pater deſinat eſſe pater, etiam illo uolente? quæ enim facto ipſo ſunt, pro infectis haberi non poſſunt.[x] Et natura patris eſt, diligere filios, & ſupra omnem affectionem aliorum, eos beneuolentia & defenſione proſequi, etiam plus quàm propriam perſonam,[y] neque præſumendum eſt, tam ſæuum eſſe patrem, ut hanc naturam piam, actu ſolemni, & ueluti profeſſione impietatis, exuiſſe uideri uelit. Finis potiſſimus emancipationis eſt, fauor filij, ut ſibi poſthac non patri quærat, ut dum in poteſtate erat.[z] Et ideo beneficium illi pater dicitur conferre.[a] Abſurdum autem eſſet, ut quod fauore alicuius introductum eſt, in eius odium & perniciē conuorqueatur.[b] Sic dicimus priuilegium militare in condendo teſtamēto conceſſum minori milit, nō tollere legem fauore eius latam ob imbecillitatem conſilij.[c] Ex conſuetudine diuerſarum patriarum, decedente patre uel matre nobili relictis liberis, ſuperſtes coniuncta dicitur habere cuſtodiā nobilem filiorum minorum maſculorum uſque ad 14. annū, fœminarum uſque ad 12. quæ cuſtodia quam dicunt *garde noble*, quaſi tutela eſt, ideo hos tutores cuſtodes & obſeruatores, ad quos & tutelæ onus pertinet, dixit Vlpia.[d] Eſt & hæc tutela conſuetudinaria inſtar legitimæ, ut ait Bald.[e] Et in hac præfertur pater matri, & auus paternus auiæ tam paternæ quam maternæ.[f] Sunt conſuetudines quæ tradant iuxta iuris communis diſpoſitionē, huiuſmodi tutores ſeu cuſtodes gardiæ nobilis nō facere fructus ſuos bonorum minorū, quos habent in cuſtodia, pendente minoritate: ut apud Caluimontenſes,[g] Bleſenſes.[h] Alibi, ut apud Barroducæos, titulo de ſtatu & iure perſonarū, in eorum conſuetudinibus: pater, mater, auus, auiave, qui cuſtodiam nobilem ſuſcipiunt minorum, faciunt ſua mobilia, & fructus ſuos hæreditatis minorū, pēdente tempore gardiæ, quæ durat uſque ad 14. annum maſculorū, & 12. fœminarum, cum onere tamen, ut teneantur minores alere & ornare iuxta conditionē domus, & ſoluere debita tam realia quam perſonalia, & immobilia eis iure patrisfamilias tueri & colere & in ſtatu decenti conſeruare: Et dūmodo qui habent hanc gardiam, non tranſeant ad ſecunda uota: quo caſu faciunt quidē perceptos fructus ſuos, ſed de mobilibus reddunt minoribus rationē. Habet hoc ipſum ius gardiæ nobilis, Rex Galliæ in Normania, ſi quando minoribus filijs relictis decedat aliquis nobilis, fructuſque lucratur, & cedit eos cui uolt uſque ad tempus pubertatis: cum onere, ut iuxta conditionē & qualitatem familiæ minoribus de ſūptibus proſpiciatur, & rebus eorū. Subinde, ſi patroni ſer-

q l. 18. de emanc. liber. C. §. præterea, eod. uer. ſeq. quib. mod. ius pat. pot. ſol. li. 1. Inſtit. tit. 12.
r §. ſed quia ſupplicationes, de fideicom. hæred.
s §. parentes, quib. mod. ius pat. pot. ſol. ubi gl. accipiuntur ſimiliter atque ad. ſert gl.
t uta, de legit. par. tut. & §. d. de fiducia. tut. l. 1. iura ſangui. nis, de reg. iur. in P. l. cū in adoptiuis, C. de adoptio. l. eas, de cap. diminut.
u l. ius agnationis, de pact. in P.
x l. in bello, §. facto, de captiuis, in P.
y l. iſti quidē, quod met. cau. P. l. ſi. de curat. furio. C.
z l. placet, de acq. hæred. P. §. igitur, per quas perſo. nob. acq. §. 1. per quas perſ. nob. obl. acquir. l. cū oportet, de bon. quæ liber. cum him.
a l. 1. de ingrat. liber. C. l. 1. de offi. prætor. lib. 1. P. tit. 43.
b l. quod fauore, de leg. C.
c l. ſi. Authē. 14. de teſta. militis. li. 6. C. tit. 21.
d Vlp. in l. 1. §. nec quicquam puret, de admi. tutor. P. facit & lex Conſtantin. ſin. § minores, de ſen. paſſ. & teſtit.
e Bald. conſil. 145 incip. præmiſſis uerbis, libro 2.
f Bar. in l. ſi qs ſub cōditione, ou. 9. de teſta. tut. Ange. Aret. in § unico, in 8 de legit. agn. ſucceſſ.
g tit. 1. art. 6.
h titu. des gardes & bailliſtres art. 4.

notorum manumiſſione, curam eorum ſi impuberes ſint abieciſſe non uidentur, & ſubire illorum tutelam debent:[a] multo magis & parentes liberorum minorum emancipatorum, ſaltem æquali ratione, quòd patroni & parentes, & liberti & liberi emancipati fere eodem iure reguntur.[b] Alioquin illis interdicenda eſſet emancipatio, ut immanitatis exercendæ inſtrumentum: præſertim quia ut ait Diocletian. & Maximia. abdicatio, quæ Græco more ad alienandos liberos uſurpabatur, & ἀποκήρυξις dicebatur, Romanis legibus non com-
5 probatur.[c] Et quemadmodum ἀπάτορες, dici non poſſunt filij, ſic neque ab ea paterna ſolicitudine poſſunt eximi. In matre certe ſublata priſci iuris prohibitione, quæ illam à tutela arcebat,[d] adhuc firmatur paterna emancipantis tutela: nam mulieres filios non habent in poteſtate.[e] Et tamen iſtæ ſi uelint, tutrices filiorum eſſe poſſunt:[f] & auia quoque. Atque unum illis ſufficit, uidelicet ut à ſecundis nuptijs abſtineant, quibus interuenientibus finitur tutela. Et remiſſum ſacramentum illis, quod ante præſtabant, renunciantes nuptijs & Velleiano.[g] Et dummodo etiam mater honeſte ui-
6 xerit. Nam in luxurioſè uiuentem ſtatutæ ſunt eædem pœnæ, quæ in tranſeuntes ad ſe-
7 cundas nuptias:[h] & ideo priuatur tutela. Lex etiam Claudia fœminarum legitimas tutelas ſuſtinet, ut ait Vlpianus.[i] Et hodie præfertur mater & auia ſi uelint, & petant tutelam filiorum, legitimis alijs tutoribus omnibus & datiuis: non autem teſtamentarijs:[k] neque patri, ſi
8 ſuperſit pupillo.[l] Admittuntur tamen ſimul auus & auia, & auia cum patre in tutela nepotis, ut notat Accurſius.[m]

a § 1. de legit. patro. tut.
b tit. in P. & C. de obſeq. a lib. & libert. præſt. & patron. præſtand.
c l. abdicatio. C de patr. poteſt. lib. 8 C tit. 47. Dion. Halic. in antiq.
d l. 1. quando mul. tut. offic. fun. pot. lib. 5. C. tit. 35. Libro noſtro, de teſt. tute. in P. l. fin. de tute in P.
e § fœminæ, de adopt. l. nuſſa. de ſuis & legit. hæred.
f l ſi qui. mul. tut. offi. &c.
g authē. ſacramentum. & authent. matri & auiæ. C. quan. mul. tu. of. &c. § ex his. de hered. ab int. uen. coll. 9. qui cor. rigitur in ſacramento § 5. præterea. tit. ut ſine prohi. matr. debito. & cred. &c. coll. 7. conſtit. 4. in auth.
h Bar. Sal. Ange. & Salic. in l. his ſolis. C. de reuoc. don. Angu. Are. in tit. de legit. patro. tutel. in § facit. l. ſi C. quando mul. off. &c. ibi iudicio ſuum intactam conſeruet, &c.
i Vlp. in ti. ior. tit. 11.
k in auth. matri & auiæ, d ti. quan. mul. &c.
l l 2. ibi, matres quæ amiſ. ſit uiris ſ.od.
m Accur. in d. auth. matri, in uer. matri & in uer. teſtamentarijs. in fi.

De patronorum legitima tutela Cap. XI.

Inſtit. lib. 1 tit. 17.
Lib. 3. de legit. tut. P.

1 *Patronorum tutela libertarum ex lege 12 tab per extenſionem.*
2 *Liberti Orcini quos habeant tutores.*

1 EX lege 12. tabul. libertorum & libertarum tutela ad patronos, liberoſque eorum pertinet: uidelicet non ex uerbis legis, ſed ex mente, per interpretationem uerborum,[n] quę ad agnatos deferebant ab inteſtato ſucceſſionem agnatorum, & conſequenter curam eorum: ut idem intelligatur in patronis, ad quos ab inteſtato
2 ſucceſſio libertorum poteſt peruenire.[o] Proinde qui ex ſenatuſconſulto Rubriano peruenit ad libertatem, non habebit tutorem eum qui rogatus eſt: ſed Orcinus libertus effectus pertinebit ad familiam teſtatoris. In qua ſpecie, incipit tutela ad liberos patroni primos pertinere quæ ad patronos non pertinuit: quod quidem in omnibus libertis Orcinis locum habet, teſtamento manumiſſis, ut ijſdem uerbis ſcribit Vlpianus.[p]

n in § 1. de legit. patro. tutel. l. 3. de legit. tutor. in P.
o § 1. de ſucceſſio. liberto.
p Vlp. in l. 3 de legit. tuto in P. Quid ſit Orcinus libertus ſ diximus in tit. de libertis.

De fiduciaria tutela. Cap. XII.

Lib. 1. Inſtit. tit. 19.

1 *Continuatio cap.*
Fiduciarij tutores qui, eod. & 3.
2 *Fiduciariæ tutelæ & patronorum differentia.*
3 *4. Fiduciaria tutela quare dicatur.*
5 *Frater lege duodecim tab. non erat legitimus tutor fratri emancipato, quare hodię contra.*

1 ACcedit tractatio de fiduciaria tutela, uelut appendix ad ſuperiorem parentum proxime explicatam: dum in locum patris tutoris, qui emancipauit nepotes uel filios minores, & mortuus eſt ante ætaté legitimam eorum, filij eius alij, ſi uirilis ſexus ſuperſint, fiduciarij tutores filiorum ſuorum, nepotum uidelicet à patre emancipatorum, uel fratris uel ſororis, uel cæterorum efficiuntur: ſi modo perfectæ ſint æta-
2 tis & illi.[q] Quod non poteſt dici de tutela libertorum minorum, mortuo patrono, quæ pertinet ad filios patroni, ut ad legitimos, non ut ad fiduciarios. Et ratio diuerſitatis eſt, ex eo quòd libertus ſi ſeruus manſiſſet, eodem iure utique remanſiſſet apud liberos domini poſt mortem eius, id eſt eiuſdem ſtatus poſt morté ac in uita domini fuiſſet. At contrarium in filio, qui ſi in uita patris non fuiſſet emancipatus, tempore uitæ in eius poteſtate quidem fuiſſet, at poſt mortem nequaquam, nec in fratrũ poteſtatem recideret, neque ideo in tutelam.[r] Neque ius, quod ex emancipatione filij habet parens, ad alios filios, uel ſucceſſores tráſfert:[s] in manumiſſione autem ſerui diuerſum eſt,
3 qua transfertur ius in liberos[t] Vlpianus, *Qui liberum caput,* inquit,[u] *mancipatum ſibi, uel à parente, uel à coemptore manumiſit, per ſimilitudinem patroni tutor efficitur, qui fiduciarius tutor ap-*
4 *pellatur.* Fiduciarij porro hic tutores dicuntur, habita ratione fiduciæ ſeu fidei contractæ in emancipatione, ſeu pacto, quo diximus contractam fuiſſe fiduciam in parentum tutela. Alij referunt ad fidem, quam pater & lex habent fratri propter propinquitatem ſanguinis, eum fratris minoris tutelam non repudiaturum. Vtraque ſententia probabilis eſt: cum fiducia,
5 & fiduciarius à fide habita dicantur.[x] Frater quidem iure antiquo erat tutor fratri legitimus, ſi ante mortem pater non emancipaſſet, quia agnatus proximus fratri minori:[y] at dum emancipabatur, non poterat talis eſſe, quia emancipatione capite minutus perdebat ius agnationis:[z] nec ad emancipati inteſtati ſucceſſionem ſui uocabantur iure ciuili, uel lege 12. tab. ſed per prætorem per bonorum poſſeſſionem unde cognati.[a] Non autem erat capitis minutio, cum morte patris quis ſui iuris fiebat:[b] & ideo tunc non deſinebat eſſe agnatus. Cæterum hodie cum cognationis & agnationis, ut ante dixi in legitima tutela, differentiæ expunctæ ſint, & fratres quoque emancipati ſuis ſuccedant, & contra, emancipatis ſui, ex lege poſtea introducta:[c] fratres dicimus quoque minorum fratrum emancipatorum uiuente patre poſt mortem eius legitimos tutores, hoc eſt, authoritate legum uocatos, retenta quoque ratione legis 12. tab. ut quia ad ipſos ſucceſſio deferenda eſt, & tutela quoque perueniat.[d]

q § 1. & fin. de fiduc. tut. explicat optime Theophi. eod. tit. lib. 1 Inſtit. tit. 19.
r § æqui. cum ſeq. de fiduc. tut.
s l. 1. § liberos. ſi a par. qs fue. manu. lib. 37 P. tit. 13.
t l filij. 9. de iure patro. eod. li. tit. 14. l ſi opera ſũ au. de oper. libert. lib. 38 P. tit. 1 l uni. § ſin autem. de lat. libert. toll.
u Vlpia. in tit. ſit. 11.
x Ebolem. in l. Seius Saturn. 46 ad Senat. Trebell.
y l. tutor. ad Senatuſc Velleia. l. fi. C. de legit. tute.
z l. tutelas. de cap. diminut.
a § ſi. de legit. agnat. ſucceſſio. cum ſimilib.
b l. ſi filius §. ſi ad Senatuſc. Macedon.
c l. meminimus, C. de legit. hæred.
d l quæ tutela. de leg. tut.

De datiua tutela, & de Attilianis, alijſque tutoribus. Cap. XIII.

1 *Quando datiuus conſtituitur tutor.*
2 *Datiui non dantur tutores, quando teſtamentarij, uel legitimi ſunt: & ſi dentur illis non excuſatis, periculum non ad datos, ſed ad teſtamentarios uel legitimos tutelæ pertinet.*
3 *Tutela datiua non datur habenti aliunde tutorem.*
4 *Tutor non datur tutorem habenti, nec curatorem habenti curator.*
5 *Datiua tutela decernitur, uel petitione præcedente, uel officio iudicis, quomodo.*
6 *Mater tenetur filijs etiam naturalibus tutores petere, alioquin eis non ſuccedit.*
7 *Tutores filijs patronorum libertus cogitur petere.*
8 *Tutores qui poſſint, ſed non coguntur, pupillis petere.*
9 *Tutores clariſſimarum perſonarum à quibus eligi & dari poſſunt.*
10 *Tutores interdum petit dari & curatores creditor eorum.*
11 *Tutores non habentibus & nemine petente dantur interdum à magiſtratibus.*
12 *Tutores à quibus magiſtratibus dari poſſint.*
13 *Lex Attilia à quo lata, & inde tutores.*
14 *Lex Iulia & Titia de tutoribus in prouincijs dandis, qualis.*
15 *Iure ciuili nouo à quibus dantur tutores.*
16 *Tutoris datio neque imperij, neque iuriſdictionis eſt, nec delegari poteſt.*
17 *Magiſtratus qui poſſunt dare tutores enumerati.*
18 *Epiſcopi an tutores hodie dare poſſint, & quando.*
19 *Cuius territorij magiſtratus eſſe debeat, qui tutores dat, an pupilli, an tutoris, an utriuſque uel alterius.*
20 *Forma dationis tutoris, ne erretur, inquiratur de moribus & facultatibus eius, nuncietur abſenti dato.*
21 *Qui tutores dari, & quibus diebus poſſunt.*

1 QVando nullus pupillis eſt tutor te-
ſtamentarius uel legitimus,[a] uel
nemo ex teſtaméto hæres exiſtit,[b]
uel is idoneus non eſt,[c] qui uel ſi
ſit impeditus adminiſtrare, uel quia pendet con
dino,[d] ſub qua datus eſt teſtamento, uel quia
minor eſt legitimus,[e] uel quia captus ab hoſti-
bus datus,[f] uel mortuus, uel in perpetuum re-
legatus:[g] tunc dari alium oportet. Quandiu ta-
men teſtamentarij uel legitimi ſunt, non poſ-
ſunt alij dari, niſi prius illi ſe excuſauerint, uel
2 reiecti fuerint.[h] Singulareque eſt, quod mo-
net Ioannes Faber, uſque adeo neceſſario per-
quirendas eſſe teſtamentarias & legitimas tute
las, & eas præcedere datiuam: ut ſi teſtamenta-
rij uel legitimi excuſati non ſint, datiua à iudi-
ce nihil operetur, nec ualeat, & periculum ad-
miniſtrationis ad teſtamentarios, uel legitimos
non excuſatos pertineat, nihilominus à tempo
re quo pupillus eguit tutore.[i] Quod certè ex-
preſsè cautum inuenio à Diocletian. & Maxi-
mian. CC. quorum uerba hæc,[k] *Si ſororis tuæ fi-
lijs tutore legitimo patruo conſtituto, nec illo excu-
ſato priuilegio, tutor datus es: cum habenti tutorem,
alium dari iura prohibeant, neceſſitatem adminiſtra-
tionis ad eum pertinere, nec te datione teneri non am
bigitur.* Ratioque alia quòd ipſi uelint nolint,
citra iuſtam excuſationem tutores ſint, & ſic in
mora ex qua ſciunt ſe datos conſtituuntur. Pro
inde hac lege non tenebitur ſecundum menté
Fabri, mater uel auia, ſi non petant tutelá, quia
illis non defertur tutela, niſi uelint & petant.[l]
3 Subſidiaria itaque eſt hæc datiua tutela, toties
exequenda, quoties nullus tutor eſt:[m] nam quo
ties is qui iam tutor eſt, non poteſt ſupereſſe tu
telæ: aut munere ſuo fungi, non tutores, ſed cu-
4 ratores dandi ſunt. Quia tutorem habenti, tu-
tor dari non poteſt:[n] ſicut nec curator curato-
rem habenti.[o] Niſi cauſa cognita, neceſſitas co
gatur diffuſum patrimonium ſi ſit, & amplú.[p]
Daretur etiam alius tutor tutorem habenti ad
tempus, ſi prior appellaſſet:[q] uel donec alius re
5 deat, uel idoneus fiat. Bifariam porro datiua tu
tela decernitur, uel petitione præcedente, uel
ex officio magiſtratus. In petitione, perſonæ
quædam tutorem pupillo uel minori dari tuto
res uel curatores tenentur iure petere: aliæ quæ
dam non tenentur, ſed poſſunt petere, uidelicet
6 à magiſtratibus. Tenentur primum matres, quę
ſi non petierint, indignas ſucceſſione filij ſe fa-
ciunt.[r] Quod & in liberis earú naturalibus tá-
tum locum habet, quibus non petitis eis non
ſuccedunt.[s] Verumtamen ſi filij iam habeant
tutores alios, ſi non petant, non committunt in
legem,[t] nec etiamſi non petant illis curatores:
cum puberes anni 25. ſibi petere poſſint.[u] Et
quamuis exigendum non ſit à pupillo, ut tuto-
rem petat, uel eum conueniat:[x] tamen recte ſi-
7 bi curatorem petit.[y] Imo ſi non petat & egeat,
cogitur petere.[z] Item liberti filijs patronorum
petere debent tutores, alioquin negligétia uel
malitia omittentes, ut deſertores obſequij pu-
8 niuntur.[a] Poſſunt, ſed non coguntur petere tu-
tores pupillis conſtitui, cognati, affines, amici
parentum, & educatores ipſorum puerorum,[b]
amita:[c] alij uix poſſunt, nec coguntur, ut nec e-
tiam qui à tutela excuſati ſunt petere non te-
9 neantur.[d] In clariſſimarum perſonarum pupil
lis, nominantur & eliguntur à ſenatoribus tu-
tores: & ſi ſenatores eo in loco non ſunt, à curia
10 libus ciuitatis eius loci.[e] In defectum quoque
petentium, creditor petere poteſt, dari pupillo
debitori tutores, ut habeat cú quo experiatur:[f]
ſi modo prius proximos rogauerit, ut peterent,
11 & contempſerint.[g] Poſſunt & nullo petente e-
12 tiam à magiſtratu dari.[h] Qui tamen ſeipſum
dare non poteſt:[i] etſi collegá dare poſſit.[k] Qui
ſint autem magiſtratus, qui dent, & qua formu
la dare debeant, leges uarię præſcripſere, ex qui
bus quædam in deſuetudinem abierunt, quædá
adhuc retinentur, aliæ quoque ſubrogatæ ſunt.
Quatuor olim leges hac de re latæ, Attilia, Iu-
lia, Titia, Iunia: ex quarum authoritate, non ex
propria magiſtratuum iuriſdictione dabantur
13 tutores. Attilia lex fertur lata, uel ab A. Attilio
Calatino, uel à C. Atti. Regulo temporibus bel
li Punici primi, cú bello aduerſo pluribus Ro-
manis cæſis cóplures Romæ orfani relicti fuiſ-
ſent. *Si cui nullus omnino tutor fuerit*, inquit Iuſti
nianus,[l] *ei dabatur quidem in urbe à prætore ur-
bano, & maiore parte tribunorum plebis tutor ex
lege Attilia.* In epitomate Vlpiani, ſeu in eius
fragmentis dicitur, *quòd lex Attilia iubet mulieri
bus pupilliſve Romæ, non habentibus tutores, dari
à prætore, uidelicet urbano & maiore parte Tribu-
norum plebis, quos tutores Attilianos uocamus.*[m]
14 Lex Iulia & Titia in prouincijs poteſtatem dá

a §. 1. de Attil. tuto.
b §. ſed etſi, eo. l. ſi nemo, l. 9. & l. ſi hæreditas, l. 10. de teſta. tut. in P.
c l. ſæpe ad aliá, l. 13. de curat. furio. P. lib. 27. P. tit. 10.
d l. ſi quis ſub conditione, l. 11. de teſta. tut.
d. §. ſed etſi, de Attil. tuto.
e §. ſi. de fiducia. tute. l. 1. de legit. tuto. in P.
f d. §. ſed etſi. & l. 1. §. ſi apud hoſtes, de legi. tutor.
g l. 3. C. qui pet. tuto. l. licet, l. 4. in qb. caſib. tut. hab. &c. li. 5. C. tit. 36.
h §. ſed etſi teſtamento, de Attil. tut. l. ſi quis ſub códitione, l. 11. de teſt. tut.
i Fab. in §. 1. de Attil. tuto.
k in l. ſi ſororis, l. 9. qui dar. tuto. uel curat. poſſ. lib. 5. C. titul. 44.
l in auth. ut licet matri & auiæ. l. 2. qui do mol tuto. offic. fun. pot. C.
m ut antea diximus.
n §. interdum, de curat. & d. l. ſi ſororis, l. eú ſure, qui pet. tute. C. l. licet, 4. in quib. caſib. tut. hab. &c. li. 5. C. tit. 36.
o l. eú ſemel, l. 5. de tutel. libe. 26. P. tit. 2.
p l. propter litê diffuſum, l. 9. in quib. cau. tut. uel curato. hab. tutor date pot. lib. 5. C. tit. 36.
q l. 2. de tut. & cura. dat. ab his, &c. li. 26. P. ti. 5.
r l. 2. 3. §. 9. pet. tutor. eod. libr. tit. 6. l. 3. & l. matris pietas, l. 6. & l. cum a matribus, l. 2. & ſequen. eo. lib. 5. C. titu. 31. l. matres. & l. omnê, ad Senat. Tertull. C.
s l. fina. C. qui pet. tuto.
t l. cum lure, l. 9. C. qui pet. tutor.
u l. matris pietas, l. 6. §. 1. eod.
x l. 2. de tutel. in P.
y l. 3. §. fin. qui pet. tuto. in P.
z l. 3. §. pen. de tutel. P. l. 3. C. qui pet. tuto.
a l. 2. §. liberti, eod. in P. l. 2. C. eod. tit.
b l. 2. qui pet. tuto. in P. l. matribus, l. 10. C. eod.
c l. amita, l. 3. C. eod.
d l. 3. qui pet. tuto. in P.
e l. 1. de tutor. & cura. illuſtr. perſon. lib. 5. C. tit. 33.
f l. ſi filia debitoris tui, C. qui pet. tuto.
g l. 3. §. 1. eod. tit. in P.
h l. 1. de iuriſ. omn. iudic. P. l. quod dicis, qui dar. tuto. poſſ.
i l. 4. de tuto. & cura. da. ab his, &c. in P.
k l. ubi abſút, l. 19. eod.
l §. 1. de Attil. tuto li. 1. Inſtit. tit. 20.
m Vlp. in tit. de 11.

di tutores præſidibus prouinciarum concede-
bat.[a] Arbitror ego illas leges, habuiſſe illud ſin
gulare, propter authoritatem eorum qui conce
debent tutores, nempe prætoris urbani, tribu-
ni, & præſidum prouinciarum, ut ſine cautione
exigenda, rem pupillorum ſaluam fore, & ſine
mandato de cogendis tutoribus, poſſent tuto-
res ex arbitrio conſtituere & cogere.[b] Vlpianus
legem Iuliam ad filias reſtringere uidetur, dũ
ait, *Ex lege Iulia de maritandis ordinibus, tutorem*
datum à prætore urbis ei mulieri uirginiue, quam ex
hac ipſa lege nubere oportebat, ad dotem dandam,
dicendam, promittendamue, ſi legitimum pupilla nõ
haberet. Et poſtea ſenatum cenſuiſſe, ut etiam in pro
uincijs quoque ſimiliter à præſidibus earum, ex ea-
dem cauſa tutores darentur.[c] *Iunia lex*[d] *tutorem*
fieri iubet Latino, uel Latinis impuberibus eum, qui
15 *etiam ante manumiſſionem, ex iure Quiritium fuit.*
Verum quia iſtæ leges ex uſu abierunt,[e] & ea-
rum habemus in iure tractationem, dicemus
in ſumma omiſſa latiori de illis quæſtione, re-
petendum quod his uerbis tradit Iuſtinianus,[f]
Hoc iure nitimur, ut Romæ quidem præfectus urbi,
uel prætor ſecundum ſuam iuriſdictionem: in prouin
cijs autem præſides ex inquiſitione tutores creent,
uel magiſtratus iuſſu præſidum, ſi non ſint magnæ
16 *pupilli facultates*. Tutoris datio, neque imperij
eſt, neque iuriſdictionis: ſed ei ſoli competit,
cui nominatim hoc dedit, uel lex, uel ſenatuſ-
17 conſultum, uel princeps.[g] Proinde non omnes
magiſtratus, qui imperium uel iuriſdictionem
habent, ideo dare tutorem poſſe dicuntur. Qua
re quibus hæc facultas indulta, alijs mandare
uel delegare non poſſunt.[h] Iubere tamen qui
dare poſſunt, alios magiſtratus, quibus etiam
conceſſum eſt, ut poſſint dare, ut dent ſi mino-
res ſunt, non dubitamus.[i] Ius dandi tutores ha
bebant conſules,[k] Antoninus autem Philoſo-
phus Cæſar, primus prætorem tutelarem fecit,
cum ante à conſulibus peterentur, ut diligen-
tius de tutoribus tractaretur, teſte Iulio Capito
lino.[l] Vlpianus ante Iuſtinianum teſtatur, ius
dandi tutores conceſſum fuiſſe omnibus magi
ſtratibus municipalibus, eoque iure uſos: dum-
modo daretur is, qui municipij eorum eſſet.[10]
Item conceſſum conſulibus, proconſulibus, &
oratione Marci eorum legatis, moderatoribus
prouinciarum, eis dare qui eiuſdem prouinciæ
eſſent, uel ibi haberent domicilium.[n] Et Pau-
lus item reſponderat, *ubi abſunt ex loco ubi tutor*
petendus, magiſtratus, qui tutores dare poſſunt, de-
curionibus iuberi dare, dummodo legitime conue-
niant.[o] Iuſtinianus poſtremo loco ſancit, *ut nec*
expectata iuſſione præſidum, ſi facultates pupilli uel
adulti uſque ad quingentos ſolidos ualeant defenſo-
res ciuitatis una cum religioſiſſimo antiſtite ciuita-
tis, uel alias publicas perſonas, id eſt, magiſtratus, ue
luti iuridicum Alexandriæ ciuitatis, tutores uel cu-
ratores creare, cum legitima cautela, id eſt periculo
eorum qui recipiunt.[p] Antiſtites etiam hic Iuſti-
nianus factos, capaces notionis tutelæ & tuto-
rum facit, uidelicet ea ratione, qua alibi[q] uult
& antiſtitis ſententia, dotes & nuptias filiorum
furioſorum & amentium definiri & ſtatui: quia
orphanorum miſerabilium perſonarum cura
& inſpectio, ſolicitudini epiſcopali iniunctæ
eſt,[r] ut cauſa Dei. *Quia dominus cuſtodit aduenas,*
pupillum, & uiduam ſuſcipiet.[s] At citra hãc miſe
riæ & neceſſitatis cauſam, hodie forſan antiſtes
ſe non immiſcebit dationi, niſi in defectum ſe-
cularis iudicis: quo caſu deuolueretur poteſtas
ad eccleſiaſticum.[t] Exceptis locis ubi habet iu-

a §. 1. de Attil. tuto.
b §. ſed ex his, uer. nam ſupra ſcripſit, de Atil. tuto.
c Vlpi. in titul. tit. 11.
d Idem d. tit.
e §. ſed ex his, de Attil. tuto.
f §. ſed hoc iure, eod.
g Vlp. in l. mu to, l. 8 §. tutoris datio, de tutel. P. l. ſi eod.
h l. nec mandate, l. 1. de tutor. & curat. dat. ab his in P.
i d. §. ſed hoc iure, l. pe de offic. procoſ. in P. l. Lucius Titius, l. 47. §. cũ in teſtamento, de admini. tut. P. l. quod dictũ, l. 6. qui dat. tu-to. poſt. C.
k d. §. ſed ex his
l Iul. Capitol. in uita Anton. philoſ.
10 Vlpia. l. ius dandi, l. 1. & l. ubi, l. 18. §. fi. de tuto. & cur. dat. ab his, &c. P. l. 1. de magiſtr. conuenien. Cice in Verrem.
n l. 1. de tutor. dat. ab his.
o l. ubi abſunt, l. 19. de tutor. & cura. da. ab his. P.
p §. nos autẽ, de Attil. tuto. Nouel. 15.
q in l. tam dementis, l. 25. de epiſc. and lib. 1. C. tit. 7.
r l. 1. eod. C.
s Pſal. 145.
t c. ex tenore, & c. licet, de foro compet.

riſdictionem temporalem, ubi proculdubio po
teſt.[u] Vult & Iuſtinianus in curatoris furioſi iu
ramento, antiſtitem adeſſe in prouincijs & lo-
cis ubi eſt.[x] Si pupillus tamẽ ſit clericus ſecun
dum Bartolum,[y] tutor ei dari debet per iudicẽ
eccleſiaſticum, non per laicum: quia datur po-
18 tiſſimum tutor perſonæ, non bonis. Verum lai
cum dare non poteſt, quia iuriſdictionis epiſ-
copi non eſt.[a] ſed clericos alios uel religioſos,
eoſque iure canonico,[a] non ciuili.[b] Poterit &
laicos nominare iudici ſeculari, quos ſubire tu
telam ſecularis coget: ut notant Ioan. Faber, &
19 Angelus.[c] Cuius autem loci magiſtratus hu-
iuſmodi eſſe debent, qui creare poſſint tutores,
an domicilij pupilli, an facultatum, an utriuſ-
que, an alieni etiam ab iſtis, non unicam habes
analyſeos ſpeciem, ſed diſtinctione ſuffultam.
Conſentiunt quidem omnes: non niſi ſuæ iuriſ
dictionis pupillis tutores per magiſtratus dari
poſſe, quia lege ita expreſſe cautum.[d] At quo-
modo iuriſdictionis iudicis dicatur pupillus,
non in omnibus conſentiunt interpretes. Ergo
dicendum, ſi pupillus bona & domicilium ha-
beat in uno municipio, uel loco alio, proculdu
bio iudex eius loci tutorem det: ſi in aliquo loco
moretur, & alibi domicilium habet, iudex u-
triuſque loci poteſt dare.[e] *Si tamen* inquit Ioã.
Faber,[f] *alter alterum præuenerit, præuentione ceſ-*
ſat poteſtas alterius iudicis: quòd ſi de præuentione
non conſtat, uel concurſu ſe impedient, niſi conue-
niant,[g] Vel, quod Faber ſequitur, quilibet in iu-
riſdictione ſui iudicis adminiſtrabit.[h] Si tamen
in una prouincia bona, & originis domicilium
in alia tentum, aut ibi etiam bona habeat: tunc
qui eſt datus in loco domicilij, ubique poterit
adminiſtrare. Siue datus fuerit à teſtatore, quod
caret dubio, ſiue à iudice:[i] niſi datus ſe excuſet
de bonis extra prouinciã tractãdis, quo caſu re
ctè eius loci iudex proſpiciet de tutore.[k] Quod
ſi pupillus in aliqua prouincia moretur, & in
alia habeat domicilium originis & bona iudex
qui cognoſcit in loco ubi moratur, debet hanc
quæſtionem reijcere tractandam ad locum do-
micilij.[l] Bartolus tamen dixit pupillum, etſi iu
dicio careat, poſſe ſibi conſtituere & eligere do
miciliũ aliquo in loco, ut poſſit ita habere tuto-
rem.[m] Sic Azo tradit, pupillum extra domici-
lium exiſtentem, cum litem mouere alibi ubi
eſt deſiderat, poſſe ratione eius litis, & ad illam
legitime tractandam, petere ibi ſibi tutorem da
ri.[n] Similiter ſi pupillus alicubi conueniatur,
iudex coram quo uocatus eſt, etſi is iudex ſecun
dum ea quæ diximus extra domicilium non ſit
idoneus, eius rei tamen ratione poteſt tutorem
dare.[o] Quia ratione litis, uidetur res fori ſui eſ-
ſe: quibus enim iuriſdictio permittitur negotij,
his & omnia permiſſa cenſentur, ſine quibus ex
pediri non poſſet.[p] Neve continentia cauſæ di
uidatur,[q] aut lis protrahatur.[r] Et ita plene in-
telligimus iuridicos prouinciarum, poſſe tuto-
rem in eo caſu dare ſubditis alterius iuriſdictio
ni, ſi ad eos lis deuoluta ſit, & ita ratione conſe-
quentiæ. Nam aliter non poſſunt, inquit Faber,
Seneſchalli ſubditis baronum dare, niſi in de-
fectum & negligentiam illorum.[s] In comi-
tijs Auguſtæ Vindelicorum anno 1548.[t] ſub
Carolo 5. Cæſare ſtatutum eſt, ne ſinguli tuto-
res uel curatores, ſiue teſtamentarij, ſiue legiti-
mi, datiui, uel ordinati iudicialiter, ſe tutelæ
adminiſtrationi ingerat, niſi à magiſtratu ip-
ſis antea decreta & commiſſa fuerit. Et ut po-
ſtea teneantur de bonis omnibus mobilibus &
immobi-

u c. ſi duobus, de appell.
x l. ſi §. ſed eſt antiquitus, & § in prouincijs, de curat. furio. lib. 5. C. tit. 70.
y Bartol. in l. 1. de tuto. dat. ab his, &c.
a auth. ſtatuimus, de epiſco. & cler.
a ex peruenit, in diſtinct.
b auth. presbyteros, de epiſc. & cler.
c Ioan. Fab. in §. 1. nu. 4. & ibi Ang. Aretin. in no 10. de Atil. tuto.
d l. neque, §. ſi de, l. 1. qui dare tuto. uel curat. poſſ. lib. 5. C. tit. 34. l. 1. §. fin. de tut. dat. ab his, in P.
e l. 1. ubi peti. tuto. C. l. pupillo, & l. 1. § 1. de tuto & curato. dat. ab his, in P.
f Ioan. Fab. in §. 1. de Attil. tuto nu. 3.
g l. dum uũ Titij, de teſtamẽ. tute.
h l. 2. C. de teſta. tute.
i l. 2. de excuſ. tut. C. §. datus, eo. ap. Iuſtin.
k l. nõ ſolum, § qui teſtamento, & l. propter, § licet, & i iuriſperitos, § cum ordinatus, de excuſa. tut. l. quaſi puto, §. illud, de reb. eor. qui ſub tute. in P.
l l. unic. per tuto C. arg. l. cum nonus, § is qui, de bon. autho. iud. poſſ. in P. & eorũ quæ notantur a glo. in l. hæres abſens, § 1. de iudic. in P.
m Bart. in l. 1. de tuto. & cur. dat. ab his.
n Azo, in l. 1 § per tum. C. in Summa.
o l. ſi § 1 & ibi interp. de adminiſt. tuto. lib. 5. C. tit. 37. Bar in d. l. 1. de tuto. & curat.
p l. 2. de iuriſdi. om. iudi. in P. l. fin. de off. eius cui man. eſt iuriſd. in P.
q l. nulli, C. de iudic.
r d. l. ſi § 1. de admini. tut. C.
s Fab. in § 1. nu. 4. de Attil. tuto.
t in politia Germaniæ habita in his comitijs, art. 31.

immobilibus, creditis, debitis, literis, & regiſtris inuentarium conficere: & iurare quòd pupillorum ac minorum ſuorum rebus, ac bonis perſonisque eorum, fidam & honeſtam cuſtodiam

20 adhibebunt. In petitione tutoris, ad quam ſecuta datio, ſi erratum in facto ſit, non ualet datio.[a] Ante dationem inquiſitio facienda eſt,[b] ut diximus: dehinc, ſi abſens detur tutor uel curator, date operam debet, ut nunciatio ei fiat intra triginta dies.[c] Nam ab ea denunciatione incipiunt currere tempora 50. dierum excuſationibus concesſorum.[d] Poſtea ſatiſdatio exigenda ante adminiſtrationem, ut diximus in of-

21 ficio tutoris. Qui autem dari poſſint tutores à magiſtratibus, ſatis apparere arbitror ex his, quæ diximus proprio capite antea. Porro omni die tutor dari poteſt.[e]

a l tutor, l. 10. de tuto. & cur. da. ab his, in P. b §. ſed hoc iure utimur, de Atil. tuto. l. 2. & 3. l. in confirmando. & ſeq. de confir. tuto. c l ſi de tut & cur. dat. &c. in P. d l. ſcire, § quinquaginta, & §. oportet, de excuſ. tutor. e l. nec mandante, l. 2. § dari tutor. de tutor. & curato. dat. &c. in P.

De tutoribus honorarijs, & notitię cauſa datis. Cap. XIIII.

1 *Tutorum alia diuiſio.*
2 *Honorarij tutores qui, & quando tutela onere tenentur, & eorum officium.*
3 *Notitiæ cauſa tutor datus quis, periculum, & officium.*

1 INter tutores quidam ſunt, quibus adminiſtratio tutelæ conceditur, alij qui honorarij dicuntur, alij qui notitiæ cauſa dati dicuntur.[f] De his qui adminiſtrant, uel adminiſtrare debent, potior eſt & præcipua in hoc tutelarum

2 tractatu quæſtio. Et de his dictum iam eſt. Honorarij tutores ſunt, qui non gerunt tutelam, ſed adduntur gerentibus, ut ſua authoritate eos in defenſione pupillorum iuuent, & negligentes accuſent: dati uel à teſtatore, uel à iudice, qui tamen immunes à periculo tutelæ non ſunt.[g] Ita tamen ſi excusſis facultatibus tutorum qui male adminiſtrarunt: ipſi non ſoluendo inuenti ſunt, etſi male adminiſtrantes non fecerint ſuſpectos, ob negligentiam uidelicet: cum illorum munus ſit obſeruare actus tutorum gerentium, & ſæpe ab illis rationem exigere, & ſolicite curare qualiter conuerſentur: & ſi pecunia ſit, curare ut deponatur ad prædiorum comparationem.[h] Horum quoque authoritate recte à pupillo negotia geruntur.[i] Non tamen is diceretur honoris cauſa datus, qui ita datus eſt, ut rationes ab alijs gerẽtibus acciperet:[k] aliud enim eſt rationem ab aliquo expoſcere, nam hoc tantummodo honoris eſt uidelicet, audire quid, & quomodo gesſerint tutores, & conſiliũ illis dare in faciendo: aliud rationes accipere, hoc eſt, geſti monumenta & actus, & ſubductionem calculi, & ratiocinia penes ſe habere, unde hic geſtio quædam eſt, & adminiſtratio. Non autem quando rationem tantum exigunt ge-

3 neraliter diligentiæ. Notitiæ cauſa datus dicitur tutor, is qui ad inſtruendos contutores, ſcilicet de rebus & negotijs teſtatoris uel pupilli, datur: cui & ſolui poteſt, quia & hic ut & honorarius ſi uelint, adminiſtrare poſſunt, niſi interdictum ſit nominatim.[l] Et hic etiam notitiæ cauſa datus, perinde in omnibus adminiſtrationis & accesſionis iure conuenire poteſt, atque cæteri tutores, qui eodem teſtamento dati ſunt.[m]

f Vlpia. in l. 9 ſi fortè, l. 14. §. 3 de ſolut. libr. 46. P. tit. 3.
g l. ſi quis tutor, §. quod ergo, de rit. nupt. in P.
h l. 3. de adminiſtr. tutor. lib. 26. P. tit. 7.
i l. pupillũ, de acq. hæred. l qui ſi fortè, §. ſi. de ſolutio.
k Papini. in l. iure noſtro, l. ult. § honoris, de teſta. tuto.
l d. l. qui ſi fortè, §. ſunt quidam, & §. qui notitiæ cauſa, de ſolutio.
m l. quæro, l. 32. §. 1 de teſta. tut. in P. l. 1. de peric. tuto. lib. 5. C. tit. 38.

Quibus modis tutela finiatur. Cap. XV.

Lib. 1. Inſtit. tit. 22. Lib. 5. C. tit 60.

1 *Pupillorum uel tutoris uoluntate tutela non finitur, ſed alijs modis.*
2 *Tutela finitur pubertate pupilli, & pubertas quomodo probetur.*
3 *Tutela ſecundo finitur capitis minutione tutoris, & 5.*
4 *Capitis minutio quid, & quotuplex quidve maxima, media, & minima.*
5 *Capitis minutiò pupilli etiam minima ſoluit tutelam.*
6 *Tutela tertio ſoluitur morte naturali pupilli, uel tutoris.*
7 *Tutela quarto ſoluitur tempore tutori conſtituto. Tutores dari poſſunt ad certum tempus, ex certo tempore, & ſub conditione.*
8 *Tutela finitur quinta remotione tutoris ſuſpecti.*

1 TVtela non finitur ex uoluntate pupillorum,[n] ſed alijs modis lege & moribus introductis: uel habita ratione perſonæ tutorum, uel minorum, uel adminiſtrationis. Neque etiam ſola uoluntas tutoris ſe tutela abdicantis ſufficit,

2 niſi quo oportet modo fiat.[o] Finitur itaque tutela, pubertate adueniente pupillorum.[p] Quæ olim probabatur ex natiuitatis ſcriptura, & alijs legitimis probationibus,[q] & per inſpectionem nudati corporis, quæ tamen formula hodie hic improbata eſt, ut turpis: & definita ætas 12. annorum fœminis, 14. maſculis,

3 pro pubertate conſtituenda.[r] Secundo finitur tutela, capitis diminutione tutoris per quam libertas aut ciuitas amittitur.[s] Ita hic caput aut ſtatus perſonæ eſt,[t] qui habet in ſe libertatem, ciuitatem, & familiam: & capitis minutio, ſtatus huius prioris in alium commutatio,[u] uel

4 ſtatus huius ademptio. Itaque minutio capitis triplex.[x] Maxima, ſi ciuitas aut libertas adimatur:[y] ut ſi quis ſeruus pœnæ fiat atrocitate ſententiæ, ut damnatus ad beſtias,[z] & potisſimum quando ſententia uita adimitur.[a] Nam hodie alioquin nemo bene natus, ex ſententia exilij uel deportationis ſeruus pœnæ fit.[b] Niſi ingrati liberti reuocentur in ſeruitutem,[c] uel liberi ad pretium participandum uenundati ſe pasſi ſint.[d] nam hi capitis maximam minutionem patiuntur.[e] Minor capitis minutio uel media eſt, quando ciuitas quidem amittitur, libertas uero retinetur: ut ſi aqua & igni interdictum alicui, uel ſi quis deportetur.[f] Minima eſt, cum libertas & ciuitas retinetur quidem, ſed ſtatus mutatur, ut ſi alterius iuris ſeu poteſtatis quis fiat, ueluti arrogatione & adoptione,[g] aut emancipatione. Et ita ut ait Auſonius,[h]

Triplex libertas, capitiſque minutio triplex.

Vocat autem capitis minutionem Cicero,[i] ademptionem de capite. Et ciuem indemnatum integri eſſe capitis dixit.[k] Agnationis ius cum obtinebat in tutelis, capitis minutione tollebatur: & ideo & tutela ex lege duodecim tabularum corruebat, etiam ob minimam.[l] Hodie quando ex nouis legibus legitima tutela deferatur iure cognationis, ideo ſemper tutela non perimitur ex omni minima capitis minutione tutoris:[m] quia cognationis ius non ſolui-

n l. 2. C. quan. tuto. uel curat. eſſe deſi.
o l. legatus Cæſaris, de offic. præſid. in P.
p § 1 qb. mod. tut finit lib. 1. Inſtit. titu. 22. l. ſi C. quan. tut. uel cur. &c. lib. 5. tit. 60.
q l. 2. de excuſ. tutor.
r d. l ſi d. titu. quan. tuto. § 1. quib. mod. tut. finit. l 4 de rit. nupt. l qua ætate, de teſta mẽt. Macrob. li 1. in Som. Scipio. 6.
s § ſed & capitis minutione, qui b mod tut. finit ap. Inſtit.
t §. ſeruus autem, de cap. dimi. ap. Inſtit.
u §. 1. eod. l. 1. eod in P.
x l ſi. eod.
y §. maxima, eod.
z l aut damnum §. 2. de pœnis in P.
a l. qui ultimo ſupplicio, l. 29. de pœn. in P.
b auth. ſed hodie, de donati. int. uir. & uxo.
c l. 2. de liber. & eod. lib C.
d Diximus in ſeruis, ex titu. quibus ad lib. procl. non lic.
e d § 1 de cap. diminutio.
f d. § 1.
g l 1. eo. §. minima, eo. apud Iuſtinia.
h Auſonius, in Gryphis.
i Cice. in Verrem.
k Cic. in Piſonem.
l §. ſed agnationis, de legit. agnat. tute.
m l. tutelas, l. 7. de cap. dimi. l. 4. C. de legit. tute.

tur minima minutione, ſoluitur autem maxi-
ma & media, quòd pertinet ad iura ſucceſſio-
5 nis & tutelarum.[a] Pupilli pupillæve omnis ca-
pitis minutio etiam minima, tollit omnes tu-
telas.[b] Si tutor quoque in adoptionem ſe dede-
rit, perit legitima tutela eius, non aliæ.[c] Ad ſer
uitutē pertinet capi ab hoſtibus, ideo & eo ca-
6 ſu finitur tutela.[d] Finitur tertio tutela, naturali
morte tutorum uel pupillorum.[e] Verum mor-
te tutoris legitimi, tutela legitima in eius li-
beros, ſi idonei ſint, transferri uidetur: non au-
7 tem aliæ tutelæ, teſtamētaria uel datiua.[f] Quar
to, ad tempus uel ſub conditione conſtituto tu
tore, tutela elapſo tempore, uel cedente die pe-
rimitur.[g] Receptum enim eſt tutores dari poſ-
ſe ad certum tempus, uel ex certo tempore, uel
8 ſub conditione.[h] Finitur & quinto tutela, quan
do tutores remouentur ut ſuſpecti.[i] Sed hæc
hactenus de tutoribus ſeorſum. De curatoribus
nunc agamus. Porro de actionibus quæ pro tu
tela & cura dantur, poſtea ſequente libro, Deo
fauente, in fine tractabimus.

a §. fin. de cap. dimin. §. ſed & capitis, qb mo. tute fini. l. 1. C. de here. inſti. l. 1. in fi. ad Tertull. in P.
b d. §. ſed & capitis, & § item finitur, quibus mo. tut. finit. l. ſi arrogati, de tutel. in P. l. fin. C. de auth. præſtan. l. legitimā tutelam, de legit. tutor. P.
c d. § ſed & capitis, l. tutelas, de cap. dimi. P.
d § itē finitur, qb. mo. tut. fini.
e § ſimili mō, quib. mod. tut. finit.
f l. tutela, ut plerunque, de tutel. P.
g §. ſed & ſi, uerſi. præterea, & § pen. quib. mo. tute finit.
h §. ad certum, qui teſta. tuto. dar. poſſ.
i § fin. quibus mod. tute. finit.

Syntagmatis iuris vniuerſi Libri Duodecimi Finis.

DE CVRATORIBVS ET CVRA EORVM.

Liber Decimuſtertius.

De differentia & conuenientia tutelæ, & curæ, & quot ſpecies curæ. Cap. I.

1 *Tutor gerens finita tutela tenetur, ut negotiorum geſtor.*
2 *Cura quid, & quomodo differat à tutela: quod hæc præcipue bonorum, tutela perſonarum.*
3 *Curæ & tutelæ conformitas.*
4 *Curæ & tutelæ differentia.*
5 *Curatoris ſpecies, pupillorũ, minorũ, furioſorũ &c.*
6 *Communia omnibus curatoribus, ſatiſdatio, inuentarij confectio, poſſunt ut ſuſpecti remoueri, perſonalia gerunt munera.*

1 POſtquam in ſuam tutelam peruenit minor, deſinit officio ſuo fungi tutor, neque amplius talis dicitur: etſi in adminiſtratione ſua perſeueret tunc non tutelæ actione, ſed negotiorum geſtorum Iulius Paulus teneri eum pupillo reſpondit.[a] Exemplo eius, qui pro tutore
2 uel curatore minore ſe geſſit.[b] Sequitur autem tutelam cura, quia cura eſt tutela bonorum potiſſimum, & per conſequentiam perſonarum: ut tutela præcipue perſonarum, & per conſequentiam bonorum.[c] In multiſque conueniunt, & fere omnia quæ de tutoribus pupillorum dicta ſunt, in curatoribus minorum locũ
3 habent.[d] Et tituli qui de tutoribus pollicentur tractationem, adiungunt & curatores: ut in epigraphe, *de adminiſtratione tutorum uel curatorũ: de tutoribus & curatoribus datis ab ijs &c. de excuſatione tutor. uel curato, cum ſimilib.* Dantur & ab ijſdem magiſtratibus curatores, à quibus tutores,[e] excepta cauſa teſtamenti:[f] quamuis & in teſtamento datus confirmetur per inquiſitionem.[g] Quinimo & ſæpe ſimul ſunt, & cum habenti tutorem tutor ſuperaddi non poſſit, cura-
4 tor tutelæ iungitur.[h] Differunt tamen in paucis, & proinde ſeorſum curæ ſingularia nobis tractanda ſunt. Nam ut dixi proxime, tutor teſtamento datur, curator non utique ſine confirmatione. Secundo, tutor inuitis datur: curator minime, præterquam in litem.[i] Tutor tertio rebus omnibus & uniuerſis tantum pupilli datur:[k] curator & uniuerſis, & ſingulis dari poteſt.[l] Quarto, tutor principaliter perſonis datur: curator rebus.[m] Quinto, maior poteſtas tutoris, quàm curatoris.[n] Sexto, tutores in negotijs contrahendis interponunt authoritatem: curatores tantum cõſenſum.[o] Non eget enim approbatione perſonæ minor, qui legitimã habere dicitur, dum in ſuam uenit tutelam. Sed eget conſenſu ratione conſeruationis rerum curatoris neceſſario ad inſtar authoritatis, ſi alienet: non autem ſi quærat, quia ſine curatore recte contrahit, & ſe obligat,[p] & ducit uxorem, & nubit.[q] Perſona enim libera eſt à poteſtate aliena, bona nequaquam. Etſi deceptis contrahentibus iura per reſtitutionem ſubueniant in integrum.[r] Sexto finitur tutela, ut diximus, 12. annorum in fœminis, in maſculis 14. ſpatio:[s]
5 at cura eorum 25. tantum anno.[t] Generaliter curator accedere poteſt, & dari omnibus, qui rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt.[u] Et proinde quia plura ſunt, quæ impediunt aliquem ſuis supereſſe rebus, uel recte eas tractare, curatorum, ratione ſubiectorum plures erunt poſitiones: ſed ratione conſtitutionis curatorum, duæ ſpecies adferuntur ab Vlpiano,[x] ut alij ſint legitimi, alij honorarij ſeu datiui. Legitimi, qui ex lege 12. tab. dantur: honorarij, qui à prætore conſtituuntur. Omnes, ſi perpendamus morem, datiui. Itaque omnes curatores nota quadam perſonarum ſic diſtinguo. Curatores eſſe pupillorum, minorum 25. an. mutorum, furioſorum, prodigorum, uentris, bonorum, & acto-
6 rum, & reipub. Dicemus de ſingulis. At interim annota in ſumma, generaliter omnibus commune eſſe, ut ſatiſdent, niſi ex cauſa remittatur ſatiſdatio, iurentque coram magiſtratu, rem pupilli ſaluam fore ex fideque geſturos, & ad utilitatem ſibi commiſſurum. Inuentarium faciant.[y] Item hos omnes ut ſuſpectos remoueri poſſe, ſi cauſa ſubſit.[z] Dehinc, quòd omnes iſtæ curæ, ut tutelæ, ſunt perſonalia munera, quia corporibus cum labore & ſolicitudine animi ac uigilantia principaliter præſtantur.[a]

a Iul. Paul lib. 2. recept. ſenté. tit 9 c. 1. b Idẽ ubi ſup. cap. 1.

c l. ſciendum, l. 20. de rit nup. in P. l in copulandis, l 8 C. de nu p. l conſilio, 7. de curat. fur. C.

d l. 1. de admini. ſtr tut l. ſi tutori, C. eod.

e §. 1. de curat. f l pen §. fi. de teſtam. tute. g l de creationibus. de epiſc. aud C. h § interdum. de cura l. 1 2. §. in quib. cau. ta to hab cur dat. poſſ. li. 5. C. tit. 36 i §. item inuiti, de curat. l. 3 § pen. de tutel. in P k datus, de excuſ tuto. l §. 1. de curat. m l. ſciendum, de nupt l. cũ plures, l. 22 §. 9. de adminiſt. tut in P. l. in copulandis, C. de nupt. n d. l. in copulandis. o l. cũ in ana, l. 17 § 1 de appellat. & relat. in P rubr de autho. tuto & cõſen. cura. in P.

p l puberes, l. 101. de act. ob. q d l. ſciendũ, de rit. nupt r tit. de minor. 25. ann. P tit de reſtit. mino. C. s l ſi. quan tutor. eſſe de ſi. C. § 1 quib. mod. cor. finit. t § 1 de curat. u l. his qui in ea cauſa, de tuto. & cura dat. &c in P. x Vlpia. in tit. tit. 12. y l n. §. ſed cũ antiquitas, & auth. quid nominaliter generale, & § cũ in uentario, de cu rato. furio C §. pe. in ij qui obliga. perhib ſe habe res mino. in auth z l 1 § nõ tantum. & §. ſi curatores uẽre . de ſuſp. tut. lib 26. P. tit. 10 a l 1 §. illud tenendum. & §. aquè. de mune rib. & hono. li. 50 P. tit 4.

De curatoribus pupillorum. Cap. II.

In quib. cauſ tuto. uel cura haben. tut uel curat. dat. pot. lib. 5. C. tit. 36.

1 *Caſus, quibus pupillo habenti tutorem, curator ratione bonorum, uel litium adiungitur.*
2 *Curator pupillo datur, excuſato eiꝰ tutore ad tẽpꝰ.*

1 PVpillis curatores accedunt, non ratione perſonæ, ſed ratione bonorum, negotiorum, uel litium:[b] ut ſi pupillo expediat agere contra tutorẽ uel alium curatorem,[c] alio contutore non exiſtente.[d] Si legitimus tutor non ſit idoneus,[e] ob egeſtatẽ, aut dignitatẽ, aut diffuſum pupilli patrimoniũ.[f] Idem in dato à magiſtratu, uel te-
2 ſtamento.[g] Idem loco tutoris, qui ad tempus tãtũ excuſatur, interim datur tãtũ curator, ueluti ob legationem, uel aliam iuſtam cauſam:[h] ſi enim in perpetuũ excuſatur, eſſet tutor dandus.[i] Datur itaq; ægro tutore exiſtente,[k] uel furente per interualla,[l] uel adhuc minore exiſtẽte 25. ann.[m] Itẽ in caſu l. ex ſentẽtia, l. 29. de teſta. tut. in P. in eo qui ſibi tutelã in teſtamento ſcripſit.

b l. 1 §. pen. & fi. de tut. in P. c §. interdum, & § pen. de curato. § ſi de autho. tutor. l 1. 3 5. de in lit. dan. tutor. li. 5. C. titul 44. d l de obus, l. 25. de teſta. tut. in P. e § interdum. f l fin. in quib. cau. tut. habe. tut. da. poſ. C l. quinimo, 9 de admini, tuto l. prolaris, l. 6. de ſuſp tutor. l ſolet, 13 de tutel. l. teſtamẽto. 21. de excuſ tuto. g l. ſi tutor, 9. de ſuſp. tuto. §. item ſi teſtamẽto, de curat. h l. 1. & 2. in quib. cau tut. habe &c. C §. itẽ loco tutorum. de curato. § itẽ qui reip. cauſa, de excuſ. tuto. l tutor, 28 eod. in P. l. in omnẽ, 25 de tut & cura ab ijs, &c. in P. i d. l. in omnẽ, l. quæſtionum, 13. de tutel. P l. 2. in quib. cauſ. tut. hab. &c C. k l. nõ ſolum, l. 12 §. ſi. de excuſa tuto. l l. Modeſtinꝰ, l. idem Vlpia. l. 14. de excuſ. tutor. P. m d. l non ſolũ. §. ſi libertus.

De curatoribus minorum 25. annorum. Cap. III.

Lib. 1. Inſtit. tit. 23.

1 *Curatores inuitis non dantur minoribus, niſi in litem, & ratio. & 4.*
2 *Curatores dantur uſque ad 25. an. quare, & 3.*
3 *Contra minores 25. annorum non currunt praſcriptiones.*
4 *Curatores olim non dati minoribus, niſi luxurioſis, & prodigis, & cum infamia ex lege Lectoria: hodie omnibus minoribus. Lex Lectoria, eod.*
5 *Curator minorum ſatiſdat, inuentarium conficit, iurat rem minoris ſaluam fore.*
6 *Minor ſine curatore gerens laſus reſtituitur.*
Reſtituere in integrum quid.

1 CVratores dantur tantum minoribus 25. an. ſi ipſi deſiderent, & illis nolentibus, nec inuitis:[a] ſi tamen in lite moniti noluerint eligere, inuitis datur,[b] cum aliter non poſſint eſſe in
2 iudicio.[c] *Maſculi*, inquit Iuſtinianus,[d] *puberes & fœminæ uiri potentes uſque ad 25. annum completum curatores accipiunt. Quia licet puberes ſint, tamen eius ætatis ſunt, ut ſua negotia tueri non poſſint.* Dicitur & hæc ætas minorum imperfecta,
3 ratione conſilij & experientiæ rerum.[e] Et proinde præſcriptiones contra minores tempora eius ætatis, quæ olim reſcindebantur reſtitutione, neque hodie currunt, uel fiunt.[f] Nec prius robuſtam ætatem uel animi uim dicitur minor adeptus, quàm ad uigeſimumquintum
4 peruenerit.[g] Olim curatorem dare minoribus non expreſſa cauſa, infamiam quandam habere uidebatur, quòd eſſet ſuſpicio prodigalitatis in minore: unde nec inuitis dari noluerunt, & niſi poſtulantibus illis, etſi interdicta illis fuiſſet bonorum ſuorum libera adminiſtratio. Donec M. Antonius Philoſophus Cæſar, de curatoribus cum antea non niſi ex lege Lectoria,[h] uel propter laſciuiam, uel propter dementiam darentur, ita ſtatuit, ut omnes adulti curatores acciperent non redditis cauſis, ut author Iulius
5 Capitolinus.[i] Curatorum omnium & tutorum generale eſt, ſatiſdare demptis quibuſdam, de quibus ſuo loco: & ſacramentum præbere omnia ex fide & utilitate minorum & pupillorum
6 gerendi, inuentariumque conficere.[k] Si quando contingat minores 25. ann. negotia gerere ſine curatore, & illos reſtituendos eſſe æquum uiſum eſt.[l] Reſtituere, eſt in priſtinum ſtatum reponere.[m] Videamus itaque de reſtitutione hæc pauca.

a §. item inuiti, de curat. l. ſi impuberi, § pe de tuto. & cur. dat. & l. fin. de his qui. uen. æt. impet.
b l. 2. qui pet. tut. C. & § item inuiti.
c l. 3. qui legit. perſon. ſtan. in iudic. hab. C.
d § 1 de curat. l. 1. & l. 3. § minores, de minorib. in P.
e l. ſ. in quib. cau. in integ. reſtitu. non eſt nec eſſ.
f d. l. fin.
g l. ſi maritus, §. lex Iulia, ad l. Iul. de adult. in P.
h de lege Lectoria, qua fiebat iudiciū rei priuatæ, adoleſcente circūſcripto, agit Cicero, 3. de Offic. & 3 de Dial. nat.
i Iul. Capito. in uita M. Anton. philoſ.
k l. fin. § ſed eſt antiquitas, & authen. quod nunc, & § ex inuentario, de iure delib. C. § pen. ut ij qui obli. ger. ſe hab. res mino. &c. in authen. coll. 6 conſt. 9.
l l. 1 de minor. 25. an.
m l. reſtituere, de uerb. ſig. l. 1. de ſeat. paſſ. & reſtit. C. l. 1 §. reſtituas, neq. in loc. publ. in P. l. uideamus, in 2 § in ſabreina, de uſuris in P.

De reſtitutione in integrum minorum. Cap. IIII.

De reſt. in integ. lib 4. P. tit. 1. De minorib. eo. li. ti. 4.
De in integ. reſt. mi. lib. 2. C. tit. 22.
Lib. 1. Decretal. tit. 41.
Lib. 1. Sex. tit. 21.
Clement. lib. 1. tit. 21.

1 *Reſtitutione in integrum infans non eget, quare.*
2 *Minores ex quibus cauſis reſtituuntur in integrum.*
3 *Reſtituuntur minores laſi ob ignorantiam legum ciuilium, non naturalium, & ob imprudentiam ætatis.*
4 *In reſtitutione in integrum conſideratur primum ut immodica ſit laſio.*
5 *Minores in delictis quando reſtituantur.*
6 *Minores errantes, non fallentes reſtituuntur.*
7 *Minores non reſtituuntur ex laſione caſu adueniente.*
8 *Reſtitutio non datur, ſi alio remedio ordinario laſis ſubueniri poſſit.*
9 *Reſtitutio in integrum non datur contra patrem, uel patronos.*
10 *Reſtitutioni in integrum minor iuramento rectè renunciat contrahendo.*
11 *Reſtitutio non competit de geſto, poſt impetrationem ueniæ ætatis.*
12 *Reſtitutio in integrum repeti non poteſt.*
13 *Reſtitutus minor quæ ipſe accepit, reſtituit.*
14 *Reſtitutionem non petit qui maior factus, negotiū in minori ætate factum ratum habuit.*
15 *Reſtitutionis nomen quàm latè pateat, & à quo magiſtratu fiat remiſſiuè.*
16 *Reſtituuntur in integrum non tantum minores laſi, ſed & alij certis de cauſis.*
17 *Reſtitutiones impetrantur à cancellaria, & examinantur apud iudices regios.*

1 INter priuilegia perſonalia, ætatis quoque eſt conſideratio, per quam infans conſilij innocentiæ excuſatur:[n] & hic reſtitutione in integrū
2 non eget, cum ipſo iure tutus ſit. At qui maiores ſeptennio ſunt, infantiam excedētes,[o] quouſque ætatem 25. annorum impleant, utuntur reſtitutione in integrū: ſi quid male geſſerint: aut ſi omiſerint emolumentum, quod acquirere potuiſſent: aut perdiderint quod habuerunt: uel ſi obligauerint ſe imprudenter oneri, quod illis recuſare licuit: cæteris rectè geſtis, ratis, &
3 probatis.[p] Subuenitur autem eis læſis ex duplici capite, uel propter legum ignorantiam ciuilium, & propter imprudentiam ætatis. Non autem ſi quid aduerſus leges naturæ commiſerint, uel deliquerint, tunc enim negatur illis æ-
4 tatis beneficium.[q] Obſeruanda itaque erunt in reſtitutione minorum hæc, & alia quæ in epitomen redigo. Primum, ut læſus ſit minor grauiter: nam ob modicum damnum, ad reſtitu-
5 tionem non recurritur.[r] Non reſtituitur minor in delictis, niſi quatenus leuanda eſt pœna, ne iuxta maiorem pœnam puniatur:[s] aut niſi delic-
6 ctum ſit quod ex culpa procedat.[t] Minores er-
7 rantes, non fallentes reſtituuntur.[u] Minores reſtituuntur, ſi ex inconſulta ſua facilitate lædantur: non ſi caſu, qui & prouidentibus contingere potuit.[x] Nam is minor qui iure communi u-
8 titur, non uidetur circumſcriptus[y] 5. Circumſcriptis minoribus dolo alterius non detur reſtitutio:[z] quia expeditam habent actionem de dolo: & proinde hoc remedium extraordinariū & ſubſidiarium ceſſat.[a] Vnde aliud 6. axioma colligendum, Non dari reſtitutionem in integrū, quando ſubueniri aliquo alio remedio ordina-
9 rio minoribus poteſt[b] 7. Minor non petit reſtitutionem in integrum contra patrem, aut pa-
10 tronos[c] 8. Non auditur minor reſtitutionē petens, ſi contrahendo reſtitutionem eiurauit ſo-
11 lemni iuramento[d] 9. Nec ſi impetrauerit ante
12 geſtam ueniam ætatis.[e] Vel 10. ſi eadem de re ante reſtitutionem poſtulauerit: quia reſtitu-
13 tio in integrum repeti non poteſt[f] 11. Quando minor in integrum reſtitui deſiderat, debet & ipſe quæ ex negotio accepit omnia reſti-
14 tuere[g] 12. Non poteſt poſtulare reſtitutionem in inte-

n l. quod infās, de rei uēd. in P. l. infans, ad l. Corn. de ſicar.
o l. ſi infanti, C. de iur. delib.
p l. non omnia, & l. quod ſi minor, § non ſemper, de minori. 25. an. in P.
q l. etiam, de minor. in P. l. pen. de in integrum reſtit.
r l. ſcio. l. 4. de reſti. in integr. in P.
s l. auxilium, de minor. & l. 1 & 2 de delict. puerorum.
t l. 1 ſi aduerſ. delict. C.
u l. 2. ſi minor ſe maio. dix. C.
x l. uerum, § ſciendum, de minor. 25. an.
y l. ſi. de in integ. reſti. maior. 25. an. C.
z l. ſi. C. de reſtit. in integ.
a l. in cauſæ, 2. de minorib. 25. an.
b d. l. in cauſæ, & l. ſancimus, in quib. cau. in integ. reſtit. nō eſt neceſſ. ut ſi aduerſ. uſucap.
c l. 2 qui & aduerſ. quos C.
d auth. ſacramēta ſi aduerſ. uendit. C.
e leg. 2. de his qui uen. ætat. impetr. C.
f l. 1. C. ſi ſæpi. in integr. reſti. fuerit poſtula. C.
g tit. de reputation. C.

in integrũ negotij in minori ætate geſti, is qui
ad maiorem ætatem ueniens natum illud ha-
buerit.[a] Sunt & plures congeſtæ cauſæ ab Ol-
dendorpio in tractatu de iure ſingulari, cur a-
liquando minores 25. annis non reſtituantur.
15 Porro quàm late pateat reſtitutionis ſignifica
tio, & an omnes magiſtratus poſſint reſtituere
idem Oldendorpius in ſexta claſſe, cum quo vi
dendus Azo in ſumma, tit. ex quib. cauſ. ma-
16 io. in integ. reſtituantur. Etenim non mino-
rum tantum 25. ann, reſtitutio eſt, quorum
tutelam prætor accipit ob ætatem, cuius con-
ſilium fragile, & multorum inſidijs expoſi-
tum.[b] nam hoc rarum eſt ante hanc ætatem
ſapere.:

Scilicet ingenium, & rerum prudentia uelox
Ante pilos uenit, dicenda, tacendaque calles,[c]

Sed etiam prætor lapſos & circumſcriptos re-
ſtituebat alios, & eis opem ferebat,[d] ſiue me-
tu,[e] ſiue calliditate,[f] ſiue abſentia iuſta & ne-
ceſſaria reipub.[g] ſiue dolo malo,[h] ſiue per ſta-
tus mutationem,[i] aut iuſtum errorem inci-
diſſent in captionem. Quando autem & iſtis
denegetur reſtitutio in integrum, conſule Ol-
17 dendorpium.[k] In Gallia minores & alij læſi,
reſtitutionis petunt codicillos ab officina æqui
tatis ſeu cancellaria principis, quibus manda-
tur iudicibus regijs tantum, non alijs:[l] ut ſi iu-
ſta & uera cauſa uideatur, reſtitutio fiat, & re-
ſcindantur contractus, uel nulli declarentur,[m]
Adimiturque notio harum reſtitutionum iu-
dicibus minoribus & clientelaribus domino-
rum locorum, item & eccleſiaſticis, niſi agatur
de læſione permutationis beneficiorum:[n] in
qua adhuc ſi de poſſeſſione contendatur, recte
Seneſcalcus cognoſcet.

a l. 1. ſi maio. fact. alien. sat. hab.
b l. 1. de mino. ab. 25. an. in P.
c Perſ. Satyr. 4.
d l. 1. de reſtit. in integ. in P.
e l. 1. de eo q. met. cau.
f l. 1. de dol. malo, in P.
g l. abſentia, de reg. iur. l. 1. ex quibus, cau. ma. ius in P. l. Pomponius Aurius, de acq. hæred. in P. l. quod abſente, C. de procur. l. cum quidam, de acq. hæred. in P. tit. ex quibus, cau. mai. C. & l. ſi quid, de in integ. reſtitut. milit.
h l. nemini, ex quib. cau. maio. l. ignorare, C. de reſtitut. milit. uidelicet qui nõ ſua uitio ... cauſa ab ſunt, l. in publica cauſa, ex quibus cau. mai. P. l. qui libera legatione, de legat. in P. l. non uero, ex quib. cau. maio. in P.
i l. 2. de reſtit. in integ. P. l. pertinet, de cap. mi nu. in P.
k Oldendorp. in opuſculo de iure & æquita.
l Boer. q. 247. nu. 16.
m Imbert. lib. 1. Inſtit. forenſ.
n Pap. libr. 2. Rhapſo. areſto. tit. 4. art. 9.

De curatore mente captorum & furioſorum. Cap. V.

Lib. 27. P. tit. 10.
Lib. 5. C. tit. 70.
§ furioſi, de curator. ap. Iuſtin.

1 *Inſanorum ſpecies uaria.*
2 *Phreneticorum diſtinctiones.*
3 *Inſaniæ genus triſte, paraphreneſis ex atra bili.*
4 *Mania & amentia quid, & unde.*
Maniæ & amentiæ differentia, eod.
5 *Lethargia quid.*
6 *Maniæ furoris differentia cum inſania.*
7 *Stultitia quid.*
8 *Atræ bilis inſaniæ ſpecies quomodo generetur.*
Phreneſis & lethargi cauſa, & locus generationis, eod.
9 *Fatuitatis & ſtultitiæ generatio & cauſa.*
10 *Meltides & Amphiſtides inſignes ſtulti.*
11 *Corabus ſtultus fluctus metiebatur.*
12 *Fatuorum & ſtultorum diuiſio & gradus.*
13 *Inſani bacchantes fanatici.*
14 *Furor alius continuus, alius cum interuallis.*
15 *Furoris interualla uel inumbrationes unde fiant.*
16 *Dementis, ſeu mente capti, & furioſi differentia.*
Amentes ſunt pueri, & ebrij, eod.
17 *Furioſi amentes cuiuſcunque gradus ſunt, pupillis in gerendis negotijs comparati, pro abſentibus habiti præſentes, cæci ad negotia.*
18 *Aiacis, Athamatis, & Agaues ſtultiſſimus furor, melancholicus, cæcus.*
19 *Fatui & ſtulti iudicio carent, ut imperiti.*
20 *Fatuus Abydi, quem pænitebat ſanum factum.*
21 *Thraſila mente captus mirifice ſtultitia ſua delectatus potius, quàm ſanitate.*
22 *Furioſus in agnatorum tutela iure 12. tab.*
23 *Curator furioſi tueri debet eius corpus, patrimonium, & ſalutem.*
24 *Furioſo fere in omnibus exemplo pupilli proſpectum eſt, in ſubſtitutione, bonis, perſona, &c.*
25 *Furioſo non datur curator niſi cauſa cognita, num uere furioſus.*
26 *Furorem & inſaniam ſimularunt Vlyſſes, Dauid, Solon, Brutus.*
27 *Furioſo pater, & filius patri eſſe curator poteſt, & de alijs perſonis, quæ eſſe curatores furioſi, uel ei petere poſſunt.*
28 *Curator furioſo filio teſtamentũ dari poteſt à patre qui non ſatiſdat, iurat tamen, & inuentarium facit.*
29 *Curatores à quibus magiſtratibus dantur furioſis.*
30 *Curator furioſæ uxori non datur maritus.*
31 *Furioſum curans extraneus, mortuis proximis, & negligentibus eius ſucceſſor fit.*
32 *Mutis curatores dantur.*
33 *Cura furioſi finitur ceſſante furore.*
34 *Furoris diuini breuis annotatio, & diuiſio ethnicorum.*
35 *Curator furioſi conuenitur negotiorum geſtorum actione, non tutelæ.*

1 INſani & amentes ſuis rebus uix ſu
pereſſe, ſaltem non ſemper poſ-
ſunt: ij autem in multiplici diffe-
2 rentia ſunt.[o] Phrenetici quippe
quidam ſunt, qui in dementia eſſe incipiunt,
& ægri, quodammodo adhuc ſapiunt: tamen
& uanis imaginibus infeſtantur. Quidam per-
fecte phrenetici, quibus mens illis imaginibus
addita eſt. Horumque aliqui hilares, alij triſtes
ſunt, alij facilius continentur, & uerbis tãtum
deſipiunt, alij conſurgunt, & uiolenter quædã
manu faciunt, hoſque furor urget. Cauſatur
phreneſis, ex apoſtemate calido in quibuſdam
3 exiſtente pelliculis cerebri. Aliud genus inſa-
niæ, quod in triſtitia conſiſtit, quã uidetur atra
bilis contrahere: aliqui dicunt paraphreneſin,
cuius cauſa eſt in apoſtemate exiſtente in ſto-
macho, uel in matrice mulieris, quibus purga-
4 tis deſinere poteſt. Tertium genus inſaniæ eo-
rum qui mente conſtant, ſed imaginibus fal-
luntur, & eorum qui mente deſipiunt quoque
cum imaginibus falſis. Mania uel amentia, læ-
ſio interioris partis cerebri eſt, quæ priuat ima
ginationem. Cęterum amentia interiorem par
tem cerebri lædit: mania autem mediam cellu
lam offendit, priuatq; rationem, ſicut amen-
5 tia imaginationem. His addi poteſt lethargia,
quæ eſt apoſtema in poſteriore parte capitis ge
neratum, quod inducit omnium obliuionem.[p]
6 Latini furorem maniam dicere uidentur, diu-
turniorem mentis alienationem, eumque ſic
furorem ab inſania diſtinguit Cicero,[q] *Inſaniã,*
inquit, *cenſuerunt inconſtantiam ſanitate uacan-*
tem, quæ tamen tueri poſſet officium, & uitæ com-
munem cultum, atque uſitatum: furorem autẽ rati
ſunt mentis ad omnia cæcitatem. Quod cum minus
eſſe uideatur quàm inſania, tamen eiuſmodi eſt, ut
7 *furor in ſapientem cadere poſſit, non inſania.* Inſa-
niã pro phreneſi accipit. Minor eſt iſtis nec ita
nociua, ſtultitia: quæ & μωρία ἀνοία imprudē
tia. *Atra bilis,* inquit Galenus,[r] *ubi in ipſo cerebri*
corpore abundat, eam inſaniæ ſpeciem, quam Græci
uocant melancholiam, inducit. Quemadmodum al-
ter atræ bilis ſuccus, q præ aſſata flaua bile naſcitur,
ferina gignit deliramenta, modo cum febre, modo
abſque illa, in cerebri corpore abundans. Atque ob
hanc

o de quib. uide Celſum, li. 3. c. 18.
p Vital. de Furno, lib. de conſeru. bonæ ualetud. c. 69. ſed & latinus Hippocra. lib. de furo quem tamẽ negat Galen. Hippocratis eſſe. Multa de his Ariſto. libr. problema. ſectio. 30.
q Cic. 3. Tuſcu.
r Galen. de lo. affect. lib. 3. c. 3. plura de ſymptom. cau. 2. lib.

hanc cauſam phrenetis nonnunquam eſt mitior, vbi
à pallida bile ortum traxit: nonnunquam uehemen-
tior, ubi flaua bilis eam peperit. Quod & rectè di-
ſtinguit Hippocrates.[a] Et rurſũ Galenus ait.[b]
alibi, phrenetin gigni à bilioſo humore, & in
tenui meninge & ſepto tranſuerſo. Lethargũ
9 autem à pituitoſo humore & in cerebro. Stul-
titiam porro & obliuionem, affectus cerebri ex
frigore ortos, tradit, quibus functio eius perit.[c]
Et de fatuo ſic loquitur alibi,[d] *rationem animæ*
uim in cerebro, uirilem iraſcibilemq; in corde: ap-
petitoriam denique in iecinore ſitam eſſe, nemini
non perſuaſum exiſtimo. Id quod uel ex vulgarium
ſermone diſcere licet. Fatuum ſiquidem aiunt care-
re cerebro, timido & puſillanimi corde eſſe. Tityo
autem fingunt cor eroſum ab aquila. At uero quem
admodum, ſi ratio lædatur ſæpenumero contingit
lædi memoriam: ſic ſi memoria uitietur, ratio ipſa
quodammodo labefactatur, vtpote actionis utriuſ-
que noxa procedente, ab eadem diſpoſitione, quæ
ubi vehementius intenditur, ſimul cum memoria
ratio quoque omnino deperditur. Ac talis quidem
affectio ſtultitia vocatur, Et paulo poſt, *intellectus*
amiſſio ſtultitia eſt. Vnde magna habita iniuria
raka, id eſt, fatuum uocare, ut reus ſit gehennæ
ſeu damnationis æternæ, qui hoc nomine pro-
ximum interpellat.[e] *Furioſi*, inquit Iuſtinia-
nus,[f] *teſtamentum non faciunt, quia mente ca-*
rent:[g] nec uelle creduntur.[h] Zeno omnes ſtul-
tos inſanire dicebat, neque enim prudentes eſ-
ſe, uerum & peræqualem inſaniæ omnia ſtulti
tiam gerere; neque cum ijs litigandum.[i] Siqui
dem, ut ait Salomon, expedit magis urſæ occur
rere raptis fœtibus, quàm fatuo confidenti ſibi
10 in ſtultitia.[k] Fatui inter ridiculos habentur,
furioſi inter nocentes: veluti in prouerbio Sui-
das[l] explicat γεροντιον Μελιτίδου, ſtolidius Mel
tide. Scribit enim à comicis Melitidem, ut fa-
tuum exagitatum, ſicut & Amphiſtidem, quem
tradunt magno labore, uſque ad quinque nu-
merare didiciſſe, & ultra progredi non potuiſ-
ſe: & ſponſam ſuam attingere nõ fuiſſe auſum,
ueritum ne à puella apud matrem accuſare-
tur: ignoraſſeque Amphiſtidem, num ex utro-
11 que parente natus fuiſſet. Refert & de Corœ-
bo,[m] eum ita ſtultum, ut fluctus metiretur.
12 Horum fatuorum, & ſtultorum tres gradus e-
go conſtituo: primum in illis, qui ſimpliciter
fatui ſunt, & temere prout in mentem uenit,
de omnibus iudicant ſine diſcretione, & arro-
gantia.[n] Secundum, in illis, qui cum fatui
ſunt, tamen ſe ſapientes arbitrantur: & horum
infinitus eſt numerus, ut ait Salomon.[o] *Et uia*
ſtulti recta eſt in oculis eius.[p] Et uereor ne, ſi
oporteret curatores illis dare, pauci forent qui
curatoris munere fungi poſſint. Tertium con-
ſtituo in illis, qui cum ſtulti ſint, inſigniter
lateque ebiberint ex flumine Ceſco urbis Sici-
liæ, quod ἄνους dicitur,[q] tamen alios ſtultos pu
tant, ſeque ſolos ſapientes:[r] minimam nec
ſcintillam mentis habentes, nec ſe nec alios
cognoſcentes. Et cum nihil norint, omnia ta-
men ſuperbe iudicant. Et dum uitant ita ſtul-
ti uitia, in contraria currunt. Inſanabiles certe
cum non ſentiant morbum, nec erubeſcant ut
13 priores. Sed ne diutius philoſophemur à diuer
ticulo ad iuriſconſultorum redeamus rationes.
Vlpianus, *Si uitium corporis uſque ad animum*
penetrat, inquit,[s] *forte ſi propter febrem quidam*
loquantur aliena, uel per uicos more inſanorum
deridenda loquantur, redhiberi huiuſmodi uendi-
tos, ut morboſos & uitioſos poſſe. Idemque,[t]
fanaticos, qui circa fana bacchantur, inter
furioſos annumerat: & eos qui reſponſa red-
dunt, quaſi dementes etiam ſi per luxuriam fa-
ciant, & tamen non tales haberi ſi deſierint.
14 Marcellus Iuriſconſultus,[u] furorem diuidit in
eum, qui habet continuam mentis alienatio-
nem & in eum, qui habet dilucida interualla,
quibus quis ſenſu ſanior eſt. Vlpianus in furio
ſo tantummodo uoluntatis reliquias, non uo-
luntatem dixit manere.[x] Dubitarunt autem
antiqui, num in inducijs ſeu dilucidis interual
lis haberet uoluntatem furioſus, donec Iuſti-
nianus habere ſua conſtitutione declarauit.[y]
Quamuis hic caute negotiandum cenſeam,
cum non omnis remiſſio furoris intenſi tollat
furorem, ut rectè mihi uidetur exprimere Cel-
ſus Iuriſconſ. dum ait,[z] *Si furioſo, quem ſana mẽ*
tis exiſtimabat, eo forte quòd in conſpectu inum-
bratæ quietis fuerit conſtitutus rem tradideris, li-
cet ille non fuerit adeptus poſſeſſionem, tu poſſidere
deſinis: quamuis uerum ſit à rabie eum quieſcere, ta
men à morbo non eſt liberatus, quandiu fomenta
15 *& cauſæ morbi in eo perſeuerant.* Quies autem
inumbratur per pituitam, quæ placatos reddit
ſecundum Hippocratem.[a] Atque furioſorum
ſic quidam atra bili per totum corpus diffuſa
agitantur, quibuſdam autem certis ſpatijs re-
currit. Vnde illi perpetua rabie & inquietis mo
tibus diuexantur: iſti interualla furoris habẽt,
16 inducias & intermiſſionem. Iuſtinianus inter
mente captum ſeu dementem, & furioſum lon
gam eſſe differentiam tradit: uerumtamen &
quæ de mente capto inducta ſunt, id eſt, de ſtul
to ſeu fatuo, eadem & in furioſo ſtatuenda.[b]
Inſani, amentes uel dementes ſunt & mente ca
rent, quia in illis mens vagatur: quemadmo-
dum & in pueris & ebrijs, qui & amentes ſunt,
17 ut ait Ariſtoteles.[c] Vt nullum etiam negotiũ
contrahere poſſint, nec per ſe ſoli, nec cum a-
lio,[d] & ſæpe cuſtodia egent:[e] & pupillis com-
parati, quoad ignorantiam & cognitionem ne
gotiorum & requiſitam authoritatem tutoris
uel curatoris.[f] Imo & iſti furioſi pro abſenti-
bus præſentes habentur.[g] Quia, ut ait Cicero,[h]
18 furor, eſt mentis ad omnia cæcitas. Itaque phre
netici melancholici in multis hallucinantur,
& mẽte imbecilles, ut Aiax iratus in Græcos fu
rens gregem porcorũ necauit, putans eos eſſe
Græcos, & Agamemnonem & Vlyſſem.[i] Atha
mas & Agaue putabant animalia bruta eſſe li
beros proprios, furore perciti: ut Oreſtes ſororẽ
19 eſſe matrem. In fatuis & ſtultis pariter obſer-
uandum eſt, iudicium illis deficere, & fere om-
nia ex arbitrio ſibi iuſta perſuadere, ut ſolent
imperiti, de quibus Terentius:[k]

Homine imperito nunquam quicquam iniuſtius,
Qui niſi quod ipſe facit nihil rectum putat.

Et fuerunt, ut ſunt plures ſtolidi & fatui, qui
malint in mentis errore & ſtultitia degere,
20 quàm reſipiſcere. Qualis ille, de quo meminit
Ariſtoteles,[l] in Abydo Aſiæ, qui ad Amphy-
theatrum iens exultabat, & manus percutie-
bat lætabundus, ac ſi ludus illi placuiſſet, cũ ta
men ibi nemo luderet: quive poſtea reſipiſcens
iurabat ſe nũquam iucundiorem fuiſſe, quàm
21 cum mente captus fuiſſet. Huic ſimilis fuit
quidam Thraſila mente captus, qui uere puta
bat, ut author Athenæus,[m] omnes naues ap-
pellentes portum Pyreum ſuas eſſe, eaſque nu
merabat, & iubebat nautis abire, & gaudebat
illis redeuntibus: & is etiam, dum ſanus factus
eſt, iurauit medico melius tunc fuiſſe ſibi & iu-
cundius, cum mente captus erat. Meminit Ho-
ratius[n] cuiuſdam hominis apud Argos exi-
ſtentis

a Hippocr. in fragmẽ. libelli de inſania, maniare.
b Galen. lib. 4. de cau. pulſuũ, & lib. 6. Aphor. aphor. 56.
c Galen lib. 2. de ſympto. cau.
d Idem, lib. 3. de loc. affect. cap. 2.
e Idem, d. li. 3. cap. 1.
f Matth. 5 ca. fin. 15 diſtin.
g § rtẽ furioſi, quibus non eſt permi. fac. teſt. lib. 2. Inſtit. tit. 12. l. furioſum, l. 9 qui teſtam. fac poſſ. C. l. 2. & inoff. teſta. in P.
h l. furioſi, 40. de reg. iur.
i Diog. Laerti. in 7. in Zenone.
k Prouerb. 17.
o Eccl 22.
l Suid. in illis uerbis.
m Idem in Corœbo.
n Prouerb. ca. 12. & 13 c. eccleſiaſt. 21 eccleſiaſtes 10 c. pe. de eo, quod met cau. Quod fatuus ſine ſale inſulſus, nõ prudens, unde Archi. in c. legimus 93. d. & in c. Conſtantinopolitanę. 22. diſt. ubi a ſtulto, uelut ab erogare fatuo videtur ſeparare.
o Eccleſiaſt. 1.
p Prouerb. 12. & 16
q Suid. in uer. Ceſco
r contra ca. ne innitaris, de cõſtitut.
s l. ob quæ uitia, l. 4. de ædil. edict. lib. 21 P. t. 1.
t Vlpia. in l. 1 eo. ubi pulchre plu. de his lymphaticis, quos lucide.
u Marcel. in l. diuus, l. 14. de off. præſ. lib. 1. P. tit. 19 idẽ in l. ſi cum dotẽ, § ſi maritus, ſo lu. matr. in C.
x Vlpi. l. potes furioſo, l. 2. de iis qui ſunt ſui uel alie. iur. lib. 1. P. tit. 7.
y l. furioſum, l. 9 qui teſt. fac. poſſ. lib. 6. C. tit. 22.
z Celſus, in l. quod meo, l. 18. § ſi furioſo, de acq. poſſeſſ. lib. 41. P. tit. 2.
a Hippoc. libr. de furore.
b l. § furioſi parẽtes, l. 25 de nup. C. li. 5. ti. 4. l. tam demẽtis, l. 25 de epiſco aud. lib. 1 C tit. 7.
c Ariſtot. problem. ſect. 30. q. 11
d l. in contrahenda, l. 5. de reg. iur. in P.
e l. diuus, de offi. præſid.
f l. pupillus, l. ſi fari poteſt, de acq. hære.
g l ſi annus, § filiosſ de iniu. in P.
h Cic. 3. Tuſc.
i Sophocles in Aiace in maſtigo pho. Homerus.
k Teren. adelph. act. 1. ſce. 2.
l Ariſto. lib. de mirabil.
m Athenæ.
n Horat. lib. 2. epiſtol. epiſt. 2.

ſtantis eiuſdem morbi, his uerbis,

—Fuit haud ignobilis Argis,
Qui ſe credebat miros audire tragœdos
In vacuo lætus ſeſſor, plauſorque theatro:
Cætera qui uitæ ſeruaret munia recto
More, bonus ſane uicinus, amabilis hoſpes,
Comis in uxorem, poſſet qui ignoſcere ſeruis,
Et ſigno læſo non inſanire lagenæ:
Poſſet qui rupem, & puteum uitare patentem.
Hic ubi cognatorum opibus curiſque refectus,
Expulit helleboro morbum bilemque meraco,
Et redit ad ſeſe: pol me occidiſtis amici,
Non ſeruaſtis, ait. cui ſic extorta uoluptas,
Et demptus per uim mentis gratiſſimus error.

22 Proinde lege 12. tabul. iubetur furioſi eorum
que pecuniam eſſe in agnatorum tutela ſeu cu
ratione, donec ſanitatem receperint:[a] Com-
23 pleta videlicet legitima ætate pupillari.[b] Hu-
ius conſilio & opera curatoris, tuendum non
ſolum patrimonium, ſed & corpus & ſalus fu-
rioſi:[c] exemplo tutoris, qui non tantum rebus
pupilli, ſed etiam moribus præponitur.[d] Inte-
reſt enim reipubl. ne quis re ſua male utatur.
Quod & furioſis curatorem quoque cum miſe
ria dandum eſſe ſuaſit.[e] Et ita in mente captis
nominatim Iuſtinia. ſancijt.[f] Et Caius in fa-
24 tuis.[g] Nam & iſtis exemplo pupillorum ſubſti
tutiones fiunt pupillares, ideo dictæ exempla-
res.[h] Et oratione Seueri Cæſaris, conſtitutio-
nes quæ uetabant diſtrahi ſine decreto res mi-
norum, ad res quoque furioſorũ productæ sũt.[i]
Quòd ſi furioſo habenti intermiſſionem mor-
bi, curator datus ſit, perpetua erit cura eius, etſi
intercepta & interpolata ſit adminiſtratio.[k]
Octauius Cæſar rectorem ſolitus erat appone-
re, ætate paruis, aut mente lapſis, donec adole-
25 ſcerent uel reſipiſcerent.[l] Et quia cauſa iſtius
curæ eſt furor obſeruare prætorem, inquit Vl-
pianus,[m] oportebit, ne cui temere citra cauſæ
cognitionem, pleniſſimũ curatorem det. Quo-
niam plerique uel furorem, uel dementiam
fingunt, quo magis curatore accepto onera de
26 trectent. Cuius rei, ſunt propemodum infinita
apud bonos authores exempla relata: ueluti de
Vlyſſe fertur, qui cum omnium haberetur ſa-
pientiſſimus, tamen inſaniam ſimulauit, ne ad
bellum proficiſceretur, cuius tamen aſtum Pa-
lamedes detexit, obijciendo aranti Telemachũ
filium, quem ne læderet pater Vlyſſes aratrum
ſuſpendit.[n] Sed longe callidius ſimulando præ
ſe tulit inſaniam Meton Aſtrologus qui cum
Græcorum copiæ in Siciliam nauigationem
inſtituerent. Et ipſe catalogo fuiſſe inſcriptus,
cum perſpicue pericula futura cognouiſſet ſi-
mulata inſania dimiſſus eſt, ut ait Ælian.[o] Si-
mulauit ſtultitiam Dauid coram Agide rege,
ne ab illo male reciperetur, & ſupplicium ut
de hoſte ſumeret.[p] Solon, ne uel tacendo rei-
publ. parum conſuleret, uel cõſulendo ſibi no-
ceret, de repetenda Salamine, ſubitam demen-
tiam ſibi ſimulauit, cuius prætextu, non dictu-
rus modo prohibita, ſed & facturus erat.[q] Satis
enim omnes exploratum habent, quòd furor
commotionis tempore, iuſtum putat omne
quod facit.[r] Iunius etiam dictus ἠλίθιος Brutus,
quòd commode ſtultitiam ſimulauerit alio-
quin enim prudentiſſimus & eleganter inſtitu
tus, quòd videret Tullio occiſo, patrem quoq;
& fratrem ſuum à Tarquinio Superbo occi-
ſum, ſibique uereretur. Quod ei ſucceſſit: ete-
nim Tarquinius uere non ficte ſtultum exiſti-
mans, acceptis ejus omnibus facultatibus, con

a Vlpia. in tit. tit. 12. & in l. 1. de curat. fur. in P. § furioſi, de curato. Cice. 3. Tuſcul.
b l. 1. C. de curat. furio.
c Caius. in l. ſtultio. 7 de curat. furio. & alijs perſ. dat. in P.
d Pau. l cũ plates, 12 § cũ tutor, de admini. tuto.
e Valer. Maxi. lib 8 c. 2.
f § ſed & mẽte captis, de curat.
g l. 2. de poſtu. lib 3 P tit. 1.
h l homaerts mentuitu, 9 de impub & alijs ſubſti. lib 6 C. tit. 26. l. cum furioſo 7 de curato furio l. ex facto, de vulgar. in P.
i l. 2. de curat. furio. C. l. fina. eod. tit. in P.
k l. cum alijs 6 C eod.
l Sueto. in Auguſto c 48.
m Vlpian. in l. obſeruare, 6 de curat. furio. uel pro d. dand.
n Cic. 3. Offic.
o Aelian. libr. 13. uar. hiſtor.
p 1. Reg. c. 21.
q Diog. Laert. lib 1 in Solo & Plutar. in eod.
r um. Ila, 12. q 1.

uerſati cum cum liberis ſuis patiebatur, non
ut cognatum, ſed ut ridiculis factis, uerbiſque
oblectamento eſſet adoleſcentibus, quemad-
modum ſolent ueri fatui.[s] Conſtare itaque de-
bet primum de furore, poſtea eligendi curato-
res, qui lege 12. tabul. ijs fatuis & furioſis agna
ti & gentiles primum dati ſunt ex probationi-
bus, de quibus agit Iaſon in l. furioſum, uerſ.
27 uerum quis furor, qui teſtam. fac. poſſ. C. Dein
ceps alij quàm gentiles & ab alijs legibus &
per alios magiſtratus, quàm lex 12. tabul. ſta-
tueret. Itaque datur curator & pater filio furio
ſo ſi emancipatus, alioqnin enim ſufficiens cu
rator dicitur ex patria poteſtate.[t] Item & præ-
tor non dubitauit filium patri furioſo curato-
rem dare, ſi tamen probus ſit.[u] Et furioſæ ma-
tris curatio ad filium quoque pertinet. Pietas
enim parentibus, etſi inæquabilis eſt eorum
poteſtas, æqualis debetur.[x] Ad matrem tamen
furioſi filij uel filiæ non pertinet iure defenſio,
uel bonorum adminiſtratio.[y] Petere & patri
curatorem dari filius poteſt, ſi eſſe nolit.[z] Sunt
& fratres fratrum & ſororum furioſorum cura
tores, qui ad furioſorum ſucceſſionem uocan-
28 tur.[a] Dari & poteſt teſtamento patria filio fu-
rioſo curator, exemplo teſtamentarij tutoris,
qui non tenetur ſatiſdare, paterno teſtimonio
ſufficiente: ſed iurare omnia ſe ex fide geſtu-
rum, & ad utilitatem furioſi, & ideo omnia in-
29 uentario concludere debere certum eſt.[b] Dan
tur & à præſidibus prouinciarum,[c] & procon-
ſulibus.[d] Et ſi pupillus eſt clara perſona, à ſe-
natu,[e] & à prætore cum diſquiſitione perſo-
næ,[f] cum ſatiſdatione, & iuramento, & inuen-
tarij confectione rerum furioſi,[g] deficientibus
agnatis: uel ex arbitrio magiſtratus alijs hoc
modo etiam cura furioſi & prodigi decerni-
30 tur.[h] Virum tamen uxori mente raptæ curato
31 rem dari non oportet.[i] Facta eſt facultas cui-
que extraneo etiam curandi furioſorum perſo-
nas, idque inde lucrantur, ut ſi liberos furioſo-
rum uel alios ſucceſſuros cum atteſtatione miſ
ſa moneant, ut eos curent, illiſque negligenti-
bus in domum ſuam receperint, & neceſſaria
procurauerint, ſint eius ſucceſſores legitimi.[k]
32 Dantur & mutis curatores.[l] Finitur cura furio
33 ſorum, ubi omnino reſipuerint furioſi.[m] Sciẽs
34 prudenſque prætermiſi in hac furoris quæſtio
ne, ea quæ de diuino furore quidam tradunt,
& de quadruplici eius ſpecie, poetico, myſteria
li, uaticinio, amatorio affectu.[n] Nam illos furo
res ethnicos non poſſum alio nomine dicere,
quàm inſanos, & qui ſi perſeuerent, ad genti-
les relegari debeant. Nam qui ponũt furorem
duplicem, alterum ab humanis morbis, alterũ
ex alienatione mentis diuina, quaſi quis extra
uitæ conſtitutionem conſuetam rapitur:[o] re-
cte diuidunt, ſi furorẽ diuinum pro diuina con
templatione accipiant, & impetu mentis, quæ
ſe extra humana extollit. Sed gentiles illam di
uinam extaſim, in putidos ſuos dæmones & ef-
fectus conuertentes, Apollinis, Dionyſij, Muſa
rum, & Veneris, parum ſani mihi uidentur, &
egere curatoribus, ut pigeat de illorum
næniis hic inter ſeria diſputare.

35 Cum curatore furioſi, non
tutelæ, ſed negotio-
rum geſtorum a-
ctio eſt, quæ
compe-
tit etiam dum nego-
tia gerit.[p]

s Dion. Halic. lib 4.
t l. fi. C de curat. furio.
u l. 2. in P l. 1 § fi. eod. l. ijs qui, de tuto & cura. dat. ab ijs, &c. P.
x l. furioſæ matris, 4. de curat. furio. in P.
y l. cum repudiarit, 4. C eo.
z l. 3. eod. C.
a l. ne lucrum, l. 3. eod.
b l fi § ſed cũ antiquitas, & ſeq eo C. l. pe. eod P.
c d. § ſed cum antiquitas.
d l 3. de curat. furio. in P.
e Caius, l. curator, 3. eo l fi §. ſed ſiquidẽ nobilis, C. eo.
f d. § ſed ſi quidem
g l. conſilio, §. 1 eod in P. l fi § ſed cum antiquitas, & § 3. & inuentario, C eod.
h Marc. l ab agnato, 13. & Paul. l. ſæpe ad alijs, 13. de cur. furio. in P.
i l. uirum, 14. eod. in P.
k authẽ. liberi furioſi, C de epiſco. audi. § ſi quis de prædictis parẽtibus, ut cum de appell cog. in authen.
l l. 1 § æque, de mune. & bono. l. 50 P. ti 4.
m l. fi. de cura. furio P. l. cum alijs, C eod.
n de gbus, Plato, in Io. & ibi Marſil. Fici & Plat. in Phædro.
o Idem in Phædro, uel de Pulchro.
p l. 4. § fina. de tuto & rat. diſtrah. in P.

De curatore prodigi. Cap. VI.

Lib. 37. P. tit. 12.

1 *Prodigi ſermonibus ſapientes, ſed reipſa furioſi.*
2 *Prodigus quis dicatur.*
Liberalis quis, eod.
3. 4. *Prodigo interdici bonis primum & curator dari debet, & à quibus, & qui dantur.*
4 *Prodigus ante interdictionem bonorum ualide contrahit & alienat, poſtea minime, nec ultima uoluntate quidem.*
Interdictionis bonorum formula.
5 *Interdici bonis meretrici, & luxurioſe uiuenti poteſt. & 6.*
6 *Tutor datus Senatori luxurioſe uiuenti à Tyberio.*
7 *Prodigo filio habenti filios pater teſtamento recte curatorem dat.*
8 *Interdici bonis non poteſt negligenter res ſuas curanti, ut prodigo.*
9 *Sophocles ſtudijs uacans negligebat res ſuas, nec tamen ideo uituperatus.*
10 *Prodigus quando poteſt reuocare contractus ante interdictionem factos.*
11 *Cura prodigi finitur ſanis moribus.*

1 Affinis tractationi furioſorum, eſt
cura prodigorum: Nam prodigi
parum mentis ſuę compotes ſunt,
& ſpecie quidem & uerbis ſapien-
tes, agentes reipſa furioſi. Ita enim Pius, ut ait
Vlpianus,[a] matris querelam de filijs prodigis
admiſit, ut curatorem accipiant, in hęc uerba.
*Non eſt nouum, quoſdam etſi mentis ſuæ videban-
tur ex ſermonibus compotes eſſe, tamen ſic tracta-
re patrimonia ad ſe pertinentia, ut niſi ſubueniatur
eis, deducantur in egeſtatem. Eligendus itaque erit,
qui eos conſilio regat. Nam æquum eſt proſpicere
nos etiam ijs, qui, quòd ad bona ipſa pertinet, furio-
ſum faciunt exitum. Et perinde itaque illis, ac furio
ſis interdictũ eſt, ne obligare ſine curatore poſſint.*[b]
Prodigus eſt, qui neque finem, neque tempus
expenſarum habet, & bona ſua dilacerando &
diſſipando profundit.[c] Cicero[d] ait duo eſſe ge
nera largorum, quorum alteri prodigi, alteri
liberales. Prodigi, qui epulis & viſcerationi-
bus, & gladiatorum muneribus, ludorum vena
tionumque apparatu, pecunias effundunt in
eas res, quarum memoriã aut breuem, aut om-
nino nullam ſunt relicturi. Liberales, qui ſuis
facultatibus aut captos à prędonibus redimũt,
aut æs alienum ſuſcipiunt amicorum, aut in
filiarum collocatione adiuuant, aut opitulan-
tur, uel in re quærenda uel augenda. Ariſtote-
les[e] duo extrema uitioſa liberalitatis ponit, v-
num in tenacitate ſeu auaritia, quæ non impẽ-
dit ubi & quando oportet: alterum in prodiga
litate, quæ ubi nõ decet, & plura quàm deceat,
3 & ubi non deceat, expendit. Quando dicendus
quis prodigus, recurrendum eſt ad id quod vul
go ſolet fieri,[f] & ad modum, quo vicini eius cõ
muniter ſolent pecunias ſuas diſpenſare, & ſi-
miles eius loci uel dignitatis. Et ſi quis excede-
re iudici uiſus ſit, ei interdicere bonis, ut prodi
go poteſt. Intereſt autem reipub. ijs interdici ci
to, & curatores dari, ne re ſua male utantur.[g]
4 Proinde huiuſmodi prodigis primum mori-
bus, poſtea lege 12. tabul. & à prætore & alijs
deinde magiſtratibus, dati ſunt curatores, li-
cet maioribus 25. annis, primo agnati, & alij
ſubinde.[h] Sed in primis bonis interdicitur per
magiſtratum prodigo, ne poſſit de rebus ſuis
contrahendo diſponere,[i] nec etiam vltima uo
lũtate,[k] poſt interdictionem: ante namque po-
teſt. Et prodigus etiam talis manifeſte ante in-
terdictionem, poteſt efficaciter bona ſua alie-
nare.[l] Docet id & formula, qua interdictio fie-
bat, quam refert his uerbis Iulius Paulus:[m]
Moribus, inquit, *per prætorem interdicitur bonis
hoc modo. Quando bona tibi paterna habita, quæ ne
quitia tua diſpendis, liberoſque tuos ad egeſtatem
perducis, ob eam rem tibi, ea re commercio interdi-*
5 *co*. Huius ordinis eſt perſona, quæ luxurioſè
viuit, cui ut meretrici, bonis interdici poteſt.[n]
Et luxurioſè uiuenti, id eſt, nimium ſplendide
& more nepotum perditorum: quia honeſtus
modus ſequendus eſt, non immoderata cuiuſ-
6 que luxuria.[o] Adoleſcens qui in luxuriam uel
meretrices profundit pecunias, ſimilis ei eſt,
qui perdit.[p] Et Tyberius Cæſar Senatori cui-
dam luxurioſe uiuenti, tutorem, quaſi pupillus
eſſet, dedit.[q] Solum olim lege Lectoria curato-
res dabantur, uel propter laſciuiã, uel propter
dementiam, ante M. Antonini Philoſophi edi-
ctum, quo ad alios minores datio prorogata
eſt.[r] Ex luxuria conflatur egeſtas rei familiaris:
hinc nefaria cõſilia, ut ait de Catilina Florus,[s]
& Salluſtius.[t] Plautus[u] facit luxuriam inopiæ
matrem, Sic Claudianus,[x]

Et luxus populator opum, cui ſemper adhærens,
Infelix humili greſſu comitatur egeſtas.

Et proinde iſti ex lege 12. tabul. erant quoque
ſub poteſtate agnatorum, & patruum: quod ex
Horatio[y] quoque conſtat, dum ait,

Miſerarum eſt, neque amori dare ludum,
Neque dulci mala uino lauere, aut ex-
animari metuentis patruæ verbera linguæ.

Atque idem Perſius exprimit,[z]

—& nucibus facimus quæcunque relictis,
Cum ſapimus patruos, tunc ignoſcite: nolo.

7 Dat & pater efficaciter curatorem prodigo fi-
lio in teſtamento, & eius uoluntatem ſequi de-
bet magiſtratus, vtique ſi filius prodigus ha-
beat filios: aliter enim, niſi ex cauſa alia inter-
8 dicit.[a] Negligentes rem ſuam curare, quam-
uis cenſoriæ notæ olim eſſet, obnoxiam tamen
nõ habet bonorum interdictionem: nec qui ne
9 gligens eſt, prodigus dici poteſt. Sicut in So-
phocle Tragediarum ſcriptore iudicatum, quũ
liberatus fuit à filiorum controuerſia, qui ei da
ri tutores ſeu curatores poſtulabant, quòd ſtu-
dijs uacans, rem familiarem ſegniter curaret,
10 ut ait Cicero.[b] Curator prodigi, ſi ante interdi
ctionem is prodigus notorius fuiſſet, & contra
xerit, poteſt poſt interdictionem aduerſus illos
contractus reſtitui in integrum, ſi iuſtam cau-
11 ſam alleget, ut quia minor.[c] Finitur cura
prodigorum ipſo iure, ſi ſanos mores recepe-
rint.[d]

a In l. his qui in ea cauſa, l. 12. §. 1. de tuto. & cura. dat. ab his, &c. lib. 26. P. tit. 5.
b L. is cui bonis, de uerbor. oblig. in P.
c L. 1. de curat. furio. P.
d Cic. 2. Offic.
e Ariſtot. li. 1. Magno. Mora. c. 24.
f ut in l. ſciendum, l. 19. §. illud, de ædic. in P.
g Valer. Max. lib. 3. c. 5. l. 1. de his qui ſunt ſui uel al. iur. 10 P.
h L. 1. de curat. furio. §. furioſi quoque, de curatur.
i l. is cui bonis, de uer. obl.
k l. Iulian. 10. de curat. furio. in P.
l §. præterea, quibus non eſt perm. fac. teſt.
l glo. in d. l. is cui, & in l. 1. de curat. fur. & in l. furioſum, de reg. iur. Et hæc eſt communis opinio ſecundum Iaſ. in d. l. is cui, col. 3. pro qua facit a contra. ſenſu, l. Iulianus, de cura. furio. in P. in l. ſi curatorẽ habens, in uerb. cui à prætore interdictũ ſit, de in integr. reſtit. minor. tex. in c. ueritatis, de dolo & contu.
m Iul. Paul. li. 3 recep. ſent. titul. 3.
n l. & mulieri, l. 15 de cura. furio. in P.
o l. ex damni infecti ſtipulatione, de damn. inf. P.
p l. ſi uero nõ remunerandi, l. 11. §. ſi adoleſcens, man. lib. 16 P. tit. 1.
q Dio Caſſi. lib. 17.
r Iul. Capit. in uita Antonini.
s Flo. lib. 4. Epi 10. cap. 1.
t Salluſti. de bell. Catil. in princ.
u Plautus, in princ. Trinum.
x Claud. 1. in Rufinum
y Hor. li. 3 carmi. ode 12.
z Perſ. Saty. 1.
a l. ſi furioſo, 16 de curat. furio. in P.
b Cice. 1. de ſenectu.
c glo. in l. poſt ẽ pro filio, de minor. in P. l. 1. & l. nec non. ex quib. cau. ma.
d l. 1 § pen. de cura. fur. in P.

De curatore ventris. Cap. VII.

1 *Ventris curator, non tutor à magiſtratu datur.*
2 *Curator ventris & cum inquiſitione, & ſine ea datur.*
3 *Curatorum ventris & bonorum, cum curatoribus minorum, furioſorum, & prodigorum differentia.*

Cura

1 CVrator uětri datur mulieris, id eſt,
eius nomine, qui in utero matris
eſt, qui alitur alimentis præbitis
matri. Et uentri quidem ita tutor
à magiſtratu dari non poteſt, curator tamen po
teſt:[a] quia perſona eius qui in utero eſt, ſatis
ſub tutela matris eſt, quia & pars uiſcerũ eius
& portio cenſetur.[b] At curator bonis neceſſa-
rius eſt, ut conſeruentur naſcituro, qui, quòd
pertinet ad ſuum commodum, pro nato habe-
tur.[c] Interdumque curator alius ventris eſt, ad
alimenta uidelicet præbenda matri quæ fert
partum, & ita nutrit: & alius qui bona admini
2 ſtrat.[d] Datur curator uentri, uel ſine inquiſitio
ne, & tunc is non ſatiſdat: aut cum inquiſitio-
3 ne, & ſatiſdat.[e] Hermogenianus,[f] inter bono-
rum uentriſque curatorem, & inter curatorem
furioſi, itemque prodigi, pupillive, magnam eſ
ſe dicit differentiam: quippe cum iſtis, ſcilicet
curatori furioſi, pupilli, & prodigi, plena eſt re
rum adminiſtratio: duobus autem ſuperiori-
bus, bonorum & uentris, ſola cuſtodia, & re-
rum, quæ deteriores futuræ ſunt, uenditio com
mittatur.

a l. uětri, l. 20. de tuto. & cur. dat. ab &c. in P. lib. 26 tit. 5.
b l. 1. §. ex hoc reſcripto, de uen. inſpic. lib. 25. P. tit. 4. l. curator, de uent. in poſſ. mitt. in P.
c l. qui in utero, de ſta. hom. in P. l. 1. de uět. in poſſ. mitt. li. 37. P. tit. 8.
d l. 1. §. quoties, & ſeq. de uě. in poſſ. mitt. in P.
e l. bonorum uentris, l. 8. de cura. furio.
f Hermoge in l. inter bonorũ, l. 40. de ad mi. tuto. lib. 46. P. tit. 7.

De curatore bonorum. Cap. VIII.

Lib 42. P. tit. 8.

1 *Curator datur bonis viuentium & mortuorum, quando, & quare.*
2 *Curator bonis controuerſis authore iudice & conſenſu contendentium datur.*
3 *Curatores bonis captorum ab hoſtibus dati.*

1 QVando agitur de bonis conſeruan-
dis, uel diſtrahendis, uel uiuen-
tium, uel mortuorum, ſæpe cura-
tor datur:[g] uiuentium, ueluti ſi de
bitor ſolum vertat, & foro ceſſerit, creditores
eligunt unum, per quem bona diſtrahantur, ut
portio illis quæ ex redacto fit, ſoluatur,[h] uel ut
2 bona locentur & adminiſtrentur.[i] Videlicet ap
probante curatorem iudice, qui adiri debet à
creditoribus, ut conſtituat ex eorum conſenſu,
uel diſſentientibus illis ex arbitrio ſeu officio
curatorem bonorum debitoris unum uel plu-
res.[k] Idipſum in bonis mortui, ſi hæres nolit,
uel non poſſit adire hæreditatem, creditores pe
tunt bonis dari curatorem.[l] Dabitur & quam
uis non ſint, uel ſi non urgeant creditores, ad
conſeruanda bona, & ad peritura diſtrahen-
da:[m] ueluti ſi Domini capti ab hoſtibus, reuer-
ti ſperantur:[n] ſi ex Carboniano edicto bono-
rum poſſeſſio petita ſit, & cautio non detur.[o]
3 Et ſic in ſimilibus. Dantur curatores quoque
captis & uiuentibus apud hoſtes, ſpe poſtlimi-
nij, ne interim bona eorum fraudibus diſſi-
pentur.[p]

g Nerat. l. cui bona, l. 9. de cura. furio. P.
h l. ſi de curat. bon. dan. li. 42. P. tit. 8.
i Caius, l. in uenditione, l. 8. § ſin. de bo. autho. iud. poſſid. eod. lib. tit. 5.
k l. 2. de curat. bon. dan. l. Fulcinius, l. 7. §. Labeo, quibus ex cau. in poſ. eat. eo lib. tit. 4.
l l. 1. de curat. bon. dan.
m l. ſi dan., l. 8. quib. ex cau. in poſſ. eat.
n l. 1. § pen. & ſi. de muner. & hono lib. 50. P. titu. 4. l. in poſſeſſionem, quibus ex cauſ. in poſſ. eat.
o d. l. ſed & ſi, §. ſi. de muner. l. 1. §. quoties, de Carbo. edic.
p l. cũ cognatis, l. 5. de cap. & de poſtli. reuer. lib. 8. C. titul. 51.

De actoribus & adiutoribus tutorum, vel curatorum. Cap. IX.

Lib. 5. C. tit. 6.

1 *Tutoribus & curatoribus dantur adiutores per iudicem, pro nutu eorum tutorum uel curatorum.*
2 *Tutores & curatores cur in locum ſui procuratorem pro rebus pupilli non poſſunt dare, ſed actorem? niſi lite conteſtata.*
3 *Actor datus à tutore & curatore quid præſtet in iudicio.*
4 *Actorum tutorum quando finiatur officium.*

1 SVperioribus perſonis curatorum
& tutorum aliæ quandoque acce-
dunt auxiliares, additæ à iudice pe
tentibus tutoribus uel curatori-
bus, ſi illi ſufficere non queant adminiſtratio-
ni: nempe actores ſeu adiutores, ratione iudi-
ciorum,[q] & in locum procuratorum ad lites.
Qui periculo tutorum & curatorum dantur, id
eſt, ut ipſi teneantur pro illis, ſi male & perpe-
2 ram adminiſtrauerint negotia commiſſa.[r] Ex-
plicat autem id Iuriſcon. Paulus, & cur actor
potius, quàm procurator hic dicatur in tutela
litium curam habens. *Decreto*, inquit,[s] *tutorũ*,
periculo tutoris actor conſtitui ſolet, quotieſcunque
aut diffuſa negotia ſunt, aut dignitas, aut ætas, aut
ualetudo tutoris id poſtulat: Nempe ſi infans pupil
lus fari non poſſit, ut procuratorem facere nõ poſſit.
Et Diocletian. & Maximi. nec patri quidem tu
tori filij permittit procuratorem creare, ſed a-
ctorem tantum.[t] Iure enim tutor quandiu ab-
eſt, alium quàm tutorem conſtituere non po-
teſt.[u] Tutores enim aut curatores, Domini re-
rum minorum non ſunt, ſed illarum agunt cu-
ram, & ideo procuratorem non poſſunt conſti-
tuere pro illis in iudicio,[x] ſed actorem,[y] ex cau
ſa:[z] niſi lite conteſtata ordinare uelit procura-
torem tutor, quia tunc factus eſt Dominus li-
tis.[a] Quanquam in negotijs gerendis procura-
3 tor recte alium procuratorem conſtituat.[b] Hic
actor tamen, tanquam procurator ſatiſdat de
calumnia, ut legitimam perſonam ſtandi in iu
4 dicio habens.[c] Finitur horum actorum officiũ,
finito officio eius cui additi ſunt, nempe tuto-
ris uel curatoris:[d] uel finito negotio cui præfe-
cti fuerunt.

q l. quæ omnia, de procur. in P.
r utrunque probatur in l. ſolet, l. 13. de tutel. in P.
s l. decreto, l. 25. de admini. & peri. tut. libr. 26. P. tit. 7.
t l. 1. de actio. à tuto. ſeu curat. dan. li. 5. C. tit. 61.
u l. curatorem habenti, l. 10. q da tut. uel cur. poſſ. lib. 5. C. titul. 14.
x l. 1. de procu. in P.
y l. neque, C. de procurat. l. ſi actus, de appel. C.
z §. ſi. de cura.
a d. l. neque.
b l. ſi procuratorẽ, § ſi quis, mand. in P.
c l. 2. § 1. § ſin autẽ, & § 1. de tutam cal. C. & ibi gl. & glo 2. in d. l. 1. de actio. à tuto uel curat. dan. C.
d l. 1. quan. t. uel curat. eſſe deſ. C.

De actionibus tutelæ & curæ, directis & utilibus, ciuilibus & prætorijs. Cap. X.

Lib. 27. P. tit. 3. Arbit. tute lib. 5. C. tit. 51.

1 *Tutelæ actio non niſi finita tutela proponitur, contra curatorem autem & actio proponitur pendẽte adminiſtratione.*
2 *Tutor ut ex quaſi contractu obligatur, unde actiones tutelæ.*
3 *Tutor conuenitur pro male geſtis, non geſtis gerendis, pro dolo, et culpa: teneturque res eius & proprias curare.*
4 *Actio in tutorem duplex, tutelæ, & de rationibus diſtrahendis: quæ & utilis in curatorem.*
5 *Tutelæ actio directa, & contraria, & utilis.*
Res pro quibus tutelæ actio uel curæ directa datur, eod. & nume. 7. 6. 10.
6 *Negotiorum geſtorum actio quando in tutorem uel curatorem datur.*
8 *Tutor à tempore quo ſciuit ſe datum, & ſi non adminiſtrauerit, tenetur de periculo tutelæ.*
9 *Tutor uel curator num teneantur pro uſuris pecuniarum otioſarum minorum.*
11 *Tutorum unus pro omnibus in ſolidum conueniri poteſt pro tutela.*
Quando inter contutores habet locum exceptio diuiſionis: & quando in ſolidum quilibet tenetur, eod.

12 Tutori-

12 *Tutoribus & curatoribus competere beneficium ordinis, ceſſionis, diuiſionis, & utilis actionis: & beneficium ordinis quod, & quando illis datur.*

13 *Beneficium diuiſionis tutelæ & curæ quale, & quã do detur tutoribus & curatoribus.*

14 *Beneficium ceſſionis actionis datum contutori.*

15 *Vtilis actio quæ detur contutori in contutores.*

16 *Actio pro tutela, in eum qui ſe pro tutore uel pro curatore falsò geſſit: & de contraria protutelæ.*

17 *Tutelæ actio durat 30. ann.*

18 *Tutelæ & curæ nomine in quantum, & quomodo agant hæredes minorum, & teneantur hæredes tutorum & curatorum, an de dolo, lata, leuique culpa.*

19 *Infamia ex condemnatione tutelæ uel curæ non tranſit in hæredes tutorum uel curatorum, quomodo.*

20 *Iuratur in litem contra tutorem, non contra eius hæredem.*

21 *Perfidia tutorum & curatorum infamia, & alijs pœnis punita. item 19.*

22 *Platonis lex de tutelis, & accuſationibus tutorum.*

23 *Tutores honorarij & notitiæ cauſa dati, quando, & in quantum teneantur.*

24 *Actio directa de rationibus diſtrahendis quid, & contra quos datur.*

25. 26. *Actio tutelæ, & de rationibus non concurrunt.*

26 *Furti actione interdum contra tutores & curatores agitur.*

27 *Actio de rationibus diſtrahẽdis datur contra quos libet tutores non contra hæredes eorum.*

28. 29. *Actio alia in curatorem & tutorem ex ſtipulatu, rem pupilli ſaluam fore, & quando ex ea agatur, & contra quos.*

29 *Actio ex ſtipulatu, rem pupilli ſaluam fore, utilis datur in pro tutore gerentem.*

30 *Beneficium diuiſionis agenti minori contra tutores obijci nequit ab illis, inter illos quatenus locum habeat.*

31 *Actio ſubſidiaria quando ob tutelam uel curam competat contra magiſtratus, qui tutores & curatores dederunt.*

In nominatores tutorum & curatorum actio quando competat, eod.

32 *Magiſtratus collegæ, qui conueniri poſſunt nomine tutelæ uel curæ, diuiſionis an habeant beneficium.*

33 *Magiſtratus, qui non tenentur in ſubſidium tutorum uel curatorum, quos dederunt.*

34 *Scriba, cui de facultatibus minorum commiſſa eſt inuentarij confectio, quando in ſubſidium tutorum & curatorum teneatur.*

35 *Ordo qui nominauit magiſtratum, qui minoribus tenetur, non tenetur pro magiſtratu in ea cauſa tutelæ uel curæ.*

36 *Vtilis actio ex facto tutoris uel curatoris data minoribus, & in minores.*

37 *Actiones prætoriæ pro tutore, & in factum pro tutela & cura, in quo dantur minoribus.*

38 *Reſtitutio minorum & aliorum, in factum actione aduerſum geſta à falſo tutore uel curatore.*

39 *Actio pro tutela, & pro tutore prætoria, in quo differant.*

1 ACtiones tutelæ & curæ fere eadem tractatione concludi poſſunt, paucis exceptis, ueluti quòd actio tutelæ non niſi depoſita adminiſtratione proponi iure communi poſſit:[a] eum euſante autem manente adminiſtratione, ut cũ

a l. arbi ſinita, l. 4. & l. ſi tutor, e §. fin. & l. ſed nõ datur, l. 10. de ſuſpe ſtratio. diſtrah. in P.

2 procuratore agi poſſit.[b] Tutores qui tutelæ iudicio tenentur, non proprie ex contractu obligati eſſe intelliguntur, ſed ex quaſi contractu: cuius nomine mutuæ ſunt actiones, & quæ pupillo in tutorem dantur directæ, & quæ tutori

3 dantur in pupillum contrariæ.[c] De omnibus quæ tutor fecit, eum facere non deberet: item de omnibus, quæ non fecit, rationem reddet hoc iudicio, præſtando dolum & culpam, & quantam in ſuis rebus diligentiam.[d] Lex Platonis etiam ea,[e] *Tutor non minor orphanos, quàm ſi genuiſſet eos, diliget: neque res illorum peius, quàm ſuas gubernet. Imo etiam affectu animi magis.* Cicero tutelam & procurationem reipu. ita gerendam ait, ad utilitatem eorum qui commiſſi ſunt, non eorum quibus commiſſa eſt.[f]

4 Actio in tutorem et qui in poteſtate eius fuit, duplex datur: tutelæ una, & de rationibus diſtrahendis conturbatis alia.[g] Quarum exemplo alia in curatorem datur utilis, extenſione facta actionis quæ datur pupillo, ad minoris perſonam in curatorem: quod indicat conceptio tituli ſeu rubricæ, *de tutelis & rationibus diſtrahen-*

5 *dis:* & utili curationis cauſa, actione. Tutelæ actio directa, & contraria, & utilis. Res pro quibus datur directa, ſunt omiſſa geri, & male geſta: ut officio tutoris incũbit rationes actus ſui conficere: & pupillo reddere. Cæterum ſi nõ facit, aut factas non exhibet, hoc nomine iudicio tutelæ tenebitur.[h] Item quicquid tutoris dolo, uel lata culpa, aut leui, ſeu curatoris minores amiſerint, uel cum poſſent, non acquiſierint, hoc in tutelæ, ſeu negotiorum geſtorum utile

6 iudicium uenire non eſt incerti iuris.[i] Negotiorum autem geſtorum tunc actio datur, quando poſt depoſitam tutelam, uel finitam, adminiſtrauit tutor, ut ait Iulius Paulus:[k] uel ſi pro tutore, uel curatore, cum non eſſet, ſe geſſerit.[l] Sed illa nõ eſt tutelæ propria actio, de qua nũc

7 agimus. Rurſum directa tutelæ datur in tutorem, uel curatorẽ, qui pecunias pupilli, uel minoris in ſuos uſus conuerterunt, ut eas cum u-

8 ſuris legitimis reſtituant.[m] Item ſi tutor ceſſauerit in officio, uel reſciens ſibi decretã tutelã, nõ adminiſtrauerit, tenetur. Ex quo enim innotuit tutori, ſe eſſe tutorem, ſcire debet periculum tutelæ ad ſe pertinere. Innoteſcere autem qualitercunque ſufficit, nec utique eum teſtato conueniri oportet: Nam ſi citra teſtationem aliunde cognouerit, nulla dubitatio eſt, quin periculum ad eum debeat reſpicere.[n] Qui tamen ſemper præſumitur perpetuo ignorare, niſi contrarium probetur:[o] uidelicet ſi intra tempora excuſationibus deputata eas non propoſuerit,[p] legitimas nempe: quando quidem illegitimæ non liberant à periculo ceſſationis.[q] Quemadmodum contra, ſi tutoris datio nulla ſit, aut nõ teneat, periculum nullum eſt tutoris, ſi non adminiſtrauerit, quanquam ſciuerit ſe datum i[r]

9 Competit & tutelæ in tutores actio, ſi male cõtraxerint, id eſt, ſi prædia non idonea cõparauerint per ſordes, aut gratiam, aut per latam negligentiã,[s] ut ſoluant fructus ex rebus perceptos, uel qui bona fide percipi potuiſſent,[t] de dolo, ſi repertorium non fecerint,[u] etſi alio modo geſſerint dolosè, de culpa, de negligentia, ut ſupra monuimus.[x] Iuraturque in litem aduerſus doloſum,[y] & ſi ſoluendo non ſit, extra ordinem coercetur.[z] Cæterum de caſu fortuito non tenetur,[a] ut ſi incurſu latronum res perierit:[b] niſi ſeruatei non ſeruanda, quæ perierint caſu ob culpam præcedentem.[a]

b l. eſt curatore, 37. de adminiſt. tut. in P.

c §. igitur, de obliga. quæ ex deli. naſc.

d Vlpia. in l. 1. de tut. & ratio. diſtrah. li. 37. P. tit. 3. l. 1. o tutoribus, eo. l. quicquid. arbit. tut. C. §. fin. et qui obl. perhib. ſu hab. res minor. in auth.

e Plato, 11 de legib.

f Cic. 1. Offic.

g l. 1. §. in tutela, de tute & ratio. diſtrah. P.

h l. 1. §. officio, eod.

i l. quicquid. l. 7. arbit. tut. C.

k Iul. Paul. l. 3. recep. ſent. ti. 4. c. 2. facit l. cum tutor a, de negot. geſt. C.

l Idẽ Pau. eod. lib. & ti. c. 8.

m l. 3. & l. cum interdicit, C. arbit. tut. l. tum q repertorium, l. 1. § ſi poſt depoſitionem, cum ſeq. §§ de adm. & pericu. tuto.

n l. quidam de ordẽ. & § ſi de adm. tut. l. tutor. l. 21 & l. etſi ſciſſes, C. eod. Extant hac de re conſti. regiæ & placita curiæ ſupremæ, de quibus uide Papon. li. 15 Rhapſodi. arreſto. tit. 3. arreſt. 4. & 5.

o l. hoc autẽ. l. 7. de admi. tut. in P.

p l. 1. eod. titu. in P.

q l. quanquã, de excuſ. mu. C. l. qui teſtamento, eod. ro P. l. 2. ſi tut. appell. C.

r l. militi, & l. neque, qui dat. tuto. poſſ. C.

s l. tutor. § reperto. § cõperit, de admi. tut. in P.

t l. ſi ſine hærede, § Modeſtinus, eod.

u l. tutores, an. eo. & l. tutor q repertorium.

x facit l. 1. de peric. tut. C.

y d. l. tutor qui repertorium.

z l. ob furnus, l. ſi eo. de adminiſt. tuto.

a l. 4. de peric. tuto. l. 15. C. tit. & l. negotium, C. de neg. geſt.

b l. ſi res pupillaris, l. 51. de adminiſt. tut. P.

10 tem, [a] Ad fœnus quoque pecuniarum pupilli
tenebatur tutor antea, illudque ipſe præſtabat,
ſi otioſas reliquiſſet: hodie tamen, ſi reditus, uel
fructus patrimonij minorum & pupillorum
ſufficiant pupillorum uſibus, non tenentur fœ
nerari: aut ſi non ſufficiant, non tenentur mu-
tuare, niſi quatenus ſufficiat ad diſpenſationẽ
adoleſcentis. [b] Cum quia uſuræ uetitæ à Deo
ſunt, [c] tum quòd ſæpe accidit, ut pecuniæ fœne
bres iuſto Dei iudicio, & patrimonia fœnerato
rum, in nihilum recidant. [d] Quo fit, ut ſi mu-
tuauerit tutor pecuniam pupilli, mutui ſubia-
ceat periculo. [e] Cum autẽ is ad uſuras condem
nabitur, arbitriũ erit iudicis quales præſtet: [f] ut
ſi ſit in dolo, maximas. [g] Datur autem actio pu
pillis & hæredibus eorum, aduerſus omnes cõ
tutores, & ſingulos quos eligere uoluerint in ſo
11 lidum. [h] Habet tamen locum inter contutores
contumaciter non gerentes exceptio diuiſio-
nis. [i] Verumtamẽ hic opus eſt diſtinctione. Nã
diuiſa tutela uel cura, ſiue à præſide, ſiue à teſta
toris uoluntate, periculum tutelæ ſeu curæ non
pertinet ad contutores contutorum male gerẽ
tium, ſed pro parte ſua quilibet conuenitur: ni
ſi per dolum ob culpam ſuſpectos nõ remoue-
rint, uel tarde ſuſpectos arguerint cum illi non
ſoluendo effecti ſunt: uel ſi ſuſpicionis cauſam
agentes, pupilli iura prodiderũt. [k] In ſolidum
porro tenentur pro contutore, nulla diuiſione
12 à teſtatore, uel iudice facta. Attamen illis com
petit uel beneficium ordinis, uel ceſſionis, uel
diuiſionis, uel utilis actionis. Beneficiũ ordinis
eſt, ut ordine alter poſt alterum conueniri poſ-
ſit, ſi tamen inter illos omnes gerentes aliqua
facta ſit adminiſtrationis diuiſio: nam nulla di
uiſione facta inter ipſos, ſine ordine quilibet
eorum electione libera in ſolidum conueniri
poteſt. [l] Quod obtinet diuiſione etiam facta in-
ter contutores eiuſdem generis, puta ſi ſint om
nes teſtamentarij, uel legitimi, uel datiui. Cæte
rum ſi ſint diuerſi generis, ut alij eorum qui ad
miniſtrauerint, ſint datiui, alij teſtamentarij:
prius conueniuntur pro propria adminiſtratio
ne datiui: ſecundo, qui pro ijs ſe obligarunt, de
hinc magiſtratus qui eos dederint, antequam
perueniatur ad contutorem. [m] *Et licet*, inquiũt
Dioclet. & Maximia. *Tutorum conuentione mu-
tuum periculum minime finietur, tamen eum qui ad
miniſtrauit, ſi ſoluendo ſit, primo loco, eiuſque ſucceſ
ſores conueniendos eſſe non ambigitur*, [n] Poſtea
contutores, dummodo tempore depoſitæ tute-
læ ſoluendo alij qui geſſerunt nõ ſint: alioquin
eo tempore ſoluendo exiſtentibus, contutores
pro his non tenentur. [o] Quòd ſi ex diuerſi gene
ris contutoribus datis, quidam geſſerint, alij
non adminiſtrauerint, ſed alijs mãdauerint ge
rere: inter eos non eſt locus beneficio ordinis,
quia omnes geſſiſſe uidentur. [p] Si autem quidã
tutelam uel curam non geſſerint, nec manda-
uerint gerere, ſequendum eſt reſcriptum Ale-
xandri, cuius uerba: *Qui ſe non immiſcuerunt tu-
telæ uel curæ, ex perſona eorum qui geſſerũt & ido
nei ſunt, non onerantur: ſi qua uero ſint, quæ cum ge
ri debuerint, omiſſa ſunt, latæ culpæ ratio omnes æ-
qualiter tenet.* [q] Et certum eſt, nõ ſolum eos qui
geſſerunt, ſed etiam qui gerere debuerunt, tute
læ nomine teneri etiã de his, quæ à contutori-
bus ſeruari non potuerunt: ſi modo cum ſuſpe-
ctos facere debuerunt, id officium omiſerunt. [r]
Extat & ſingularis cũ diſtinctione Papiniani
hac de re in hæc uerba, ſententia: *In eum qui tu-
telam gerere noluit, poſt cæteros qui geſſerunt, actio
nem utilem tutelæ dari placuit: quod tamen ex tute-
la non peruenit ad eos qui ſe negotijs miſcuerunt,
ſed communi negligentia perijt, citra ſubſtitutionis
ordinem æqualiter ad omnium periculum ſpectat.* [s]
13 Verum beneficium datur diuiſionis, quando
plures ſimul geſſerunt tutelam, & omnes ſi-
mul ſoluendo ſunt: æquiſſimum enim erit tũc
diuidi actionem inter eos pro portionibus uiri
libus exemplo fideiuſſorum. Si non omnes ſol
uendo ſunt, inter eos qui ſunt ſoluendo diuidi
tur actio: ſed prout quiſq; ſoluendo eſt, poterũt
conueniri. [t] Sic tutores & curatores omnes ali
cuius, ſiue ſimul omnes adminiſtrauerint, ſiue
non adminiſtrauerint, aut inter ſe diuiſerint
adminiſtrationem, cuiuſcunque generis ſint
aut datiui, aut legitimi, aut teſtamentarij, licet
quilibet eorum teneatur in ſolidum, tamen be
neficium diuiſionis habent, non ordinis, etiã ſi
doloſè adminiſtrauerint. [u] uidelicet ſi ex com-
muni dolo & culpa conueniantur, contra, ſi ex
dolo ſpeciali. [x] Plures itaq; curatores uel tuto-
res in ius uocati, ſimpliciter condemnati pro
uirilibus cenſentur partibus condemnati, licet
obligatio & petitio fiat in ſolidum. [y] Quinimo
arbitrantur interpretes pluribus condemnatis
ratione tutelæ in ſolidum, poſſe eoſdem oppo-
nere adhuc beneficiũ diuiſionis. [z] Et ita iudica
tum notat Boerius. [a] Illi autem ex ſentẽtia plu-
riũ, quos refert, interpretũ, uerius uidetur pro-
ponendã eſſe exceptionẽ diuiſionis ab exordio
litis, ante litis conteſtationẽ: quòd ſit exceptio
dilatoria. [b] Diuiſa tamẽ ſemper uidetur cõdem
natio eorum, qui in diuerſis prouincijs admini
ſtrant eiuſdẽ tutelã & bona: nã tutor unius pro
14 uinciæ nõ tenetur de facto alterius. [c] De benefi
cio ceſſionis, unde & actio utilis in contutores,
Vlpianus ſic reſpondit: *Si forte quis ex facto alte
rius tutoris condemnatus præſtitit, uel communi
geſtu, nec ei mandatæ ſunt actiones, uidelicet ſi à
pupillo uel minore non fuerit ceſſa actio: Conſtitutũ
15 eſt à D. Pio, & ab imperatore noſtro, & ab eius pa-
tre, utilem actionem tutori aduerſus contutorem dã
16 dam.* [d] Datur etiã protutelæ actio in eum, qui
ſe pro tutore geſſit, uel pro curatore, cum tamẽ
uere non eſſet tutor uel curator: atq; ea exerce-
ri poteſt ante tempus pubertatis. [e] Tenetur au-
tem ad id quod tutor obſtringitur, & pari mo-
do ei contrarium iudicium protutelæ datur. [f]
17 Tutelæ actio tam hæredibus pupilli, [g] quàm
etiam contra hęredes tutoris competit, [h] uſque
18 ad triginta annos. [i] Verumtamen non eodem
modo hæredes tutorum uel curatorum, quo ip
ſi tutores uel curatores tenentur, [k] neq; priuile
gia minorum in ſucceſſores tranſeunt. [l] Itaque
hæredes tutorũ uel curatorũ tenentur eo nomi
ne rationem reddere de eo quod tutor uel cura
tor adminiſtrare debuit, nec adminiſtrauit: con
uentis primum illis, ut diximus, qui adminiſtra
uerint. [m] Itẽ de eo quod defunctus à ſe, uel ab
alijs nõ exigit [n] utili uidelicet actione. [o] Quia
tamen finitur tutela morte tutoris, [p] hæres eius
ex ſua perſona, non tenetur de periculo contu-
toris, ſi idoneus defunctus erat tẽpore mortis. [q]
Sed neque tutores tutorum uel curatorum, ob
negligentiam, quæ non latæ culpæ comparari
poſſit, condemnari oportet, ſi non contra tuto-
rem lis inchoata eſt, neque ex dãno pupilli lu-
crum captatũ aut gratiæ præſtitum ſit. [r] Ex do-
lo tutoris uel curatoris hęres tenetur, alioquin
& de lata culpa, non de leui ex perſona defun-
cti: [s] quamuis ex ſua perſona de leui teneatur. [t]
Quòd

a l. 3. de peric. tuto. C.
b in l. tutores, 38. & auth. nouiſſimè, de admini. tut. C. l. 2. de uſur. pupill.
c D. Luc. 6. Pſal. 14.
d l. lex quæ tutores, de admi. tuto. C.
e d. authẽ. nouiſſimè, & §. quoniã, titu. ut ij qui perhib. obliga ſe hab. &c. in authen. coll. 6
f l. 4. § quantas, de fideiuſſ. tuto. in P.
g l. tutor, 3 §. pecuniæ, & l. non exiſtimo, de admi. tuto. in P.
h l. ſi ſiue hærede, 31 §. hęredibus, eod.
i l. ſi plures, 19. eod.
k l. 2. de diuid. tute. C.
l d. l. 2. de diui. tut.
m l. Lucius, 47. § cum in teſtamento, de admin. tut.
n l. ſi. C. de diuid. tute. l. 2. ſi tut. non geſſ. l. cũ interdictũ, C. arbitr. tute. in P.
o l. 1. de diuid. tute. C.
p l. tres tutores, 38 §. nõ ſolum, de admi. tuto. l. ita autẽ, §. geſſiſſe, eod. l. 2 de fideiuſſ. tu. in P.
q l. 1. ſi tut. uel cur. non geſſe. lib. 5. C. tit. 55.
r l. 1. ſi tut. uel cura. non geſſ. l. ſi quis tutor, §. quinetiã, de ſit. aupt. in P. l. ſi tibi patet, de teſta. tute.
s l. tutores qui poſt, l. 1. § in eum, de admi. niſt. tuto.
t l. 2 § aliẽ tranſeuntis, de tutel. & rat. diſtr.
u l. ſi plures in C. de admi. tut.
x Boer. deciſ. 39. nu. 2. & 3. l. 1. & 2. ſi tutor. uel cur. non geſſe. C.
y d. l. 1. & 2. eo. Barto. in l. 2. de tranſa. C. & ibi gl. & interpr. 9. l. 1. § planè, de tut. & ratio. diſtrah. in P.
y ut in l. 1. ſi plu. uno ſentẽ. fuer. condem. & ibi no. Bald. & Alber. in l. ea quæ, ſum excip.
z Bar. Pau. Caſtren. Ang. in l. Paulus, de ſolut. in P.
a Boer. in d. deciſ. 39 nu 1
b idem in prox. cita. deciſ. nu. 10 & Bal. & Cin. q. 8 in l. exceptionem, de excep. &c.
c l. 2. de peric. tuto. lib. 5. C. tit. 31.
d l. 1. § nunc tractemus, uel & ſi fortè, de tutel. & ratio. diſtrah. in P. l. ex facto, de nego. geſt. in P. l. cũ interdicta, 14 arbit. tute. C.
e l. 1. de eo qui pro tute. nego. geſſ. li. 5. C. tit. 45 & l. 1. eo. li. 27. P. tit. 5.
f l. pen. & fin. eod. in P.
g l. tutelæ actio, 12. arbitr. tute. C.
h d. l. tutelæ, & l. minor qui pupillorum. l. 8. de admi. tut. in P. l. ſi tuto. eod.
i l. tutores. tutelæ, l. 2. arbitr. tute. C.
k l. 1. de hęred. tuto. C. li. 5. tit. 54.
l l. ex pluribus l. 41 de admi. tuto. in P.
m l. 2 & fin. de heredib. tut. C. l. tutelæ, C. arbit. tute.
n l. 3 d. titu. de hæred. tut.
o d. l. 3. & l. nõ quaſi, § 1. rem pup. ſal. fore. l. P.
p § ſimili modo, quib. mod. tut. fini. lib. 1. Inſtit. tit. 22
q l. tutores, ſi 40 § tutoribus. de admini. tut. in P.
r l. 1. de hære. tuto. C. l. 1. ſi ex del. def. in quã. hær. tenea. C.
s l. curatoris, l. 18 de neg. geſt. C. l. olim, C. de in lit. iur. l. ex depoſiti, l. 13. & l. ex contractibus, de actio in P. l. in hæredes, de magiſt. conuen. C. l. nõ ſimiliter, l. 4. eo. P. l. ſi & 4. de fideiuſſ. tu. in P.

t l. 3. §. penul. de nego. geſt. P. l. cum oſtendimus, l. 4. §. 2. de fideiuſſ. & ma. tuto. lib. 27. P. tit. 7.

19 Quòd pertinet tamen ad infamiæ iudicium,
differunt defunctus & hæres: ſi quidem tutor
aut curator de dolo, proprio ſuo nomine, iudi-
cio uel actione directa conuentus, damnatus,
infamis eſt: hæres autem, qui de dolo defuncti
nomine damnatur, minime. Quia de perfidia
alterius agitur,[a] hæres tantum in æs alienum,
20 non in tutelam ſuccedat.[b] Quare contra tuto-
rem doloſè uerſatum in litem iuratur,[c] non
autem contra hæredem, niſi & ipſe in tutela,
mortuo tutore, uel curatoris hæres in cura, de-
functo curatore doloſè uerſetur: quia tunc ex
proprio dolo quilibet tenetur, quamuis à negli
gentia leuis culpæ immunis ſit.[d] Quædã enim
ſunt quæ hæres tutoris, quamuis tutor non ſit,
tenetur cepta à defuncto implere & explicare,
ſi is hæres legitimæ & idoneæ ætatis ſit, in qui-
21 bus ipſe dolum committere poteſt.[e] Et Cice-
ro:[f] *Si qua ſunt*, inquit, *priuata iudicia ſummæ exi-
ſtimationis, & pene dicam capitis, tria hæc ſunt,
fiduciæ, tutelæ, & ſocietatis. Atque enim perfi-
dioſum & nefarium eſt fidem frangere, quæ conti-
net uitam, & pupillum fraudare, qui in tutelam per
uenit, & ſocium fallere, qui ſe in negotio coniun-*
22 *xit.* Platonis de tutoribus lex etiam hæc: *Si
tutor negligere aut malitioſè agere propinquis, aut
cæterorum ciuium alicui uidebitur, in iudicium ad-
ductus quadruplum damni reſtituat, cuius pars al-
tera puero, accuſatori altera deferatur. Poſtquàm
uero ad pubertatem orphanus uenit, ſi male ſecum
egiſſe tutorem duxerit, ad quinquennium uſque ab
exacta tutela, in tutorem ſibi agere liceat. Et ſi tu-
tor quiſpiam condemnabitur, quid pati darive de-
beat, à iudicibus decernatur.*[g] Quæ per omnia in
hæredibus tutorum locum habere non poſ-
ſunt, maxime in hæredibus eius, qui non iure
tutor uel curator datus, adminiſtrationi ſe non
immiſcuit, qui nec dolum, nec culpã præſtare
23 debent.[h] Datur & actio tutelæ in tutores, quos
uulgo dicimus honorarios, qui nihil admini-
ſtrant, uidelicet excuſſis prius facultatibus eo-
rum qui geſſerint. Imputatur namque illis, cur
cum alios gerentes male gerere viderent, non
fecerint ſuſpectos.[i] Tutor autem notitiæ cau-
ſa datus, perinde ac reliqui tutores, in omni-
bus adminiſtrationis & acceſſionis iure conue
24 niri poteſt.[k] Alia actio quæ contra tutores cõ-
petit directa, eſt de rationibus tutelæ diſtrahen
dis, hoc eſt, ut ego interpretor, de controuerſia
illatarum rerum, quæ per tutorem ſubtrahun-
tur à rationibus redditis, & intercipiuntur:
uel interciperentur, niſi peterentur à pupillis
25 uel minoribus tanquam ablatæ. *Actione*, in-
quit Paulus *de rationibus diſtrahendis nemo tene-
tur, niſi qui in tutela gerenda rem ex bonis pupil-
li abſtulerit: quod ſi furandi animo fecit, etiam
furti tenetur, & utraque actione obligatur, neque
altera alteram tollit.*[l] Et condictio quoque furti
ua competit, per quam rem pupillus conſe-
26 quitur. Actio hæc eſt in duplum, in qua ta-
men ſimplum tantum pœna.[m] Vlpianus au-
tem ſic explicat. *In tutela ex una obligatione duas
actiones eſſe conſtat, & idea ſiue tutelæ fuerit actũ,
de rationibus diſtrahendis agi non poteſt: ſiue con-
tra, tutelæ actio. quoad ſpeciem iſtam, perempta
eſt. Hunc tutorem tamen, qui intercepit pecuniam
pupillarẽ, & furti teneri Papinianus ait.*[n] Videli-
cet ſi animo furandi intercipiat. Nam, ut Try-
phonius ait, ſine animo furandi interceptio re-
rum pupilli in duplum punitur per legem 12.
tab. non tam propter furtum, quantum pro-
pter perfidiam, quod perfide tutor ſe geſſit.[o]
27 De rationibus diſtrahendis actione non ſo-
lum ij tutores tenentur, qui legitimi fuerunt,
ſed omnes qui iure tutores ſunt, & gerunt tute
lam.[p] Eſtque perpetua, quæ minoribus &
ſucceſſoribus eorum datur: uerumtamen in
hæredem, cæteroſque ſucceſſores non dabi-
28 tur, quia pœnalis eſt.[q] Alia actio in tutorem
eſt, ex ſtipulatu rem pupilli ſaluam fore, cum
pupillo rem ſaluam fore ſatiſdatum eſt. Agi au
tem ea tunc poteſt, cum & tutelæ agi poteſt.[r]
Daturque finita tutela, & ex quibus cauſis a-
ctione tutelæ agi poteſt, ex iiſdẽ agitur ex hac
ſtipulatione: & contra ex quibus non poteſt a-
gi ex illa, nec quoque ex hac.[s] Tenetur ob hãc
cautionem, non ſolum uetus tutor qui admi-
niſtrauit, ſed etiam qui pro tutore geſſit, & fide
29 iuſſores eorum. Is tamen qui non geſſit, quia
nec actione tutelæ tenetur, hac actione non cõ
uenitur, ſed utili actione: quia ſuo periculo ceſ
ſauit.[t] Et hæc eadem quæ de tutoribus ex hac
ſatiſdatione diximus, uera in curatoribus cuiuſ
cunque ſpeciei erunt, ſiue puberibus, ſiue im-
puberibus, ſiue furioſis, ſiue prodigis, uel qui-
30 buſdam alijs, ut fieri aſſolet, dati fuerint.[u] No-
mine quoque tutorum & curatorum qui ſatiſ-
dederint rem minoris vel pupilli ſaluam fo-
re, fideiuſſores conueniri poſſunt, & quilibet
eorum in ſolidum: ita tamen, ut huic qui con-
uenitur cedantur aduerſus confideiuſſores a-
ctiones. Neque conuenti à pupillo diuiſionis
beneficium obijcere poſſunt: conuenti autem
31 ab alijs poſſunt.[x] Subinde alia actio ſubſidia-
ria directa minoribus ratione tutelæ, uel uti-
lis, ratione curæ male adminiſtratæ, datur, in
magiſtratus qui eos dederint. *In magiſtratus mu
nicipales*, inquiunt Imperatores Dioclet. & Ma
ximia. *Tutorum nominatores, ſi adminiſtrationis
finito tempore ſoluendo non fuerint, nec ex cautio-
ne fideiuſſionis ſolidum exigi poſſit: pupillis quon-
dam in ſubſidium indemnitatis nomine actionem
vtilem competere, ex ſenatuſconſulto, quod autho-
re Traiano parente noſtro factum eſt, conſtitutum.*[y]
Conuenitur itaque magiſtratus, ut nominator
tutoris uel curatoris minus idonei, poſtquam
bona nominati, & fideiuſſorum eius, nec non
collegarum, ad quos periculum adminiſtratio
nis ſpectat, excuſſa fuerint, nec per ea indem-
nitati minoris ſatisfactum eſt.[z] Tenenturque
pupillo ad ea, ad quæ tutores conueniri poſ-
ſunt,[a] ſi idoneam cautionem à tutoribus uel
curatoribus non exegerunt, rem eorum ſal-
uam fore: nam omittendo eam cautionem, ſe-
ipſos fideiuſſores pro ipſis dediſſe uidentur,
qua ratione & eius hæres tenetur. Si uero
cautionem exegerit, tunc temporis cum cau-
tum eſt, idoneam, etſi poſtea deſierit eſſe
idonea, tutus eſt, & hæres eius ab hac a-
ctione.[b] Similiter & hac actione non conue-
nitur, ſi duos tutores dans non exacta cautio-
ne, quorum unus ſufficiens, alius minus ido-
neus ſit, & qui idoneus eſt, in ſolidum fue-
rit pupillo condemnatus, & ſatisfecerit. Non
enim poteſt tutor condemnatus, pro contu-
tore non idoneo conuenire magiſtratum, eo
prætextu, quòd à contutore non exegerit cau-
tionem, niſi inſcio illo tutore contutor non
idoneus datus ſit ſine cautione: tunc enim
ex æquitate illi in magiſtratum datur actio,[c]
In condemnatione porro magiſtratuum, tute-
læ uel curæ nomine, duo diſtinguenda
ſunt:[d] num tutores uel curatores dando,
nullam ab illis omnino cautionem exege-
rint, an uero aliquam exegerint, ſed non ido-
neam. Ruſſum, ſi omnino non exegerint, an
tempore

a l. 1. & l. ſurti. § ſi poſtus, & § pen. & fin. de his qui not. inf. ff.
b d. l. ſurti. § pen.
c l. tutor qui repertorium, l. 8. de admini. tut.
d d. l. 4. § 1. de fideiuſſ. & hæred. tuto. in ff.
e l. 1. de fideiuſſ. tuto. ff. l. 8. tutor poſt. de tutel. & rat. diſtrah. in ff.
f Cice. pro Q. Roſcio.
g Plato, lib. 11. de legib.
h l. hæres eius, l. 8. de fideiuſſ. & nominat. tutor. in ff.
i l. 3. § ſi patrem, de admi. tut. ff. § ſed ſi nulli, nouell. 118.
k l. quæro, 12. § 1. de teſta. tutel. l. 26. ff. eiuſ. : l. 1. de periculo tuto. lib. 5. C. tit. 38.
l l. 2. de tute. & ratio. diſtra. in ff. l. 1. § in tutela, eod.
m d. l. 2. § pen. & ſi & l. 1. § cõſideranda, eo. tit.
n d. §. in tutela, l. 1. de tutel. & rat. diſtra. ff.
o l. tres tutores 56 de admini. tut. ff.
p l. 1. §. de rationibus, de tutel. & ratio. diſtrah.
q d. l. 1. § pen. eod.
r l. 1. & 4. rem pupill. ſal. fore, lib. 46. ff. tit. 6.
s l. cum pupillus, l. 9. & l. 1. ſi quaſi, l. 4. § hãc ſtipulationem, & § generaliter, rem pupill. ſal. fore.
t d. l. nõ quaſi, § 1.
u d. l. non quaſi, § pen. & fin.
x l. fin. rem pupil. ſal. fore. ff.
y l. in magiſtratus, l. 5. de magiſtra. conueni. lib. 5. C. tit. 75.
z l. aduerſus, l. 4. eod. & l. 5. eodem C.
a l. fin. eod. ff. lib. 27. tit. 8.
b l. qd ad hæredem, l. 6. & l. 5. § ſi magiſtratus, eod. ff.
c l. proponebatur, a iuncta l. 5. de magi. conuen. in ff. d. l. in magiſtratus, e. C. l. Lucius, § pe. de admini. tuto. in ff.
d § ſubſidiaria, de ſatiſdat. tuto. libr. 1. Inſti. tit. 24.

tempore finitæ tutelæ uel curæ fuerint idonei
& ſoluendo, an non ſint, nam: quo caſu tunc
idonei inueniuntur, etſi poſtea deſtituantur fa-
cultatibus, extra periculum ſunt, & hæredes eo
rum: ſin minus, contrà.[a] Ita ſi minus idoneam,
uel nullam adiecarit ipſi, & ſimiliter tenentur
hæredes magiſtratuum. Nam magiſtratus in
omne periculum ſuccedit, & hæres ipſius dolo
proximo culpæ ſuccedaneus eſt,[b] id eſt, de do-
lo & lata culpa defuncti tenetur, non de leui.[c]
32 Cæterũ ipſi magiſtratus, ſi plures ſint qui eiuſ-
dem actionis rei ſint, qui dederint ſine inqui-
ſitione uel ſatiſdatione tutores uel curatores, ſi
uterque ſoluendo ſit, poſſunt petere beneficiũ
33 diuiſionis.[d] Quæ intelligenda ſunt de magi-
ſtratibus, qui tutores uel curatores dant, & ſo-
lent, uel debent exigere cautionem: non autem
de illis, qui dant quidem, ſed qui non ſolent exi
gere, ut præfectus urbis, prætor, præſes prouin-
ciæ, & ſimiles.[e] Veruntamen ij magiſtratus,
quibus prætor, præfectus, & ſimiles mandant
exigere cautionem à tutoribus & curatoribus
quos ipſi dant, ſi non exegerint, tenentur: non
etiam quibus mandatum, ut de facultatibus eo
rum inquirerent & renunciarent, nam iſti non
æquè ac magiſtratus qui dant tutores & curato
res, ſimulque qui exigere debent cautionem pu-
34 niuntur.[f] Agitur etiam contra ſcribam, cui mã
dauerat prætor ut inquireret de ſubſtantia mino-
ris, ut pro facultatum modulo tutor uel curator
eligeretur: ſi dolo aut negligentia ſua ueram
35 ſubſtantiæ taxationem paſſus eſt occultari.[g]
At contra ordinem qui magiſtratum, qui ex tu
toris uel curatoris datione tenetur, elegerit, uel
nominauerit, non datur actio poſt eum magi-
ſtratum ſubſidiaria: nam illi tantum promit-
tunt rempub. non pupillorum rem ſaluam fo-
36 re, niſi expreſſe qui nominarunt & illud pro-
miſerunt.[h] Alia etiam datur utilis actio ex facto
tutoris uel curatoris minori, ex ijs quæ contra-
xerunt illi nomine eius, ut contra, ex contractu
eorum in minorem agitur.[i] Niſi illi uel in ſuã
perſonam nouarint, uel dolo malo contraxe-
rint: cum dolus tutorum uel curatorum mino-
37 ri non noceat.[k] Duæ actiones ſunt prætoriæ,
quæ dantur in tutorem pupillo: una quæ pro
tutore eſt, quæ in eum dirigitur, qui cum tutor
non eſſet, tamen ſe pro tutore geſſit.[l] Alia quæ
in factum eſt, contra falſum tutorem, ſi cum tu
tor non eſſet, in aliquam captionem adoleſcen
38 tem induxiſſet.[m] Reſtituitur & minor aduer-
ſus negotium geſtum ab illo, nec non cæteri a-
ctione in factum ſi modo ignorarint eum eſſe
falſum tutorem.[n] Sunt & quædam perſonæ,
39 quibus & ſcientia reſtitutioni non officit.[o] Pro
pter dolum malum autem hæc actio prætoria
diuerſa à protutela inducta eſt. Quòd in actio
ne protutelę crediderit ſe quis tutorem eſſe: at
in hac prætoria ſciens ſe non tutorem, dolo ma
lo ſe talem finxerit, & geſſerit, & proinde quan-
ti ea res erit quam geſſit, in tantam pecuniam
condemnatur.[p] Datur & in eum, cuius dolo fa
ctum eſt, ut falſus tutor authoritatem ſuam no
mine pupilli interponeret.[q] Dantur & in fa-
ctum iſtæ actiones hæredibus & ſucceſſoribus,
non autem in hæredes, neque in falſum tuto-
rem poſt annum: quoniam & factum puniunt,
& in dolum concipiuntur, & aduerſus eas per-
ſonas, quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt, noxales
fiunt.[r]

a l. Aemilius Dexter, l. 54 de adminiſt. tuto. in P.
b Vlpian. in l. non ſimiliter, l. 4 de magiſt. cõuen. in P. l. 1. de tuto. uel cura. illuſtr. perſ. lib. 5. C. tit. 35.
c l. quod ad hę redem, 6 d. tit. de magiſt. conuen. in P. l. 2. C. eod.
d l. 3. eod. C.
e § fi. de ſuſp. tutor. ap Iuſti. l. 1 § neq; præ- tor. de magiſtr. conuen. in P.
f l. 1. § ſi præ- ſes prouinciæ, eod. in P.
g l. 1. eod. C.
h l. 1. in princ. eod. in P.
i l. 1 & l. 4 §. quam ex fac. tu to. min. conue. poſſ. lib. 5 C. ti- tu. 39. l. tutor 6. eod. tit. lib. 26. P. t. 1. 9.
k l. 1. § 4. eod. in P.
l in titu. de eo qui pro tuto. ne go. geſſ. in P. & C.
m l. fina. quod fal. tuto. autho. geſt. eſſe dic. l. 27 P. tit. 6 & l. falſus tutor, l. 11. eod.
n in l. 1 § fin. eod.
o l. 2 3 4. 5. eo.
p l. nouiſſimè, 7. eod.
q d. l. nouiſſi- mè, in princ. & § fin.
r l. huius actio nis, l. 9 § has actiones, eod.

De contrarijs actionibus tutelæ & curæ. Cap. XI.

Lib. 27. P. tit. 4. Lib. 5. C. tit. 58.

1 *Finito officio tutelæ datur contraria actio in mi-*
norem tutori.
Et quid illa contraria actio.
2 *Contraria pro tutore, & curæ contraria pendente*
adminiſtratione datur.
3 *Res & cauſa, ob quas datur actio contraria tutelæ.*
4 *Tutor & curator quos ſumptus repetant in mino*
res factos.
5 *Contraria actio tutelæ uel curæ quibus, & contra*
quos detur.

1 PRæter iuris communis ordinem, ob
euidentem æquitatem & ſummam
pupillorum & minorum utilitatẽ,
receptum eſt authoritate prętoris,
ut qui non poſſunt in ea ætate alijs efficaciter
& ciuiliter ſine tutoris & curatoris authoritate
obligari:[a] nihilominus obligentur tutoribus
& curatoribus, qui negotia illorum & perſonas
tractãt & gubernant, ut illi promptiores eſſent
in exequendo officio, ſecuri de repetitione eo-
rum quæ utiliter impendiſſent.[t] Ergo finito of
ficio, tutelæ, non quandiu durat, dabitur con-
traria in minorem actio tutori.[u] Videtur enim
exceptio eſſe actionis directæ tutelæ, ſaltem tu-
telam, ut directa cõſiderat, & ad eius actionem
aliquomodo refertur, & ideo contraria dici-
tur.[x] Tutelæ autem actio, ut diximus, non niſi
finita tutela, pupillo ſeu minori non concedi-
tur.[y] Veruntamen & placuit hanc actionem
contrariam dari, etſi directa non agatur: non
enim ſemper pupillus agere vult, uel quia ni-
hil ei debetur, uel plus in eum impenſum eſt,
quàm ei abeſt,[z] uel de rationibus diſtrahendis
2 agit.[a] Contraria tamen eius qui pro tutore geſ
ſit, uel qui curam adminiſtrauit, etiam penden-
te geſtione, & antequam finita dicatur, compe
tere poteſt: quia & ſtatim ubi obnoxij ſunt pro
tutor, & curator directa conueniri poſſunt,[b] ex
3 cepto adultorum curatore.[c] Res ergo ob quas
datur actio contraria tutelæ ſunt, ſi aliquid im-
penderit tutor in rem pupilli, ut repetat, uel cõ-
penſet,[d] ſi pro eo fuerit obligatus ut liberetur:[e]
aut rem ſuam creditoribus eius obligauerit[f] ſi
4 pro pupillo ſoluat. Sumptus porro quos repe-
tit, bona fide fieri debent.[g] Et quos expediat pu
pillo ita fieri, quamuis plus in pupillum im-
penderit, quàm ſit in eius facultatibus: alio-
quin enim ſi non expediat, dicendum eſt pupil
lum abſolui debere. Non enim in hoc admini-
ſtrantur tutelę, ut mergantur pupilli.[h] Quamo
brem iudex qui de contrario iudicio cognoſcit,
utilitatem pupilli ſpectabit, & an tutor ex of-
ficio ſumptus fecerit.[i] Poteſt & agere, ut pupil-
lus illi mandet actiones aduerſus contutores,[k]
ut ſalarium ſibi ſoluat ſi debitum, uel ſi contu-
5 tori debitum ſoluerit.[l] Hæc actio contraria nõ
ſolum tutori, uerum etiam ei qui pro tutore ne
gotia geſſit, competere debet, & utilis curatori
pupilli, furioſi, prodigi, uidelicet contrarium
iudicium negotiorum geſtorum, item & cura-
tori uentris.[m] Et hæredibus eorum, & in hære-
des pupillorum per 30. annorum ſpatium,[n] da
tur, & fideiuſſoribus tutorum.[o]

s l. cõtra iuris, de pact. P l. obligari, de auth. tut. in P § 1 eo. ap Iuſtin. l. Iulianus, § ſi quis pupillo, de act. emp. cum ſim.
t l. 1. de contr. & uti. act. tuto. lib. 27. P. tit. 4
u l. 1 §. finito, eo. in P.
x d. l. 1 § fin.
y l. niſi, l. 4. de tutel. & ratio. diſtrah. cũ ſim.
z l. 1 § fina. de cont. & uti. a- ctio. tute. in P.
a l. 2. eod. tit.
b d. l. 1 § ſed ſi pro tutore, de cont. act. tit. d. l. niſi, §. h. de tu tel. & ratio diſtrah.
c l. 2 & l. ratio- nes, l. 14 de ad- miniſt. tut. C. ra- tio ponitur in gl. d. § ſi l. niſi, in uer. dum ne gotia.
d §. tutores, de obliga. quæ ex quaſ. cont. naſc. l. 1. § præterea, & l. 3 §. iudi- cio, l. 4 de l. lit. dan. tut. l. 5. C. tit. 44.
e d. §. tutores, & l. 1 § contra- riam, & l. 2. de contr. act. tute. in P.
f d. §. tutores.
g l. 3 §. iudi- cio, de contra. act. tute. in P. l. a tutoribus, l. 54 § ſi. de ad- miniſt. tuto.
h l. pe. de cõtr. act. tute.
i l. 3 eod. in P.
k l. 1. & 2. de contr. iud. tute. lib. 5. C. tit. 58.
l d. l. a tutori- bus, 54 § ſi de adminiſt. tut.
m l. 1 § hæc a- ctio, de cõtr. & uti. actio. in P.
n l. pen. eod. in P & l. 1 § fina. eod. tit. C.
o l. ſi cum fide iuſſoribus, l. 1. de fideiuſſo. tu to. in P.

De alijs curatoribus publicis in ſumma. Cap. XII.

1 *Curatores operum publicorum reficiendorum qui.*
2 *Curatores rerum Cæſaris qui.*
3 *Curatores ciuitatis Romæ, rectores ciuium, uiarum, riparum, uicorum.*
4 *Curator angariarum.*
5 *Curator Calendarij reipub.*
6 *Curator operum publicorum.*
7 *Curator murorum reficiendorum munus Athenienſibus excellentius.*
8 *Curatores emendarum ſpecierum uini, olei, & ſimilium.*
9 *Curatores portarum.*
10 *Curatores reip. qui, & inquantum teneantur.*
11 *Curatores reipub. quando pro collegis teneantur.*

a l. ſi in aliquã celebrem ciuitatem, de offic. procoſ P. l. 3. §. 1 de oper. publ. in P.
b l. ſi. de off. procoſ. Cæſa. in P.
c de omnibus Volph. Lazius, li. 3. comment. reipub. Rom. c. 1. Caſſiod. lib. 7 Variar. de pelruis.
d l. 1. quemad. ciuil. mune. indicun. li. 10. C.
e Pap. l fi. §. item reſcripſerũt a curatore, de admini. rer. ad ciuit. pert.
f Secundũ Africa. in l. qui ſilium, 62. de leg. 1.

1 PRæter tutelarum & curarum prędictarum curatores, alios ſeſe offerre non dubium eſt: quales ij, quibus demandabatur in republica cura habendi ſarta tecta opera publica, & refectio-
2 nis procuratio.[a] Et qui curam habebant rerum Cæſaris, procuratores & curatores diceban-
3 tur,[b] Curatores ciuitatis triplices, alius generalis uel rector: alius ciuium Romanorum, qui ibi habitabant: alij uicorum, riparum, ac uia-
4 rum.[c] Curator ad cogendas angarias dari dici-
5 tur.[d] Meminit & Papinianus curatoris Calendarij reipublicæ,[e] uidelicet qui curam gereret libri, quo nomina & debita continebantur: uel qui ſecundum Calendarium, & inibi deſcripta
6 nomina, uel exigeret, uel ſolueret.[f] De curatoribus operum publicorum ſtruendorum paſſim ſe offerent exempla in titulo de operibus
7 publicis,[g] & alibi. Et Æſchines,[h] nullum maius munus curatore murorum reficiendorum,
8 apud Athenienſes, nec amplius fuiſſe dixit. Qui habebant etiam curam emendi frumenti uel olei, curatores quoque harum ſpecierum dicti & creati, quos Græci σιτώνας καὶ ἐλαιωνώνας.[i]
9 Refert & Ariſtoteles,[k] ἀναγκαίας ἀρχὰς συντεταγμένας πρὸς τὰς πολεμικὰς χρείας, neceſſarias functiones ad res bellicas expediendas cum uſus ueniret. δεῖ γὰρ ἐν εἰρήνῃ καὶ πολέμῳ, inquit, πυλῶν τε καὶ τειχῶν φυλακῆς ὁμοίως ἐπιμελητὰς εἶναι, καὶ ἐξετάσεως καὶ συντάξεως τῶν πολιτῶν, id eſt, *opus & bello & pace, portarum & mœnium curatores eſſe, & recenſionis ciuium deſcriptioniſque in claſ-*
10 *ſes*. Curatores reipub. ſæpe in iure occurrunt, qui publica, ſeu ciuitatis negotia & res tractãt. Ab ijs & fides, & diligentia exigitur: nam ſi negligenter in diſtrahendis bonis ſe geſſerint, in ſimplum tenentur: ſi fraudem autem admiſerint, in duplum: nec tamen ad eorum hæredes pœna deſcendit.[l] Tenentur ad uſuras pecuniarum, quæ apud eos remanſerunt. Tenentur de periculo operum, & hæredes eorum, tenentur agros reipub. retrahere à poſſeſſoribus licet bo-
11 næ fidei, cũ poſſint ad auctores recurrere. Nec pro ſe tantum quilibet tenetur, ſed etiam nomine collegarum, ſi interuenire & prohibere eos oportuerit: item ſi deteriora nomina facta ſint tempore curationis.[m] Nam & collegarum communi periculo pecunia, etſi inter illos diuiſa, datur.[n] Prior tamen exemplo tutorum, cõueniendus eſt qui geſſit.[o] Non tamen pro geſtione ſuperiorum & anteceſſorum, curatores ſucceſſores tenentur, ſed ſinguli pro geſtis à ſe.[p]

g in l. 1 & 2. de oper. publ. li. 50. P. tit. 10 & alibi
h Aeſchi contra Cteſiphont.
i l. ſi de mune. & hono. in P.
k Ariſt. 6 Politic.
l Papin. l. Imperatores, l. 10 §. Imperatores, de admi. rer. ad ciui. pert. li. 50. P. tit. 8.
m hæc omnia, in l. ſi. eod.
n l. 3. eod. titu. de admini. rer.
o l. 4. eod.
p d. l. 4. §. 1.

Syntagmatis iuris uniuerſi Libri Decimitertij Finis.

DE SERVIS, ET LIBERIS,

IVREQVE DOMINORVM,

Liber Decimuſquartus.

De liberis & ſeruis in uniuerſum. Caput I.

1 *Perſonarum diuiſio in liberos & ſeruos.*
2 *Aequalis omnium hominum, unaque natura conditio.*
3 *Iure gentium ſeruitute inducta, diſtingui cœperunt appellationes hominum.*
4 *Libertas quid.*
5 *Facultas agendi aliud, quàm actus.*
6 *Libertas per ſeruitutem non tollitur, ſed impeditur eius actus.*
7 *Seruitus ex diametro aduerſa libertati.*
8 *Libertas & ſeruitus corporis, animæ, & utriuſque eſt. Aut natura, aut hominum conſtitutione, & qui ſerui, aut liberi natura.*
9 *Lege uel conſtitutione qui liberi, uel ſerui.*
10 *Cato Vticenſis ne ſeruiret, ſe occidit.*
10. 11. 19. *Gratius libertate nihil, nec miſerabilius ſeruitute item.*
12 *Domini olim dicti omnes patresfa. & ſerui familiares, quare.*
Dominica poteſtas uiſa tyrannica, eod.
13 *Domini appellationem recuſauit Octauius, & Tyberius.*
14 *Domitianus odioſus, quod uoluerit ſe dominum & Deum appellari.*
15 *Domini nomen proprium ſoli Deo, quare.*
16 *Domini Imperatores dicti, & res dominica quæ.*
17 *Dominis olim libera in ſeruos uitæ & necis poteſtas.*
18 *Seruos Vidius Pollio edendos murenis obiecit.*
19 *Seruos non habuerunt Indi, Eſſæi, Phocenſes, Locri.*
20 *Serui Chriſtiani Iudæis, uel hæreticis, & paganis eſſe non poſſunt.*
21 *Biturigibus non erant ſerui.*
22 *Tholoſam ſerui ingreſſi, liberi ſtatim fiunt.*
23 *Serui nulli temporibus Saturni.*
24 *Seruitus eſt ultimus gradus uilitatis humanæ.*
25 *Seruum ſeruorum Gregorius 9. Sum. Pont. ſe appellauit, & Iuſtinianus ſeruum.*
Seruus dimidius homo, eod.

1 SVmma perſonarum diuiſio dicta eſt, ut alij ſint liberi. Liberi à libertate, ſerui à ſeruitute dicti.[a] Ab initio quidem generis humani una fuit qualitas & ſtatus,[b] à quo poſteà diſ-
2 ceſſum, facta & minotio capitis.[c] Æqualis hominum prima conditio, & uno nomine homines naturali iure uocabantur.[d] Et ut Seneca ait,[e] neminem natura fecit liberum aut ſeruū, ſed fortuna hæc nomina impoſuit. Et D. Pau-
3 lus, nec liberum, nec ſeruum apud Deum eſſe ſcribit.[f] Iure gentium autem ſeruitute inducta, tres appellationes diſtinxerunt homines, ut alij liberi, alij ſerui, alij libertini dicantur.[g]
4 Libertas eſt, naturalis facultas eius quod cuique facere libet, niſi quod ui aut iure prohibetur.[h] Naturalis facultas dicitur innata poteſtas agendi, uel uiuendi, ut, uelis:[i] facultas quæ ortum cuiuſque comitatur, δυνάμεις, ἐξουσία, & ut facultas dicitur apud Galenum,[k] cauſa quædam effectrix, uel per quā facimus, uel ut poſſimus
5 facere datum eſt. Aliud enim eſt facultas agendi, aliud actus qui ex illa facultate ſequitur: ut & aliud ab ijs inſtrumentum, per quod facultas operatur. Habet namque omnis facultas inſtrumentum accommodatum, per quod deterius, & melius idē efficiat.[l] Neque facultas importat neceſſitatem, ut quod in facultate faciendi eſt, neceſſario fiat: ſed ut fieri poſſet, habet.[m] Neque quod in facultate fieri poteſt, eodem modo fit, cum & robur & imbecillitas in facultate cō-
6 ſideretur.[n] Et proinde quamuis libertas, ſit naturalis facultas agendi quæ uelis, tamen extrinſecus uel intrinſecus actus poteſt impediri. Extrinſecus ui, ob quam libertas ne faciat impeditur, ea tamen facultate nihilominus exiſtente in homine: non enim ideo tollitur aut deſinit eſſe, quòd non poſſit operari. Vt non ideo minus hoſtis homo eſt, quòd ab hoſte uincatur, & ſubijciatur ui: uis quippe maioris eſt rei impetus, cui reſiſti non poteſt.[o] & aduerſus quam parum ualet cuſtodia.[p] Atq; Ariſtoteles[q] intrinſecus per uim ea fieri dicit, quæ per cupiditatem fiunt. Atq; utro modo prohibetur facultas libertatis, ne agat libere: uel ui & cū ius ſe obijcit actui prauo, ne à facultate exerceatur, uincitq; ne fiat. Vtpote fortior, quæ habet uim cogentem,[r] & metum inferentem formidine pœnæ:[s] ut ea facere nos non poſſe iure exiſtimemus, quæ facta lædunt pietatem, uel ſunt
7 contra bonos mores, uel leges.[t] Seruitus porro aduerſaria, & ex diametro oppoſita libertati eſt, ut nihil aliud ſeruitutem dicat Ariſtoteles,
8 quàm priuationem libertatis.[u] Libertas & ſeruitus in homine, & corporis ſeparatim, & animæ,[x] uel utriuſque: utraque & natura, & conſtitutione hominum. Liberi ſunt natura, etiam qui ſeruiunt corpore: & boni, qui ſibi in cupiditatibus imperant, & cum uirtute ſecundum Dei præcepta uiuunt, etſi ſub poteſtate dominica ſint corpore. Sic ſerui quidam natura, quanquam nullius poteſtati domini ſubijciantur. *Ac ſtatim*, ut ait Ariſtoteles, *ex generatione quædam diſtincta ſunt, alia quidem ad imperandum, alia uero ad parendum, Quorumcunque eſt opus in corporis uſu, & hoc eſt in eis potiſſimum, hi ſunt natura ſerui, quibus melius eſt ut imperetur. Eſt enim natura ſeruus, qui poteſt*

a §. 1. de iure perſo. ap. inſti. l. 3. de ſta. hom. lib. 1. ff.
b l. quod attinet, de reg. iur.
c §. 1. de capit. diminut.
d l. manumiſſiones, de iuſti. & iure. in ff. l. hominum l. 1. 2. 5. de uerb. ſign.
e Senec. lib. 6. Declam.
f ad Galat. 3.
g d. l. manumiſſiones, & §. 1. de libertin. apud Iuſtinia.
h §. 1. de iure perſon. l. 4. de ſta. homi. ff.
i Iuuena. Sat. 2. Cice. pen. Paradox. 5. Offic. & 4. ad Heren. Aemilia. lib. 6. Polit. c. 2.
k Galen. lib. 1. de ſimplic. medicam. faculta. c. 1. & li. de plenitudine.
l Ariſto. libr. 4. de generat. animal. c. 3.
m c. cum oligibus, de reſcr. in 6. l. 1. §. dies autem ultos, de appel. recip. li. 49. ff. ritu 4. cau. ſi ſortè. 2. q. 6.
n Galen. 1 lib. de cauſ. puls.
o l. 2. de eo, quod met. cauſ. ff.
p Nerat. in l. ſi ea res, de actio. empt. lib. 19. ff. tit. 1.
q Ariſto. lib. 1. Rhetor. c. 10.
r l. legis uirtus, de legib. Theophil. § ſumma itaque, de iure perſ. in ſuis inſtitut.
s l. 1. de iuſt. & iur. ff. ea ſacta ſunt autem leges, 4 diſt.
t l. filius, de cō dit. inſti. in ff.
u Ariſto. lib. 1. Polit. c. 3.
x Philo Iud. li. quod omnis probus ſit liber.

alterius eſſe:quia propter & alterius eſt. Et qui tan-
tum particeps eſt rationis,ut ſentiat quidem,at non
habeat &c.[a] Qui pecuniæ aut fortunæ ſeruit,
liber non eſt.[b] Cicero, *Libertas, inquit, eſt pote-*
ſtas uiuendi,ut uelis. Quis igitur uiuit, ut vult, niſi
qui recta ſequitur,qui gaudet officio, cui uiuendi uia
conſiderata atque prouiſa eſt; qui legibus, non pro-
pter metum paret,ſed eas ſequitur atque colit, quia
id ſalutare eſſe maxime iudicat? &c.[c] Qui metu
pœnæ legum ſe cohibet adhuc, & is ſeruus me
retur dici:& ſic Euripides ait,[d]

φεῦ. οὐκ ἔστι θνητῶν, ὅστις ἔστ᾽ ἐλεύθερος,
ἢ χρημάτων γὰρ δοῦλός ἐστιν, ἢ τύχης.
ἢ πλῆθος αὐτὸν πόλεως, ἢ νόμων γραφαὶ
εἴργουσι, χρῆσθαι μὴ κατὰ γνώμην τρόποις. id eſt,
Heu,non eſt quiſquam liber mortalium:
Aut enim pecuniæ ſeruus eſt, aut fortunæ.
Aut multitudo ciuium, aut legum ſanctio
Vetant,ſuo ne quis uiuat arbitrio.

Seruus eſt Philoni Iudæo, quicunque peccat:
& omnis probus,liber.[e] Et qui facit peccatum,
ſeruus eſt peccati:[f] à quo quiſque ſoperatus eſt,
eius eſt ſeruus.[g] Et Salomon,[h] *Qui ſtultus eſt,ſer*
9 *uiet ſapienti.* Lege uel conſtitutione liber eſt,qui
ſeruitutem non patitur. Seruitutem autem pati
tur,qui ex lega domino ſubijcitur, & priuatur
fœlici ſtatu illo libertatis. Status libertatis,inæ-
ſtimabilis res,[i] nec gratius quicquam liberta-
10 te.[k] Et Cato Vticenſis,ne libertate priuatus co
geretur ſe ſubmittere miſericordiæ Cæſaris,ſe-
ipſum interfecit.[l] Atque,ut ait Strabo, qui uo-
luptatem & dolorem, uitam ac mortem con-
temnit,ſubditus eſſe non patitur.[m] Et Philo Iu
dæus,[n] Contemptor mortis,paupertatis & ob-
ſcuritatis,ſeruus eſſe non poteſt. Miſera contra
ſeruitus, nihilque ea infœlicius:[o] ideo morti
comparata.[p] Vt & ſerui pro nullis,& ac ſi non
11 eſſent iure ciuili habiti.[q] Vocat Vlpianus ſer-
uitutem,caſum aduerſamque fortunam homi-
nis liberi,quam expectare ut contingat,nec ci-
uile,nec naturale ſit:[r] neque fas ſecũdum Pau-
lum Iuriſconſultum.[s] Tyrannica uiſa eſt plu-
ribus dominica in ſeruos poteſtas, & nimium
exoſa & contumelioſa:in poteſtate namque do
minorum proprie dicuntur eſſe ſerui.[t] Quare
12 & antiquitus domini, dicti ſunt patresfami-
lias, & ſerui omnes familiares, ut contumelia
13 ſeruorum tolleretur teſte Macrobio.[u] Et Octa
nianus Imperator, domini appellationem, ut
opprobrium & maledictum ſemper exhorruit,
edictoque cauit, ne poſthac dominus appella-
retur.[x] Tyberius quoque Cęſar dominus à quo
dam appellatus,denunciauit, ne ſe amplius cõ
14 tumeliæ cauſa appellaret.[y] Nec paruum odiũ
concepit populus in Domitianum, quòd nimi
um elate uoluit ſe dominum & Deum uocari.[z]
15 Qui enim hoc ſibi domini arrogant nomen,ſi
bi uſurpare uidentur omnimodam & pleniſſi-
mam in ſubditos pro arbitrio poteſtatem: quæ
ſola eſt Dei, qui omnia quæ vult poteſt nihil-
que niſi iuſtũ uelle poteſt. Vnde illi ſoli hoc no
men Domini conuenit, ut & Dauid ſcribit,[a]
Cognoſcant gentes quia nomen tibi eſt dominus, tu
ſolus altiſſimus in omni terra. Et alibi,[b] *Scitote*
16 *quoniam dominus ipſe eſt Deus.* Hocque eſt no-
men illius reuelatum Moſi, *Adonai.*[c] Impera-
tores tamen alij, qui ſe dominos orbis dice-
bant,[d] domini & nomen uſurparunt:[e] & res eo
17 rum dominicæ abſolute dictæ ſunt.[f] Qui do-
minus eſt alicuius rei, liberam eius rei, ut ſuæ,
habet poteſtatem,imo ut abuti ea poſſit.[g] Quã
obrem & olim donec proſpectum fuit,ut dice-
mus, in ſeruos, quorum dominium habebant,

a Ariſtot. 1. Polit. c. 1.
b Idem lib. 2. Rhet. ad Theodec. c. 18.
c Cic. pen. paradox.
d Euripid. in Hecuba, act. 4.
e Phil. Iud. lib. quòd liber ſit quicunque uirtuti ſtudet.
f Io. Euan. c. 8.
g 2. Petri, ca. 2.
h Prouer. 11.
i libertas, de reg. iur. & ſed cũ libertas, qui bus ex cau. ma. 2. non lic. l. 9. § ſed cum homo, de iis qui deiec. in P.
k l. Paulus, de fideicom. lib.
l Dio. Caſſius, lib. 43. hiſto. Roma.
m Strabo, lib. 15 Geogra.
n Philo Iud. libr. quod lib. ſit qui uir. ſtu.
o Cice. Phil. 2. Sene. epiſt. 58.
p l. interdicit, de condi. & demon. l. ſeruitutem, de reg. iur. l. cõhic.ſtatus, § ſi donatur, de donatio. int. uir. & uxo.
q l. quod attinet, de reg. iur.
r Vlp. in l. inter ſtipulantem, l. 83. § ſacrã, de uer. ob. in P.
s l. ſi ſi emptione, l. 34. § liberum, de contra. emptio. P.
t l. 1. de iis qui ſui uel alie. iur. in P. & in poteſtate, cod. ap. Iuſtin.
u Macrob. li. 1. Satur. c. 11.
x Sueto. in Octauio, c. 53.
y Idem in Tiberio c. 28.
z Idem in Domitia. c. 13.
a Pſal. 82.
b Pſal. 99.
c Exodi, c. 6.
d L. deprecatio, ad l. Rhod. de iact. l. bene a Zenone, de quad. præſcr. C. c. cõ nentos, 23 q. 8.
e ut in proœ. Iuſtin. in ſubſcriptio dicitur Dominus Iuſtinianus.
f ut tit. de gre. domini, lib. 11. & tit. de pala. & domi. u. domi nic. lib. 7. lib. 11. C.
g l. in re mandata, C. man. l. neminem, de iud. titu. 9. lib. 3. C.

libera erat uitæ & necis poteſtas.[h] Satis miſerũ
& abominandum ſpectaculum, pares natura
& conditione ſimiles,homines, ut bruta anima
18 lia & pecudes,mactare,& peius habere. Sicuti
ferunt Vidium Pullionem, ſeruos murenis in-
19 uadendos & edendos obiectaſſe.[i] Vt pleræque
nationes fuerint, quæ caſibus hominum mi-
ſertæ,à ſeruis habendis abſtinuerint, nec apud
ſe paſſæ ſint eſſe: ut Strabo[k] ſcribit apud Indos
nullum fuiſſe ſeruorum uſum.[l] Inter Eſſæos
Iudæorum nemo ſeruiebat illis, omnes liberi
miniſtrabant ſibi inuicem.[m] Prohibuerunt ne
ſerui ſeruæve haberentur Phocenſes & Locri,
20 teſte Athenæo.[n] Iure Romanorum ne ſint a-
pud Iudæos, uel hæreticos, uel paganos ſerui
21 Chriſtiani prohibetur.[o] Sed & conſuetudine
Bituri gum, apud illos uetitum habere ſeruos.[p]
22 Tholoſæ ſerui qui ingrediuntur ciuitatem, libe
ri ſunt, nec repeti uel euelli illinc à dominis
23 poſſunt.[q] Temporibus quoque regni Saturni,
priſcis nullus ſeruos ſeruavet:[r] unde & in Satur
nalibus poſtea ſeruorum cum liberis æqua con
24 ditio.[s] Et ultimus gradus uilitatis & abiectio-
nis humanæ eſt in ſeruitute. Et ideo Deus om-
nium, natura dominus noſter Ieſus Chriſtus,
dicitur formam ſerui accepiſſe,[t] hoc eſt, humi-
25 lioris uiri. Vnde & Pontifex Max. Gregorius
nonus, quem alij deinde ſecuti ſunt, ſeruum ſer
uorum Dei ſe nominauit.[u] Sicuti etiam & Iuſti
nianus ſeruum ſe nominat.[x] Dicebat præſtan-
tiſſimus Poetarum apud Athenæum.[y]

Dimidium rapuit uirtutis Iupiter almum
Mortali,cui ſeruilem mox deſtinat eſſe.

De ſeruitutis finitione. Cap. II.

1 *Seruitus quid.*
2 *Seruitus probata ſub lege diuina.*
3 *Serui fiſcalini & eccleſiaſtici in Francia qui olim.*
4 *Seruitus quomodo contra naturam, & non contra ius naturale.*
5 *Naturalia uitia quomodo dicantur.*
6 *Hominis natura imperare.*
7 *Hominum unum genus, & natura prima, & ortus, & interitus.*

1 IAm tradidimus libertatis finitionẽ
ſupra lib. 11. c. 1. Reſtat nunc exa-
minanda ſeruitutis finitio, quæ
libertatis naturam plenius expli-
cabit, & ideo de illa uberius paulo: ut cognito
altero contrariorum, aliud quoque lumen ac-
cipiat.[a] Illam porrò ſubijcimus oculis, quàm
accepimus à Florẽtino Iuriſc.[a] & Iuſtiniano.[b]
Seruitus, eſt conſtitutio iuriſgentium, qua quis
domino alieno contra naturam ſubijcitur. Verbum
hic, *conſtitutio*, paſſiuè pro eo, quod cõſtitutum
eſt, uſurpatur: nam ſecundum Accurſium,[c] uer
balia in io, ut petitio & conſtitutio tam actiuè,
quàm paſſiuè accipi poſſunt. Eſtque cõſtitutio
hæc, lex iuris gentium, in quam fere omnes gẽ
tes conuenere, ut ſerui eſſent,[d] quamuis & po-
ſtea iure ciuili quoque ſerui alterius generi eſ-
ſe cœperint,[e] ut deinceps Deo fauente dice-
mus. Erantque iure diuino permiſſi ſerui, & de
illis leges conſtitutæ.[f] Et in euangelica legi-
2 mus[g] lege, *ſerui obedite dominis carnalibus, non ad*
oculum ſeruientes, &c. Et rurſum,[h] *domini, quod*
æquum ſeruis præſtate, quamuis conſideratis
hominibus, ratione Dei qui interiora diſpi-
cit, ſeruus à libero non diſtinguatur.[i] Per-
miſſoſque Chriſtianis aliquando ſeruos, iure
pontificio

h l. 2. de iis qui ſunt ſui, uel alie. iur.
i Tertullia. li. de Pallio.
k Strab. lib. 15. Geograph.
l Arria. in libr. rer. Indaicarũ.
m Philo Iudæ. lib. quòd lib. ſit quis uir. ſtud.
n Atheneo li. 6. dipnoſoph. c. 7.
o L. 1. ne Chriſtia. mancip. in dæ. heret. uel pag. hab.
p § 1. de conſuet. iur. & ſta. perſon. in conſuet. Situr.
q Nicol. Boer. ad d. § 1.
r Athenæ. lib. 6 c. 7.
s Lucianus, in Chronoſol. ſi. & in Saturnal.
t ad Philippẽ. c. 2.
u in proœ. Decretal.
x in l. 1. de offi. præf. præto. Afri.
y Athen. lib. 6 dipno. c. 7.

a l. 1. de iis qui ſunt ſui uel alie. iur
a Florẽt. in l. libertas, l. 4. § ſeruitus, de ſta. homi. in P. lib. 1. Inſtit. tit. 3.
b Iuſtinian. in § 1. de iur. perſo. lib. 1. Inſtit. tit. 3.
c Accurſ. in l. 2. de doob. reis.
d can. ius gentium, 1. diſtin. l. ex hoc iure, de iuſti. & iur. l. ſi id quod, l. 64. de cond. indeb. in P. § ius autẽ gentium, de iur. nat. gen. & ciu. ap. Iuſtinia.
e § ſerui autẽ naſcuntur, de iur. perſo. apud eund.
f Exodi, ca. 21. & 21.
g Ad Epheſ. 6. & 1 D. Pet. c. 2.
h ad Coloſſ. 4.
i ad Coloſſ. 3.

a tit. de ſer nõ ordin. ſcilicet iuuitis domi- nis & de contu pa ſeruorum. b c.3. & c. epiſcop. de reb. ec cleſ non alien. c Beat Rhena. lib. 2. rer. Germanicar.

pontificio conſtat: [a] imo erant & ſerui in ipſis
3 eccleſijs, ſeu baſilicis. [b] In Frácia olim erat copia ſeruorum tam fiſcalinorum ſeu regiorum, quàm eccleſiaſticorum, ut ſcribit Rhenanus.[c] Narratque uictoria adepta apud Tolbiacum de Alemannis per Francos ſub rege Clodoueo diuinitus, maiorem partem Alemannorum, ne poſthac rebellarent, in pœnam ſeruitute affeciſſe: hoſque ſeruos fiſcales, uel abſolutè fiſcalinos dictos, quòd res & corpora eorum fiſco ceſſiſſent, unde & ſeruis regijs nomen: fuiſſeque in ſuper ſeruos eccleſiaſticos, quos rex, aut dux, aut comes monaſterio alicui donaſſet. Fuiſſe & ſeruos in Gallia tempore Caroli Magni conſtat ex legibus capitularibus eius, potiſſimum in capitulari de lege Ripuarenſi, c. 1. 2. 3. Vtuntur & Muſcouitæ ſeruis emptitijs & captiuis, ut
4 ait Sigiſmundus Liber Baro.[d] Contra naturam ſeruitus dicitur, [e] non contra ius naturale, ſed contra id quod cuique homini à natura, id eſt, in prima natiuitate conceſſum & inditum fuit, contra facultatem ut uelis. Natura dicitur D. Auguſtino,[f] quod in uno quoque genere intelligitur eſſe: adhærent ab ortu rebus quædam bona, quædamve mala, quæ naturalia & connata uidentur. Naturale primum fuit homini primo Adamo, immortalitas ſi uoluiſſet, iuſtitia, reliquæque uirtutes. At poſtquam decidit ab illa perfectione, naturale hominibus ab illo progenitis fuit, mori, & peccatũ transfuſum quod originale dicitur, & contra naturam primam à Deo creatam: naturale autem ſecundũ
5 naturam corruptam. Et naturalia alia uitia nobis, quæ ita nobis ſunt familiaria, ut in habitum tranſierint, & quodammodo nobiſcum nata uideantur. Ita intelligendus Horatius, dum ait,[g]

d Sigiſm. liber. Baro, lib. commẽta. rer. Moſcouit.
e de hoc quoque ſuperius, lib. 11. c. 1. nu 7. tradidimus q.dam, & infrà cap 2.
f D. Auguſt. li. 2 de moribus Manich.
g Horat. 1 Sermo. Saty 3.

Denique teipſum
Concute, num qua tibi uitiorum inſeuerit olim
Natura, aut etiam conſuetudo mala: Namque
Neglectis urenda filix innaſcitur agris.

Sic dicimus naturale uitiũ eſſe, negligere quod
6 communiter poſſidetur. [h] Et naturale loci uitium, quod ei adhæret, [i] naturam quoque agrorum.[k] Sed & ſeruire, contra naturam hominis eſt, quia ſtatus eius eſt ut imperet: dictum namque hominibus generaliter, *Creſcite, multiplicamini, replete terram, ſubijcite eam, & dominamini piſcibus maris, & uolatilibus cœli, & omnibus animantibus quæ mouentur ſuper terram.*[l] Pares natura utrique ſunt homines, & unus hominum omnium, regum, & pauperum, & ſeruorum, & dominorum, ortus & interitus. [m] Et ut ait Pindarus.[n]

h l. 2 quan. & quib. quar par. debeat.
i l. fluminum, l. 24 § uitium, de dam. infect. lib 39 tit. 2. P.
k l. 1 § ſi no de a qu. plu. arcen. in P.
l Geneſ. 1. & 9.
¶ ſal 8. Ariſtot. li. 1 Polit. c. 3. l. in pecudũ. de vſur. in P. § in pecudũ, de rer. diuiſ. ap. Iuſtinian
m Sap. 7.
n Pind. ode 6. Nemeor. ſtroph. 1.

ἓν ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γένος, ἐκ
μιᾶς δὲ πνέομεν
ματρὸς ἀμφότεροι.
διείργει δὲ πᾶσα κεκριμένα
δύναμις ὡς τὸ μὲν, οὐδὲν, id eſt,

Vnum hominum, unum Deorum genus, & ex una ſpiramus matre utrique, ſed diſcriminat, omnia ſeparata, potentia: quia hoc quidem, ſcilicet genus hominum, *nihil eſt*. Et cum inter homines omnes natura quandam cognationem conſtituerit, nefas eſt hominem homini inſidiari,[o] & poteſtate tyrannica opprimere, omnes liberi, ut dictum eſt, natura naſcuntur: [p] ſed aliunde facultas libertatis impeditur.

o Flor. iuriſc. in l. 3 de iuſt. & iur. in P.
p l. manumiſſiones, eod.

De cauſis & rationibus legitimæ ſeruitutis & ſeruorum diſtinctione. Cap. III.

1 *Natura & ius naturale dictum.*
2 *Serui aut fiunt, aut naſcuntur.*
Fiunt pœna, neceſſitate, captiuitate,
3 *Seruos quomodo pœna fecit.*
4 *Seruus primus ob pœnam Chami filij Noachi.*
Cham irriſit, aut incantauit uirilia patris, eod.
5 *Serua olim mulier fiebat coiens cum ſeruo ex Claudiano Senatuſconſulto.*
Claudianum ſenatuſcon. de quo, & emendatio, eod.
6 *Serui ex quibus criminibus fierent rei, ueluti ingrati, latrones, raptores, uicti, ultimo ſupplicio damnati.*
7 *Serui pœnæ qui.*
8 *Serui ſine ſpe libertatis, qui ſe uendi patiebantur quando.*
9 *Batauij ſerui ſponte ſeruituti ſe ſubijcerunt.*
10 *Libertatem Germani in ludo extremam ludunt.*
11 *Seruitus ex neceſſitate aliqua orta, & 12.*
Filium uendere, patrem tempore famis potuiſſe, eod.
12 *Debitores inopes addicti pro ſeruis creditoribus aliquando, prohibitum dehinc.*
13 *Carcer ſpecies ſeruitutis eſt.*
14 *In ſeruos ob famem & miſeriam Aegyptij & Galli ſe uendebant ditioribus.*
15 *Ambacti Gallorum dicti ſerui ſunt,*
16 *Serui fiunt captiuitate, quare, & huiuſmodi Mycenæ, Salaces, Lyiij, Thebani, & alij.*
17 *Capti inter Chriſtianos in bello Chriſtiani, ſerui non fiunt, quamuis retineantur pro redemptione. Poſtliminij ius num inter illos. eod.*
18 *Capti tantum ab hoſtibus, non à prædonibus, uel in ſeditionibus fiebant ſerui.*
19 *Peneſtæ, Theſſalecetæ, Meneſtæ ſerui qui.*
20 *Serui unde naſcuntur.*
21 *Seruorum ex alijs qualitatibus diſtinctio.*
22 *Serui, famuli liberi homines, bona fide ſeruientes qui.*
23 *Famuli ne relinquant dominos illis inuitis lex.*
24 *Serui operis, & ſerui glebæ qui, & aliæ ſpecies.*

1 EX finitione ſeruitutis, quibuſdam ſeruitus uiſa eſt omnino improba & illegitima, ut contra naturam, & ius naturale, quod natura quo-
2 que dicitur interdum. [q] Cæterum aliter rem ſe habere docẽdum eſt, & ex cauſis libertatẽ quis amittit, planum primum faciemus; unde & diſtinctiones ſeruorum colligere poſſumus. Serui aut fiunt, aut naſcuntur: fiunt autem, [r] ex pœ
3 na, neceſſitate, captiuitate. Primum itaq; quod ſeruos ex liberis ferit, pœna eſt delicti: ut qui abutitur libertate, dignus ſit ut eius facultas reſtringatur & cohibeatur ne poſſit poſtea libere peccare, & ut à delicto iam commiſſo caſtigetur priuilegium meretur amittere, qui ſibi con
4 ceſſa abutitur poteſtate. [s] Eo referenda eſt prima ſeruitutis introductio, dum inflicta eſt filio Chami, quòd is uirilia patris nudata irriſiſſet [t]: &, ut ait Beroſus, [u] *incantationibus magicis uirilia patris comprehendens, ſterilem eum*
5 *reddidit perinde ac caſtratum*. Sic olim ſenatuſconſulto Claudiano hodie ſublato, mulier quæ ſe ſeruo alieno ſuppoſuerat, monita prius à domino ne id faceret, adempta liberta-

q l. nam hoc natura, de condict. indebit. in P. l. inter naturæ, de reg. iur.
r § ſerui, de iure perſo.
s can. priuilegium, 11 q 3 c. tuarum, de priuileg l. Iudæos, de Iudæ. cum ſimilibus.
t Geneſ c 9. c. ſexta die, 35. diſtinct.
u Beroſ. lib. 3. Deflorat.

te cum mœchu con ſerua fiebat:ᵃ ut illa quæ ſe
proptio contaminaſſet ſetuo, eo flammis tradi-
6 to, ultimo damnabatur ſupplicio.ᵇ In pœnam
quoque ingratitudinis, liberti ingrati reuoca-
bantur in ſeruitutem.ᶜ Et ex familia latronum
comprehenſi, fiebant ſerui comprehendētiū.ᵈ
Raptores quoque mulierum, qui bona non ha
hebant, unde dotem raptis cōſtituerent, pro do
te ſeruituti mancipabantur.ᵉ Argiui urbe My-
cena potiti, omnes ciues ſeruitute damnarunt,
ſuis decima illorum conſecrata.ᶠ Ipſo iure ci-
uili ultimo ſupplicio damnati, ſtatim & ciuita-
tem & libertatem perdunt: & quandiu ſuſpen-
7 ditur iudicium, tandiu ſerui remanent.ᵍ Gene-
raliter, quibus ob crimen ſententia atroci liber
tas adimebatur, & ſerui pœnæ fiebant, eius ge-
neris erant,ʰ pœnæque ſerui dicebantur in me
tallum damnati, uel beſtijs obijciendi.ⁱ Ne-
mo tamen nouo iure bene natus à principio,
8 ex ſupplicio fit ſeruus.ᵏ Iure ciuili etiam ſerui
fiebant ſine ſpe libertatis, in pœna ob contem-
ptum eiuſdem libertatis, qui maiores 20. an-
nis ˡ ſcientes ſe ingenuos,ᵐ ad pretium parti-
cipandum,ⁿ ſe uenundari ignorantibus ᵒ patie
bantur.ᵖ Indigni certe libertate & reſtitutione
uel miſericordia, qui ſeſe ſcientes prudentes-
que in tantam ſeruitutis neceſſitatem coniece-
tint.ᑫ Ex horū numero eſſe puſſunt illi, de qui-
9 bus meminit Athenæus,ʳ his uerbis. *Ii, inquit,*
ex Bœotis, qui Arneam coluerunt, qui non receſſe-
runt in Bœotiam propter amorem regionis, ſeipſos
Theſſalis in ſeruitutem dederūt ex ſtipulatione, ex
qua neque ſe extra regionem recipient, neque occi-
dent, ipſique regionem illis colentes tributa perſo-
10 *luunt.* Sponte apud Germanos ſeruitus etiam
ſubitus in ludo. *Aleam etenim* inquit Cornelius
Tacitus, *ſobrij inter ſeria exercent, tanta lucrandi*
perdendive temeritate, ut cum omnia defecerint,
extremo ac nouiſſimo iactu, de libertate ac de corpo
re contendant: uictuſque uoluntariam ſeruitutem
adit, quamuis iunior, quamuis robuſtior, alligari ſe
ac uenire patitur. Et eſt in re praua peruicacia, fi-
11 *dem ipſi uocant, &c.*ˢ Neceſſitas dehinc liberta-
tem tollit, & permittit ſeruitutem filijs inferre,
& eos diſtrahere tempore famis urgentis:ᵗ ea
tamen conditione, ut reſtituto pretio emptori
à patre uendente, uel alijs, poſſent ingenuitati
12 reſtitui. Et olim quoque debitor inops adiudi-
cābatur creditoribus ex lege duodecim tabula-
rum.ᵘ Sic & inter Iſraelitas aliquando obti-
nuiſſe, conijcio ex illa uidua, quæ ita Heliſeum
affatur.ˣ *Seruus tuus uir meus mortuus eſt, & tu*
noſti quia ſeruus tuus fuit, timens Deum: & ecce
creditor uenit, ut tollat duos filios meos ad ſeruien-
dum ſibi. Hodie tamen iure Codicis Iuſtinianei,
quod olim obtinebat, prohibetur, ne perſonæ
liberæ ob æs alienum ſeruę fiant,ʸ uel oppigne
rētur,ᶻ niſi forſan quis emerit captum à Barba
ris: nam niſi pretium ei reſtituatur, poteſt per
13 quinquennium ſeruitio redempti uti.ᵃ Ea ra-
tione grauiter leges ferunt, pro debito ciuili
quemquam carceribus mancipari:ᵇ quia ſpe-
ciem ſeruitutis carcer habet, & non poſſe à lo-
14 co dum uelis recedere.ᶜ Ob neceſſitatem ur-
gentis famis Ægyptij dicebant ad Ioſeph. *Ema*
*nos in ſeruitutem regiam, & præbe ſemina.*ᵈ Et de
Gallorum antiquis moribus ſic Iulius Cæſar
ſcribit. *Plebs pene ſeruorum habetur loco, quæ per*
ſe nihil audet, & nulli adhibetur conſilio. Pleriſque
cum aut ære alieno, aut magnitudine tributorum,
aut iniuria potentiorum premuntur, ſeſe in ſeruitu-
tem dicant nobilibus: in hos eadem omnia ſunt iura,
15 *quæ dominis in ſeruos.*ᵉ Arbitror iſtos ſeruos Am
bactos dictos apud eundem:ᶠ nam ut ait Feſtus
apud Ennium, Ambactus lingua Gallica ſer-
16 uum ſignificat. Captiuitate ſerui fiunt in bello
capti, & ſeruati à victoribus, qui iure necare ca
ptos poterant:ᵍ iuſque hoc gentium permi-
ſit.ʰ Et à quo quis ſuperatus eſt, eius & ſeruus
dicitur à D. Petro.ⁱ Argiui urbe Mycena poti-
ti, omnes ſeruitute damnarunt, decimamque
idolis ſuis dicarunt.ᵏ Salaci rebellantes contra
Octauianum Cæſarem, uicti & domati fuerunt
à M. Terentio Varrone: eorum filij diuenditi ea
conditione, ne quis eorum ante uiceſimum an
num liber fieret.ˡ Claudius Cæſar Lycios ad
cædem uſque Romanorum quorundam tu-
multuando progreſſos, in ſeruitutem redegit,
& Pamphyliæ adiecit.ᵐ Alexander Magnus,
oppidum quoddam, in quod Mallorum quidā
profugerant ex acie, cum ui cepiſſet omnes
qui eo confugerant, in ſeruitutem redegit.ⁿ Et
antea capta ui Thebanorum ciuitate, quæ ab
eo defecerat, quotquot Thebanorum cædibus
ſuperfuiſſent, exceptis ſacerdotibus utriuſque
ſexus, atque ijs qui Philippo aut Alexandro pri
uatim, aut Macedonibus hoſpitalitatis iure de-
uincti eſſent, in ſeruitutem redegit.ᵒ Rationes
huius receptæ ſeruitutis relatæ ſunt iam in lib.
11. cap. 1. iſtius compendij iuris, & libro de iur.
arte. cap. De iure gentium ab humanitate & cle
mentia uictorum, & à beneficij ob uitam ſerua
tam agnitione: quas ibi uideto. Hodie capti in-
17 ter Chriſtianos, captiui Chriſtiani ſerui non
ſunt, redemptio tamen à captis debetur: & ita
non ſeruatur ius poſtliminij in perſonis, ſed in
rebus, ſecundum Boetium,ᵖ quem ſequor: quā-
quam retentionem, qua utuntur uictores, non
longe abeſſe à ſeruitutis ſpecie non diffitear.ᑫ
Verum ius libertatis integrum manet. Nec poſ
ſum ſubſcribere Bartolo, Baldo, Angelo, Frāc.
Aretino, dum aiunt,ʳ captos in bello ab Impe-
18 ratore, & rege Galliæ, fieri ſeruos. Et iure ciuili
non omnes in bello capti ſerui fiebant, ſed ca-
pti tātum ab hoſtibus, quibus bellum publice
decretum erat: hi enim hoſtes, cæteri latrunculi
& prædones, quibus hoc ius non eſt, nec cum
captis ab illis eſt ius poſtliminij.ˢ Sic nec in fa-
ctionibus, & ciuitatum ſeditionibus, uel ciuili-
bus bellis, iura captiuitatem & poſtliminij lo-
cum habent, nec capti amittebant ingenuita-
19 tem.ᵗ Seruos captiuitatis, nō generis, dicebant
Theſſali Peneſtas, & Theſſalæcetas: qui autem
in ſeruitutem ſe dediſſent, Mneſtas.ᵘ Naſcun-
tur porro ſerui ex ancillis, ſequunturque ſtatū
matris iure gentium.ˣ In gratiam tamen li-
bertatis ſtatuerunt iura, conſideranda in matre
tria tempora, conceptionis, partus, natiuitatis,
& quod inter hæc lapſum: ut ſi in aliquo ho-
rum fuerit mater libera, quamuis antea uel po
ſtea, uel medio fuerit ſerua, uel poſtea fiat, ſem-
per partus ſit liber, nec calamitas matris debet
nocere filio, qui in utero eſt.ʸ Ut, & ſi ex pa-
tre ſeruo & matre ingenua quis naſcitur, par-
tus naſcitur ingenuus, & ſequitur matrem, non
ſecus ac ſi vulgo conceptus ex libera ſit.ᶻ Nec
habetur ratio coniunctionis ſerui & liberæ,
cum matrimonium iuſtum non conſiſtat cum
ſeruo: quamuis inter libertum & ancillam re-
cipiatur.

a l. 1. de Senatuſc. Claud. inl. lib. 7. C.
b l. unic. de mu lie. quæ ſe proprijs ſer. iunxerunt. C.
c l. 2. C. de libert. & eor. libe. §. maxima, de cap. diminu.
d l. 1. quib. ad liber. procl. nō lic. li. 7. C. ti. 18.
e can. de raptoribus, 36. q. 1.
f Diod. Sicul. lib. 11.
g Marcel. in l. quod ad ſtatū. l. 12. & Paul. in l. qui ultimo ſupplicio, l. 29. de pœn. in P.
h §. maxima, de capi. dimin. l. §. pœnæ autem ſerui, quibus modis ius pat. pot. ſol. l. quidam, de pœnis. l. in metallum, de iur. fiſc. in P. l. res uxoris, l. 24. de donati. int. vir. & uxo. C.
k auth. ſed hodie de donati. int. vir. & uxo. C. § quod autem, & §. ſi vero. de nupt. in auth.
l l. ſi miniſterium, de liber. cau. C. l. ſi ex cauſa, §. Papinianus, de minor. 25 an. in P.
m l. 1. & 2. ſi aduer. vend. C. §. ſerui, de iur. perſo.
m l. 1. quib. ad liber. procl. nō lic. P.
n l. non ideo, C. de libe. cau.
o l. 1. liberis, §. ſi quis ſciēs, eod. in P.
p § ſerui, de iure perſo. l. cum pacto, l. an. de lib. cau. P. l. & ſeruorum, l. 3. § 1. de ſtat. ho. in P. l. 1. 2. & 3. quibus ad lib. proclam. non lic. P. l. 2. ſi libert. ingen. eſſe dic. in P.
q arg. l. 2. §. ſi quis tamē cum poſſet, ſi quis caut. in P. l. ſi fideiuſſor, §. 1. qui ſatiſd. cog. in P. l. penult. quod vi aut clam. l. penult. quibus ad liber. procl. non lic.
r Athenæ. lib. 6. c. 7.
s Corn. Tac. de morib. Germa.
t l. 1. & 2. de patrib. qui fili. diſtrax.
u Gellius, lib. 20. c. 1.
x 4. Regum, cap. 4. & Ioſeph. lib. 9. Antiquit. Iudaic. cap. 3.
y l. ob æs, C. de actio. libr. 4. titu. 10. & authent. nunc eodem tit. § quæ vero. vs. nul. iudi. lic. hab. loc. ſeruat. in auth. coll. 9.
z l. quæ filios, quæ res pigno. oblig. poſſ. C. cap. 1. de pignor.
a l. 2. de capti. lib. 8. C. tit. 51.
b l. nemo, de exactor. tribu. lib. 10. C.
c l. 1. de lib. hom. exhiben. in P.
d Geneſ. 47.

e Iul. Cæſar, li. 6. bell. Gall.
f Idem, d. lib.
g §. ſerui autem, in 1. & 2. de iure perſon. l. libertas, § fin. de ſtat. hom. in P. l. & ſeruorū, §. iure gentiū, eod. tit. l. pupillus, §. ſeruorū appellatio, de verb. ſignifi.
h l. poſtliminij ius, de capt. l. hoſtes ſunt, eod. tit.
i 2. Petri, 2. c.
k Diod. Sicul. lib. 11.
l Dio. Caſſ. lib. 13 Hiſto. Rom.
m Idem li. 60.
n Arrian. lib. 6. de exped. Alex. Magn.
o Idē lib. 1. expedit. Alex.
p Boetius, in §. 1. de iure perſon. in contine. ſtat.
q l. 2. de liber. homi. exhib. P.
r prædicti interp. in l. qui à latronibus, §. fi. de teſtamen. & ſuſum Bart. in l. hoſtes, de capti. & ibi vidē. Alexan. nu. 23.
s l. hoſtes, l. 24. de capti. & poſtlim. reuer. l. hoſtes, & l. quos nos hoſtes, de ver. ſig.
t Vlpian. in l. quis ingenui, l. 21. § ſi de capti. & poſtlim. reuer. Paul. l. poſtliminiū, l. 19. § à piratis, eod. titu. l. cum cognatum, l. 4. de ingen. & manum. lib. 7. C. titul. 14.
u Athenæ. lib. 6. Dipnoſop. cap. 7.
x l. & ſeruorū, § iure gentiū, de ſta. homi. §. ſerui in 2. de iure perſo. l. ſi. de liber. cau.
y §. ſed & ſi quis, & § è contrario, de ingenu. l. & ſeruorū, § ingenui ſunt, de ſta. homi.
z § 2. de inge. ap. Inſtitut. l. lex naturæ, l. 24. de ſta. hom. in P. leg. ciuis, ad municipal. in P. l. vulgò conceptus, 1. 3. & ſeq. l. ebru legitimū, l. 19. de ſta. homi.

21 cipiatur. [a] Et in his omnibus, inſigniores notæ
differentiarum inter ſeruos apparent, omiſſis
qualitatibus alijs leuioribus, uel ex officio eis
iniuncto tractis, ut quod nouitij & ueterani ſeu
ueteratores, [b] uicarij, ordinarij. [c] mediaſtini. [d]
22 Superioribus ſeruis affines ſunt famuli & libe
ri homines, qui tamen nobis bona fide ſerui-
unt, & præſtant operas, uel cum mercede uel
ſine, [e] & nobis acquirunt. [f] Et legari & locari
poteſt opera liberi hominis, [g] quamuis iurein-
23 rando obligari nequeat. [h] Horum apud Moſco
uitas lex, ut ijs non ſit licitum quolibet tempo-
re à ſeruitio recedere: & ſi aliquis citra domini
uoluntatem abierit, nemo eum aſſumit. [i] Simi-
le etiam edicto aliquando noſtra ætate [k] cau-
tum eſt, ne liceret famulos uel ancillas alicuius
recipere inconſultis dominis à quibus abibant,
ad uitanda furta & latrocinia domeſtica, & do-
minorum contemptum. Item quia nemo do-
minum ſuum deſerit, ſciens nuſquam latendi
24 locum ſibi eſſe derelictum. [l] Adſcribunt aliqui
ſeruorum aliam ſpeciem, qui rebus inſeruiant,
qui operi uel rei alicui faciundo, uelint nolint,
addicuntur, agnito legato, ut dum imponitur
onus libertis, ut ſepulchro patroni inſeruiāt: [m]
dum glebæ terræ addicuntur, ut captiui perpe
tui: [n] dum ſerui pœnæ efficiuntur, ad remos uel
metallum damnati. [o] ultimo ſupplicio damna-
ti: [p] damnati ad perpetuos carceres. [q] Inſtar e-
nim ſeruitutis eſt non poſſe libere recedere. [r]

a l. 3. C. de incest. nupt. l. legis, l. 23 inne gl. C. ad l. Iul. de adult.
b l. ſin. de ædil. edict. l. præcipimus, l. 17 eod. c l. ſed & § qd, §. 1. de vſufruc. in P.
d l. 2 § 1. & l. 8. § caupones, nautæ caup. ſtab. in P.
e vt in l. qui operas, locat. in P.
f Pompon. in l. liber homo, l. 37 & l. ſi ſeruus meus, l. 21. & Vlp. in l. qui bona fide, l. 23. & Modeſtin. in l. homo liber, l. 14. de acq. rer. domi. lib. 41 P. titu. 1.
g l. hominis, l. vſufruc. lega.
h l. vt iuriſiurandi, de oper. libert. in P.
i Sigiſm. Liber Baro, in commenta. rer. Moſcouit.
k conſtitutio. Regia.
l l. ſeruus, l. 12. de agricol. & cenſit. lib. 11. C. titu. 47.
m l. Titio ſeruum, §. Titio 2. de condi. & demonſtra. in P. l. Maeuia, de manum. teſta.
n tot. tit. de agricol. & cenſ. & 11. lib. C.
o § pœnæ, gl. mod. ius pat. pot. ſol. l. quidam, de pœn. in P.
p l. qui vltimo, de pœn. in P.
q c. quamuis, eod. in 6. c. nouimus, in § ſin. de verb. ſign.
r l. 2. de liber. hom. exhib.

De iuribus & utilitatibus dominicæ poteſtatis.

Cap. IIII.

1 *Dominica poteſtas ius necis habebat & uitæ in ſeruos.*
2 *In ſeruos ſæuire ſine cauſa prohibitum.*
Vmbricia matrona relegata, ob leuiſſimas cauſas ancillam atrociſſime tractans, eod.
3 *Seruorum inſolentiæ non fauendum.*
4 *Serui caſtigandi, ſed ſine contumelia.*
5 *Chij ſeruis emptitijs primum uſi, & uindicta diuina in illos, quòd ſeruos peſſundarent.*
6 *Seruorum iniuriæ audiendæ quoque legibus humanis, & diuinis.*
7 *Seruus quicquid quærit, acquirit domino.*
8 *Seruus communis uſufructuario, & proprietario quæ quærat.*
9 *Seruus quid uſuario ſuo acquirat.*
10 *Seruus communis pluribus pro indiuiſo quantum cuique quærat.*
11 *Seruus inuitus poteſt fieri neceſſarius hæres.*

1 QVid autem accedat utilitatis homi
nibus ex illa dominica poteſtate,
ne tractatio diuidatur à perſonarū
diſtinctione, paucis explico, ante-
quam progrediar ad aliam diſtinctionem, quæ
ex ſeruis manumiſſis naſcitur. Prior itaque in-
de colligitur utilitas, ut qui eam haberet, poſſet
in ſeruos ex arbitrio ſæuire, iuſque necis in il-
2 los eſſet, ut paulo ante meminimus. Fuit tamen
poteſtas hæc inte poſtea reſtricta & temperata-
ta, cum reipub. intereſſit, ne quis re ſua male uta
tur: & dominorum quoque, ne auxilium ſeruis
contra illorum ſæuitiam denegetur. [s] Et ex con
ſtitutione Pij Cæſaris ſtatutum, ut qui ſine cau
ſa ſeruum ſuum occidiſſet, eadem pœna puni-
retur, ac qui alienum necaſſet. Cum cauſa, ut
in facinore deprehenſum, in quo occidere ſon-
tem permittatur, licet: [t] uel ſine dolo malo eun
dem caſtigando, non adhibitis tormentis uel
modis, qui inferunt directo mortem: tunc enim
reus homicidij eſſet. [u] Adrianus Cæſar ſeruos
à dominis occidi uetuit, eoſque iuſſit damna-
ti per iudices, ſi digni eſſent. [x] Atque Vmbri-
ciam quandam matronam in quinquennium
relegauit, quòd ex leuiſſimis cauſis ancillam
atrociſſime tractaſſet. [y] Ita recte humanam per
pendens communem ſeruorum & liberorum
naturam. Nec tamen inſolentiæ ſeruorum fa-
3 uens, is namque eam peroſam habebat, ut &
fidem facit eius factum: cum enim quodam
tempore ſuum ſeruum inter duos ſenatores è
conſpectu ambulare uidiſſet, miſit qui ei cola-
phum daret, & diceret, noli inter eos ambula-
4 re, quorū adhuc potes eſſe ſeruus. [z] Et Plato, [a]
caſtigandos quidem dicit eſſe ſeruos, ne nimiū
deſidioſi reddantur: ſed ſine contumelia, ne in
5 iracundiā efferantur. Scribit Athenæus, [b] in
Chios qui primi inter Græcos ſeruis emptitijs
uſi ſunt, numen iratum, quòd ſeruorum barba
rorum honorem peſſundarent: atque in eius
rei ultionem à Mithridate captos, ſuorum ſer-
6 uorum ſeruituti mancipatos. Sancitumque, ut
ſeruorum quoque iniuriæ audirentur. Apud
Moſcouitas, ſi dominus ſeruum ſuum, aut ac-
comodatum, non bene tractat, fit quodammo-
do infamis apud alios, nec poſthac alios famu
los aſſequi poteſt. [c] Iure diuino, qui percuſſerit
ſeruum uel ancillam uirga, & mortui fuerint
in manibus eius, criminis reus erit: ſin autem
uno die uel duobus ſuperuixerit, non ſubiace-
7 bit pœnæ, quia pecunia illius eſt. [d] Secundum
ius dominicæ poteſtatis, ut quæ acquirit ſer-
8 uus, domino quærat. [e] Cum autem idem ſer-
uus, duorum & diuerſorum dominorum ſer-
uus eſt, puta proprietate unius, uſufructu alte-
rius, [f] uel uſu: per ſeruum uſufructuario eius
quæruntur ea tantum, quæ ex operis eius & re
uſufructuarij ueniunt: quod autem extra has
duas cauſas accedit ſeruo, ueluti legatum, hæ-
reditas, & id genus, domino proprietatis quæ-
runtur. [g] Sunt autem operæ in fructu, qui perti-
net ad poſſidentem. [h] Idipſum in libero homi-
ne ſeu famulo, & ſeruo alieno, qui bona fide
9 ſeruit, intelligendum eſt. [i] In ſeruo autem, cu-
ius tantum relictus eſt uſus, controuerſum eſt,
quid per eum uſuario quæratur. Puto tamen
& operas ei deberi, quòd operis legatis uſus re-
lictus cenſuatur. [k] Ita tamen, ut eis ipſe utatur:
non tamen locet, nec extra res ſuas utatur: [l] Si-
cut inter uſumfructum & fructum hoc inter-
eſt, quòd in uſufructu & fructus percipian-
tur: [m] uſus autem ſine fructu ſit. [n] Et ad uſum
quotidianum uſus rerum datur, non autem ut
fructus compendio ſint, locarive poſſint. [o] Sicu
ti nec is qui uſumfructum habet, de proprieta
te diſponere poteſt: quia ius utendi fruendi eſt,
10 ſalua rerum ſubſtantia. [p] Quòd ſi ſeruus plu-
rium dominorum ſit pro indiuiſo & eodem iu-
re, quæ quærit, generaliter omnibus æque ac-
quirit: niſi uni ex illis ſpecialiter, ueluti ſtipula
tione acquirat, nam non ijs, de quibus non
meminit, ſed nominato in ſtipulatione acqui-
11 ritur, [q] uel ei, cuius ſolius iuſſus præcedat. [r] Ter
tia utilitas poteſtatis eſt domino, ut ſeruum ſi
uelit etiam inuitum habeat hæredem neceſſa-
rium. [s]

s l. 1. & l. 2. de ijs qui ſunt ſui vel alie. iur. in P. §. in poteſtate. §. ſed & maior aſperitas. cod. ap. Iuſtinia.
t Marcel. l. 96. de verb. oblig. li. 41 P. tit. 1.
u l. 1. de emēd. ſeruo. lib. 9. C. tit. 14.
x Spartian. in Adriano.
y l. 2 § ſi de ijs qui ſunt ſui vel alie. iur. in P.
z Spartian. in Adriano.
a Plato, lib. 6. de legi.
b Athen. lib. 6. dipnoſop. c. 7.
c Sigiſm. Lib. Bar. in commēta. rer. Moſcou.
d Exodi, c. 21.
e §. in poteſtate, de ijs qui ſunt ſui vel alie. iur l. 1. §. 1. eod. titul. in P. § 1. per quas perſo. nob. acq. l. placet, de acquir. hæred.
f §. conſtitui-tur de vſufruc. g §. 1 § de his, per quos perſo. nob. acquir.
h l. 3 & 4. de oper. ſeruo.
i §. idem, per quos perſ. nob. acq. l. liber homo, de acq. rer. domin. in P. §. Item per liber. hom. per quas perſ. nob. acq.
k l. operis, de oper. ſeruor. P.
l l. per ſeruū, de vſu & habita. l. plenum, §. ſi. eod. tit.
m l. vſusfructu[s], de vſufruc. in P.
n l. per ſeruum vſuarium, § 1. & l. 1 & 2. de vſu & habita.
o § 1 de vſu & habit. ap. Iuſtinia.
p §. 1. de vſufr. l. 1 P. eod.
q § ſi. per quas perſo. nob. acq.
r § ſin. de ſtip. ſeruo. l. ſi communis ſeruus, cum. ſeq. eod.
s §. ſeruus enim, de hæred. inſtituen. §. neceſſarius, de hære qual. & diff. §. 1 qui & ex quib. cau. manumit. nō poſſ.

Quibus modis ſerui liberenturà dominica poteſtate. Cap. V.

1 *Serui liberantur à poteſtate domica uolentibus, uel inuitis dominis: uolentibus manumiſſione iudiciaria, teſtamentaria, legitima, uoluntate alia.*
2 *Manumiſſio quid.*
3 *Legitimus actus manumiſſio, & à quibus fiat, & 4.*
4 *Manumiſſio in fraudem creditoris quando fiat.*
5 *Vindicta quomodo fiebat manumiſſio, & coram quibus iudicibus.*
6 *Vindicta manumiſſio unde habuit originem.*
7 *Manumiſſiones quare conſules faciebant Calendis Ianuarij.*
8 *Alapa infligebatur in manumiſſione manumiſſis. Circunductiones & uerſiones in manumiſſionibus interueniebant, eod.*
9 *Rapiſmata & ſolemnia manumiſſionis aliquando obſeruata in emancipatione liberorum.*
10 *Manomittebantur & ſerui in æde ſacra.*
11 *Manumiſſio teſtamentaria.*
12 *Lex Furia Caninia de manumiſſionibus ſeruorum quæ, & quando ſublata.*
13 *Libertates teſtamento & codicillis libere ex uoluntate relinqui ſeruis poſſunt.*
14 *Orcinus libertus, ſeu Charonianus quis dicatur.*
15 *Statuliberi qui.*
16 *Manumittere quis poſſit, & quos teſtamento.*
17 *Manumitti poteſt ſeruos abſens quomodo per epiſtolam.*
18 *Serui pileati incedentes cum cadauere defuncti, liberi, & pro manumiſſis.*
Pileum inſigne libertatis capite raſo. eod.
19 *Manumittendi alij modi, redditio inſtrumenti ſeruitutis, affirmatio filij, ancillam iungendo libero.*
20 *Libertas à ſeruo præſcribitur, & ſi ſeruus fiat clericus, uel monachus, tacente domino.*
21 *Serui uniuerſitatis uel collegij manumittuntur eo modo, quo priuatorum.*

1 Liberatio à poteſtate dominica contingit ſeruis uel uoluntate dominorum, uel illis inuitis: uolentibus fit, uel manumiſſione iudiciali, uel teſtamentaria, uel alia legitima uoluntate.[a]
2 Manumiſſio, eſt actus legitimus, quo quis exit dominicam poteſtatem: nam quandiu quis in ſeruitute eſt, manui & poteſtati ſuppoſitus eſt, manumiſſus liberatur à poteſtate, quaſi è manumiſſus dictus.[b] Vbi enim iure gentium ſeruitus inuaſit genus humanum, ſecutum eſt be-
3 neficium manumiſſionis.[c] Legitimus porro actus dicitur, quia ea fieri debet ſecundum legum præſcripta.[d] Nec tenet ſi fiat lege prohibente, ueluti ſi à minore 20. annorum,[e] excepti iuſtis cauſis manumiſſionis probatis apud conſilium, quæ à Iuſtiniano numerentur.[f] Impedit enim in alijs legis authoritas, ne aduerſus eam quis uoti compos eſſe poſſit. Quare & qui teſtari non poteſt, nec poteſt manumittere Nouellarum iure,[g] nec olim, in fraudem creditorum,[h] ſaltem data directe libertate: nec per ob
4 liquum, ut per fideicommiſſum.[i] In fraudem porro fit, non quando quis non ſoluendo eſt, ſed ſi eo animo faciat, ut creditores eludat.[k] Sic & à non domino data libertas ſeruo alieno, inuito domino eius non ualet, ueluti ſi ab eo qui
5 tantum pignori habet,[l] uel precario.[m] Inter legitimos modos manumittendi, eſt uindicta:[n] quando coram magiſtratu lictor uirgula quadam tangebat caput ſerui raſum, & dominus, manu eius apprehenſo, uertebat ſeruũ, & à manu mittebat, dicendo eum liberum: cuius etiã uerba ſupplet lictor.[o] Fiebatque hæc manumiſſio coram quocunque iudice habente eius actus authoritatem, ut & apud conſilium, apud prætorem, præſidem, magiſtratumve ciuitatis.[p]
6 Vindictæ manumiſſio originem habet à Iunio Bruto primo Romanorum conſule, & primo libertatis Romanæ aſſertore, qui ob detectam proditionem, Vindicem Vindiciorum ſeruum
7 manumiſit.[q] Ideoque in initio cuiuſque conſulatus moris fuit Calendis Ianuarij, manumiſſiones expedire, ut & tractat Caſſiodorus.[r] Et leges quoque de officio conſulis, tractant de his manumiſſionibus expediendis.[s] Meminit & huius moris Ammianus Marcellinus,[t] & Claudianus[u] his uerbis, de Honorij conſulatu,

Aſpice mox lætum ſonuit clamore tribunal,
Te faſtos ineunte quater, ſolemnia ludit
Omnia libertas, deductum uindice morem
Lex celebrat, famulúſque iugo laxatus herili
Ducitur, & grato remeat ſecurior ictu.
Triſtis conditio pulſata fronte recedit.
In ciuem rubuere genæ, tergoque remouit
Verbera, promiſſi fœlix iniuria uoti &c.

8 Innuit & Perſius antiquos manumittentes ſeruos, alapa percuſſos circumagere ſolitos: & ita liberos confirmaſſe, dum ait,[x]

Quibus una Quiritem
Vertigo facit.

9 De circumductionibus obſeruatis ſcribunt Appianus,[y] & Arrianus.[z] Fuerant & iſta ſolemnia tranſlata ad emancipationem liberorum, quæ uocantur in iure Codicis iniurioſe rapiſmata,
10 & ſublata ſunt.[a] Legitima quoque ea erat, quæ in æde ſacra ſeu eccleſia fiebat coram iudice,[b] præſentibus antiſtitibus & populo, & interueniente ſcriptura memoriæ cauſa: quæ & minoribus 25. annis ſub hac forma permiſſa erat.[c] Ea lege Conſtantini libertate donati ſacerdotibus teſtibus in eccleſia, ciues Romani fiebant, ut ſcribit Nicephorus Calixtus,[d] & Sozomen.[e] Iuſtinianus poſtea hoc ius omnibus commu-
11 nicauit manumiſſionibus.[f] De teſtamentaria manumiſſione, extat titulus, De manumiſſis teſtamento, in P. lib. 40. tit. 4 & in Cod. Iuſtinianeo, De teſtam. manumiſſio. lib. 7. tit. 2. An-
12 tiquitus lege Fuſia uel Furia Caninia non licebat quidem omnes ſeruos, nec tot teſtamento manumittere morientibus, ne ciuitas repleretur ſordidis hominibus, quot licebat uiuentibus. Fuitque lex à Pub. Furio Camillo, & C. Caninio conſulibus lata, ut in teſtamento à duobus ſeruis uſque ad decem, liceret dimidiam eorum partem duntaxat manumittere: à decẽ uſque ad triginta, tertiã: à triginta uſque ad centum, quartam: à centum uſque ad quingentos, quintam. Et deinceps non eſſet licentia ultra centum ſeruos manumittendi.[g] Fuit autem illa lex ſublata, & æqua poteſtas morientibus, ac uiuentibus in ſeruis manumittẽdis conceſſa.[h]
13 Et proinde in teſtamento & codicillis teſtamento confirmatis, dantur libertates directe,[i] & pure,[k] & ſub conditione,[l] & per fideicommiſſum.[m] Directè ſic, *Seruus meus liber eſto*, quo caſu manumiſſus, non hæredis ſed
14 mortui libertus eſt. Qui & Orcinus dicitur,[n] &

Theophi-

a uide Cic. in Topic.
b Iſidor. li. 10. Etymo c. 4.
c hoc in l. manumiſſiones, l. 4. de iuſt. & iu. l. 1. P. tit. 1 §. 1. de libert. apud Iuſtin.
d arg. l. legitima, de pactis in P.
e l. 1. de manumiſſio. in P.
f 10 §. eadẽ lege Aelia Sentia, qui & ex quib. cau. manumit. non poſſ. Item in l. ſi minor, eam l. ſeq. & ſeq. ad l. apud, de manu. in P.
g l. ſi minor an. nis, & auth. ſed hodie, C. q. manumit. nõ poſſ. §. cum autẽ ut, qui & ex quib. cau. manu. non poſſ.
h §. 1. eo. apud Iuſtin. l. in fraudem, de teſta. manum. C.
i l. ſi a quo manum. no poſ. C.
k §. in fraudẽ, quib. ex cauſis manum. &c. l. in fraudẽ, qui & a quib. manumiſ. lib. non fiant. l. 1 C qui manu. non poſ.

l l. 3. de manumiſſ. in P. l. ab eo, C. de ſer. pignori da. l. 4. & ſ. qui & a quib. manu. lib. non fiant. in P.
m l. ſi non proprietarie, C. de his qui a non dom. man.
n §. multis modis, de libert.
o Hermogeni. in l. manumiſſio. l. 15. de manumiſſ. uind. lib. 40. P. tit. 2.
p l. ſi. de ſin. & apud cõſul. manumiſſ.
q Plutar. li. de ijs qui tard. puni. & Dco. Coc. Tacit. in 15.
r Caſſiod. li. 6. Variar. in formula conſulat.
s l. 1. de offic. conſul. lib. 1. P. tit. 10.
t Ammia. Marcell. li. 22.
u Claudian. in 4. Hono. cõſul.

x Perſius, Saty. 5.
y Appia. Alex. li. 4. bell. ciuil.
z Arria. in Epiſte. lib. 2 c. 1.
a l. ult. de em. §. eipa. liber. C & nouel. 81.
b l. 2. com. de manumiſſ. C.
c l. 1. de his, q. in eccleſ. manumitt. li. 1. C. tit. 16
d Niceph. Caliſt. li. 7 hiſtor. eccleſ. c. 46.
e Sozom. li. 1. hiſt. tripar. c. 9.
f Iuſtin. in nouella ut liberti de cætero aureo anulo nõ indigean. unde ſumpta auth. ſed hodie, de iure annulo. li. 6 C tit. 8.
g de hac lege Vopiſcus in Tacito, Iul. Pau. lib. 4. recept. ſen. c. 14. Vlp. in tit. 1. Theoph. in §. 3. de lege Fuſ. Caius, li. 1. Inſti. tit. 2. Cice. pro Verrem.
h §. 1. de lege Fuſ. Canl. toll. li. 1. Inſti. tit. 7. l. 1. eod. tit. li. 7. C. tit. 3.
i l. libertates, 41. de manum. teſta. in P.
k l. cum ſeru., l. 14. l. libertas, l. 17 §. 1 eod.
l l. ſi fructuarium, l. 6. l. Neratius, l. 7. l. ſi quis liberta, & ſeq. eod. item eo. tit. de fideiuſſo liber.
m §. ſi. de ſing. reb. per fideic. relic. li. 2 Inſti. tit. 24. l. 1. de ſingulis tit. Leo. tit. nu. l. 13. de pecu. leg. o l. 4. de bon. liber.

Theophilo [a] χαρωνίτης, quaſi dicas, libertum Orci, ſeu mortis, ſeu Plutonis, cui fabulæ inferorum regna tribuerant. Porro ſub conditione relicta libertas ualet, ſi tempore implendæ conditionis non ſit futurus alterius poteſtatis [b] ſui natura: non enim ab hærede uendi uel diſtrahi poteſt, ut adueniente conditione libertas im
15 pediatur. [c] Sunt enim pendente tempore ſtatu liberi qui deſtinatam in tempus, uel in conditionem, habent libertatem, uel conditione expreſſa, uel ui ipſa. [d] Et ideo nõ niſi cum ſuo ſta
16 tu, ut cum ſua cauſa diſtrahi poſſunt. [e] Et ſi ad tempus relicta ſit libertas, ſublata temporis limitatione fiet perpetua. [f] Sublata etiam nec recepta conditione, *Cum morietur liber eſto*. [g] Teſtamento manumiſſus ita demum liber eſt, ſi teſtamentum ualeat, & ex eo adita ſit hæreditas, [h] uel omiſſa cauſa teſtamenti in fraudem quis ab inteſtato poſſideat. [i] Fauetur quidem hic, ut & in ambiguis, libertati [k] dummodo qui potuit manumittere, teſtetur. Nam nec minor 20. ann. quamuis ſit miles, teſtamento manumittit. [l] Ex quibus tamen cauſis probatis apud conſilium potuerit quis manumittere, ex iiſdem poterit & teſtamento, neceſſarium hæredem faciendo: [m] ſi aliunde ſeruus non ſit indignus libertate, puta quòd damnatus in perpetuum, uel aliter prohibitus ad libertatẽ peruenire. [n] Si tamen adhuc natus non ſit, cui relicta eſt, & ualet legatum: [o] & ſi eo nato, uel alias idoneo, hęres comperendinet libertatis relictæ dationem, iudicis authoritate legatarius
17 ſeruitute liberabitur. [p] Ad exemplum ultimæ uoluntatis, & codicillorum, poteſt Dominus ſeruum libertate donare etiam abſentem, per epiſtolam, quinque teſtibus adhibitis & ſubſcriptis: [q] at præſente ſeruo, ſufficit ſi adhibitis quinque teſtibus, uoluntatem ſuam explanet,
18 quòd ei libertatem donet. [r] Ea uoluntate quoque Domini, ſerui nanciſcuntur libertatem, qui Domini funus pileati antecedunt, uel in ipſo lectulo ſtantes cadauer uentilare uidentur: ſi hoc ex uoluntate fiat teſtatoris uel hæredis. [s] Nam qui patitur pileatos ſeruos incedere, uidetur teſtari populo, cui eos exhibet, ſeruos liberos eſſe: uocabantur namque reſecto pilo raſo capite, ad pileum inſigne libertatis, ut apud Li
19 uium. [t] Sed & dediticia libertas ſeruo acquiritur, ſi Dominus præſentibus quinque teſtibus tradat inſtrumentum ſeruitutis ſeruo, uel corrumpat: [u] ſic enim inſtrumentum debitori redditum à creditore, liberat. [x] Affirmans quoque apud acta, ſeruum ſuum eſſe filium, facit eum liberum: licet ſibi non faciat filium. [y] Iungens ancillam ſuam libero, ea libera efficitur. [z] Itẽ ſeruus qui moratus eſt in libertate per 20. annos bona fide, liber erit: [a] imo ſi poſt quinquennium in poſſeſſione libertatis moriatur, ſtatus
20 eius controuerſia moueri non poteſt. [b] Sed & ſi ſeruus ſciente, & non contradicente domino ſuo, in clero fuerit ordinatus, liber & ingenuus erit. [c] Idem ſi religionem ingreſſus, & trienio tacuerit Dominus: [d] meminit & Stephanus de Dulopoli ciuitate ita dicta, quoniam ſi ſeruus etiam peregrinus, lapidem eo detuliſſet
21 manumitteretur & liber eſſet. Et hęc quæ dicta ſunt de ſeruis & manumiſſionibus factis à priuatis, intelligi debent de ſeruis à collegio aliquo licito, uel municipio, uel ab uniuerſitate, uel ciuitate manumiſſis, in iis quæ conuenire poſſunt corporibus iſtis. [e]

a Theophi. in § ſi de ſing. rebus per fideic. relic.
b l. Stichus ſeruus, 29. de manum. teſta.
c l. ſtatu liberis, 13. C. de teſta. manum.
d l. 2. de ſtatu lib. in P.
e l. 3. eod.
f l. libertas, 31. l. ideoque, 34. de manumiſſis teſtam.
g l. 1. heres, 17. & l. ſi eb titu. l. cum heres, 4. § 1 de ſtatu li. in P.
h l. teſtamẽto manumiſſus, 23 & l. teſtamẽto liber, 25. de manumi. teſta. in P. l. 2 de teſta manu. C.
i leg. 1 ſi omi. cau. teſta. C.
k l. 3 & 2. l. diuus Pius, 16. de manu. teſta. in P. l. penul C. de fideic. liber.
l l. 3. de manu. teſta.
m l. qui potuerunt, 27 eod.
n l. 2. & 3. qui non poſſ. ad liber. peruen.
o l. ex toto uel ſeres, C. de fideic. libert. l. g ... uero, de ſta. homi.
p l. ancillã, C. de fideic. lib. ac.
q l. uni § ſanctimus, de lat. libert. toll. lib. 7. C. tit. 5.
r d. l. uni § ſed & ſi quis, § multis modis, de libert.
s d. l. uni § ſed & qui domini funus, de latin. liber. toll.
t Liuius, in 4.
u l. uni. § ille etiam, de latin. libert. toll. C.
x l. peruenit, & l. ſeq de ſol. l. ſi chirographũ, de probat. l. Labeo, de pactis, in P.
y l. uni § ſimilique modo, de lati lib toll. C. § ſi de adopt.
z d. l. uni § ſed & ſi quis, & ... ad hoc, de lat. lib toll. § ſi uero ob ... & § adſcriptio, ... in auth. coll 4.
a l. ſi. de long. temp. præſcri. ... pro liber & ad uerſ. lib. oppo. C.
b l. ſi ue de ſta. liber. poſt quinquennium quæ ... & eo. tit. C.
c cap. ſi ſeruus ſciente, 54. d. ... de ſer. non ordi.
d d. ca. ſi ſeru. & in can. ſi. 17. q. 2.
e l. 1. & 2. de manumiſſ. quæ ſeru. ad uniuer. pert. impoſ. ... in P. l. 1. ſeru. reipu. manum. C.

De ſolutione ſeruitutis dominis inuitis, uel præter eorum uoluntatem. Cap. VI.

1 *Communi iure ſerui inuitis dominis liberi non fiunt.*
2 *Ad libertatem ſine manumiſſione proclamat, qui ſe ingenuum dicit & quomodo.*
3 *Aſſertor deſideratus interdum ab eo qui reuocabatur in ſeruitutem.*
4 *Colluſio prohibita inter dominum & ſeruum pro ingenuitate aſſerenda.*
5 *Seruus ſub conditione ut manumittatur venditur, ea ueniente inuita domino ſit liber.*
6 *Item ſeruus liber inuito domino in caſibus, in quibus pro libertate pretium capit, & qui ſunt taſus.*
7 *Poſtliminium liberat à ſeruitute.*
Transfugæ non utuntur iure poſtliminij, eod.
8 *Seruum proſtituens amittit ius poteſtatis, legeſque gentium de ea re.*
9 *Vnus ex dominis ſeruum inuitis alijs reddito pretio manumittit.*
10 *Seruus Chriſtianus à Iudæo emptus ſit liber.*
11 *Seruus dente excuſſo, vel eluſcatus à domino, liber lege Dei.*
12 *Seruos ſeuerius tractans, quàm par ſit, uendere cogebatur.*
13 *Seruos ob male habitos Lacedæmonum ciuitas terræmotu diruta.*
14 *Seruus Hebræus poſt ſeptennium erat liber.*
15 *Auris perforata ſubula ſerui, erat ſignum perpetuæ ſeruitutis uoluntariæ.*
16 *Seruus ægrotus eiectus domo à domino, liber ſit.*

1 Qvamuis regulari iure, coacta uel ficta domini de ſeruo manumiſſio libertatem non det: [f] tamen ſpeciali ratione, inuitis dominis
2 plerumque quis aſſequitur libertatem. Vt ſi proclamet ad libertatem, dicens ſe eſſe ingenuum: quo pertinent iura de liberali cauſa, quæ tuentur, & diſtinguunt cauſam libertatis à ſeruitute, & permittunt certis perſonis, quorum intereſt, defendere, ne quis in ſeruitute moretur, uel in eam contra ius trahatur. [g] Et ipſe quoque qui pro ſeruo habebatur, dum ſe ingenuum aſſerebat, proclamat ad libertatem coram iudice certis ex cauſis, non poſtu
3 lata manumiſſione. [h] Vt contra, dominus eum qui pro ingenuo uel libero, ſe gerebat, interdum reuocabat ad ſe, nec is antea poterat ſe defendere, niſi aſſertorem & defenſorem libertatis haberet: qui tamen poſtea in hac cauſa uentilanda deſideratus non eſt, ſed ſine aſ
4 ſertore litem agitari placuit. [i] Adhibita tamen in omnibus cautione, ut colluſio inter dominum & ſeruum, uel eum qui ſe ingenuum profitebatur, non fieret, præmio ei conſtituto, qui colluſionem detexiſſet, ſi intra quinquennium detuliſſet [k] nomineque præmij & ſeruus, qui ſe ingenuum falsò dixiſſet. [l]
5 Dehinc ſecundo, ſeruus ea lege uenditus domino, ut poſt certum tempus liber ſit, eo adue
6 niente, liber inuito domino fiet. [m] Atque tertio in omnibus caſibus, in quibus ſeruus pro præmio libertatem conſequitur: ueluti ſi uindicet mortem domini, [n] ſi adulterantem monetam deferat, [o] ſi raptorem uirginis de
7 tegat, [p] ſi deſertorem militiæ prodat. [q] Quarto liberatius poſtliminij à ſeruitute capientium

f l. ſi priuatus coactus, qui & e quib. manumiſſ. liber. non fiunt.
g l. 1. 2. 3. 4. 5. 6. de liber. cauſ. in P.
h extat titul. quib. ex cau. ad lib. procla. non lic.
i l. 1. de aſſerto. toll. C.
k l. 1. C. de colluſio. detegen. l. l. 1. eod in P.
m l. 1 eo in P. m l. 1 & 2 qui ſine man. ad liber peruen. P. l. 3 & 3. ſi mancip. ita fuer. alien. ut manumit.
n l. 1 quib. ex cau. ſer. pro liber. præm. acci. C.
n l. 2 eod. tit.
p l. 3 eod.
q l. 4 eo l. 1. de deſertor. & occult. eod. lib 12. C.

tium captos, ut etſi euadant manus hoſtium.[a]
reſtituit enim poſtliminij ius priſtinum ſta-
tum,[b] exceptis transfugis, qui hoc iure non
8 utuntur.[c] Quinto, qui ſeruum proſtituiſſet
publice, iure ciuili nouo cogitur manumit-
tere:[d] iure Pandectarum tantum cogebatur
vendere.[e] Multo magis ſi in venditione ancil-
læ cautum ſit, ne proſtituatur ab emptore, ſi qui-
dem proſtituta, venditore conſentiente, libera
fit.[f] Adrianus lenoni uel laniſtæ ſeruum uel
ancillam uendi cauſa non præſtita uetuit.[g] Et
lex Hiſpaniæ: *Serua, quæ à Domino liberos ſuſce-
perit, libera eſto.*[h] Pius Cæſar, ad impudicitiam
cogentem ſeruum dominum, cogendum eum
9 uendere reſcripſit.[i] Sexto, ſi plures ſunt domi-
ni unius ſerui, & unus ex illis uelit manumit-
tere, deponendo uel dando pretium alijs con-
dominis, poteſt ſolus alijs inuitis manumitte-
10 re.[k] Septimo, ſi Iudæus emerit ſeruum Chri-
ſtianũ, fit ſtatim liber.[l] Octauo lege diuina,[m]
11 *Si percuſſerit quis oculum ſerui ſui, vel ancillæ ſuæ,
& luſcos eos fecerit, dimittet eos liberos, pro oculo
quem eruit: dentem quoque ſi excuſſerit ſeruo uel
12 ancillæ ſuæ, ſimiliter dimittet eos liberos.* Iure ciui
li Pij Cæſaris reſcripto, durius habiti ſerui
quàm æquum eſt à dominis, uel infami iniuria
affecti, uendi à dominis iubebantur, ita ut in
13 poteſtatem dominorum nõ redirent.[n] Refert
Ælianus,[o] cum Lacedæmonij contra ſeruos
Tenatenſes, qui erant ex genere Eilotarum,
per uim ac perfidiam inſurrexiſſent, indignatũ
Neptunum terram Spartham concuſſiſſe, ut
ex uniuerſa urbe quatuor ſolum ædificia relin
14 querentur. Item alia nono, *Si emeris ſeruum He
bræum, ſex annis ſeruiet tibi, in ſeptimo egredietur
liber gratis. Cũ quali ueſte intrauerit, cũ tali exeat.
Si habens uxorem, & uxor egredietur ſimul. Sin
autem dominus dederit illi uxorem, & pepererit
filios & filias, mulier & liberi erunt domini ſui:
ipſe uero exibit cum ueſtitu ſuo. Quod ſi dixerit ſer
15 uus, diligo dominum meum, & uxorem ac liberos,
non egrediar liber: offerat illum dominus dijs, & ap
plicabitur ad oſtium & poſtes, perforabitque au-
16 rem eius ſubula, & erit ei ſeruus in ſeculum.*[p] Ser-
uus ægrotus domo à domino pulſus, nemini
pro cura commendatus, iure Codicis conſequi
tur libertatem, nullo etiam iure patronatus do
mino reſeruato.[q]

a l. 2. & fi. de capt. P. l. cum ad redemptum. & l. cum & poſtliminij, C. eod. l. 2. eo quidẽ, de acq. rer. domin.
b l. poſtliminij, & l. poſtliminiũ eſt ius, de capt. & poſt li. reuer. in P.
c l. poſtliminij §. transfugæ, & §. poſtliber, de capti. Quis porrò transfuga & emanſor, in l. 5. de re milit. in P. dicitur.
d l. ſi lenoni, C. de epiſc. aud.
e l. 2. de ijs qui ſunt ſui uel alie. iur.
f l. 1. ſi mancip. ita uenie. ne proſtit. C.
g Spartian. in Adria.
h Anto. Pano. lib. 2. de dict. & fact. Alph. c. 19.
i l. 2. de ijs qui ſunt ſui uel alie. iur.
k l. 1. § his itaque, de com. ſer. manumi. C.
l c. 2. de Iudæ. & mancipia, 54. diſtinc. l. uni. ne Chriſt. manci. Iudæ. hab.
m Exod. c. 21.
n l. 2. de ijs qui ſunt ſui uel alie. iur.
o Aelia. lib. 6. de uar. hiſtor. c. 96.
p Exo. 21. Deutero. 15.
q l. uni. § ſed ſitimus, de Lat. lib. toll. C. § ſi uerò ab initio, & § ne multo potius, de nup. colla. 4. l. fin. §. his uidelicet, de bon. lib. C. l. §. pro derel. in P. cum fin.

De ingenuis, & Libertinis. Cap. VII.

Lib. 1. Inſtit. tit. 4. & 5.

1 *Libertas natiua, & factitia, ingenuitas & liberti-
nitas.*
2 *Ingenuus quis.*
3 *Ingenuus ex libertino natus,*
4 *Ingenuus & eſt ſententia talis declaratus.*
5 *Libertus quis, & libertinus, & 6.*
6 *Patronus quis.*
7 *Patronatus ius quot modis quæritur.*
8 *Libertinorum tres ſpecies, Ciuium Romanorum,
ſeu Iunianorum, & dedititiorum.*
9 *Ius nudum Quiritium ſublatum dominorum.*
10 *Liberti in Germania parum abſunt à ſeruis, nec ſe
ria illis committuntur.*
11 *Orcini liberti qui, & proprij item qui.*

1 MVtata cauſa naturalis ſtatus, inter
homines libertatis, fecit & ſimul
liberorum duas ſpecies: per nati-
uam, & factitiam ex facto homi-
nis libertatem. Prior ingenuitas dicitur, altera
2 libertinitas: & inde ingenui, & libertini.[r] Inge
nuus eſt, qui ex matre libera natus eſt, ſtatim-
que ut natus eſt, liber eſt: ſiue ex duobus inge-
nuis matrimonio editus, ſiue ex altero inge-
nuo, altero libertino: ex matre libera, patre ſer-
uo: ſufficitque aliquo tempore matrem fuiſſe
liberam, uel conceptionis, uel natiuitatis, uel
3 medio tempore, etſi alijs ſit ancilla facta.[s] Et
qui naſcuntur ex libertis, non liberti ſed inge-
4 nui ſunt.[t] Ingenuum etiam[u] eum accipere de
bemus, de quo ſententia lata eſt, ſcilicet eſſe in
genuum, quamuis fuerit libertinus: quia res
5 iudicata, pro ueritate habetur. Libertini ſunt,
qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt.[x] Liberti
nus ſtatum oſtendit, libertus perſonam ſingu-
6 larem, ut notauit Valla:[y] Ideo relatiũ eſt inter
libertum & patronum. Patronus namque is,
qui ex iuſta ſeruitute manumiſit, & ita fecit ſi-
bi ex ſeruo libertum, uel colluſionem detexit,
ual iurauit libertum ſuum, uel cui libertus ad-
iudicatus eſt.[z] Et contra libertus manumiſſus
dicitur.[a] Et beneficij dati libertatis, patrona-
tus eſt remuneratio, ad quam natura tene-
7 mur.[b] Atque tot modis ius patronatus quæri-
tur, quot à iuſta ſeruitute liberari quis poteſt,
8 & libertatem naneiſci. Libertinorum olim tres
erant ſpecies, quia tres erant gradus libertatis
conceſſæ.[c] Quibus dabatur plena libertas, fie-
bant ciues Romani: quibus minor, Latini li-
bertini fiebant, & data dicebatur Latina liber-
tas ex lege Iunia Norbana; quæ ſublata po-
ſtea.[d] Alijs autem dabatur minima quæ dediti
tia dicebatur, quæ tantum competebat tempo
ta mortis manumiſſi ex lege Ælia Sentia, ſub-
lata quoque poſtmodum.[e] Et ita tempore Iu-
ſtiniani tantum una libertas dari cœpit mino-
re & minima ſublatis, factique omnes liberta-
tem aſſecuti ciues Romani, id eſt plene liberi.[f]
9 Sicuti & ſublata illa differentia ſeruorum, per
quam nudo iure Quiritum, quidam non ple-
num dominium, ſed ſemiplenum habere dice-
10 bantur.[g] Liberti apud Germanos parum diſta
bant à ſeruis, nec illis, niſi raro, alicuius momẽ
ti quicquam nec in domo, nunquam in ciuita-
te, committebatur, ut ait Cornelius Tacitus.[h]
11 Libertorum etiam in iure erant duæ aliæ di-
ſtinctæ ſpecies, Orcinorum, & propriorum.[i]
Orcini erant, quibus in teſtamento relinque-
batur directo libertas à teſtatore, & fiebant li-
berti teſtatoris mortui & filiorum eius non hæ
redis manumittentis.[k] Item ſi rogatus erat hæ
res manumittere, nam Senatuſconſultum ſub
Rubrio Gallo, & Cælio Piſone Coſſ. factum,
ſtatuit libertatem fiduciariam perinde præſtã-
dam eſſe, ac ſi directo eſſet relicta: & ideo qui-
bus relicta erat ita, erant quoque Orcini.[l] Orci
ni porro, quia mortui teſtatoris cenſebantur
dicti, ut ab eo manumiſſi, ab Orco dicti id eſt,
morte uel loco mortuorum, ut apud Plau-
tum.[m]

Bene uale, apud Orcum te uidebo.

Sic Varro,[n] loquens de deligendo agro ſalu-
briori, & inſalubrem etiam feracem non ha-
bere fructus certos dicit. *Etenim, inquit, ubi ra-
tio cum Orco habetur, ibi fructus non modo eſt in-
certus, ſed colentium uita.* Proprij liberti ſunt, qui
à dominis uiuis ſuo iure manumittuntur. Sunt
& Orcini ex fideicommiſſo manumiſſi, in uno
liberti manumittentis, uidelicet ut in muneri-
bus ciuilibus manumittentis originem ſequã-
tur, non eius qui manumitti iuſſit.[o]

r § fin. de iur. perſon. Marcia. in l. & liberorum, l. 5. de ſta. homin.
s §. 1. de ingen. l. & ſeruorum, §. ingenui. Iul. Paul. li. 5. recep. ſentẽ. de lib. agnoſc. tit. 21.
t l. quod ex libera muliere, de oper. libert. in P.
u §. 1. de ingen.
x l. ingenuum, 25. de ſta. hom. P. l. res iudicata, de reg. iur.
z Caius, in l. libertini, l. 6. de ſta. hom. §. 1. de libert. l. 4. de iuſt. & iur. in P.
y Laurentius Valla, li. 4. elegant. c. 2. l. fin. ſi libertu. ingen. eſſe dic. in P.
z l. adiuuandum patrem. §. patronum, de in ius voc. P.
a l. 1. de ſuis & legit. hæred. in P. l. in ea iure, de rit. nupt.
b l. ſed & ſi lege, §. conſuluit, de petit. hæred. in P.
c de quib. vide Vlpi. in fragm. tit. 1.
d l. uni. §. illud, de Lat. li. toll. C.
e l. 1. de dediti. li. toll. C.
f § libertinorum, de libert. ap. Iuſtinia. l. 2. C. commu. de manumiſſ.
g l. uni. de nud. iure Quir. toll. lib. 7. C. tit. 25.
h Cor. Tac. de morib. Germa.
i l. cum teſtamento, l. 2. de iur. & fac. ignor. l. 1. C. tit. 11.
k §. ſi. de ſing. reb. per fideic. relic. li. 2. Inſti. tit. 24.
l l. 9. §. plane, de legit. tutor. in P. l. cum uero, l. 2. § ſi filius ſuorum, de fideic. libert. lib. 40. P. tit. 5.
m Plautus, in Aſinar.
n Varro, lib. 1. de re ruſt. c. 4.
o l. libertus, l. 37. §. ex cauſa, ad municip. lib. 50. P. tit. 1.

De

De patronis, & iure patronatus libertorum. Cap. VIII.

Lib. 37. P. tit. 14. Lib. 6. C. tit. 4.

1 *Patronatus ius ineſtimabile.*
2 *Patronus unde dicatur, & obſequia liberti.*
3 *Patrono debet libertus obſequia, & honorem.*
4 *Lis nulla mouetur ſine licentia prætoris in patronum.*
Actionem famoſam non proponit libertus in patronum. eod.
5 *Ingratus libertus in ſeruitutem reuocari poteſt, & quis ingratus.*
Libertus tutelam filiorum patroni ſubire tenetur, aliter ingratus. eod.
6 *Libertus patrono præſtare operas cogitur.*
Opera quid. eod.
Opera obſequiales, & fabriles ex conuentione. eod.
7 *Opera obſequiales, & fabriles in quibus differũt.*
8 *Opera fabriles quando, & quatenus imponi poſſunt, aut non, in manumiſſione.*
9 *Operas libertæ amittit patronus, quam patitur nubere.*
10 *Operas præſtare patrono tenetur fabriles, qui eius libertum occultauit.*
11 *Patronum libertus, & contra patronus libertum egenum cogitur alere.*
12 *Patronus quando ſuccedat liberto.*
Actio Caluiſiana quæ. eod.

1 QVa ratione maximum beneficium
eſt libertatem conſequi, eadẽ mul
tum libertus ei, qui eum à miſeria
ſeruitutis liberauit, obſtrictus eſt.
Et proinde quoque libertum habere, ineſtima
2 bile eſt ius:[a] quod & indiuiſibile.[b] Et qui ma-
numiſit, liberto debet officium tutoris & defen
ſoris, & quodammodo patris, unde & patronus
dicitur: ut ex iuribus patronatus iſtius appare-
3 bit, quæ ſingularia ſunt. Primum, ut libertus te
neatur obſequia, honorem & reuerentiam præ
ſtare patrono.[c] Extat lex Platonis,[d] iua eſſe pa-
trono, propria authoritate capere libertum, ſi
ab eo ſufficienter non coleretur. Cultum autẽ
dicit, ut ſingulis menſibus teneatur venire ad
domum patroni, ſeque offerre, ut oſtendat pa-
ratum facere eius iuſſu quicquid honeſtum,
poſſibileque ei ſit: deinde, quicquid de matri-
4 monio ſuo, domino uidebitur, faciat. Hinc fit,
ut lis à liberto moueri aduerſus patronum, ſal
tem qui non uenia à prætore petatur, non poſſit;
5 nec eundem actione famoſa in ius uocare.[e] Se-
cundo, ex hoc patronatu, patronus ius caſtigã-
di libertos ſibi retinet, & contumaces, & ingra-
tos reuocandi in ſeruitutem.[f] Ingratus porro
& is, qui obſequia debita non præſtat, & qui
6 filiorum patroni tutelam detrectat.[g] Tertio, &
libertus operas præſtare tenetur. Operæ ſunt,
officium diurnum,[h] officij præſtatio ad nutum
patroni.[i] Sunt autem duplicis ſpeciei, vel offi-
ciales uel obſequiales, & fabriles: ad illas na-
tura, ueluti in remunerationem acceptæ liber-
tatis tenetur.[k] Ad fabriles tantum ex lege, ual
conuentione in manumiſſione facta, dummo-
do ex præter legitimum modum, nimiumque
non onerent libertatem: quod ad notionem iu-
7 dicis pertinebit proſpicere.[l] Operas obſequia-
les in alios non tranſfert patronus, ſtipulatas
autem fabriles contra:[m] in quo differunt ſingu
lari iure, ſicut in eo, quòd officiales libertus te-
neatur ſuo uictu & veſtitu ſubminiſtrare patro
no, niſi ualde inops ſit: non autem fabriles ex
ſtipulatione debitas, & ita puto conuenire le-
ges quæ alioquin inter ſe pugnantes uiden-
tur.[n] Atque obſequiales ita temperandæ erũt,
ut petantur per patronum à liberto tantum,
quas liberti ætas, inſtitutumque uitæ, digni-
8 tas, neceſſitas, ualetudo patitur.[o] Cæterum nõ
ſemper imponi poſſunt operæ fabriles in ma-
numiſſione, nec impoſitæ debentur: ueluti ſi
qui manumittit, aliunde quàm ex uoluntate
propria & ſpontanea faciat: veluti quia grata-
tus, uel quia præmium accipit, uel alio modo
cogitur:[p] uel ſi ſeruus emptus eſt proprijs nũ-
9 mis ab eo, à quo manumiſſus eſt.[q] Sed & debitę
operæ amittuntur libertæ, ſi eam patiatur pa-
tronus nubere, quia debentur tunc marito:[r]
10 ſaluo tamen iure patronatus.[s] Singulareque
& illud, ut ſi quis libertum occultauerit alte-
rius, pro eo operas fabriles teneatur præſtare.[t]
11 Quarto, in iure patronatus utilitas, ut liber-
tus teneatur alere egenum patronum:[u] ut ui-
ciſſim patronus libertum inopem, alioquin ius
12 patronatus amiſſurus.[x] Quinto, ex hoc patro-
natu pendet ius patroni ſuccedendi liberto lo-
cupleti, id eſt, qui plus quàm centum aureos
habet in facultatibus: adhibita etiam actione
Caluiſiana, qua reuocantur alienata in frau-
dem iſtius ſucceſſionis.[y]

a l. naturales, §. fin. de præſcr. verb.
b l. 8. de iur. patron. in P.
c l. 1. de obſeq. à liber. patron. præſtand. l. 1. de ingrat. liber. l. fin. de bon. libert. & iur. patron. C.
d Plato, 11. de legib.
e l. 4. §. prætor ait, de in ius vocan. in P. l. veniam, C. eod. titul.
f l. 2. de ingrat. liber. C. l. 2. & 3. de liber. & eor. liber. C.
g l. ingratus, de iur. patron. in P.
h l. 1. & 2. de oper. libert. lib. 38. P. tit. 1.
i Cum, l. cum patronus, l. 22. eod.
k l. ſi non ſortem, §. libertus, de condict. indebit.
l l. 1. de oper. liber. in P. l. 1. C. eod. & ferè tot. tit.
m Vlp. in l. fabriles, 6. & l. operæ, l. 9. de oper. libert. in P.
n l. Imponi, l. pen. de ope. libert. in P. & l. ſuo victu, l. 18. & ſeq. eod.
o l. eius artificij, cum l. ſeq. eod. in P.
p l. ſi quis hac lege, de oper. libert. in P. l. 2. & 5. C. eod.
q l. ſi tuis num mis, l. 7. C. eod. titul.
r l. ſicut, de oper. libert.
s l. quod ex liberta, C. eod.
t l. fin. C. eod.
u l. 1. §. fi. C. eo.
x l. Diu. Claudius, §. ſi de iure patro. P. l. ſi quis à liberis, §. ſolent iudices, l. alimenta, & l. ſi de liber. agnoſc. in P.
y l. ſi libertus minorem, de iure patron. in P. l. ſicut teſtator, & l. ſine libertus, eod. tit. ſacit tot. tit. de ſucceſſ. libert.

Quibus modis ius patronatus amittitur. Cap. IX.

1 *Patronatus ius finitur denegatis alimentis liberto, & reuocato in ſeruitutem liberto reſtituta ingenuitate.*
2 *Aureorum annulorum ius quale.*
3 *Annulus quale olim inſigne.*
4 *Patronatus nullum ius manumiſſo ſeruo in præmium.*
5 *Patronatus etiam ius amiſſum, ſi cogat patronus libertum iurare ne nubat, aut ſi pretium pro operis accipiat.*
Vxorem non ducere, iurare cogi non poteſt libertus, eod.

1 DEſinit autem nomen & ius patro-
natus primo, denegatis alimen-
tis liberto:[z] ſecundo, reuocatione
in ſeruitutem propter ingratitudi
nem:[a] tertio, ſi libertus reſtituatur natalibus id
eſt, ingenuitati per principem: nam & in ea re-
ſtitutione conſenſus patroni, cuius intereſt, ac-
2 cedere debet.[b] Eſt quoque medius quidam ſta-
tus inter ingenuitatem & libertinitatem, eorũ
qui aſſequũtur ius aureorum anulorum à prin
cipe, qui pro Ingenuis quidem qui hoc impe-
trauerint, habebantur, ſed ſaluo, integroque
remanente iure patronatus, permiſſumque il-
lis aureos annulos ferre:[c] ita differẽtes à reſtitu
tione natalium, qua ingenui fiebant.[d] Symbolũ
in libertis ingenuitati reſtitutis, annulus rectè
cõſtitutus. Siquidẽ, uerum eſt quod annulus ab
anno dicatur: quia ut annus in ſe per circulũ
redeat, ſic & libertas reſtituta in ſuum priſtinũ
ſtatũ:[e] quare & quidam annum duplici, n, cen-
ſent ſcribi, nõ cũ ſimplici n, ut qui deducũt ab
ano, quaſi anulus ſit paruus anus, ut alij ἀπὸ
τοῦ ἐνιαυτοῦ vt Feſtus: alij ἀπὸ τοῦ κατανεῦσθαι, ut
Seruius Grammaticus. Subinde tamen ius hoc
deſijt poſtulari, & omnes liberti ingenui dicti
ſunt,

z l. Diu. Claudius, §. fi. de iure patron. cum ſimilibus.
a l. 1. de ingrat. liber. C. l. 2. & 3. de liber. & eor. liber.
b l. 2. & fin. de natal. reſtitut. in P.
c l. 1. pen. & fi. de iur. aure. annulo P.
d l. ſed ſi hac lege, §. patronũ de in ius voc. in P.
e in l. manumiſſiones, de iuſt. & iur. P.

3 ſunt,ſaluo iure patronatus patrono.[a] Sic annu
lus promiſcue uſurpatus eſt,nec diſtinctionem
adiecit: ſicuti & uſus annulorum ex ſingulari
4 nota,popularis poſtea factus. Siquidem olim
priſcis tēporibus annulus primum ferreus, de-
hinc aureus ordinem populi equeſtrem oſten-
debat,eratq́ue eius inſigne, diſtinguens equi-
tes à Senatoribus & plebe: repudiatus tamen
poſtea, cum primum dignitas ædilis curulis
data Cn. Flauio, qui primus faſtos publica-
uit.[b] Quarto,ius patronatus amittitur,quando
non uindicante filio patris mortem,ſeruus de-
tegens homicidas, pro præmio manumitti-
5 tur.[c] Quinto, lege Ælia Sentia priuatus pa-
tronus iure,ſi iureiurando adigat libertum ge-
nerandi compotem,ne nubat.[d] Et ſexto,ſi pro
operibus promiſſis præſtandis patronus petat
pretium, renunciare uidetur iuri ſuo:[e] cum
pretiūm non debeat accipere futurarum ope-
rarum, niſi in caſu inopiæ nomine alimento-
rum.[f]

a auth. ſed hodie, titu. de iur. aureo. annulo. C. & §. 1. ut liber. de cæte. aur. annulo nō egerunt, in authent.
b Plin. lib. 33. cap 1.
c l. pen. de iur. patro. in P.
d l. adigere, & l. qui cōtra. de iur. patro in P.
e l. 4. de operi. libert. C.
f l. 1. C. eod.

De iure patronatus clientelari, & eius perſonis, coloris, adſcriptitijs, & cenſitis.

Cap. X.

1 *Clientes & liberti pares facti.*
2 *Clientes qui,& patroni eorum.*
3 *Clientelæ publica,& priuatæ.*
4 *Clientum & patronorū leges & iura ex Romulo.*
5 *Peneſtæ Meneſtæ, ſubditi iuriſdictioni dominorum inter clientes.*
6 *Coloni inter clientes.*
Adſcriptitij & cenſiti qui,6.& 8 & 10.
7 *Mariandini ſerui qui.*
9 *Originarij alieni qui.*
10 *Colonorum adſcriptitiorum durior,quàm cenſitorum conditio in quibus.*
Adſcriptitij ſerui non ſunt eod.
11 *Adſcriptitij ſub clientela dominorum ſunt, ut in aliam nequeant tranſire.*
12 *Clientelam colonorum,& iuris dictionalium dominorum non fuiſſe clientelam Romanorum,& Romuleam docetur.*
13 *Cliens proprie homo ligius.*
Ligius homo,quis eod.
14 *Soldurij Gallorum qui.*
Ambacti Gallorum qui. eod.
15 *Sepeliebant cum defuncto Galli,quæ ipſe magis dilexerat. & in rogum inferebantur & animalia, & clientes,& alia.*
16 *Soldurij differunt à ſoldatis & ſolidarijs.*
17 *Soldata quid in feudis.*
18 *Militaris annona quomodo militibus diſtributa à Romanis.*

1 QVia Vlpianus,[g] æqualis conditio-
nis facit clientes & libertos, quòd
ad ius habitandi cum patronis
pertinet, & commode libertis cliē
2 tes ſubiunguntur:[h] de iſtis quoque pauca. Cliē
tes uocat Proculus Iuriſconſultus,[i] homines
liberos qui communiter cum fœdere, perſo-
nam eius, cuius erant clientes, obſeruabant.
Erant & clientes, qui ſe in potentioris cuiuſ-
dam tutelam applicaſſent cum ſuis,ut eius pa-
trocinio & defenſione protegerentur,in capite
& fortunis: ipſis ſuos ipſos patronos à defenſio
ne ita dictos, obſequio & obſeruantia colenti-
3 bus. Erantq́ue & publicæ,& priuatæ clientelæ:
publicæ, ueluti ſi pagus quidam, aut ciuitas,

g Vlp. in l. ſi ve in plures, de ijs qui deiecerunt in P.
h in l. 3. § fin. iuncta l. 5. de vſu & habi. in P.
i l. non dubium, de captiu. in P.

regnum alicuius magnatis,regis,uel imperato
ris patrocinio ſe concederet. Priuatæ,dum pri-
4 uatis priuati ſe concedunt. Leges porro harum
clientelarum conſtituit Romulus, ut author
Dionyſius Halicarnaſſæus,[k] quibus munus
patronorum dicitur,clientibus de iure reſpon-
dere: abſentium atque præſentium curā æque
agere: lites pro clientibus ſuſcipere, ut patres
pro filijs: accuſatoris impetum repellere. Clien
tum autem munus,uiciſſim patronos filias elo
cantes matrimonio pecunia iuuare,ſi pecunia
egerent; ab hoſtibus captos redimere, multas,
æſtimationes litiū priuatarum deperditarum,
exſoluere pro eis ſumptu proprio. Commune
utriſque nefas,alteris alteros accuſare, aut ad-
uerſum ferre teſtimonium, aut cēſeri inter ini-
micos. Conuictum autem de his criminibus,
5 cuique patere ius occidendi. Poſſent inter cliē-
tes referri ſerui, quos uocat Athenæus Pene-
ſtas & Meneſtas.[l] Poſſunt & dici cliētes hodie
qui ſubijciuntur iuriſdictioni dominorum lo-
corum ſeu oppidorum, & illi patroni qui præ-
ſunt: quia ſuperiores leges Romuli optime il-
lis conueniunt. Hiſque plura poteris addere,
quæ tradit Budæus,[m] & Cælius Rhodiginus.[n]
Videndus quoque Gellius,[o] diſputans quo or-
dine ponatur tutela clientium, & num præferē
6 da hoſpitibus,& alijs amicis. Sed quia & colo-
nos clientes aliquomodo dici poſſe perſuaſum
eſt,inter eos & adſcriptitios fuiſſe opinor, qui
ſe culturæ prædiorum dominorum cum ſuis,
7 vel glebę dabant. Quales fuere Mariandini ſer
ui,qui ſeſe Heracleotis voluntariè ſubiecerūt,
ea ſtipulatione & lege, ut ſibi vitæ neceſſaria
8 miniſtrarent.[p] Adſcriptitij & cēſiti addicti erāt
prædijs,ut nec in alia prædia dominus mutare
9 poſſet,undeve fugientes ad ea reducerētur. Idē
ius in originarijs,i. natis ex adſcriptitijs, eiuſdē
ac patres conditionis:[q] ueluti terræ membra,[r]
& glebæ ita adſtricti, ut nec momento qui-
dem temporis ab ea debeant abeſſe uel amoue
ri,[s] nec uendi ſeparatim ſine prædijs à domi-
10 nis prędiorum poſſint.[t] Hi adſcriptitij coloni,
deterioris ſunt conditionis,quàm coloni qui di
cuntur cenſiti. Nā cenſiti tributa præſtant tan-
tū dominis prædiorū, & faciunt eorum fructus
ſuos, ut hodie qui à dominis emphiteutico iu-
re,prædia ſub annua pēſione & laudimijs acci
piunt.[u] Adſcriptitij autem non item,ſed ſunt
ueluti inſtrumentū & pars fundi, uiuentes ſub
ſpecie quadam ſeruitutis: quāquàm ideo ſerui
11 non ſint,ſed ingenui. Verumtamen omnes in
clientela cenſentur eſſe eorum, quibus tributa
pendunt,potiſſimum ſi iuriſdictionē habēt, &
eorum quorū prædia colunt, quibus adſcripti
ſunt.[x] Quamobrē & cautū nā huiuſmodi poſ-
ſint tranſire in alienam clientelam,neve extra-
neus horum ſuſcipiat patrocinium.[y] Cæterum
illud annotatum uolo,non omnes clientes uel
patronos unius ſpeciei eſſe, ſed reſpectu diuer-
ſarū rerum diuerſa,continere patrocinia & iu-
12 ra. Cæterum iſta clientela colonorum & domi
norum iuriſdictionaliū,non proprie erat clien
tela Romanorum, quæ nihil concedebat re-
rum, uel feudi ad ineundum hoc ius patrona-
tus: ſed in ea tantummodo in fidem ſe recipie-
bant potentiorum inferiores, fœdere facto, &
13 defenſore, quem eligebant. Vnde & cliens
mihi proprie eſſe uidetur,qui & homo ligius,[z]
in tractatu Feudorum dicitur: ab eligendo pa-
trono, uel quòd ligabat ſe patroni amicitiæ &
14 dedebat, ut in Feudis docemus. Galli horum
ſpecies habebāt Soldurios & Ambactos.[a] Sol-

ducio

k Halic. lib. 2. Hiſtor. Roma.
l Athenæ. li. 6 cap. 7.
m Budę in annot. poſter. ad Pand. ad l. non dubium, de captiu.
n Cæl. Rhod. li. 23. c. 43
o Gellius, lib. 5. c. 13.
p Athenæ. d. lib. 6 c. 7.
q l. omnes. & l. quemadmodum & l. originarios, & l. definimus, de agri. & cēſ. lib. 11 C.
r l. cum ſatis, eod.
s l. colonos nā quam, eod.
t l. quemadmodum, eod.
u l. iuxta, l. 1 & 2 & 3 de iure emphyt. C. l. ſi ager uectigal. uel emphy. pet. in P.
x l. 2. in quibus cauſ. colo. domi accuſa. poſſ lib. 11 C. l. 1. de Colon. Thracē ſib. eod. lib.
y l. 1. ut nemo ad ſuū patroc. ſuſcip. ruſticani. ut ut. eor. eo. li. 11 l. 1. 2. & 3. de patrociu uicor. li. 11. Cod. Theod. tit. 24.
z de Ligio, non plura etiam in feudorum tractat. li 6 c. 2. nu me 38 & ſeq.
a de Soldurijs etiam diximus. li. 6. c. 2 nu 37.

duriurum, quos & deuotos Cæſar uocat, ea e-
rat conditio, ut omnibus in uita commodis v-
na cum ijs fruerentur, quorum ſe amicitiæ addi
xiſſent, etſi quid eis per uim accidiſſet, aut eun
dem caſum ſubirent, aut mortem ſibi conſci-
ſcerent: neque adhuc hominum memoria re-
pertus eſt quiſquam, qui eo interfecto, cuius ſe
amicitiæ deuouiſſet, mori recuſaret.[a] Inde au-
tem dictos puto ego à firmitate fidei, uam uo-
ces illę ſunt uulgares, noſtrates, & maternę, qui
bus componitur verbum, *Soldurius, ſol dure*, aut
ſol endure, quod eſt ſolus durat, uel ſulus pati-
tur, ſcilicet cum delecto amico ſolus tolerat, ut
apud Virgilium,[b]

a Iul. Cæſar, li. 3 Commentar. bell. Gall.

b Virgil. 1. Aeneid.

Durate, & uoſmet rebus ſeruate ſecundis.

Loquitur autem Iulius Cæſar, dum de Soldu-
rijs agit, de Aquitania, cuius idioma quoque
eſt, ut Tectoſagum in ea appellatione, ex qua
declinaui etymon nominis commune. Clien-
tes etiam appellat Cæſar,[c] quos antea Soldu-
rios dixerat, dum ait. *Clientibus Gallorum nefas
eſſe, etiam in extrema fortuna deſerere patronos.*
Idipſum etiam tribuit Valerius Max.[d] Celti-
beris, utpote à Gallia translatum. Et Taci-
tus,[e] Germanis. Confirmat hos Soldurios
clientes eſſe, quod Cæſar etiam ſcribit alibi,
15 dum de funere patronorum ait.[f] *Funera Gal-
lorum ſunt pro cultu magnifica & ſumptuoſa, om-
niaque quæ uiuis cordi fuiſſe arbitrantur, in ignem
inferunt, etiam animalia.* Ac Paulo ſupra hanc
memoriam, ſerui, & clientes, quos ab illis eſſe
dilectos conſtabat, iuſtis funeribus confectis
16 una cremabantur. Vt inde colligamus Soldu-
riorum deuotionem, qua etiam uitam arbitrio
patronorum fideique ſubijcerent. Neque mi-
hi placet, ut Soldurios Gallorum eoſdem di-
cam cum ſoldatis uel ſolidarijs. Nam Soldu-
rij nulla mercede conducti ſeruiebant, & ad-
ſtabant in periculis cum patronis, ut dixi: at
ſolidatij milit s erant ſtipendiarij. Sic Rade-
nicus,[g] innuit in his uerbis, *ut largitione pe-
17 cuniæ milites, qui ſolidarij uocantur, colligeret.* Sic
in ſupplemento Chronici Sigiberti, *Sumpſit
Henricus rex pecunias de feudo vniuſcuiuſque
loricæ: capitales barones ſecum duxit, ſolidarios
uero milites innumeros.* Soldata in uſibus feu-
dorum,[h] eſt præſtatio quædam annua gratui-
ta, quæ à neutra parte tranſit in hęredem: mor-
te enim dantis, uel accipientis interueniente
18 finitur. Soldata uero dicitur, quia plerumque
in ſolidorum donatione conſiſtit, quandoque
in uino & annona.[i] Solebat enim ſtipendium
militibus olim per annonam diſtribui per ſin-
gulos dies, in ſingulos annos expeditionis tem
pore: ueluti bucellatus panis, quem bis co-
ctum uocamus, duobus diebus, ac panis alius
tertio: vno die uinum, alio acetum: uno die
lardum, caro ueruecina biduo:[k] ex commea-
tu publico. Cui annonæ interdum etiam pe-
cuniæ erogatio accedebat,[l] & veſtitus,[m] &
alia id genus militibus neceſſaria. Quando
annona loco pecuniæ in ſolutum militibus da
batur, dicebatur ſtellatura.[n] quia per teſſeras
ſtellatas, ſpecies alias pro annona accipiebant.

c Iul. Cæſ. li. 9. Comment. bel. Gall.

d Val. Max li. 2. c. 1.

e Corn. Tacit. de morib. Germanor.

f Iul. Cæſ. li. 6. Comment. bel. Gall.

g Radenicus, li. 1 c. 20.

h de ſoldata di ximus in Feud. li. 6. c. 3 nu. 7.

i in §. fin. quis dic. dux, Marc. li. 2 Feud ti 10.

k l 1. & l iubemus, l 10. de erogat milit. anno. li 12 C tit. 38 de annon. in l. fortiſſimi, l. 6. eod. tit.

l l. iubemus, l. 36. cũ ſuis §§. eod. de erog.

m l. 1. 2 3 4. de milit. ueste, lib. 12. C. tit. 40.

n Volphan. Lazius, li 11. commentar. Reipu. Roma. c. fin.

Syntagmatis iuris uniuerſi Libri Decimiquarti Finis.

DE ECCLESIASTICIS PERSONIS MAIORIS ET MINORIS DIGNITATIS ET OFFICII.

Liber Decimuſquintus.

De præſtantia poteſtatis eccleſiaſticæ in laicam. Cap. I.

1 *Continuatio libri 15.*
2 *Poteſtas publica diuiſa, & perſona eius: in eccleſiaſticas, & laicas.*
3 *Chriſtianorum duo genera, clericorum & laicorũ. Horum alij imperantes, alij ſubditi.*
4 *Poteſtatem eccleſiaſticam maiorem ſeculari docetur.*
5 *Anima præſtantior, & ſpiritualia corpore, & corporeis.*
6 *Perſonæ eccleſiaſticæ digniores ob myſteria Dei, quæ pertractant.*
7 *Honores eccleſiaſticis abrogati à tyrannis, reſtituti à Leone & Antonino.*
8 *Sacerdotium prælatum imperio etiam apud Gentiles.*
9 *Imperatores ſummum pontificatum geſſerunt.*
10 *Reges Aegyptiorum ex ſacerdotibus.*
11 *Pontificum ſummorum in reges poteſtas. Imperium, & regna Galliæ tranſlata per ſummos pontifices, eod.*
12 *Pontifici debent reges, & Cæſares obedire: is autem Deo. Reſtiterunt epiſcopi Cæſaribus, Ambroſius Theodoſio, Innocentius Archadio, Liberius Conſtantino, eod.*
13 *Summus põtifex rex ſeculi à Tertulliano dictus.*
14 *Summi pontifices, & ſacerdotes num utantur gladio materiali.*

1 TOtum hominem ſimul & una comprehẽſione corporis & animę iam ſuperioribus libris conſiderauimus, & naturales differentias quo potuimus facilliori methodo docuimus ex generatione legitima & illegitima: atque de diſtinctione, quæ ex poteſtate priuata, ex naturali quadam cauſa proficiſcitur, breuiter quæ & ſcitu neceſſaria & utilia uidebantur, expoſuimus. Nunc peruenit ſeries tractationis ad eam partem, quæ de poteſtate publicarum
2 perſonarum pollicetur notionem. In qua publicam poteſtatem in duo ſumma genera diuidi par eſt: Nempe in eccleſiaſticam & ſecularem. Homo conſiderandus eſt in ſuis pręcipuis partibus, quibus conſtatur, anima & corpore. Sic alijs cura potior eſt, uel excellentior rerum ſpiritualium, earumque, quæ ad ſalutem animæ pertinent:[a] alijs maior corporis, & rerum, quæ ad politiam & quietem reipu-
3 blicæ, & quæ eius ſunt adminiſtrationis. Quare & duo genera Chriſtianorum uniuerſalia:[b] unum clericorum eſt, ſpiritualibus deditũ, & ſacris inſeruiens: aliud laicorum, qui curant ſecularia. Et in his duobus generibus, alij ſunt imperantes, ſeu præpoſiti: alij ſubditi. Duæ poteſtates præcipuæ, duoque genera ſubditorum ſufficiunt, nec plura legitimè eſſe poſſunt:[c] quia non ſunt aliæ partes principales in homine, præter animam & corpus, quibus poteſtates impoſitæ ſunt. Niſi mixtam inde conſtituas & omnimodam, quæ habet imperium in corpus & animam, quæque ſoli Deo omnipotenti conuenit, qui poſtquam occiderit corpus, poteſt animam in æternam gehennam mortemque ſecundam mittere: aut niſi temporũ quorundam obſeruas neceſſitatem & Dei mandatum, quibus utraque poteſtas indiuiſa penes unum principem certis de cauſis & cũ certis legibus fuit, ut ex narratione ſequẽtium Deo fa-
4 uente apparebit. Poteſtas eccleſiaſtica ſeu ſpiritalis maior ſeculari.[d] In cœlo duo luminaria magna, ſed unum maius Sol, aliud minus, Luna.[e] In homine quoq; duò luminaria magna maius ratio, minus ſenſus. Maior & honeſtior uiſus qui melioribus & honeſtioribus præeſt.[f]
5 Anima plus quã corpus, & corpus plus quàm ueſtimentum, id eſt, plus quàm externa bona.[g] Corpus conditum animæ cauſa,[h] & bona externa propter hominem.[i] Et propter quod unumquodque tale, & illud maius. Nobilior anima, & ſpiritualia omnibus corporalibus,[k] & fortiora ſpiritualia illis.[l] Vt & princeps cura Iuſtiniano primum animas, deinde linguas ſubditorum fieri eruditas.[m] Proinde qui curã gerit animarum & rerum earum, præſtantiori exornabitur poteſtatis dignitate. Et ut anima præeſt corpori, imperat & iubet, ut regina in proprio regnò: Sic qui imperat animæ, & potior erit imperante corpori. Si uinco, n. te uincẽtem, & uincã te.[n] Nec dubitauit D. Paulus corpus excommunicati dare in interitum carnis, ut nobilior pars, anima uidelicet, ſalua eſſet.[o] Grauior & pœna habita excõmunicatio, quòd hominẽ interiorem animam uidelicet, feriat.[p]
6 Dignius & ſecundo eccleſiaſticarũ perſonarũ officium, ob myſteria quæ pertractãt, unde nõ tam honori earum tribuitur, quantum maieſtati Dei, cui inſeruiunt:[q] cuius ratione & tot priuilegia, & immunitates etiam ethnici ſuis ſacri-
7 ficulis cõceſſerunt.[r] Et Leo & Antoninus CC. irritis tyrãnorũ decretis, Antiſtitibus, quos partes pietatis, uocãt, honores reſtituerũt, & primũ locũ reſidẽdi ante alios in conſilio epiſcoporũ & extra.[s] Principes ſeculi ſubditi legibus pontificalibus, potiſſimũ in cauſis fidei:[t] imo & ſacerdotibus per epiſcopos factis, qui ſoluendi & ligandi habent poteſtatem.[u] Sic & iuſſit D. Pe-
8 trus.[x] Sic omnes etiam qui fidem ueram ſectãtur: (nõ. n. loquor de hæreticis) admittunt.[y] Et antiquitus ſacerdotium prælatum imperio, &

reges

a 1. ad Corint. 4. ibi, ſic nos exiſtimet homo, &c.
b ca duo ſunt, 12. q. 1.
c D. Lucę 22 c. uno in ſanctam de maio. & obedien. li. 1 Extrauag. com. tit. 8.
d d. cap unam ſanctam.
e Geneſ 1.
f § nos autem, de defenſo. ciui. in auth. colla. 2.
g D Matth. 6. Luc. 12. D. Auguſt de catechizandis rudib^o, can. ſedulo, 92. di. l. ſancimus, de ſacroſ. eccl.
h Ariſto. lib 1. de partib. animal c. 5.
i l. in pecudũ, de uſur § in pecudũ, de uſufru. ap. Iuſtin.
k c. 2. de tranſla. epiſc. apud Gregor.
l c. inter corporalia, eo tit.
m §. illud uero, in proœmio Pandect.
n l. de acceſſionib de diuer. & tẽpora. præſcri.
o 1. ad Cor. 5.
p can. 2. & c. ſi quis epiſcopus damnatur, can. audi, 11. q. 3 c. corripiatur, 24. q 1.
q Paulus, in l. non diſtinguemus, l. 37. § ſacerdotum, de receptis arbit. lib. 4. P. tit. 8.
r Dionyſ Hal. lib. 2. antiq Roma. l. quiſquis emenſus, de epiſco. & cler. lib. 1. C tit. 3.
s l. decernimus, l. 21. de epiſc. & cler. C.
t can. duo ſunt gladij, 96 diſt. D. Ambroſ. in ca. conuenior, 23 q 8. extrauag unam ſanctam, de maio. & obed.
u ca. omnis utriuſque ſexus, de pœnit. & remiſſ ap. Greg.
x 1. Petri, c. 2. c. omnis, c 4. de maior & obed. li 1 Decret. tit. 33.
y c. cum ad uerum, 96 diſt. c. per uenerabilem, in fin. qui filij ſint legit. c. ſolitæ, de maior & obed. ap. Gregor.

reges Iſraelis electi & inuncti à ſacerdotibus
& prophetis:[a] ut nunc etiam,[b] non contra. Et
eadem cauſa impellente, erga ſacra tractantes
fuit apud ethnicos præcipua reuerentia: ita
Druidæ Gallorum ſacerdotes monarchiam
ſuis legibus Gallorum temperabant ſecularẽ.[c]
Et ſacerdotes Germanorum à cultu ueri Dei
abhorrentium, in conuentibus ius habebant
imperandi, & ſilentium indicendi.[d] Apud Ro
manos Scipio & Figulus, ad Tiberij Gracchi
põtificis ſummi idolorum iuſſum, faſces & im-
perium depoſuerunt, & poteſtate regia conſu-
9 lari ſe abdicarunt.[e] Ea ratione, ut de religione
diſpenſare poſſent Cæſares, ſummum pontifi-
catum geſſerunt aliquando, & in augurabant-
tur omnibus ſacerdotijs, ut omnes religiones
& ſacerdotia in ſua manu haberent.[f] Sicut a-
pud Aſſyrios ut refert Beroſus, Belochus 2. eo-
rum rex à Belo nomen ſumpſit, quia cum im-
perio uoluit ſummum pontificatum Iouis Be-
10 lij exercere.[g] Et Ægyptiorum rex non aliun-
de quàm à ſacerdotum collegio deligebatur.[h]
11 In Æthiopia quoque ſacerdotes qui in Meroe
erant ſuorum deorum cultui dediti, tanta pol-
lebant authoritate, ut quando illis uiſum eſ-
ſet, regibus nunciarent, ut mortem opperereñt:
uſque ad Ergamenem regem Græcis doctrinis
philoſophiæque deditum, qui Ptolomæi II. tẽ-
pore hanc ſuſtulit conſuetudinem.[i] Zacharias
ſummus pontifex eccleſiæ Dei regnum Galli-
cum à Ludouico in Pipinium tranſtulit.[k] Et
Stephanus II. ſummus pontifex imperium à
Græcis in Germanos, & Carolum Magnum Pi
pini filium.[l] Confirmauit & Germanis maio-
ri priuilegio ligendi poteſtatem Gregorius V.
ſum. pont. Saxo, circa annum 995.[m] *Et iubet*
Diuus Ignatius, *Presbyteri*, inquit, *atque omnis
clerus, ſimul cũ omni populo, cum militibus & prin
cipibus, ſed & Cæſares obediant epiſcopo, epiſcopus
Christo*.[n] diuum Ambroſium in Theodoſium
I. Cæſarem poteſtatem hanc exercuiſſe nemo
ambigit, qui Imperatori ſacris interdixit, & è
cancellis eccleſiæ remouit, donec pœnituiſſet
de crimine, quòd in Theſſalia ob ſeditionem
motam, occiſumque tribunum unum, ſeptem
millia militum occidiſſet.[o] Idipſum & proba-
bit Innoc. I. in Arcbadium Cæſarem.[p] Reſti-
tit & Liberius ſum. Pont. conuenticulis à Cæſa
13 re indictis contra Athanaſium.[q] Tertullianus
Pontificem Max. vocat regem ſeculi.[r] Duo gla
dij Petro fuerunt, iuriſdictionis utriuſque ſym
bolum referentes, quos ſufficere dixit Deus Do
minus Ieſus Christus: tamen exercitium ei ma
terialis & corporalis prohibuit, & in uagina
14 retineri ab eo iuſſit.[s] Nec uoluit eccleſiam
ſuam mortem temporalẽ inferre[t] paſſim. Quà
uis in lege antiqua ſacerdotes eo uterentur,
qui adumbrabat eccleſiam noſtram: quemad-
modum uſus eo Samuel in Agag rege:[u] Elias
in prophetas Baal,[x] & in quinquagenarios
Ochoſiæ:[y] Eliſeus in pueros irriſores.[z] Ioiadas
in Athaliam:[a] Eliachim in Holofernem:[b] &
ipſe D. Petrus in Ananiam & Saphiram.[c]

a 1 Reg. ca. 15. & 16. & in 2. Reg. c. 2. & 5. & in 3. Reg. c. 1. & 19. & Paralipo. 2. c. 23.
b ca. 1. § unde in ueteri teſtamento, & de ſacra. unctio. li. 1. Decret. tit. 15.
c Iul. Cæſar. li. 6 Comment. de bell. Gallic.
d Cornel. Tac. de mori. Ger.
e Val. Maxim. lib. 1. c. 1.
f Dio Caſſius, li. 53. hiſtor.
g Beroſus, lib. 5. Oeſlor.
h Plato, lib. ciuili. uel de regno.
i Diodo. Sicul. lib. 4. Biblioth. cap. 1.
k ca. alius, 15. q. 6.
l ca. uenerabilem, de electio. lib. 1. Decretal. tit. 6.
m Blond. li. 3. Dec. 2. & Platin. in Gregor. V. Krantius lib. 4. cap. 25.
n D. Ignatius, epiſt. 9.
o Ambroſ. 5. li. Epiſtola epiſtol. 28 Ruffin. lib. 2. ca. 18. Baro. lib. 12.
p c. nos ſi incō petenter, § 1. 2. q. 7.
q Ammia. Marcell. li. 15. & Athanaſius
r Tertull. li. 1. ad uxor.
s D. Matthæ. c. 26.
t c. in Archiepiſcopatu, de raptor. c. ſententiã ſanguinis, ne cle. uel mo. & c. occidit, & ca. legitur, 2 q. 8. c. nos ſi incōpetenter, § ijs 2. q. 7.
u 1. Reg. 14. & 15.
x 3. Reg. 18.
y 4. Reg. 1.
z 4 Reg. 2.
a 4 Reg. 11. 2. Paral. 23.
b Iudith 4.
c Actuum, 5.

De epiſcopis in vniuerſum.
Cap. II.

Lib. 1. C.

1 *Perſonarum eccleſiaſticarum nomenclatura va-
ria vnde.*
2 *Epiſcopi nomen ſolicitudinis olim ſine beneficio
temporali, & quid ſignificet: Item 6.*
3 *Epiſcopi ethnicis qui.*
Cretarij, & Forriers Gallis unde, eod.
4 *Epiſcopi rerum uenalium obſeruatores.*
5 *Epiſcopi regis oculi, & magiſtratus gentilium.*
Armoſtæ qui magiſtratus dicti, eod.
6 *Epiſcopi apud nos Chriſtianos qui dicuntur.*
7 *Epiſcopi in locum præſidum prouinciarum, & in
locum gentilium ſacerdotum.*
8 *Epiſcoporum gradus inter Chriſtianos & ethni-
cos, & quomodo ſucceſſerunt.*
9 *Panepiſcopus Deus.*
10 *Patriarchæ qui, & patres qui dicti.*
11 *Patriarchæ quinque tantum epiſcopi in orbe, &
horum ordo dignitatis.*
12 *Patriarcha Romanus ſumm. Pontifex.*
Pappa dictus ſummus Pontifex, eod.
13 *Pappæ epiſcopi omnes dicti.*
Pappa quid ſignificet, eod.
De Pappæ nomine Krantij lapſus.

1 PErſonarum eccleſiaſticarum no-
menclatura uaria, uel à cura com
miſſa, uel ab officio, uel ex his dua
bus, uel ab ordine, uel à gradu ec
2 cleſiaſtico trahitur. Epiſcopi nomen, ſolicitudi
nis & curæ eſt, cui & poſtea beneficium addi-
tũ fuit. *Attendite*, inquit diuus Paulus, *vobis &
vniuerſi gregi, in quo Spiritusſanctus poſuit, epiſ-
copos regere eccleſiã Dei, quàm acquiſiuit proprio
ſanguine*,[d] ἐπισκοπεύω, uel ἐπισκέπτομαι Græ-
cis, ſpeculor eſt, conſidero. Cicero huius dictio-
nis exprimit his uerbis uim: *Vult Pompeius nos
eſſe, quem tota hæc Campania & maritima ora, ha-
beant epiſcopum, ad quem delectus & negotij ſum-
3 ma referatur*.[e] Erant inter ethnicos epiſcopi,
qui inter milites metatoribus, qui nunc Creta-
rij aut *Forriers*, à foribus dicuntur, præerant.
Quod circumeundo diſpicerent pro dignitate
cuiuſque, hoſpitij commoditatẽ. In qua ſigni-
ficatione vtitur Caſſiodorus,[f] dum ait, *Et pri-
mum quidem interrogare militem, quis eum ad me
4 tatum duxiſſet epiſcoporum*. Erãt & epiſcopi qui
uenalibus præerant rebus, & inſpiciebant, ut
recta æſtimatione ſingula uenirent, quæ in u-
ſum eſſent quotidianum, munuſque id erat per
ſonale:[g] quod & antiſtitibus ſacris epiſco-
pis iniunctum quidam putant.[h] Arrianus tra-
dit apud Indos ἐπισκόπων munus fuiſſe, vide-
re quid in quaque regione fieret, ut cognita ad
reges uel magiſtratus referrent.[i] Tales erant
apud Perſas magiſtratus dicti, οἱ βασιλέως ὀφθαλ
μοί, & in Attica qui mittebãtur ad iudiciũ exer
cendum in ciuitatibus ditionis Athenienſium.
Sic enim ſcribit Ariſtophanis ſcholiaſtes,[k] dũ
interpretatur illum verſiculũ, ἐπίσκοπος ἥκω δεῦ
ρο τῷ κυάμῳ λαχών, &c. i. *Communi omnium ſuf-
fragio electus epiſcop⁹ venio huc*. οἱ παρὰ Ἀθηναίων,
inquit, εἰς τὰς ὑπηκόους πόλεις ἐπισκέψασθαι τὰ παρ'
ἑκάστοις πεμπόμενοι ἐπίσκοποι καὶ φύλακες ἐκα-
λοῦντο, οὓς οἱ Λάκωνες ἁρμοστὰς ἔλεγον, id eſt, *Miſ-
ſi ab Athenienſibus conſiderare quæ ſingulis o-
pus erant in ciuitatibus ſubditis, & epiſcopi &
cuſtodiæ dicebantur, quales Lacedæmonij Ar-
6 moſtas dixerunt*. Inter nos Chriſtianos, qui cu-
ram actuum in ſacris diſpiciendorum, & ſoli-
citudinem diſciplinæ eccleſiaſticæ conſeruan-
dæ & emendandæ ſuſceperunt, epiſcopi quo-
que dicti ſunt,[l] eiuſque tituli ſeu ſacerdotij
quo inaugurantur iuxta concilium Afreum.[m]
7 Huius generis ſunt ſacri præſules in eccleſia
præcipui in locum apoſtolorum ſubrogati.[n]
Annotauit & Vuolphgaugus Lazius, in Italia

d Actuū, c. 20.
e Cice. lib. 7 epiſt. ad Attic.
f Caſſiodo. lib. 4. Variar.
g Arcbad in l. § Irenarchę, de mune. & hono. li. 59 P. ti. 4.
h l. 1. ne epiſc. aud. en C. ca. 2. de conſti. apud Greg. lib. 3. li. 17.
i Arrian. lib. 8. hiſtoriæ, & in rebus Indicis.
k Scholiaſtes Ariſtophanis, in auibus, tradit & Suidas, uide & Auguſt. lib. 19. de ciui. Dei, cap. 19.
l ca. cleros, 21. diſtinct.
m can. 1. q. 1. & c. ult. 22 diſt.
n c. in nouo 21. diſt. c. 11 eccles. 16 q. 1 in domino, 93. diſt.

& alijs prouincijs prætorialibns videlicet ſub-
iectis prætori Italiæ, ſucceſſiſſe in lucum admi
niſtrantium,& in ſedem illorum epiſcopos ſa-
cros:[a] atque præſulis uocem,quæ tribuitur epiſ
copis olim fuiſſe præſidum propriam, docet-
8 que ex Caſſiodoro.[b] Epiſcoporum ſacrorum
quinque gradus ſunt: præcipuus ijs præeſt u-
nus, qui panepiſcopus dicitur:alij patriarchæ,
alij archiepiſcopi,alij ſimpliciter epiſcopi, alij
chorepiſcopi.[c] Quemadmodnm & priſcæ ſu-
perſtitionis ſeu idolatriæ, varij fuerunt præfe-
ctorum gradus,& ſacerdotum: quorum alij,põ
tifices ſummi, alij pontifices, archiflamines a-
lij, alij flamines. Quibus ſubrogati ſunt ſacri
antiſtites,ad expungendam & abolendam ido-
lorum memoriam,fere iiſdem ſacerdotij nomi
nibus, ſed longe alio exiſtente ſacerdotio. Sic
Romæ reiecto ſummo pontificatu idololatriæ
uniuerſalis & totius orbis, ſubrogatum eſt ca-
put totius ſanctitatis terreſtris, & ſummus pon
tifex ueræ & catholicæ religionis.[d] Et in locis
in quibus pontifices archiflamines,& flamines
gentilium, plantati archiepiſcopi, & epiſcopi,
& ſacerdotes fidei noſtræ.[e] Nec tantum Romæ
id factitatum eſt, ſed etiam in Britannia, ut te-
ſtatur Gildas,[f] & Gothfridus.[g] Et in alijs præ-
ſtantioribus prouincijs,& in earum inſigniori-
bus ciuitatibus,quibus tantum iſtę maiores di-
9 gnitates conceduntur.Proepiſcopus,id eſt,om-
nium ſummus,& pręcipuus epiſcopus Deus eſt
apud Dionyſium Areopagitam, in diuinis no-
minibus:& apud uatem Erythream,in Sibylli-
nis oraculis. Is enim ſua prouidentia & uirtu-
te,omnium curam habet,omnia intuetur, om
nibus prouidet. Dominus noſter Ieſus Chri-
ſtus ſummus uerusque ſacerdos, qui ſeipſum
obtulit ſacrificium pro omnium ſalute, in ara
crucis patri Deo, cuique cura de nobis omni-
10 bus.[h] Patriarcha,Gręcis πατριάρχα dicitur pri-
mus uel princeps ſeu honorabilior inter pa-
tres,ſeu inter pręſtantes,ut legimus in ſacris li-
teris fuiſſe 12.patriarchas.[i] Patris nomen,non
tantum ad genitores pertinet,ſed etiam eo no-
mine honorabiliores digni ſunt. Sic enim Grę,
cis πατὴρ pater dicitur,quaſi παῖδας τηρῶν id eſt,
ſeruans ex ſe genitos. Quamobrem ſenatores
à Romulo facti pro conſilio reipubl. dicti ſunt
honoris cauſa, patres ab eo, & illorum filij &
poſteri Patritij.[k] Et item uenerandi & ſeniores
patres:& hoc nomine Fabium Maximum ho-
norauit Minutius,his uerbis apud Plutarchũ:[l]
πατέρα δὲ σε χρηστὸν προσαγορεύω τιμιωτέραν οὐκ
ἔχων προσηγορίαν. ἐπεὶ τῆς γε τοῦ τεκόντος μείζων ἡ
παρὰ σοῦ χάρις αὕτη. ἐγεννήθην μὲν γὰρ ὑπ' ἐκείνου αὐ-
τός, σώζομαι δὲ ὑπὸ σοῦ μετὰ τοσούτων. Quamobrẽ
epiſcopi, & qui præſtant cæteris authoritate in
eccleſia, patres dicti.[m] Et in ſacra pagina illi
quoque patres,qui doctrina,& uerbi ſacri præ-
dicatione nobis uerbi Dei ingenerant cognitio
nem.Hac ratione & D.Paulus Corinthios allo
quitur:[n] *Si decem millia pædagogorum habeatis
in Chriſto, ſed non multos patres: Nam in Chriſto
Ieſu per euangelium ego uos genui.* Et rurſum,
ad Galatas.[o] *Filioli mei quos iterum parturio,do-
nec formetur in uobis Chriſtus.* Patrem ergo no-
minari, dignitas eſt: maior autem, patriar-
11 cham, ſeu patrum principem dici. Porro Pa-
triarchæ quinque tantum in orbe & in eccleſia
catholica,& totidem patriarchatus.Quorũ ad-
huc unus ſummus & uniuerſalis,[p] ut omnia ad
unitatem & pacem reducantur: & is primus &
ſummus patriarcha, eſt Romanorum põtifex,
qui ſedet in prima,& Apoſtolica,& digniori ſe
de. Poſt hunc,ordine quatuor alij dignitate ſe
conſequuntur:Conſtantinopolitanus, Bizan-
tij ſedens,Alexandrinus,Antiochenus, Hiero-
ſolymitanus, ſecundum definitionem ſextæ &
octauæ Synodi,[q] & concilij generalis,[r] & de-
creti Nicolai, Anacleti, & aliorum ſummo-
rum pontificum.[s] Nihilominus ij patriarchę,
12 epiſcopi dicti,& ſummus ipſe pontifex.[t] Ap-
pellatur etiam Papa epiſcopus Romanus à D.
Ignatio, his uerbis ad uirginem Dei genitri-
cem ſcribens: *Verus eſt ſermo, quem audiui Ro-
mæ de te apud beatum Pappam Anacletum, cui
ſucceſſit beatitudine dignus Clemens, Petri & Pau
li auditor.* Hocque nomine Pappæ etiam nunc
dicitur ſummus Chriſtianorum pontifex in ter
13 ris.Quemadmodum etiam apud Græcos cæte-
ri patriarchæ,necnon & reliqui ſimplices epiſ-
copi, Pappæ nominabantur: non alia ratio-
ne, quàm qua patres appellari. Cuius rei fi-
dem faciunt epiſtolæ, quæ inter apologetica
Athanaſij leguntur. quarum hæ inſcriptiones,
Iſchyrias Beato Pappæ Athanaſio. Et rurſum, *Vi-
ctor & Conſtantinus Maximus ſcribunt Beato Pap
pæ Athanaſio.* Et apud Gregorium Turonẽſem,
epiſcopi nomine, petenti clerico vas uel ur-
ceum eccleſiæ inter prædam ab eccleſia ſubla-
tum, Clodoueus Francorum rex quamuis infi-
delis reſpondit, quæ pappa poſcebat ſe adim-
pleturum,[u] πάππας Græcis maior pater dici-
tur:ſeu auus. Iulius Pollux enim ſic explicat, li.
3.Onomaſti. καλεῖται δὲ ὁ μὲν πατρὸς ἢ μητρὸς πατὴρ
πάππος. Neque uox tam noua eſt, ut faſtidium
mouere poſſit doctis: nam & vulgus Græcorũ
ſic charum parẽtem uocabant, ut Homerum,[x]
Nauſicaam puellam legimus ſic compellan-
tem patrem:

πάππα φίλ' οὐκ ἂν δή μοι ἐφοπλίσσειας ἀπήνην
ὑψηλήν, εὔκυκλον, &c. Id eſt,

*Pater chare, uelis ne mihi apparere currum excel-
ſum rotundum &c.* Scythæ hanc appellationem
quoque ut mitiorem & benigniorem norunt.
Et ut Herodotus,[y] *Qui regij Scythæ uocantur e-
tiam Neptuno ſacrificant appellantes Veſtam lin-
gua ſua Tabithi, Iouem Pappæum rectiſſimè.* Ita-
que ſummus pontifex Pappa per antonoma-
ſiam, ſoluſque pater dicetur: Quãdo & uerum
ſit quod D.Hieronymus[z] ſcribit,quemque ſub
ditum eſſe debere ſuo pontifici,quaſi animę pa
renti uel patri. Et hoc loco uidetur mihi lap-
ſus Krantzius,[a] dum ait ſummum pontificem
non fuiſſe dictum patrem, nec ſanctiſſimum
dominum olim.

De ſummo pontifice ſedis apoſtolicæ. Cap. III.

1 *Pappa,ſeu pontifex ſummus, unus ſummus, ſine pare,& rationes,& 4.*
2 *Sacerdos ſummus inter ethnicos unus.*
3 *Item apud Hebræos.*
4 *Romæ ſedem primam & apoſtolicam eſſe,& poteſtatum culmen docetur.*
5 *Pappæ plena poteſtas,& beneficium maius ſummus pontificatus.*
Et quæ poſſit ſolus ſum.Pontifex.
6 *Concilia uniuerſalia quare non debeant, nec poſſint congregari alia authoritate, quàm ſummi pontif. non Imperatoris, uel regis.*
7 *Schiſma in pontificali authoritate abominabile.*
8 *Pontifices ſummo pontifici ſubditi, ut membra.*
9 *Pontificibus ſubditi & laici imperatores, & magiſtratus inter gentiles quoque.*
Rex ſacrificulus cur introductus, eod.

10 *Impera-*

a Vuolphang. Lazius, li. 2. rei pub. Rom. c. 2.
b Caſſiod. li. 1. uariar. epiſtol. Theodorici ad Adeodatum.
c de quibuſdã in c. cleros. §. ordo epiſcoporum, 21. diſt.
d can. Beati Petrus & Paulus, 2. q. 7.
e c. urbes, can. in illis, 80. diſt.
f Gildas, de uiſtoria Ambroſij Aureli regis Britonum.
g Gothfridus Monemutẽſis, Brito ſeu Anglus, in hiſtoria Britone, & Tritemius, li. 1. cõpendij annalium Francorum, c. 1. de primil. li. 5. Oecte. ta. tit. 13.
h D. Paul. ad Roma. c. 8. 3. 4. 139.
i Aſtuum, 7 c. & 1. Paralip. c. 1. & Thob. 6.
k Liuius, in 1. Dionyſ. Halic. in 2. Salluſtius, in bello Iugurthino, l. 1. de emenda. C. Iuſti nia.
l Plutar. in uita Fab. Max.
m can. ſexta ſynodus, 16 diſt. can. fin. 62. diſt.
n 1. ad Corinthio 4.
o ad Gala. 4.
p uide Iſidor. Anno 537.
q c. pen. & fin. 22. diſtin.
r c. antiqua, de priuileg. libr. 5. Decret. ti. 33.
s in ca. omnes. & ca. ſacroſancta, eod. 22 diſt.
t can. prima ſedes, 99. diſt.
u Grego. Turonẽſ. li. 2. hiſtoria Francorum c. 27.
x Homer. Odyſſea. 3. ſen. 3.
y Herodotus, lib. 4.
z D. Hieronym. Epiſt. ad Nepotianum de uita clericorum
a Albert. Krãtzius, li. 5. c. 18.

10 *Imperatores inaugu*[illegible]
Pontifices [illegible] *imperatores* [illegible]
ucorum [illegible]*d.*
11 *Pon*[illegible]*fex R*[illegible] *ummus* [illegible]
fia [illegible]*atholica*
12 *Pontificis ſummi qualitates* [illegible]
tus, & ornatus.
13 *Religio peperit diuitias, quæ ca*[illegible]
14 [illegible]*elatorum, & eccl*[illegible]
[illegible] *improban*[illegible]*ur.*
15 [illegible]*us pontif*[illegible]
pot[illegible]*.*
[illegible]
16 *Ponti*[illegible]
17 [illegible]
[illegible]
21 *Po*[illegible]
22 [illegible]
[illegible]
[illegible] *ornatur.*
[illegible] *quid* [illegible]
[illegible] *reſcrip*[illegible] *poſt* [illegible]
[illegible] *& non integra in*[illegible]
pon[illegible]
26 [illegible]*tus ſummæ dig*[illegible]
27 [illegible]

[illegible]

[illegible]t, quam ſedem matrem appel[illegible] reliquis nulli ef-[illegible] Ter-[illegible]ius, & [illegible]

[illegible] quatu[illegible] menmo[illegible] ueterem [illegible] appell[illegible] [illegible] principes [illegible] præminen[illegible] [illegible] excellen[illegible] [illegible]

[illegible] Imper[illegible] [illegible]

[illegible] tantum, decer[illegible] faciant, ut ab[illegible] approb[illegible]

[illegible] in gener[illegible] [illegible] [illegible] teſtatum [illegible]

 qui

qui imperandi ratione [illegible] rerum [illegible] ſalutem animæ & fidem reſpiciunt, h[illegible] poteſtatem. Sic enim & apud [illegible] legis Moſaicæ ſtatutum [illegible]

Deuter. c. 17. c. per uenerabilem, qui filii ſint legit. cap. alius, 21. q. 2.

[illegible]

Rex Anius, rex idem hominum Phœbique ſacerdos.

[illegible]

[illegible] Eucharistum [illegible] urb[illegible] R[illegible] [illegible] & ſeptem diaco[illegible] [illegible] ueritatis [illegible] concionatorem obſeruatque [illegible] [illegible] à ſubditis [illegible] [illegible] 1105 Fall[illegible] Pappam, & [illegible] 3. per Ph[illegible] 63. [illegible]

[illegible]

rum &

rum & argentum, omneſque corporis luxus.[a]
15 Plures, quàm unus pontifices eſſe non poſſunt
ſuo mi, uno & eodem tempore: & proinde ſi cõ
tingat plures eligi, ſchiſma eſt. Vt olim fa-
ctitatum, ſed non ſine iactura pacis Chriſtia-
næ, legimus: quale ingens inter Italos & Gal-
los ob duos creatos pontifices, Vrbanum ſex-
tum Neapolitanum creatum ab Italis circa an
num Domini 1376:[b] & Clementem 7. crea-
tum Pappam à Gallis:[c] quod durauit annis
39. ad Martini 5. electionem, qui depoſitis Io-
hanne 23. Gregorio 12. & Benedicto 13. Con-
ſtantiæ in pontificem electus eſt, per ſynodum
Conſtantienſem anni 1413.[d] Fuit primum &
exitiale ſchiſma Nouati, contra Cornelium
ſum. pont. item Liberij & Felicis, Vrſicini, con-
tra Damaſum: Eulalij, contra Bonifacium pri-
mum: Laurentij, contra Symmachum: Dioſco
16 ri, contra Sozimum 2. Debet eligi ex conſilio
Stephani Pappę,[e] & ex decreto Nicolai Pappę
in ſummum pontificem, ex cardinalium gre-
mio, ſi inueniatur idoneus, aut ſi non ſit, aliun-
de.[f] Sicuti in omnibus alijs electionibus præla
torum ſtatutum, ut de gremio & collegio cleri
corum eligentium, primum ſi idonei ſint, eli-
17 gantur: ſin minus, ab alia eccleſia.[g] A quibus
autem eligatur ſummus pontifex, quæſtio tem
porum habet diſtinctionem. Et ſacroſancta Ro
mana & apoſtolica eccleſia, non ab apoſtolis
primum, ſed ab ipſo Domino & ſaluatore no-
ſtro primatum obtinuit:[h] nam Beato Petro A-
poſtolo dixit, *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram
ædificabo eccleſiam meam, &c.*[i] Subinde D. Pe-
trus ſibi in ſede delegit ſucceſſorem Clemen-
tem,[k] quamquam is immediate D. Petro in ſe-
de non ſucceſſerit, & ipſo uolente ante illũ ean
dem tenuerint Linus, Cletus ſeu Anacletus.[l]
18 Eo quòd uiuente adbuc D. Petro, Linus & Cle
tus adiutores adſciti ſunt in adminiſtrationem
bonorum exteriorum, qualem diacones habe
bant, & nunc camerarij Pappæ.[m] Fuitque Cle
mens ſecundum electionem ſecũdus, ſed in ad
miniſtratione quartus ſummus pontifex. De in
ceps quia exẽplo perniciosum uiſũ eſt, ut quis
deligeret ſibi epiſcopum ſucceſſorem,[n] & quæ
Dei ſunt ab hominibus dari,[o] alia formula eli
gendi ſum. pontif. comprobata eſt, & à ſolis ec
19 cleſiaſticis delectus. Eccleſia poſtea pacem ade
pta, interfuit populus, & ſecuta Imperatorum
comprobatio, ſeu authoratio:[p] omiſſa Impera-
toris comprobatio in electione Pelagij[q] & Gre
gorij 1.[r] Benedictus 2. ſum. pontif. ſtatuit in po
ſterum deligi ſummos pontifices per clerum
& populum Romanorum, ſine conſenſu impe
ratoris:[s] prohibitum dehinc laicis, ne ſe immi
ſcerent pontificum electioni, ab Adriano S. P.
& in 8. Synodo:[t] neve conſenſus imperatoris
adhiberetur, & ne electio ab imperatoribus fa-
cta rata eſſet, cautum eſt:[u] quamuis placuerit
aliquando & plebem electioni adeſſe.[x] Sub
Agathone ſum. pontifice Siculo, imperatori da
batur certa pecunia pro ordinatione pontifi-
cis, & ideo eius requirebatur authoritas,[y] ſub
annum Domini 680. Quia & Stephani Pappæ
extat decretum, ut præſentibus legatis impera
toris ordinaretur ſumm. pontifex, uidelicet ut
coercerentur ſcandala, quæ ſolent in electione
interuenire.[z] Adrianus primus, qui adeptus
eſt ſedẽ apoſtolicã anno Domini 772. cũ eius
rogatu Carolus magnus ad defendendas res ec
cleſiæ ueniſſet, habita ſynodo cum 153. patri-
bus, electionem ſummi pontif. archiepiſcopo-
rum & epiſcoporum, cũ omnibus inueſtituris

a Platina, in Gregor. 4. Ioã. Trite. in Cron. Gal. Pirchus, in tr. de ueſtibus Olobar. lib. 13. c.
b Blõd. in De ca. 3
c Gagui. lib. 9.
d Tomus. Cõcilior. in Conſtantienſ. concil ſeſſ. 41. de hoc ſchiſmate uide hiſtoriam Theodorici de Niem.
e ca. 1. 2. 3. diſt. 79.
f can. in nomine domini, 23. diſtinct.
g can. nullus, ca. obeuntem, 61. diſt. can. Metropolitano, 63. diſtin. can. quam ſi. 18. q. 2. ca. licet 8. q. 1. de aliis eccleſia nullet electio eiuſ, c. cum nobis, c. cum inter, c. in cauſa, de elect. ap. Gregor.
h ca. ſacroſancta, 33. diſt. can. ita domin', 19. diſt.
i D. Matth. cap. 16.
k ca. ſi Petrus, & c. unde ipſe Clemẽs, 8 q. 1. Clemẽs epiſtola ad Iacobum fratrem domini, Euſebi 3 ec. 21. Tom. 1 Concilior. in clem.
l Irenæus, li. 3. c. 3.
m cano. ſi Petrus, iuncta gl. pen 8 q 1.
n in conci. Antiocheno, in c. epiſcopo, non liceat pro ſe, & concilio Martini Pappæ, c. epiſcopo nõ liceat ante, 8. q 1. c 1. de conceſſ. præben.
o d. ca. epiſcopo nõ liceat ante, 8. q. c. c. remoto, 7. q. 1. ca. in canonibus, 10. q c. c conuenior, 23. q. 8
p Polydo. Virgil. lib. 4 de Inuento. rer c. 10. can. epiſcopos, & can principalis, 63 diſt.
q Platina, in vita Pelagij
r Platina, in Greg. 1.
s Polydo Virgil. lib. 4 de Inuent. rerum, c. 9. Platina, in Benedicto 2. & Volater.
t nullus, ca. Adrianus, 63. diſtin.
u c. Valentinianus, & ca. ſeqq. 63. diſtin.
x ca plebs, 63. diſtin.
y can. Agatho, 63 diſt.
z c. quia ſãcta Romana, 63. diſtinct.

Carolo conceſſit cum dignitate patriciatus.[a]
Ludouicus primus, Caroli Magni filius, ceſſit
hoc ius electionis in perpetuum Paſchali pri-
mo,[b] ſumm. pontifici qui ſedit anno 817 & ip
ſe non à populo Romano ſine conſenſu impe
ratoris electus.[c] Quare nec in electione Adria
ni 2. adhibiti fuerunt legati Cæſaris Ludouici
2. quamuis tũc in urbe eſſent, anno Dom. 869.
& ſi quædam vſurpata conſuetudo antè obti-
nuiſſet.[d] Henricus 5. Imperator, contendere de
principatu & de inueſtituris epiſcoporum, cum
Paſchali 2. auſus, excommunicatus, tandem-
que culpam deprecari coactus eſt, ut eius tem-
poris author conſignauit literis Gothfridus Vi
terbienſis lib. 17. hiſtoriæ quæ Pantheon inſcri
bitur, in Henricho 5. Adrianus 3. qui ſedit in
pontificatu anno Domini 886. primus ad po-
pulum retulit, ne in creando pontifice conſen-
ſus imperatoris[e] expectaretur. Verumtamen
Leo 8. ſumm. pontif. qui ſedit circa annum Do
mi. 968. Osthoni 2. Imperatori, poteſtatem eli-
gendi pontificem renouauit & confirmauit,
certis ob id literis datis, quo tutius ſe imperij
hoſtibus opponere poſſet.[f] Iurauit autem an-
tea Ottho Iohanni 12. anteceſſori fidelitatem,
& nihil ſuo conſilio conſenſuve, aut exhorta-
tione perditurum, nullumque placitum de re-
bus, quæ ad illum terrãve ſancti Petri ſine con
20 ſilio ſuo facturum.[g] Ex his tandem uarijs con-
ceſſionibus, & remiſſionibus, & decretis, nihil
præter ſeditiones crebras & ſchiſmata eccleſia
accepit: donec Nicolaus 2. Sabaudus, qui ſedit
circa annum 1065. ex concilij decreto, quod
Mantuæ habitum eſt, ſtatuit pontificem ſum-
mum à ſolis cardinalibus eligendum eſſe, cum
præcedente tractatu.[h] Alexander 3. Senenſis
rurſum circa annũ 1165. ſtatuit addẽdo, ut diſ-
ſentientibus inter ſe in electione cardinalibus,
ualeat illius electio, quẽ ex tribus partibus car
dinalium duę elegerint:[i] excepta cauſa neceſſi
tatis, in qua non expectantur duæ partes cardi
nalium, imo & aliquando huic ſolemnitati re-
nunciare poſſunt eligentes.[k] Et ſi duæ partes
conſentire non poſſunt, dicũt quidam brachio
ſeculari cogendos eſſe conuenire, & ideo tadiu
in conclaui detineri: ut Peruſij factum ferũt in
electione Honorij 3. itẽ in electione Celeſtini
& Innocentij 4. etſi ius repugnet.[l] Et hic etiam
Alexander 3. Imperatori Friderico Barbaroſſæ
ſeu Aenobarbo cõſtãter reſtiut, & eum 15. an-
tipapas primo Victorem 2. Paſcalem 3. Caliſtũ
4. Innocentium elegiſſet, qui ordine ſe Alexan
dro oppoſuerunt, & magnos in eccleſia tumul
tus concitarunt,[m] de omnibus unus probatus
fuit, concilijs & ſynodis, neglecto etiam loco
ab imperatore præſcripto, habitis.[n] Subinde
ſub Gregorio 10. ſumm. pontif. anno Domini
1237. coacta eſt ſynodus Lugdunenſis 2. gene
ralis in præſentia Michaelis Palæologi impe-
ratoris,[o] in quo inter alia capita & illud ean-
etum quòd ad electionem ſumm. pontif. per-
tinet.[p] Primum, *vt ſi ſummus pontifex in ciuitate
moriatur, cardinales qui inibi præſentes ſunt, tenean
tur expectare abſentes per decem dies tantummo-
do: quibus elapſis, ſiue abſentes venerint, ſiue nõ, om
nes qui aderunt conueniant in palatio ubi habitabat
præmortuus pontifex &c.* prout fuſe explicatur
in conſtitutione Gregorij[q] 10. quam interpre-
tatur & confirmauit Clemen 5. propria conſti-
tutione,[r] in qua & ſecundum præcedentẽ Gre-
gorij 10. aliæ ſolẽnitates, quæ in pappæ electio
ne & confirmatione requiruntur, deſcribun-
tur. Pluribus etiã hoc ſummi pontificis electio

a c. Adrianus, 63 diſt. Sabell. Ennea. 8. lib. 8. & Sigibert
b c. ego Ludouicus, 63. diſt.
c Platina, in Paſchal. & Volaterr.
d can. in ſynodo, 63. diſt.
e Platina, in Adriano 3. & Sabellic.
f Platina, in Leone 8. Albert. Krantius, li. 4. c. 10 & 11. & can. in ſynodo, 63 diſt.
g can. tibi domino, 63. diſt.
h can. in nomine domini, 23. diſt. Lanfrã. de ſacramẽtis. Volaterra. Polydor. Virg. li. 4. c. 10.
i Alexan. 4. in c. licet de uitãdo, c. 2. de elec. ap Grego.
k glo. in d. c. licet, in uerbo, a duabus partib. & ibi Goffre. & Ioan. Andr.
l in gl. ad uerbum, nolentes, d. c. licet
m Platina, in Alex. 3. Albert. Krantz libr 6. c 16 Randenuiſti li 4. c 72.
n Randenuiſ. li 4 c 71 & Sozo glammatiſ. c4. Paul Aemil. lib 3.
o Paul. Aemil. lib 7.
p Platina, in Greg in quod ponitur Ioãe in c. ubi pet culu, 8. 3 de electio. li. 6. Decret.
q in d. c. ubi periculum, cum ſuis §§.
r alem ne Romana, cum ſuis §§. de elect. ap. Clemen.

ois argumentum iractauit ex profeſſo Iohan-
nes de Brunello Doctor Aureliacenſ.in repeti-
21 tiooe c.licet de uitanda, de electio. Tantæ au-
tem efficaciæ ſolemnis hæc ſumm.pootif. ele-
ctio eſt, ut ea perfecta, oihil regulariter objici
electo poſſit: [a] niſi aut quòd ex forma facta nõ
ſit, aut quòd electus hæreócus ſit, [b] & incorri-
gibilis, oon aliter. [c] Obiectum eſt Iobanni 12.
ſummo pontif. io concilio Romæ celebrato, in
præſenoia Otthonis, inter alia, quòd miſſam ce
lebrarit, nec communicarit: quòd io equorum
ſtabulo diaconos ordinarit: quòd in ludo aleę
dæmonum auxilia implorauerit, & alia. [d] De-
cretum Mantuæ in concilio latum ſub Nico-
lao Sabaudo, contra ſummos pontifices largi-
tione creatos. [a] Et defendit Bellemote, ut re-
fert Cardinalis eius qui per pecuniam aut gra-
tiam humanum, aut datione officiorum, uel a-
liarum rerum eſt electus, electionem eſſe nul-
22 lam. [f] Sed & ſexus fœmineus impedit electio-
nem ſortiri effectum, ſi io ſommum põtificem
eligatur fœmina: cum, quia claues regni cœlo-
rum fœminis non ſunt commiſſæ unquam à
Deo: [g] tum etiam, quòd ob ſexus fragilitatem
ſcandalum inferri poſſet eccleſię, ut feruot cõ-
tigiſſe in ea quę Anglię nata in Moguntia fa-
cta ſummus pontifex ſexum ementita, dicta eſt
23 Iohanoes 7. Poſt coius mortem, dicunt can-
tum, ioxta aliquos, ne poſthac ſummus ponó-
fex in pontificalem proueheretur cathedram,
oeve confirmaretur, quin prius in ſella forata
exiſtens, eius uirilia attrectarentur. [h] Quamuis
arbitter ſummũ pontificem io ſella humili &
ſede conſtitui, ut moneatur, quo altior eſt ſedes
epiſcopalis & dignitas, eo magis eum de ſe hu-
militer ſentire debere, atque ſimilem ſe eſſe cę-
teris hominibus recordetur, eiſdemq; io firmę
naturę ſubijci defectibus, & ſe Deum non eſſe.
24 Sic enim non ſuperbiendum eſſe admonetur,
cum poſtea in ſede apoſtolica inthronizatur,
vt dicunt, & confirmatur: ante tamen inthroni
zationem, & pontificalia gerere poteſt, ſi bella
uel aliæ cauſæ impediant coronationem, & in-
thronizationem & confirmationem. [i] Obſer-
uat tamen uſus, ut ſummi pontifices electi, an-
te coronationem Phrygiæ mythræ, & cõfirma
tionem, in datis, uel reſcriptis utantur ſubſcri-
ptione, Datum anno uel die 3. ſuſcepti à nobis
apoſtolatus officij: & tunc non ſigillant bulla
integra, ſed ea quæ ex uno latere habet DD.Pe
tri & Pauli imagines io plumbo: ex altera uero
25 plana eſt. At poſt coronationem, ſcribunt, Da-
tum anno pontificatus noſtri &c. & integra v-
tuntur bulla, cum imaginibus prædictis ex vna
26 parte, & cum nomine pontificis ex alia. [k] Finis
huius præcipuæ dignitatis, eſt conſeruatio uni
tatis fidei, de quo antea: & ideo quia maius peri
culũ io eligendo unico & generali paſtore, cau
tius eſt agendum, & ne ſchiſmata fiant præca-
uendũ oboixe, & ut legitime dignus eligatur, [l]
qui poſſit onus huc magnum paſtoris uniuerſa
lis exequi, & prudentia quæ eius libero relin-
quuntur iudicio, ſyncere iudicare, illi ſoli reſer
27 uata, & ſedi apoſtolicæ. Qualia ſunt depoſitio
epiſcoporum, [m] reſtitutio iniuſte depoſitorũ, [n]
exemptio eorundẽ à metrapolitaoi ſubiectio-
ne, [o] datio pallij, [p] reſtitutio clericorum, [q] famę
reſtitutio, [r] congregatio conciliorum uniuerſa
lium, [s] interpretaoo canonum & ſuorum reſ-
criptorũ. [t] Sunt & 30. caſus, in quibus excõmu-
nicationis abſolutio, ſummi põtificis ſolius po
teſtatẽ deſiderat, quos fusè pertractat Angelus
Claoaſius. [u] Sunt & alij io quibus ſolus ſũ. põt,
poteſt gratiam facere & rigorem iuris tempera
re, ſeu diſpenſare, quos idem Clauaſius colle-
git: [x] idque cum cauſæ cognitione. [y] Pertinet
& ad eum notio de fidei ratione, [z] & aliæ gra-
uiores quæſtiones, [a] & reſeruata iure ſpeciali,
quæ uerſibus comprehenduntur iſtis.

Reſtituit pappa ſolut, deponit & ipſe,
Articulos ſoluit, ſynodumque facit generalem,
Transfert & mutat, appellat nullus ab illo,
Diuidit ac unit, eximit atque probat.

Quos refert & explicat gloſ. in c. quod transla-
tionem, de officio lega. lib. 1. Decret. Gregorij
titu. 30.

De Cardinalibus.
Cap. IIII.

1 *Cardinales unde dicti.*
2 *De cardinalibus quare potius, quàm de patriar-
chis.*
*Cardinales pars corporis, ſenatores fratres, coadiu
tores ſummi pontif. filij primi gradus.*
Senatus eccleſiæ uniuerſalis cardinalium, eod.
3 *Cardinalium inſignia, dum legatione funguntur.*
4 *Cardinalium dignitas quando orta, & quando præ
lata epiſcopis.*
5 *Cardinalium titulorum differentia, diaconorum,
presbyterorum, & epiſcoporum ordo & digni-
tas.*
6 *Decanus inter cardinales quis.*
7 *Cardinalium tituli habent epiſcopalem iuriſdictio-
nem.*
8 *Cardinalium tituli aliqui enumerati.*
9 *Cardinalium numerus quantus eſſe debeat.*
10 *Pontanus ſum. pontifex quo anno ſedit.*
11 *Innocentius 4. ſum. pont. quo anno ſedit.*
12 *Cardinales quo tempore ita nominari cœperunt.*
13 *Cardinalium deligendorum formula, & qui, & à
quibus deligantur.*
14 *Cardinalatus num maior patriarchatu.*
15 *Cardinalium, & ſummi pontif. conſiſtorium, &
quæ ibi tractantur notiones.*
Conſiſtorium Pappæ quid, & de quibus iudicet.
Conſiſtorialia beneficia quæ.
*Protectores & patroni conſiſtoriales qui dican-
tur, & munus eorum.*
16 *Cardinales ſede ſumm. pontif. uacante, interim
rempub. Chriſti regunt.*
17 *Legati ex Cardinalibus plerumque, & quot eo-
rum ſpecies.*

1 CArdinales dictos eſſe annotatum
eſt, [b] quòd inſeruiant ſedi apo-
ſtolicæ, quæ axis, & ueluti car-
do aliarum eccleſiarum eſt. [a] Ap-
tius tamen dicemus adiectiue cardinales ui-
delicet perſonas, ad quas, quòd ſint ex ſumm.
pontif. ſenatu, ad quem ſumma negotiorum
omnium Chriſtianorum defertur. Et ſicut car-
dinem uocamus negotij, ſummam rei quæſtio
nem, [d] ita cardinales, ſacerdotes præcipuos &
2 principales, [e] Cardinales itaque priorem ante
patriarchas habent ordine tractationem: quia
& illi pars corporis Pappæ dicti ſunt: [f] ut ſe-
natores principis, pars corporis quoque
eius. [g] Item fratres [h] & coadiutores eius,
cum quibus ipſe totum orbem iudicat. [i] Ha-
betque ita eccleſia primo ſuum ſenatum epiſ-
coporum, & cardinalium: [h] ex quo, ueluti
ex corpore, ſummo pontif. mortuo, alius deli-
gendus eſt. [l] Proinde & illi maximæ erunt di-
gnitatis, utpote quos labor aſſiduus, & lateris

prioripalis

a d ca. licet, de uitanda
b ca. ſi Pappa, 40 diſt.
c gl. in d. cano. ſi Pappa, in uerbo à fide deuius, per can aperte, aan ... ca hæc eſt fides, 24. q. 3. c. dixit Apoſtolus, 2 q 5
d Luithprand. lib. 6. c 6. 7. 8. 9. 10.
a Polyd. Virgilius lib. 4 de inuento. rer c. 10.
f Card. in c. in nomine, 23 diſtinct.
g c. annua, 5 in. de pœniten. & remiſſ li. 5. Decret tit. 36.
h Platina, & Sabell.
i can. in nomine domini, uer. ſic. plane, 23 diſtinc. c. licet, de uitanda, de elect.
k tradit glo in ... in uer. pontificatus, de regu. iur. 10 6.
l d c. ubi periculum, de elec. in 6 d. a licet, an. tit. ap Greg.
m ca. dudum, 1. q 6.
n can. ideo, in 1. 3 q 6.
o ca. frater, 16 q 1.
p can quoniã, 26. q. 1.
q ca cõuenien tibus, 1 q 7.
r ca. cõuenien tibus, 2 q 3
s c. dudum, & c. ideo, & tota 17 diſt.
t c ... de cõſti. uel ... nel ...
u Ang. de Clauaſ in Sum in uerbo, excommunicatio 5.
x Ang. Clauaſ. in uerbo, diſpẽſatio, & in uerbo irregularitas.
y c. requiſitis, §. pro tempore, 1. q 7.
z ca. pro reme dio, eod. 1 q 7.
a ca. 1. de iuramen cal. lib. 2. Decret. titu. 7. c. ut debitus honor. c. 59. §. fin. de appell. lib. 2. Decret. tit 28.
b glo. in c. exorabilis, de præbend. in extra. ... cõ. in uerbo cardinalibus.
a ca. ſacroſancta 22 diſt.
d Siluius in pœmum li. A cuo. Virg. in illo uerba, haud tanto ceſſabit cardine res.
e c. 2 de offi. archipresbyter li. 1. Decret. tit. 24. & ibi glo.
f ca. quiſquis, 6 q 2 Cle. Faſli ca, de pœn.
g l. quiſquis, ad l. Iul. maieſt.
h c. per uenerabilem, uerſ. rationib. igitur, q. filij ſint legit. c. fundamẽta, §. decet, de elect. in 6 can. Conſtantinus, 96 diſtin.
i Panor. in c. ecclesia ueſtra, 2. col. de elect & in ca. ex geſtis, in glo. de cleri. non reſident.
h ca. eccleſia, 16 q 1.
l can oportet, & cano ſeq 79. diſtinct.

principalis comitatus illuſtrat.[a] Et ſicut Pap-
pa, unus eccleſiæ ſponſus dicitur, ſic cardinales
filij, primi gradus dicuntur, ex ſententia Ioan-
3 nis Andreæ, & Immolæ.[b] Et utuntur inſigni-
bus apoſtolicæ dignitatis, dum legatione fun-
4 guntur, ex concilij generalis ſtatuto.[c] Obſer-
nandum tamen eſt, cardinalium dignitatem
non eandem antiquitus eum hodierna fuiſſe.
Nam in collegio quidem apoſtolorum, D. Pe-
tro in conſilium erant apoſtoli, quandiu una
fuerunt: poſtea & alij in conſilium per illum,
& ſucceſſores admiſſi. Fuerunt & aliquando
ſummorum pontificum conſiliarij & cardina-
les inferiores ordine & dignitate epiſcopis,
uſque ad tempora Clementis Quinti, & Ioan-
nis 22. Atque poſt ſummum pontificem, ante
diaconos cardinales epiſcopi ſubſcribebant, &
gradu deprimi uidebantur epiſcopi, qui fiebant
cardinales, uſque ad Bonifacij 8. tempora, ut
ſcribit Ioannes Andreas,[d] & Ludouicus Go-
mes.[e] Oportebat enim epiſcopos, qui ad cardi-
nalatum uocabantur eiurare epiſcopatum pro
pter ſacerdotiorum uetitam cumulationem,
quæ nec illis conceſſa erat, donec permiſſum
fuit epiſcopatum cum cardinalatus retinere
titulo, id eſt, cum beneficio dignitati cardinala-
tus annexo, ea quo titulum ſeu nomen cardi-
5 nalis quis adipiſcitur. Tituli autem cardina-
lium, in triplici differentia ſunt: nam alij dicun
tur cardinales diaconi, alij cardinales presbyte
ri, alij cardinales epiſcopi: habita ratione titu-
lorum, ſeu beneficiorum, quibus cardinales tã
tum inſigniuntur. Sic enim tituli diaconales,
presbyterales, & epiſcopales (neque enim lo-
quor hic de alijs epiſcopatibus, qui contingere
poſſunt cardinalibus presbyteris aliunde, quã
ratione dignitatis cardinalatus, ex quibus ut
præpoſiti alij quilibet, poſſunt dici epiſcopi car
dinales.[f]) Inter cardinales, poſtremum & no-
niſſimum tenent ordinem cardinales diaconi:
6 medium presbyteri: ſupremum, epiſcopi. Inter
diaconos antiquior, receptione decanus diaco
norum dicitur: ut inter presbyteros, qui prior
in eum ordinem cooptatus eſt, decanus presby
terorum: at qui ſenior cooptatione eſt inter e-
piſcopos Cardinales, decanus collegij dicitur.[g]
7 Singuli cardinales in ſuis titulis ſibi decretis
iuriſdictionem babent pena epiſcopalem: quia
& tituli illi comparantur eccleſijs ſeu parochijs
epiſcoporum.[h] Et per hos titulos cardinalatus
8 dignitatis fit ſectio & diſtinctio. Sic cardinales
epiſcopi dicti, Hoſtienſis, Velitrenſis, Portuen-
ſis & S. Ruffinæ, Sabinienſis, Tuſculanenſis,
Præneſtinenſis, Albanenſis. Tituli presbytero-
rum cardinalium Sanctæ Crucis in Hieruſalé,
ſanctorum Marcelli & Petri, quatuor corona-
torum, Ioannis & Pauli, S. Anaſtaſiæ &c. Titu-
li & eccleſiæ diaconorum, ut ſanctæ Luciæ, in
Septiſolijs, S. Mariæ in Aquiro, S. Theodori, S.
Mariæ in Coſmedin &c. De quorum titulorum
inſtitutione, numero & inſignibus, nihil am-
plius adiungam, quòd de his latè pertractaue-
rit Onuphrius Pannuinus Veronenſis, libro de
Epiſcopatibus, & Damaſius Bibliothecarius li
bro Cameræ apoſtolicæ: extat & vulgaris liber
inde ſumptus, qui Prouinciale omnium cathe-
dralium uniuerſi orbis eccleſiarũ inſcribitur,
9 ubi tituli referuntur.[i] Monebo tamen, titulos
cardinalium fuiſſe aliquando plures, aliquã-
do pauciores, eo quòd & numerus cardina-
lium definitus non eſt: Nam ſummi pontificis
arbitrio, à quo fiunt, uel augetur, uel minuitur.

a in l. 1. de præ poſit. l. hoc. lib. 12. C.
b in c. a ſacris, de pœn. in 6.
c c. antiquas, de priuileg.
d Ioã. Andr. in c. 2. cum aliquibus. de reſcr. in 6. & in c. a. cum Apoſtolus, de cenſibus.
e Gomes in proœmio Commẽ tar. ad reg. Cancellar.
f cano. relatio. 21. q. 1. c. ſacroſancta. 22. diſt. c. paſtoralis, 7. q. 1.
g uide Hoſtiẽ. in c. 2. de offic. archipresby & in Summa eius tit gl in §. 1. de numero & qualitat. cardin in pragm ſanctio.
h can. his quæ pro eccleſia, de maior. & obed. ca ex geſtis, de cler. non reſid.
i uide & Spec. in tit. de lega. § ſequitur. Ioã. Alnarot & Prapoſit. in ca. 1 in ſeud. epiſc. uel Abba. Chaſſa. in Catalo. glor. mundi, 4 part. conſider. 10.

Ideoque nec immorabor in quæſtione, num
Septuaginta tãtum eſſe debeant: diſcipuli quia
tot fuerunt domini,[k] tot linguæ, & nationes, ex
quibus plures confugiunt ad ſedem apoſtoli-
cam, quemadmodum uoluerunt Albericus,[l]
Cardinalis Zabarella,[m] & Martinus Lauden-
ſis,[n] an uero plures uel pauciores. Scio tamen
conſtitutum in concilio Baſilienſi,[o] eſſe debere
moderatum cardinalium numerum. Cuius in-
terpres[p] refert, tempore ſum. pontif. Pontiani,
cardinales fuiſſe numero 236. quod tamen fal-
10 ſum arbitror, ex eo quod Euſebius annotat,[q]
Pontianum ſummi pontificatus ſedem ade-
ptum anno domini 235. quo tempore nomen
cardinalium non erat in uſu, quod cœpit uſur-
pari ſi credamus Volaterrano,[r] ſub Benedicto
9. ſumm. pontif. circa annum domini 1031. ut
11 & poſtea Innocen. 4. circa annũ domini 1250.
galerum roſeum cardinalibus, & ut equo ne-
herentur per urbem conceſſit.[s] Arbitror tamẽ
Volaterranum non obſeruaſſe ante Benedi-
ctum nonum cardinales fuiſſe dictos tempori-
12 bus Conſtantini 8. & 9. CC. Orientis, & ſub Lu
duuico 4. Imperat. Occidentis, & Henricho pri
mo Saxone, Otthone Magno, & Ioãne 11. ſum.
pontific. circa annum 930. Etenim Luithpran-
dus Ticinenſis,[t] qui eo tempore uixit, memi-
nit de ſynodo cõtra Ioannem 11. celebrata. Et
nominat cardinales diaconos, cardinales preſ-
byteros, & cardinales pontifices, qui erant ſub
Otthone Magno. Hos etiam fuiſſe tempore Syl
ueſtri, ex ſynodo generali ſub eo habita, con-
13 ſtat, cuius meminit ius pontificium.[u] Forma
qua eligendus ſit cardinalis, in ſynodo Baſilien
ſi præſcripta,[x] ut fiat ſcrutinio & conſenſu car
dinalium de uiro probo, moribus bonis inſi-
gnito, iuſtis natalibus orto, id eſt, legitimo, licẽ-
tiato aut doctore, ætatis 30. annorum, qui non
ſit nepos ex fratre uel ſorore ſum. põtif. uel car-
dinalium. Neſcio tamen num hodie arbitriu
14 pontificis ſum. fiant cardinales. Cæterum num
cardinalatus dignitas maior patriarchatu ſit,
in quæſtionem uerſum eſt. Atque ordinarius
concilij Baſilienſis interpres, cardinalatum præ
pouit patriarchatui.[y] Ego tamen iuris ponti-
ficij cenſuræ, ut mihi uidetur, expreſſæ, & indu-
bitatæ, adhæreo: qua poſt ſedẽ apoſtolicã patri-
archales ſedes in gradu proximo dignitatis e-
numerantur,[z] nulla mentione facta cardina-
lium. Cuius ſententiæ arbitror eſſe Panormita-
num,[a] qui in ſuas partes uocat Hoſtienſem aſ-
ſerentem, cardinalem Hoſtienſem habere ex
priuilegio eccleſiæ Hoſtienſis, eo quod Pap-
pam coronet, & vngat Imperatorem, ut præce-
dat omnes patriarchas: & immediatè poſt ſum.
pontifi. ſedeat. Hoc tamen non inuenio in con-
cilio generali exceptum,[b] quo ſedes ſecunda
data eſt patriarchis: neque ibi etiam ſcriptũ,
huic deciſioni Hoſtienſem cardinalem ſe obie-
ciſſe, uel interpoſuiſſe, ut potius mihi conſenſiſ
15 ſe uideatur.[c] Quia autem hic facet cardinaliũ
cœtus, concilij cauſa & ſenatus loco ſummo
pontifici inſeruit, cardinales olim apud ſum-
mum pontificem bis in hebdomada conuenie-
bant: noſtra uero ætate, cum negotia apud il-
lum decreſcant, ſemel tantum. Vocatur eorum
conuentus conſiſtorium. Inibi proponuntur
& deciduntur controuerſiæ electorum ad epi-
ſcopales, archiepiſcopales, Metropolitanas,
patriarchaleſque eccleſias, Atque diſcuti-
tur. Vbi eccleſia uacet, & ad quem electio per-
tineat, num ad capitulum, ciuitatem, prouin-

k c. ſeptuaginta, 16. diſt. ca. in nouo, 21. diſt. II. Matth. c. 9.
l Alberic de Roſat. in rubr. de ſta hom.
m Zabarell in clem 2. in § irritum, 10 & q. de elect.
n Martin. Laudenſ. in tracta. de cardinalib.
o in §. ſtatuit, de numero cardinal. in pragma ſanctio.
p gl. in d. § ſtatuit, in uerbo, moderatus.
q Euſebius, li. 6 c 22.
r Volaterra. in Anthropologia.
s Volaterran. ubi ſup & Polydor. Virg lib. 4. de inuentor. rer. c. 9.
t Luithprand libr 6. de rebus per Europ. geſtis.
u ca. preſul, 2. q. 5.
x §. fin. de numero & quali. cardi. in pragma. ſanctio.
y gl. in § quod ſi quis, de coll. in pragma. ſanctio.
z c. pen. & fi. c. omnes, & can. ſacroſancta, 22. diſt. c. antiqua, de priuileg.
a Panor. in d. ca. antiqua.
b in d. ca. antiqua.
c Nicena, 17. diſt. l. ſi remunerandi, §. 2. manda.

ciam,regem,nel alios. Eliguntur etlam per illud conſiſtorium præpoſiti,ad eccleſias monaſteriaque,qoæ ex ſolita cooſuetudine ſedi apoſtolicæ teſeruantur: quate & illa beneficia cõſiſtorialia dicuntur.Iu hoc conſiſtorio & ſenatu, nnaquæqne prouincia, ſingulaque regulatum ſodalitia,habent ſuos patres ſeu patronos rutelares,quos protectores oocant,quorum munus eſt electiones & alias prouinciæ ſibi addictæ cauſas in ſacro ſenatu proponete, oppoſitoribua raſpondere. In hoc deinceps,quæ ad cultũ diuinum, ad fidem Chriſtiaoam, religionem, & ad pacem Chriſtiani gregis, & ad conſeruationem temporalis patrimonij eccleſiæ Roma
16 uæ pertinent, tractantur. Cum ſummi pontificatus ſedes uacat,in ioterregno ſacroſanctum cardinalium collegium tempub. Chriſtianam regit, retumque difficultati conſulit, donec a-
17 lius ah eis pontiſex crearus fuerit. [a] Ex cardinalibus ut plerunqoe legati, qui ideo dicuntur legati à laiare,ſcilicet ſum.pontificis. Sunt enim ttes ſpecies legatorum ſummi pontificis, qui fiduciariã & uicariam pro eo operam præbent: id enim legati nomen ſignificat:[b] alij namque legati nati dicti ſunt,id eſt, eo ipſo legati dicti, quòd nacti ſint aliquam dignitatem, cui adiuncta eſt legatio,qualis io Anglia eſt archiepiſcopus Cantuarieñſis.[c] Alij dicti legati miſſi: alij legati da latere,cardinales uidelicet miſſi, ad prouincias regendas,[d] qui nec iodicium exercere poſſunt alibi,quàm io archiepiſcopatibus, uel alijs locis inſignioribos, tum ob honorem ſedis apoſtolicæ, cuius gerunt uices, tum ut copia paritorum ſit illis pro concilio.[e] Legarorũ horom poteſtas in prouincia commiſſa,recipit ex diplomate legationis legem, quæ maior interdum,interdum minor eſt. Et iu Gallia,nunquam iu præiudiciũ iotis Gallici admittitur:[f] neque poreſtas permittitur niſi à die,quo diplomata legationis publicata & actis curiæ ſupremæ Pauſiorum daſcripta fuerint.[g] Priuilegia legatorum ſedis apoſtolicæ tradit Ioannes de Selua,tractatu de beneſic.2.par.q.3.

a uide de his Octauianũ Veſtrum li.1 introductionis in Romanæ aulæ actionem & iudiciorum mores,c.p.1 & ibi Nicolaum Antonium Granatum.
b Iul. Cæſar 1. de bell. Gallic. l uicarius,de legato F.
c c.1.de offic. lega.
d de trib. iſtis ſpeciebus, in c.1 de offic.lega. in 6. & c uolentes,& ſeq. eod. tit.ap Grego.
e c.ſtatuiũ, de reſcript.in 6
f Placuit ita curiæ ſupremę ſenatiorũ coactis in unum ſenatorum decretis 3. Septẽb 1529.
g ſic placuit curiæ ſupremę ſenatiorũ.10 Martij 1547.

De Patriarchis Chriſtianis,& primum de Conſtantinopolitano.

Cap. V.

1 *Patriarchæ omnes ſunt archiepiſcopi,non contra.*
2 *Patriarchæ præpoſiti archiepiſcopis,& epiſcopis, & quare.*
3 *Patriarchæ 4.poſt ſum.pontificem.*
4 *Patriar. Conſtantinopolitanus primus poſt ſum. pont. dignitate.*
Patriarchalium eccleſiarum antiquitas,quę prior, & ordo dignitatis,eod.
5 *Dabertus Piſanus pontif. primus Hieroſolymitanus dictus Patriarcha.*
Hieroſolyma quando à Chriſtianis recepta, eod.
6 *Pauli Diaconi lapſus de primatu Conſtantinopolitanæ eccleſiæ.*
7 *Conſtantinopolis ciuitas à quo fundata, & à quibus reparata,& uaria eius nomina.*
Pauſanias Spartanus, eod. Byſes Megarenſium claſſis princeps,eod.
8 *Conſtantinop. regia orientalis imperij urbs.*
9 *Conſtantinopolis quando à Turcis occupata.*
Mahometes Amurathi filius Turcarum Imperator, eod.
10 *Imperium orientale quando finiuit.*
Conſtantinopolis nunc dicta Cæſarondum, eod.
11 *Prætorium Illyricum cum duabus ciuitatibus Metropolitanis,Conſtãtinopoli,& Theſſalonica.*
12 *Conſtantinopolitanus patriarchatus,Romania,& eius epiſcopatus.*
Turcarum in Hiſpania per Carolum Martellum inſignis clades quando,eod.

1 OMoes patriarchæ archiepiſcopi dici poſſunt,[h] ſed tamen non omnes archiepiſcopi patriarchæ: at quid patriarcha ſit paulo ante explicauimus.[i] Dicetur & patriarcha princeps epiſcoporum, quod nomen & competit archiepiſco-
2 pis.[k] Patriarchę potiores epiſcopis,& præcipui conſtituti fuerunt aliquibus regnis, ſeu imperijs, alijs epiſcopis in illis regionibus & archiepiſcopis præpoſiti, ut ad eos ſumma negotiorum religionis grauiorum deferatur: & ſimul ab omni oppreſſione Imperatorum, & regum Chriſtianæ ditionis eorum defenderentur, ut
3 ſcribunt Anacletus,[l] & Licinius.[m] Quatuor poſt ſumm.pontific. Romanorum epiſcopum; primates conſtituti ſunt,ut diximus,[n] quos Lyranus deſignari in Apocalypſi ſcribit, in figura ſedentis in Throno, & quatuor animalium exiſtentium in circuitu, quæ erant plena ocu-
4 lis ante & retro.[o] Anno domini 383. Conſtantinopoli habitum eſt concilium ſecundum uniuerſale,180.coactis patribus,in quo,inter cętera, regula lata eſt, ut Conſtantinopolitanus epiſcopus haberet honoris priuilegia poſt pontificem Romanum, eo quod ſit noua Roma Bizantium. Et patriarchæ fuerunt conſtituti.[p] Cum tamen antea prior fuiſſet Alexãdrina eccleſia honore,[q] & Antiochena prior tempore, ſedeſque olim prima Diui Petri,dehinc Romã tranſlata ab eodem:[r] primumque diſcipuli Domini uocati ſunt Antiochiæ Chriſtiani.[s] Sed ſe-
5 des firmata,orbis uniuerſi caput Romæ. Patriarchatus porro Hieroſolymitanus poſtremus ordine fuit, conſtitutus ex ſententia Guillelmi Tyrij.[t] Qui ſcribit Dabertum præſulem Piſanum, primum patriarcham Hieroſolymitanum factum fuiſſe ſub id tempus, quo Boemundus dux Apuliæ, princeps Antiochiæ factus eſt, & Hieroſolyma anno domini 1099. Idibus Iulij,39.die obſidionis capta,& Agarenis qui eam 490. annos uſurpauerant, erepta eſt: & inibi Gothfridus Lothasingiæ dux, crea-
6 tus rex fuit.[u] Hic monebo lapſum eſſe Paulum Diaconum,dum ait,[x] Phocam Imperatorem Bonifacio petente, primum ſtatuiſſe ſedem apoſtolicam præcipuam Romanam & antea,ut ipſe ait,fuiſſe primam Conſtantinopolitanam.Nam quantũ hoc alienum à uero,conſtat ex proxime geſtis ſub Theodoſio primo, qui imperauit circa annum domini 390. ante Phocam fere. 200. ann. quia Phocas diadema adeptus anno dom. 605. ut ſcribit Gregorius.[y] Faciunt & ea fidem,quæ de primatu ſedis apo-
7 ſtolicæ Romanæ antea indicauimus.[z] Remanet ergo Conſtantinopolitanum patriarcham poſt ſedem apoſtolicam ſecundam & digniorem eſſe ſedem in ciuitate Conſtantinopoli, quæ ante dicta fuit Byzantiũ in Thracia,[a] à Pauſania Spartano primũ condita,ſi ſequamur Iuſtinũ:[b] uel ſecundum Euſtathium,[c] à Byza Megarenſium claſſis præfecto.Et quia reparata à Conſtãtino Magno ſubinde dicta Conſtantinopolis.[d] Dicta & Plinio,Ligos:[e] Et ſæpe alibi noua Roma,[f] quem titulum ei etiam Conſtantinus Magnus indidit.[g] Fuit & ſub Seuero & Antonio eius

h l. iubemus nulli,l.14 de ſacroſ.eccle C. & l. de eccleſiaſ. tit.in Auth.
i ſupra hoc li. c.2.
k cano.cleros, 21 diſt.
l cano.prouinciæ, 99 diſt.
m can. urbes, 80. diſt.
n ſupra,c 1.
o Nicol. de Lyra, in c.4. Apocalyp. S. Ioan.
p lib.9.hiſtorię Tripartitæ, c.1. Theodore. li.5. c.9 Iſidorus,tomo 1 cõciliorũ antiquo, de priuil. extraua. ſancta Romana, de priuil & l.de eccleſiaſt. tit. in auth l.1. de priuil urbis Conſtantino.li. 11.C. tit.ul 20.l. omnium de ſacroſ. eccl.C.
q c.renouantes,22 diſt.
r ca rogamus, 24 q 1. can beati Petrus & Paulus, 2 q 7
s Actuum, 11. c.13
t Guillelm Tyrius, li.9 hiſtoriæ Sacræ, c.13.
u Blondus, li. 4.Dec.2.Guillel. Tyrius,lib. 5.c.18 & lib 8 c.2 & 3.
x Paul. Diacon. lib.7.c.24.
y Grego Mag. lib 11 epiſt.c.1. & 44.
z ſupra hoc li. c.3.
a Strabo,lib. 7. & 7.Geograph. Pomp Mela, li. 2 Corne.Tacit. lib,12
b Iuſtinus ex Trogo,li.4.
c Euſtathius.
d c.Conſtantinus,in c. & præterea,96.diſtin. & Vadia.in Cõmenta.in lib.2. Pompo. Melæ.
f & renouantes, ut ordinariæ & præfectoræ, &c in auth.col 1. l. in tra urbem, de operi. publ.l.8. C tit.10.
g Socrates, in hiſtor. Tipar.li. 2.c 12.

eius filio dicta Antonia:[a] ſub parallello illa, ut
8 Boryſthenes cũ Maſſilia ab Strabone ſita.[b] In ea ciuitate fuit ſedes & caput imperij Orientalis, ut Romæ ſedes imperij Occidentis: ex quo cœpit aquila inſigne Romani imperij biceps fieri, atque inibi Iuſtinianus Cæſar ſe regiam habere ſcribit.[c] Quare inibi patriarchalis ſedes toti Thraciæ præeſt, eiuſdem priuilegij ac Romana ſedes excepta honoris prærogatiua.[d]
9 Hodie tamen pulſi Cæſares & Chriſtiani ab illa ſede & ciuitate, ex quo Agareni illam occu-
10 parunt, ſub rege Turcarum 7. Mahomete Amurathi filio, qui Conſtantinum 13. Orientis ultimum Chriſtianum Imperatorem interfecit, cum omnibus ſuis, & Orientale imperium ſuſtulit, anno 1453.[e] Conſtantinopolitanum & Trapezuntinum imperium, 12. regna, 200. urbes Chriſtianis ademit, Peloponeſum & Põtum expugnauit.[f] Vocantque nunc Turcæ eã
11 ciuitatem Cæſarondum. Florente repub. Romana prætorium erat Illyricanum, cuius ditio per Tracias, Pontum, Dacias, Myſias, totamque Græciam exporrigebatur, duplici ſede Metropolitana conſpicuum, Conſtantinopoli uidelicet & Theſſalonica: Cuius ſecuti rationẽ Chriſtiani, patriarchalem fecerunt ſedem Conſtantinopolim primatem apud Theſſalonicam ſu-
12 brogantes, ut notat Volphgangus Lazius.[g] In prouinciali libro omnium eccleſiarum orbis, patriarchatus Conſtãtinopolitanus Romania dicitur: eique ſubijciuntur 26. Archiepiſcopatus, ex deſcriptione facta eccleſiarum, Pipini regis Galliarum tempore, filij eius Caroli Martelli, qui in Hiſpania ad Turonem 375000. Agarenorum prælio trucidauit,[h] à proceribus regni Galliarum regis renunciati in locũ Childerici, circiter annum domini 747.[i] Alius numerus Metropolitanarum eccleſiarum, nempe 80. & archiepiſcopalium 39. recenſetur in iure Orientali, lib. 2. in fine ſub titulo, τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυρίου, περὶ τῆς κατὰ τὴν καθέδραν τάξεως τῶν μητροπολιτῶν καὶ ἀρχιεπισκόπων, καθὼς ἐν χαρτοφυλακίῳ ἀναγεγραμμένας.[k]

a Ioachim' Vadianus, in 1. Mela.
b Strabo, in 2. Geogr.
c l. 1. § Romã. de ueter. iur. enucl. C.
d can Conſtantinopolitanæ, 22. diſt. d. c. antiqua, de priuil. & extraua. ſancta Romana, de elect. in extrauag. cõmu. Leonis nouo ſ. ne. l. 8 de ſacroſ. eccl.
e Aeneas Syluius, & Sabellicus.
f Egnatius, li. 1. Cæſarum Sabell.
g Volphgan. Lazius, lib. 2. Commentario. reip. Rom. c. 5.
h Paul Aemil. li. 2. & Sabell.
i Gregorius, Sig. Blond. lib. 10 Pau. Aemil. & alij Franciæ hiſtoriogra.
k Id. Sanctiſſimi Patriarchæ domini, de ſeſſionis ordine Metropolitanorum, & archiepiſcoporum, ut in Chartophilacio deſcribuntur.

De Patriarcha Alexandrino. Cap. VI.

1 *Patriarcha Alexandrinus unde dictus.*
2 *Alexandria ciuitas quæ, & qualis.*
3 *Patriarchatus Alexandrinus quibus præeſt.*
Pentapolis Libiæ ciuitas, eod.
4 *Præfectus Aegypti in Alexandria imperium accipiebat.*

1 ALexandrinus patriarcha à ciuitate Alexandria, in qua ſedem habet,
2 dicitur. Alexandria ciuitas eſt in Ægypto, Africæ contermina, ut ſcribit Mela.[l] Hanc uerticem ciuitatum Ægyptiatum Amianus Marcellinus dixit,[m] ab architecto nobiliſſimo Dinocrete, uel ut alij legunt, apud Arrium & Strabonem, à Chinocrate, iuſſu Alexandri, ædificatam, Europæ totius nobiliſſimum emporium, quo Indicæ merces, Arabico ſinu & Nili narijs foſſis excipiuntur, & in omnes mediterranei orbis oras diſtribuuntur. De qua ciuitate etiam abunde ſcribunt Plinius,[n] Strabo,[o] Cornelius Tacitus,[p] Dio-
3 dorus Siculus,[q] Egeſippus,[r] Ioſephus,[s] Hircius,[t] Vitruuius,[u] Solinus.[x] Itaque ob loci inſignem laudem, & populi frequentiam, quæ eo confluit, ſedes ibi poſita eſt principalis, quæ præeſſet ex more approbato[y] per Nicenam ſynodum Ægypto uel Libyæ, & Pentapoli, quæ ideo Pentapolis dicta eſt in regione Libyca, à quinque ciuitatibus, Beronice, Arſinoe, Prole-
4 maide, Apollonia, Cyrene, ut author eſt Plinius.[a] In hac ciuitate etiam Alexandria, præfectus Ægypti, qui à Romano Cæſare regendam ſuſcipiebat cum imperio prouinciam ad ſimilitudinem proconſulis, per legem ſub Auguſto latam imperium non aliàs aſſumebat.[a]

l Pompo. Mela, li. 1. c. 9
m Ammi. Marcellinus, li. 22.
n Plinius, li. 5. c. 10.
o Strabo, libr. 17.
p Corne. Taci. lib. 20
q Diodor. Sicul. li. 17.
r Egeſip. li. 10.
s Ioſeph. lib. contra Apionẽ.
t Hircius, li. 4. belli ciuil.
u Vitruuius, in proœmio, li. 2.
x Solin', c. 35.
y eod. ... antiquas, 65 diſt.
a Plinius, li. 5.
a Vlpia. in l. unic. de offi. præfect. Auguſt. li. 1. ff. tit. 17.

De Patriarcha Antiocheno. Cap. VII.

1 *Patriarcha Antiochenus à ciuitate dictus.*
2 *Antiochia ciuitas, Syriæ, quæ nunc Suria, caput.*
Syria nunc Suria, eod.
3 *Prætorij orientis Antiochia ſedes, eiuſque ditioni ſubdita ciuitates.*
4 *Patriarchatus Antiochenus quibus præeſt.*
5 *Patriarchatus Antiochenus cur dictus Catholicus.*
Catholicus præfectus prætorio Antiocheno, eod.

1 ANtiochenus patriarcha à ciuitate quoque Antiochia dicitur, ubi ſe-
2 dem habet. Antiochia Syriæ regionis, quæ nunc Suria, caput eſt, ab Seleuco Nicanore condita, & de patrio eius nomine Antiochia appellata.[b] Regio illa potẽs, & dum ei imperauit Semiramis potentiſſima.[c] De hac præclara plura Procopius.[d] Tempore quo Romanum integrum uiguit imperium orientis prætorij, uel Magiſterij Antiochia etiã ſedes fuit, cuius erat iuriſdictio ſupra omnes orientis, Aſiæ, utriuſque Syriæ, Armeniæ, Phœniciæ, Paleſtinæ, & Arabiæ prouincias.[e] Dio Caſſius metropolim Syriæ dixit, ubi erat Adrianus cum Imperator declaratus fuit.[f] Scribit Spartianus Adrianum Antiochenſes odio habuiſſe, ut Syriam à Phœnice ſeparare noluerit, ne tot ciuitatum metropolis Antiochia diceretur:[g] uerum nihil obtinuit, & ita in ſua dignitate perſeuerauit, dignaque uiſa eſt ſede pa-
4 triarchali. Subijciuntur autem ei in libro Prouinciali eccleſiarum 153. eccleſiæ cathedrales,
5 archiepiſcopatus autem 12. Dictus hic patriarcha ſacroſanctæ eccleſiæ Antiochenæ Catholicus, apud Procopium, ſicuti & qui prætorio eius antea præficiebatur, catholicus nominabatur. Guillelmus Tyrius ſcribit ſuo tempore ſub Antiocheno patriarcha fuiſſe 13. archiepiſcopatus, quos nominat, & cuiuſque epiſcopatus.[h]

b Strabo, libr. 15.
c Pompo. Mela, lib. 1. c. 11. in Syria.
d Proco. lib. 2. de bello Perſi.
e Vuolphgan. Lazius, li. 2. cõmentar. reipub. Rom. c. 2.
f Dio Caſſius, in Adriano.
g Aelius Spartia. in Adria.
h Guillel. Tyrius, li. 14. belli ſacri, c. 12.

De Patriarcha Hieroſolymitano. Caput VIII.

1 *Patriarchatus Hieroſolymitanus à ciuitate dictus.*
2 *Hieroſolyma ciuitas quæ, & quare ita dicta.*
3 *Hieroſolymitanus patriarchatus quando conſtitutus.*

1 HIeroſolyma, ex qua patriarcha titulũ accipit, eſt Iudeæ ciuitas totius
2 oriẽtis clariſſima,[i] quæ & Hieruſalẽ uocatur, quaſi ἱερὸν, id eſt tẽplum Salomonis:[k] inibi enim templũ sãctũ, fama &

i Plinius, lib. 5. cap. 14.
k Euſebius, li. 9 de præparat. Euang. c. 4.

a c.a. Peralipo. ca.3 & 7. Ioſephus, lib. 6 de bello Iudaic. c. 7. & contra Appionem.
b uide Egeſippum.

gloria præſtans, Rex Salomon ædificari curauit:[a] illuſtrior reddita, morte & ſepultura ſalua
toris Domini noſtri Ieſu Chriſti: & inſigni clade, quæ ei in uindictam tanti ſceleris illata fuit
ſub Veſpaſiano,[b] poſtquam & iterum fuit Adriani iuſſu habitata, & deinceps ab eodē mul-
3 tis cædibus ob contumaciam Iudæorum oppreſſa.[c] Et quamuis ex Sion exierit lex, & uerbum domini de Hieruſalem,[d] tamen prouincialis liber omnium eccleſiarum, annotauit, monumenta ueterum, quæ non modicam habent authoritatem apud Paleſtinos maxime, & Græcos, Hieroſolymitanam eccleſiam uſque ad tempora Iuſtiniani Auguſti epiſcopum habuiſſe nulla uel modica dignitatis prærogatiua. Imperante autem illo principe congregatam fuiſſe ſynodum generalem Conſtantinopoli, ſub Vigilio Pap. & Elicio Conſtantinopolitano patriarcha, & Apollinario patriarcha Alexandrino, & Enthachio patriarcha Antiocheni: & in illa, inter alia placuiſſe honore patriarchali donandam ſedem Hieroſolymitanam. Et quia ciuitas inter fines & limites erat patriarchatuum Antiochiæ, & Alexādriæ, nec illi eſſent ſufficienter epiſcopi ſuffraganei, ex communi omnium conſenſu, ab utroque patriarchatu uicino placuit etiam decerpere, & ut in formam patriarchatuum aliorum illa ordinaret eccleſias ſibi ſubiectas. Quæ omnia ſumpta ſunt fere ad uerbum ex Guillelmo Tyrio patriarcha Hieroſolymitano, qui & deſcribit nominatim archiepiſcopatus & eorum ſuffraganeos.[e]

c Xiphilin. ex Dione. in Adriano.
d Eſaia 2.
e Guilliel Tyrius, li. 14. Sacri belli, cap. 12.

De Patriarchatu in genere. Cap. VIII.

1 *Patriarcharum ſenatus qualis.*
Euicelli epiſcopi patriarcharum qui, eod.
2 *Patriarchæ electio ad quos pertineat.*
3 *Patriarcharum electionem confirmat ſum. pontifex, uel eius legatus.*
Confirmatio electionis patriarchæ primatū exemptorum ſummi eſt pontif. eod.
4 *Epiſcopatus uſurpati ab Agarenis. Sebaſte, olim Samaria.*
5 *Epiſcopatus in nouis inſulis.*
6 *Patriarcharum inſigne pallium, crux, & priuilegia.*
Crux quando & ubi non poteſt præferri patriarchæ. eod.

1 QVemadmodum ſummi pontifices Romæ Senatorum loco cardinales habent, ſic & patriarchæ in concilio habent quoſdam epiſcopos, qui non ſubijciuntur cuipiam Metropolitano, ſibi familiares & ſuffraganeos, ſemper adſtantes, quos Græci uocant Euicellos,[f] dicunt enim Græci εὐκήλους, ſtantes ſine motu, quietos, ſicut apud Heſiodum.[g] τῶμος δ' εὐκηλῆος τ' ἀμφὶ καὶ παῖ στος ἀ τέων εὔκηλος &c. ut & apud Homer.[h] & alios. Hos familiares ſuffraganeos à Græcis uocati teſtatur Guillelmus Tyrius,[i] cancellos, ſed
2 uereor ne corrupta uox ſit. Electio, deſtituta paſtore ſede patriarcharum competit canonicis accleſiarum patriarchalium: niſi ciuitates patriarchales occupentur ab Agarenis, & canonici pauci inibi inueniantur, quo caſu electio de
3 uoluitur ad ſum. pontif.[k] Confirmat & alioquin electos patriarchas & primates ſumm.

f In prouincialis omnium eccleſiar. dum agitur de Hieroſolymitan. Patriarch.
g Heſiod. li. 2. Ergon.
h Hom. Iliad. 2.
i Guilelm Tyrius, li. 14. belli Sacri, c. 12.
k c ſancta Romana, de elec. in extrauagan. commu.

pont.[l] uel legatus de latere ut & epiſcopos, qui ab archiepiſcoporum eximuntur poteſtate.[m]
4 Hic notandum eſt, in epiſcopatibus & archiepiſcopatibus ultramarinis, patriarchales ſedes ualde decreuiſſe ob tyrannidem Turcicam, ſub qua degunt, illis à Chriſtianis derelicti: ſicuti in Ægypto uſurpata Senlona, q̄ erat Archiepiſcopatus ſub Imperatoribus Græcorum Orientis: itē Gazarus & Varo epiſcopatus, ubi erant templariorum ſedes: Hieruſalem, Sebaſte quę olim Samaria. Et uerſus Arabiam, Ebron, Patracenſis, Cumatenſis quę nunc Eracum, ſedes archi-
5 epiſcopales, aliæque alibi permultæ. In quarū locum, Deus fidem Chriſtianam in inſulas extimas, ſeu noui orbis incolas producens, epiſcopales ſibi delegit ſedes. Nam & ibi plures nunc epiſcopatus à tempore Alexādri 6. ſumm. pon-
6 tif. qui primus quinque erexit.[n] Patriarchæ à ſummo pontifice pallium accipiunt, plenitudinis officij pontificalis inſigne, quod & ipſi poſtea ſuis ſuffraganeis largiuntur.[o] Atque cum hoc priuilegium habent, ut crucis uexillū ubique ſibi præferri iubere poſſint: præterquam in urbe Roma, aut ubicunque ſummus pontifex extiterit, aut eius legatus, qui utatur inſignibus apoſtolicæ primæ dignitatis. Ad hos quoque qui ditionis patriarchalis ſunt, poteſt libere appellari. Quod Iohannes Andręas, Panormitanus & alij,[p] intelligunt etiam omiſſo medio: aliter enim hoc priuilegio non eſſet adſcribendum, cum ad Metropolitanum quemlibet prouocari poſſit iure ordinario à ſuffraganeis,[q] & Metropolitani ſint ſuffraganei patriarcharum.[r] Item priuilegium ut non niſi conſulto patriarcha, poſſit archiepiſcopus epiſcopum ordinare.[s]

l ca. ſcriptum, ca. 40. de elect. ap. Gregor.
m c. ſi abbatē, ca. 30. de elect. in 6.
n Petr Martyr. li. 9 Decadis 3. noui Orbis.
o ca antiqua, 23. de priuileg.
p Io. Andr. Panorm. & alij, in ca. antiqua, de priu leg.
q canō. ſi inter epiſcopos, 6. q. 4.
r c. paſtoralis, de offi. ordina.
s ca. quoniam, 65. diſt.

De Primatibus. Cap. V.

1 *Primas dicitur omnis patriarcha, ſed non contrà.*
2 *Primatiæ iura præſcribuntur & priuilegium.*
3 *Primatia regnorum.*

1 PRimates quidē, appellari quodammodo patriarchæ poſſunt:[t] attamen non omnes primates, uere patriarchæ ſunt.[u] Primas namque alio in loco, quā ubi patriarchæ inſtituti ſunt: eſſe poteſt, nihilominus officij, quod eſt patriarchis, ſed nec tantæ authoritatis, neque cardina-
2 libus præferuntur.[x] At maiores archiepiſcopis, à quibus ad illos prouocatur.[y] Archiepiſcopus primas eſt, & poteſt ius primatiæ in pro-
3 uincia alterius epiſcopi ſibi acquirere.[z] Primates ſub ſum. pontifice ſunt Aquilienſis, in Italia Cantuarienſis in Anglia: Biturecenſis,[a] Grādienſis,[b] & Lugdunenſis præcipuus horum, in Gallia: in Hiſpania, Toletenſis:[c] in Sardinia, Piſanus.[d]

t cap. 1. 2. 9. 99. diſt. can. cōque ſtus, 9 q. 3.
u cano. nullus primas, 9 q. 3.
x Felin. in rubri. de maio. & obed.
y in can. 1. 99. diſtin.
z Panor. in ca. expoſuit, per illud cap. num. 4. de Dilatio.
a gl. in c. 10. cleros, in verbo, archiepiſcopia, 21 diſt.
b Angelus de Clauaſio, in ſumma, in uerbo, Patriarcha.
c quem primatē inſtituit Vrbanus II. ſum. pont. ut author Franc. Tarapha, lib. de regi. Hiſpano. in Alphōſo VI.
d uide Roffredum Beneuentanum, tit. de inſtib. quæ competant prælat. Nicol. Boer. in libr. de Authoritate Magni cōſilij, nu. 54.

De Archiepiſcopis. Cap. XI.

1 *Archiepiſcopi conſtituti ubi ante erant archiflamines, & rectores prouinciarum.*
2 *Archiepiſcopus, & Metropolitanus idem.*
3 *Metropolitanus unde dictus. Prouincia conſtituēda quot ciuitates exiguntur. eod.*
4 *Metropolis ciuitas quæ dicatur.*
5 *Archiepiſcopus à quibus eligitur.*
6 *Archiepiſcopus conſecrandus, ungeudus, & ordinandus.*

Archiepi-

Archiepiſcopus quid non poſſit ante conſecrationem, eod.

7 *Archiepiſcopi Moſcouitici à quibus, & ex quibus eligantur, & conſecrentur.*

8 *Archiepiſcoporum authoritas & officium, & 9.*

9 *Epiſcopi ſine permiſſione archiepiſcopi in aulam principis non eunt.*

1 ARchiepiſcopi illis vrbibus ſeruntur à beato Petro prępoſiti, quibus antiquæ ſuperſtitionis & idololatriæ præeſſent archiflamines.[a] Atque ex ſententia Vuolphgangi Lazij, in Gallijs & Germania, in illis ſedibus, ubi erant rectores prouinciarum, proconſules, legative proconſulares, Metrapolitani conſtituti ſuere epiſcopi.[b] Archiepiſcopus epiſcopis maior,[c] inferior primate.[d] Sidonius tamen Apollinaris ſcribit, Metrapolitanos in Gallia ſedi Romanæ immediate ſubiectos, alibi autem patriarchali-
2 bus.[e] Archiepiſcopus in utroque ciuili & pontificio iure, ſæpe Metrapolitanus dicitur,[f] neque hæc nomina differre docet Rebuſſus,[g] ut & Metropoliticum ius eſt, quod archiepiſco-
3 pis competit.[h] Iſidorus ratus eſt Metropolitanos dictos fuiſſe à numero ciuitatum: quia & Pelagius pp. ſcripſerit, ſingulis prouincijs præeſſe debere unum. Metropolitanum, atque in unaquaq; prouincia eſſe debere undecim uel ſaltem decem ciuitates, & totidem epiſcopos.[i] Et forſan quidem Pelagius talem prouinciarum & dięceſuũ diſtinctionem accommodam exiſtimauit: ar eiuſmodi non fuit ſemper, ſed nutu principum, annorumque curriculo, prouinciarum forma mutata eſt, ut docet Beatus Rhenanus,[k] Sextuſque Rufus conſularis.[l]
4 Placuit autem Budæo, Metropolim ciuitatem dici, ex qua coloniæ, nempe alia oppida proceſſerunt, id eſt, ex qua coloni & incolæ in aliũ locum tranſlati ſunt.[m] Et ita ſe habere μητρόπολιν ad ἀποικίας ſeu coloniam, ut matrem ad filiam: quod & Suidas tradit, ἀπὸ τῆς μητρὸς καὶ πόλεως, quaſi dicamus ciuitatem matrem. Et ut ſcribit Simplicius,[n] ἀρχὴ καὶ μητρόπολις τῶν ἄλλων. Et iuxta hanc mentem, epiſcopus Metropolitanus is eſſet, qui in ea urbe ſedem haberet, ex qua colonię deductæ ſunt: quæ tamen interpretatio non quadrat archiepiſcopatui uere, neque archiepiſcopatus ſunt coloniæ, quas ex ea urbe tranſlatas eſſe conſtat: quia coloniæ etiã in longinqua regna & nationes transferebantur, ut fuerunt ex Romanis coloniæ per tractum Norici, Ripenſis, Pannoniæ primæ, Laureacum, Carnutũ: & in mediterraneis ad Sauũ atque Drauum fluenta. Diſtribuit & Carolus Magnus Francos & Sueuos per Pannonias & Teutonum colonias. Fuerũt Getarum ſeu Gothorũ, Vandalorum, Cattorum, & aliarũ nationum in uarias partes propagatæ coloniæ, quæ archiepiſcopo uni ſubijci nequeunt. Quamobrem per tranſlationem metropoles ciuitates & archiepiſcopatus dicemus, quę tamquã matres curã agunt ſibi ſubditarum eccleſiarũ, in eadẽ prouincia conſtitutarum, ut ex Theodoſij ſanctione colligitur, per quã ciuitatem Berytum in prouincia Phœnicia Metropolis nomine[o]
5 donauit. Archiepiſcopus eligitur ab epiſcopis conuenientibus in Metropolitana eccleſia ex clericorũ omniumq; ciuium conſenſu.[p] Aniceti qui ſedit anno Domini 159. eſt decretũ, ut Archiepiſcopus ab omnibus ſuffraganeis ordinetur.[q] Electus à primate, uel patriarcha confirmatur, uel ſi is ſit ab eorum ditione exemptus à ſummo pontifice,[r] ſiue electio fiat iure communi, ſiue ex nominatione regis in Gallia
6 fiat.[s] Conſecratur ſubinde, & ungitur,[t] & ordinatur: pallium accipit, ante cuius receptionem non poteſt iura ordinis epiſcopalis exercere, non uirgines cõſecrare, nec ſynodum celebrare:[u] hæc enim licent tantum poſt conſecrationem & pallij adeptionem, non ante, etiam ſi confirmatio facta fuerit. Iubet tamen & ſuffraganeos ſuos ab alijs conſecrari:[x] Et eum Metropolitanus ab omnibus ſuffraganeis conſecrari, uel ordinari debet:[y] epiſcopus autem à tribus epiſcopis ſaltem, Metropolitano inben-
7 te.[z] Metropolitæ Rutheni ſeu Moſcouitici, authoritatem ſuam à Patriarcha Conſtantinopolitano habent, qui aliquando eligebantur conuocatis omnibus Archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, & prioribus monaſteriorum, inquiſitione facta uiri ſanctioris uitæ per monaſteria & eremos: Nũc uero aiunt principem ad ſe certos conuocare ſolere, atque ex eorum numero
8 unum ſuo iudicio deligere.[a] Archiepiſcoporũ authoritas maxime in epiſcopos ſibi ſuppoſitos eſt, quibus in ſynodo Antiochena iubetur, ut ad Metropolitanum reſpiciant, nihilque noui audeant facere in ſuis parrochijs ſine conſcientia & conſilio eius: nec Metropolitani, ſine eorum conſilio: quod lege etiam Francica antiqua ſtatutum eſt per Carolum Magnum.[b] Habet Archiepiſcopus ſibi ſubditam propriã diœceſim iuriſdictione ordinaria, ut epiſcopus quilibet: & ultra, alium in ſuffraganeos exercet poteſtatem, utpote qui habet totius prouinciæ ſollicitudinem,[c] ratione cuius procurationes à ſuffraganeis ad illum deferuntur.[d] Cognoſcit de controuerſia, quam clericus habet cum aliquo ex ſuffraganeis,[e] & ſupplendo epiſcoporũ negligentiam, agit quod epiſcopi eſt officiũ.[f] Quare prouinciam percurrit ut uiſitet, inquirat, emẽdet ſubditorum uitam & acta: illi huic viciſſim ſubſidia, quæ procurationes dicuntur, conferunt.[g] Atque dum ita diœceſim inſpicit, poteſt pontificalibus uti inſignibus, & iubere crucem ante deferri,[h] benedicere populo, etiã in locis exemptis à ſua iuriſdictione, dummo-
9 do ſint in ſua diœceſi.[i] Nec poſſunt iure epiſcopi presbyteri illi ſubditi ſine eius & aliorum coepiſcoporum conſilio, in aulam imperatoriam proficiſci, ex conſtitutione ſynodi Antiochenæ:[k] uel niſi permiſerit ſummi pontificis expreſſa diſpenſatio. Nam Gelaſius, Pappam in conſultis Metropolitanis gratiam commeatus in aulam principis, epiſcopis facere poſſe uoluit.[l] Iuſſum Archiepiſcopis in Matiſconenſi concilio, ne ſine pallio miſſas celebrent.[m]

De epiſcopis. Cap. XII.

1 *Epiſcoporum & presbyterorum aliquando commune officium, & quare diuiſum.*
2 *Epiſcopi tempore legis Moſaicæ*
3 *Diœceſes epiſcopales quales, & vnde.*
4 *Diœceſes quando epiſcopatus facta.*
5 *Epiſcopus quis eligi poteſt, & qualitates boni epiſcopi.*
6 *Epiſcopos eligendi quale ſcrutinium requiratur.*
7 *Epiſcopi à quibus eligantur.*
8 *Epiſcopus quando plebe interueniente electus.*
9 *Epiſcopum non eligit hæreticus.*
10 *Epiſcoporum electio quando ad principes pertinuit, & quando eis adempta eſt.*

Henri-

a can. illis, 80. diſtin.
b Vuolphang. Lazius, libr. 2. Commẽtarior. reip. Rom. c. 2.
c can. 1. c. 3. 9. q. 3. ca. cleros, 21. diſt. §. fin. de monach. in Authen. colla. 1. titu. 3.
d can. 1. 99. diſtinct.
e Sidonius Apolli. do Cleudieni epiſcopi epitaphium de ſcribit.
f per totum ferè. 9. q. 3. & in §. n. de monac. & in § nos autem, de non alie. reb. eccleſ. in Auth.
g Rebuff. ad §. 1. de Inſtitu. in Concord.
h c. ut litigantes, c. 5. de offi. ordi. lib. 1. Sext. Decret. titu. 56. c. 1 de off. lega. libr. 1. Decrete. tit. 30. c. 1 de ar bit. lib. 1. Decr. tit. 43. §. 1 de eccleſiaſt. tit. col. la. 9 tit. 6. in Authent.
i ca. cleros, 21. diſt.
k in Libro, qui inſcribitur, notitia utriuſque Imperij, in Orientis, tum Occidentis, ubi agitur de deſcriptione prouinciarum Illyr.
l Sextus Rufus conſular. in epi to. me hiſto. Romanæ.
m Budæus, ad Lub. ecuare, de offic. proconſu. in annot. prior. ad Pand.
n Simplicius, lib. 8 de Geometria.
o l. 1. de Metropol. Beryto, lib. 11. C. tit. 21.
p ca. Metropolitano, 63 diſt. can. qui in aliquo, 63. diſt.
q can. Archiepiſcopus ab omnibus, 66 diſtinct.
r c. bonæ, & c. nihil, de electi. ut de reg. ad prælatur. nom. in concord. c. et de fin. nactio.
u gl. in c. quoniam quidem, & pellio, ordinis c. quod ſi cut, & c. ſignificaſti, de elect. uide ſextachinum tracta. de epiſc. c. fi. tit. 3.
x c. cum ex officij, c. p. 16 de præſcrip. lib. 3. Decret. tit. 26. c. ſupitę, c. 14. & c. cu nuper, 25. de cenſib. lib. 3. Decret. tit. 39.
y Clemens, li. 3 conſtit. Apoſtolica, c. 10
z c. licpiſcop. c. 6 & c. ſeq. de tempo. ordin.
a Sigiſmundus liber Sero in Comment. rer. Moſcouitic. ubi dum de religione agit.
b lib. 1. legis Francæ, c. 1 de ſuffraganeis epiſcopis.
c c. 1 2. & 9 q. 3
d c. 3. de off lega. li. 1 Decret. tit. 30 d c. cum ex offic. p.
e cano. ſi clericus, 11 q. 1.
f can. cum ſimus, 9 q. 3 c. g. 1uas, 40 b. de ſen. excom. lib. 5. Decre. tit. 39.
g c. cum ex officij, de præſcri. c. ſupite, 14. ca. cum nuper, de cenſib. ap. Grego.
h cap. 1 ut ſine pendeat. lib. 5. Decret. titu. 16. ca. an qua, et permiſſ.
i clement. et archiepiſcopo, de priui. ap. Clem.
k ca. ſi quis epiſcopus, 23 q. 8. b. nos cum, quom. opor. epiſc. in auth.
l ca. quo auſo, ca. 23 q. 8.
m in Matiſconen. concil. ſub Pelagio, c. 4

Henrichus 5. Cæſar inueſtituras extorſit epiſcoporum, excommunicatus, remiſit. eod.
Baculus & annulus inueſtitura epiſcoporum. eod.
Honorius Pappa, antea Lambertus dictus eod.

11 *Henrichus primus rex Angliæ epiſcopos inſtituere præſumpſit, ſed reſipiſcere coactus.*
12 *Nicephorus Phocas Orientis Imperator epiſcoporum inſtituendorum ius uſurpauit lege, quæ fuit poſtea ſublata.*
13 *Alexij Comneni, de epiſcopo eligendo, ſanctio.*
14 *Nominatio ad prælaturas regis Gallorum.*
15 *Epiſcoporum eligendorum in Gallia forma.*
16 *Audium & Alenconius reguls nominant ad prælaturas.*
17 *Epiſcopum princeps laicus ordinans excommunicatus, & epiſcopus ipſe.*
18 *Princeps non poteſt intereſſe electioni epiſcoporum, ut eligens.*
19 *Epiſcopum eligunt iure eius eccleſiæ canonici, & qua forma.*
20 *Abſens an ſuffragium electionis committere alij, & cui poſſit.*
21 *Epiſcopi ordinatio qua forma ab alijs epiſcopis fiat.*
22 *Epiſcopi electio intra 3. menſes fieri debet, & poſtea intra tres alios confirmari: alioquin fit deuolutio iuris ad ſuperiorem.*
23 *Epiſcopus non conſecratus, gerere non poteſt quæ ſunt ordinis: quæ iuriſdictionis pontificalis autẽ ſunt, poteſt.*
24 *Epiſcopus non adepta poſſeſſione, bullis expeditis, num recte beneficia confert.*
Idem 25. 26. 27. & ſeq.
23 *Regalia principis, non euaneſcunt ante conſecrationem epiſcopi.*
26 *Epiſcopus niſi conſecratus, ſtricta iuris ratione epiſcopus non dicitur.*
27 *Epiſcopatus qui ſint iuris regaliæ.*
28 *Confirmatio tradit dominium prælaturæ.*
29 *Poſſeſſiones beneficij adeptio quando præcipua deſideratur.*
30 *Epiſcopi boni honore digni.*
31 *Nicephorus Imperator Orientis Manichæus, & eius mors.*
32 *Epiſcopalium ſedium diſtinguendarum ratio.*
33 *Epiſcopalis officij, & poteſtatis quæ ſint.*
34 *Decimæ beneficiorum quare non debentur nunc epiſcopis.*
35 *Annona cura epiſcopis demandata.*
36 *Epiſcopo datus à rege Clotario fiſcus regius.*
37 *Epiſcopalis iuriſdictio apud Moſcouitas, & apud nos.*
38 *Epiſcopalis cura ſymbolum, baculus, & annulus.*
De baculo paſtorali. eod.
39 *Baculi loco præfertur epiſcopo apud Vtopienſes cereus, & quare.*
40 *Annulus, mythra, quid ſignificent in epiſcopo.*
Mythra. eod.
41 *Epiſcopalia ueſtimenta, baculus, annulus, mythræ, ſandalia, chirothecæ quid ſignificent.*
42 *Epiſcopis prohibita in alios epiſcopatus tranſitio, & diuagatio, & ambitus.*
43 *Epiſcoporum tranſlatio non prohibita, ſi recte fiat.*
44 *Epiſcopi portatiui ſeu titularij qui, & ius.*
45 *Epiſcopus non delegat quæ ordinis ſunt, niſi epiſcopo.*
46 *Chorepiſcopi qui dantur, & eorum munus.*
47 *Chorepiſcopi quæ non poterant exequi.*
48 *Chorepiſcopi ſublati.*
49 *Epiſcoporum ſacrum iuramentum.*

1 EPiſcopi nomen quid ſignificet, iam
ſatis antea[a] dictum eſt, & curæ &
ſolicitudinis eſſe. Fuit autem ali-
quando presbyterorum, & epiſco-
porum commune officium, donec ortæ ſunt cō-
tentiones & ſchiſmata in eccleſia Dei, & quiſ-
que ſuos uel ſuæ poteſtatis eſſe putabat quos
baptizaſſet: qua de cauſa per totum orbem de-
cretum eſt, unum & certum presbyterum cæte-
ris præeſſe.[b] Teſtatur at Neemias epiſcopatum
etiam in lege antiqua fuiſſe, & epiſcopum fuiſ-
ſe tunc Leuitarum in Hieruſalem Azi filium
2 Bani, filium Haſabię &c.[c] Vt epiſcopi etiam au-
thoritatem utroque teſtamento cōſtet iuris eſ-
ſe diuini, diſtinctionem tamen epiſcopatuum
iuris poſitiui. Quemadmodum & diœceſum
antiqua eſt, & ante admiſſum Chriſtianū dog-
ma apud Ethnicos diuiſio, quæ aut nihil, aut
parum immutata eſt in epiſcopatuum territo-
rio, aut noua ad priorum ſimilitudinem facta
eſt. Sic Beatus Rhenanus ſcribit Romanorum
3 magiſtratuum diœceſes, apud Chriſtianos epiſ-
copos gubernandas ſuſcepiſſe, & Romanos diœ-
ceſes uocaſſe, quas adminiſtrationes, procura-
tiones dicere poſſumus.[d] Mutuati hoc nomen
Romani à Græcis, quibus [illegible] eſt admini-
ſtratio: ut apud Æſchinem [illegible]:
adminiſtratio ciuitatis, ut Herodian[e] dixit, [illegible]
[illegible]. Cicero minores pro-
uincias diœceſes nominat; *ut ne omnium,*[f] in-
quit, *diœceſium, quæ cis Taurum ſunt, omniumque
earum ciuitatum magiſtratus, legationeſque conue-
nirent.* Et ad Atticum, *mirifica expectatio noſtra-
rum diœceſum.* Ab hac ergo procuratione popu-
li diœceſanus epiſcopus dictus quoque, qui præ-
poſitus eſt eccleſiæ Dei, ut ei bene præſit: & epiſ-
copus in eccleſia, & eccleſia in epiſcopo,[g] & ca-
4 put diœceſeos epiſcopus.[h] Epiſcopatus factæ
ſunt diœceſes non ſtatim ſimul ab initio, ſed ſuc-
ceſſu tēporis, prout Chriſtianorum creuit nu-
merus, & diſſeminata fides, factæ primum ali-
quæ eccleſiæ ſub curionibus, aliæ ſub abbati-
bus, & ex his facti epiſcopatus. Sic Rex Da-
gobertus nouas ſedes epiſcopatuum inſtituit
Argentoratenſē, Conſtantienſem:[i] Sic Mieſ-
ca ſiue Micilaus Polonorum primus Chriſtia-
nus rex, Diœceſes & Baſilicas illorū diſtribuit:
& ex his quaſdam epiſcopales, quaſdam archie-
piſcopales diſtinxit, dotauit, & decimas dari ſta-
tuit anno 9. dom. 965.[k] Verum id approbante
ſummo pontifice, ueluti cum circa annum Do-
mini 1376. in Ruſſia epiſcopales ſedes Premi-
ſlienſis, Vuladimirenſis per principem inſtitutę
ſunt, conſulto & ſtatuente Gregorio XI. Sūm.
Pont.[l] ſic Carolus Magnus Bremenſem epiſco-
patum fundauit, anno domi. 788.[m] & alios, ut
& fecerunt alij reges & Cæſares.[n] Fecit & ſine
illis ſummus pontifex, ex epiſcopatibus archie-
piſcopatus, & ex alijs eccleſijs epiſcopatus: ut
quando à Iohan. 22. facta eſt ex epiſcopali, ar-
chiepiſcopalis ſedes, & eccleſiæ Montiſalba-
ni, S. Papuli, de Riuis, de Lumberijs epiſcopa-
les:[o] Aliquando & Londini authore Lanfran-
co habitum eſt antiſtitum, & ſacerdotum con-
cilium, in quo decretū eſt, ut aliquot ſedes epiſ-
copales, quæ in oppidulis ac pagis antea fue-
rant, in vrbibus & locis celeberrimis conſtitue-
rentur,[p] multorumq; annorum reuolutione
uariata fuit prouinciarum diuiſio facta ab Ana-
cleto,[q] qui tertius à D. Petro fuit pont. ſumm.
Iſaacius Angelus Orientis Imperator quoque
ſtatuit, ut epiſcopales eccleſiæ in Metropolita-
nas

a ſupra, ca. 2.
b D. Hiero. ſuper epiſt. ad Tit. ca. olim, 95. di. ca. legimus, 93. diſt. Euſeb. Pamphil. lib. 6. hiſtoriæ, ca. 13. & in hiſto. Tripart. li. 4. c. 24.
c Eſdræ, ca. 12. verſ. 22.
d B. Rhenan. li. 3. rer. Germanic. de diœceſibus Imperij Romani in libro qui inſcriptus, noti. utriuſq; orbis, & apud Sextū Rufum cōſularem, in Cōpen. hiſtor.
e Herodia. lib. 2. de princ. ſuo. rum tempo.
f Cicer. 3. epiſtolar. famil.
g can. ſcire debes, 7. q. 1.
h ca. [illegible] non liceat, ca. 11. de præſcrip.
i Beatu. Rhena. li. 2. rer. Germanicar.
k Martin. Cromer. li. 3. de rebus Polo.
l Idem Chromer. li. 13. de rebus Polo.
m Alber. Krantz. lib. 2. c. 14. & 15.
n de fundatione, & inſtitutione quorundam epiſcopatuum, & archiepiſcopatuū, tractat Henricus Pantaleon, parte 1. proſopographiæ in Bonifacio 1. Archiepiſcopo Maguntino, anno 754.
o in ca. ſaluator, de præb. li. 3. extrauag. communium
p Polyd. Vergi. li. 9. hiſtor. Angliæ.
q Anaclet. id teſtatur, epiſt. 2.

nas per eum electæ gauderent honore Metro-
politano, ſaluo tamen iure quod in eas erat an
te Metropolitis, & iure eligendi Metropoli-
tam, ex ſanctionibus canonicis conuenienti-
bus epiſcopis. [a] Ex quibus eligantur & fiant e-
piſcopi, alia non poteſt rectior dari regula, ea,
quam præſcribit D. Paulus, qualitates eius per-
currens. [b] *Qui epiſcopatum deſiderat, bonum opus
deſiderat, oportet enim ipſum irreprehenſibilem eſ-
ſe,* [c] *unius uxoris uirum*, [d] ſobrium, [e] ornatum, [f]
prudentem, [g] pudicum, [h] hoſpitalem, [i] non ui-
nolentum, [k] non percuſſorem, ſed modeſtum, [l]
non litigioſum, non cupidum, [m] ſed ſuæ do-
mui bene præpoſitum. [n] Si quis enim domui
ſuæ bene præeſſe neſcit, quomodo eccleſiæ Dei
diligentiam adhibebit? Quia curæ aliorum pręę
fectus, oſtẽdere debet quomodo oporteat alios
6 in domo Dei conuerſari. [o] Proinde fiũt in epiſ-
copis perquiſitiones, ſeu ut dicitur examinatio
nes, antequàm ordinentur, ut ſint [p] natura pru
dentes, docibiles, moribus temperati, uita caſti,
ſobrij, uigiles, negotijs ſuis cauentes, humiles,
affabiles, miſericordes, literati, in lege Domini
inſtructi, fideles catholici. Et hæ inquiſitiones
ſaltem in ſcrutinio electionis faciendæ ſunt ſũ
marie & de plano, ſi noti ſint eligendi. Scruti-
nium quippe, neque in cognitorum conſecra-
tione omittendum eſt. [q] Circa autem ignotos
plene hæc examinatio facienda eſt, non in a-
lijs. [r] Neque debet eligi bigamus, [s] ignarus, [t]
nec negotiorum ſecularium imperitus. [u] Valẽ-
tinianus Cæſar occidentis ſcribens ad omnes
orientales epiſcopos de determinatione conci-
lij Illyrici de conſubſtãtialitate trinitatis, in fi-
ne admonet de creandis epiſcopis, ut eligantur
ex ſanæ mentis & doctrinæ, qui magiſtratum
epiſcopalem geſſerint, præfectis, ſi quidem ex-
tẽt: ſin minus, ex ipſis presbyteris ſimiliter pres
byteri & diaconi, ex ipſo ſacro clericorum ordi
ne, qui non ex curia, uel ex militari magiſtratu
7 ſint lecti. [x] Quibus porro perſonis eligatur epiſ
copus, & qua forma, inferius Deo fauẽte latius
explicabimus, cũ agemus de legitimis modis
conferendi beneficia. Varia enim obſeruanda
& diſtinguenda ſunt in his tempora, & princi-
pum iura, poſtulationes, & nominationes. Fuit-
que hoc ius primum penes apoſtolos, [y] deinde
penes ſacerdotes & presbyteros ciuitatum, ad-
hibito ſuffragio plebis: nã populus flagitabat
epiſcopum, & ſępe ad ſeditionem uſque in illo
8 contentio fiebat. [z] Sic Cypria. [a] Plebs obſequẽs
pręceptis dominicis, & Deum metuens, à pec-
catore prępoſito ſeparare ſe debet, nec ſe ad ſa-
crilegij ſacerdotis ſacrificia miſcere, cum ipſa
maxime habeat poteſtatem uel eligẽdi dignos,
uel indignos recuſandi. Quod & ipſum uide
mus de diuina authoritate deſcendere, ut ſacer
dos plebe pręſente, ſub omnium oculis deliga-
tur, & dignus atque idoneus publico iudicio
ac teſtimonio comprobetur. Sicut in Nume-
ris Moyſi pręcepit Dominus dicens: [b] *Prahen-
de Aaron fratrem tuum, & Eleazarum filium
eius, & impones eos in montem coram omni ſy-
nagoga &c.* Suffragatur Athanaſius, dum ait,
*Sed ut demus querelam aliquam aduerſum me ſu-
ſceptam eſſe, meumque inter reos nomen recep-
ptum eſſe: non tamen oportuit in mei locum Ar-
rianum, aut qui Arriana ſaperet, ſubrogari, ſed ſe-
cundum eccleſiaſticos canones, prout apoſtolus præ
cepit, congregatis populis una cum ſpirituſancto,
qui epiſcopum conſtituunt, publice & in præſentia
clericorum epiſcopum poſtulantium inquiſitionem
fieri, atque ita omnia canonice peragi.* [c] D. Ambro-

a In conſtitut. Iſaacij, li. 3. tit. Orien. [illegible] &c.
b 1. ad Timot. 3. c. qui epiſcopatum, 8 q. 1 & ad Titum, ca. 1. D. Clemens, li. 2. condit. Apoſtolica, c. 6.
c ad Tit. c. 1 §. 3 quom. oport. epiſc. in auth.
d can 1. cano. acutius, can nõ ſancti, c. fin. 26 diſt.
e can. eccleſia principes, 35. diſtinct.
f can. parſimoniam, 41 diſt.
g ca. 1. & c qui eccleſiaſticis. §. ecce quod ſacrarũ, 34. diſt.
h 42 diſtinc. in princip.
i c. 1 verſ. ordinandus. 42. diſtinct.
k can 1 & ca. uinolentũ, 35. diſt. cano. 1. 44. diſt.
l ca. 1. & ca epiſcopum, 45 diſt.
m c 1 & c. bonorum, 47 diſt.
n can licet, §. neceſſe. 47. diſt.
o c. cum in cunctis, c. 7. de electio lib. 1. Decretal. tit 6.
p can. qui epiſcopus, 23 diſt.
q can. 1. 2. 3 40. diſt. c. 2. 75. diſt. c. quam ipſis, 38. diſt.
r ca. de Petro, 73 diſt. can. nal de 94 diſt. gloſ. in can. qui epiſcopus, in uerbo, examinetur, 23 diſt.
s can. 1 & 2. 16. diſtin.
t c. pen. & fin. 28. diſt. ca. niſi cum pridem. §. pro defectu, de renuntia.
u ca. unico, 19. diſt.
x Niceph. Caliſt. lib. 11. eccleſiaſt. hiſt. c. 30.
y Act. 20 Euodius 1. ab apoſtolis ordinat. Antiochena. Ignat. epiſt. 12.
z D. Cypria. li. 1. Epiſt. epiſt. 1.
a idem Cypri. lib. 1. Epiſtolar. epiſt. 4.
b Numerorũ, cap. 20.
c D. Athanaſ. epiſt. 1. de perſecutione ſua ad Orthodoxos.

ſius nondum baptiſatus pręſidialis homo, miſ-
ſus ad ſeditionem compeſcendam Mediolanũ
à Valẽtiniano Cęſare, conſentiente in eum po-
pulo & clero, ipſe in epiſcopum electus eſt, &
poſtea baptizatus & conſecratus. [d] Ex authori-
tate etiam concilij Carthaginenſis 4. examina-
tus & inuentus plene inſtructus, cum omni cõ-
ſenſu laicorum & clericorũ, & conuentu totius
prouincię epiſcoporũ, maximeque Metropoli-
tani uel authoritate uel pręſentia, ordinandus
epiſcopus. [e] Quod & ſynodus 3. Carthaginen-
ſis ſtatuerat. [f] Adhibebatur autem populus cõ-
firmationi, ut ante eã poſſet obijcere quilibet, ſi
quid is haberet criminis, & ut teſtimonium ha
9 beret electus etiam ab ijs qui foris ſunt. [g] Non
10 tamen eligit epiſcopum hęreticus. [h] Circa an-
num Domini 780. in ſynodo habita Romę, ele
ctio ſummi pontificis, archiepiſcoporũ, & epiſ
coporum, cũ omnibus inueſtituris Carolo Ma
gno conceſſa. [i] Sed poſtea hoc ius redijt ad ſum
mum pontificẽ & cardinales, ut ſupra docui. [k]
Rurſum tamen anno ab incarnatione Domi-
ni 1111. Henrichus 5. Cęſar coronatus, à Paſ-
chali 2. carcere detẽto antea, & à quibuſdã epiſ
copis collectis minis & terroribus extorſit pri-
uilegiũ & inueſtituras epiſcoporũ, id eſt, bacu-
lũ & annulum. & ita is imperator cũ ſuis epiſ-
copis in ſynodo uel conuenticulo cõcluſerat,
inueſtituras epiſcoporũ pro more antiquo im-
peratori eſſe retinendas. [l] Cęterum cum impe-
rator Roma abijſſet, ſynodum Paſchalis Romę
celebrauit, in quo priuilegia, & inueſtituras, &
pacẽ, ei per minas & metum conceſſa reuoca-
uit. [m] Atque Calixtus 2. ſum. pont. qui poſt Paſ
chalem 2. & Gelaſium 2. Romę põtificalem ſe-
dem acceperat, imperatorem Henrichum 5. ex
communicationis uinculo innodauit: qua ra-
tione impulſus cum uideret à ſe regnum paula
tim deficere, & exemplum patris ſui mente re-
uolueret, atque metu anathematis quo urgeba
tur, collecta generali curia apud Vormanũ in-
ueſtiturã epiſcoporum, uidelicet baculũ & an-
nulũ in manus legati apoſtolici nomine Lam-
berti, qui poſtea fuit Pappa Honorius, publice
reſignauit per quem etiam ab anathemate eſt
abſolutus: Pappa quoque tale priuilegiũ impe
ratori ſcripſit, ut epiſcopi omnes tam Ciſalpi-
ni quàm citra, non prius epĩ ordinentur, quàm
per manus imperatoris de regalibus ſint inue-
11 ſtiti. [n] Polydorus Vergilius tradit huius impe-
ratoris tempore Henrichum 1. Britãnię ſeu An
glię regem elatum uictorijs, tantum ſibi ſume-
re cœpiſſe, ut ſua duntaxat authoritate epiſco-
pos faceret, & factis epiſcopatuum poſſeſſionẽ
daret. Et circiter, inquit, hęc tempora principes
ubique gentium cœperunt illud ſibi ius decla-
randorum epiſcoporum uindicare, quod & ho
die mordicus tenent. Hos tamen Anſelmus re-
ligionis antiſtites, tanquam abortiuos religio-
nis filios conſecrare recuſabat, ſed parum pro-
fecit donec Paſchalis 2. ſum. pont. conſultus, re
12 gem ab hac ſententia abire coegit. [o] Fuit & im
perator Oriẽtis Nicephorus 2. Phocas, qui ſuc-
ceſſit Cõſtantino 9. circa annum domini 965.
qui legem tulit, ſubſcribentibus quibuſdã in-
cautis, menteque parum prouidis epiſcopis ne
imperatoris iniuſſu crearetur ullus epiſcop[us]: [p]
ijſque mortuo aliquo epiſcopo, aliquem ſuorũ
ſubmiſit qui definitos faceret ſumptus, ipſe au
tem quod reliquum erat de redditibus accepit.
Sed & hanc legem ſuſtulit, ut malorum omniũ
fontem, quum detraheret Deo & poſſeſſioni-
bus eccleſiaſticis, ut qui factam ab eo qui impe

rium

d Theodoritus li. 7 hiſt. Tripa. c. 8. Niceph. Caliſt. li. 11 hiſto. eccleſiaſt. c. 32.
e can. qui epiſcopus, 23 diſt. Iſidor. in 54. epiſt. Leonis.
f c. illud, c. 23. diſt.
g c. licet, 8 q. 1. can. iubemus, de conſecr. diſtin. 1. uide gl. in d. can. illud, in uerbo, plebe, 23 diſtinct.
h can. ſi. 9 q. 1.
i Sigibert. & in can. Adrianus, 63. diſt. Sabelli. Ennea. 8. lib 8.
k ſupra, cap. 3.
l Albert Krantius, li. 3. ca. 30. & 33.
m Idem Krantius, lib. 3. c. 34. 37. 38.
n hæc ad uerbũ apud Gothofridum Viterbienſem in pãtheõ ſeu Chronic. parte 17. in Henrico V.
o Polydo. Virgilius, lib. 11 hiſtoriæ Angl. e in Henrico I.
p extat conſtitutio eius in libro 3 iuris Orientalis, inter eius cõſtitutiones 4. titul. [illegible]

rium innaſerat, Baſilius Iunior porphyrogene-
ta Cæſar orientis, menſe Aprili, indictione 1.
anno à creatione mundi 6495. ſic enim Græci
computant annos & reſtituit leges priuilegio-
13 rum eccleſiæ. [a] Legimus tamen poſtea factū
decretum ab imperatore Alexio Comneno pri
mo in præſentia conuocatæ tunc ſynodi cōſen
tientis unaque determinantis, menſe Maio 10.
indictione anno ab orbe 6565. orta contentio-
ne de Metropoli Baſilæi, & Metropoli Madyta
na uiduis paſtore, num à Patriarcha Conſtan-
tinopolitano, an à Metropolitis Heracleato &
Anchirano, quorum erāt epiſcopatus, antequā
per imperatorem erecti fuiſſent in archiepiſco
patus. Statutumque imperatori licere pontifica
lem thronū eccleſijs largiri: & epiſcopatus uel
archiepiſcopatus in Metropoles erigere, eaque
quæ[a] ad electionem pertinent, & reliquam diſ-
poſitionem prout ipſe uoluerit deſcribere. Ve-
rumtamen Patriarchæ permittitur, nec aliter à
quouis allatam de cuiuſcumque eccleſiæ pri-
matu chartam confirmet: nec eius præſules in-
ter archiepiſcopos uel Metropolitanos reci-
piat, quàm dignos cognouerit, & ſi indignos vi
14 derit reſcribat imperatori. [b] Quod ius fere, &
eadem cum ſummi pontificis authoritate regi
bus noſtris Gallicis in ſynodo cōceſſum eſt in
nominatione ad prælaturas dignorum facien-
15 da. [c] Quam tamen nominationem in conuen-
tu ſeu comitijs generalibus Aureliæ habitis an
no Domini 1560. [d] in formam electionis eccle
ſijs cathedralibus adhibitis nobilibus & clero
& populo transferri uoluerunt, ut tribus nomi
natis, ſeu electis, princeps unum ex his delectū
ſummo pontifici nominaret confirmandū: ſed
16 illa conſtitutio non fuit uſu ſeruata. Andium
& Alenconius Reguli, nominatione ad præla
turas utuntur in ſuis ditionibus, regis permiſ-
ſu, ſed ita, ut huius nomine ac poſtulatione di
17 ploma pontificis ſummi poſtuletur. In quo or-
dinatio eſt ſummo pontifici reſeruata, quemad
modum iure pōtificio à principe uel rege, epiſ
copus ordinari non poteſt, & ſi inueſtiturā dēt
excommunicantur, [e] Et alij epiſcopi qui per
laicum inueſtituram recipiunt, & inueſtiti de-
18 ponuntur. [f] Nec intereſſe poteſt princeps iure
communi electioni cum canonicis eligētibus
epiſcopum, ut eligat cū ipſis, præcipiat, uel diſ-
19 ponat. [g] Canonicis quippe libera eſt in eccle-
ſia cathedrali electio ſui epiſcopi, ijſq; ſolis: [h]
quamuis antea ad ſummum pontificem perti-
nuerit. [i] Poteſt tamē capitulum in electione fa-
cienda eum admittere, qui de iure intereſſe nō
poteſt, dummodo omnes canonici conſentiāt,
& uel unus non repugnet. [k] Eligunt canonici
eccleſia uiduata paſtore, ſede uacante, [l] ſepulto
mortuo epiſcopo, non prius, [m] infra tres men-
ſes à die uacationis, [n] congregatis illis in eccle
ſia, uel alibi in ciuitate, loco idoneo: [o] abſenti-
bus canonicis, uelut in actu alio capitulari uo
catis, cum tempore & dilatione ad ueniendum
ſufficiente ſecundum loci intercapedinem, [p]
cautione adhibita, ne nimium prorogetur ele-
ctio, cum periculum eſt in mora, [q] dūmodo ſint
in prouincia, uel extra, commode uocari & ue-
nire facile poſſint, non aliter. [r] In ciuitate citā-
tur uel uocantur canonici, per campanæ pulſa
tionem: [s] extra ciuitatem, per literas, uel per nū
cium. [t] Duplexque citatio, prima, ut adſint cer-
to loco ad electionem faciendam, altera, ut ad
electionem ueniant. Et quamuis abſentes com
modè uenire non poſſint, tamen uocari de-
20 bent. [u] Quia abſens iuſto impedimento, uel nō

a In d. lib. 2 iuris Orientalis in poſt prædicti, Nicephori conſtit. [illegible]

b In Iure Orientali lib. 1 in conſtitu. Alexij Cōneni, titulo 3. [illegible]

c c. 1. de regia ad prælaturas nominatio. in concordatis.

d in comitijs Aureliæ habitis art. 1.

e cano. 6 quis deinceps, & ſequen. 16. q. 7.

f d. can. ſi quis, & cano. nullus, 63 diſt.

g ca. Meſſana, de elect. c. laici, can. nullus, 63. diſt.

h c. in Geneſi, c. eccleſiis, & c. Cumana, c. cū in cunctis, c. congregato, c. bonæ 2 de elect. ap. Gregor.

i can. 2. 23 diſt. glo. in c. quanquam, de elect.

k ca. ſcriptum, de elect.

l c. ut circa, c. quam ſint, c. cupientes de electio. in 6.

m c. bonæ, 2. de elect. & ibi gl. c. Nonnullus, c. non ſatis, 7. q. 1.

n c. ne pro defectu, c. cum in cunctis, de elec. ca. poſtquam, 50. diſt.

o c. cum terra, & c. quod ſicut, de elect. ca. in Geneſi, ca. quamquam, eod. tit.

p c. 1. de dilat. Docto. in auth. hoc ius porrectum, de ſacroſan. eccl.

q c. cum inter, & c. ne pro defectu, de elect.

r gl. in c. cū in eccleſijs, de præbend. in 6 gl. in ca. quod ſicut, §. ſi autem, de elec. & ca. in cauſis, de elect.

s gl. & Docto. in c. cauſā, & in ca. Cumana, de electio.

t c. quod ſicut. §. ſi autem. & ca. cū ſint uniuerſis, & gl. & Docto. in ca. quia propter, de elect.

legitimo cōſentientibus alijs canonicis, poteſt
uocis ſuffragium alij committere per literas. [x]
Si committat uni de capitulo: [y] non enim alte-
ri poteſt inuitis præſentibus canonicis, [z] nec e-
nam per literas ipſe uocem, ut dicunt, ſeu ſuf-
21 fragium ferri abſens. [a] Authoritate apoſtolica
quoque ordinationes epiſcoporum, ab uniuer-
ſis qui in eadem fuerint prouincia epiſcopis,
ſunt celebrandæ, qui ſimul conuenientes ſcru-
tinium cum precibus perficiant, manus cū ſan
ctis euangelijs admoueant dominica die, bona
tertia orantes, ſacraque unctione prophetarū
exemplo ungentes. [b] Nam cum ordinatur epiſ-
copus, duo epiſcopi imponunt manus, quibus
tenent euangeliorum codicem ſuper caput &
uerticem eius, uno ſuper ipſum fundente bene
dictionem, reliquique epiſcopi qui adſunt, ma
nus eius tangunt. [c] Sunt aliæ, electionis & con-
firmationis epiſcopi cæremoniæ & ſolemnita-
22 tes, de quibus late tractat Berthachinus. [d] Ele-
ctio epiſcopi, uel archiepiſcopi intra 3. menſes
à uacatione eccleſiæ fieri debet [e] alioquin o-
lim ad ſummum pontificem deuoluebatur [f]
eligendi facultas hodie ad proximum ſuperio
rem archiepiſcopum, uel primatē. [g] Intra tres
alios etiam menſes confirmari debet [h] ab ar-
chiepiſcopo, [i] uel à ſummo pontifice. Confir-
mationem præcedit electio, hanc ſequitur con
23 ſecratio, ut notāt interpretes. [k] Epiſcopus poſt
electionem & confirmationem quidem eſt, ſi
tamen conſecratus non ſit, quædam, quamuis
epiſcopalia ſint, gerere non poteſt quæ ordinis
ſunt: & ita ante conſecrationem quæ iuriſdi-
ctionis ſunt, recte exequi poteſt, nempe excom
municare, corrigere, iuramenta recipere à vaſ-
ſallis, inueſtire, beneficia conferre, & ſimilia. [l]
Quæ ordinis minime, eo quòd eorum poteſtatē
tantum accipiat in conſecratione: qualia ſunt,
clericos ordinare, & deponere, chriſma conſice
re, benedicere uirgines, eccleſias uel altaria cō-
24 ſecrare, & ſimilia. [m] Vidi tamen de facto quæſi
tum, num epiſcopus qui nominatus à rege, cō-
firmatus eſt per ſummum pontificem, uel qui
à ſummo pontifice habet prouiſionem, bullis
confectis, non tamen adhuc adepta poſſeſſio-
ne, poſſit beneficia conferre. Qua in re diſtin-
guendum cenſeo, an quæſtio ſit de epiſcopatu,
in quo rex ius regaliorum habet, an de alio:
25 Nam regalia principis, non euaneſcunt, quæ
competunt ratione uacationis eccleſiæ epiſco-
palis, niſi conſecratione facta epiſcopi, atque
poſt electionem, nominationem, & cōfirmatio
nem ſum. pon. integra manēt, & ita rex fructus
interim percipit, beneficia iure regaliorum cō-
fert, nec cogitur ante conſecrationē epiſcopo-
26 dare inueſtituram. [n] Quòd ſtricta iuris ratione
27 epiſcopus nō dicatur, niſi cōſecratus ſit. [o] Epiſ-
copatus iuris regaliorū enumeratos hēs apud
Ægidium Magiſtrum. [p] Cæterum in epiſcopa-
tu, qui regalis iuris non eſt, epiſcopus ad nomi
nationē principis legitimè confirmatus, uel ſi-
ne nominatione ab eo, qui confirmandi ius ha
bet, poterit cōferre beneficia ſuæ diœceſeos an
te cōſecrationem, ut dixi, & ante poſſeſſionem
adeptam, literis, & codicillis ſeu bullis inſinua
28 tis, uel prouiſione obtenta. [q] Confirmatio nam
que tradit dominium prælaturæ, [r] prouiſioque
ſeu collatio beneficij transfert ius, ſi illa acce-
29 ptetur. [s] Et poſſeſſione adeptio tunc demū ex-
quiritur: quia corporalis eſt, ſi alterius interſit:
ſi agatur de publicanda renunciatione intra tē
pus conuenient, ſi de infirmis reſignantibus,
aut de ſimilibus in quibus fraus committi po-
teſt,

x c. ſcriptum, eſt gl. & c. quia propter, de electio. ap. Grego. c. ſi quis uno, eod. tit. in 6.

y d. c. quia propter, & ibi glo. & Doct.

z c. cōſtitutus, de appell.

a ca. ſi quis iuſto, & ibi Doct. de elect. in 6.

b c. 1. 75. diſt.

c c. epiſcopus, 23. diſt.

d Berthachi. tract. de epiſco. 1. parte, lib. 3 & 2. parte libri.

e c. poſtquam, 50 diſt.

f c. dilectus, de conceſſ. præbē.

g c. ne pro defectu, ca. 41 de elect. ap. Greg. c. nulla, de conceſſ. præb.

h ca. quoniam quidam, 100 diſt. c. quoniam quidā, 71. diſt.

i can. cauſā cōſcientiam, & c. ſin. 64. d. & c. cū dilectus, 32 de elect. ap. Greg.

k Berthachi. tracta. de epiſcopo in 3 parte 3. libri. gl. in c. perinde, de elect. in 6

l c. noſti, de electio. ap. Grego. ca. 1 & c. inter corporalia, de transla. epiſc. & c. tranſmiſſā, de elect.

m ca. quod ſicut. §. præterea, de electio. ca. quamuis, 68. diſtinct.

n Arnulphus Ruſæus, tracta. Regalio. 10 priuilegio

o c. licet, de translat. epiſc. c. nam, de his quæ fiūt à prælat. ſine cōſen. cap. Panor. in c. cum te, de reſcrip.

p Aegid. Magiſter, tract. 2. Regaliorum c. 4.

q Berthachin. in tract. de epiſcopo. li. 3 in parte 2 princ. num. 8. per ca. noſti, de elect.

r Innocent. in ca. ex parte, de arbitr. Bald. in Margarita, in uerbo, electio.

s c. ſi tibi abſenti, de præb. in 6.

reſt, ſi palam non aatur in poſſeſſionem, ſecundum præſcripta regularum cancellariæ, quæ de his latæ ſunt. In ſacerdotijs autem & prælatis, quæ uel morte, uel alia certa ratione & uere uacant, & conferuntur, illa poſſeſſionis exacta nun obſeruatur quæſtio & ſolemnitas:[a] quamuis non me lateat, hac in re uarias fuiſſe eaſque pugnantes interpretum ſententias, quas uideto apud Ioannem de Selua.[b] Is tamen tandem concludit cum diſtinctione, ut ſi quis alius in poſſeſſione prior ſit prælaturæ, licet iniuſta, is cui collatio facta eſt & confirmatio, non poſſit adminiſtrare uel conferre, non adepta poſſeſſione legitime, alioquin enim ſpoliaret poſſidentem, & diceretur intruſus, ius propria authoritate ſibi uſurpans, iure quo ſuo, ſi quod haberet, priuandus:[c] contra, ſi quis prælaturam conſequitur, quam alius nec iuſte uel iniuſte poſſideat, licere ei adminiſtrare & beneficia eius ante conſecrationem conferre.[d] Dummodo, ut plerique tradunt, conſuetudo in ea prælatura ſit antea obſeruata, ut adminiſtratio concedatur ante adeptam poſſeſſionem.[e] Niſi, ut Hoſtienſis tradit & prædictus de Selua,[f] dixerimus, hanc conſuetudinem reprobandam, tanquam quæ poſſit eſſe damnoſa.[g] Ego autem in ea ſententia ſum, epiſcopum uel alium antiſtitem, non poſſe ſe immiſcere actibus iuriſdictionis nec collationis, quouſque diplomata ſeu bullas ſuæ collationis & confirmationis ſuſceperit, aut conceſſæ fuerint, atque in illis uim maiorem, quàm in adeptione poſſeſſionis facio: quòd ita exigat extrauagans, iniunctæ, De electio. in Extrauagan. communibus. Et ita Panormitanus,
30 ſe curaſſe obſeruari ſcribit.[h] Cuius autem dignitatis ſint epiſcopi, certe munus illorum & authoritas ſatis fidem facit, finisque, & rationes cur præfecti ſunt populo Dei. Quamobrem & eos principes pijque homines ab omni labe hæreſeon & ſuperbia alieni, coluerunt, & honores regios fere, & aliquãdo maiores eis detulerunt: ut contra, perditi homines & impietatis mancipia, eos ut caput, dominum, cui illi inſeruiunt ludibrio habuerunt, de re Chriſtiana non bene ſentientes. Ex quorum
31 grege Nicephorus orientis imperator qui iuſſit ducibus belli, epiſcopis & clericis mancipiorum loco uti, proque ſua authoritate in ædes epiſcopales & monaſteria diuertere, eorumque rebus pro arbitrio abuti,[i] erat autem hic Manichæus, qui tandem & miſerè obtruncatus cœpit pœnarum æternarum certum argumentum exhibere, poſt mortem etiam decaluato capite ludibrio habitus à Chrumno rege Bulga-
32 rorum.[k] Scopus & finis diſtinctionum epiſcopalium ſedium, & præfecturarum harum ſacrarum eſt, qualis totius ſacri ordinis eccleſiaſtici: ut omnia cum ordine, & ad laudem Dei, & in ædificationem eccleſiæ ſine confuſione fierent, ne acephali clerici, ueluti ſine fræno, remoto in eorum intercapedine ſummo pontifice opprobrio Chriſtiano nomini eſſent, & quiſque in ſibi deputata contineretur cura, ſolicitudo eccleſiarum diligentius haberetur, & pleraque alia fierent, quæ huic pontificio muneri com-
33 mittuntur. Et quæ ad illos pertinẽt, ut cõſecratio uirginum ſacrarum,[l] dedicatio, cõſecratio, & inauguratio[m] eccleſiarũ. Ad Epiſcopũ etiã pertinet cõſecratio, ſeu benedictio corporalis ſiue lintei linei iuxta ſtatutum Euſebij S. P.[n] De uaſis etiam & veſtimentis eccleſiæ, idipſum ſentiunt plures poſt Thom. 3. par. quæ. 72. artic. 2.[o] Alij dicunt quòd presbyteri ea poſſunt benedicere etiam præſente epiſcopo,[p] dummodo in benedictione chriſmate opus nõ ſit. Et ita abbates etiam intra ſua clauſtra poſſe benedicere: quidam tamen alij id ad priuilegiũ illis conceſſum referunt.[q] Et ita etiam debere abſtinere à conſecratione calicis abbates & alios, eamque relinquere debere Epiſcopo, propter unctionem quæ ibi neceſſaria eſt, dixit Geminianus,[r] quamuis contrarium uideatur ſentire in abbate qui utitur pontificalibus ornamentis, Cardi.[s] Mihi autem tuta uidetur ſentẽtia, dicere, benedicere uelles ſacras miſſæ, & ſimilia, non pertinere ad ſimplicem ſacerdotem niſi ex delegatione uel priuilegio S. Pontificis. Conceſſit ita Sixtus 4. S. Pontifex ſacerdotibus ordinis Minorum, ut poſſint benedicere quæcunque ornamenta eccleſiæ uel altaris, uel ſacerdotales, & alia, corporali excepto, ut ait Roſel.[t] Eadem cõceſſit priuilegia Six. 4. fratribus ordinis S. Dominici presbyteri. Tamẽ in priuilegio Minorum, Leonis 10. S. P. incipiente, Inter cæteros, quædam addita quæ non omnibus cõceſſa uidentur, ſed certis, dum dicitur. Quodque generales illius, necnon prouinciales, ac eorum uicarij eiuſdem ordinis Minorum, corporalia & alia ornamenta eccleſiaſtica ſuorũ locorum ac domorum, præter calices & patenas benedicere ualerent, concedimus; item quod prædicti poſſint, quando epiſcopi nolunt uel negligũt, eccleſias, cœmiteria, capitula ſua utique ſolemni benedictione benedicere: & eas pollutas, uel ea polluta quomodocũque, aqua prius per aliquem catholicum epiſcopum, ut moris eſt, benedicta, reconciliare. Ordinario clericorum,[u] aut facultas permittendi per literas commẽdatitias, quas dimiſſorias uocant, ut ab alijs ordinentur,[x] conficere chriſma:[y] linire ſeu confirmare baptiſatos:[z] Solemniter anathematiſare,[a] eccleſias duas unire,[b] vnam in duas diuidere, nouas erigere.[c] Ex cauſa: propter morum correctionem bis in anno concilia ſeu ſynodos cogere[d] iudex is etiam clericorum eſt ſuæ diœceſeos tantum ordinarius, alij extraordinarij.[e] Et Honorius 3. ſum. pontifex, hæc, & res quæ horum cauſa epiſcopo debentur, una conſtitutione[f] refert, quæ & alijs iuribus ſuffulta eſt. quæ ſunt, canonica obedientia,[g] ſubiectio & reuerentia,[h] inſtitutio & deſtitutio,[i] & correctio[k] clericorum, reformatio,[l] cenſura eccleſiaſtica.[m] Iuriſdictio cauſarum fori eccleſiaſtici,[n] pœnitentiæ,[o] ſacramentorum collatio,[p] ſynodus,[q] ſynodaticum uel cathedraticũ,[r] quarta decima-
34 riorum.[s] Illud tamen dignum obſeruatione, ut tertia pars quæ ex decretis antiquorum conciliorum dabatur epiſcopis à parrochianis eccleſijs,[t] hodie non detur, niſi eccleſiam ſartam tectamve conſeruent, ſed relinquitur curionibus cum hoc onere.[u] Datur & epiſcopis quarta uel aliqua pars oblationum, mortuariorũ, uel ex conſuetudine,[x] uiſitatio annua, uel procuratio, moderatum auxilium.[y] Omniũ in ſumma eccleſiarum, monaſteriorumque regimen, ſolici-

a Rebuffus, in praxi beneficiorum, dũ de reſignatione a-pri.
b Io. de Selua, in tracta beneficiorũ, 2 parte q. 13.
c c. eſt qui, de præb. in 6. l. extat, quod met. cau. l. ſi quis in tanta, C. unde ui. l. 1 C. de ſuf fra. ca. placuit, 16 q 6.
d per ca. tranſmiſſa, &c. qualiter noſti, de elect. ap Greg. c. auaritiæ, eo. tit. in 6.
e per d. c. tranſmiſſam.
f Ioan. de Selua, ubi ſupra.
g iuxta c cum uenerabilis. & ca. auaritiæ, de elect. in 6.
h Panor in d. ca. qualiter, de elect.
i lib. 1. Iuris Orientalis, in cõſtit. 3. Nicephori, [illegible]
k Ioannes Monachus ſeu Zonara, in eius ui ta, & Ioan. Cuſpinian in Cæſaribus, ſub Carolo Magno.
l c. 1. de temp. ordi. can. ſi iubet, 26. q. 6.
m 3 quæ per epiſcoporum, c. 9. de conſecr. eccleſ. uel alta. li. 5 Decre. tit. 40. cano. nemo, de conſecr. diſt. 1.
n in c. conſulto, de conſecr. diſt. 1.

n in can. ueſtimenta. & cano. uaſa, diſt. 1.
p in c. ecce, 95. diſt. c. quamuis, 68. diſt.
q ex ca. abbates, de priuile. in 6. c. accedentibus, de exceſſibus præla.
r Gemin. in d. c. abbates.
s Cardi. in clemen. attendentes, de ſtat. reg. facit ca. uni. de ſacr. unct.
t Roſel. in uer. cõſecratio, § 1.
u c. de temp. ordin. & tit. de ordinatis ab epiſc. qui renũtia. epiſco. tota 71. diſt.
x ca. primatus, c. ab extraneo, 71. diſt. tota 72. diſt. c. fraternitatis, c 5 de cle ri. non reſiden. lib 1. Decretal. tit. 4.
y ca. illud, 95. diſt ca. [illegible] ſanctitas, 20 q. 6.
z can 1 & can. manus, de con ſecr. diſt. 5.
a c. debent, 11. q 1.
b ca. ſicut unire, de exceſſib. prælat. cle. uni, §. fi. de reb. eccle. non alien.
c c. ad audientiam, in 5 in ſi. de eccle. ædific.
d can. propter eccleſiaſticas, 18. diſt & in legibus Franciæ Caroli M. gal. li. 1 c. 13
e can. ſcriptũ, can. ſcimus, ca denique, cano placuit, can de illis, 9 q 3 can. per ſingulas, c. ſaluo, can ſi autem, can. archiepiſcopus, can. conqueſtus, 9. q 3 c. 1. de off. ord.
f c. conqueren te, de off. & poteſt. iud ord. & ibi latè interpretes.
g ca. ſi autẽ uobis. & ca. abſit, 11 q 3. Diuus Ignatius, epiſt. 3. & 6. Deuter. c. 17.
h Eccleſiaſt. c. 7. & 1. ad Tim. 3. ca. ecce ego, 95. diſt. can. ſun. 93 diſt.
i cann. cum ex iniuncto, de hæret. ca. cum ſe plantare, de priuil.
k c. irrefragabili, & ca. licet, de off. ord.
l ca. uiſis, 18. q. 3.
m c. complantur, 24 q 3 cap. querelam, de uerb. ſign.
n c ſi diligẽti, de foro compe

ten. fere per totam, 6 q 3.
o c. ſi epiſcopus, de ſenten. excom. in 6. ubi gl. numerat caſus epiſcopales.
p c. cum inter uos, & c. quanto, de conſuet.
q tota 10 q 7.
r c. cum canonicis, & c. olim, de cenſib. c. placuit, 10 q 3.
s can. nobis, can. conceſſo, & c. placuit, 12 q 2 c. cum ſuper, de ſepult.
t can. quatuor, & can. de reditibus, 12 q 2 & can. decreuimus, 10 q. 1.
u can. placuit, can. peruenit, can. unio, 16 q. 1.
x can. decreuimus, can. de his, can. antiquos, 10 q 1 c. 1. c. 2. c. certificari, de ſepult.
y c. cum Apoſtolus, § inhibemus, de cenſib. c. 1 § fin. ut eccleſiaſt. benef. ſine quaque diminutione conferantur, can. cauendum, 10 q. 3.

ſolicitudo,& cura pertinet ad epiſcopum loci.[a]
Epiſcopus ſolus ſacerdotibus, & miniſtris ho-
norem dare poteſt, quamuis ſolus auferre non
poſſit.[b] Sed & in conſtitutionibus Caroli Ma-
gni capitularibus tranſactis cum epiſcopis re-
gni, cautum, ut epiſcopi emendandi inceſtuo-
ſos habeant licentiam, & corrigendi intra
ſuam prouinciam uiduas authoritatem.[c] Idem
in Aquisgrani ſanctionibus iuſſit, ut eorum
qui ordinari cupiunt, fides & uita ab epiſcopo
diligenter diſcutiatur, & ſic ordinentur: quod
& nouella Iuſtinianea comprehenſum eſt.[d]
35 Demandata etiam antiſtibus ſacris cura anno
næ, ut iuſto pretio uendatur[e] egentibus. Hanc-
que eandem Athalaricus rex Gotthorum illis
36 rurſum iniunxit, apud Caſſiodorum.[f] Chilpe-
ricus rex Galliar. ante Sueſſonum, filius Clo-
tharij regis Francorum, liberatus ab obſidione
& periculo, quo cingebatur apud Tornacum à
fratre Sigiberto, donauit epiſcopo Craſmaro,
fiſcum regium, ut aiunt in Tornaco, cum qua-
dam temporali iuriſdictione in Flandros, anno
Domini 578.[g] Et hodie in Gallia in pleriſque
locis ex liberalitate principum, & iure cliente-
larum per eccleſias poſſeſſarum, etiã in laicos
& iuriſdictionem temporalem habent epiſco-
pi, & abbates: quę notiora ſunt, quàm probatio
ne indigeant, noſque alibi de fiſco epiſcopali
37 agimus. Apud Ruthenos ſeu Moſconitas: ut re
fert Sigiſmundus Liber Baro,[h] epiſcopi notio
eſt, de diuortijs factis inter Kez, quos dicunt,
id eſt, duces, & inter quos dicunt Boiarones. i.
nobiles, & ſuper omnes ſeculares qui concubi
nas fouent: item ſi quando vxor marito non ob
ſequatur, ſi quiſquam in adulterio uel fornica
tione deprehenſus fuerit, ſi uxorem conſangui
neam duxerit, ſi coniunx coniugi quippiã ma-
li machinetur, de diuinationibus, incantationi
bus, uenenis, de contentionibus propter hære-
ſim uel fornicationẽ ſuſceptis. De Sodomitis,
ſacrilegijs, mortuorũ ſpoliatoribus, qui ab ima
ginibus & ſtatuis ſanctorum amouerint, de ijs
qui canem, auem, aut aliud animal immundũ
in ædem ſacram duxerint, aut comederint: hiſ-
que pœnas imponunt, aut ſi filius parentes ſo-
roreſque acrius increpauerit, item menſuras re
rum ſingularum ordinare ſtatuereque debent
ex concilio Toletano 3. cano. 16. epiſcopi cum
iudicibus ſecularibus idola deſtruere debent,
& cano. 17. de ijs qui necarũt filios cognoſcere.
Apud nos etiam plura ſunt, de quibus iuriſdi-
ctio ad epiſcopum pertinet: uerum de ea alibi
38 dictum eſt.[i] In ſymbolũ dignitatis & poteſta-
tis huius, baculus paſtoralis datur.[k] Vt Moſi &
Aaroni uirga:[l] accipit autem à ſuperiore ſũmo
pontifice, qui tamen non fert baculum cum ra
tione, cuius meminerũt ut de baculo dato à D.
Petro D. Martiali Hiſtoriæ, tum etiam quia is à
nullo homine, ſed à Deo accipit poteſtatem.[m]
Hic baculus uncus ex more Romanæ eccleſię,
rationeſq; traduntur, ut ea poteſtate in Dei ec-
cleſiam moroſi & gentiles trahantur, & delin-
quentes inuiti cogantur ad mentem redire.[n]
Item quia pedũ incuruũ non lædat oues, ſed in
uiam redire ſine læſione cogat: eſt tamen paſto
39 ralis baculus cruciatus apud Ruthenos:[o] A-
pud Vtopienſes inſulanos loco baculi præfer-
tur cereus,[p] ut arbitror ſymbolũ bonę uitę, quę
alijs in epiſcopo prælucere debeat. Datur & an
40 nulus epiſcopo tanquam ſponſo eccleſię.[q] Mi
thra quoque uel cydaris bicornis, ut ſcientiam
utriuſque teſtamenti capitis ſui eſſe ornamen-
tum cognoſcat: & aliquo modo metuendus po

a can. omnes Baſilicæ, 16 q. 7 can. obitum, 81. diſt. can. Decretum, & can. Eligenda, 10 q. 1.
b can. epiſcop. 67 diſt. c. felix, 95 q. 7. c. 2. de hære. in Sex.
c in capitula. Caroli Magni cap. 1.
d nouella 123.
e l. 2. de epiſc. audient.
f in Caſſiod. lib. 9 Variar. epiſto. 5.
g Meyerus, li. 9 Annal. Flãd. in eo anno.
h Sigiſmũdus Liber Baro, in Commentarijs rerum Moſcouitarum.
i diximus in l. artis Iuris c. 2. & 3. diſciplinæ, 95 diſtinc.
l Exod. 4.
m textus cum gloſſ in c. 1. § ſi de ſacra unctio. li. 1. decre tal. tit. 15. C.
n gloſſ penul. in dicto §. ſi c. uni. de ſacra unctio.
o Sigiſmund. Liber Baro in reb. Moſcouitarum.
p Thomas Morus, lib. 2. Vtopiæ.
q cã. ſicut uir. 7 q. 1.

pulo videatur. Quemadmodum legimus Mo-
ſis faciem cornutam uiſam, cum de monte de-
ſcenderet.[r] Apud Moſconitas archiepiſcopi,
epiſcopi & abbates, mithras nigras, & rotun-
das ferunt: ſolus autem epiſcopus Nouogar-
denſis albam bicornem more noſtro.[s] Flami-
nes quoque apud idololatras Romanos habe-
bant pilea,[t] & æſtate filo caput cingebãt, quia
eo nudato incedere nefas habebatur:[u] quem-
admodum & ſacerdotes augures lituo uteban-
tur,[x] id eſt, baculo incuruo, de quo Cicero,
quid lituus iſte veſter, quod clariſſimum eſt inſigne
41 *auguratus, unde vobis eſt traditus:*[y] Concedun-
tur & epiſcopo ſandalia, quæ uigilantiſſimam
gregis curam ſignificant: item ueſtis linea ſum
ma, quæ puritatem: chirothecęque, quę manus
ab omni humana contagione conſeruandas eſ
ſe admonent. Eſt & ſuperhumerale, cum myſte
rio, & reliqua ornamenta, quæ & in lege anti-
42 qua ſacerdotibus erant myſtica.[z] Quia igitur
epiſcopis cura gregis Dominici per partes fuit
diſtributa, cum fiducia tantę probitatis, placuit
à maioribus, ut quilibet epiſcopus ſuo mune-
ri ſumma fide inuigilaret, & ne ordinem turba
ret decretum, in alias prouincias tranſeundo.
Vt enim coniugium corporale non poteſt ab
homine, ut à Deo coniunctum ſeparari,[a] ſic
nec coniugium ſemel cum eccleſia ſua ab epiſ
copo initum niſi ex cauſa & à ſum. pontif.[b] ſo-
lum, ut nec patriarchæ id liceat.[c] Decretum au
tem eſt in ſynodo Nicena, de non transferen-
dis epiſcopis, ut occaſio etiam ambitus in eccle
ſia præcideretur, quòd multa ex prenſatione cõ
petitorum euenisſent mala.[d] Et ſub Theodo-
ſio, epiſcopi omnes una cũ Nectario conſtituti
Conſtantinopoli, ſenatuſconſulto cauerunt, vt
Nicenæ ſynodus decretum certum eſſet, & iux-
ta antiquos canones epiſcopi in eccleſijs ſuis
manentes, non temere in aliarũ diœceſium fi-
nes tranſirent, quod antea facile fiebat propter
perſecutiones.[e] Cæterũ canon de epiſcoporũ
in alias parœchias mutatione, μετάβασιν, οὐ με-
τάθεσιν, i. tranſitionẽ, non mutationem epiſco-
porum prohibet. Trãſitio eorum eſt, qui per ar-
rogantiam, forte miſcendarũ rerum gratia in
thronos inſiliunt, quæ inhibetur, non legitima
43 translatio. Nã & primus Apoſtolorum Petrus
eccleſiã Romanam gubernauit translatus, &
alij plures translati licite, quos refert Nicepho
rus Caliſti,[f] & Socrates.[g] Epiſcoporum repe-
riuntur ſpecies, eorum, qui titularij, & chorepi
44 ſcopi appellantur. Ambulatorij etiã apud nos
& ut uocantur portatiui reperiuntur epiſcopi,
titularios uocat Synodus Tridentina: ij enim
uere epiſcopi aſſecuti ſunt dignitatem & pote-
ſtatem & titulum. Verum non potiuntur fru-
ctibus ſui beneficij uel ſuæ eccleſiæ, epiſcopali
ſede ab Agarenis occupata. Ambulatorij &
mobiles dicti epiſcopi, quòd ueluti à proprijs
exules, poſſint ubicunque peruenerint conſen
tiente loci epiſcopo, & eo delegante, munus e-
piſcopale obire. Poteſt namque quidem epiſco
pus in ſua ſede, quæ iuriſdictionis ſunt cuilibet
delegare, etiam non epiſcopo, at quæ ordi-
45 nis ſunt, non poteſt niſi epiſcopo.[h] Quare hic
epiſcopus titularius, poterit, ut delegatus ea
quæ ordinis ſunt uice epiſcopi in epiſcopatu
alieno peragere, ueluti clericos ordinare, uir-
gines, aut chriſma conſecrare, & reliqua, quæ
miniſterium exigunt conſecrationis perficere.
Epiſcopatus iſti titularij retinent prioris ſta-
tus umbram, & eos quibus conferuntur impel
lunt quodammodo, ſi zelo Chriſtianæ fidei te-

neantur,

r Exod. 34.
s Sigiſmundus Liber Baro. cõmẽtarijs de re. Moſcouitarũ.
t Aulus Gellius, lib. 5. c. 8.
u Plinius, lib. 8 c. 11.
x Liuius, in 1.
y Cicer. 1. de diuina.
z Exodi 28.
a cap. 19. diui Matth.
b ca. 2. & 3. de tranſlatio. epiſ. lib. 1 Decretal. tit. 7 c. cum ex illo, ca. quamuis, 7. q. 1 c. mutationes, 7 q. 1.
c c. 1 eod. tit. de transla. epiſ.
d Nicepho. Calix. lib. 12. c. 18
e Niceph. Calix. l. 12. ca. 19. Socrat. l. 9 Hiſto. tripart. ca. 19.
f Niceph. Calix. lib. 14 hiſtor. eccleſ. ca. 39
g Socrates in hiſtoria. tripartita. lib. 12. c. 8
h c. pen. de conſecrat. eccl. ap. Gregor.

nearetur, eo [illegible] ſutis proficiſci, ut experiantur, ſi quid ex grege poſſint uel reſtituere in priſtinam ſal[illegible]tem, uel ſi qui ad[illegible]uc ibi ſint, ſi liceat eo pr[illegible]ci, in fide conſeruent ac nutriãt. Et meo iudicio non alia ratione conferri debẽt iſti epiſcopatus, nec alijs, quàm operarijs pro uinea Domini mori paratis: Alioquin enim mihi uidetur ualde ambitio[illegible]s, & iniuriam eccleſiæ Dei irrogare, qui prohibitam [illegible] & tranſitionem in alienos epiſcopatus prætextu ſpe[illegible]ioſi tit[illegible]li, aucupatur [illegible] modo de gre-

46 ge, quem deſiderauit, ſ[illegible]icitus. Chorepiſcopi, Gra[illegible], e[illegible]ant uicarij ab epiſcopis in [illegible] dioeceſeos miſſi, ut notat Budæus ex B[illegible]io [a] De [illegible]is Damaſus Pappa

47 tra[illegible]tat. [b] E[illegible]s officium cum epiſcopis cõmune fere in omnibus, dempto quod erigere altaria non poſſent, nec eccleſias conſecrare, nec per impoſi[illegible]nem manu[illegible] fide ibus ba[illegible] [illegible] uel [illegible] [illegible]aclerum ſpi[illegible] [illegible] de[illegible], non c[illegible] [illegible]cere, non ba[illegible] [illegible]tes cr[illegible]mate ſignare, non p[illegible] [illegible] in pœnitentem in m[illegible]a reconciliare, ait [illegible] Leone ſum. pontif. [illegible] De Ch[illegible]te [illegible], concilium ſub C[illegible] Magno Aqui[illegible] [illegible]bitum, Ancyrenſe ſt[illegible], ne qui quã fa[illegible]erent abſque licentia epi[illegible] in cuius eſſent dioeceſi [illegible] quod & in concilio [illegible] odicenſi ſtatutum eſt. [c] Mem[illegible] concilium œcumenicum Chalcedonenſe, ne Chorepiſ[illegible], uel alij epiſcopi eccleſiaſticive m[illegible]nens participes, pretio uel nundinatione fia[illegible]d [illegible]ennadius patriarcha C[illegible]antinopoli[illegible] [illegible]um ſynodali conſtitutione [illegible] floruit circa an-

48 num Domini 47[illegible], ut ait T[illegible]hemius. [g] Ante eum tamen inuenio Dam[illegible]m Hiſp[illegible]nu ſum. pont. qui cathedri[illegible] concendit [illegible] Domini 368. Chorepi[illegible]pos iam improbaſſe [illegible]eſcenti[illegible] [illegible]am titu[illegible] [illegible]. [i] decreuit [illegible] tamen, ne quid A[illegible] qui uocabant chorepiſcopos, aliquid molirentur contra epiſcopos.[l]

49 Extat [illegible] Gregorium Nazianzenum iutamẽ tum & [illegible]uorum epiſcopale, [illegible]uod omni ſpeciei ep[illegible] [illegible] commune eſt, & C[illegible]anotu[illegible]

[illegible] & [illegible]

Cuius [illegible] ſecum re[illegible] ſeruat[illegible], [illegible]on deſider[illegible] turum ſedem [illegible]am, non quæ[illegible] [illegible]pem [illegible] hunde, quàm à Deo, humanam. [illegible] lemat[illegible] nos notat [illegible]phanius, dum [illegible] [illegible] ſecum cat[illegible] [illegible]tatorem, & per aſſimu[illegible] [illegible]p[illegible] dexter[illegible]m. Iu[illegible] [illegible]bus in ſuperbi[illegible] [illegible] [illegible]ne[illegible] [illegible]rum, ita inter iudican[illegible] [illegible], ſe inducturum fine [illegible] inert[illegible]tia, ſi[illegible] ne [illegible]io, ne u[illegible] ſe p[illegible]opri[illegible] amici [illegible] pau[illegible] peres uacu[illegible] non [illegible]et a[illegible]ire, quod uerbum Dei prædicabit.

De Abbatibus. Cap. XIII.

[illegible]

1 A[illegible] unde.
2 A[illegible] appellatio quando primum cœpit. Hilario Anacoreta primus monachus, eod. D. Antonius, eod.
3 *Abbatis nomen ſuperbe uſurpatum, & reprehenſum.*
4 *Abba nomen dignitatis, & præpoſitione.*
5 *Archimandrita quis.*
6 *Hetæriarcha quis dicatur.*
7 *Abbatum diſtinctiones ratione exemptionis regula, commenda, &* [illegible]
8 *In abbates qui poſſunt eligi.*
9 *Abbatiſſæ ex quibus eligendæ.*
10 *Abbat[illegible]rum quæ debeat eſſe ætas.*
11 *Ad abbatias rex [illegible]liarum nominat.*
12 *Abbatis & abbati[illegible]æ electionis confirmatio ad quos pertineat.*
13 *Abbates benedici debent intra annum poſt ele[illegible]nem.*
14 *Abbatis, & epiſcopi differentia*
15 *Abbates qui benedicti ſunt, monachos ſuos benedicunt, dummodo ſint presbyteri.*
16 *Abbatialis dignitatis ratio, & finis, & poteſtas, ſeu iuriſdictio.*
17 *Abbas aut monachus non interſit nuptijs, non [illegible]piat de Baptiſmo.*
18 *Abbatiſſa ſola non alloquatur uirum, non uelet uirgines.*
19 *Abbatiſſæ quæ liceant, & prohibeantur*

1 S[illegible]ican[illegible] q[illegible]am [illegible]bba[illegible]m, [illegible]m eſſe e[illegible] qu[illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] a. He[illegible]ixi [illegible] tient אב a [illegible] &

2 re addunt [illegible] in אבא [illegible] lus hic & f[illegible] [illegible] A[illegible] primum cœpit fre[illegible]entar[illegible] [illegible] gione. Scribunt [illegible]mque Sozomenu[illegible] [illegible] ronymus, [m] & ali[illegible] Hilarionem Ana[illegible]ret in ſaltibus [illegible]ebaidis Syriæ primum floruiſſe mon[illegible]hum, à quo plures [illegible] formã in accipientes, eremi cultum in[illegible] [illegible]unt. Vixit & D. Antonius in T[illegible] [illegible] ne Ægypti, & ibi condidit mon[illegible] innumeri poſtea ſecuti ſunt [illegible] præpoſitos nomine p[illegible] abbates di[illegible] [illegible] men[illegible]um [illegible] & [illegible]uen[illegible] [illegible] q[illegible]m[illegible]os edoc[illegible] & haben[illegible]

3 tamen [illegible] ambitionem ap[illegible] [illegible] neraint, ut quondam eorum, qui uoleb[illegible] uoc[illegible] In q[illegible] ſuperbiam deteſtatus D. Hieronymus, dũ [illegible] *Cum autem abba, pater, Hebræo ſermone ſ[illegible] dicatur, & Dominus noſter in euangelio præcipiat nullum patrem uocandum niſi Deum [illegible] qua licentia in monaſterijs uel uocemus hoc nomine*

4 *[illegible] hos, uel uocari nos acquieſcamus.* Loquitur enim de ijs, qui nul[illegible] ura al[illegible]m donati, n[illegible] poſſe ita nor[illegible] na[illegible] que [illegible] oc[illegible] m[illegible] a [illegible] m[illegible] m à præpo[illegible]us [illegible] ue [illegible] gloria [illegible] [illegible]udinis pou[illegible] nàm [illegible]

5 n[illegible] a[illegible]e[illegible]ario. [q] [illegible] itaque [illegible] bas p[illegible] [illegible] d[illegible] tem, [illegible] pe[illegible]equebantur C[illegible] [illegible] [illegible]n [illegible]y [illegible] & eremum feced[illegible] nt, & [illegible] unciã quæ [illegible] [illegible] nebr[illegible] [r] Quare retento h[illegible] ne, ratione ſolitariæ uitæ, qui eli[illegible] [illegible] bos præſunt abbates, a chimandr[illegible] [illegible]ntur item & ἑταιριάρχαι hetæriar-

6 chæ. S[illegible] dem apud Suidã ἑταιριάρχης dicitur,

7 [illegible] ἄρχων, princeps ſodalitij. In prouinciali Romano eccleſiarum, traditur monachorum

chorum ordines S. Baſilij caput uocari atc [illegible] mandritam. Abbatum alij exempti à poteſt[illegible] epiſcopi diœceſeos, alij ei ſubditi, alij regulares, & tales omnes e[illegible] bent ex reg[illegible] la [illegible] alij commenda[illegible], qui ſeculares clerici in
8 commendam [illegible] tias habentes. Atque abbatum [illegible] qu[illegible] ordinum qui bus [illegible] æ. Eliguntur ta [illegible] tis ſint a- [illegible] ten.[b] [illegible]

[illegible]

9 [illegible]

[illegible] c. eaque abe[illegible] qualet abb[illegible] annorum quadr[illegible] & quæ poſt [illegible] annos octo laud[illegible] nec tamen [illegible] na dumbus monaſterijs p[illegible] & ſi ex qu[illegible] eligitur aliam h[illegible] beat ab[illegible] ſex menſes alteram [illegible] concilio Tridentino.[k] In[illegible] porro olim ua[illegible] um eſt nam aliquando exagenari[illegible] aliquando [illegible] annorum, [illegible]
11 ſe debent.[n] [illegible]

[illegible] qui [illegible] legi diœceſanæ his q[illegible] monaſterij ex facultatibus & [illegible] offeruntur [illegible] m ex i[illegible] decimationibus [illegible] quibus eximuntur [illegible] monaſt[illegible] ecclesiæ, à p[illegible] [illegible] teſta[illegible] nt etiam [illegible] legi diœceſanæ ep[illegible]
13 co[illegible] ſubijci [illegible] A[illegible] antur [illegible] n[illegible] poſt el[illegible] nem [illegible]
14 con[illegible] epiſcop[illegible] copus, & abbas in hoc [illegible] lijs in[illegible] q[illegible] co[illegible] abbatem [illegible] nte bened[illegible] m [illegible] abbat,[b] & ideo be[illegible] lect & [illegible] in abbatem poſt [illegible] poſſe [illegible] ben[illegible] nem adeptam.[c] At epi[illegible] ionem, non uocatur epi[illegible] ed [illegible]:[d] & poteſt [illegible] ben[illegible] priora[illegible] crationem, uel donec tempus [illegible]

15 conce[illegible] um [illegible] [a] Iure ep[illegible] ne ceſ[illegible] & p[illegible] abbates benedi[illegible] be[illegible] epiſcopi [illegible] ſuperiori[illegible] us priuſquam [illegible] liceat ſuos monachos benedicere,[f] niſi epiſcopus rei requ[illegible], ſeu interpellatu[illegible], recuſaſſet benedicere.[g] Benedicunt autẽ [illegible] ſuos monachos, ſi ipſi ſacerdotes ſint, non aliter, & iu[illegible] ta [illegible] xiam ſynod[illegible][h] [illegible] mo[illegible] [illegible] & [illegible] ordines conferunt. Benedicere tamen publice populum non [illegible], hoc enim [illegible] po-
teſt [illegible] ero apud [illegible][k] & le-
16 [illegible] ratione mona [illegible], cuius [illegible] receſſim. H[illegible]

[illegible] garibus & ſecular[illegible] ongreſſu alien[illegible]
17 [illegible] & eodem conſilio Antiſ[illegible] ne abbas aut monachus [illegible] cipiat, [illegible] Ab[illegible] iter ideo [illegible] abiſſe [illegible] em uetu [illegible] debent [illegible] religioſè [illegible] induce uel[illegible] & Deo [illegible] tamen uitij [illegible] n poteſt quod fecerit [illegible] in decreti Euthi[illegible] ani Pappæ [illegible] Quæ poſſ[illegible] abbatiſſa, & quæ non permitta[illegible] ibus mino[illegible] poteſtas [illegible] detract[illegible] m, per gl[illegible] ſſam [illegible] textu[illegible] lect filia [illegible] bedien. pud Gregor.

De monachis. Cap. XIIII.

D[illegible] lla Mona.[illegible] D[illegible] In D[illegible] 18 9. [illegible] lib 3 Decret[illegible] Li[illegible] 4. Lib 3 [illegible] 9 Lib.3. Extr[illegible] domib [illegible] Li[illegible] 3 Decret[illegible] 36 [illegible] L[illegible] Clem[illegible] 11. Lib.3. E[illegible]

1 *Continuatio capitis ad ſuperiora.*
2 *Monachi nomen quid ſignificet.*
3 *Monachi ſine[illegible]o.*
4 *Solitudo per ſe ſine Dei contemplatione ad [illegible] biem ducit, & periculoſa*
Dæmones in ſolitudine inſi[illegible] antes, eod.
5 *Populus [illegible] turba à prudentibus uitari debent.*
6 *Solitudinis non otioſ[illegible] præconium. [illegible]*
7 *In ſolitudinem ſapientes etiam Eth[illegible] conſulerunt, ut Pythagoras, T[illegible] ato, Pyrrho, Eleus, Sylla.*
8 *Sacerdotes ethnicorum ſolitarij.*

9 *Monacho*

a [illegible] oeta io clement.a de ſtat rego
b [illegible] de ſupplen. negligen. prælat. c. meminimus, de accuſatio.
c [illegible] a. de multis, de probend
d [illegible] de his quæ fiunt a præla. ſine conſen. capi [illegible] niſi ſpecialis, de auth. & uſu pall.

[illegible] Clemens. [illegible] ſtat. monach. a cap 1 de ſupplen. negligen.

9 *Monachorum tria genera in Aegypto.*
10 *Eremitæ qui, & quales.*
11.29. *Teſtari non poſſunt monachi regulares, eremitæ poſſunt.*
12. *Eremitæ qui diu latuerunt inuiſi, Acceſpſemas, Pior, Didymus, Paulus, & 14.*
13 *Simeonis de columna eremitæ mirum.*
14 *D. Antonij auſtera eremitica uita.*
15 *Cænobitarum monachorum inſtitutiones.*
Benedictus Nurcinus, eod.
16 *Monachi & fratris quibuſdam differentia.*
17 *Monachi qui fieri poſſint.*
18 *Monachus quando poſſit ab una in aliam tranſire regulam.*
19 *Monachi à quibus recipiantur.*
20 *Monachi probationis tempus, & profeſſionis ſolemnitas.*
21 *Monachi profeſſio expreſſa & tacita.*
22 *Monachi ætas quæ eſſe debet.*
23 *Monachus fieri non poteſt demens.*
24 *Monachos facit paterna deuotio, ſed ne infantes indeuotos uerendum.*
25 *Monaſticæ profeſſionis uota generalia.*
26 *Proprietatem rerum eiurant eccleſiaſticæ perſonæ.*
27 *Paupertatis uotum omnium clericorum.*
28 *Monachi peculium non debent habere.*
29 *Monachi & clerici maioris ordinis caſtitatem uouent.*
30 *Caſtitatem uouent eccleſiaſticæ perſonæ.*
31 *Nuptiæ monachorum, aut monacharum profeſſarum nulla, & deteſtanda.*
32 *Caſtrati qui, & quando remoueantur à miniſterio eccleſiaſtico.*
32. & 35. *Fœminæ ne ad clauſtra monaſteriorum monachorum accedant.*
34 *Monachi non debent habere commatres.*
35 *Monachi ab inſtrumentis muſicis abſtineant.*
Ne conuiuijs mulieres in monaſterio adhibeant. eodem.
36 *Obedientiæ leges monaſterijs ſeruandæ.*

1 NOn poteſt intercipi ordo, ut poſt abbates de monachis nõ dicatur: ſiquidẽ perſonæ iſtæ relatiuæ ſunt: præpoſitus quippe monachorum, abbas: quamuis & monachis etiam alterius nominis alij præpoſiti dicantur, ut priores, mini-
2 ſtri, uicarij, &c. Monachus nomine μοναστὴς, eſt, id eſt, ſolitarius, ut μοναστρία, ſolitaria, μόνος ſolus, μονὰς unitas: unde μοναχὸς ἐκ τῆς παραγωγῆς, deductione facta ex μόνος & ἰνὼ, & ut alijs placet, ex μόνος & ἄχος, à triſtitia & ſolitudine, quaſi ſit ſolus triſtis.[a] Etenim ſine ſolitudine, & qui intra clauſtra non ſe continent, monachi non dicuntur, nec uiuere ut tales, non ſecus, quàm piſces ſine aqua, poſſunt.[b] Vitare enim debent, ut uita nomini conueniat, hominum frequen-
3 tiam.[c] Quamobrem, monachus diffinitur, uir ſolitariam uitam regula quadam ſancta definitam ſecutus, ut Dei obſequio, & rerum diuinarum meditationi liberius inſeruiat. Hæc finitio genus continet uitæ ſolitariæ, ſed reliqua differentiam conſtituunt inter uitam ſolitariam alijs de cauſis electam & monachiſmum Chriſtianum, qui cum ſolitudine habet diuinum miniſterium, & iucundam in Deo uitam:
4 Alioquin enim ſi ea deſit, uerẽdum eſt, ne in rabiem & deſperationem ſolitudo deſiliat. Homo ſociale namque animal:[d] & mala facile perſuadet iniucunda & triſtis ſolitudo, nulli negotio uirtutis intenta, Ideo enim, inquit Seneca, lugentem timentemque cuſtodire ſolemus, ne ſolitudine male utatur.[e] Nec uir magnanimus ſolus poteſt omnia exequi, ſicut non ſolent planetæ, niſi geminentur, aliquid moliri.[f] Vt & Deus dixit, bonum non eſſe hominem eſſe ſolum[g] & Eccleſiaſtes, *Væ homini ſoli, qui cum ceciderit, non habet ſubleuantem.*[h] Et ſentiunt Hebræi maxime omnium Dæmones noxios, quos ipſi מזיקין mizekin nominant, tum maxime inſidiari, cum homo ſolus eſt. Sicque Rabbi hanniua filius Hachinai dicit, *Qui euigilat in nocte, quique iter facit ſolus, & auertit cor ſuum ad uanitatem, ſeipſum reum facit mortis.* Sicque ſe habent uerba Hebraica.[i] הניעור בלילה והמהלך בדרך יחידי והמפנה לבו לבטלה הרי זה מתחייב בנפשו quæ ſic leguntur, hanegor belailah, uehamehaleb bede rec iehidi, uehamiphaneh libo lebatala horei ze mith haieb benapheſco. Qua ratione etiam ex eremo ſolitarij rectius in monaſteria & cœtus congregati ſunt, legibus uiuendi præſcriptis, à prudentioribus, retenta ſancta ſocietate, & ablegata curarum & hominum ſeculo inſeruientium
5 familiaritate & frequentia. Nam & turbæ & populi conſortium prudentioribus quibuſcunque uitandum eſt, dum nec inde quippiam commodi haurire, nec utilitatem eis conferre poſſunt: unum exemplum luxuriæ aut auaritiæ mali multum facit: conuictor delicatus paulatim eneruat & emollit: uicinus diues cupiditatem irritat: malignus comes quamuis candido & ſimplici, rubiginem ſuam affri-
6 cuit. Quid tu accedere his moribus credis, in quos publice factus eſt impetus? neceſſe eſt, inquit Seneca,[k] aut imiteris eos, aut oderis. Et, ut Menander ait, ὡς ἡδὺ τῷ μισοῦντι τοὺς φαύλους ἐρημία, *quàm bona ſolitudo ei, qui malos odit.* Hincque prodijt illud Pythagoreum λάθε βιώσας. Quod etſi non ſemper aut in omnibus non approbarit Plutarchus,[l] aliter tamen pla-
7 cuit Poetæ qui ait, *Bene uixit qui latuit.* Platonicorum philoſophorum conuerſatio in lucis erat, ut Pythagoreorum ſolitudo inſignis.[m] Firmat id Porphyrius, *Sapientes*, inquit, *diligenter olim omnia deuitabant, quæ animam corpori affigere poſſent.* Sic Pythagorei & ſimiles ſapientes, partim ſe in ſolitudinem receperunt, partim in lucis templiſque uiuebant, unde procul turba omnis ſubmoueretur. Plato elegit academiam inhabitandam, agrum non modo ſolitarium & ab urbe ſemotum, ſed etiam ut ferunt inſalubrem. Alij uero oculis minime pepercerunt, quo contemplationem intimam, nullis interpellatam & perpetuam conſeruarent.[n] Solitudo ex ſententia D. Auguſtini menti neceſſaria eſt.[o] Et ad philoſophiã ſecundum D. Chryſoſtomũ[p] neceſſaria. Quia, ut notat Marſilius Ficinus, ſolitudo philoſophantibus non tam remiſſio mentis, quàm intẽtio eſſe ſolet.[q] Solentque dicere quod Scipio maior uſurpauit,[r] *Nunquam minus ſe eſſe otioſos quàm cum otioſi, nec minus ſolos, quàm cum ſoli ſunt.* Et prædicant, ut author eſt Heſychius[s] Illuſtrius, Pyrrhonem Eleum Anaxarchi comitem, ſolere ſolitudines & ſeceſſus captare, raro domeſticis uidẽdum ſe præbendo, idque feciſſe ab eo tempore, quo Indum audiuerat Anaxarcho exprobrantem, obijcientemque, quòd alium neminem uirtutẽ & bonum doceret, ipſe aulas regum colens atque frequentans. Sylla, quem ferunt ad omnia fœliciſſimum, & tantum proſperitatis quantum concupierat adeptum, noluit ex tyranno ſponte fieri priuatus: & ob id ad ſolitudinem &

a vt inta. placuit, 16 q. 1.
b dicto. c. placuit.
c cap. ſi cupis, 16. q. 1.
d Ariſtoteles, 1. polit. ca. 4.
e Senec. libr. 1. epiſt. epiſt. 10.
f Iaſon de May no, in epiſtola ſuo Alanc. & Mattæ Anglia.
g Geneſ. 2.
h Eccleſiaſtici. cap. 4.
i In li. qui inſcribitur pirke abot ſeu capitula patrũ. c. 3.
k Seneca. epiſtol. 7. li. 1. epiſtolarum.
l Plutarch. libello de eo ſingulari.
m Cælius Rhodig. li. 23. c. 30.
n Porphyrius, lib. 1. de abſtinent. animal.
o D. Auguſti. tracta expoſit. in Euangel.
p D. Chryſoſto in D. Ioannem home. 42.
q Marſil. Ficinus li. 3. epiſtolarum, epiſt 9.
r Cicero, 3. Offic.
s Heſychius Mileſius Illuſtrius, libro περὶ σοφῶν.

agreſtiiatem declinauit, profectus Cumas ad
agros proprios, quo in loco maritima ſolitudi-
8 ne oblectatus.[a] Et Plato tradit ſacerdotes anti-
quorum ſeparatos ab omni turba, uitam egiſ-
ſe.[b] Sacerdotes quoque Sicambrorum, qui po-
ſtea dicti Franci, certu anni temporibus non in
urbibus, ſed in ſolitudine commorabantur, qui
bus & cibus parcus, ingenij exercitatio ad diſcé
dum curſus aſtrorum, carminaque & ueterum
hiſtorias continua.[c] Refert Philo Iudæus in
Ægypto circum Alexãdriam in colle terreno
accliui, ſito ad ſtagnum Mariam, ſuo tempore
uiſas ſacras ædicolas, quas Samuea uocabant,
ſeu monaſteria, ubi ſolitarij ſanctæ uitæ miſte-
rijs darent operam. Et poſtea permulta de ho-
rum uita recenſet, quæ ſpeciem cœnobitarum
9 deliniãt, apud ipſum uidenda.[d] Monachorum
tria genera fuiſſe in Ægypto ſcribit D. Hiero-
nymus, unum Cœnobitarũ, quod illi *auſes* lin-
gua vulgari & gentili dicunt; communiter ui-
uentium, aliud Anachoritarum, ab hominibus
longe in deſertum ſecedentium, id enim quoq;
ἀναχώρησις ſignificat. Tertium eorum, quos ipſi
ſuo idiomate *remeboth* dicũt, teterrimum & ne-
glectum, quorum bini, terni, nec multo plures
habitant, arbitrio ſuo ſuaque ditione uiuen-
10 tes.[e] Antiquiores ſunt inſtitutione eremitæ,
qui ſoli uiuunt, horumque liberior uita & uere
ſolitaria & ſingularis:[f] nec legibus cœnobita-
rum tenentur, & proprium poſſidere poſſunt.[g]
Si qui tamen ex cœnobitis regularibus profeſ-
ſis regulam aliquam, in eremum ſecedant, ar-
ctioris ordinis & uitæ erunt: retinent enim pri-
mam profeſſionem, cui ultra addunt profeſſio
nem eremiticam, dum tamen eam amplectan-
tur ex conſenſu ſuorum prælatorum, qui eam
11 concedere poſſunt.[h] Sic eremitæ ſimplices te-
ſtari poſſunt, iſti cœnobitæ, & qui ex cœnobitis
12 fiunt eremitę, non poſſunt.[i] Proprium eremitę
eſt latere, ab omniue conſpectu procul abeſſe,
ut ferunt Acceptemam in ſolitudine Cyri ur-
bis, in conclaui per annos 60. abditum latuiſ-
ſe:[k] ut & Pior in eremo Scytica Ægypti, poſt an
nos quinquaginta uix aſpici ſe à ſorore idque
13 paruimper paſſus eſt.[l] Et Dydimus cum nona-
ginta annos uixiſſet, nulli hominum ad morté
uſque ſe coniunxit.[m] Simeon dictus de Colum
na, in columnis minoribus ſepté annis, in ma-
iori quadraginta cubitorum uitam egit trigin-
ta annis, atque cum ſeptum circumcirca fieri
mãdaſſet, ferream cathenam uiginti cubitorũ
comparauit, cuius initium quidem cuidam pe-
træ maximæ appendit, alterum autem dextro
pedi adaptauit, ut nec ſi uellet, abiret extra hos
14 limites.[n] D. Antonius ſumebat panem, ſalem,
& paululum aquæ, panem per tectum immiſ-
ſum bis in anno, neque ab eo quidem qui immit
tebat uel alio unquam uiſus, aut ullum cum eo
aut alio aliquo colloquium miſcens: eratque
omnis ad ipſum aditus lapidibus obſtructus,
eamque uiuendi rationem, per totos uiginti an
nos tenuit, ut eſt author Athanaſius.[o] Vt & ex
D. Hieronymo didicimus, Paulum alium, ere-
mum 16. ætatis ſuæ anno petentem imperante
Decio, in ea totam uitam traduxiſſe, à nemine
interim, niſi à D. Antonio, idque ſub mortem
ipſius unquam conſpectum.[p] Conſtantinopo-
litana 6. ſynodo cautum eſt, canone 42. quo-
que, ut eremitæ qui in urbibus uagantur inter
uiros & mulieres, uel habitum monachorum
15 cæterorum ſumant, uel urbe ſecedant. Cœnobi
tarum collegia ex diſperſis ſolitarijs inſtituit
Benedictus Nurcinus in Vmbria Italię regio-
ne natus, quando ipſe ex eremo in Caſſinum
uenit montem, iuxta Sublacum, Latinorum op
pidum. Antea illi alibi erant, ut diximus, con-
gregati per cœtus ſolitarij, quibus leges deſcri-
pſit & deſcriptas ab alijs auxit Baſilius Ma-
gnus Cæſareæ Cappadocum præſul, qui floruit
circa annum Domini 383. Alias conſtituit D.
Auguſtinus. Sicque tribus formulis uiuendi
præſcriptis cœnobitis, à DD. Baſilio, Auguſti-
no, & Benedicto, propagatæ ſunt ſacræ plures
familiæ & ſodalitia:[q] quas ſuperfluum eſt enu-
merare, quòd & nota ſint, & ea iam cumulate
tractauerit[r] Polidorus Vergilius, apud quem
etiam legito de canonicis regularibus, Carthu
ſianis, Hieronymianis, Carmelitis præmonſtra
tenſibus, crucigeris, & aliorum mendicantiũ,
alteriuſque ordinis familijs.[s] De quibus etiam
16 fusè Bartholomæus Chaſſaneus.[t] Sunt quidá
tamen qui monachi nomine uocari diffugiũt,
quamuis ex inſtitutione monachorum ſint, &
regulam profeſſi ſint, frænum ſibi laxantes, &
fratres ſe dicunt, inter fratres, & monachos con
ſtituentes diſcrimen, & diuerſa eſſe monaſteria
fratrum & collegiorum & monachorum pu-
17 tant.[u] Monachi fieri poſſunt ſeculares & cleri
ci, etiam inuito epiſcopo, eo tamen prius con-
ſulto, ſi eccleſias illius teneant.[x] Aliquando ta
men in Gallia non licuit inter Francos libero
homini ſe dedicare monaſterio, niſi conſulto
principe. Nam aliqui in monaſterium tranſi-
bant, non ſtudio pietatis, ſed ut pericula bello-
rum & ciuilium muneſũ functiones euitarent:
aliqui, quod opibus pollerent à callidis mona-
chis circumueniebantur, illos ueluti piſces in
naſſam pellicientibus: proinde legitimis quo-
que teſtibus opus erat, ſi quis aliquid eccleſiæ
18 donare uoluiſſet.[y] Hodie etiam iure pontificio
ab uno in alium non licet diuerſum[z] tranſire
ordinem, niſi in arctiorem regulam, & licentia
petatur ab eius ordinis quem relinquit præla-
to.[a] Qui coniugati ſunt non poſſunt mona-
ſterio ſe dedicare, niſi uterque coniugum mo-
naſterium ingrediatur, uel caſtitatem perpe-
tuam iuret ſe ſeruaturum, altero ingredien-
te:[b] aut ingrediantur ante matrimonium con-
19 ſummatum.[c] Fiunt & admittuntur monachi à
præpoſitis monaſteriorum, & monachorum ut
plerumque aſſenſu & cõſilio, probatione prius
facta, num & ipſe qui monachus fieri deſide-
20 rat, iugum poſſit ferre monaſterij & regulæ: &
num etiã monaſterio is idoneus uideatur, ſub-
ſecuta profeſſione, quæ fit ſolẽniter teſtatione
facta, & publice ſe uelle uotũ & regulam eius
ordinis & religionis ſequi, ſcriptura interuenié
te, & à profitente ſubſcripta,[d] cum habitus mu
tatione,[e] quæ ſola non facit monachum ſine
profeſſione:[f] ut nec illa profeſſio facta ante an
num probationis ad minus obligat, ſiue de fœ-
mina ſiue de maſculo agatur.[g] Et interdum, in
clerico incognito biennium, interdum trien-
nium exigitur probationis faciendæ cauſa.[h]
21 Ignorandum tamé non eſt profeſſionem & ex
22 preſſam, & tacitam eſſe, de quibus uidédus An-
gelus Clauaſius:[i] In utraque ætas legitima in-
teruenire debet in maſculis ſecundum ius pon
tificium, 14. annorum, in fœminis 12.[k] hodie
porro in maſculis Gallica iura 25. annos, in fœ
minis 20. deſiderant.[l] Tridentina ſynodus iuri
conſenſit antiquo.[m] Vtroq; iure tamen in inſu
lis deſertis, ubi auſterior ducitur uita, prohibitũ
in

a Appian. Alexandrin. libr. 5. bellorum ciui.
b Plato in Timæo.
c Trigem li. 2. Arcuarij annalium hiſt. Francorũ in 3. rege.
d Philo Iudæ. lib. de uita contemplatiua.
e D. Hierony in regu. monacho Franciſcus Syluius, in Cõmenta. ad Gryphũ Auſonij.
f ca. quis uere, 16 q. 1.
g d ca. qui uere, & ca. perlatum. §. econtra, 19 q. 1.
h c. cũ ex eod. de exceſſ. prælat. in 6.
i ca. perlatum, 19 q. 1.
k Theodoret. lib. 4. c. 28.
l Sozomenus, lib. 6. c. 29.
m Socrates, li. 4. Eccleſiaſt. hiſtor. c. 23.
n Theodoret. in ſacra hiſtoria.
o D. Athanaſ. in uita D. Antonij.
p Hierony. Pauli he

q ca. pernicioſam, 18 q. 2.
r Polyd. Virg. lib. 7. de inuentor. rer. c. 3.
s uide & Poly. Virg. li. 7. c. 4.
t Barthol. Caſſanæus, in catalogo Glori. mũdi, 4. par. conſideratione 52. & ſequen. plur.
u notant Neoterici interp. in c cauſam quæ, de iudi. ap. Gregor. gl. in regula 3. cãcellariæ Innocentij 8.
x c 1 & 2. 19. q. 1. ca. 1. & 2 19. q. 2.
y Beatus Rhenanus, li. 2. rer. Germanic.
z c. nullus abbas, 18 q. 2 ca. ſanctorum, 70. diſt. c. clericos, 71 diſtin.
a can. licet, de regular. & tranſeunt. ad relig. c. monachum, 20 q. 4.
b ca. quidam, & c. cum ſis c. uxoratus, c. placet, c. ueniẽs, & ſeq. de conuer. coniug. 33 q. 5. & ca. ſunt qui, cum duob. ſeq. 27. q. 2.
c ca. 1 & ca. ex publico de conuerſ. coniug. c. commiſſum, de ſponſal. 1 Nouobus, de epiſc. & cler. C.
d can. uli 20 q. 1 cano. omnes, 20 q. 1.
e ca. in mulis, 20. q. 1.
f c. 3 de regul. ap. Grego. cap. porrectum nobis. eod. tit.
g c. ad apoſtolicam, 16 de regular. ap. Gregor. c. conſulũ, 20. eod. tit. ca. Gonſaldus, 17. q. 2. c. monaſterij. eo. q. 3 can. puella, 20. q. 2.
h d c. monaſterij, & c. ſi quis incognitus, 17. q. 2. in ſynodo 6. Conſtantinopolit. c. 41.
i Ang. Clauaſ. in ſumma, in uerb. profeſſio, & in uerbo nouitius, nu 12 & c. 4. de regularibus per ſuſceptionem habitus profeſſ. factſ. in c. ſuper, eod. titu. c. ex parte, & c. ſtatuimus, eod.
k c. 1. de regular. in 6 cum ſimil. c. 1 & c. ad poſtulam, eo. tit. ap. Gregor.
l in cõſtitutionibus Gallicis habitis Aurelian. in comitijs, artic. 19.
m In Tridentina Synodo, ſeſſione nona. in canonibus regularium, canone 15. 16 & 17.

in monaſterio ſuſcipere pueros ante octodecim
23 annos. [a] Neque etiam licet dementes admitte-
re in religioſos, nec admiſſi pro monachis ha-
bentur, niſi ſanæ mentis facti comprobarint re
ligionis poſſeſſionem.[b] Licuit & parentibus, fi-
lios in infantia conſtitutos monaſterio dedica-
24 re. Placuit & paternam deuotionem monachū
facere, ut non poſſit poſtea pubes factus ad ſe-
culum redire uel nubere,[c] exemplo Samuelis.[d]
Deſiderarem tamen ego, ut in iſtis oblatis, quē
admodum in Samuele, eſſet & illorum ſponta-
nea perſeuerantia: uerendum enim eſt, ne ali-
quando, paterna deuotio irreligioſos conſti-
tuat. Poteſt & filiusfamilias etiam inuitis pa-
rentibus monaſterium ingredi & nec ideo à
patre exhæredabitur iuſtè, ſed conſequetur le-
gitimam ex eius bonis, l. ut non liceat, l. 55. de
25 epiſc. & cler. C. Monachi omnes in profeſſio-
nis formula quædam cum alijs monachis uo-
ta generalia emittunt, & quædam religionis,
cui ſe mancipant ſpecialia. Generalia illa tria,
proprietatis abalienatio, caſtitas, & obedientia
ſuperiorum: particularia alia ex regulis ordi-
nis iurantur. Generalia ſunt etiam communia
perſonis alijs eccleſiaſticis, non monachis, ſi
imitentur apoſtolos dicentes Deo, *ecce nos reli-*
26 *quimus omnia.*[e] Conſiſtit enim uitę perfectio in
contemptu rerum ſeculi, & in diſpenſatione
propriorum in pauperes, iuxta illud Domini-
cum præceptum, *ſi uis perfectus eſſe, uade, uende
omnia quæ habes, da pauperibus, & ſequere me.*[f]
Quod & ſecuti ſunt omnes cuiuſque gradus e-
tiam non eccleſiaſticæ perſonæ, Chriſtiani,[g] cō
tenti alimentis, & quibus regerentur ex dogma
te D. Pauli.[h] Contemnentes diuitias, quæ pun-
27 gunt & ſuffocant uerbum Dei.[i] Quod & ethni
curum plerique ſapientiores fecerunt. Et cleri-
ci quidem omnes ex lege ſuæ profeſſionis pau-
pertatem & uotum paupertatis amplectuntur,
utpote quibus omnia uileſcere debent, ut ſter-
cora:[k] expreſſe autem regulares omnes & mo-
nachi renuntiant rerum proprietati.[l] Et quam
uis in communi quædam poſſideant, tamen
propria ſinguli non habent, neque etiam qui-
dam illorū in cōmuni, ut qui ex legibus uiuunt
28 ſancti Franciſci.[m] Concilio Lateranenſi cautū
eſt, ne monachis peculium concedatur haben-
di facultas.[n] Et alibi Alexander 3. Ciſterſienſis
ordinis monachis inhibuit, ne, contra inſtitu-
tionem patriam ordiniſque regulam habeant
uillas, eccleſias, altaria, officia iudicium ſecula
rium.[o] Cautum itaque, ut monachus qui con-
uictus fuerit proprietatem habere rerum, cum
moritur, nec uoluerit quod ante regulam clam
habuerit eiurare, ſepultura Chriſtiana priue-
tur, & ſepeliatur in ſterquilinio.[p] Symbolū eius
eſt quia tondentur monachi, ut omnia exter-
na ſe eiuraſſe proteſtentur, ut dicemus in tonſu
29 ra & in ſacris ordinibus. Quare nec teſtamen-
tum facere queunt, utpote nihil habentes poſt
ingreſſum monaſterij, cui una cum propria per
ſona omnia, quæ habent, conſecrant:[q] niſi libe
ros habeant, quibus poſt ingreſſum religionis
legitimam diſtribuere licet, reliquis bonis mo-
30 naſterio quæſitis.[r] Caſtitatem uouent non ſo-
lum monachi, ſed aliorum maiorum ordinum
clerici, ſubdiaconi, & presbyteri, uirgines ueſta
les, epiſcopi, quibus omnibus interdicuntur cō
31 cubinæ & nuptiæ.[s] Et D. Chryſoſtomus arbi-
tratus, monachorum qui caſtitatem profeſſi
ſunt nuptias peiores eſſe adulterio, & ſeparati
& eos monaſterio recludendos.[t] Ut & de mo-
nialibus profeſſis cautū eſt:[u] ut nuptiæ illarum
potius inceſtus ſint,[x] & qui cū illis rem habent
ſeu cōmiſcent inceſtum, ipſo iure ſunt excōmu
32 nicati.[y] Sunt enim iſtæ perſonæ ex numero eo
rū, qui ſe caſtrauerunt propter uerbū Dei, ut ait
ſacra ſcriptura,[z] id eſt, ſe ſponte à uenereis ab-
dicarunt, conſtituentes in corde ſuo, ſuam uir-
ginem conſeruare caſtam. Non enim locus ille
de caſtratione membrorum genitalium corpo
rali intelligi debet. Etenim qui eam abſciſſio-
nem in ſe moliti ſunt ſponte, ab altaris miniſte
rio ſacriſque repelluntur ordinibus, niſi ægri-
tudo coegerit exſcindendi, uel ijs inuitis ab ho
33 ſtibus, uel in cunis cōtigerit caſtratio.[a] Iure e-
tiam cautū eſt, ut omnis ſuſpicio mali arceatur
ne mulieres quacūq; ex cauſa ad monaſteriorū
clauſtra accedāt,[b] neve monachi cōmatres ſibi
34 faciant.[c] Apud Ruthenos ſeu Moſcouitas, ex
35 laudabili inſtituto, monachi uiuētes ſub archi
mādrita abbate, uel prioribus, quos uocant igu
menos, ſi cythara, aut alio muſices inſtrumento
utātur, grauiſſime puniuntur. Lexque Ioannis
Metropolitæ Moſcouiæ,[d] *in monaſterio conuiuia
aduocando mulieres ne habeantur.* Atq; in Ruſſiæ
ducatu Moſcorū, monaſteriū eſt in Solomuki
inſula Septemtrionem uerſus, inter Duuillam
& Corelā prouincias, in quod mulierē aut uir-
ginē ingredi magnū piaculum eſt: ſicut & char
36 thuſijs impiū. Obedientiæ leges in monaſterijs
præcipuæ habentur,[e] quòd ſi monachi nolint
obedire, excommunicari poſſunt à priori uel
abbate.[f] Leges propriæ in regulis ſeu conſtitu-
tionibus ordinis conſcriptæ à monachis ſerua-
ri etiam debēt,[g] & leges monaſticæ communes
quarum aliquas proferemus quę in corpore iu
ris pontificij, & apud patres reperiuntur.

De legibus quibuſdam monaſticis. Cap. XV.

1 *Monachi lineis induſijs non utantur.*
Monachorum ueſtitus qualis.
2 *Silentium monachis ubi indictum.*
3 *Monachi clauſtrum ne exeant, ne uagentur.*
4 *Monaſteria olim extra urbes ædificata.*
5 *Monachis militare iuſſit Valens.*
6 *Monachi ſolitaria quæ uita.*
*Monachis prohibitum alios quàm fratres ſepeli-
re, nec alijs pœnitentiam dare, non prædicare, do
cere, & c. eod.*
7 *Monachi curiones fieri poſſunt.*
8 *Carne abſtinere iuſſum omnibus ſemper, & quare.
Item 9. & ſeq. & 12.*
9 *Carnes animalium à dæmone creatas uitandas di-
xit Manichæus & Priſcillianus.*
Carnes ullo modo guſtare recuſās excōmunicatur.
10 *De carnibus non edendis error Pythagoreorum ob
animas in animalia transfuſas.*
11 *Carnium non edendarum rationes.*
12 *A carnibus qui ethnici abſtineant.*
13 *Otioſi ne ſint monachi.*
14 *Monaſticæ leges apud quos authores tractantur.*
16 *De monaſteriorum reformatione, & conſilijs ſeu
capitulis eorum. Viſitatores, eod.*
17 *Monaſteriorū reformatio ex qb' pſonis fieri debet.*
18 *Monaſteria epiſcopo ſubiecta, niſi exempta.*
19 *Monachi quando corrigi ab abbate, uel epiſcopo
poſſint.*
20 *Monachus in diuerſis monaſterijs locum ſeu mo-
nachatum habere nequit.*
21 *Monachi & monachæ habitum propriæ religionis
ſemper deferant.*

a 20. quia autem in inſulis, 20 q. 1. ca. quis in inſulis, ca. 6. de regular. & tranſeunt. &c.
b ca. ſicut tenor, cap. 15 de regula. c. Gonſaldes, 27 q. 2.
c cap. addidiſti, can. monachum, cap. quicunque 20 q. 1.
d 1. Reg. 1.
e D. Matthæi, 19. & Marci, c. 10.
f diſt. cap. D. Matthæi, 19 & D. Mar. 10. & diſti Lucæ, ca. 18.
g Actum, 1.
h 1. ad Timot. 6.
i D. Matthæi, c. 13. & D. Marci, 4. & D. Lucæ, 8.
k D. Paul. ad Philippen. 3.
l c. 2. & c. cum ad monaſteriū, de ſta. monac.
m Clem. exiui de Paradiſo, de verb. ſignif. ap. Clement.
n c. 2. de ſtat. monach.
o c. 3 eo. tit. de ſta. monach.
p c. ſuper quodam. & ca. cum ad monaſteriū de ſta. monac.
q c. quo ingredientibus, & c. præſentium, 19 q. 3. eothē ingreſſi, de ſacroſan. eccleſ. C.
r c. ſi qua mulier, 18 q. 2. authen. ſi qua de epiſcop. & cle. C.
ſ c. penult. & ult. ca. 27 diſt. l. cum qui, & authen. multo magis, & auth. epiſcopo, de epiſc. & cleric. §. ſed & ſi quis de nup. in aut. coll. 4. facit totus 28 diſtin. in Decreto Gratiani, & ca. interdixit, & c. hoſpitiolū, 32. diſt. ca. quoniam
t D Chryſoſto. homilia, 21 ad Theodoſiū monachum.
u c. & quia, & can. ut lex, 27. q. 1.
x ca. ſi. 27. diſt.
y cap. impudicas, & c. ſi qua virgo, 27 q. 1
z D. Matthæi, ca. 19.
a c. ex parte, & c. ſignificauit, de corpore vitiatis ... ordina. ca. ſi quis per ægritudinem, 55. diſt.
b c. peruenit, 18 q. 2.
c diſto c. peruenit.
d Sigiſmūdus Liber Baro in Chorographia Moſcouiæ.
e Cap. cùm ad monaſteriū, §. abbas, de ſtat. monach. c. qui culpatur, 25. q. 1.
f c. cùm in eccleſijs, ca. 10. de maiori. & obedien.
g c. recolētes, de ſtat. monac.

1 INter leges, quæ monaſterijs & regu
laribus fere omnibus communes
ſunt, illa eſt de formula uiuẽdi, ne
lineis induſijs utantur,[a] ueſtitu de-
centi utantur, qui qualis ſit docebit D. Auguſti
nus,[b] D. Ambroſius,[c] Gregorius Nazianze-
nus,[d] Hieronymus,[e] Chryſoſtomus,[f] Athana-
2 ſius.[g] Alia in oratorio refectorio, dormitorio, cõ
tinuum ſilentium obſeruent, in clauſtro quo-
3 que horis certis.[h] Monachi in clauſtro ſe con-
tineant, ne uagentur, & ſi abſint annuatim, re-
quirantur, & ut fugitiui in monaſterium retru-
dantur.[i] Cœnobitarum angelorum uitæ ſimi-
lem eſſe conuerſationem dixit Theodoretus, ſi
à negotijs ſecularibus abſtineant; quòd omiſ-
4 ſis curis Deo adminiſtrant.[k] Idcirco ſolebant
ex prima inſtitutione cœnobitæ ſeorſum ab a-
lijs hominibus habitare, & ſeorſũ monaſteria
ædificari iuſſum.[l] Et Theophilus Imperator o-
rientis Michaelis filius, edixerat, ne monachis
urbem intrare liceret, iuſſerat que eos omnimo
do arceri.[m] Idipſum & in Chalcedonenſi con-
cilio ſtatutum.[n] Neve ſe negotijs ſecularibus
5 immiſcerent.[o] Cui conſtitutioni uim aliquan-
do intulit Valens orientis Cæſar, hæreticus Ar
rianus, legem ſtatuens, ut monachi militarent:
& ſi nollent per tribunos impune occideren-
6 tur.[p] Monuit autem ſynodus Nicena, ut con-
uerſatio & uita monachorum, ſecundum ety-
mon nominis, ab omnibus diſcrepet. Mona-
chus degat ſingularis, non impartiat pœniten-
tiam, uel ſepulturam niſi confratribus.[q] Se &
mundum lugeat, nec docentis putet ſe ha-
bere officium,[r] non det publicas, ſine epiſcopi
conſenſu pœnitentias, non poſſit infirmos ui-
ſitare, uel ungere, miſſas publicas cantare, chri-
ſma oleumque conſecrationis altarium facere,
potiſſimum ſi ſit ordinis ſancti Benedicti: nam
eius ordinis monachus, non poteſt uicos aut
ciuitates peragrare, nec prædicare, niſi intra
clauſtrum, ut quando quis in fratrem recipitur
& fit monachus.[s] Nec clauſtralis monachus
populum ſeu plebem regere: & ideo in eccleſijs
monaſteriorum quæ plebem habent & parœ-
chos, præfici oportet ſeculares clericos.[t] Nec
monachus prioratu ſolus poteſt cum populo
remanere ſine expreſſa concilij Lateranenſis
derogatione, ſed remittitur ad clauſtrum.[u] Ad
curiones eccleſiarum proprie pertinet, officiũ
prædicandi, & exhibitio ſacramentorum, non
ad monachos, niſi ad hoc munus diſpenſetur
legitime,[x] uel illud exequantur conceſſa licen
7 tia per curiones proprios.[y] Quia & aliquando
ex monachis, ſi idonei ſint, curiones fieri poſſe
placuerit.[z] Eccleſiæ quippe neceſſitas huc ſua-
det & expoſcit & iubet, idoneos ad eius curam
promoueri potius, quàm in eremo recludi. Sic
& illi antiqui prophetæ principes eremitarum
Elias, Eliſæus, D. Ioannes, D. Antonius, & A-
phraates, prodierunt ex ſpeluncis & nemoribus
uaſtiſque deſertis, ut dum opus fuit, uerbum &
legem Dei diſſeminarent, & hæreticos retunde
rent,[a] Et eremum aliquando deſerendam do-
cuit ſuo facto & exemplo D. Hieronymus, & li
teris quoque conſignauit.[b] Præclara ſunt quæ
8 Aphraates monachus reſpondit Valenti Cæ-
ſari Arriano, exprobanti, quòd clauſtra deſere-
ret, quæ uideto apud Theodoretum.[c] Quarta
lex monaſtica, ne in refectorio ſeu cœnaculo
communi ullus monachorum carne ueſca-
tur,[d] nec in noſocomio ſeu ualetudinario, uo
9 cant infirmariam, niſi ſuadente & depoſcente

a nor cũ ad monaſterium, de ſtat. monach.
b D. Augu. epiſt. 199.
c D. Ambroſ. de inſtitutione uirginis, & epiſt. 16. & 1. de uirginitate.
d Gregor. Nazian. in exercitatione ad uirgines.
e D. Hieron. in Heliodo.
f D. Chryſoſt. homil. 60 in 61. Matthæi.
g D. Athanaſ. de uirginitate
h d. ca. cum ad monaſterium.
i c. ne religioſi, c. 24. de regu. lariis
k Theodoret. li. 9 de curatio. Græcarum affe ctio
l c. luminoſo, 18 q. 2.
m libr. 1. Iuris Oriental in cõſtitut. 9. Theophili. [illegible]
n can. quidam monachi; 16. q. 1.
o [illegible] ne cler. uel monach. ſe culari. nego. ſe immiſc.
p Eutrop. ſebaſtes Niceph. Caliſti, 18 libr. 9 cap 16
q ca. placuit, 16 q. 1. & c. 16 q. 1. c. ſi cupis eod.
r c. monachus non docentis, 16 q. 1.
s ca. interdicimus, ca. peruenit, can. miſſa, 16 q. 1.
t c. 3 de capellis monachorum c. monachi, de ſtatu monach.
u c. fi. §. recipimus, de ſta. monacho. c. peruenit, 18. q. 2.
x c. adijcimus, 16 q. 1
y gl. in d. cano adijcimus, & c ſic eius, 16. q. 1.
z can in parochia, 18 q. 1.
a Athanaſ. in uita D. Antonij. Theodoretus, lib. 8 Eccleſiaſtica Tripar. hiſtor. c. 4.
b D. Hieron. ad Ruſticum ſcribens.
c Theodoretus lib. 8 hiſto. Tripartitæ, c. 4
d d. c. cum ad monaſterij, § in refectorio, de ſtat. monac.

morbo.[e] Non quòd carnes, ueluti creatura im-
munda, deteſtabiles ſint, & quòd ab illis tan-
quam à Dæmone creatis, abſtinendum ſit, hæc
enim eſt Manichæorum & Priſcillianiſtarum
damnata hæreſis.[f] Sed quia abſtinentia ab uſu
& eſcis carnium utilis idoneaque uiſa fuerit
monaſticæ uitæ. Quare in concilio Braccharen
ſi ſtatutum, ut quicunque in clero cibo carniũ
non utuntur, ad tollendam ſuperſtitionem Pri
ſcillianæ hæreſeos, uel olera cocta ſaltem cum
carnibus prægustare cogantur. Quòd ſi negle-
xerint, pro ſuſpicione iſtius hæreſis, excommu-
10 nicentur, & ab officio remoueantur.[g] Error e-
nim ſententiæ de animalibus ille, alienus eſſe
debet ab omni Chriſtiano: ut alius Pythago-
reorum, qui abſtinebant ab eſu carnium & ani
mas hominum in corpora animalium tranſi-
11 re.[h] Porphyrius autem rationem abſtinentiæ
animalium ab iſtis diuerſam tradit inſtituto
conuenientem. *Abſtinere*, inquit,[i] *ab animali-
bus præcipimus nõ tamen omnibus, ſed omni dunta
xat diuina contemplaturo, qui ſane animaduertit hu
ius habitaculi ueneficia quod inhabitamus: Deus eſt
ſimpliciſſimus, & qui eam eſt contemplaturus, &
ei ea contemplatione uniri deſiderat, non tantum
uerbo, ſed bonis operibus ſibi puritatem conciliare
debeat, ſenſuſque emandare. Item actas tenuitas
ad conſeruandam ſanitatem pertinet, nec philoſo-
phaturus Milonis athletæ eget robore, nec proinde
12 eius copioſa bruto alimento*. Atque idem author
refert,[k] Dicæarchum ſcripſiſſe, antiquos Græ-
cos tanquam proxime Deo genitos, optimos
fuiſſe natura, ac uitam optimam peregiſſe, eos
autem ab animalibus abſtinuiſſe. Annotat quo
que ex Ægyptiorum ſapientibus, pleroſque ab
ſtinuiſſe ab animalibus, teſte Cheremone, item
Eſſæos ſapientes Iudæorum & Indorum Brag-
manas, Samneos, Gymnoſophiſtas. Scribit id-
ipſum de philoſophis Indiæ, qui habitabant
circa montes Hyperboreos Strabo.[l] Pompo-
nius Mela quoque notat,[m] Athlantes in Cy-
renaica regione, non ueſci animalibus. Sicuti
nec ante diluuium uſus erat hominibus car-
nium animalium, qui conceſſus eſt deſiccato
13 orbe.[n] Itaque mirum uideri non debet, ſi
hæc carnium abſtinentia impoſita fuerit ſoli-
tarijs, qui pœnitendi uitam ſibi delegerunt, qui
que & maiorem & ſanctiorem profitentur phi
loſophiam, quàm ethnici. Multo magis etiam
abſtinere debebunt ab ebrietate, & crapula: lu-
xurioſa enim res eſt uinum, & contumelioſa
ebrietas. Et omnis qui cum huiuſmodi ho-
minibus miſcebitur, non erit ſapiens.[o] Sic-
que bonum eſſe non bibere uinum, & non co-
medere carnes ſcribit D. Paulus[p]. Et à lau-
tis conuiuijs pellendi ſunt clerici, ut docet ex
Michea D. Hieronymus[q]. Sanctimonia à mor
talibus abſtinens æternam continet uitam, &
corpus pinguefactum animam cogit eſurire
à felici uita cadentem, augetque mortale.[r] Et
exhalatio, quæ ex carnibus comeſtis aſcendit,
cum ſit craſſior & turbidior, effundit animæ
tenebras. Et author Clemens Alexandrinus,[s]
Matthæum apoſtolum ſeminibus, baccis, &
oleribus, abſque carnibus uſum. Diuum au-
tem Ioannem, ulterius continentiam exten-
dendo, locuſtas & mel agreſte comediſſe.[t]
14 Mãdatur quinto ſolitarijs, ne ſint otioſi, & ſem
per lectioni, uel orationi uel alicui honeſto
15 corporali exercitio intendant animum.[u] Sunt
& aliæ leges de monaſticæ uitæ formatione,
quas uideto apud D. Baſilium, toto ſermone a-
ſcetico,

e c. carnem, de conſecr. diſt. 5.
f D. Auguſt. de hæreſi. ad Quod uult deum
g concilio Braccha. 1 c. 32.
h uide Lucia. in Gallo, & Porphyrium, lib. 4. de abſtinen. animal. Ouid. libr. 15 Metamorpho.
i Porphyrius, lib. 1 de abſtinent. animal.
k Porphyri. 4. de abſtinen. animal.
l Strabo, li. 15. Geograph.
m Pomponius Mela, libr. 3. de ſitu orbis.
n Geneſeos, c. 9.
o Prouerbior. c. 20. can. luxurioſa, 35 diſt.
p ad Roma. c. 14. ca. ab exordio, 35. diſt.
q can. eccleſiæ presbyteri, & ſeq. 35 diſt. Michea, c. 3.
r Porphyrius, 4. de abſtinẽtia animal.
s Clemens Alexandrinus, li. 2. Pedagogi.
t Mat. 3. Marc. 1. Eſai. 40.
u c. nunquam, de conſecr. diſt. 5.

ſcetico, D. Dionyſ. De eccleſiaſtica Hirarchia, c.6. Nicephorum Caliſtum, lib.9. c.14. & 16. Sozomenoem lib.1. Hiſtoriæ Tripartitę, c.11. In c.1. de ſtatu monachor. apud Clementem, c.cū
16 ad monaſterium, c. in ſingulis, eo. tit. apud Gregor. Pro legibus iſtis conſeruandis, & ad reformandos mores corruptos, placuit licere capitula generalia inter abbates & priores eiuſdem ordinis congregare ſingulis trienniis: cura quoque commiſſa epiſcopis reformandi monaſteria ſibi ſubiecta.[a] Vbi enim gubernaculum diſciplinæ contemnitur, teſtat ut religio naufragetur.[b] Proinde in capitulo ſeu ſynodo hoc il-
17 lorum generali, creantur uiſitatores.[c] Cæterū reformatio monaſteriorum, & ſubrogatio in locum eorum, qui eo titulo indigni ſunt, fieri debet ex perſonis regularibus. Quod ſi regulares defuerint, in eorum locum poterunt clerici ſeculares ordinari,[d] ſeruato ordine, ut primum in reformando monaſterio informi eius ordinis ex alijs domibus ſufficiantur bene ordinati:[e] & ijs deficientibus, ad ſeculares clericos perueniatur. Quemadmodum & contra de ſeculari eccleſia fieri poteſt monaſterium.[f] Voluit & Alexander 3. ſummus pontifex quando monachi ſeculariter uiuunt in monaſterio, & alios ſuo malo corrumpunt exemplo, primum ab epiſcopo ſuo compelli ſeruare regulam, religionis appellatione remota. Et ſi non poſſit ex proprio ordine numerum eiectorum ſupplere, poſſe alterius ordinis ſedes implere, ut impij, eorū laboribus à bonis editis, tandem rubore perfuſi, ad regulæ propriç obſeruantiam reuertantur
18 reſipiſcentes.[g] Epiſcopo monaſteria omnia iure communi ſubiecta ſunt,[h] niſi ſpeciali priui-
19 legio ſe eximi inde doceant.[i] Et proinde monachi delinquentes ſubijciuntur correctioni abbatis, ſi de denontiatione uel inquiſitione agatur: ſi autem de criminibus monachi per uiam accuſationis contentioſæ agatur, munus erit epiſcopale, aut eius uicarij in iuriſdictione ſeu officialis, adhibito temperamento & diſtinctio-
20 ne, de qua diſputat Guido Papæ.[k] Ad reformationis curā pertinebit etiam proſpicere, ne monachi in diuerſ[illegible] aſter[illegible] locum ſeu monachatum habere præ[illegible]mant, ut neque abb[illegible] diſpenſare in eo poſſit etiam cum conſenſu aliorum religioſorum ſeu fratrum:[m] quia monachatus illi inter beneficia quodammodo annumerantur, beneficia autem plura non licet ha-
21 bere ſimul iure communi.[n] Similiter & proſpiciendum, ut monachi & monachæ ſeu moniales, habitum propriæ profeſſæ religionis ſemper & ubique deferant.[o]

a c. in ſingulis. c. 7. de ſtat. monach.
b c. eorundem de ſta. monach. apud Clementem, cano. Salomō. & ca. ſeq. 45 diſt.
c c. ea quæ, de ſtat. monach.
d c. inter quamuis §. ſi de religioſ. [illegible] quæ ſemel, 19. q. 3.
e ca. relatū, ne cler. uel mona.
f c. ad audientiam, de eccleſ. ædifican.
g d.c. relatum.
h c. de Xenodochijs, & c. pen. de [illegible] domi. ca. monaſte. [illegible] 18 q. 2. cano. ſi quis epiſcopus, & q. e.
i d. c. penul. de relig. domi. & cam. abbatibus, [illegible] cum [illegible], de priuilegio.
k Guid. Pap. deciſ. 119.
l c. fin §. fin de relig. dom.
m ca. conſtitutam, de elect.
n c. de multa, de præbē. cum ſimil.
o c. ſanctimoniales, 18. diſt. cam. uidua, 20. q. 2.

Propter quid, & quare monaſteria, & uita monaſtica. Cap. XVI.

1 *Monaſteria nata ab eremitica uita, metu Tyrannorum, & contemptu ſeculi.*
2 *Monachorum ueſtitus, eſt ueſtitus pœnitentium.*
3 *Monaſteria inſtituta ſtudendi & prædicandi gratia.*
4 *Monachorum uita ſtudijs litterarum ſacrarum, & orationibus conſtat.*

1 EX ſuperioribus recte colligi poteſt, uitam monaſticam prima inſtitutione eremitica introductam, temporibus quibus maxime urgebat tyrannorum odium Chriſtianos ut Deo obſequia & cultus liberius exhiberetur: adfuit & una pœnitendi cauſa contemptus iſtius miſe-
a ri ſeculi curis. Atque ueſtitus monachalis eius ſymbolum exhibet. Nam ea quæ pœnitentibus dantur, à bonis illis primis patribus, qui uiam alijs ſtrauerunt & demonſtrarūt, uſurpata ſunt: nempe cilicium, quod imponitur à ſacerdote mutata ueſte, & tonſis uel raſis capillis,[p] & ſaccus, & cinis.[q] Arbitror enim cucullam & ueſtitum ueri monachi olim fuiſſe ſaccum capiti inductum, & ex latere brachiorum educēdorum cauſa perforatū, reliquo pro amictu circa corpus rudi cingulo cincto, uel pannum alium utilem: non autem eius generis, quo hodie quidā utuntur delicato, cum cuculla & ueſte ſerica diſpunctione in morem mollium laicorum exornata, quod certe bonis ſtomachum merito mouet, & malis calumniandi fidem catholicā, & inſtitutum uiuendi monachorum priorum præbet. Sic enim mutata forma eſt priſca, ut hodie in aliquibus monaſterijs nihil minus, quàm monaſtica uita inuenatur: & cum olim pœnitendi cauſa eſſent refugia, hodie otioſè uiuendi uideantur receptacula. Sed hæc deſiderāt pij emendari, & nitori priſtino reſtitui, & ſum-
3 moueri ſcandala & cauſas maledicendi. Fuerūt quoque monaſteria & ſodalitia inſtituta, prædicationis uerbi Dei cauſa, qualia inſtituit D. Dominicus: alia inſtituendæ iuuentutis & prædicandi quoque gratia, ut ordinis congregationis nominis Ieſu. Suntque diuerſi particulares aliorum cœnobiorum fines, qui tamen eum communem finem habent, ut prætermiſſis rebus ſeculi & earum ſolicitudine, propriç animç & aliorum Chriſtianorum ſalutem operentur, & gloriam Dei promoueant, & eius mandata ſeruent, & ſeruare alios opere, exemplo, & uerbo doceant: qui & eſt, uel eſſe debet omnium Chriſtianorum, ſed potiſſimum eccleſiaſticarū
4 finis. Ref[illegible] Bea[illegible][r] Rhenanus, præter monachos rudibus adhuc ſeculis neminem nouiſſe litteras. D. Chryſoſtomus de ſui tēporis monachis tradit, matutinis precibus hymniſque peractis, eos ad ſanctarum ſcripturarum ſtudia ſe contuliſſe.[s] Et Baſilius Magnus ad Gregorium ſcribens, duobus tantum uitam hanc ſolitariā contineri & perfici docere uidetur, orationibus & ſtudijs litterarum: εὐχαί, inquit, πάλιν τὰς ἀναγνώσεις διαδεχόμεναι, νεαρωτέραν τὴν ψυχὴν καὶ ἀκμαιοτέραν πρὸς θεὸν τῷ πόθῳ κεκινημένην παραλαμβάνουσιν, id eſt, *orationes iterum lectionibus ſuccedentes, recentiorem animam & uegetiorem, ad Deum deſiderio motam recipiunt.* Et in concilio Vienneuſi ſub Clemente 5. ſumm. pontif. ſancitum, ut in ſingulis monaſterijs, quibus eius rei gratia ſunt ſufficientia bona, ſit idoneus ludi literarij magiſter & doctor, qui monachos erudiat, & bonis artibus imbuat.[t]

p can. pœnitentes, & can. ſeq. 50 diſtin.
q tunc, c 4.
r Beatus Rhenanus lib. 1 rerum Germanicarum de Francis agit.
s D. Chryſoſt. in 1. epiſto. ad Timoth. c. 5. homil. 14.
t clem. 1 §. pe de ſtat monac. c. 2 de magiſtr. ep. Gregor.

De monialibus, ſeu ueſtalibus ſacris quædam. Cap. XVII.

1 *Monachorum & monacharum regula ordinis communis.*

2 *Conſecrantur Deo uirgines, & uiduæ: ſed diuerſa earum profeſſio.*
3 *Monachandæ ætas.*
4 *Monachandæ uoluntas adſit ſpontanea legitimæ ætatis, quamuis parentes reclament.*
5 *Moniales ſubſunt correctioni epiſcopali, & ordinationi.*
6 *In monialibus emendanda per uiſitatores aut epiſcopos.*
7 *Veſtales uirgines, & unde illæ ortæ.*
8 *Monialium diuerſi ordines, & habitus earum, nota.*
9 *Moniales canonicæ ſeculæ enubunt.*
10 *Monacha adulterij cauſa tonſa.*
11 *Velantur moniales uirgines in profeſſione, non uiduæ.*
12 *Moniales à quibus conſecrantur, & quibus diebus.*
13 *Moniales cum monachis ne habitent, nec conuiuentur ſingulariter, non cantent cum monachis in choro, eod.*
14 *Monaſterium uirginum ne uir aut monachus ingrediatur.*
15 *Senatus in templo ueſtalium non habitus Romæ quare.*
16 *Moniales ſeparatas ædiculas non habeant, ſimul degant.*
17 *Moniales ſacra ne tangant, aut incenſum offerant.*

1 EA quæ de monachorum inſtitutione normaque uiuendi eorum diximus, transferri poſſunt ad uirgines Deo dicatas, quæ ordinis regulam monaſticam uirorum amplexæ ſunt: uerumtamen de illis ſingulari quadam, breui tamen annotatione, præſcribemus. Conſecrantur Deo uirgines & uiduæ, ſed illæ profitentur uotum uirginitatis: iſtæ, tantum caſtitatis & uiduitatis.[a] Diximus de nomine, & ætate profeſſionis legitima in monachis: addimus autem, ut ſi ante annos pubertatis fiat, tunc demum ita rata ſit, quando ætas adulta eſſe cœperit anno probationis elapſo, ſi modo ſponte ingrediantur minores monaſterium, non autem ſi uis,[b] aut deceptio interuenerit.[c] Iure pontificio uoluntas ſpontanea uirginis ſufficit ætatis 12. annor. in profeſſione monaſtica etiam inuitis parentibus, qui tamen ante eam ætatem poſſunt intercedere,[d] conſtitutio autem Gallica in comitijs Aureliæ lata 25. annos exigit, atque eã ætatem anticipantibus permittit, non obſtante profeſſione de rebus proprijs libere teſtari & diſponere in fauorem cuiuſcũque.[e] Libera debet hæc eſſe uoluntas, qua ſe in hoſtiam uiuentem Deo conſecrent, quemadmodum & apud ethnicos hoſtiæ ſeu uictimæ ducebantur non autem trahebantur ad aras: & ſi qua duceretur & uehementius reluctaretur amouebatur ab aria: ut ſcribit Macrob.[f] Feſtus in uerbis piacularia auſpicia ait: reluctantem hoſtiam mali ominis fuiſſe: ut & Liuius,[g] in Flaminio conſule. Sueto. in Galba.[h] Moniales ſubſunt ordinationi & correctioni epiſcopi diœceſeos.[i] quod & Aureliæ in comitijs firmatum eſt, omni exceptione remota:[k] ſine præiudicio tamen uiſitationis, de qua ſtatutum in concilio Viennenſi,[l] & quid per uiſitantes debeat emendari, nempe ut auferantur ab illis panni ſerici, ſandalia, compti & cornuti crines, *ſeu autiæ*, ſcacata & uirgata caputia, choreæ, feſtarum ſecularium cõſortia, uagationes extra clauſtra, uoluptatum illecebræ, non obſtantibus exceptionibus & priuilegijs quibuſcunque. Erant antiquitus apud paganos ſeu idololatras & ueſtales uirgines, quæ perpetuam ſaltem uſque in trigeſimũ annum poſt profeſſionem emiſſam, conſecrabant uirginitatem: de quibus abunde nos alibi diximus.[m] Eo autem nomine ueſtales dictas Beroſus ſcribit, à Tithea uxore Noachi, quæ dicta Hebraicè Aretia, Latinè terra, quòd mater omnium uiuentium eſſet, & Eſta, poſt mortem cognominata, id eſt, ignis. Quia ipſa regina ſacrorum fuerat, & puellas docuerat ſempiternum ignem ſacrorum inextinctum ſeruare.[n] Erant tamen Deo addictæ, ut opinor, tempore Noachi illæ uirgines quæ fouebant ignem perpetuum, qualem uoluit perpetuo quoque ardere & inextinctum in ſuo tabernaculo cuſtodiri uerus Deus tempore legis Moſaicæ,[o] nec alterũ inferri.[p] Sed ſimia ille Dei, qui uoluit Deus haberi Dæmon, hoc inſtitutum, ſicuti & pleraque alia imitatus, in ſuam ſuperſtitionem & impietatem conuertit, & uoluit etiam in ſua idolatria uirginum habere cœtum, ueſtalium nomine, quas eius ſceleratę religionis põtifices maximi arbitratu ſuo deligebant, ſemotis ſuffragijs populi,[q] certis adhibitis cæremonijs &
8 legibus. Chriſtianæ moniales regulares ſunt, diuerſæ regulæ & habitus prout uiuendi inſtitutum delegerunt, eademque profitentur generaliter ſeruaturas, quę monachi, uidelicet caſtitatem ſeu uirginitatem, paupertatem, & obedientiam. & alia, quæ ordinis, in cuius numerum tranſeunt, ſunt. Exceptis quibuſdam, quæ
9 apud Theutones ſeu Germanos nominantur canonicæ ſeculares, quæ nullam faciunt profeſſionem, nec renunciant proprijs, imo contrahunt matrimonium.[r] Iſtæ ſanctimoniales uidentur improbatæ,[s] quæ nullam regulam expreſſe profitentur, & hoſpitalitatis nomine ſe tuentur, item & per Innoc. 3.[t] Sunt eius generis in Auſtraſia & Lotharingia monaſteria in gratiam filiarum nobilium [illegible]itorum non aliarum, tanquam hoſpitalia ædificata, & [illegible]editibus plu[illegible]ibus dotata. M. Mantua.[u] putat dictas eſſe biguinas tertij ordinis, quæ neque paupertatem neque continentiam, neque obedientiam profiteantur, & uocari has pinzocheras. Exiſtimo tamen alium ordinem illum eſſe quàm de quo loquor nempe mulierum nuptarum quæ de tertio ordine dicuntur, & quæ habeant coniugem, de quibus Ludou. Roman.[x] quarum ordo in concilio Auinionenſi reprobatus fuit, ut ait Cynus:[y] mulieres porro Teutonicæ ſeu canonicæ regulares, quandiu moniales ſunt non habent maritos, ſed poſſunt exeundo libere nubere exceptis paucis ut dicunt nempe abbatiſſa priore, ſacriſta: quę perpetuam uirginitatem ſo-
10 læ uouent. Eſt & aliud genus monialium deferentium quidem habitum, & quæ tondentur, in monaſterio ob adulterium detruſæ, uerum-
11 tamen proprie non ſunt monachæ.[z] Velum accipiunt in profeſſione uirgines, & non ui-
12 duæ, quas uelare prohibentur epiſcopi.[a] Conſecrantur ab epiſcopo moniales, uel eius conſenſu & authoritate à presbytero.[b] Stati autem & definiti dies fuerunt certi, quibus licet uirgines conſecrare tantum, niſi neceſſitatis alia cauſa urgeat: dies uidelicet Epiphaniæ, hebdomada Paſchalis, dies natalitij apoſto-
13 lorum, dominici.[c] Viuunt uel uiuere debent moniales & Aſceterię ſecundum proprij ordinis profeſſi leges, de quibus paulo ante dictum.

Sed

a c pen. & fin. 20. q. 1. c. ſecu tius, 28 diſt. ca. uiduas quas, 27. q. 1.

b ca. ſunt qui. & c. illud autẽ, 20. q. 1. c. in pręſenti, 20. q. 1. c ca. [illegible] 20. q. 1

d ca. 1. & can. puella, 20. q. 1.

e autem. [illegible] in conſtit. Aurelia [illegible] conſ. [illegible] conci. [illegible] num. 1. c. 4. c. [illegible], & 20. q. 1.

f Macrob libr. 3 Saturnal. c. 5.
g Liu. li. 21
h Suet in Galba, c. 18.
i ca. cognouimus, 18 q. 2 clemen 1 de reli. domib.
k artic. 11 conſtit. Aureliã. anni 1560
l clemẽ 1 § 1. de ſtat. monac. ubi uidero per gl. quomodo [illegible] da per moniales ſit, & quæ monaſteria ſint exempta.

m diximus de ijs, libr. 40 artis mirabilis, c. 11 12. 13 unde uulgaria da ijsdem apud Liuium, Gregor. [illegible] Gyraldum, Ouidium in Faſtis, & Cicero. de Natura [illegible] Põpon. Lætum, & Feneſtellam
n Beroſus lib. 3. Defloratio. [illegible] Chal.
o Leuit. 6.
p Leuit. 10
q Gellius libr. 1 c. 12.
r glo. & tex. in [illegible] lecta, in [illegible] bo. [illegible] de maio. & obed
s eadem [illegible] § pe. de [illegible]
t In [illegible] 2 in c. permiſſio, 18. q. 2
u M[illegible] libr [illegible] tit. [illegible] ſingul. c. 49
x Ludo. R[illegible] conſ. [illegible] circa pr[illegible]
y Cyn. in [illegible] ſed qu[illegible] de [illegible] uxor. aſſ. C.
z tex. cũ gloſſ. in an [illegible] ſed no de [illegible] cipere, ad l. Iul. de adult
a can. deuotis § nũ 20. q. 1
b can. ſi iubet, § ſi. & ca. presbytero, 26 q. 6. ca. 1 de tempo. ordina.
c can. deuotis uirginibus. 20. q. 1

Sed nec licet illis, quæ uirginitatem ſuam Deo conſecrarunt ſpoote, nuhere.[a] Ex conſtitutione D. Baſilij monachis cum monialibus habitare non licet, neque monacbus pernoctare, ſeu cubare in monialium monaſterio, neque ſingulariter cum monacha conuiuari:[b] incauta enim & inconſulta familiaritas mulierum & clericorum ſuſpecta, periculoſa, & offendiculo eſt.[c] Quare nec monialis cum clericis uel alijs monachis in uno choro pſallere debet.[d]
14 Atque rectè cauit Nicena ſynodus ſecunda,[e] ne duplex eſſet monaſterium, id eſt, ne uno ambitu monaſterium uirorum & mulierum concluderetur, propter ſcandalum. Cautum quoque ne monaſteria mulierum ab hominibus
15 frequeotentur. Sic & legimus templum Veſtæ & uirginum apud ethnicos non fuiſſe conſecratum, ne illuc Senatus accederet: non enim poterat alibi quàm inaugurato loco curia aut
16 ſenatus haberi.[f] Imo ot omnis ſuſpitiu abſit ab iſtis uirginibus ſtatutum quoque, ut cuiuſcunque ordinis ſint, ſiue Baſiliani, ſiue Auguſtiniani, aut Benedictini, in cœnobijs, eccleſia, refectorio ſeu cœnaculo & dormitorio ſimul conueniant, una degant, nec ſeparatas ædiculas ſibi conſtruant uel habeant.[g]
17 Inhibetur & monialibus tangere ſacra uaſa, ſacratas pallas, incenſum circa altaria deferre.[h]

a cano puellæ, 20. q. 1.
b cano diffinimus, & can. in nullo loco, & cano peruenit, 18 q. 2.
c d. can. peruenit.
d can pernicioſam 18. q. 2.
e in can 20. Synod 2 Nicen.
f Seruius, in 7. Aeneid. Virgilij. ibi Horrendum ſylua ac religione parētum.
g cano. pernicioſam, 18. q. 2.
h ca. ſacratas, 23. diſtinct.

De prioribus & præpoſitis. Cap. XVIII.

1 *Priores, & prioratus qui.*
2 *Priorum alij clauſtrales, conuentuales, & ſeculares, & qui horum prioratus.*
3 *Prioratus regulares tantum dantur regularibus profeſſis.*
4 *Prioratus regularis perpetuus, & quibus ex cauſis adimatur.*
5 *Priores ſeculares qui.*
6 *Præpoſitus quis, & unde dictus.*
7 *Præpoſitura beneficium cum dignitate, & ſine.*

1 PRiores dicuntur, qui aliquibus eccleſijs præſunt ſupra alias perſonas earundem: unde & prioratus, eccleſiæ, quæ illis in titulum dan-
2 tur, nominantur. Horum alij ſunt clauſtrales, alij conuentuales,[i] alij ſeculares. Clauſtrales ſunt, qui præſunt cœnobiis poſt abbatem uel alium antiſtitem, quorum funguntur uicaria poteſtate & opera intra monaſterij clauſtra.[k] Conuentuales illi, qui principes cœnobio conſtituti ſunt, quibus nullus abbas
3 uel alius dignior inibi eſt.[l] Et prioratus horum obtineri non poſſunt ab alijs, quàm qui expreſsè ipſius ordinis cuius ſunt profeſſionē legitimam emiſerint, & electi ſint iure à ſuis
4 capitulis & inſtituti. Perpetui tamen ut ijs præfecti non poſſint amoueri ab illis, præterquam ſi bona monaſterij dilapideot, & perdant, uel incontinenter ſeu impudice uiuant, aut ſi in aliud monaſterium transferantur,[m] prioratus conuentualis dignitas eſt, clauſtralis mini-
5 me.[n] Priores ſeculares dicuntur, qui habent prioratus ſeu beneficium prioratus, quod ſolitum eſt regi per clericos ſeculares. Interdum quoque prioratus eſt, regularis, ſed per ſeculares cura eius exerceri debet:[o] quia à mente iuris alienum eſt, ut animorum cura concedatur regularibus.[p] Itaque qui à regularibus præficitur regendæ plebis cauſa, uel rector, uel uicarius perpetuus dicetur, prioratu remanente apud alium, uel penes monaſterium, uel capitulum aliquod.[q] Sicque qui ei portionem præbet, prior nominabitur.
6 In eccleſijs in quibus regulares in canonicos tranſierunt, loco prioris conuentualis in ſecularitatione, ut dicunt, ſucceſſit aliquando præpoſitus, uocant *preuoſt*, ſi is prioritate dignitatis præfulgeat: quemadmodum Tholoſæ in eccleſia S. Stephani, poſt quem ſecundum ibi locum tenet cancellarius.[r] Quamquam Guido Papæus exiſtimet eum ſucceſſiſſe in locum quæſtoris.[s] Præpoſitus is generaliter erit qui præfectus aliquibus eſt,[t] ſed & is uſu talis qui primam habet inter aliquos digni-
7 tatem. Quamobrem & præpoſitura per ſe ſingulare nomen beneficij eccleſiaſtici facit, quod aſſiduitatem, ſeu, ut loquontur iura, reſidentiam & ordines,[u] & ætatem & ſcientiam legitimam & ordines.[x] In aliquibus tamen eccleſijs ex earum conſuetudine, ubi officium nullum gerunt præpoſiti, præpoſituræ dignitates non ſunt,[y] ut in Carnutenſi & Turonenſi eccleſia.[z] Tradit & Rota alicubi inter canonicos in quibus non eſt archidiaconus, in locum eius præpoſitum conſtitutum.[a]

i clem. 1. de reſcrip.
k c. eſt ad monaſterium, de ſta. monach.
l clem. 1, §. cæterum. de ſtatu monach.
m c. 2. de ſtatu monach. apud Gregor.
n glo in clem. 2 de reſcript. in uerbo, conuentualem, & Panorm in c. niſi, de preben.
o clem. 1 §. cæterum. de ſtatu monach.
p c. 1. de capel monach. apud Gregor.
q c. extirpandæ, §. qui uero. d præben. ap. Gregor.
r Aufret. quæſtio Tholo. 13.
s Guid Pap de ciſ 436.
t ca. quamuis, de uer & rer. ſig ap. Gregor.
u ca. ex parte, in 2. de cleric. non reſiden.
x c. dud[illegible], in 2. c. 22. de elect.
y Rota, deciſ. 4[illegible] in no[illegible]
z Innocent. in c. d[illegible], in fin. de præb.
a Rota, deciſ. 442. in nouis.

De Cancellario ſeu magiſtro ſcholarum. Cap. XIX.

1. & 3. *Cancellarij dignitas.*
2 *Magiſter ſcholarum Cancellarius factus.*

1 THoloſæ poſt præpoſitum, ſecundus in dignitate eſt cancellarius Academiæ, & canonicus in choro, & alibi.[b] Caducci non ita, ſed poſt archidiaconos duos & cantorem officium ge-
2 rit. Hic in diplomatibus ſummorum pontificum qui priuilegia Academiæ noſtræ Caducorum largiti ſunt, dicitur magiſter ſcholarum. Nam antequam Academia eſſet, erat inter canonicos unus magiſter, aut canonica portio uni magiſtro dabatur, qui docendi prouinciam ſuſciperet, & ſua cura alios præceptores & magiſtros, docendi cauſa deligeret, iuxta concilij generalis & Lateranenſis
3 decreta.[c] Subinde in inſtitutione Academiæ ex magiſtro ſcholarum factus eſt cancellarius, eiuſque dignitas, ut aliarum dignitatum ordo, metienda eſt ex conſuetudine eccleſiarum, in quibus ſunt inſtituti.[d]

b Aufret. in q. Tholoſ. 13.
c ca. quamuis, de magiſtris, li. 5. Decretal.
d glo in c. ex eccleſiis, de præben in extrauag. commun. in uerb. perſonatus, Innocen & Hoſtien. in c. de multa, de præbend.

De Archidiacono. Cap. XX.

Lib. 1 Decretal. tit. 23.

1 *Diaconi nomen quid ſignificat, & qui diaconi.*
2 *Diaconi ſacri, & ſeculares.*
3 *Archidiaconus quis.*
4 *Archidiaconi conſtituendi qualitas.*
5 *Archidiaconi cum officio, & ſine eo.*
6 *Archidiaconi officium.*

1 Diaconi nomen, ad alias quàm eccleſiaſticas perſonas referri poteſt, propter generalem ſignificationem uerbi, quod ad diuerſa miniſteria transfertur. διακονία, vnde διάκονος, miniſtro & famulo ſignificat. Vt D. Paulus uocat magiſtratus, τὸν θεοῦ διακόνους,[a] & Iulius Pollux,[b] legatos, οἱ δὲ πρεσβευτὰς, inquit, εἶπαν καὶ ἀγγέλους καὶ διακόνους. Sunt & apud eundem διακονίας δημοσίας, monera publica, & adminiſtrationes publicæ: ut & apud Æſchinem[c] & Demoſthenẽ.[d] 2 Ea ratione diaconi ſacri, & ſeculares: & inter ſacros quidam diacones adminiſtrãtes presbyteris ſimplicibus: alij qui inſeruiunt: 3 epiſcopo, dicti archidiacones, ſeu principes, vel primi ſeu proximi qui inſeruiunt epiſcopo: ad quem eorum miniſterium refertur, & ut diacones ſimplices presbyteris ſubijciuntur.[e] Sic & presbyteri, & archipresbyteri, his archidiaconis ſubijciuntur. 4 In archidiaconatum promouentur nati 25. ann. digni qui ſaltem diaconi ſint,[f] & licentiati in aliquo iuriium, uel theologia,[g] cum habeant dignitatem. Primi diaconorum ij dicti,[h] quibus iure communi adhæret dignitas, eaque maior monaſterijs ipſis, & præ 5 poſitis eorum.[i] Etſi alicubi cum dignitate ſine officio ſint, quemadmodum Innocentius notat in Parmenſi eccleſia archidiaconum nullum exercere officium, & nihilominus dignitatem habere.[k] Obſeruandum tamen pro dignitate, officio, & gradu honoris cenſendi archidiaconi ſequendam eſſe legem capituli proprij, & conſuetudinem, qua uſi fuerint in ſua eccleſia ante archidiaconi: & eis potius deferẽdum, quàm præſcriptis & conceſſis à iure pon- 6 tificio.[l] Archidiaconus oculus epiſcopi eſt, & iure ipſo eius uicarius in uiſitationibus, correctionibus & diſpenſationibus rerum eccleſiaſticarum, cenſor morum clericorum & emendator: ſubdiaconibus & leuitis imperat, parœchiarum diœceſeos ſubit ſolicitudinem, quas circuit, & inſpicit, ſubditos habet ſuæ iuriſdictioni archipresbyteros.[m] Hic examinat & præſentat epiſcopo ordinandos.[n] Mittit in poſſeſſionem prælatos, abbates, uel abbatiſſas,[o] aliaque pleraq; quæ ſui muneris ſunt exequitur.[p] Quæ quia plura ſunt, interdum efficiũt, ut plures quàm unus archidiaconi instituti in una eccleſia cathedrali ſint, duo, tres, quatuor, uel plures. Statuit Tridentina ſynodus,[q] ut archidiaconi ubicunque fieri poterit, ſint magiſtri ſeu doctores aut licentiati in Theologia, aut iure canonico.

a D. Paul. ad Roman. c. 13.
b Iulius Poll. li. 8. Onomaſt. περὶ πρεσβέων.
c Aeſchines, cõtra Cteſiphonem
d Demoſthen. de Corona.
e ca. legimus, 93. diſtinct.
f can. nullus in propoſitũ, 60. diſtin.
g in conci. Trident. ſeſſione de reformatione generali, ca. 12.
h c. 1. de ſcruti. in ord. faciend.
i Panor. in c. grauis, § excellẽtiore, de ſimonia. Gomes, in regulis cancellariæ, de annal. poſſeſ. q. 11. in fin.
k Innoc. in ca. de multa, de præben.
l Hoſtienſis in ſumma, de offi. archid. dñ queſ. quod ſit eorum officium, fa. 12. ſi eo. tit. in can. ad hæc, de off. archid.
m c. 1. de ſcrutinio in ordine faciendo, ca. ut noſtrum, de offic. archid.
o d. cap. ut noſtrum.
p de quibus in ca. perlectis, § archidiaconus, 25. diſt.
q in conci. Triden. ſeſſio. 24. in decretis de reformatione generali, can. 13.

De Archipresbytero, & decanis. Cap. XXI.

1 *Presbyter, & archipresbyter quis.*
2 *Presbyteri ſenioris nomen eſt, & honoris.*
3 *Senum apud antiquos & Romanos honor, & 7.*
4 *Presbeis, & ſenes qui dicti.*
5 *In ſenibus ſapientia præſumitur.*
6 *Senes in domo, uel urbe, uel orbe ſignum bonum mori, contra.*
7 *Senum conſilium inquirendum & ſequendum.*
8 *Presbyteri ſeniores, & multo magis ſenibus honorandi.*
9 *Antiquius dictum quod melius.*
10 *Presbyterorum ſiue ſacerdotum munus, & officium, & qualitas.*
11 *Archipresbyter quis, & authoritas.*
12 *Decanus presbyterorum quis.*
13 *Decanus quare dicatur, & de denario numero.*
Decani canonici. eod.
Decanus dux. eod. Decumana porta, eod.
Decanus capituli. eod.
Decanus cardinalium. eod.
Decanus Rotæ. eod.
14 *Archipresbyter Ciuitatenſis quis, & eius officium.*
15 *Archipresbyter ruralis quis, & eius officium, & iuriſdictio.*
16 *Archipresbyter archidiacono inferior.*

1 Archipresbyter princeps presbyterorum dicitur: presbyter autem ſenior eſt, non tam ratione ætatis capularis, quàm honoris quo afficitur, qui hac ſacra appellatione decoratur, ſacerdos alia appellatione nominatus: quòd ſacra 2 myſteria det & pertractet.[r] Mentis hic potius, quàm ſenectutis ſpectata canities, quæ presbyteros intituler.[s] Vnde & epiſcopi olim dicti quoque presbyteri.[t] Græcis πρέσβεις, erant, quibus honos & reuerentia exhibebatur, quæ ſenibus deferebatur, eaque erat magna potiſſimum Romæ, & in bene inſtitutis rebus publi- 3 cis. Nam priſcis, authore Calliſtrato, pene eundem honorem ſenibus ac magiſtratibus tribuebant:[u] neque apud antiquiſſimos Romanorum, generi aut pecuniæ præſtantior honor tribui quàm ætati ſolitus, & maiores natu à minoribus colebantur, ad Dei prope & parentum uicem. Iſque mos Romanis à Lacedemonijs traditus, quibus id in more erat ex ſanctione Lycurgi:[x] Et ut ſcribit Ouidius,[y]

Magna fuit quondam capitis reuerentia cani,
Inq; ſuo pretio ruga ſenilis erat.
Martis opus iuuenes, animoſaque bella gerebãt,
Et pro Dijs aderant in ſtatione ſuis.

Et rurſum.[z]

Adde quòd eſt ſenibus rerum prudentia maior,
Solus & artifices qui facit, uſus adeſt.

Atque Xenophon[a] moriturum iamiam & diſponentem de regno ſuo in filij ſenioris fauorem, Cyrum dixiſſe ſcribit, fuiſſe eam legem Perſarum, Senioribus non ſolum fratribus, ſed etiam ciuibus, & incedendo, & dicendo, ce- 4 dendum. Proinde Heſychius, πρέσβεις, inquit, ſunt, non ſolum γέροντες, ſed etiam βασιλεῖς, ἄρχοντες, προτιμώμενοι, id eſt, *non ſolum ſenes presbees uocantur, ſed etiam reges, principes, magis honorati*. Ita & in translatione nominis oſtendit Ariſtoteles,[b] ὄρνις ὁ τροχίλος καλοῦσαι πρέσβυν καὶ βασιλέα. Quod explicat Plinius,[c] *parua*, inquit, *auis, quæ Trochilos uocatur, rex autem in* 5 *Italia.* Venerabilis ex ſententia Salomonis ſenectus, non diuturnitate uel numero annorum computata: cani enim ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis, uita immaculata.[d] Præſumitur autem iam caneſcentibus hominibus per ætatem, rerum ſaltem experientia & uſu ſapientiores illos euaſiſſe, dictumque de illis à Deo, *Honorabis uultum ſenis, & à facie caniciei conſurges*.[e] Et ita Rabini annotatur,[f] סבא בביתא סימנא טבא בביתא *Saba bebetha, ſimana taba bebetha*, id eſt, *ſenex in domo ſignum bonum eſt in domo*. Nec tantum in domo, ſed in ciuitate, & in orbe: ut contra, ſenum interitus, eſt certiſſima coniectura uindictæ Dei, & uenturi mali, & peccati commiſſi atrociſſimi. Sic maledictio maior interminata eſt Heli, ob peccatum emendatum filiorum,

r cano. cleros, 21. diſt.
s can. pen. 24. diſtin.
t ca. legimus, 93. d. ſine can. olim, 95. diſt.
u Calliſt. l. ſemper, 5. de iure immunita. lib. 50. ff. tit. 6.
x Aul. Gellius lib. 2. cap. 15.
y Ouid. libr. 5. Faſtor.
z Ouid. libr. 2. De art.
a Xenoph lib. 8. Cyri Pæd.
b Ariſto. libr. 9. de Hiſtoria animal. c. 11.
c Plinius, li. 8.
d Sapient. 4.
e Leuit. ca. 19.
f in ſententijs moralibus Ben Sue. cap. 15.

filiorum,quod erat Deo abominabile. *Ecce,in-*
quit Deus per prophetam ad illũ, *dies ueniunt,*
& præcidam brachium tuum, & brachium patris
tui,ut non ſit ſenex in domo tua. Et poſtea. *uerun-*
tamen non auferam penitus uirum ex te,ſed ut deſi
ciant oculi tui, & tabeſcat anima tua, & pars ma-
gna domus tuæ morietur, cum ad uirilem ætatem
peruenerit.[a] Propter malitiam tollitur iuſtus.[b]
Omnis prouincia,ut aiunt Rabini, in qua non
eſt ſenex,digna eſt ut deuaſtetur.[c] Sicuti & quã
diu Loth inter Sodomitas fuit,non potuit ciui
tas ab angelis ſubuerti.[d] Et propter unum ſe-
nem Mathuſalah, Deus uindictam diluuij per
7 ſeptem dies ſuſpendit,donec is[e] moreretur. Se
nibus itaque deferendi honores & rerum ad-
miniſtrationes & ſi plures ſint,quàm ſint magi
ſtratus uel adminiſtrationes,illis taliter ut di-
gnis deferendum eſt,conſilia illorum ſcrutan-
da & perpendenda potius, quàm iuuenum,qui
perdiderunt regem Roboam filium Salamo-
nis.[f] Monet & eccleſiaſticus, *Ne te prętereat nar*
ratio ſeniorum,ipſi enim didicerunt à patribus ſuis:
quoniam ab ipſis diſces intellectum, & in tempore
neceſſitatis dabis reſponſum.[g] Et alibi,[h] *Corona ſe-*
8 *num,multa peritia,& gloria eorum timor Dei.* Er-
go delatus hic honor ſenibus, qui πρέσβεις, di-
cũtur, multo magis ſenioribus qui presbyteri,
πρεσβύτεροι. Vt etiam antiquitus obſerua-
tum innuit Xenophon.[i] ὄρξατο λέγειν ὁ Φαρνάβα-
ζος: καὶ γὰρ ἦν πρεσβύτερος. i. *cœpit loqui Pharna-*
9 *bazus,erat enim ſenior.* Quodque melius eſt, &
antiquius dictum eſt ſæpe apud M. Tullium:
ut ad Atticum, *ne dubitaris, quin quod honeſtius,*
id mihi futurum ſit antiquius. Et alibi,[k] *at ſalus an*
tiquior, id eſt potior,militum,quàm impedimento-
rum. Et iterum,[l] *nihil uita antiquius, exiſtimare*
omnia poſteriora libertate ducere. Eademq; phra
ſis obtinet apud Græcos, ueluti apud Iulium
Pollucẽ:[m] οὐδὲν ἐστι πρεσβύτερον, pro οὐδὲν τιμιώτε-
ρον, & apud Platonẽ.[n] [illegible] Hac rõne qui
honore pręcipuo in eccleſias uſi ſunt, quive cu
rę aliorũ præpoſiti ſunt, uel qui curã myſterio-
rum uenerabilium in eccleſia Dei ſuſceperũt,
presbyteri dicuntur, digni habiti hoc miniſte-
10 rio. Ita D. Paulus ad Titum[o] ſcribens, *Reli-*
qui, inquit, *huius gratia te Cretæ, ut ea quæ de-*
ſunt corrigas, & conſtituas per ciuitates presbyte-
ros, ſicut ego diſpoſui tibi: ſi quis ſine crimine eſt,
unius uxoris uir, filios fideles habens, non in accu-
ſatione luxuriæ, aut non ſubditos. Et ad Timo-
theum,[p] *qui bene præſunt presbyteri, duplici hono-*
re digni habeantur, maxime qui laborant in uerbo
& doctrina. Digniſſimum & uenerabile horũ
peculiare munus, quod non niſi ſacerdotibus
conceditur, ſacratiſſimum & adorandum ſa-
crificium corporis & ſanguinis Domini noſtri
Ieſu Chriſti in altari conficere & offerre, ora-
tiones dicere, benedicere,[q] & alia pleraque
exequi, de quibus paulo poſt agetur Deo iu-
uante, cum de ordinibus & ſacerdote loque-
11 mur. A presbyteri nomine archipresbyter di-
citur, qui ſacerdotibus ſeu presbyteris certis
quibuſdam de cauſis præponitur, & præeſt illis
quæ ſacerdotalis officij ſunt: præcipue ſi epiſco
12 pus defuerit.[r] Proinde & archipresbyter appel
latur decanus, ſcilicet presbyterorũ uel eccle-
ſiæ.[s] Quia decanus eccleſiæ, in locũ archipres-
13 byteri ſubrogatus eſt.[t] Decanus alioquin, qui
præeſt decẽuiris, dici exiſtimatur à Vegetio,[u] ſed
translatione facta à perfectione & præſtantia
denarij numeri, decanus dicitur præcipuus in-
ter aliquos eiuſdem ordinis uel ſtatus.[x] Ita ec-
cleſiæ Conſtantinopolitanæ canonici, tanquã
digniores, decani dicti ſũt ab Honorio & Theo
doſio CC.[y] In eo ſenſu Ælianus ſcribit, q̃ opti
mus quiſque decuriæ præponi, & cæterorum
ductor eſſe debet, qui & decurio, & decanus, &
dux, & primus, & præſes nominatur.[z] Sic &
porta maior, quæ in caſtris erat, decumana di
cta, ut pręcipua, diuerſa ab ea quæ erat in poſti
ca caſtrorum parte.[a] Et

Vaſtius inſurgens decimæ ruit impetus undæ.[b]

Decanus in capitulo, honorabilior uidetur
pars capituli:[c] inter Cardinales etiam præci-
puus eorum decanus, ut in cardinalibus mo-
nuimus. Interq; Rotæ auditores, honorabilior
decanus eſt in capella Pappę, propter miniſte
rium, quod uocatur mithræ, ut notat Ludoui
14 cus Gomeſius.[d] Archipresbyterorum duæ
ſunt ſpecies, una urbicanorum ſeu ciuitaten-
ſium: altera ruralium. Ciuitatenſis ſeu urbicus
eſt, qui in urbe conſtitutus. Eius munus eſt,
abſente præſule, & eius loco officium diuinũ
incipere, benedictiones in eccleſia dare presby
terales, miſſam quando uoluerit cantare, & re-
liqua peragere, quæ tradit propria conſtitutio-
15 ne Leo Pappa.[e] Ruralis archipresbyter in ru-
re degit, & qui habet curam presbyterorum,
qui per minores titulos habitant, quorum ui-
tam, mores, & ſimul plebis obſeruat: ut dein-
ceps epiſcopo denunciet.[f] Partitur quippe cũ
huiuſmodi epiſcopus ſolicitudinem gregis,
habentque iuriſdictionem, qualem illis con-
ſuetudo permiſit.[g] Statuit & Carolus Ma-
gnus, ad archipresbyterum notionem pertine-
16 re de incantatoribus & maleficis.[h] Hic tamen
ſubijcitur archidiacono diœceſeos, quia ei in-
ferior:[i] quamquam ratione ſimplicis ordinis
diaconatus & presbyteratus, maior presbyter
diacono.[k] Sic enim, & in alijs, quis alio ma-
ior uel minor, diuerſis reſpectibus uel rationi-
bus eſſe poteſt.[l] Et in ordine, primum locum
habẽt presbyteri honorabiliorem, ſecundum
diaconi, tertium ſubdiaconi tenent, ex decre-
to Gregorij noni.[m] Quare etſi in eccleſia ab-
ſente epiſcopo archidiaconos & archipresby-
ter adſint & concurrant, archipresbyter loco
epiſcopi miſſarum ſolemnia peraget.[n]

De primicerio eccleſiaſtico, cantore, & præcentore, & eorum beneficijs. Cap. XXII.

De offic primicerij lib. 1.
Decretal. tit. 29.

1 *Primicerius quis, & num cantor.*
Cantor, primicerius, & eius munus, eod.
2 *Præcentor quis.*
Concentor quis, eod.
3 *Primiceriatus cum dignitate beneficium.*
Primiceriatus notariorum ſummi pontificis. eod.
Primicerius datarius. eod.
4 *Primicerius cantor quare, & ſubditus archidia-*
cono.
5 *Primicerius in omnibus quis generaliter.*
Primicerius menſorum, diaconorum, fabricæ, pro-
tectorum quis. eod.
6 *In ceris olim ſcriptitatum.*
Scripturæ diuerſæ materiæ, eod.
Cera prima, ſecunda, ima, & ultima ſcribi quid.
eod.

7 *Scribe-*

a 1. Reg. c. 2.
b Iſaia, c. 57.
c in prædictis ſententiis Ben Sire.
d Geneſ. c. 19
e Geneſ. 7.
f 2. Paralipo. c. 10.
g Eccleſiaſtic. c. 8
h Eccleſ. c. 25.
i Xenoph. li. 4. Helen.
k ad Heréniũ.
l Orat. 1. in Anton.
m Iulius Poll. lib. 2. Onom.
n Plato, in Sympoſio.
o ad Titũ, c. 1.
p 1. ad Timot. cap 5.
q ca. perlectis, & ad presbyterum, 25 diſt.
r cap. 1. & 2. de off. archipresb.
s ca. ad hæc, de off. archidiaco. cano. innominus, 60 diſt.
t Rota deciſ. 451. in nouis & rurſum, deciſ. 443.
u Veget. lib 2. de re milit. c. 2.
x gloſ. in rubr. decanis. lib. 12. C. & ibi Alciat.
y l. nẽ plores, l. 4. de ſacroſan. eccl. lib. 1. C. titu. 5.
z Aelianus, libello de acie inſtruenda.
a Iulius Caſ. lib 3. Comment.
b Ouid 11. metamorph.
c cap. poſt electionem, & 7. de conceſſ. preben. c. cum inter uniuerſas, ca. 18 & ibi Panor & gloſ. de electio.
d Lud. Gomeſ. in proœmio ad regu cancellariæ, ubi agit de ꝓthonotarijs.
e c. pen de off. archipresbyt.
f c. fi. de offic. archipresbyt.
g gl in c. ex litteris, de cõſan. & affin. in uerbo, coram decano.
h in conſtit. capitularib. Caroli Magni, capitulari de pace, c. 35.
i ca. 1 & ca. ad hæc, de off archipresby. c. a. prolatis, & archipresbyter, 25 diſtin.
k notat Hoſt. in ſumma, de offi. archid.
l cano. puto, 2. q. 7
m cano. ſtatuimus, de maior. & obedi. apud Gregor.
n c. 1. de offic. archipresby.

7 *Scribebantur digniores primo loco.*
8 *Choragus cantor,& quid priſcis choragus.*
9 *Chorodectes quis.*
10 *Chorodidaſcalos,magiſter chori.*
11 *Chori ſumma apud unum eſſe debet.*
12 *Chorus eccleſiaſticus quis dicatur.*
Chorus eccleſiaſticus quando diuiſus in duas partes, pſalmorum Dauidicorum canendorum cauſa,& antiphonarum.eod.
13 *Præcentor quis,& officium eius.*
Choroſtates præcentor,eod.
14 *Succentor & ſuccentoratus.*
15 *Choraulæ qui.*

PRimicerius eſt primus inter clericos & diaconos, quibus præeſt in docendo,ſubditus archidiacono.[a] Butrigarius ratus eſt primicerium
1 accipi pro cantore.[b] Nam & officium cantandi & legendi lectiones, laudes, reſponſoria ad eum pertinet:ordo & modus canendi,pro tempore & ſolemnitate, determinatio delationis cereorum ſeu luminũ, caſtigationes leues clericorum. [c] Cantor alibi dicitur, quòd uoces in
2 choro moduletur. [d] Species cantoris præcentor,qui uoce præit,qui ante omnes incipit:item concentor, qui ſimul concinit. de quibus Deo
3 fauente poſtea. Colligitur autem & reſcripto Innocentij 3. ad Tulleuſes canonicos,[e] primiceriatum eſſe beneficium cũ dignitate. Aliud tamen,ab officio primiceriatus quod habet primos inter notarios ſum.m.pontif.[f] antea dictus notariorum decanus,& protoſcriniarius:& ille primicerius qui diem,ſeu ut loquuntur, datas adijciebat diplomatibus pontificalibus, quas
4 nunc bibliothecarius apponit.Primicerius itaque cantor ex conſenſu dicitur, ueluti primus in choro, & primus ratione cantus: alioquin non is primus ſimpliciter dicendus, cum is ſub ordinetur archidiacono. Exigit enim pronunciatio nominis primicerij, adiectionem ex rela
5 tione alicuius,uel poſtulat ſubintelligi. Quòd primicerius in omnibus is dici poſſit, qui primus & in aliqua dignitate eſt anteſignanus, vel primus in aliquo.Sic dicimus primicerium menſorum, inter menſores primum:[g] & primicerios ex corpore decanorum. [h] Primicerium fabricæ,[i] primicerium protectorum domeſticorum,equitum.[k] Sic de ſimilibus. Nam πριμικήριος, uel πρωτικήριος, eſt πρῶτος τάξεως.pri-
6 mus in ordine quolibet ceræ ſeu ſcripturæ.Mos enim erat antiquis in tabulis ceratis & pugillaribus ſcribere,præcipue ante chartæ & membranæ inuentionem: tentatis pluribus ſcribendi materijs, de quibus ſcribit Plinius, de Pappio arbore loquens. *Hanc*, inquit, [l] *Alexandri Magni victoria repertam author eſt M.Varro,condita in Aegypto Alexandria. Et antea non fuiſſe chartarum vſum, ſed in palmarũ folijs primo fuiſſe ſcriptitatum: deinde quarundam arborum libris:poſtea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox,& priuata linteis confici cœpta,aut ceris:pugillarium enim uſum fuiſſe etiam ante Troiana tempora inuenimus apud Homerum.*Et poſtea etiam remanſit cerarum uſus, ut ex Plinio Iuniore conſtat, dum ait, [m] *Erat in proximo,non uenabulum aut lancea, ſed ſtylus aut pugilaris: meditabar aliqua annotabamque, ut ſi manus uacuas, plenas tamen ceras reportarem.*Et Iuuenalis.

Non ne libet medio ceras implere capaces
Quadriuio.

Quare quæ in ceratis tabellis, & per tranſlationem in alijs ſcripta erant, in ceris ſcribi dicebantur, & quòd in primo loco,in prima cera, & poſtea,ſecunda & tertia &c.& in ima. Et ita apud Suetonium legimus, [n] Iulium Cæſarem Q. Pedium ex quadrante hæredem inſtituiſſe, reliquos in ima cera.Et Aſconius Pædianus extremã ceram, ultimam tabulam, uel ultimam partem tabulę interpretatur.[o] Quocirca primicerius primo ſcriptus in choro cantor,dignior. Sic enim digniores in albo magiſtratuũ primo
8 ſcribebantur. [p] Nihil ergo prohibet quin hũc cantorem Choragum quoque uocemus.appellarunt enim choragos priſci, ut refert Athenæus ex Demetrio Bizantio, *Non hos*, inquit, *qui volunt nunc choros mercede conducunt, ſed eos qui chori ſunt doctores qui ſicut ait Demetrius Bizantius libro 4. Poematis, iubent,recte muſicæ incumbere, neque leges uetuſtas muſicæ præterire.*[q]
9 Affinis huic is qui χοροδέκτης apud Suidam dicitur, qui cantantes & ſaltantes admittebat in chorum,qui ſciret qui admittendi,& in quo lo
10 co chori eſſent diſponendi.Vocabatur & χοροδιδάσκαλος, chori magiſter, qui docebat eos quos in chorum ille admittebat, quomodo cãtare deberent: non enim paſſim licebat etiam bona voce prædito eo inconſulto in chorum Ethnicorum etiam uenire,teſte his uerbis Ariſtotele.[r] οὐδὲ δ᾽ ὁ χοροδιδάσκαλος ... μεῖζον καὶ κάλλιον τοῦ παντὸς χοροῦ φθεγγόμενον ἐάσει συγχορεύειν *.i.neque ſemper magiſter chori cũ qui pulchriorem ac meliorem toto choro uocem emittit,ſinit in choro*
11 *eſſe.* Sicque & neceſſarium dixit idem Ariſtoteles chori ſummam apud unum eſſe.[s] Quare apud Athenienſes, in feſtis ſuorum idolorũ conſtituebantur chori à tribus quæ decem erant, & ex unaquaque tribu eligebatur choragus,ut author Demoſthenes & Libanius. [t] In choris quoque eorum cautum fuiſſe, etſi eorum alius quàm in ſacris uſus teſtatur Macrobi⁹.[u] *Vides, inquit,quàm multorum uocibus chorus conſtet,una tamen ex omnibus redditur uox, una eſt illic acuta,aliqua grauis:alia media,accedunt uiris fœmi-*
12 *næ,interponitur fiſtula.* Suidas chorũ eccleſiaſticum ait eſſe cœtum canentium in tẽplis:& choros eccleſiarũ diuiſos fuiſſe in binas partes ſub Conſtantino Cõſtantini Magni filio, & Flauiano epiſcopo Antiochæ.Et ex Antiochia ubi cœpit in oẽs mũdi partes tranſiuiſſe more ita pſallendi bifariã pſalmos Dauidicos. Hæc tamen Suidæ opinio nõ valde de more pſallendi in alijs probabilis. Siquidẽ legi apud Socratẽ [x] & Nicephorũ [y] Caliſti,modũ antiphonarum, id eſt modũ concinendorum carminũ per mutuã reſponſionem & per uices, iam ab apoſtolorũ temporibus cœpiſſe. Nam tempore D.Ignatij, qui tertius in eccleſia Antiochena à D. Petro Apoſtolo hierarcha fuit, & qui cum apoſtolis plurimo tempore uixit,ea pſallẽdi formula inſtituta ab eo eſt. Publice tamen in duas partes Antiochiæ choro diuiſo Dauidicam melodiã pſallere docuere Flauianus & Diodorus:poſtea
13 epiſcopi,ut author Theodoricus. [a] Additur interdum cantoribus & magiſtris chori,præcentor,qui modulationem incipit, [a] forſan conueniens cũ eo qui Græcis uocatur χοροστάτης, τὸν χορὸν ἱστάς. Quod colligitur ex epiſtola quadam Iuliani,dũ ait, [b] καθάπερ ἐν τῷ ᾄσματι τὸν διαπρέψαντα πρὸς τὸν χορὸν ἄνευ τοῦ ὁρίσαντος, οὕτω καὶ ... τῷ σῷ πλήκτρῳ ... ἐν τῷ χοροστάτῃ πρὸς τὴν ἀνάκλασιν τοῦ ῥυθμοῦ συναρμόζοντες. Quibus docet choroſtatus tõdere ad auſpicatum rhitmi. Choroſtates dici põt

in qui-

a ca. 1 de officio primice. in lib. 1 Decretal. tit. 25.
b Butriga. in d. rubri de offic. primicer.
c ea. perlectis, §. ad primicerium. 25 diſt.
d ca. cleros. §. cantor, 21. diſt.
e c. cum acceſſiſſent, cap. 8. de conſtitutio.
f Gomez, in proœm Regu. Cancellar.
g l. 1 de menſor li. 12. C. tit. 31.
h l. 1. de decanis, li. 12. C. tit. 27.
i l. 1. de fabricenſib. li. 11 C. tit. 9.
k l. 3. de domeſti. & protector. lib. 12. C.
l Plinius, lib. 13. c. 11.
m Plin. Iunior, lib. 1. epiſtol.
n Sueton. in Iulio Cæſare.
o Aſco. Pedia. in 3 Verrinam Ciceronis.
p l. 1 de Albo ſcrib. lib. 10. P. tit. 3.
q Athenæu[illegible] 14. Dipnoſ[illegible] 11
r Ariſtot. lib 3. Polit. c. 9.
s Ariſto lib. de Poe[illegible].
t Demoſthenes, [illegible]
u Macro[illegible] in Saturnalio
x Socra. li[illegible] hiſt Tripar[illegible]
y Ni[illegible] hiſt. lib. 13. ec[illegible] hiſtor.
a Theodor. li. 2. hiſtor. Tripar. tit. 12.
a cano cleros, 20. diſt.
b Iulia. epiſtol. ad Iamblichũ.

14 in quibuſdã eccleſijs nominatus ſuccentor, cu
ius & beneficium dicitur ſuccentoratus, habẽs
dignitatẽ alicubi, ut in Pictauienſi eccleſia:[a]
alibi autem tantummodo habens officium, ali
bi perſonarũ. Mores enim & conſuetudo eccle
ſiarum in iſtis, & in cantorum præcentorum, &
aliorum beneficiorum qualitatibus ſequi opor
tet.[b] Beneficia porro hic cantorum, præcen-
torum, & ſuccentorum & officia, alia ſunt à
communi canonicorum officio modulandi &
15 canendi. Et pariter diſtincta à Choraulis,
quorum munus per clerum aut canonicos, a-
liosve præbendatos fit per uices: iſti enim cho-
raulæ ex diuerſo more legionum, uel ſedent &
cantant & cæremonias perficiunt, uel circa
exedras chori diſcurrunt, & deficientes in can-
tu canentes admonent, & uoci ſeu conuenien-
ti modulationi reſtituunt: ferunt alicubi ſcipio
nes argenteos uel auratos, alibi ſacrum palliũ
quoque ſumunt, & eos qui reſponſoria incœp-
turi ſunt monent, de reſponſorij initio & uoce
ſeu tono. Dicti choraulæ metonymia facta à
chauraulis antiquorum: etenim in choris eo-
rum erant qui inflabant tibias, quæ choris ca-
nentium miſcebantur, inde & dicti choraulæ.
Sunt in eccleſijs choraulæ qui primi reſponſo
ria & antiphonas incboant.

a c. inter dilectos, cap 11 de exceſſ. prælat.

b c. cum olim, c. 6 de conſuetu. ap Greg.

De præbendatis, & canonicis vtriuſque ſexus. Cap. XXIII.

1 *Præbendati unde dicti, & quid præbenda in plurali numero, & 5.*
2 *Salgamum quid.*
1.3 *Præbenda publica.*
Ventidius Baſſus, eod.
4 *Præbia, & præda unde declinatur.*
6 *Præbenda in ſingulari beneficium.*
7 *Præbenda duplex, laicalis, & ſpiritualis. & quæ laicis debetur.*
8 *Præbendæ laicis datæ in eccleſiis iuris regij à rege.*
9 *Præbendæ ſpirituales duplices, ſimplices & canoniales.*
Præbenda ſimplex quale beneficium, eod.
10 *Præbendati hebdomadarij qui.*
11 *Præbendati aſſiſij.*
Aſſiſij in eccleſia qui, eod.
12 *Præbendæ canoniales quid.*
Canonia quid, eod.
13 *Canonici qui non ſunt ſubdiaconi, non habent vocem in Capitulo.*
14 *Canonia in herbis & ad effectum, qui & quos non percipiant fructus.*
15 *Mandatarius in beneficijs habet ius ad rem, ſed non in re.*
16 *Canonici clerici primi gradus honorabiliores alijs beneficiarijs.*
17 *Canonici quare ita dicti.*
Canonici harmonici Pythagorici qui. eod.
18 *Canonicorum alij regulares, alij ſeculares.*
Canonici regulares qui, eod.
19 *Arnulphus canonicos regulares auſpicatus.*
Monachi canonici facti. eod.
20 *Canonicæ ſeculares mulieres.*
21 *Beguinæ.*
22 *Præbenda præbendatorum & canonicorum, ex tribus, præbenda, diarijs, & de menſa.*
23 *La groſſe, inter præbendatos quid.*
24 *Diſtributiones quotidianæ, manualia dicuntur præſentibus debita.*
25 *Canonici abſentes ſtudiorum cauſa quid ex præbẽdis percipiant, & 26.*
26 *Menſæ fructus quomodo, & quando inter canonicos diſtribuantur.*
27 *Canonici nuper recepti habent æqualem partem in fructibus menſæ cum antiquis.*

1 PRæbendati ab eo, quod uictus cau
ſa præbetur in eccleſijs dicuntur.
Præbendæ enim abſolute in plura
li numero apud priſcos diceban-
tur quæ, parœchi quotidie legatis publice miſ
ſis exhibere tenebantur, ligna, ſal, ut innuit
Horatius:[c]

Proxima campano ponti quæ uillula tectum
Præbuit, & parochi, quæ debent ligna, ſalemque.

2 Vocant iura codicis ſalgamum, quod præbetur
ab hoſpitibus militibus, quo tamẽ nomine nõ
3 ueniunt culcitræ, lignum, aut oleum.[d] Memi-
nit & Gellius de præbendis publice, dum agit
de Ventidij Baſſi fortuna, & eum dum adoleuiſ
ſet uictum ſibi ægre quæſiuiſſe, ſordideque in-
ueniſſe, comparatis mulis & uehiculis, magi-
ſtratibus qui ſortiti prouincias fuiſſent præben
4 da publice conduxiſſe.[e] Ab eadem declinatio-
ne Varro[f] uocat præbia ἀλεξητήρια, uel amule
ta, à præbendo. Vt ſi lorum detur quod ſit reme
5 dio pueris. Et alibi,[g] uerbum præda & prædes
à præſtando ducit, quod ea pignore data publi
ce mancupes fidem præſtent. Erant & largitio
nes ab imperatoribus factæ prouincialibus,
quæ & præbendæ dicebantur, ut apud Caſſio-
dorum, *Præbendarum*, inquit, *tenor adſcriptus,*
quem noſtra diuerſis largitur humanitas prouincia-
6 *libus &c.*[h] In iure pontificio & beneficiorum
tractatu præbenda in ſingulari numero, eadẽ
7 tamen ſignificatione, uſurpatus. Hæcque dupli
cis generis præbenda dicitur, una datur laicis:
altera quæ tantum conceditur clericis titulo be
neficij. Laicis præbentur ab eccleſijs quædam
annonæ ſtipendiorum gratia, ratione obſequij
uel officij, uel ſolicitudinis impenſæ in eccle-
ſiam:[i] cuiuſmodi ſunt quæ præbentur aduoca
tis, ſyndicis, & alijs. Imponuntur & eccleſijs
onera annonarum præbendarum nobilibus
pauperibus, uel ob ſeruitium temporale, ut ſcri
bit Compoſtellanus, & poſt eum Panormita.[k]
locum habere in eccleſia S. Martini Carnoten-
ſis. Atque idipſum Symmachus Pappa, ratione
8 temporalis conceſſionis[l] permiſit. Et D. Hiero
nymus omnibus monaſterijs præcepiſſe uide-
tur.[m] In Gallia in monaſterijs quæ regij iuris
ſunt & fundationis uel dotationis regis, præbẽ
dæ huiuſmodi ſunt, in quibus princeps milites
membris mutilos pauperes, etiã inuitis mona-
chis alendos quãdiu uixerint ſtatuit.[n] Et ſæpe
ita iudicatũ Tholoſæ uidi à curia ſuprema, re-
pugnantibus monachis largitioni regiæ & co-
dicillis eius. Nec mirũ ſi princeps ita poſſit ſta-
tuere, cũ præbendæ in fructibus conſiſtant pro
9 pria natura, quorũ & laici capaces ſunt. Alte-
rius generis præbendæ quæ debentur clericis,
ſpirituales dicũtur, & beneficij eccleſiaſtici no-
mine cẽſentur, quòd habeant ſpiritale munus
annexũ, diuiſis portionibus tamen, nõ antea.[o]
Hæ rurſum uel ſimplices uel canoniales dicen
tur. Simplex præbenda, eſt ius ſpiritale recipiẽ
di certos prouentus, in eccleſia collegiali com-
petens ob diuinum officium cui præbenda-
tus inſeruit.[p] In ſpiritali conſiſtit titulus, in
tempo-

c Horat. Sermo Satyr. 5 & ibi Acron.

d l. 5 de ſalga. hoſpitibus non præſt. lib. 12. C. tit. 42.

e Gelli. lib. 15. cap. 4.

f Varro, lib. 4. de ling. Lat.

g Varro, lib. 4. de ling. Lat.

h Caſſiod. lib. 5 Variar.

i gl. in c. cum Martinus, in uer. receperũt, de conſt. & ibi Panor nu. 23.

k Panor in d. ca. cum Martinus.

l ca. poſſeſſiones, 16 q. 1.

m D. Hierony. ad Nepotian. in c. fin. 16. q. 1.

n ca. maioribus, & c. cum cauſa, 36. de præbẽd.

o cap. ex parte Hadenſis, cap. 30. de conceſſ. præb. l. h. 2. Decret. ti. 8

p [illegible] Felin nu. 1 & Panor. nu. 2 & c. 3. de cõſt.

temporalibus præbendarum ſubſtantia. Simplices præbendæ poſſidentur per clericos ſe-
10 cundi ordinis in eccleſia collegiali. Quorum aliqui ratione officij diuini maioris, quod exequi debent exemplo, & loco canonicorum, qui per uices integras hebdomadas ſolemnia miſſarum & officij diuini peragere tenẽtur.[a] Hebdomadarij dici poſſunt aliquando, & qui uno
11 gradu ſimplices præbendarios antecedunt. Sũt & alterius generis ſimplicis præbendarij, dicti aſſiſij:[b] uel manſionatij alicubi dicti, *habituez*,
12 in Gallia. Canonialis præbenda ea dicitur, quę eſt annexa canonicatui, quæve ea omnia continet quæ ſimplici concluduntur, & ultra habet uocẽ, ſeu ius ſuffragij ferendi in capitulo, exedrã ſeu ſtallum in choro ſeu in periſtylijs, & alicubi, ut Cadurci, pacis oſculum.[c] Hæc enim
13 habent canonici, ſi modo ſint ſubdiaconi: Nã qui non ſunt ad ſubdiaconalem ordinem promoti, ſententiã non dicunt, id eſt, non habent
14 uocẽ in capitulo.[d] Quẽadmodũ neque illi qui creati dicuntur canonici in herbis, uel honorarij, uel ad effectum obtinendi primã uacaturã præbendam, qui nec quotidianas diſtributiones ſeu diarias annonas habent, nec actibus capitularibus interſunt:[e] nempe quòd proprie non ſunt canonici, habita ratione præſentis tẽporis, quales mandatarij uel qui habent literas
15 expectatiuas.[f] Quia qui habet canonicatum ſub expectatione præbendæ, habet quidem ius ad rem, ſed non in re.[g] & qui uere habet canonicatum, habet uel habere debet in præſenti
16 uel de proximo præbendam.[h] Innocentius tamen eſt, canoniam longe honorabiliorem alio ſimplici beneficio, & idcirco canonicos dici clericos primi gradus, alios etiam beneficiatos
17 ſecundi gradus.[i] Canonici qui annonam ſtatam habent, & priuilegia certis maioribus eleri... deſtinata, dicuntur ... id eſt, qui in al... m talium cl... icorum in eccleſia relati sũt: ſi... e qui canonem, id eſt, demenſum ex eccleſia ſt... o ærario ca... ui... el primi in eccleſia, quẽadmodũ à Pyt... gori... c... bãtur ... harmonici, qui prima ... di ... partes longeq;
18 ... maxime rõni adſcri... bãt.[k] Canonicorũ & canonicarum præbenda itẽ, uel monachales ſeu regulares ſunt, uel ſeculares. Regulares ſunt in monaſterijs, unde ueti... ne quis in duobus monaſterijs locũ occupet.[l] Et ij etiam ha-
19 bent ſuffragij ius in ſuo capitulo.[m] Scribit aũt Volaterranus, Arnulphũ abbatem canonicorũ regularium ordinem auſpicatũ circa annum Domini 1066. quidã tamen notat, Spirenſes, Vuormacienſes & Maguntinenſes canonicos, monaſticæ uitæ profeſſione abiectã, ſeculares fieri & ſeorſum habitare cœpiſſe circa annũ domini 966. Sed iſti inter ſeculares annumerandi, ut plerique alij in Gallia & alibi, qui eiuſ gene-
20 ris ſunt, non regulares. Sunt & mulieres eæ, quę uulgo dicuntur canonicæ ſeculares, uiuentes exemplo ſecularium canonicorum, quæ non renunciant proprijs, nec profeſſionem ullam
21 faciunt, quas cõcilium Vienenſe non probat, uerum & eas uiſitari,[n] nominatque eas beguinas atque illis iubet aliquam uiuendi normã
22 & regulam monachalem deligere.[o] Cæterum annona quæ præbetur præbendatis & canonicis, tribus modis diſtinguitur, ... ex tribus uarie cuoſtat ... in ... el præbenda ſeparata & ſtata annua eſt ... ſeu diſtributionibus quotidianis ... ex menſa cõ-
23 muni, ſi ſit.[p] Præbendę nomen refertur ad id
24 quod uocant, *la groſſe*.[q] Quotidianę diſtributiones, manualia dicũtur quoque beneficia,[r] ſeu uictualia: quę tantum præſentibus officio diui-
25 no diurno diſtribuuntur. Qualia ea, quę ex anniuerſarijs diſpenſantur tantum ijs, qui orationibus interſunt,[s] non autem abſentibus, etſi ſtudiorum cauſa abſint, quibus prębenda ta-
26 men integra remanet. Fructus menſę dicuntur ea, quę ultra prębendę fructus, uel diaria & manualia, ex alijs reditibus capituli colliguntur ſimul, & in communi reſeruantur, diſtribuiti non certo tempore, ſed aliquando cum inter canonicos participes placuerit. Quorum quoque qui abſens ſtudiorum cauſa eſt, fit particeps, non autem alij ſine cauſa, uel ea ille-
27 gitima abſentes.[t] De his fructibus annotat unum ualde ſingulare Calderinus,[u] ut ſi hoc anno contingat diuidi fructus menſę qui prę-teritis annis collecti & coacti fuerint, canonicos qui uel hodie, uel nuperrime fuerint creati ſeu inſtituti uel ordinati, ęqualem partem cum cęteris antiquis facere. Quod etiam ſcribit Felinus[x]

a argu. c. dilectis, c. 25 de pręben. ap. Greg.
b c. pen. de cle. non reſid. & ibi glo. 1 ap. Greg. li. 3 tit. 4.
c c. dilecto, & c. pro illorum, de præben.
d clemen. 1 de æta. & quali. in clem. ... tatione, eo. tit. apud Gregor.
e Imo. in clem. fin. de præben. col. 2 Rebeff. in § ... de reſer. ua. in Concor. dat.
f in Rota deciſion 441 tit. de præb. in nouis Staphilæus in prima forma gratiarũ expectatiuarum
g c. fi. de conceſſ. præb. in 6
h c. relatum, & ca. dilectus, de ... per, de conceſſ. præb. c. cũ M... tinus, de cõ... t.
i In ... ſedes, de reſer.
k Cel. Rhodiginus, li. 5 c. 11
l c. fi. de regular. ap. Gregor. & c. ne ſimi... §. fi. de relig. ... dom. glo. ... men 2 de iu... in c. cõſtitut... 47 de elect. ap. Gregor.
n Clement. 2. de ſtat. monac. c. in eminitatibus. 41 §. pen. de qiceſt. in 6
o c. 1 de reg. do... ... ſtat ſubiect. ap. Clementem.
p uidendũ ... unicum, cũ gl. pen. de cler. non reſid. in 6
q in § c. unico glo. 2.
r c. olim, ca. 16. de uerb. ſign.
s d. c. unico, de cler. non reſid. in 6. c. de cætero, eo. tit. apud Gregor. c. licet, de præbẽ. apud Gregor.
t Felin. in ca. Iacobus, nu. 2. de ſimo. Panor. in ..., in ſ. de præben.
u Calderin. tit. de præb. conſ. 21.
x Felinus, in c. Iacobus, nu. 1 de ſimon.

De Curionibus, rectoribus, parochis, plebanis, & uicarijs. Cap. XXIIII.

1 *Curiones & curati unde dicti: à cura & curia.*
2 *Curionum ſeu curatorum officium & munus.*
3 *Curionis qualitas & ætas.*
4 *Eccleſia reparari à quo debeat, & num à curione.*
5 *Decimarum pars epiſcopo debita hodie quare remaneat apud curionem.*
6 *Parochi & parochiani qui, & quare ita dicti.*
7 *Parœchia & parœchi quid.*
8 *Parœchia etiam diœceſis, epiſcopalis dicitur.*
9 *Parochiani quare in parœchia propria debent baptizari.*
10 *Rector eccleſiæ quis dicatur, & quare, & quid rectoria.*
11 *Rectoris nomen generale ad plura pertinens, & eius officium.*
12 *Plebanus quis, & quare dictus.*
13 *Plebania aliquando maior rectoria.*
14 *Plebs in plebania & alibi quomodo intelligatur.*
15 *Vicarius perpetuus quis, & quare dictus.*
Vicaria perpetua beneficium & quale, eod. & 18.
16 *Prior beneficiatus quis.*
17 *Vicarij perpetui, & temporalis differentia.*
18 *Prioratus cum uicaria perpetua quid.*
19 *Rectori uel uicario perpetuo congrua debita portio beneficij, & peti poteſt.*
20 *Congrua portio uicarij perpetui quomodo conſtituenda, à quibus ſupplenda, formula petendi, coram quo iudice petatur, & quæ quantitas congruæ portionis.*
21 *In congrua penſione uicarij perpetui quæ ſint conſideranda.*

1 A Beneficio, quod curam animorum hẽt, denominantur curati, melius curiones parochi, rectores, parochi, uicarij, perpetui. Sacerdotia enim ſunt, quibus ineſt cura animarũ, alia immunia ab illa ſolicitudine,[y] ut in beneficijs paulo poſt, Deo fauẽte, latius docebitur. Curiones recte dicti à curijs ẽt, i. à regionibus urbis, quibus in ſacris præponũtur, ut eſt apud Varronem.[a] quemadmo-

y c. cum ſingula, de præbend. in 6 ca. multe, eo. tit. ap. Greg.
a Varro, 4 de ling. Latina.

quemadmodum Romæ quæ per curias diuiſa
erat, tempore idololatriæ ex ſingulis curijs pręficiebantur ſacris & deligebantur ad ſacerdo-
tium, ex lege Romuli.[a] Et curiæ & curiones à
cura regionum ſeu locorum & hominum eo-
2 rum dicebantur. Proinde curiones in ſibi con-
ceſſis locis curam ſuſcipiunt diſtribuendorum
ſacramentorum perſonis ſibi ſubditis, prædicā
di uerbum Dei, audiendi exomologeſes,[b] diui
norum officiorum,[c] abſoluendi confeſſa deli-
3 cta.[d] Quo fit, exigi in eo qui curionis munere
fungi vult, & potiri beneficio, cui cura animo-
rum adhæret, probatos mores, ætatem 25. an-
norum, ſaltem ut legitimam, ordinem ſacerdo
talem actu, uel ut eum conſequatur intra pro-
ximum annum à die adeptæ pacificæ poſſeſſio
nis eccleſiæ,[e] ut per ſe hanc fori pœnitentiarij,
ligādi & abſoluendi poteſtatem, & reliqua quę
ſui muneris ſunt, & quæ non poſſunt niſi à ſa-
4 cerdotibus fieri, præſtare poſſit. Ad eius curam
quoque pertinet, ex redditibus ſacerdotij tem-
plum ſartum tectumque conſeruare. Cū enim
antiquitus Curio partiretur reditus beneficio-
rum cum epiſcopo, qui & fabricæ curam ſubi-
bat, & cum pauperibus, tertia uel quarta parte
contentus, tunc immunis quidem erat ab hoc
5 onere.[f] Sed hodie epiſcopalis pars eius rei gra-
tia, & pauperum quoque quæ in pauperes di-
ſtribuenda eſt, apud eum remanet.[g] Vt non im
merito quædam gloſſella dicat, nōn teneri lai-
cos ad contributionem fabricarum eccleſiaſti-
carum coactè.[h] Multoque minus debent con-
queri, ſi pro pauperum alimentis de reditibus
conferre cogantur, qui ſponte ſuam debitam
6 opem illis non præſtent. Dicuntur & iſti curio
nes parochi, ut proprio conſtat titulo,[i] παροχὴ
Græcis præbitio eſt, πάροχος, qui magiſtrati-
bus[k] & legatis annonas ſalis & ligni præbe-
bat, ut ante meminimus de prębenda. Hinc pa
rochia, parochi, eccleſiæ parochiales. Et curio,
ut diximus, ſacramēta, & alia prębet ſubditis: il
li contra curioni dant decimas,[l] & alia ad cul-
tum diuinum neceſſaria in eccleſia quam ex-
truxerunt:[m] & proprie iſtis decimæ debita.[n] Et
forſan dici parochias ab agrorum aſſignatio-
ne, qui eas præſtarent non erit alienum. Sic a-
pud Pomponium Lætum, *comitibus*, inquit, *&*
ducibus qui pro imperij augmento conſenuerant, da
bantur agri, uillæq; ut neceſſaria ſuppeterent, quo
7 *ad uiuerent, quos parochias uocabant.*[o] Quamquā
non me fugiat Budæum[p] parœchias non paro
chias legendum eſſe annotare: quòd παροικία,
ſit uicinia & accolarum conuentus, habitatio,
curia, vnde curiones, ἀπὸ τοῦ παροικεῖν, ab eo, quòd
iuxta habitent. Vtramque namque lectionem
probo, & ita conuenire arbitror, ut una aliam
non expungat, & hoc nomine antiquos Chri-
ſtianos nſos fuiſſe fidem facit D. Auguſtinus,[q]
Fiat, inquit, *presbyter quidam nomine reſtitutus,*
in parœchia Calamenſis eccleſiæ, &c. Tunc enim
diſtincti erant fines parœchiarum, ſicut & dixi-
mus tempore Dionyſij ſummi pōtificis per or-
bem iuſſu eius factum. Quare & parœchia pro
8 loco beneficij accipitur.[r] Et ſic de epiſcopatu a-
gitur, pro diœceſi quoque:[s] ſingulis enim epiſ
copis & curionibus diſtributæ fuerūt eccleſiæ,
& loci definiti, ut de his curam habeant & red-
dant rationem.[t] Et definitionem limitū inter
ſubſtantialia parœchiæ annumerat Ludouicus
Romanus.[u] Videbit autem in quibus cōſiſtant
9 iura parœchiarum apud Alexādrum.[x] Proinde
vt cognoſcant curiones, de quibus ineunda eſt
eis cū Deo ratio, recte inſtitutum eſt, ut nati in

a Dionyſ. Halic. in 2.
b clem dudū, § uerum, de ſepult. c. 1. eo. tit. ap. Gregor.
c c. 2. de parochi.
d ca. omnis utriuſque ſexus, de pœnit. & remiſ. ca. placuit, de pœnit. di. 6.
e c. licet, c. 14. c. ſtatutum, 22. & ca. commiſſa, de elect. in 6. lib. 1, tit. 6.
f ca. de reditibus, & ca. quatuor, 12 q. 2. ca. decernimus, 10. q. 2.
g can. placuit, can. priſcis, ca. unic. 10 q. 3.
h gl. in d. can. quatuor, 12. q. 2.
i de parochis, & parochia li. 3. Decret. ti. 29.
k d. c. licet canon, & c. ſtatuimus, de elect. in 6.
l c. quoniam a nobis, & toto tit. de decim.
m c. 1 de ſepul. c. nemo, de conſecr. diſt. 1.
n c. cum ſicut, de conſecra. ec cleſ. ca. reuertimini, & can. de cimæ, 16. q. 1. Malach. 3.
o Pompo. Læt. in Cōſtantino.
p Budæus in Comment. linguæ Græcæ.
q D. Auguſtin. lib. 14. de ciuit. Dei.
r c. quoniam e nobis, de decimis ap. Grego. cum ſimil.
s can. hortatur, 21. q. 3. c. ad apoſtolicæ, c. 30 de decimis, lib. 3. Decret. ti. 10 ca. ſignificauit, c. 4. de offi. ordinar. libr. 1. Decret. tit. 31.
t c. eccleſias, 13. q. 2.
u Ludo. Rom. conſi. 356. incipit circa primum, volum. 1.
x Alex. conſi. 74 in 4 vol. in ap. viſo.

propria eccleſia à ſuo paſtore uel eius uicario
baptizentur: & fontes baptiſmatis, ſeu baptiſte
rium in eccleſia parœchiali, non alibi ſit, ubi
natus & fidem,[y] & nomen profiteatur. Quem-
admodum & fiebat aliquando, natorum pro-
10 feſſio nominis & gentis apud Romanos.[z] Re-
ctor appellatur & curio, ſacerdos qui plebem
& populum ſibi commiſſum[a] regit. Rector ita
que eccleſiæ dictus,[b] & beneficium rectoria:[c]
11 idem quod cura paſtoris optimi.[d] Sicque hic
rector, alius eſt à rectore quolibet qui & ſecula
ris eſſe poteſt, & eccleſiæ, & alterius rei, & alte-
rius, quàm eccleſiaſticæ poteſtatis.[e] Omnis e-
nim, qui imperat, moderatur, & regit, rector di
ci poteſt: ut rector prouincię, Academiæ, ciuita
tis, & ſic de ſimilibus. Quorum officiū paucis
explicat Eccleſiaſticus. *Rectorem*, inquit, *te po-*
ſuerint, noli extolli, eſto in illis quaſi vnus ex ipſis,
curam illorum habe, & ſic conſidera: & omni cura
tua explicita recumbe, vt læteris propter illos, & or
namentum gratię accipias, & dignationem conſe-
12 *quaris corrogationis.*[f] Plebanus ipſe idem curio
ab Honorio 3. ſumm. pontiſ. dicitur, qui habet
plebis curam,[g] & beneficium quoque pleba-
nia,[h] Itali populum *la pieue*, & plebeium, *il pio*
uano, nomināt. Eſt tamen aliquando plebania,
13 aliud genus beneficij & maius, quàm rectoria,
habet ſub ſe capellas, ut norāt interpretes, qui
14 & eam dignitatem eſſe putant.[i] Plebs hic pro
omnis generis populo accipitur, non autem tā
tum pro fece populi, quæ Græcis ὄχλος & πλῆ-
θος, turba ſemota patritijs, & ſenatoribus, ut di
ſtinctis erat à Romulo.[k] Quare ſubditi erant
parocho ſacerdoti, non tantum uiles & ple-
beij, ſed & nobiles, & ſenatores, & principes pa
rœchiæ. Ita plebem facere dicuntur in iure de-
cem mancipia, aut decem homines:[l] plures
15 quàm decem aut quindecim, turbam.[m] Vica-
rius perpetuus & curio quoque eſt iſque ani-
marum curam habet. Manauit autem origo
curæ eius generis, à tempore quo, qui beneficiū
poſſidebat habens animorum curā, quod aſſi-
duitatem ſeu reſidentiam exigit: cœperunt ex-
cuſari, ne aſſiduitatem in loco beneficij redde-
rent, ob maiorem dignitatem aduenientem, uel
quòd fructus capitulo alicui uel collegio aſſi-
gnati fuerint, uel aliam ob cauſam, & proinde
conſtitui cœpit uicarius, iſque perpetuus cum
aliqua fructuum beneficij portione qui rege-
ret actu populum, in eccleſia præpoſitus ex cō-
ſtitutione eius, qui alios fructus perciperet, ap-
16 probante & inſtituente epiſcopo.[n] Et ſic uica-
ria perpetua, beneficium dicitur:[o] atque eo mo
do ex uno beneficio duæ factæ appellationes:
ſed unus prior rector, unde prior abſolute di-
citur, alter uero ab eo præpoſitus qui actu re-
git, uicarius eſt perpetuus cum Inſtitutione e-
17 piſcopi. In qua inſtitutione differt à uicarijs a-
lijs temporalibus curionum. Primum quia &
hic rector eſt actu, ut prior eſt rector habitu.[p]
2. quod morte etiā prioris non reuocatur eius
poteſtas.[q] Alij autē vicarij tēporales, ſine epiſ-
copo a curionibus præficiuntur, inſtituuntur,
& deſtituuntur nutu eorum, reguntve illis præ
ſentibus, ut coadiutores uices eorū exequētes,
ex cōmuni omnium qui uices aliorum gerunt
natura.[r] Nā quibus in rebus intereſſe non poſ-
ſumus, in his operæ noſtræ uicaria fides amico
rum ſupponitur.[s] Quòd ſi abſens curio ſit, uica
rius tēporalis eius nomine non poteſt regere,
niſi accipiat & impetret literas, ut dicunt, de re
gendo, ab epiſcopo: quod in vicario perpetuo
diuerſū eſt: Quia ab epiſcopo ſemel authorita-
tem

y cano. plurimi, baptiſmales 16 q. 1.
z Plut. in Parallelis.
a c. 3 de capel. monac. c. 3 de vit. & honeſta. clericor. c ſi ei. dixit
b c. 3. de cler. ægro. lib. 3 Decret. tit. 6.
c ca ſi. de præben. li. 3. Decr. tit. 5.
d canon ſic rector. 43 diſt.
e vt in ca ſi de iud. c. lib. 2 Decr. tit. 1. c. 3 ad-

mentum, de immunit. eccleſ. & ti. de offi. rector. prouinc. in P.
f Eccleſiaſtici, ca. 32.
g ca. ſi. ne clerici vel monac. ſecular. negot. ſe immiſceant, lib. 3 Decret. tit. 50. c. 1. eo. tit. in Sexto.
h d. c. 1. ne clerici vel monach. in Sexto.
i Ioannes Andreas in addit. ionibus gl. ad c. 1. ne cler. in Sext. in verbo Capellas, Archidia. in c. plures, 16 q. 1. ou 4.
k § plebiſcitum, de iure natura. Gell. li. 10 ca. 20 Dionyſ. Halic. lib. 2.
l can. unico, 10 q. 3. gl. in c. 3. de elec. ap. Grego. in l pictor. ti. l. 4 § pictor. aut. vi bon. rap. P.
n c. ſi. de offic. vic. li. 1 Decretal tit. 28 c. extirpandæ § qui vero, de præb. ca. ſi vero, c. 2. 4. eo. tit. in Sex.
o c. 3. de offic. vicar. c. ad hæc, eo. clem. 1. eo. titu. ap. Clem. Michael. de ſilijs presbyter. lib. 1. Decreta. tit. 17.
p clemen. 1. de offic. vicar.
q c. ad hæc, de offic. vic.
r can. 1. 94. diſt. in l. 1. de offi. vicar. li. 1 C. ti. 38. c pen de off. vic. ap. Greg. c. ſi eo. ti. in Sex.
s Cicero, pro Roſcio Amerino.

tem quãdiu vixerit acceperit, præſentante prio
18 re, & ita conſentiente. Quocirca annotandum
eſt, uicariam perpetuam uuum eſſe videri be-
neficinm cum prioratu, cui annectitur: [a] ſiue
ſit prioratus regularis, ſiue ſecularis: totidem
19 enim eius ſpecies eſſe poſsũt. Proinde ex eo be
neficio æquum eſt, vicarium perpetuum ido-
neam & ſufficientem congruamve portionem
capere: [b] ſiquidem epiſcopus non debet conſen
tire unioni eccleſiarum, priuſquàm conguens
portio earum presbyteris reſetuetur: [c] nec præ
ſentatum à prioribus, niſi is habeat, unde com
mode viuere poſſit, [d] & iura epiſcopalia ſolue-
re. [e] Puteſt tamen & epiſcopus præſentatum ad
mittere primo ſi uelit, & poſtea præſentantem
cogere idoneum & ſufficientem & congruam
ex fructibus beueficij penſionem illi pręſtare. [f]
Idipſum ſequendum quando beneficia menſæ
capituli, epiſcopi, abbatis uel monaſterij fue-
rint uuita, uel ſi dantur temporalia beneficia
religioſis: tunc namque, & raſeruanda cõgrua
20 portio uicarijs perpetuis eccleſiarum. [g] Con-
grua portio ſeu penſio uicarij conſideratur ali
quando, habita ratione oneris impoſiti eidem
uicario, interdum ex conſtitutione modicę pẽ-
ſionis, interdum ex pactione: quando priores,
uel qoi præſentant uicarios, cum illis paciſcun
tur, nt illi penſionem prioribus ſoluant, & reli
quos fructus ſnos faciant. Contingit autem ut
id, quod ralinquitnr deducta penſione ſoluen-
da, uictui non ſufficiat: quo caſu agitur per ui-
carium ita preſſum, ad leuandum onus penſio
nis. [h] Quandoque etiam uicarius partem ali-
quam fructuum accipit, ſed non ſufficientem,
& tunc eam augeri poſtulat ab ijs, qui fructus
percipiunt, ſiue ſit epiſcopus, ſiua mouaſteriũ,
uel alius prior, uel patronus laicus, aut eccle-
ſiaſticus qui præſentauerat. [i] Er ſi plures ſint
qui poſſideant decimas uel fructus beneficij, à
ſingulis pru modo poſſeſſionis petet, [k] ſecun-
dum formulam quæ in curijs frequens eſt. Nẽ-
pe abſolute propoſita petitione decimarum an
tiquarum, & noualium: & ut interim poſſit ſa
cramenta parochianis miniſtare, per modum
prouiſionis, adiudicari congruam portiunem,
quando prior uel patronus ſuæ poſſeſſionis: &
ſui iuris oſtendit titulum: [l] atque reformari pẽ
ſionem uſque ad qnattam partem fructuum, [m]
quæ clericis curionibus debetur. [n] Agitnr au-
tem pro coogrua hac penſione coram ordina-
rio loci epiſcopo, nel archiepiſcopo, & ſede va-
cante coram capitulo, nempe quòd & hoc ſit
iuriſdictionis epiſcopalis, quæ tranſit in capitu
lum ſede uacãte, [o] uel coram conſeruatoribus
Academiarum. [p] Agitur & interdum coram
iudice ſeculari, ſi de poſſeſſione decimarum an
tiquarum & noualium, coram eo pendeat quæ
ſtio, ueluti de incidante controuerſia, quæ ad
iudicem potioris cauſæ, ne diuidatur eius no-
tio, pertinet: [q] idque per modum prouiſionis,
nt pendente lite interim alatur ſacerdos, qui a-
21 ctu curæ inſidet. Cætetum in conſtituenda por
tione congrua uicarij, iudex habebit rationem
nictus uicarij & alimentorum ſufficientium, [r]
ſecundum qualitatem perſonę & quantitatem
prouentuum beneficij: [s] nam qui in dignitate
eſt, maiora percipere debet, & meretur. [t] item,
ut diximus, babebitur ratio ouerum ſubeundo
rum eccleſię & epiſcopalium, aliorumque cle-
ricorum, quos ſecum habere debet, [u] & repara
tionis eccleſiæ. [x]

a ca. ſi pen eo, de præbend. 12 ſeat.
b d.c. extirpan dæ, § qui uero, de præben.
c c. ex poſtulati, § ſi de præben.
d c. 1 de præb. in Sex. c. de monachis, eod tit. ap Greg. clem. 1. de iur. patro.
e d.c. de monachis, iura poſſ. iur. epiſcopalia in c. cõquerente, de off. ordi.
f iuxta ordinẽ litera clemen. primæ, de iur. patron.
g c. in Lateranenſi, & c. de monachis, de præben. clem. uni de offi. cicar.
h ca. 2. de ſupplen. neglig. prælator. eiuſ Rebuff in tractat. congrua penſio. nu. 18. & 30.
i cap. ſicut, de ſupplen. negli. prælator. c. cum tanta, cap. de monachis, c. in Lateranẽſi, de præben. apud Greg. c. 1. eod. tit. in Sex. clem. 1. de iur. patro.
k argu. l. 1 § ſi. de alimen. & cibar. legat. & l. ſi libertus, in 1. § libertus, de bon. liberto. P.
l Rebuffus, in 6. queſt. cõgruę penſio.
m Rebuff. in tracta. de pacif. poſſeſſor. ampliatio. 18.
n can. decedi. tibus, can. quatuor, 12. q. 2.
o ca. 1. ne ſede vac.
p Rebuff. de congrua penſio. num. 58.
q eo. Rebuff. num. 19. argumento l. quoties, de iudic. C. & c. tuam, de ordine cognitio.
r c. pen 12. q. 2. c. de his, de eccleſ. ædific.
s l. ſem tuus, § ſi. de alimen. lega. P. l. ſed etſi, § 1. de eſu fruc. in P. l. cum poſt § gener. & l. quæro, de iur. dot. P.
t ca. de multa, de præben.
u c. et quiſque, de vita & honeſta. clericor. c. propoſuit, de filijs presbyteror.
x c. paſtoralis, de his quę ſiũt, à prælat. ſine conſen. cap.

De Coadiutoribus. Cap. XXV.

1 *Coadiutor quis.*
2 *Coadiutor uiuenti datur præſuli, non autem in præ ſulis locum alius ſubrogatur.*
3 *Coadiutores Moſi, & alijs dati.*

1 NOn ſolum uicarij temporales, de
quibus proximo capite ſuperiori
dictum eſt, coadiutores dicuntur,
ſed & alij qui munus pręſulis cu-
iuſque in eccleſia ſupplent: qui tamen titula-
rij, non ſuut, ſed coniunguntur titularijs ſi ipſi
ægritudine perpetua laborent corporis, uel ni
mia ſenectute premantur, uel alia rationabili
cauſa, ſine crimine ramen, non poſſint munus
2 ſuum exequi. Quandiu enim uiuunt ueri titu-
larij, nunquam alius in eorum eccleſijs ſubro-
gatur, [y] & proinde coadiutorem dari receptum
eſt. [z] Sicut & religioſe fuit apud ethnicos obſer
uatum, ut nec uiuentis, quantumuis criminum
rei, ſummum pontificatum alteri concederẽt.
Qua ratione Octauius Auguſtus, recuſauit sũ-
mum pontificatum à populo ſibi oblatum, ui-
uente Lepido pontifice. [a] Sicut enim inter præ-
latum & ſuam eccleſiam dicitur coniugium,
ſic nec illud diſſolui, uel eccleſia alteri uiuente
paſtore, etſi deſtituto uiribus, dari ſine adulte-
rij crimine poteſt. [b] Non ſecus, quàm legitimũ
matrimonium inter cõiuges, extra mortis cau-
3 ſam iure communi indiſſolubile eſt. [c] Accepit
Moſes in adiutorem legationis impoſitę Aaro
nem fratrem, [d] & in munere iudicandi, ex con-
ſilio Ietro adiunxit ſibi tribunos & centurio-
nes. [e] Habuerunt apoſtoli coadiutores, ut D. Pa
trus Linum, & Cletum. [f] Priſca, & Aquila, &
Timotheus adiutores D. Pauli [g]. D. Auguſti-
nus à Valerio notę ſanctitatis epiſcopo Hip-
ponenſi, epiſcopalis officij adiunctus adiutor.
Et Valerius Cęſarauguſtanus epiſcopus D.
Vincentium coadiutorem in enuntiando Dei
uerbo habuit, propter linguę impedimentum,
quo Valerius officio eo fungi non pote-
rat.

y ca. 1. de conceſſ præben.
z tota 7. q. 1. & can. 1. 2. 3. 4. de cleric. ægrotan. lib. 3. Decretal. tit. 6.
a Dio Caſſ. li. 49. hiſtoriæ.
b c. ſicut vir. 7. q. 1. c. quãto, de tranſlat. epiſco.
c ca. ſi. de condit. appoſit. D. Matthæi c. 19. can. quod Deus, 33 q. 2. c. quãdoque, & c. quanto, de diuorti. c. fin. de adulter.
d Geneſ. ca. 4. & 7.
e Exod. ca. 18. & Numerorũ, cap. 11.
f cano. ſi Petrus, 8. q. 1.
g ad Roman. cap. 16.

De Intitulatis. Cap. XXVI.

1 *Intitulatus unde dictus, & quid titulus ordinati.*
2 *Titulus à quibus conſtituatur, & 9.*
3 *Sine titulo nemo ordinandus.*
4 *Clerici qui dicantur uere.*
5 *Clerici ſeminariorum maiorum ordinum, & ſacerdotes ex approbatis.*
Rectores prouinciarum ex approbatis eligendi, eod.
6 *Mendicitas in clero turpis uiſa, non paupertas uoluntaria.*
7 *Sacerdotes Romanorum cenſum ſufficientem habebant, antequam legerentur.*
8 *Clerici non poſſunt fieri aliter obærati.*
9 *Titulus non poteſt capi à creditoribus intitulati.*

1 INtitulatus inter perſonas eccleſia
ſticas annumeratur, à titulo dictus.
Titulus porro dicitur à tuendo, quod
factũ ſui authoris tueatur. Factũ
autẽ, quod hic tutãdum & defendendum, eſt or-
dinatio clericorum in gradus maiores, quę cõ-
cilio Lateranenſi nõ permittitur, niſi de eo qui
habet

habet bona, unde Deo extra ſeruilia opera, poſ
2 ſit commode & honeſte inſeruire.[a] Titulum, &
uiuendi ueluti reditum, cum epiſcopo ſibi con
ſtituunt ordinādi ex ſuis proprijs facultatibus
interdum alij nomine ordinandorum res pro-
prias obligationi ei ſubijciūt, ea lege ut quam
diu ordinati uixerint, poſſint alimentis inde ne
ceſſaria capere, uel donec beneficium eccleſia
ſticum adeptus fuerit ordinatus. Interdum quo
que intitulatus in eccleſia dicitur, is qui ab ali
qua eccleſia admiſſus, & dignos habitus eſt,
qui ſtipēdijs eius nutriatur, uel annona ſeu pr̨
3 bēda uel capella fruatur. Et hic uere titulatus,
qui aliquando tantum capax maioris ordinis
promotione ut probatus habebatur, non alij,
ex concilio Vrbani Pappæ.[b] Et ita in concilio
Chalcedonenſi cautum quoque, ut nemo ordi
netur, niſi manifeſte, in eccleſia ſuæ ciuitatis ſi-
ne poſſeſſionis, aut in martyrio, aut in monaſte
rio, qui ordinatur, mereatur publicæ ordinatio
nis uocabulum, & aliter ordinatus, uel abſolu-
te ordinatus, non habeat manuum impoſitio-
4 nem.[c] Et uere quidem dici tunc poſſunt cleri-
ci ſecundum nominis ſignificationem, qui ſor
tis domini & eccleſiaſticorum bonorum facti
5 ſunt participes.[d] Sicque ex titulatis iſtis & cle-
ricis ſolummodo, ſubdiaconi, & ex illis diaco-
ni: ut & ex diaconis, presbyteri deligendi ſunt.
Vt antiquitus etiā.[e] Non enim Chriſtiani ſuos
deligebant ſacerdotes, niſi ex iam approbatis:
ut etiam obſeruauit Alexander Cæſar, quando
de legendis rectoribus prouinciarum actū eſt.[f]
6 Turpis in clero niſa eſt mendicitas,[g] etiam ſi
ſemper dilecta fuit uoluntaria paupertas, & di
uitiarum contemptus. Quare epiſcopus in hoc
clero proſpicere debet, ne ordinatus mendicita
7 tem cogatur amplecti.[h] Neque etiam Romu-
lus in ſacerdotium ſuarum curiarum deligi uo
luit, quam qui haberent cenſum ſufficientem.[i]
8 Reiecti & ab ordinatione clericali, qui obærati
erant, per Boniſacium 1. ſumm. pontifi.[k] quod
tamen ad ſeruos refert Bonifacius Simoneta,
videlicet, ne illi dominis obnoxij ordinaren-
tur.[l] Et ita quoque cautum in concilio Tole-
tano dominis repugnantibus.[m] At permiſit
Leo Imperator obæratos quoque præter cau-
ſam primipilarem, in numerum clericorum re
cipi,[n] adhibita tamen diſtinctione concilij
9 Carthaginenſis.[o] Efficit autem intitulatio
ne bona titulo ſuppoſita creditoribus expoſi-
ta ſint, ſi à non obligato pro obligato in titu-
lum dentur. Pro titulo etiam ſunt benefi-
cia.[p]

a ca. epiſcopis, c. 4. de præbe. 10. ap. Grego.
b can. ſanctorum canonum, 70. diſtin.
c c. 1. 70. diſt.
d cano. clerus, 21. diſt.
e Niceph. Calli. lib. 14. c. 30.
f Lamprid. in Alexan.
g Deutero. 15. ibi non ſit omnino mendicus inter uos.
h can. Diaconi ſunt, 93 diſt.
i Dionyſ. Halicar. in 2 hiſt.
k Sabellicus, & Sigber.
l Bonifacius Simoneta, li. 4. epiſto. c. 9.
m ca. 1 & 2. de ſeruis non ord. li. 1. Decr ti. 18. authē. ſi ſeruus, de epiſc. & cle. C.
n l. quiſquis, l. 27 & l officiales, 4. de epiſco. & cler. C.
o de quo in c. 1. de obliga ad ratiocin. ordin. uel non, & ibi gl. ap. Greg.
p ut in can. epiſcopi, 80. diſt.

De Penſionario. Cap. XXVII.

1 *Penſionarius eccleſiaſticus quis.*
Penſio eccleſiaſtica quomodo conſtituatur in eccleſia. eod.
2 *Penſio ex beneficio in titulum dari non poteſt.*
Penſionis conſtitutio afficit perſonam, non rem eodem.
Penſio beneficij nomine non uenit. eod.

1 INter perſonas eccleſiaſticas inue-
nies quoque penſionatium, qui
annonas, ſeu penſionem aut por-
tionem capit ab aliqua menſa, ut
dicunt, capitulari, uel ab aliquo beneficio, ſeu
eccleſia: interdum mercedis nomine,[q] aut in
remunerationem præſtiti commodi,[r] uel alia
de cauſa iuſta. Quæ eatenus iuſta uidetur, ſi mo
do clericis, a quibus capitur pēſio, relinquatur
quantum exigitur pro obſequio & munere cul
tus diuini eis impoſito, & adhibeatur ſuperio-
ris in conſtitutione penſionis authoritas.[s] A-
lioquin enim illicita & probibita eſt, exemplo
nouorum cenſuum & onerum quæ imponi ne
2 queunt.[t] Neque etiam licebit iure penſionem
in titulum beneficij dare, ut fit aliquando:[u]
ne ſectionem beneficiorum prohibitam admit
tamus.[x] Et proinde receptum eſt, penſiones ſu
per beneficio conſtitutas, per poſſidentes bene
ficia, non adhærere beneficio, nec eos qui in eo
ſuccedunt obligare, ſed conſtituentis perſonā,
& non rem.[y] Atque in mandatis ſummor. pon
tif. vel alijs reſcriptis de prouidendo, uel ad be-
neficia, non continentur, appellatione benefi-
cij, penſiones.[z]

q l. quæſitum, l. 24. de pignor. & 2 c. P tit. 1.
r ca. quicūque, 32. q. 2. can poſſeſſiones, 16. q. 1
ſ Oldra conſil. 226. incip. quidam epiſcopus. Gigas tract. de penſio. q. 1. & 14. & 67.
s c. auaritiæ, c. 10. de præbend. lib. 3 Decretal. tit. 5.
t c. prohibem⁹, de cenſib lib 3. Decret. titu. 19. clem. 1 §. eadē, de ſupplen. neglig.
u Card. in clement. 1 de ſupplen. negli. præ lat. Abb. Panor. in c. conquerente, de cler. non reſid. in c. ad audientiam, in 2. de receri.
x ca. maiorib⁹, c. accedente, c ea cauſa, de præb. ap. Grego. c ut noſtrum, ut eccleſiaſt benefi. ſine di. confer. c. ſi. 1 q. 3.
y ca. niſi eſſent tum prouiſi, de præben in 6.
z ca. quamuis, de præb. in 6.

De nomenclatura piorum hominum, qui pijs locis regendis præficiuntur. Cap. XXVIII.

1 *Pauperum cura hominibus omnibus quare impreſſa fuit.*
2 *Cincius auicula marina nido aliarum auium ob macritiam excipitur.*
3 *Orphanatrophus & orphanotrophon, quid, & cura orphanorum quæ.*
4 *Brephotrophos, & brephotrophium quid, & cura infantium.*
5 *Infantes qui dicti.*
Infantes expoſiti, eod.
6 *Exponens infantes, parricida, & ut homicida puniendus.*
7 *Ptocotrophos, & ptocotrophion.*
8 *Pauperum cura, potiſſimum puellarum, demandanda eſt probo homini, ni lupanaria fiant ex ptocotrophijs.*
9 *Pauperum cura utroque diuino teſtamento commendata.*
Pauperes Dei ſunt, eod.
10 *Pauperum cura ethnicis.*
Hecates menſa pauperum, eod.
11 *Pauperes qui in ptochotrophijs ſint nutriendi.*
12 *Pauperum, & mendicorum differentia.*
13 *Mendicantes ualidi ab eleemoſinis remouendi, & caſtigandi.*
Mendicos ſuos quodlibet oppidum nutrire debet, eod.
14 *Mendicantium cura iure ad epiſcopos pertinet.*
15 *Noſocomion & Noſocomos quid, & quot Noſocomiorum ſpecies. Valetudinarium quid, eod.*
16 *Leproſaria.*
17 *Leproſaria in titulum beneficij non conferuntur.*
18 *Leproſi de quibus decimas non debent.*
19 *Leproſi ab alijs hominibus ſeparandi.*
20 *Leproſi in proprio natiuitatis loco alendi, & eo relegandi.*
21 *Leproſariarum cura iudicibus demandata quare.*
22 *Leproſi coniurarunt cum Iudæis in Chriſtianos.*
23 *Expoſitorum hoſpitalia.*
24 *Aeſculapij templum expoſitorum.*
Expoſiti liberi ſunt lex, eod.
25 *Hoſpitalia peſtis, inſanorum, morborum inſanabilium.*
26 *Hoſpitale ſenum nutriendorum.*
Senum noſocomium, eod.
27 *Senectutis mala.*

28 *Senex apud Sardos & Ceos necat.*
29 *Gerotomion, & Geruſia Sardorum.*
30 *Geruſia Sparthanorum quid.*
31 *Eleemoſinarij, & eleemoſinariæ.*
32 *Beneficia oña eleemoſinariã ſpeciẽ præ ſe ferunt.*
33 *Xenodochium & hoſpitale proprie.*
Hoſpitale peregrinorum, eod.
Hoſpitale Albrachi, eod.
34 *Hoſpitale publicum quis inuenit.*
35 *Hoſpitalia publica, & priuata.*
Hoſpitij ius antiquorum & teſſera, eod.
36 *Teſſera hoſpitij Chriſtianorum.*
Pauperes Chriſtianorum & Dei teſſera, eod.
37 *Pauperum conuiuia ἀγάπαι. eod.*
38 *In hoſpitalitatis pœna ex lege Leucanorum.*
39 *Hoſpitalia in titulum beneficij conceſſa quando.*
40 *Pius locus authoritate epiſcopi tantum fit.*
41 *Hoſpitalium cura ad epiſcopum iure, non ad magiſtratus pertinet, & quando, & pro quibus ad magiſtratus.*
42 *Hoſpitalium cauſæ & pauperum primo iudicio in ſenatu agitantur.*
43 *Hoſpitalis non beneficij cura, & adminiſtratio a quibus conceditur.*

1 EXſtruunt à pijs hominibus, cum ethnicis, tum Chriſtianis, loca quædam extructa, reditus & cenſus cõſtituti, ad pauperum releuandam miſeriam, ueluti omnibus hominibus ſibi ipſis exiſtentibus conſanguineis, ab una ſtirpe natis,[a] & ueluti membris natura ipſa compatientibus. Sicuti & ferunt natura etiã feras quodammodo ſibi ipſis opem ferre, &, ſi ita loqui
2 fas eſt, commiſereri ferarum aliarum. Vt narrat Suidas,[b] κίγκαλος, ἤ κίγκλος auiculam marinam, quæ caudam agitat, ita infirmam & macram ut ſibi nidum conſtruere non poſſit, ex aliarum auium ueluti miſericordia, in nidis alienis parere: unde & pauper dictus eſt Cinclus, qui non habet ubi reclinet caput. Proinde cum humanæ naturæ plurima ſit miſera miſeria, plures & appellationes loca pia ſortita ſunt, plures modi diſtribuendarum eleemoſinarum, de quibus Lucas de Penna abunde:[c] diuerſa & nomina eorum, qui curam harum ſu-
3 ſcipiunt. Erat itaque in primis orphanotrophos, ὀρφανοτρόφος,[d] is, cui prouincia demandata erat alendi orphanos, parentibuſque orbatos ex certis redditibus pauperes, eadem cura, qua tutores pupillos, ſumptibus illorum nutriunt inde, ὀρφανοτροφεῖον, locus ubi orphani aluntur, quorum, ex proprijs legibus notio
4 habetur.[e] 2. eſt βρεφοτρόφος brephotrophos, qui curam habet procurationis, ut infantes nuper nati pauperes, uel expoſiti certis decretis redditibus & pecunijs ei negotio deputatis educentur.[f] Et locus ubi nutrientur ideo dicitur βρεφοτροφεῖον, brephotrophion: à nomine βρέφος infans, qui eſt Euſtathio τὸ ἀρτιγένητον παιδίον
5 τὸ τρεφόμενον ὑπὸ τιθῆς. Nominamus & infantes minores ſeptennio:[g] eum in locum deferuntur inuenti paruuli veluti pro derelicto habiti & abiecti à matribus & publice expoſiti, nec à parentibus agniti:[h] tum quia forſan non habent unde illos nutriant, uel quòd impia & illegitima coniunctione procreatos erubeſcãt aſſerere filios. Quo fit, ut de expoſitione infantiũ uarie ſumatur ſuppliciũ habita ratio-
6 ne cauſæ expoſitionis. Quacũque tamẽ de cauſa expoſitio fiat, matres quæ illã iubent parricidæ, & qui adminiſtri eius ſunt, digni homicidæ pœna ſunt.[i] Etenim necare videtur quis alimẽta denegat, potiſſimum quæ debet mater, aut pater, qui quæve abijcit & exponit: ut qui occidit & præfocat,[k] Ita etiam in ſynodali congreſſione Conſtantinopolitana poſt varias diſceptationes placuit, matres proprios filios in diuinorum templorum aditibus exponentes, ut homicidas puniri, quamuis filij ab aliquibus
7 alijs educentur:[l] ſed de his alibi. 3. Eſt ptochotrophos, qui mendicos alit: & locus ubi aluntur publicus, πτωχοτροφεῖον, πτωχοδοχεῖον, &
8 πτωχεῖον.[m] Paupertas miſerabiles homines facit, eoſque debiles,[n] & proinde horum cura digna Chriſtiano, eoque pio, bonoque & probo homine, potiſſimum ſi puellarum uel iuuenum præficiatur ſolicitudini: periculoſum enim aſt, ne ſi quilibet & mala natus huic muneri præficiatur, ex domo Dei lupanar fiat, ut ſæpe alicubi audiui egenos egenaſve conquerentes. Tanto ſceleſtius tamen crimen eſt hoc ſit, quanto Dei prætextu pietatis & miſericordiæ uidetur adumbratum. Qua in re deſidero ciuitatum rectores & præfectos, concedere operam, & num tala admittatur, clam inquirere, ut vindicta poſtea publica ſumpta, deterreantur à lenocinio & impoſturis huiuſmodi ſceleſti.
9 Pauperum & mendicorum procuratio Dei cauſa eſt, utroque & ueteri & euangelico teſtamẽto commendato:[o] vſque adeo, ut Dominus noſter Ieſus Chriſtus eleemoſinas pauperibus elargitas, ſibi factas aſſerat: mambrave ſua eos dicat.[p] Cui ferme ſimile eſt, quod Menander comicus ait.[q] ἀεὶ νομίζονθ' οἱ πένητες τοῦ θεοῦ, *ſemper cenſentur pauperes eſſe Dei.* Sic Dauid de Deo, *tibi relictus eſt pauper, orphano tu eris adiutor*[r]. Et Homerus.[s] πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες πτωχοί τε ξεῖνοί τε. Explicat erudite Gregorius Nazianzenus propria oratione de pauperibus amandis, rationes, cur pauperibus benefaciendum, & cur Deus hanc gratiſſimam habet operam.
10 A qua etiam idololatræ non abhorruerunt, & apud quos, ut narrat Ariſtophanis interpres,[t] ἔθος ἦν ἀρτους καὶ ἄλλα τινα κατὰ μῆνα τιθέναι τῇ Ἑκάτῃ ἐν ταῖς τριόδοις [illegible] αὐτῶν τοὺς πένητας, ἀπὸ τῶν ἱερῶν γὰρ καὶ οἱ πτωχοὶ ζῶσιν, i. mos erat *antiquis Græcis, panes & alia quædam diuites ponere per ſingulos Hecatæ, & hæc accipere pauperes: ex ſacris enim uiuebant & pauperes.* Sic.[u] Appianus Alexãdrinus, annonam pauperibus
11 eſſe diſpenſandam aſſerere uidetur.[x] Obſeruãdum tamen eſt, ne prætextu eleemoſinæ, otioſorum hominum foueatnt inertia. Et diſtinctio adhibeatur pauperum, ne in publica ptochotrophia admittãtur, qui ex proprio labore ſi vellẽt uictũ parare poſſent, uel aliunde habent vn-
12 de viuant. Et tantũmodo alantur debiles, mutili, illique pauperes omnino inualidi, & ad laborẽ minime idonei,[x] Sunt iſti qui alendi ſunt varius mẽdici, qui nihil hẽnt, nec habere poſsũt, quàm pauperes, qui aliquid quamuis ualde tenue habẽt patrimoniũ. Sic apud Martialẽ, *Nõ eſt pauperies, Neſtor, habere nihil.* Ita & Græci diſtinguũt inter πτωχὸν & πένητα, ut ex uerbis Ariſtophanis colligitur.[y] πτωχοῦ, inquit, μὲν γὰρ βίος ὃν σὺ λέγεις, ζῆν ἐστι μηδὲν ἔχοντα, τοῦ δὲ πένητος ζῆν φειδόμενον καὶ τοῖς ἔργοις προσέχοντα, περιγίγνεσθαι
13 δ' αὐτῷ μηδὲν, μὴ μέντοι μηδ' ἐπιλείπειν. In conſtitutionibus comitiorũ habitorũ Auguſtæ Vindelicorũ an. 1548.[z] ſtatutũ ab Imperatore Carolo 5. ut magiſtratus proſpiceret quilibet in ſua iuriſdictione, ne liceret cuiquam mẽdicare, neve permitteretur ei, cui nulla deformitas uel defectus corporis adfuerit, quiva non indiguerit: vtque mendicorum liberi ad laborem apti,

a l. 3. de iuſt. & iure, Geneſ. 1. & 2.
b Suidas, in verbo κίγκαλος.
c Lucas de Penna, in rub. n. 5. de mendican. valid. lib. 11 C.
d l. Orphanotrophos, l. 30 de epiſcop. & cleric. lib. 1 C. tit. 6.
e l. illud, de ſacroſan. eccl. lib. 1 C. tit. 2. l. ſancimus, 19 eo tit. § 1 & §. hoc verò, de alienat. & emphy. in auth. colla. 9. ti. 3. §. ſi de eccleſiaſt. tit. ead. colla. 9. tit. 6.
f d. l. ſancimus, 19. & illud, 16. & d. §. hoc illud.
g l. ſi infanti. C. de iur. delib.
h can. ſi. 87. diſt. c. unic. de infan. et expoſi. lib. 3. Decretal. tit. 11.
i l. 2. de infanti. expoſit. C. lib. 8. tit. 52 l. nec filium, de patria. poteſt. l. 1 §. pœnæ de libe. agnoſcen. in P.

k l. necare, de libe. agn. P.
l lib. 2 iuris Orientalis circa finem titulo, περὶ τῶν ἐκθεμένων τὰ ἑαυτῶν βρέφη.
m §. hoc illud, de alienat. & emphyte. dictis ll. ſancimus, & l. illud, & in can. 3 concilij Chalcedonenſis.
n can. pauper, 11 q. 3 l. nec quicquam. §. aduocatus, de offi. proconſulis P.
o Eccleſiaſti. 7. & 29 & Pſal. 111 Tobiæ 4 D. Matthæ. 19. can. qui eleemoſinam, 82 diſt. c. gloriæ epiſcopi, 12 q. 2.
p D. Matthæ. c. 25.
q in ſententijs co[illegible]orum, & Menandri, c. 74.
r Pſal. 9
ſ Homeri Iliad. 3.
t Interpretes in Plutum Ariſtophanis.
u Appia. Alexand. li. 1. bellorum ciuil.
x l. 1. de mendicant. valid. lib. 11 C. tit. 25 l. ſi quis ad declinandam, l. 37. §. vbi autẽ, de epiſcop. & cleri. C. in concilio Coloneſi anni, 1523. parte ca. 13. c. 3. 4. 5.
y Ariſtophanes, in Pluto, & Iuſtini. in l. ſi quis ad declinandam. § ſin autẽ, de epiſc. & cler.
z in Politia Caroli V. Imperatoris, cap. 21.
Similes leges ex ſenatuſconſultis ſupremarum curiarum video ap. Rebuffum Tom. 3. conſtitutionum regiarũ, & ibi ſenatuſconſultum curiæ Pariſienſis des pauures mãdiants &c. publicatũ, 22. April. 1522. aliũ eiuſdem, ex eis menſis Iunij, al. à 1. Febru. an. 1525 aliud 20. Nouẽbr. 1545. & [illegible] 9. Augu. 1547.

ſpti, parentibus adimantur & opificijs addican
tur, aut miniſterijs aut ſeruitijs alijs, ut quælibet ciuitas oppidumque, ſuos ægros, egenos
& mendicos nutriat & foueat: nec cæteris allophylis ſeu alienigenis paſſim permittatur men
dicare. Item ut mendicantes ualidi, ſeuere & in
exemplum, & ad timorem aliorum puniantur.
Quod ſi mendici à proprio non poſſint nutriri
oppido, ita eiſdem alibi liceat mendicare, ſi à
ſuo magiſtratu eius penuriæ teſtimonium refe
rant. Subinde, ut magiſtratus hoſpitalium ſuorum locorum curam gerant, inſpiciant, uiſitét
ſemel ſaltem ea in anno, & prouideant, ne fructus & reditus eorum, in alia, quàm ad quæ deſtinantur negotia, diſpenſentur, & conſeruentur. Meminit legis Francorum Rhenanus.[a] *Mendici per regiones uagari ne permittuntor. Suos pauperes quælibet ciuitas alito: illis, niſi manibus operentur, nullus quicquam dato.* Eandem præcinit &
legem Plato,[b] *nullus in ciuitate noſtra*, inquit, *ſit
mendicus. quicunque id tentauerit, uictumque ex
plebilibus quærens precibus, explere cœperit, à rerum uenalium curatoribus à foro expellatur: ab ædili magiſtratu ab urbe ejiciatur, deinde, ex tota regione ab agri magiſtratu exterminetur, at ab huiuſmodi animali omnino uniuerſa regio munda ſit.* Aliam
prope ſimilem comperi Caroli Magni, titulo
de mendicis, qui per patrias diſcurrunt:[c] *uolumus*, inquit, *ut unuſquiſque fidelium noſtrorum,
ſuum pauperem de beneficio aut de propria familia
nutriat, & non permittat alicubi ire mendicando:
& ubi tales inuenti fuerint, niſi manibus laborent,
nullus eis quicquam tribuere præſumat.* Illi itaque
cibos pauperibus deſtinatos capere debent, qui
amplius operari nequeunt manibus,[d] non qui
poſſunt, & nolunt: ut, *qui non uult operari, non
manducet.*[e] Apud Athenienſes ἀδύνατοι id eſt, in
ualidi corpore, & mutilati, ſi à ſenatu quingen
torum tales approbati eſſent, quotidie, ut quidam aiunt, binos, ut alij ſingulos obolos ex ærario capiebant, & Philocoro authore nouenas drachmas in menſem, ut legimus apud Suidam.[f] Extant leges præſcriptæ in Gallia circa
alendos pauperes & peregrinos tum generales
in conſtitutionibus regijs, & placitis curiarum
ſupremarum:[g] tum ſpeciales, quales in politia
Lugdunenſi,[h] ſingulares & alibi ex fundatione locorum piorum erui poſſunt. fecit & pias
14 de his leges ſenatus Hyprenſis in Flandria. Ius
pontificium, opus hoc alendi & ueſtiendi pauperes, qui ſibi ſua induſtria ſuoque labore ſubuenire nequeunt, epiſcopis demandauit ut illis
ſubueniant, non autem mendicantibus uali-
15 dis.[i] Quarto, eſt νοσοκόμος noſocomos, qui ægro
tos curat, uel qui ægrotis curandis & morboſis
præfectus eſt, miniſter ægrotantium: inde νοσοκομεῖον, locus in quo ægroti curantur,[k] ualetudi
nariũ Columellæ.[l] Quod in familia in loco ſa
lubri cõſtrui iubet, ſicuti Vitruuius,[m] Galen',[n]
Hippocrates,[o] eius locũ iubent eligi ſalubrẽ,
excelſum, non nebuloſum, non pruinoſum, nõ
reſpicientem cœli regiones æſtuoſas aut frigidas, ſed temperatas, non paluſtrem, non maritimum. Noſocomiorũ tot genera eſſe poſſunt,
quot morborum, ſi loca diſtincta ſint ſecundũ
morbos. Verum aſſolent noſocomia communia eſſe omnium morborum, exceptis illis qui
contagione poſſent inficere, uel qui propter
16 multitudinem exigant ſeparatam curam. Quã
obrem inter noſocomia ſeparata ſunt leproſariæ, ea ratione conſtitutæ per ſingulas urbes &
oppida fere, & reditibus ornatæ, ut ſeorſim à
conſortio hominum leproſi habitantes, qui
arceantur à communi aliorum cœtu, habeant
17 quo nutriri poſſint.[p] Quo fit, ut leproſarię quę
in gratiam pauperum nutriendorum redditibus
dotatæ ſunt, in titulum beneficij conferri poſ-
18 ſint, non per ſe tanquam uere beneficia.[q] Poſſunt tamen leproſi communi uita degentes
congregati, habere eccleſiam cum cœmiterio,
& proprium presbyterum, ſine præiudicio eccleſiæ parochialis in cuius territorio ſunt, quibus decimas & ipſi debent ex omnibus quæ per
cipiunt, præterquam ex ſatis in hortis ſuis, & de
19 animalibus.[r] Separari huiuſmodi homines
quamuis inopes non ſint, & ius diuinum,[s] & canonicum,[t] & conſuetudo, & neceſſitas iubet:
cautumque ut leproſus ſit aperto capite, ore ue
ſte contecto, ut eo ſe contaminatum ſigno prædicet & oſtendat.[u] Neve congreſſu aliorum
improuide admittatur: item ne eccleſiam ingrediatur.[x] Quemadmodum Ozias lepra percuſſus à Deo, quòd in incenſo offerendo ſacerdotum officium uſurpaſſet, domi ſecretus ab
omnibus ſe continuit.[y] Qui enim iſtius morbi uim norunt, eum per reſpirationem, aerem,
& tactu & conuictu inficere ſibi proximos rati
ſunt.[z] Galenus, uel alius eius nomine in Iſagogicis,[a] lepram definit cutis mutationem in habitum qui præter naturam ſit, cum aſperitate
& pruritibus, doloribuſque, nonnunquam &
ſquamis decidentibus, quæ plures corporis
20 partes depaſcuntur. Leproſi in leproſarijs locorum, in quibus nati ſunt, debent concludi, &
nutriri, & alienigenæ ad leproſarias ſuæ pa-
21 trię relegandi, ut alias placito ſenatus Pariſienſis decretum eſt.[b] Iubet conſtitutio regia Franciſci primi,[c] ex iure deprompta,[d] inſpici & luſtrari leproſarias, per iudices ordinarios locorum, in quibus ſitæ ſunt, inquiſitionis cauſa,
qui & quales earum ſint reditus, qui eos adminiſtrent, & ut illis diſpenſandis ciues uel incolas probos & ſpectatæ fidei & qui ſoluendo ſint, præponant, caueantque, ne quid lepro-
22 ſi indignum & alienum à pietate patiantur:
neve ipſi contra ſalutem publicam amoliantur, quemadmodum tempore Philippi Longi regis Galliarum, detectum eſt in prouincia
Narbonenſi, & alibi in Gallia, eos Iudæorum
hortatu quod ab illis uenenum acceperant,
aquis fontium & puteorum iniecíſſe, coniuraſſeque in necem Chriſtianorum: attamen
ſeuere uindicatum.[e] Quod & in Germania ac-
23 cidiſſe anno 1321. teſtatur quidam. Præter leproſarias ſunt in ciuitatibus noſocomia
aliorum morborum, in quibus recipiuntur ægroti inopes: ſæpe etiam patres & filios &
ſeruos proximos, obliti pietatis & miſericordiæ, exponunt, ob famem morti ni ſubueniatur.[f] Qui ideo ad xenonem, ut ſcribit Iuſtinianus, mittuntur,[g] publica miſericordia
24 & eleemoſinis iuuandi. Claudius tamen Cæſar, cum quidam ægra & affecta mancipia
in inſula Æſculapij tædio medendi exponerent, omnes qui exponerentur liberos eſſe ſancit, nec redire in ditionem domini ſi conualuiſſent: quod ſi quis necare mallet quem,
quàm exponere, cædis crimine teneri authore Suetonio.[h] Ex quo & colligere per illa uerba poſſumus, etiam inter Romanos adhuc
paganos in inſula Tyberina templum fuiſſe Æſculapij, in quod delati expoſiti morbidi curarentur. Vt & apud Ariſtophanem
mentio habetur de ægrotis exiſtentibus in
æde Æſculapij, ut ſalutem conſequerentur.[i]
25 Sunt alicubi noſocomia epidimeticorum & pe

a Beatus Rhenanus, li. 2. rer. Germani.

b Plato, lib. 12. de legib. du ijs etiam nos tractamus in communib. cattanc dinarijs, dũ agimus de otio.

c Carolus Magnus in conſtitutionibus capitularibus, capitulari, quę ad Nimmacum ca. 20. Cũ menti. per Amerbachiũ.

d can. quemodo, 82. diſt. c. 1. 82. diſt.
e 2. ad Theſſalo. ca 3.

f Suidas, in verbo ἀδύνατοι.

g quæ ſuprà paulò antè indicauimus
h vide Paradinum, li. 3. hiſtoria Lugdunẽſ. cap. 18.

i can. non omnis, 5. q. 5 gl. in can. 1 in verbo nõ poſſunt, uerſu ẽtu textu 82. diſtin
k d. can. 1 82. diſt. & in cano. quomodo 82. diſt.
l Colum. 1. de re ruſt.
m Vitruuius, 1. archit. c. 4.
n Galenus, de tuend. bona valetud. & in 2. li. epidemion Hippocrat. & lib. 9. & in Methodi Aphoriſmorũ Hippoc. 3. & 1. prædictio.
o Hippoc. lib. 1. de aere & aquis, & de natura huma.

p clem. ſi. quia contingit, de religioſ. domi.

q cap. per literas, 5. de preben. apud Clementem.

r c. 2. de eccleſ. ædificand. lib. 3. D [illegible]
s Leui. 13. [illegible]
t [illegible] de leproſi.
u c. 1 de conting. [illegible]
x Leui. c. 13.
x ca 3. de cler. ægrotan.

y 2. Paralip. ca. 26.

z Auicenna, 3. par. quarti trac. 3 c. 1 Philon. lib 9 cap 1[illegible]
a Galenus, in Iſagogicis, lib. de diffinitionibus medicis.

b Arreſt ſur le fait des mendians.
c conſtitutio. Franciſci 1 Sur la reformation des maladeries.
d Clem. quia contingit, de relig. domi.

e Gaguinus, li. 7. in Philippo Longo.

f c. 1. de infantib. & langui. expoſi. lib. 5 Decretal. tit. 11.
g l. vni. §. ſed ſcimus, de Latina libert. toll. C.

h Suetonius, in Claudio, cap. 28.

i Ariſtopha. in Pluto.

ſtis,proprijs de reditibus ſumptus in eius mor-
bi curationem ſubminiſtrantia.Item alia inſa-
norum & ſtultorum, ut in Hiſpania. Bizantij
ante templum martyris Sancti Pantaleonis e-
rat locus,qui ἀργυρῶνιον dicebatur,mendicorum
habitaculum,quos morbus immedicabilis cor
rupiſſet, quem renouauit Iuſtinianus authore
Procopio.[a] Stultorum certe & inſanorum, ſi à
proximis detineri non poſſint, publica debet
eſſe cuſtodia,& interdum carcer.[b] Vnde refert
Sextus Pompeius in libris de uerborum ſigni-
ficatione, ex ſantra Dalinum inſanum & ſtul-
tum dictum Oſcorum lingua, quem Græci δί-
λαιον,dicunt,propter cuius fatuitatem quis mi-
26 ſereri debeat. Fueruntalicubi loca alendis pau
peribus ſenibus tantum deſtinata: locus itaque
is dictus γεροντοκομεῖον.[c] Et hunc etiam inter no
ſocomia,annumero,quando quidem ſenex de-
bilis & infirmus dicitur ætate, ſuis negotijs
prorſus corpore,& ſæpe delirante animo inuti
27 lis.[d] Et ſenectus ipſa per ſe morbus eſt, ut ait
Terentius.[e]

Et ipſa ſenectus, ſecundum Auſonium,[f]
Expectata diu,uotiſque optata malignis,
Obijcit innumeris corpus miſerabile morbis.

Multaque ſenem circumueniunt incommoda,[g]
quorum aliqua notat Archidiaconus:[h] unde la
boribus idonea non eſt.[i] Ideo nec ſenectuti
imputatur ineptia,[k] nec alia plurima in qui-
28 bus excuſantur ſenes,& defertur ſenectuti.Æ-
ſchines[l] miſeros dixit, quibus adeſſet pauper-
tas & ſenectus, quòd maxima mala inter homi
nes exiſtant,ideo & miſericordia digni, ne inci
damus in impietatem & inhumanitatem Sar-
dorum & Ceorum,qui lege ſanxerant fuſtibus
cædendos & occidendos ſenes à filijs: abſurdũ
arbitrati, ſi delirus ſenex ulterius uitam age-
29 ret.[m] Refert Vitruuius,[n] Crœſi domum lateri-
tiam à Sardianis ciuibus ad requieſcẽdum æta
tis ocio, ſeniorum collegio geruſiam dedicatã,
Gerocomeion hunc locum uocatum inuenio
etiam in conſtitutionibus iuris orientalis.In cõ
ſtitutione Nicephori,[o] ibi, πέμπτη συμφορὰ,
τοὺς τῶν ἁγίων οἴκων παροίκους, τῶν τε ὀρφανοτροφείων,
ξενώνων, γηροκομείων, ἐκκλησιῶν, μοναστηρίων, βασι-
λικῶν τὰ κατ᾽ αὐτὰ ἀπαιτεῖσθαι, id eſt, *quinta calami
tas.Quod ab omnibus ſacris ædibus paræcijs, orpha-
notrophijs,xenonibus,gerocomijs,eccleſijs, monaſte*
30 *rijs regijs ſumaria tributa exegit.* Hæc tamen ge-
ruſia γερουσία, alia eſt γερουσία Lacedæmonum, a-
pud quos eo ſummo ordine, uirtutis premio ad
legebantur,in geruſiæ ſenatum in adminiſtran
da republica perpetuo ſenes peritia & probita-
31 te prꝗſtantiores.[p] Accedunt iſtis eleemoſina-
rij,quorum prouentus eleemoſinariꝗ dicuntur,
eo quòd relicti & deputati ſint eleemoſinis fa-
32 ciendis.[q] Sacerdotia quidem omnia quodam-
modo ſpeciem eleemoſinariꝗ habent, uerum
non tam pauperum, quantum clericorum cul
tui diuino inſeruiẽtium gratia cõſtituta ſunt,[r]
una ex quatuor redituum portionibus paupeři-
bus deſtinata.[s] At nihilominus gloria epiſcopi
& ſacerdotum eſt,pauperibus ſubuenire de om
nibus.[t] Et ut ait Conſtantinus,[u] ſi quid uel par
ſimonia,uel prouiſione,uel mercatura,honeſta
ti tamen conſcia coniecerint, id in uſum pau-
perum atque egentium miniſtrari oportet: aut
id quod ex illorum ergaſterijs aut tabernis con
quiri potuerit & colligi, collectum id religio-
33 nis exiſtimet lucrum. Proximus pietatis locus
eſt ſuperioribus & officij in pauperes ξενοδοχεῖ-
ον, xenodochium, hoſpitale cuiuſmodi debent
eſſe omnes Chriſtianorũ domus, & potiſſimũ

a Procopius, li. 1. ædif. Iuſtiniani
b l. congruit, & l. diuus, de offi. præſ. P.
c d. l. ſancimus, & l. illud, de ſacroſ. eccleſ.
d can. deſolatis, 87 diſti. & l. ciuitatibus, de lega. 1.
e Terent. in Phorm.
f Auſon. in Eclog.
g Horatius, de arte Poetica.
h Archidiaco. in can. illis 86. diſt. c. magnæ, c. 7. de voto, li. 3 Decretal. tit. 44.
i § ſi verò aliqui de quanto ſe. in auth. col la 6.
k l. 2. de termino moto, in P. l. 2. qui æt. uel ſe ex coll. lib. 10 C. l. ſemper, de, muneribus & honor. in P.
l Aeſchines orat. contra Timarchum.
m Aelia. lib. 4. Variæ hiſtor. c. 1 & lib. 3 c. 36
n Vitruuius, li. 2 cap. 8.
o Lib. 1. iuris Orientalis, tit. περὶ τῶν ἐπιτιμίων τῶν ἀσεβ. 1. ἐκ τῶν δημοσίων.
p Cic. in Catone. Demoſthe. πρὸς Λεπτίνην. & de Spartha-norum repub. Ariſtotela politicor.
q clemens. 2. de prabend. in clem. & clem. quia contingit, de religio. domib.
r cano. nemo, de conſecr. diſtinct. 1.
s ca. quatuor, can. de reditibus, can. quatuor, 12. q. 2 cũ ſimilib.
t c. gloria, cum ſanctimus, 12. q. 2
u in l. 2. de epiſcop. & cleri. C.

eccleſiaſticarum perſonarum,[x] omnes namq;
peregrinos & pauperes ſuſcipere ex Dei man-
dato tenemur. ξενοδοχεῖν enim authore Suida
eſt, τὸ τοὺς ξένους ὑποδεχόμενον, quod ſuſcipit ho-
ſpites. Sunt loca etiam eius rei cauſa publice
fundata hoſpitalia reditibus in peregrinos &
in iter agentes pauperes diſtribuendis, tale opi
parum,& reditibus abundans hoſpitale in Al-
uernia,in montibus Albraci:per ciuitates quo-
que propria peregrinorum hoſpitalia dicta ut
plerumque D.Iacobi,quòd proficiſcentibus ad
34 uotum Compoſtellanum D.Iacobi inſeruiant.
Tradunt Leo,& Anthemius Cæſares,Zoicum
quendam primum huiuſmodi nutriendi pu-
blice peregrinos modum conſtituiſſe,& locum
exædificaſſe, ad cuius hoſpitij pij, uel hoſpita-
lis ſimilitudinem cætera hoſpitalia redacta eſſe
fuerunt.[y] Hoſpitalium quædam ſunt priuata,
35 quędam publica. Eratque etiam ius hoſpitij in
ter gentiles, publicum & priuatum gratis exhi
bitum, amicitiæ ineundæ & conſeruandæ cau-
ſa.Nam & hoſpitium publicum gratuito à ciui
tate uel republica præbebatur interdum extra-
neis, & aliarum ciuitatum uel oppidorum in-
colis, ut de republica benemeritis, eratque pro
ſanctioris amicitiæ pignore ius hoſpitij & teſſe
ra hoſpitalis,ut notat Budæus[z] ex Liuio,[a] & ex
Cicerone.[b] Meminit & de eo iure Pomponius
Iuriſconſul.[c] Scribit & Herodotus Mileſiorum
& Sybaritarum ciuitates maxime hoſpitio fuiſ
ſe coniunctas[d] legimus inſigne hoſpitij fuiſſe
dexteras ſicque ſcribit Cor. Tac.[e] *Miſerat ciui-
tas Langonum uetere inſtituto,dona legionibus* (ſci
licet Galliæ) *dexteras hoſpitij inſigne*, cum enim
fidem exigimus dexteram iungimus, fides au-
tem ab hoſpite prius requiritur quam cum eo
uiuamus.Et ideo ante dexteræ iungebantur, &
teſſera hoſpitalitatis dexterarum coniunctio:
innuit & illud Virgilius,[f]

Iungimus hoſpitio dextras, ac tecta ſubimus.

Cicero etiam pro domo ſua ait: *Quintus Mar-
tius ſignum concordiæ fecerat, idque in publico col-
locarat,dextera hoſpitij inſigne.* Quare & inter mi
litaria ſigna cohortium,fuit & manus haſtæ im
poſita. Fuerunt & inter priuatos & familias iu-
ra hoſpitij mutua,atque in ſignum amicitię an
tiquæ eius rei conſeruabant teſſeras, ſigna ui-
delicet, quibus etiam poſt multum temporis ſe
internoſcebant, & beneficijs[g] poſtea filios af-
36 ficiebant. Inter Chriſtianos teſſera hoſpitij,&
qua nos ueros profitemur Dei ſeruos,& ipſe no
ſtrum ſe exhibet amicum, ſunt ipſi pauperes,
cum quibus Deum ipſum,& Dominum Ieſum
Chriſtum hoſpitem ſuſcipimus,& qua ab eo a-
gnita teſſera ſperamus, eum ipſum nos in ſuã
æternam manſionem recepturum.[h] Et hoc mo
do hoſpitalitatem commendarunt poſt Domi-
num Apoſtoli,ut monet D.Petrus, *hoſpitales ſi-
mus inuicem, ſine murmuratione.*[i] Item D. Pau-
lus & uerbis,& exemplis impellit:[k] *Hoſpitalita-
tis*, inquit, *nolite obliuiſci, per hanc enim placue-
runt Deo, angelis hoſpitio ſuſceptis.* Et Diuum
Ioannem quendam[l] nomine Diotropem de-
teſtatur, quòd non ſuſciperet fratres peregri-
37 nos,& eos qui ſuſciperent prohiberet. Fiebant
& olim frequentia conuiuia pauperibus, quæ
ἀγάπαι,dicebantur,[m] quòd Deus iuſſiſſet uoca
ri ad conuiuia pauperes.[n] Erant & agapę, con-
uiuia quæ inter Chriſtianos fiebant olim mu-
tuæ charitatis fouẽdæ cauſa,& ſæpè cum domi
nica cœna coniuncta.[o] Quæ poſtea ne fierẽt in
dominicis locis ſeu ueſtibulis eccleſiarum, atq;
in illis accubitus ſternere uel edere prohibitũ
eſt con-

x can. 1. 42. diſtinct.
y in l. annua, l. 19. de epiſcop. & cleri. C.
z Budæus, in annota. poſter. ad l. poſtliminij, de captiuis, P.
a Liuius, lib. 5. & 7. de bello Macedo.
b Cicer. actio. ultima in Verrem.
c in d. l. poſtliminij, de captiuis, in P.
d Herodotus, lib. 6.
e Corn. Taci. lib. 17. annal. quem alij primum conſtituunt hiſtoriæ.
f Virgil. 3. Aeneid.
g vide Gelliũ, lib. 5. cap. 13.
h Matthæi, ca. 25. can. 1. & 2. 42. diſtin.
i 1. D. Petri, 4.
k D. Paul. ad Hebræos, c. 13. can. offerebat, 12. q. 7.
l Diuus Ioan. epiſto. 3 c. 1 c. ſi quis deſpicit, 42. diſt.
m d. ca. ſi quis deſpicit ex cõcilio Gangrenſi.
n D. Lucæ, ca. 14.
o vide Tertul. aduerſus gẽtes.

eſt concilio Conſtantinopolitano, 6. cano. 74.[a]
38 Lex erat Leucanorũ Chriſtianiſmo proxima, *ſi ſub occaſum ſolis ueniret peregrinus, uolueritque ſub tectum alicuius diuertere, & is hominem non ſuſceperit, mulctetur, & pœnas luat inhoſpitalita-*
39 *tis*.[b] Hoſpitalium rurſum publicorum, quædam in titulum beneficij conceduntur hoſpitalarijs, quædam tantum adminiſtrationis ratione.[c] Beneficium dicitur ex inſtitutionis uel fundationis ut plerunque conſtitutione, eccleſia ædificata inibi, quando eſt uidelicet in ea pinnaculum ſeu campanile cum campana publice pulſata ad conuocandos homines diuini officij cauſa:[d] aut ſi in hoſpitali ſit altare fixum & conſecratum.[e] Videtur namque pars aliqua hoſpitalis redituum aſſignata præpoſito officij diuini ratione, & in gratiam onerum & laborũ ſubeundorum. Quo fit, ut tunc beneficij appellatione ueniat & comprehendatur hoſpitale.[f] Alioquin his non concurrentibus, hoſpitale potius pius locus, quàm beneficium dicetur.[g]
40 Si modo conſtructus ſit authoritate epiſcopi loci,[h] ſine cuius licentia nemo pium locum excitare, uel oratorium ædificare poteſt,[i] in quo publice perficiatur diuinum officium & ſacra liturgia: priuatum enim cuique habere licet.[k] Eſt & aliquando hoſpitale annexum eccleſiæ: uel contra, eccleſia hoſpitali: & tunc proculdubio beneficij gaudet priuilegio,[l] & onere. Porro quæ hoſpitalium publicorũ priuilegia ſint, & quando illa ſimilia ſunt eccleſiaſticis, explicat Felinus.[m] Exigit tamen Iohan. de Selua[n] antequã beneficium dici poſſit hoſpitale, quã uis ſit religioſorum, ut ſit ſpiritualiſatum, &
41 conferatur ad præſentationem laici. Cura hoſpitalium, ut ſecundum conſtitutam illis legẽ regantur, iure ad epiſcopi ſolicitudinem, non magiſtratuum laicorum pertinet.[o] Si tamen epiſcopi uel eorum uicarij negligentius in ea cura ſe gerant, quàm par ſit, receptum eſt & de his magiſtratus ordinarios cognoſcere,[p] atque conſtitutione regia Franciſci primi, mandata eſt iuriſdictio iudicibus regijs ordinarijs locorum uel proximioribus hoſpitalium, ut inquirant & ſtatuant de adminiſtratione eorum.[q]
42 Quin & hodie curiæ ſupremæ ſenatus Galliæ primo iudicio ut ordinarij de cauſis hoſpitaliũ & pauperum cognoſcunt: &, ut pragmatici dicunt, *en premiere inſtance*, ob perſonarum priuilegium: exemplo principis, cuius authoritatem ſuperiorem ſenatus refert ut pars corporis eius,[r] qui & ex libello, ſummarie & de plano de pauperibus & alijs miſerabilibus perſonis co-
43 gnoſcit.[s] Si adminiſtratio hoſpitalis non ſit beneficium, ex laicorum ut plerumque decreto, ex lege, fundatione & authoritate magiſtratuũ cum conſilio epiſcopi, illa conceditur: ſi autem ſit beneficium patronatum, ad præſentationem patronorum, fit per epiſcopum præfecti inſtitutio. Extat & conſtitutio Caroli Magni de regalibus in hæc uerba: *De monaſterijs & Xenodochijs, quæ per diuerſos comites eſſe uidentur, ut regalia ſint, & quicunque ea habere uoluerint, ea per beneficium regis habeant*.[t] In concilio Tridentino, De hoſpitalibus lex hæc polita: *Omnes eccleſiaſtici ordinis hoſpitalitatis officium pro beneficiorum prouentu & fundationis præcepto adminiſtrent. Adminiſtratio autem hoſpitalium, uni & eidem perſonæ ultra triennium deinceps non committatur, niſi aliter in fundatione cautum reperiatur*.[u]

a vide & Diuum Chriſoſto. in Panegirica oratio ſuper c. 5. Eſaiæ.

b Aelian. libr. 3. de varia hiſtoria, c. 1.

c Felinus, in c. 4. de nu. 23. de de præſcriptio. probat & clec. quia contingit, de religio. do. Gomes, ad regulam Cancellar de trienna. poſſeſſio. q. 1.
d Panor in ca. patentibus, de priuileg.
e Felinus, in dict. c. de quarta vt & in c. tua nem, de priuile.
f gl. in ca. 3. de decimis, ap. Clementem.
g gl. in c. diſpẽdioſam in verbo, beneficija, de iudi. in Clementinis.
h can. ad hæc de relig. domi. lib. 3. Decret. ii 35. cap. quidam 18. q. 2.
i videnda hæc de regioſa antiqua, in tit. de tabula. pendente in choro, in pragma. ſanct. probat & c. nemo. de conſecra. diſt. 1.
k can. vnicuique, de conſecra. diſt. 1.
l Felinus, in c. 4. nu. 4. de præſcriptio.
m Felinus, in dic. ca. de 4. nu. 8 & ſeq.
n Ioan. de Selua. tract. de benefic. p. 3. q. 17.
o Petrus de Ancharano. cõſi. 343. incipiẽte oportet primo inquirere, circa finẽ ca. de Xenodochijs, de religio. domi.
p clemẽt quia contingit, de religio. domi.
q Iordonã. du Roy Francois, ſur la reformation des hoſpitaulx.
r l. quiſquis, §. 1. ad legẽ Iuli. Maieſta. C. l. hu manumeſſe, de legib. C.
s l. 1. quando Imperator, inter pupil. & viduas, li. 3. C. tit. 14.

t in capitularibus Caroli Magni, capitulari, præcepit rex de quibus diſt. can. &c.
u In cõcil. Tridentino 8 ſeſſio. & l Decrets, reformatio gene ralis can. 8.

De Capellanis, capellis, & oratorijs. Cap. XXIX.

1 *Capella, capellania, & capellanus unde dicuntur.*
2 *Capellæ, & capellaniæ differentia.*
3 *Eccleſia adiutrix quando parochiæ addatur.*
4 *Sacellum unde dictum.*
5 *Capellæ ſeculariſatæ & prophanæ.*
6 *Capellania duplex, & cum plebe, & ſine plebe.*
7 *Aedes ſacræ tantum authoritate Dei conſecrantur, & eriguntur quare.*
Sacrum locum priuatus quare non faciat ſua authoritate, eod.
8 *Dedicare quid, & a quibus ædes ſacræ & notorum fiebant.*
9 *Pontificatum gerebant Imperatores Romani paganorum quare.*
10 *Pontifices ſoli nunc templa dedicant.*
11 *Capellania ſecularis quæ.*
12 *Capellani dicti ſacerdotes.*
13 *Capellanorum Pappæ qualitas, & uarij ordines.*
14 *Auditores ſacri palatij qui ſumm. pontif.*
15 *Auditores Rotæ qui, & quot.*
16 *Capellani titulo tenus.*

1 CApellanus a capellania, & capella cui præficitur, nominatur:[x] item ab officio ſiue beneficio, & capellania. Capella aliquibus,[y] dicta quaſi capiens λαούς, ſeu populos: uel capiẽs laudem: uel ſecundum Præpoſitum,[z] a cappa diui Martini: aut a caprinis pellibus, quibus olim altaria tegebantur, ſecundum Archidiaconũ.[a] Arbitrarer & a ſimplici tecto, quo oratorium campeſtre operitur, lateribus, undequaque patentibus, & patulis. Tectum enim Gallis ſimpliciter dicitur *chapelle*, a capite: unde & formata alia nomina, *chapeau, chape, &c.* Aut capella locus, qui minoris ſpatij ſit, quàm eccleſia: quod tot homines non capiat, ut eccleſia. Ita altare capella eſt,[b] & præbenda cum onere quotidiè celebrandi ſacram liturgiam:[c] oratorium,[d] quòd in eo loco orationes, non aliæ res profa-
2 næ peragi debeant.[e] Capella a capellania, ſecundum Rebuffum,[f] differt: quòd capella dici poſſit quælibet eccleſia parochialis per ſe conſiſtens, ut explicat etiam Clemens Quintus ex concilio Viennenſi,[g] ſi modo collegiata nõ fuerit, ex ſententia Panormitani.[h] At capellania dici ſoleat illa, quę non eſt per ſe, ſed eſt intra aliam eccleſiam fundata & conſtructa. Sic putat Rebuffus capellam proprios habere fines & ſecretos ab alia eccleſia: capellaniam autem eſſe eccleſiam intra fines alterius ædificatam, ueluti auxiliarem, appendicem, ſacellum,
3 ædiculam, oratorium. Quemadmodum aliquando latius quàm par ſit patentibus finibus eccleſiæ parochialis, minor intra fines extruitur eccleſia, forſan uel quòd hieme intercipitur parochis iter, ne poſſint ad matricem eccleſiam uenire, uel niuibus, uel aquarum copia. Quare a ſacerdote matricis eccleſiæ, in adiutrice illa addita præficitur diuini officij cauſa quidam presbyter cum clerico,[i] qui ſacerdoti pa-
4 rocho ſit ſubditus.[k] Capella, ſacellum dici quoque Latinè loquentibus poteſt: quòd ſacellum ſit paruus locus cum ara conſecratus, compoſito nomine, authore Trebatio, ex ſacro & cella, quaſi ſacra cella, quamquam Gellius à ſacro ſacellum diminutum di-

x c. 1. de capellis monach. li. 3. Decret. ti. 37.
y Archidiaco. in can. cõcedimus, de cõſecr. diſt. 1. Rebuff. in tract. de pacif. poſſe. nu. 19.
z Præpoſitus, in ca. presbyter 23. diſt.
a Archidia. in can. plures 16. q. 1. gloſ. in dic. cano. concedimus.

b ca. quæſitũ. & ca. pen. 1. q. 3. Ioan. Andreas, in c. 1. de ſucceſſ. ab inteſta.
c ca. ſignificatum, cap. 11. de præb.
d c. authoritate, de priuil. in Sex.
e can. penul. & ſi. 42. diſt.
f Rebuff. in §. vita ac morum honeſtas, tit. da forma manda. apoſtoli. in concordat.
g clementi. 1. de exceſſ. prælator.
h Panormita. in c. nobis, per illum textũ, de iure patrona.

i c. ad audientiam, de eccleſ. ædifican.
k gl. 3. in c. ex te, de æta. & qualita.

5 cai.[a] Capellæ quædam dicuntur ſpi ritualizatæ, ſeu eccleſiaſticæ: quædã profanæ, ſeu ſeculares. Spiritualizatam ſeu eccleſiaſticã eam dicimus, quæ authoritate epiſcopi eſt ordinata & fundata, quo caſu habet formam beneficij eccleſiaſtici,[b] & proinde non poſſit donari uel cõcedi, à patronis ſeu fundatoribus, inconſulto epiſcupo, uidelicet ſine inſtitutione epiſcopi

6 diœceſani.[c] Capellania hæc duplex, & cum plebe ſubdita,[d] & ſine populo, cum onere tamen officij diuini ſibi adiuncti exiſtens, atque in poſtrema hac ſpecie, ſi non habeat in fundatione dictam legem aſſiduitatis, quàm uocant reſidentiam, poteſt præfectus per alium munus impoſitum implere.[e] Inter ethnicorum erant & huiuſmodi quoque gentilitia ſacerdotia, quæ patronata nobis, per familias aliquas prouentibus & redditibus donata & exornata.[f] Ab epiſ-

7 copo inter Chriſtianos tantum, ſacræ ædes & ædiculæ dedicantur & conſecrantur, non authoritate propria cuiuſque,[g] ne prætextu religionis ſuperſtitio uel error irrepat in mentes hominum, unoquoque fanum & locũ & modum colendi ſibi arrogante. Quemadmodum de Micha legimus:[h] neve ſacra inhoneſte & illegitime & cum abuſu à ſingulis tractentur,

8 aut ſine reuerentia. Quod ne fiat dedicatio cauet publica. Nihil enim aliud eſt dedicare, quã utendi initium legitimum facere, ſecundum D. Chryſoſtomum,[i] adhibitis publicis orationibus & ſupplicationibus. Exemplumque eius in lege diuina proſtat in ſanctificatione arcæ & tabernaculi Dei,[k] & templi.[l] Iuſſerat enim Deus, ne ſacrificaretur in omni loco, ſed in loco quem dominus elegiſſet in una triuum.[m] Lex erat etiam idololatrarum & 12. tab. *nemo Deos ſeparatim habeat nouos, aut alienigenas, quòd id confuſionem pareret.*[n] Liuius ideo narrat,[o] ſæpe ætate auorum negotium magiſtratibus datum, ut ſacra externa fieri uetarẽt. Et Ioſephus ſcribit,[p] Perſas olim religioni peregrinæ irrogaſſe capitis pœnas. Apud Romanos etiam in politia religionis ſeu idololatriæ, ante conſtitutum imperium, non niſi per duumuiros uel ædiles ſacros licebat dedicare. Ita apud Liuium legimus,[q] ædem Martis Gallico bello votã, dedicatam fuiſſe a Ti. Quintio duumuiro ſacris faciundis. Et rurſum,[r] duumuiros creatos, M. & C. Atrilios, qui ædem Concordiæ, quam Lelius Manlius prætor uouerat, dedicarent. Iterum, Fabrum duumuirũ eſſe iuſſum a ſenatu, ut dedicaret ædem Veneris Ericiniæ, quam Q. Fab. Dictator uouiſſet. Munus & id fuit ſummorum illorum pontificum, item conſulum, & ſubinde imperatorum. Sed pontifices uerba præibãt. Et conſenſu, ait Liuius,[s] populi, Corneliũ Barbatum Pontificem Max. in dedicatione templi Concordiæ, uerba præire, cum more maiorum negaret, niſi imperatorem aut conſulem poſſe templum dedicare.[t] Meminit Flauius Vopiſcus, Aurelianum ita mandaſſe, *ego ad ſenatum ſcribam, qui mittat pontificem, qui dedicet tem-*

9 *plum*.[u] Fiebat ergo dedicatio templi per imperatorem aut eius iuſſu,[x] maximè ſi de loco publico in ſacrum conuertendo agebatur, uel de priuato dedicando. Atqui ideo Romani imperatores, ſuorum idolorum gerebant ſummum pontificatum, & inaugurabantur omnibus ſacerdotijs, nec alia ratione, quàm ut haberẽt omnes religiones & ſacrificia in ſua poteſtate, & manu.[y] Quod & in regno Ægyptiorũ aliquando

10 do obtinuit.[a] Poſtquam autem Cæſares Chriſtianam coluere religionem, ex Iuſtiniani etiã

a Gellius, lib. 8. c. 12.
b can. quaſicum, 1. q. 1.
c c. cum laicus, & c. nobis. de iure patronat. c. ex frequentibus, de inſtitutiõ.
d in c. 1. de capel. monacho.
e Nicol. Boer. conſi. 11. num. 4. & 6.
f Meminit Cicero, pro domo, & de aruſp. reſpon.
g cano. nemo. de conſecrat. diſtinct. 1.
h Iudicum ca. 17.
i D. Chryſoſt. in Epiſtol. ad Hebræos.
k Exod ca 40.
l 3 Reg 8 & 1. Eſdræ, 6 & 1. Macha. 4.
m Deuter. 12.
n Cicero. 2 de legi
o Liuius, li 39.
p Ioſeph. contra Apion.
q Liuius, li. 6. deca. 1.
r Liuius, lib 3. deca. 3.
s Liuius, d. lib. 3 deca 3.
t Liuius, lib. 9. deca. 1.
u Flauius Vopiſc in hiſtoria, & epiſtola Aureliã.
x l. ſacra loca, l. 9 de rer diuiſ. l. ſi ui in poſſeſſ. legatur, li. 38 ff. tit 4.
y Dio Caſſius, li 11 Hiſtoriæ. z Pla. lib ciuili vel de regno. Ariſto. 3. Politi. c. 10.

ſanctione cautum, niſi authoritate pontificis diœceſeos loci ſacri fieri dedicationem.[a] Quod firmauit Vrbanus tertius & alij pontifices ſummi.[b] Vt eius prouidentia cultui diuino in futurum & clericis conſulatur.[c] Hicque curabit eo modo fieri quod admonet Epictetus,[d] libare & ſacrificare ſecundum patrios mores unumquẽque, purè, abſque laſciuia, abſque negligentia, non parcè, non ſupra facultatem. Et proinde iubet ius epiſcopis, ut altaria ſub memoria martyrum publicè falsò ædificata deijciant.[e] Quod hodie nec priuatus, nec publica populi authoritas abſque epiſcopo, poſſit locum ſacrum fa-

11 cere, ſicuti olim.[f] Capellania itaque ſecularis erit, quæ per laicos, in ſuis fundis & domibus fundatur, & deſtinatur alicui ſacerdoti: ut inibi alicui cultui diuino inſeruiat, eiuſque nomine ſtipendia aliqua percipiat, idque ſine authoritate diœceſani epiſcopi. Quare fundatio hæc, profana tantum eſt: aut legatum pium tãtum, ut ait Ioannes Faber.[g] Quare incõſulto epiſcopo, nutu patroni uel hæredis concedi poterit presbytero, cui libebit: ut notat Guido Papæ.[h] Neque epiſcopus, qui uiſitando & circuendo diœceſim ab eccleſijs quippiam exigit uiſitationis iure, poterit ea huiuſmodi priuato oratorio quicquam capere aut petere:[i] quia nec huiuſmodi capellæ ſeculari liceat habere inſignia eccleſiæ, campanam, aut pignaculum, ſeu campanile ex prohibitione Celeſtini.[k] Sed hic de his capellis plura dicere ſuperſedebo: uideto de illis Matthæum Pacum, tractat. de mandatis apoſtolicis, quinta parte, numero 32. & ſequentib. Quæ refert ad capellanos dictos ratione beneficij, uel ſacelli: unde naſcitur ius patronatus ec

12 cleſiaſticum, de quo alibi diximus. Alij porrò capellani ſine ſacerdotio & capella aliqua, uel abſque reditu ex capella, ſunt. In Gallia alicubi, capellani dicuntur, & ſacerdotes omnes, ſine

13 ſacerdotio, ut apud nos Tectoſages. Sunt & capellani pappæ diuerſi generis, & priuilegij:[l] alij namque ſunt commenſales, alij honoris huius titulo tantum donati, alii cum ſtipendiis, alii ſine illis. Commenſales in curia Romana tenentur reſidere, alii nequaquam.[m] Capellani uerè pappæ erant iuriſperiti, qui in officiis diuinis ſum. pont. ſeruiebant in ſua capella, in qua & ſum. pont. ſæpè audiebat cauſas & controuerſias, per principes & reges ſeculi & orbis Chriſtiani, etiam extra negotia fidei delatas ad illũ, quæve conſiſtoriales non erant. A quo munere paulatim ſum. pont. ſeſe anocantes, cœperunt primum harum controuerſiarum audientiam ſuis capellanis concedere, ex quorum relatio-

14 ne poſtea iudicabant. Et ideo qui prius capellani pappæ dicebantur, nunc auditores ſacri palatij dicti. Quibus etiam deinceps ſum. pon. cauſarum quoque deciſionem ſuo reſcripto conceſſere. Atque ex more uſurpatum ſubinde, ut ferè in omnibus deciſio ſpeciali reſcripto iſtis

15 demandetur.[o] Hodie ordinẽ hunc conſtituunt duodecim ex reſtrictione Sixti 4. ante quẽ plures. Dicti & illi nunc auditores Rotæ, cuius Rotæ & auditorij decreta pro ſenatuſconſultis habentur: ut ex deciſionibus eorum excuſſis apparet. plura autẽ de auditorio Rotæ uideto apud

16 Ludouicum Gomeſium.[o] Capellani, qui honoris cauſa huiuſmodi ornantur titulo, uerè non ſunt capellani pappæ ſecundum Boerium.[p] Sic enim princeps aliquibus honorem ſolum communicat, non autem utilitatem.[q]

a §. ſacras res, de rer diuiſio. ap. Iuſtin.
b ca. ad hæc, & c. 1. de religio. domib ca. 2 de cõſecra eccleſ. can nullus, ca. altaria, 1ma de conſecra. diſt. 1. melius in ca. authoritate, eo de pœni. in Sex to. §. 1 ut nullus fabricet, omnes domos præter vol. epiſco. in auth colla. 5. tit. 16. conſtitu. nouel. 67.
c d. c nemo. de conſecr. diſt. 1
d Arrianus in enchiridio, Epicteti.
e can placuit, de conſecrat. diſtin. 1.
f Martian. in l. in tantum, l. 6 §. fin & Vlpi in l. ſacra loca, l 9. de rer diuiſ. l. 1 §. ſi quis in ſepulchro, de ſepulch. violato P.
g Ioan Faber, in §. nullius, de rer diuiſ.
h Guido Pap queſt. 187.
i c. ſi. ne cẽſib ap. Grego.
k ex parentib c. 16. de priuile. lib. 5. Decretal. titu. 33.
l Ioannes Gallus, in quæſt de ciſi. per Arciã paſſ ... q. 31. ... & de certum beneficijs, quæ in curia Romana vacare dicuntur.
m cap. vnic de verbor. ſignif. in Sex.
o Octauianus, Veſtrius, lib. 2. introductionis, in actiones auliq Romanæ, c. 17.
o Gomeſ. in procœmio regularum cancellariæ.
p Boerius, 17.00 9.
q §. renouamus, ut ordinarij præfe. &c. in authe. coll. 1. tit. 1 & ibi gl in verbo. videantur.

De Præſtimonio, obitu, & obituarijs. Cap. XXX.

1 *Præſtimonio interdum beneficium, aliquando minime.*
2 *Obitus, & obituarij quid.*

1 ACcedit capellis præſtimonium, ſeu præſtimonia, quæ aliquando beneficij habet formam, ſi in titulum conferatur: interdum minime, ut ſi deſtinetur officio temporali, ut ſcribit Rebuffus,[a] Oldradus,[b] Dominicus;[c] & Ioannes Franciſcus de Pauinis.[d] Meminit de præſtimonijs & c. ſ. de conceſſio. preb. in Sexto. Tunc autem procuIdubio beneficia non ſunt, cum dantur ſtipendiorum & mercedis cauſa. Et proinde in impetratione beneficiorum, in cuius diplomate exprimi debent etiam beneficia poſſeſſa per impetrantem modici ualoris,[e] non tenetur impetrans de præſtimonia in ſtipendia conceſſa mentionem facere, quòd beneficium non ſit, ut
2 notant Dominicus,[f] & Ioannes Andræas. Affines quoque capellis & beneficijs, ſunt obitus: unde obituarij dicti ſunt. Quãdo per legatum, uel fundatione à uiuente facta, bona quædam deſtinantur orationibus faciendis pro aliquo qui iam obijt, uel moriturus eſt. De quo conſulendus Philippus Decius.[g] Refert Vuolphangus Lazius apud idololatras florente Romanorum repub. ſacrificulis certos annuos reditus relictos, uel ad lucernas, uel ad candelabra ad memoriam ob[...]ntium repetendam.[h] Probant illorum iuriſconſulti legatum ea conditione relictum, ut lucerna perpetua circa ſepulchrum accendatur.[i] Et conqueritor Symmachus apud Valentinianum Theodoſium, & Archadium CC. pro ſuorum Deorum cultu: contra Chriſtianos, agro uirginibus ueſtalibus & miniſtris ſuorum ſacrorum, deficientium uoluntate relictos, à fiſco tunc retineri.[k]

a Rebuff. tract. de pacif. poſſeſſ. nu. 90.
b Oldrad conſil. 390. alias, a29 incipient in eccleſia, & conſil. 81. incipien. quod proceſſus.
c Domini. conſil. 88.
d Franciſcus de Pauinis in Apoſtillis ultimis, ad extrauagantes Ioan. 22.
e c. cum adeò, 27 & ca. ad aures, 8 & c. ad audientiam, 31 c. poſtulaſti, 27. de reſcript. ap. Grego.
f in ca. ſi motu proprio, in uer ſic. benefic. & ibi Dominicus, [...] quod habentes, de præbend. in Sex.
g Philip. Decius conſi. 148.
h Vuolphgan. Lazius. lib. 5. Commētar. reip. Roma c. 11.
i l. Mauia. 44. de manum. teſtam. P.
k Symma ad Valētini Theodo. & Archad.

De operario, ſeu ædituo ſacro. Cap. XXXI.

1 *Operarij, ſeu Ouuriers, eccleſiarum qui.*
2 *Quæſtores ſacræ pecuniæ.*
Æditui templorum qui, & eorum munus. eod.
3 *Aediles curam refectionis templorum habuerũt.*
3. 4. 5. Templorum refectio ad quem pertineant, eod. 3.
4 *Refectio loci ſeruientis, onus eſt eius, cui debetur ſeruitus.*
5 *Operaria beneficium non eſt. & num. 6.*

1 VUlgus operarios uocat eos, quibus cura operum & fabricæ eccleſiaſticæ commiſſa eſt: *ouuriers & mar-*
2 *guilliers*. Quos Plato[l] uocat quæſtores & aſſeruatores ſacræ pecuniæ, eoſque arbitratur neceſſarios in ſingulis templis, qui lucorum agrorumque & ipſis dedicatorum, & fructuum conductionumque & locationum domini eſſent. Ariſtoteles autem eos uidetur nominare ædituos, & ſacrarum pecuniarum cuſtodes. *Alia ſpecies, inquit,*[m] *curationis eſt circa rem diuinam ſeu ſacerdotis, & ædituì circa templa, ut conſeruentur quæ ſunt, & erigantur ruinoſa ædificia; & cætera omnia quæ pertinent ad diuinum cultum: euenit autem alicubi ut in paruis ciuitatibus curam hanc eſſe unam: alibi uero plures ſeparatas à ſacerdotio, & eſſe ſacrificulos ædituos, &*
3 *cuſtodes ſacrarum pecuniarum*. Varro apud Romanos hanc fuiſſe curam ædilium teſtatur.[n] Et inde ædiles dictos, quòd ædes ſacras, & priuatas procurarent. Fuit & cura præſidum prouinciarum prima, ubi in prouincias ſuas perueniſſent, ædes ſacras, & opera publica circuire, inſpiciendi [...] que eſſent, & refectione aliqua indi[...]ent.[o] Erat permiſſum olim in lege antiqua ſacerdotibus, ex gazophilacio templi pecuniam capere quæ offerebatur pro peccatis: ea tamen lege, ut templũ reficerẽt. Quamobrem legimus regem Iſraelis Iohan, cum ſacerdotes non inſtaurarent ſarta tecta templi, uocaſſe Ioiadam pontificem & ſacerdotes, & dixiſſe: *Quare non inſtauratis ſarta tecta templi? nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinem ueſtrum, ſed ad inſtaurationem templi reddite eam.* Et poſtea ſequitur, prohibitos ſacerdotes ultra accipere pecunias à populo, & inſtaurare ſarta tecta domus. Et pecuniam poſtea in gazophilacio delatam cum excreuiſſet, & inde eductam præſente ſcriba regis & pontifice numeratam, & datam iuxta numerum atque menſuram in manu eorum, qui præerant commentarijs in domo domini.[p] Aliquando inter Chriſtianos, pontificibus ſacerdotiorum una ex quatuor pars pro fabrica data,[q] poſtea præfectis ſacerdotijs relicta,[r] ut antea docuimus, dum de curionibus ſeu rectoribus & parochis hoc libro egimus. Æquumque uiſum eſt, ſacerdotes & curiones, qui pro fructuarijs in beneficijs habẽtur,[s] ad modicam refectionem ædium, ex quibus conſequuntur fructus, tene-
4 ri, ut reliquos ędium uſufructuarios.[t] Sic etiam regulariter is qui ex re ſeruitutem percipit, & eam ſibi deberi aſſerit, ad refectionem rei ſer-
5 uientis tenetur, non is qui eam debet.[u] Quæ de modica refectione intelliguntur, non de maiori. Nam ſi illa ad curionem pertineret, plerumque fructuum excederet perceptionem & is cogeretur fructibus alio quàm ad cult[...] impenſis, officium eiurare & cedere. Quocirca ut curionis onus aliqua ex parte leuetur, rectè in eccleſijs ſeu templis quæſtores ſacri ea de cauſa conſtituti, qui ex fide pecuniam quærerent ex parochorum liberalitate, & eandem fidem in opera eccleſiæ neceſſaria impenderent. Et alicubi huic neceſſitati fructus aſſignati ſunt, regendi & diſtribuendi per
6 uiros delectos, ſtrenuos, & prouidos. Proinde res inſtaurandis templis relictæ, & officium quæſtorum, & ut dictum eſt, operaria, inter beneficia non ſunt eccleſiaſtica.[x] Tum etiam quia hoc munus annuum eſt, uel alterius ſpatij ad tempus & non perpetuum, & laicis etiam committitur.[y] Nec in utilitatem quæſt[...] ecclesiæ ſolius cui tenetur geſtorum reddere rationem.[z] Quæ aliena ſunt à natura beneficij eccleſiaſtici, quòd perpetuum eſt,[a] id eſt, poſſideri poteſt ab inſtituto quandiu uixerit: id enim perpetuum ſignificat ad uitam relatum.[b] quòdve fructus habet in fauorem potiſſimum clerici inſeruientis diſtributos.[c] Inter officia tamen cum reditu aliquo monaſteriorum, uel eccleſiarũm, quę regularem uitam abtecerunt, ſunt operaria, & infirmaria, ut dicunt.

l Plato. 6. de Legib.
m Ariſtote. 6. Politicor. ca. 8.
n Varro. 4. de Lingua latina.
o Vlpia. in l. ſi in ſi[...] de offi procunſ. P.
p 4. Regũ. c. 12.
q cano quatuor. cum de re di[...]bus. 12 q[...] cum ſimil.
r can. præcip. [...]
s glo[...] de offi [...] in Sext.
t l. [...] leg. 10. & l. [...] inter fructuarium de damn inf. [...] Gallus, & l. ſicut reſec. [...]
x Rebuf. in tra[...] num. q. 13. nu. 18.
y Decius [...] c. 11 de Iudic.
z Rebuffus, in pro[...] lo[...]
b l. 1. pro ſocio, P.
c c. 1. & fin. de pecul. clericor. c. nemo, de conſecra. diſt. 1 gl. in d. c. præſenti. de offic ordi nat. in Sex

De Collegiatis. Cap. XXXII.

1 *Collegium, & collegiati quid.*
2 *Collegiorum alia licita, alia illicita: & licitorum uaria ſpecies, profana, eccleſiaſtica, mixta.*
3 *Collegia profana artificum.*
4 *Collegium, corpus, ſocietas, affinia, ſed diuerſa.*
5 *Saccarij qui Romæ.*
6 *Collegia ſtudiorum.*
7 *Collegia ſacra & ſcholaſtica.*
8 *Collegiorum ſtudiorum loca non ſunt beneficia, nec ea perpetua, niſi presbyterorum.*
Collegijs fundatores leges ponunt. eod.
9 *Collegia mixta Academiæ priuilegia* e.*
10 *Collegia debent inſtitui, uel approbari à principe: alioquin illicita ob metum conſpirationum & monopoliorum.*
11 *Collegiator non faciens officium collegiati, priuilegijs non gaudet collegij.*
12 *Fratriæ permiſſæ in religione non faciunt beneficium.*
13 *Falcidia non detrahitur à legatis factis confratrijs.*
14 *In collegiatos tantum recipi debent, qui eius artis ſunt, quam exigit collegium.*
15 *Collegiatus admiſſus ſuper definitum numerum non utitur priuilegijs collegij.*
16 *Collegiatus in duobus collegijs quis eſſe non poteſt.*
17 *Collegium non mutatur, mutatis perſonis.*
Collegium in uno retinetur, non niſi in tribus conſtituitur, eod.
18 *Collegiatis fundatores leges dant, poſſunt & collegiati ſibi conſtituere quomodo.*
19 *Collegij debita & credita non ſingulos priuatim reſpiciunt ſed ut uniuerſos.*
20 *Collegio diſſoluto, num poſſint res collegij diuidi inter collegiatos.*

1 COllegium dictum eſt, quaſi delectus & coelectio, teſte Varrone, quædam hominum eiuſdem artis, profeſſionis, opificij, officij, & poteſtatis: unde & collegæ dicti,[a] & collegiati.
2 Hinc diuerſæ ſpecies manarunt collegiorum, aliaque licita, & alia illicita ſeu improbata certis de cauſis, uel ratione perſonarū, aut officij, aut loci, uel ſimilium,[b] uel quia non ſunt probata à principibus.[c] Rurſum collegiorum licitorum, quædam ſunt profana omnino artificum, quædam ſtudiorum, magiſtratuum: mixta alia quodammodo: quædam omnino eccle-
3 ſiaſtica. Collegia profana artificum plura, in quibus delectus artificum fit, & ſociantur: cuiuſmodi plura inſtituit Romæ Numa,[d] ut piſtorum, nauicaulariorum,[e] argentariorum,[f] figu-
4 lorum.[g] Obſeruandum tamen, tria eſſe maximè ſibi affinia, ſed non eiuſdem naturæ in omnibus, uidelicet ſocietatem, corpus, & collegium. Inter quæ collegium corpus dici poteſt, & ſocietas, ſed non omnis ſocietas, uel omne corpus, collegium faciunt. Quia proprie collegium eſt, quando plures ſimul eo habitant animo & degunt, ut una communione, & æquali uiuant. Societas porro tantum & artis, & mercium, & aliorum ſeorſum habitantium eſſe poteſt: item & corpus.[h] Sic corporati, non collegiati dicuntur conciues, & in albo incolarum
5 conſcripti.[i] Et alij ea corpore ſitariorum:[k] ſaccariorum, uidelicet eorum qui ſoli ex portu Romano inuecta, iuſta & taxata merceda euehebant.[l] Item claſſicorum,[m] & ſimilium. Collegia ſtudiorum & ſodalitia plura ſunt tum humanarum artium liberalium, tum iuris prudentiæ, philoſophiæ, & theologiæ &c. Magiſtratuum ſunt & collegia, ut & decurionum.[n] Inter ſacra collegia & ſodalitia olim collegiū augurum, aruſpicum, pontificum, nunc cœno-
6 bia, capitula, eccleſiæ dictæ collegiales. In quibus canonici, præbendati, uel clerici, habent communia, ſigillum,[o] arcam,[p] & tractatum,[q]
7 uel capitulum. Exiſti collegiati, quia titularij nomine & beneficiarij fiunt, perpetui dicun-
8 tur. In quo differunt à collegiatis collegiorum ſtudiorum cauſa conſtitutorum, qui temporales ſunt, donec ſtudiorum certā attigerint metam, ſtatutis & lege fundationis comprehenſam: quam ei, qui collegium dotauit, ſuperioris authoritate licuit ex arbitrio decernere, ſi modo uis non fiat iuri publico. Quod & Solonem permiſiſſe refert Caius[r] lege, quam explanat Alciatus.[s] Sunt tamen in collegijs ſtudiorum, ut plerumque & loca presbyteralia perpetua, presbyteris, ut inibi cultum exequantur diuinum, deſtinata. Hæc porro collegiorum loca literarum diſcendarum cauſa inſtituta, inter beneficia eccleſiaſtica non annumerantur, neque de illis mentionem in beneficiorum impetratione fieri opus eſt, nec debentur graduatis aut nominatis iure ſuorum gradus, quamuis eorum men-
9 ſibus uacauerint.[t] Ad collegia mixta eccleſiaſtica & non eccleſiaſtica, academię quodammodo pertinere uidentur priuilegijs ſummi pon-
10 tificis & regum inſtitutæ & temperatę.[u] Collegiorum omnium inſtitutio aut collectio, uel à principibus ſecularibus aut ſacris, penes quos ſumma reipublicæ ſit,[x] fieri debet, uel ab alijs facta, eorum debent authoramentum ſeu comprobationem habere. Sic Martianus, mandatis principalibus ait[y] præceptum præſidibus prouinciarum, ne patiantur eſſe collegia ſodalitia, neve milites in caſtris collegia habeant. Et Caius,[z] *neque ſocietas, inquit, neque collegium, neque huiuſmodi corpus paſſim omnibus habere conceditur. Nam & legibus & ſenatuſconſultis, & principalibus conſtitutionibus, ea res coercetur, paucis exceptis.* Ita Vlpianus, ad notionem pertinere iudicum, principis, uel ſenatus tradit, num collectio ratione profeſſionis, artis, uel cauſæ ſit licita:[a] propter imminens periculum coniurationum, & proditionum, quæ ſolent ex congregationibus hominum, ſeu conuenticulis conflari. Et ut uitentur monopolia artificum & ergolaborum.[b] Ita Octauius Auguſtus, collegia præter antiqua & legitima diſſoluit, cum plures factiones titulo collegij noui, ad nullius non facinoris ſocietatem coirent, ut ſcribit Suetonius[c] & Liuius.[d] Franciſcus quoque eius nominis primus rex Galliarum edicto ſtatuit, ſecutus antiquas regum conſtitutiones, & ſupremarum curiarum ſenatuſconſulta, ne eſſent fratriæ artificum ſeu confratrię, & factæ opprimerētur:[e] ad monopolia uitanda: religionis tamen cauſa coire non prohibentur homines, dum tamen hoc non fiat contra ſenatuſconſultum, quo illicita collegia coer-
11 cētur.[f] Ita ſub prætextu religionis, aut ſub ſpecie ſoluēdi uoti, cœtus illicitos nec à ueteranis tentari oportet.[g] ut neque prætextu collegij, in quo uere quis munus collegiati nō exequatur, quis immunis ab alijs oneribus eſſe nō debet.[h]
12 Fratriæ permiſſæ & probatæ in religione, beneficium non faciunt: ideo presbyteri alicuius cō fratriæ uel alij confratres loca non poſſunt permutare,[i] neq; epiſcopus à confratrijs poteſt, ſicut
13 quā à beneficijs, iura epiſcopalia exigere.[k] Pia tantum

a l. collegarū. l. 173 de verbo. ſignif. P.
b l. 1. de collegijs illicit. li. 47. P. tit. 22.
c d. l. 1. de collegijs. illic & l. 1. quod cuiuſque uniuerſit. no. li. 3. P. tit. 4.
d Plutarch. in Numa. Plinius, li. 34. c. 12.
e l. 1. quod cuiuſ. uniuerſ. no. in P.
f Nouella. 126.
g Plin. lib. 35. c. 12.
h glo. in l. 1. quod cuiuſ. uniuerſit.
i in l. unic. de priuil. corpo. urbis Romæ. li. 12. C. tit. 14.
k l. 2. de ſtatijs li. 11. C. tit. 6.
l l. unic. de [illegible] urbis Romæ. lib. 14. C. Theod. tit. 22.
m l. unic. de claſſic. li. 11. C. tit. 1.
n l. 2. de decurion. libr. 11. C. tit. 15.
o ca. ſignificauit, de appellat.
p l. 1. quod cuiuſque uniuerſit. nomi. P.
q c. tertio loco de proba. Felinus, in ca. attendentes col. 1. de præſcrip.
r in l. fi. de collegijs illic. P.
s Alcia. lib. 2. prætermiſſ. in tit. de collegijs illic & in l. 2. de ſpunctio ca. 12.
t Rebuffus, in tractatu nominat. q. 15 num. 20.
u c. quia nonnullis, & c. 1. de magiſt. l. [illegible] de ſtud. liber. urb. Romæ lib. 11. C. tit. 18.
x l. uatā [illegible] per zenonem qui alij ſint legit.
y in l. 1. de collegijs illic. P.
z l. 1. quod cuiuſque uniuerſitatum. P.
a l. 3. de collegijs illic. P.
b l. uni. de monopol. C.
c Suet. in Tranquil. in Octau. cap. 32.
d Liuius, li. 39.
e con[illegible] Franciſci 1. anni 1539. art. 185. [illegible] de his R[illegible]. Tomo 2. conſtitutionum.
f l. 1. de collegijs illic. P. cano 12. quis deſpicit. 42. diſtin.
g Vlpia. in l. 2. de extraordin. criminib. li. 47. titu. 11.
h l. qui ſub prætextu, l. 9. de ſacroſanct. eccl. C. li. 1.
i glo. in tit. de annatis in verbo beneficiorum de annat.
k Feder. conſil. 25.

tantum loca ſunt: & proinde ſi fratrijs relin-
quantur legata, exemplo legatorum piorum
14 non detrahitur falcidia.[a] In collegijs recipien-
di ſunt tantum, qui eius artificij, artis, uel pro-
feſſionis ſunt, cuius gratia inſtitutum colle-
gium,[b] & ad illum uſque numerum qui defini
tus eſt. Sic Plinius Iunior ad Traianum ſcribit. *Tu domine deſpice an inſtituendum ſit collegium fabrorum duntaxat, hominum centum quinquaginta: ego attendam, nequis niſi faber recipiatur.*[c] Quare qui munus & officium collegiati non implet, amouendus eſt, eiuſque in locum alius ſufficiendus, ſiue eccleſiæ aut alterius loci ſit col-
15 legiatus.[d] Et qui ſupra & præter numerum
fundationis uel priuilegij collegij admiſſus eſt,
16 non utitur priuilegijs & iuribus collegij.[e] Pla
cuit etiam, in duobus collegijs unum non poſ-
17 ſe eſſe collegiatum.[f] Mutatione perſonarum
collegiatorum, collegium non mutatur, ſed
idem[g] remanet. Atque uniuerſitatis ius, per unum ſolum uniuerſitatis retineri poteſt:[h] quanquam conſtitui non poſſit, niſi ad minus tres ſint. Quia Neratius Priſcus tres collegium facere dixit, quod magis ſequẽdum eſt.[i] Sicuti nec
unus ſolus familiæ appellatione continetur:
18 nec duo familiam facere dicuntur.[k] Cuius ſit qualitatis collegium, & ſecundum quas leges uiuere debeant adſcripti, ex proprijs ſtatutis colligi poteſt: cum fundatoribus licuerit in rerum traditione leges, quas uoluerunt præfigere,[l] in quas iurarunt qui admiſſi ſunt. Licet & ſodalibus, qui euſdem collegij ſunt, quos Græci ἑταίρους uocant pactionem inter ſe quam uoluerint ſancire, dum ne quid ex publica lege corrumpant. Sic & ſtatuta noua facere poſſunt.[m] Si tamen acceptas à fundatoribus ſeu inſtitutoribus collegij leges, nouis lædant, non probabuntur placita in præiudicium ſucceſſorum.[n] Niſi ex cauſa legitima mutent antiquas leges, & cõuentio eorum per ſuperioris authoritatem
19 firmetur & rata habeatur.[o] Communis utili-
tas, & cauſa, & finis efficit, ut omnes eiuſdem iuris collegij participes, non ut ſinguli, ſed ut, unum corpus conſiderentur, in præterito, præſenti, & futuro tempore: ita ſi quid uniuerſitati uel collegio debetur, non ſingulis debitum eſt: & ſi quid debet, ſinguli non dicuntur debere.[p] Daturque actio aduerſus uniuerſitatem, & eidem contra alios, ſed uniuerſitatis nomine.[q] Et ſi nemo defendat, quod commune eſt capitur, & uenit.[r] Si tamẽ collegium diſſoluatur, quod commune eſt inter collegiatos, lege permittente, poteſt diuidi:[s] uidelicet ſi ex collegiatorum
20 collatione bona collegij contigerint. Alio-
quin arbitror ad inſtitutores uel eorum hæredes redire, ut liberas ab oneribus, & conditione, & modo quo datæ erant reſolutis. Nec puto licere collegiatis fructus earum ſeorſum capere à collegio, etſi non ſufficere uideãtur ad omnes alendos:[t] ſed uel contribuere in collegio, uel loco decedere debere.

a Panor. in ca. offici. de teſtament. per auth. ſi quis addecli nandam, de epiſcop. & cler. C. c. requiſiſti, de teſtam.
b l. qui ſub prætextu, C. de ſacroſanct. eccle.
c Plinius Iun. in epiſtol.
d d. l. qui ſub prætextu, l. e. C. de ſacroſan. eccleſ. l. 1. de collegia. li. 11. titu. 17.
e d. l. 1. §. qui autẽ ſupra, de priuil. li. 12. C.
f l. 1. de colleg. illic. in P. facit c. cũm nõ ignores, cap. 23. de præben. in Sex. c. ſi de relig. do mi. c. 4. & 5. § in poſterum, qui militia non poſ. li. 12. C. l. libertus. § præſcrip tio. ad municip.
g l. ſicut municipium § in decurionibus, q cuiuſque uniuerſit. nomine
Y l. proponebatur. de iudic. P.
h d. §. in decurionibus.
i in l. Neratius, l. 85. de uerb. ſign. Cic. pro domo ſua, uide glo in c. 1. de elect. ap. Grego.
k l. deteſt et o, 40. de uer ſign.
l l. in tradi tionibus, de pact.
m Caius. in l. f. de colleg. illic. P.
n c. cũ omnes, & c. ea. ex parte, de conſtitu. ap. Grego.
o d. c. ex parte, & c. cum Marti nus, de conſti. l. quod ſemel, 5. de decret. ab or di fa. P.
p l. ſicut municipiũ. § ſi quid, quod cuiuſque uniuer. nom. l. in tantũm. § 1. de rer. diuiſ.
q d. l. ſicut, & l. ſi tibi, l. 9 q cuiuſque uniuer. nom.
r l. 1. § ſic. & l. ciuitates, 8. eo. titu.
s l. 3. de colleg. illic. in P.
t ratio in l. Septitia, l. 20. in fine, de pollic. P. li. 50. tit. 13. l. ſi legatum, l. 1. §. fines, de op. publ. P. l. 9. de municipibus. P.

De collegijs, & conuẽtibus ſacrorum militum: & primum de Templarijs. Cap. XXXIII.

1 *Militum, ſeu equitum ſacrorum origo.*
2 *Hoſpitale Hieroſolymis Chriſtianorum Latinorum.*
3 *Hoſpitale D. Magdalenæ Hieroſolymis.*
Hoſpitale D. Ioannis Hieroſolymis eod.
4 *Cruciferorum militum origo.*
5 *Templum Hieroſolymis poſt Titi ruinam à Chriſtianis, permiſſu Arabum, ædificatum.*
6 *Templarij milites unde, ordo habitus, profeſſio, crux.*
Templariorum primi authores: Hugo de Paganis, & Gauſredus de Sancto Aldemaro, eod.
Garmundus patriarcha Hieroſolymi. epiſcopus ante Ambianenſis, eod.
7 *Templariorum opes, & ſuperbia, & in eos odium ante ruinam.*
8 *Templarij hoſpitalarij, fratres, & religioſi.*
9 *Templarij approbati quando in Italia.*
10 *11. Templarij quando ſublati, & quare.*
Simulachrum templariorum, & Idolum, eod.
Puer toſtus, eod.
Cinis mortuorum in potum porrectus à templarijs, eod.
11 *D. Ludouicus rex Gall. proditus à templarijs.*
12 *Fridericus 2. proditus à templarijs.*
13 *Templarios qui dicant odio Gallorum regis ſublatos.*

1 Religionis cauſa plures milites coierunt aliquando, quorum collegia, partim ſublata, partim extantia ſunt. Ex paruis autem initijs ſacrorum militum inſtitutio, ad ſummas opes cõ
ſcendit. Nam circa annum domini 1099. cum
Gotfrido duce à Chriſtianis Hieroſolyma fuiſ
ſet recepta, Hieroſolymis erant Chriſtiani, La-
2 tini nomine, qui ab Agarenis qui ibi impera-
bant, impetrauerant, ut ſibi liceret domicilia iuxta ſepulchrum domini noſtri Ieſu Chriſti redemptoris habere, ubi cœnobium Dei genitricis conſtruxere, quod Latinorum appellaba-
tur, cuius abbas munere & officio fungebatur
3 excipiendi Chriſtianos hoſpites Latinos. Addi
tum poſtea cœnobium D. Magdalenæ, quod item fœminas reciperet. Atque creſcente peregrinorum numero, ut cœnobijs recipi non poſſent, proxime ædificata hoſpitalis domus, quã
4 diui Ioannis Baptiſtę titulo, Deo conſecrarunt.
Et quoque & ritus præfectus.[u] Et ex his prodierunt cruciferorum familiæ, uel ab eorum exemplo, alij cruce ſe ſignarunt, ut, eandem o-
5 peram militarem in fidei cauſa præſtarent. Fuit
& Hieroſolymis templum Dominicum, ut ſcribit Guillelmus Tyrius, Arabum permiſſu poſt Coſdroe ruinas ędificatum à Chriſtianis, quod ſuo tempore extitiſſe teſtatur.[x] Coſdroas Perſarum rex autem, circa annũ domini 610. Hieroſolymam & magnam partem Aſiæ cepit & uaſtauit tempore Heraclij Imperatoris.[y] Subinde prodijt Arabum maxima manus duce & Imperatore impietatis Mahumeticæ Homare filio Chorabi, qui iterũ Paleſtinam, Damaſcũ, Syriam, Ægyptum populatus eſt, & Hieroſolymam iam uaſtatam ſuis legibus cum tributo reliquit, data poteſtate habendi Chriſtianam religionem & pontificem, & ædificãdi templũ, quod extructum eſt ubi antea aliud erat à Tito Romano dirutum, ut ſcribit Tyrius. Templo huic reditus aſſignati, præfectũ, & æditui, & additi milites qui peregrinos, qui eo uenerant ſacra loca ex uoto uiſitare, ducerent & conſeruarent.[z] Cæterum tum temporis non fuit ordo tẽplariorum inſtitutus, ſed poſtquam Chriſtiani receperunt Hieroſolymam, ſub Balduino rege anno domini 1118. quo quidẽ nobiles uiri ex equeſtri ordine, Chriſti ſeruitio ſe mancipa-

u Polyd. Virg. lib. 7. de Inuentor. rerum, c. 1.
x Guillel. Tyrius lib. 1. belli ſacri, c. 2.
y Sabellic. Enneud. 8. lib. 6. Guilielm. Tyrius, lib. 1. ca. 5.
z Paul. Aemil. lib. 5.

runt, & more canonicorum regularium, in caſtitate & obedientia & ſine proprio, uelle perpetuo ſe uiuere profeſſi ſunt: inter quos præcipui fuerunt Hugo de Paganis, & Ganfredus de ſancto Aldemaro. Iis cum nulla eſſet habitatio, palatij partem, quæ iuxta prædictum templum erat, rex conceſſit, & annonas & beneficia temporalia & perpetua uictus gratia: canonici quoque templarij plateam quandam ſeu aream iuxta templum & palatium ad extruendas officinas conceſſerunt. Prima autem eorũ profeſſio, & opus quod à patriarcha Hieroſolymitano nomine Garmundo natione Franco, qui ante epiſcopus fuerat Ambianenſis, ortus in oppido Pinqueniaco, In remiſſionem peccatorum fuit iniunctum ut uias & itinera maxime ad ſalutem peregrinorum contra latronum inſidias cõſeruarent: nouem annis, poſt eorum inſtitutionem in habitu fuerunt ſeculari, ueſtibus uſi eleemoſinis elargitis. Nono anno in cõcilio in Francia apud Trecas habito, inſtituta illis eſt regula, & habitus aſſignatus albus, ex mandato Honorij Pappæ & Stephani Hieroſolymitani patriarchæ, cœpit augeri eorum numerus. Et tempore Eugeniæ Pappæ cœperunt cruces panni rubei in pallijs ſeu amiculis ſeu clamidibus albis aſſuere tam equites, quàm eorum fratres inferiores, qui dicuntur ſeruientes.[a]

7 Hon Tyrius refert dictos fratres militiæ templi, & eorum ordinem per uniuerſum orbem uſque adeo creuiſſe, & ad tantas opes beneficijs & liberalitatibus principum perueniſſe ut regias tandem opes excederent. Eaque de cauſa ab humilitate quam profeſſi fuiſſent decidiſſe, & ſuo tempore ſe à patriarchæ Hieroſolymitani obedientia, à quo primum ordinis inſtitutionem acceperant, ſubſtraxiſſe, decimas & primitias eccleſiarum Dei ſibi uſurpaſſe, & earum prædia, & proinde fuiſſe ualde poſtea exoſos.[b]

8 Alexander 3. ſummus pontif. nominat in quadam ſanctione templarios, hoſpitalarios fratres, & religioſos, eoſque tradit habuiſſe quaſdam eccleſias pleno iure ſibi ſubiectas: & alias, in quarum inſtitutione poſtulare debebant epiſcopi authoritatem.[c]

9 Innocentius 3. ſum. pontif. qui electus 1198. anno domini cruciſerorum templariorum ordinem approbauit, in Italia.[d]

10 Templarij cum eorum ordine ſub Clemente 5. pontifice ſummo ſublati fuerunt, & quotquot comprehendi potuerunt necati: eo quòd cum Saracenis iuncti in Chriſtianum nomen conſpiraſſent, ut refert Platina.[e] Gaguinus enumerat cauſas his uerbis.[f] *circa annum domini 1307. prodijt error templariorum, qui tum apud Hieroſolimam fidei defenſionem profeſſi, cum primam religionis conſideratione opulentiſſimos ſe effeciſſent, præclariſſimis per orbem Chriſtianum, ædibus comparatis, Chriſto reiecto falſis religionibus ſe dediderunt. erat enim illis ſimulacrũ cui pellem humanam ſuperinduxerant, appoſitis ad oculos ſtatuæ fulgentiſſimis carbunculis, qui uice oculorum micarent. Et ſtatuæ dum quiſpiam ad illos ingrederetur ordinem uitamque templariorum profeſſurus, abnegato ante omnia Chriſto, & cruce eius calcata, ſacrificium faciebat. Morientis autem corpus, in puluerem conuerſum cæteris in potum dabant, quo poculo ſuos conſtantiores fieri arbitrabantur. Præterea ſi ex templarij coitu infans ex puella uirgine naſcebatur, hunc igni torrebant, exque eliquata inde pinguedine ſuum ſimulachrum de*

11 *coris cauſa ungebant.* Hæc quoque refert de iſtis P. Crinitus.[g] *Sed addit Gaguinus, pro confeſſo etiam habitum, eorum dolo D. Ludouicum, dum in Syria peregrinaretur, in uincula à Soldano Aegyptio conie ctum fuiſſe. His atque huiuſmodi criminibus, & quòd eſſent fœdiſſimi amatores, templariorum ordo in concilio Viennenſi, anno dominicæ pietatis 1312. per Clementem V. S. pontif. ſit ſublatus, cæpit comprehenſis ubilibet terrarum atque crematis qui*

12 *eius impietatis fuerunt. Hæc Gaguinus.* Scribit etiam Abbas Vipergenſis anno[h] 1228. Fridericum 2. Imperatorem, menſe Auguſti ad terram ſanctam perueniſſe, & in ciuitatem Anconam, ibique multa pertuliſſe grauia, perfidia & proditione templariorum, ſoloſque hoſpitalares S. Mariæ Theotonicorum illi fideliter adſtitiſſe.

13 Quidam tamen ergà Gallos male affecti, comminiſcuntur per calumniam, & ex nutu regis Gallorum, ſublatos milites templarios: narratque Albericus de Roſato, ſe audiuiſſe à quodam cauſæ & teſtium in eos examinatore, contra iuſtitiam illos punitos, hacque de re monitum Clementem 5. reſpondiſſe: etſi uia iuſtitiæ ordo ille deſtrui non poſſit, fiat tamen uia expedientiæ, ne ſcandalizetur charus filius noſter rex Galliæ. Et in Chronico Hermani legitur, à Pappa Clemẽ. 5. in fauorem regis Galliæ crimine hæreſeos fuiſſe falſo inſimulatos. Iacobus Meyerus notat anno 1307. abolitum templariorum ordinem, qui per omnem fere Europã comprehenſi, horrendis ſupplicijs necabantur. *Ortumq́ue*, inquit, *initium à Pulchro rege ac Gallica nobilitate, qui precibus pontificem maximum ad hoc adegerunt, ſpe ducti, ut Itali tradunt ſcriptores, ſe ditatum iri eorum poſſeſſionibus, quas per omnem Galliam plurimas habebant. Multa, inquit Antonius, etiam templarijs obijcebantur, ſed utrum uerè, non ſatis conſtat.*[i]

a Guillel. Tyrius, belli ſacri li. 12. c. 7. & a Paul Aemil. li. 5. Scripſit hiſtoriã Tyrius, ſub Balduino, 4. ſub annũ domini. 1180.

b Guillel Tyrius, dicto c. 7. lib. 12.

c in ca. cùm & plantare, cùm ſeq. §§ de priuil. li. 4 Decret. tit. 32.

d in c. cùm deputati, ca 16 de Iudic. Volater.

e Platina, in Clemente 5. vita

f Gaguinus, in vita Philippi Pulch. libr. 7.

g Crinitus, lib. 24. De honeſta diſcip. c. 13.

h Abbas Vipergen. li. Chroni. in Frederico 2.

i hęc Meyerus, lib. 11. hiſtoria Flandrica.

De militibus cruciferis hoſpitalis Sancti Ioannis Hieroſolymitani. Cap. XXXIIII.

1 *Militum hoſpitalis D. Ioannis origo, & profeſſio, ſeu nota.*
2 *Militum Hoſpitaliorum paupertas nihil habet proprij.*
Præceptoria, ſeu commenda hoſpitaliorum non ſunt beneficia, eod.
Commaoderies, *eod.*
3 *Milites Hieroſoly. hoſpitalarij non ducunt uxores, nec fiunt presbyteri.*
4 *Priorum hoſpital. D. Ioannis quis debet eſſe presbyter.*
5 *Ordo militum D. Ioannis Hieroſolym. habet & presbyteros, & moniales.*
6 *Priores commendatarij ordinis militum Hieroſolymit.*
7 *Militaris ordinis inſtitutor, habitus, & crucis color.*
8 *Crux ordinis Hoſpitaliorum D. Ioannis ne ſit quadrimembris.*
9 *Ordinis cruciferorum quale munus diuini officij, & orandi.*
10 *Ordinis militum Hieroſolym. priuilegia, & iuriſdictio.*
11 *Hoſpitalarij D. Ioannis dicti Rhodienſes, Melitenſes milites.*
12 *Rhodis inſula à quo Hoſpitalarijs data, & quando inde pulſi.*
13 *Cruciferos Hieroſolymit. Chromerus ut rapaces arguit.*

Montimus

1 MOnuimus ſuperiori capite, creſcen
te numero peregrinorum, iuxta
templum Hieroſolymitanum xe-
nodochium ædificatum titulo Di
ui Ioannis, quo exciperentur peregrini, quos
cœnobia capere non poſſent. Huius ergo mini
ſterio, quoq; uiri pij nobiles ſe deuouerunt, qui
& peregrinos tutarentur & à latronum ſeu A-
garenorum incurſu defenderent. Horum pro-
feſſio eſt, uotum ſolemne paupertatis & abdi-
cationis propriorum, caſtitatis, & obedientiæ.[a]

a In ſtatutis hoſpitalis Hieroſolymitani. c. 1.

2 Proinde propter primum uotum nihil proprij
habent, uel habere non debent, ſed accipiũt an
nonam quamdiu uiuũt, uel præceptorias, quas
uocant, *commanderies*, adminiſtrant quandiu
eas poſſident & optione mutant uel ex magi-
ſtri licentia permutant, reddituri morietes quæ
apud illos reperiuntur ſocietati, vnde beneficia
proprie eorum præceptoriæ non ſunt, ex ſenté
tia Rebuffi,[b] etſi diſſentiat Mod. Pariſ.[c] Pari
modo illorum priores, caſtellani impoſtæ, uel
baiuliui, ut commendatarij ſunt tantum admi
niſtratores bonorum ordinis fine proprio.[d] Et
proinde commendantur illis bona, non ab epiſ
copo ut benaficia, ſed archimagiſtro ordinis.

b Rebuf. in tra ct. de nominat. q. 15 nu. 16.
c Modern. Pariſien. in clem. 2. de ſupplend. negligent prælat.
d In ſtatutis eorum, ti. 2. c. 1 & ti. 2. c. 1 & tit. 3. cap 4
e In ſtatutis, hoſpitalis Hieroſolym. c. 9.

3 Ob uotum caſtitatis affines ſunt & aeclesiaſti-
cis perſonis, nec uxorem ducera poſſunt.[e] Atq;
Alexander 3. ſumm. pontif. cum uetaret eis cõ-
iugium, illos uocauit fratres ſancti Ioannis, &
præfectum eorum priorem.[f] Et Innocentius 3.
fratres hoſpitalis ſancti Ioannis.[g] Veruntamé
eccleſiaſticæ perſonæ non ſunt, cum arma libe
re & ex profeſſione pertractent pro fidei tuitio
ne aduerſus Agarenos, exemplo Machabeorũ,
quæ tamen claricis non conceduntur, ut con-
tra, nec iſti hoſpitalarij milites, presbyteri fieri
4 poſſunt. Inuanies tamen apud Honorium 3.
ſum. pontif. narratum, dum ad illos ſcriberet,
ſe audiuiſſe priorem eorum presbyterum eſſe
5 debere.[h] Quod ut intelligas, annotare expedit,
in eo ordina eſſe milites & ecclaſiaſticas perſo-
nas quæ inſeruiunt eorũ eccleſijs: eſſa & priora
tus, & monaſteria monialium quoque cruce
ſignatarum, ubi nobiles profeſſionem emitte-
re poſſunt.[i] Ita in eo ordine eſt prior magnus
ordinis totius, qui præeſt omnibus, ſeu magi-
ſter magnus eſt & prior eccleſiæ, qui præeſt om
nibus capellanis, & habet curam ſpiritualium,
ex capellanis omnibus magis idoneus eo mu-
neri dilectus in cõuentu, ubi magiſtar magnus
6 reſidet, perpetuo aſſiduus.[k] Quia autem ex plu
ribus prouincijs & regnis milites ei ordini ſe
deuouent, ſuntqua illis inibi bona plaraque ex
beneficijs principum & aliorum piorum homi
nũ collecta necnon ex ſpolijs Templariorum
in illos tranſlata: in ſingulis ſera ſunt prouin-
cijs priores præcipui, quibus ſubijciuntur alij
commendatarij & hoſpitalarij, ut illi quoque
7 magno ordinis magiſtrò. Tradunt ſtatuta eius
ordinis ſeu religionis, primum præpoſitũ huic
ordini dictum Geraldum, qui cum ſocijs cru cẽ
candidam in nigro panno affixit, aſſumpſitq;
eum uiuendi ritum, qui nunc eſt, uel quo dega
re debẽt: quibus & alij adiũcti plurimi per ma-
giſtros religionis temporis ſucceſſione, prout
8 expedire uiſum eſt. Inter quos & illud cautum
à Claudio de la Sangle magno magiſtro, ut do
nati, ſic loquitur, vel conſtatres, crucẽ quadri-
membrẽ non deferant: ſed trimembrẽ, dempta
9 ſtipite ſuperiori.[l] Huius ordinis fratres milites
& ſeruientes, in canonicis horis centies quin-
quagies dominicã orationem repetere tenen-

f c. vxoratus, c. 8 de cõuerſio. coniuga.
g c. tuarum, c. 21. de priuil. & ibi gl. & c. dudum, de decimis.
h c. canonica, c. 50. de ſenten. excommu.
i in ſtatutis eorum, tit. 2.
k In ſtatutis, eius ordinis, ti. 23 de electionibus, cap. 5.
l in eorum ſtatutis, ti. 2. c. 51.

tur. Fratres vero ſacerdotes, diaconi, ſubdiaco-
ni, & clarici eius ordinis officium canonicum,
& ordinem Sancti ſepulchri Hieroſolymitani
10 exequi debent.[m] Horum militum priuilegia
multa ſunt, qualia perſcribit circa annalia va-
cantis hoſpitalis Ioanes 22. ſumm. pontific.[n],
ut eximantur quoque à iuriſdictione epiſcopa
li in criminalibus, ut ſæpe curiæ ſupremæ pla-
cuit.[o] Et Innocentius 3. hos habere iuriſdictio
nem, in ſignatos cruce uere non ficte tradit.[p]
11 Hoſpitalarij iſti milites, Ioannitæ dicti ſunt,
& hoſpitalarij Hieroſolymitani, ab hoſpitali,
vt dixi, Diui Ioannis, equites Rhodienſes, eo
quòd illam poſſiderent inſulam, & infidelium
debilitarent uires, inibi eis obſiſtentes, ſedem
que potiorem habentes & propugnaculum
12 præcipuum. Dicunt autem quidam Clemen-
tem 5. ſumm. pontific. illis Rhodienſem inſu-
lam aſſignaſſe, poſtquam illi Turcæ eripuiſ-
ſent anno Domi. 1308. alij Gotbfridum Hiero
ſolymorum regem. Cœperunt tamen Mal-
tenſes ſeu Melitenſes dici, ab inſula in quam
ſe receperunt, poſtquam Solimannus duode-
cimus Otomãnæ familiæ tyrannus, cum Aga
renorum ingenti ui, poſt ſemeſtrem obſidioné
die natiuitatis domini, & anno 1522. illis Rho
don ademit, capto prius Taurino vulgo Bel-
gradu oppido, apud Pãnonios & ſitu & opera
ualidiſſimo, ut ſcribit F. Thomas Guichardus
Rhodius, in oratione, quam de ea expugnatio-
ne apud Clementem ſeptimum ſumm. pontiſ.
13 habuit. Martinus Chromerus in hiſtoria Po-
lonorum, cruciferos abſolutè uocat: & de il-
lis ſæpe meminit, tanquam de infidis & cru-
delibus in Polonos & alios. Eoſque arguit,
quòd decimas ex ſuis arationibus in Pome-
ria & alibi uſurparent, contra iura ſacerdo-
rum.[q]

m in eorũ ſtatutis, ti. 3. c. 1. n in ea. exhibita. de priuilegijs, in extrauag commun.
o Papon. lib. 2. Areſto. titu. 10. Areſt 1 & 2
p c. tuarum, c. 21 de priuil. vbi gl. in verbo priuilegij. de eorum iuriſdictione, diſputat.
q Martinus, Chrom. paſſim in hiſtoria Polon. poſt. 11. li.

De alijs cruciferis militibus, & pijs equitum ſocietatibus. Cap. XXXV.

1 2. 3. *Theutonicorum militum ordo quis, & unde.*
2 *Milites Theutonici Deipara uirginis Mariæ cur dicti.*
3 *Heinrichus à Vualpot primus magiſter ordinis Theutonicorum.*
Saladinus quando Chriſtianis ademit Hieroſolymam. eod.
4 *Militum Theutonici ordinis magiſtri.*
5 *Theutonicorum ordo in Pruſia quando ſublatus, & quare.*
6 *Milites cruce ſignati Liuonia.*
7 *Militum nobilium de Calatraua Hiſpaniæ ordo à quo inſtitutus, & finis. & 10.*
8 *Militum ordo ſancti Iacobi in Hiſpania quando inſtitutus.*
D. Iacobus pugnans contra Sarracenos apparuit, eod. & 9.
9 *Militum ordo ſancti Iacobi de Spatha in Hiſpania quando cœpit.*
Miramolinus Arabum rex ingenti clade à paucis uictus. eod.
Tholoſa. eod.
10 *Militum ordo de la Banda Hiſpaniæ.*
11 *Militum ſacrorum nouus ordo à Ioann. 22. in Portugalia.*
12 *Militum Galliæ equeſtres ordines, ſtellæ, ſancti Michaelis, ſancti ſpiritus quando inſtituti.*

13 Ordo

13 *Ordo equeſtris uelleris aurei Burgundiæ, Annunciationis Beatæ Mariæ Allobrogum quando.*
14 *Milites cruce ſignati fratres.*

1 ALius ſacræ militiæ ordo Theutonicorum, cuius initia ab homine quodam Theutonico manarunt, qui poſt Hieroſolymam receptã à Chriſtianis una cum pluribus ſuæ gentis remanſit in eadem cum uxore, & domum ſuam hoſpitale eſſe uoluit ſuis, qui uiſendi ſepulchri ſancti cauſa eo peregrinarentur: atque ibi
2 dem diuæ uirginis Mariæ ſacellum adiunxit, unde Deiparæ uirginis milites uocati ſunt. Et creſcente numero eorum qui ſe huic pio miniſterio deuouiſſent, cooptatus magiſter qui præeſſet, amictiq; ſunt albo pallio cũ alba cruce, & in ordinem tantum milites admiſſi.[a] Quidã
3 hiſtoriographus tradit Heinrichum à Vualpot primũ fuiſſe magiſtrum Theutonicorum Dominorum, anno 1190. Hieroſolymis, quod nõ patitur hiſtoriæ ueritas, cum eo tempore à Saladino occuparetur Hieroſolyma, adempta Chriſtianis & capta cum ſuo rege ab eo anno 1186. cum fuiſſet à Chriſtianis per 88. annos poſſeſſa.[b] Minus quoque placet, quod Volaterranus tradit, anno 1192. pro liberanda Hieroſolyma primum conſcriptos, Theutonicos, & quod ait 21. lib. Theutonicorum ordinem inſtitutum in terra ſancta à quodam Germano: quod reijciunt aliqui in annum 1333. quo tempore Pruſiam Turca Græcis ademit. Proinde ut concilientur hiſtoriæ tempora, ſequor hic quidam,[c] qui huius Heinrichi à Vualpot uitam deſcribit, & poſtea refert magiſtrorum Theutonici ordinis ſeriem, & annos quibus eo magiſterio functi ſunt. Atque cum illo dico, antequam à Saladino caperetur Hieroſolyma, eum Heinrichum à Vualpot, inter Chriſtianos in ea ciuitate hoſpitali tali peregrinorum domum ſuam dedicaſſe, & ad eum nobiles Germanos, uoto facto ſe omni tempore contra impios pugnaturos conuolaſſe, poſtquam intellexiſſent uires Chriſtianorum exiguas & deiectas fere. Capta autem Hieroſolyma ſuum collegium & hoſpitale ſanctæ Mariæ Anconam, quæ & Ptolomais dicitur, tranſtulit: atque eam urbem fortiter contra Saracenos defendit, anno Domini 1190. Et effecit, ut multi principes & nobiles è Germania ſua bona huic ordini conferrent, & ad eus profecti
4 eum ordinem amplecterentur. Sic cum in Germania plures arces & ædes haberent Theutonici ordinis milites, & magiſtros quoque plu-
5 res, ut hoſpitalarij conſtituerunt. Deſierunt autem eſſe milites Theutonici in Pruſia, quo tempore Albertus Marchio Brandeburgẽſis ex magiſtro conſtitutus eſt Dux Pruſiæ, atque à rege Poloniæ Sigiſmundo in feudum accepit Pru-
6 ſiam, anno Domini 1527.[d] In Liuonia ſunt ſodales ſeu fratres militiam Chriſti profeſſi, qui rubrum enſem cum cruce pallio inſutum
7 deferunt.[e] Sanctius eius nominis tertius, rex Hiſpaniarum Legionis & Caſtellæ, cognomẽto Deſideratus filius Alphonſi 8. filij Raymundi Berenguarij comitis Tholoſani, inſtituit militum ſacrorum ordinem de Calatraua in prouincia Toletana in loco & prouincia Calatra-
8 næ, ubi cœnobium templariorum fuerat.[f] Dighus Valera ordinem militiæ diui Iacobi inſtitutum ait in Hiſpania, anno Domini 826. quo Ranimirus primus eius nominis Hiſpaniæ rex, uicit manu exigua ingentes Sarracenorum copias ope Dei, & auxilio Beati Iacobi, qui uiſus eſt in eo prælio equo candido, uexillo niueo, & in eo cruce rubea conſpicuus & pugnans.[g] Huic ordini & magiſter & commendatarij cõſtituti. Et ad hoc tempus refert inſtitutionem quoque Ioannes Vaſæus,[h] quamquam F. Alphonſus Venetus huius principium referat ad annum Domini 1160. Et Raphael Volaterranus,[i] & Nebriſſenſis Franciſcus Tarapha ſcri-
9 bit,[k] Alphonſum 9 Hiſpaniæ regem ordinem militum ſancti Iacobi de Spatha inſtituiſſe, quorum inſigne eſt gladius ſanguinolentus, eo quòd die quo prælio rex Alphonſus Maurorũ regem Miramolinum ſuperauit in quodam loco, quem Tholoſæ Nauas appellant, in quo du cẽta millia Arabum ferunt cecidiſſe, & ex quo triumphũ Petrus rex Arragonum retulit, crux in cœlo apparuit, & D. Iacobus apoſtolus equo candido uectus auxiliator Chriſtianorum, gladium geſtans ſanguine Maurorum cruentatũ.
10 Subinde Alphonſus alius Hiſpaniæ rex, eius nominis 11. cum fœliciter aduerſus Almnacenum & Hyuzephinum Bellamarini & Granatæ reges dimicaſſet, oppido Alcala, quod Regale uocant, Calatrauæ magiſtrum leuibus de cauſis delatum interfici iuſſit, & ordinem militum de la Banda apud ciuitatem Burgenſem
11 inſtituit anno 1308.[l] Eodem tempore Ioannes 2. ſum. pont. ordinem nouum militiæ Chriſti inſtituit, qui militare ſub Chriſto diceretur in Luſitania & Sarracenis reſiſterent, Bœticam & Aphricam incolentibus. Cuius militiæ præfectus in Marino Syluenſis diœceſis oppido ſedem habet principalem, & cuius militibus omnia bona Templariorum annuente rege Portugaliæ conceſſa ſunt. Cuius ordinis cẽſor & moderator eſt abbas Archohaſiani monaſterij Ciſterciẽſis ordinis, Vlyſſiponeſis diœceſeos, qui conſcribendi & exauthorandi milites poteſta-
12 tem habet.[m] Fuerunt in Gallia inſtituti equeſtres ordines, unus ſtellæ, inſtitutus apud ſanctum Ouenſẽ anno 1351. per Ioannem regem Galliarum, ut ſcribit in annalibus Froiſſardus: ſubinde Inſtitutus ordo ſancti Michaelis cum torque aureo, qui ordo inſtitutus eſt à Ludouico XI. rege Gallorũ anno Domini 1469. Et anno 1579. calẽdis Ianuarij ordo ſancti ſpiritus,
13 ab Henricho 3. rege noſtro & Poloniæ. In Burgundia, Philippus Burgũdiæ Dux anno 1429. ordinem equitum aurei uelleris inſtituit: ut in annalibus ſcribit Monſtreletus Amatus S. nomine comes uiridis dictus. Allobrogum dux, ordinem equitum inſtituit, cuius inſigne imago annunciationis, ſeu ſalutationis uirginis Mariæ Domini noſtri Ieſu Chriſti genitricis, ut in hiſtoria legitur Sabaudiæ. Fuit & in Anglia or-
14 do alius. Verũtamen iſti ordines poſtremi non fuerunt ſacrorum militum, nec ea ratione inſtituti, ut ſe Deo & religioni ſolum tutandæ deuouerent, ut prędicti ſacri milites: quibus & accedere poſſent, qui cruce aliquando ſe ſignarunt, in auxilium Chriſtianorum in Syriam & Hieruſolymam profecti cum Gotefrido & alijs ducibus præclariſſimis. Qui & milites ſacri primum, poſtea fratres ſe appellabant, ut author Paulus Æmilius,[a] Sed horum nullum habemus regula certa definitum ordinem, uel uotum aliud, quàm militandi pro fide Chriſtiana. Vnde illos non inſerimus inter ſacros militares equitum ordines.

a Paul. Aemil. in 5. hiſtoria Franc.
b Aemili li. 5. Sebaſtia Brant. Blondus, 6. Decre.
c Quidam de uiris illuſtribus in Heinricho à Vualpot.
d Idem de Viris Illuſtribus, in Alberto 1. duce Pruſiæ.
e Marinus Chronic. li. 7. de reb. Polonicis.
f Frãciſcus Tarapha li. de regi. Hiſpan. in Sanctio 5.
g Frãciſcus Tarapha, de regibus Hiſpaniæ, in Raymiro, Ioannes Vaſſęus in anal. lib. Hiſpaniæ anno, 826.
h Ioan. Vaſſęus ubi ſuprà.
i Deca. 2. libr. cap. 9.
k Franciſc. Tarapha, de regibus Hiſpaniæ, in Alphon. 9 & in Genealogia regum Hiſpaniæ.
l Franciſc. Tarapha, ubi ſup. in Alphõſo 11.
m Idem Tarapha in Alphonſo, 11.
a Paul. Aemil. li. 4. hiſtor.

De

De habentibus manualia beneficia. Cap. XXXVI.

1 *Beneficia manualia nō proprie beneficia, quia amouibilia & regularia.*
2 *Abbas S. Sulpitij Bytrigum triennalis.*
3 *Abbatia & prioratus monialium triennales.*
Beneficium manuale quomodo adimi à ſuperiore poteſt poſſeſſori: & remedium ſi adimatur ſine cauſa eod.
4 *Beneficia manualia quomodo fiant perpetua.*

QVædam perſonę regulares, uel quę regularibus accedunt, titulo quodam ſæpe nominantur, quæ ſacer doctorum, & eccleſiaſticarum perſonaruoi appellationem referunt. Imitantur
1
etenim nomen & naturam quodammodo beneficiatorum, qui manualia, ut appellant beneficia habent quæ tamen proprie beneficia non ſunt.[a] quia præfecti his beneficijs poſſunt amoueri ad nutum abbatis uel prioris. Sunt enim huiuſmodi beneficia manualia regularia, non ſecularia: qualia in ordine humiliatorum, & præmonſtratenſium ex conſuetudine
2 eſſe tradit Ioannes Andreas.[b] Et Rebuffus,[c] ſcribit abbatem ſancti Sulpitij apud Bituricenſes triennalem eſſe, & ſingulis triennis eligi.
3 Atque in comitijs Aureliacenſibus placuit, ut poſthac abbatiſſæ, & priores eſſent adueniente vacatione triennales, ex electione Veſtalium.[d] Sancit & Innocentius 3.[e] ne alicui monachorum committatur obedientia perpetuò poſſidenda, tanquam ſibi in ſuam vitam locetur: ſed cum oportuerit amoueri ſine contradictione qualibet reuocetur. Explicat Clemens 5. ex concilio Viennenſi,[f] dum ait, priores & adminiſtratores beneficiorum, quæ ſunt de menſa abbatis uel monaſterij, poſſe libere ad clauſtrū cum oportuerit reuocari. Quod intelligendum eſt de beneficijs, quorum adminiſtrationes cōferuntur ab abbatibus, non quando per electionem ad ea uocantur. Priores enim manualia habere beneficia, & ad nutum priuari poſſe dicuntur iure: alij nequaquam,[g] qui titularij ſunt, nec aliorum more ad regimen tantum eccleſiarum uel prioratuum dicuntur.[h] Obſeruādum itaque eſt in hac quæſtione, poſſe beneficium uel prioratum regulare eſſe adminiſtrationis cauſa tantum concedendum: uel naturam habere perpetui beneficij. Et in primo caſu amoueri poſſe ab abbate præfectum, uidelicet ſi iuſta amotionis adſit cauſa: aliter enim poſſet monachus à beneficio manuali ſine cauſa amotus, implorare ſuperioris abbatis auxilium, ut poſt Innocentium,[i] & Decium,[k] &
4 Ioannem de Selua,[l] notauit obſeruari in Gallia Rebuffus.[m] Sed & fit hoc irreuocabile beneficium proculdubio, quando poſt conceſſionem abbatis confirmatur poſſeſſor ex certa ſcientia, & expreſſa qualitate per ſummum pōtificem, ut annotant Immola & Panormita.[n] & Rebuffus.[o] Quòd ſi perpetui beneficij naturam habeat prioratus, beneficiū illud pręſentis non eſt tractationis, nec amoueri præfectus per abbatem poterit: conceſſio enim facta cenſetur eum ſua qualitate.[p]

a glo. in verbo, conſuetudinē. in ca. vni. de capel. monacho. in 6.
b Ioan. Andr. in additi. ad d. gl. ſ.
c Rebuff. in tractā. de pacif. poſſeſſ. nu. 273.
d Aux ordonnanc. des eſtats d'Orleans, art. 3.
e Innocent. 3. in c. cum ad monaſt. [illegible] c. 6. [illegible] de ſtatu monach. [illegible]
f [illegible] ſi pulcra. negli. [illegible] 1. Clement. [illegible]
g ca. 2. de ſta. monac. ap. Greg. [illegible] de Sel [illegible] tractā. beneficij. [illegible] q. 8.
h in [illegible] autem, de [illegible]
i Innocent. in c. [illegible] qui cler. vel vo[illegible]
k Decius, in c. ad aud. [illegible] circa finem, de conſti. [illegible]
l Ioan. de Sel. in d. tractā. beneſ. [illegible] q. [illegible]
m Rebuff. in tractā. pacific. poſſe. nu. 273. [illegible]
n Immol. & Panor. in c. [illegible] de prębē. & in c. [illegible] de electio.
o Rebuff. in d. tract. num. 279.
p Clement. [illegible] de ſupplen. negli. [illegible] in clem. 1. [illegible] de capel. monach. [illegible]

De vicarijs temporalibus, officiali, & alijs. Bap. XXXVII.

1 *Vicarius temporalis quis.*
2 *Officialis uicarius eſt epiſcopi, & ut ſit eccleſiaſtica perſona.*
3 *Vicarius epiſcopi in ſpiritualibus.*
4 *Officiales ordinarij, & foranei epiſcopi qui.*
5 *Officiales ordinarij epiſcopi perpetui ſunt, nec deſtituuntur ab epiſcopo.*

1 VIcarij temporales quidem beneficium regunt, ſed ideo beneficiarij non ſunt: nam non ſibi, ſed alteri poſſidēt. De hoc, & de uicario perpetuo paulo ante dictum eſt, dum ageremus de plebanis ſeu parochis. De uicario autem epiſcopi generali, & paulo poſt dicemus c. 41.
2 Et rurſum pauca de officiali. Dicitur & officialis uicarius epiſcopi, habens iuriſdictionem. Hic ex clericis, non ex laicis conſtitui debet,[q] & locum epiſcopi tenet uel repræſentat: unde & in eius ſede eo abſente, in actibus, in quibus epiſcopi intereſt præſidet.[r] Et quia uices gerit epiſcopi officialis in iuriſdictione eccle-
3 ſiaſtica diſtribuenda, dicitur uicarius.[s] Sicuti & is, qui abſente epiſcopo in beneficiorum collatione munus illud pro epiſcopo exequitur, dicitur uicarius in ſpiritualibus, uel vicarius generalis.[t] Qui ſi non diſtinguatur ab officiali, & officialis recte dicetur is vicarius: quia & officialis dicitur, nomine epiſcopi conferre benefi-
4 cia.[u] Porro officiales in duplici ſunt differentia: nam alij faciunt eandem ſedem cum epiſcopo, & ſunt iudices ordinarij alij delegati ad certas cauſas, & in certa regione diœceſeos, qui dicuntur foranei, à quibus appellatur, ut à delegatis ad delegantem epiſcopum: cum ab ordinarijs nequaquam ad epiſcopum, ſed ad archiepiſcopum fiat prouocatio.[x] Foranei ut plerumque etiam temporales, alij perpetui, id
5 eſt, quandiu uiuunt.[y] Quamuis enim ad nutum fiant ab epiſcopo, tamen facti nec ab eo, nec à ſuccedente in epiſcopatu amoueri ab officio poſſunt, niſi mors uel delictum interueniat: etſi ad beneplacitum fiant, ut notat Oldradus,[z] Iaſon,[a] Alexander,[b] Ludouicus Gomes.[c] Decet enim beneficium perpetuo manere.[d]

q cap. in nouo. 16 q. 7.
r can. ſi 93. diſtin. c. 1. 94. diſt.
s c. 1. de offi. vicar. in 6.
t cap. fin. eod.
u c. ex frequentibus, de inſtitutio. ap. Greg.
x clem. 1. [illegible] gloſ. de reſcript. in clem. c. 1. de offi. ordinar. in 6.
y l. 1. [illegible] pro ſoc.
z Oldrad. conſil. 4.
a Iaſon [illegible] colu. de actio.
b Alex. conſil. 2. 10. incipit magiſter, col. fin. lib. 7.
c Ludo. Gom. ad reg. [illegible] de non toll. iure quæſi. q. 4.
d L. [illegible] de excuſa. tutor.

De Commendatarijs. Cap. XXXVIII.

1 *Commendatarij uere non ſunt beneficiarij.*
2 *Commendatarij iure regaliæ qui.*
3 *Regaliæ ius regi ex duplici cauſa competit.*
4 *Eccleſia tantum ex facultate principis bona poſſidet.*
5 *Manus mortuæ quæ collegia dicantur, & quare.*
6 *Bona immobilia quare manus mortua non poſſideant ſine gratia.*
7 *Regaliæ iure quando, & quandiu fructus eccleſiarum capiat rex.*
8 *Regaliæ ius durat, donec præſtetur fides regi à prælato.*
Collatio beneficiorum iure regaliæ. eod.
9 *Epiſcopi probandi à principe.*
10 *Vacantium eccleſiarum annus fructus à quo Regi Gallorum conceſſi.*

S. Ludo-

S. Ludouicus à Bonifacio in numerum ſanctorum relatus, eod.

11 *Philippus rex à Bonifacio excommunicatus, abſolutus à Benedicto 11.*

Philippo regnum ademptum, & reſtit[illegible] eod.

12 *Collationes iure regaliæ à quo tempore competant regibus Galliæ.*

13 *Electio & nominatio ad prælaturas, ſolius regis Gallorum.*

14 *Spiritualis & temporalis poteſtas quando ſimul laicis conceſſa ſint*

15 *Beneficiorum vacantiæ annuales conceſſæ reuocatæ.*

16 *Vacantiæ commendatariorum annuæ militum hoſpitaliorum.*

17 *Philippus Imperator bona eccleſiæ baronibus conceſſit.*

Bona eccleſiæ [illegible] diſtrahuntur. eod.

1 Qvi in commendam habet temporalia [illegible] benef[illegible] ab epiſcopo, cum vltra [illegible] menſes non poſſit commendari, non dicitur beneficiatus: quia [illegible] perpetuo, ne [illegible], nec aliud poſſidet. Nihil enim aliud eſt [illegible] commendare, quàm d[illegible] ponere. Is autem qui deponit, remanet potius Dominus, quàm is cui res [illegible] committitur. Et Vlpianus non alias res alicuius loci uel perſonæ cenſuit, quàm ſi quis perpetuo ibi habebit, atque ita depoſuerit, vt perpetuo habebit. Nō

3 ſunt etiam inter benefi[illegible]iatos annumerandi, qui iure regaliæ ſub cuſt[illegible] dia habent beneficia eccleſiaſtica, uel qui collationem eorum à laicis nacti ſunt. Sunt autem regaliæ beneficiorum in duplici differentia: nam ius regaliæ, uel ratione bonorum immobilium temporalium [illegible] competit, uel ratione i[illegible] is ſpiritualis. Ratione bonorum quia epiſcopatus & prælaturæ, ſiue cathedrales [illegible] fere omnes in [illegible] al[illegible] [illegible]bent bona tem[illegible] à principe in feu[illegible]

4 [illegible] onenim [illegible] [illegible] bona ha[illegible] [illegible] quin [illegible] ultas à [illegible] ncipe concedant. [illegible] dicitur di[illegible] [illegible] mmuni[illegible] itemi[illegible] mare, amortiſ[illegible] amen-

5 tum uel ius morticinij. Siquidem manus mortuæ dicuntur, eccleſiæ, collegia, capitula, vniuerſitates: quia in eodem ſtatu permanen[illegible], ueluti mortui ſunt, expertes omnis viciſſitudinis, iſtius ſaltem ſeculi. Siue enim lignum ceciderit ad auſtrum, ſiue ad aquilonē, ibi ardebit. Cum tamen viuentes multis & penæ infinitis mutationibus & alterationibus ſint obno[illegible], utpote ſub perpetuo motu degentes, [illegible] ue acti voluntatibus. Et quia collegia, capitula eccleſiæ ſemper per ſubrogationem perſonarum, ſtatum eundem habent. Sicuti ſedes iudicialis, quanquam moriatur iudex habet idem iudicium: etſi alius in defuncti locum ſubſtituatur. Bona itaque quæ ab illis tenentur & poſſidentur, uelut mortua dicunt[illegible]: quia mutare ſtatum non poſſunt, præ[illegible] cum alienari iure communi nequeant.

6 Quamobrem neque poſſideri bona temporalia poſſe ab iiſdem iure communi placet, poſſimum ab eccleſiaſticis collegijs, & eccleſijs, aliiſ[illegible]ue ſimilibus perſonis. Cum enim immunes [illegible] ſint ab omnibus fere exactionibus, & indi[illegible] ſecul[illegible] ribus principibus ne[illegible] ratio rebus pro n[illegible] urgentibus reipub. [illegible] ndis, fieret ut cum imm[illegible] nitate illa per[illegible] ub. detrimentum ma[illegible] imum paterefer[illegible]uatus reditibus per[illegible] onem:

ut neque laudimia à dominis directis eorum bonorum, neque renouationes feudorū in bonis mobilibus, quæ quintum & reirequintum dicuntur, am[illegible] penderentur, rebus in eodē ſtatu manentibus, qui tamen mutatur, quando ad alios ſingulares poſſeſſores perueniunt. Hi enim, uel moriuntur, uel diſtrahunt: unde & iura clientelaris prædij & feudorum, res ipſæ & iura ſæpius ad dominos recurrunt. Vt nullo modo fieri poſſe uideatur ex parte naturæ rerum, & perſonarum eccleſiaſticarum habita cōſideratione, res ab illis poſſideri, qui emori nō poſſunt: præcipue, ſi de eccleſiaſticis agatur. Cum iure legis Moſeos non potuerit Leui ſtirps habere partem aut poſſeſſionem cum fratribus ſuis: quia ipſe dominus, poſſeſſio eius eſſet. Quod & initio, & naſcente eccleſia Chriſtiani ſecuti ſunt, donec ex permiſſione [illegible] ſtan[illegible] i Magni licuit: uti & nunc diſpenſat rex in feudis. Quorum origo prima ab eo eſt, ut teneant impetrato iure morticinij. Ius autem morticinij eſt, valor, æſtimatione tertiæ partis totius rei, in qua iūs feudi extin[illegible] poſtulatur, ut cautū eſt cōſtitutione Carol[illegible] 1402. mēſe Octobri. Quāuis hodie in pa[illegible] [illegible]ued[illegible] alia ſit pro nutu principū taxatio: inqu[illegible] ne tamen ſi[illegible] a præcedenti cenſus, & qualitatis, & quantitatis rei, & facta cōceſſionis in camera cōputorū deſcriptione. Quibus obſeruatis hēt ex iure illo morticinij, collegia uel eccleſiæ in poſterum ius poſſidendi in perpetuū, nec tenentur [illegible] uo manci-

7 pio ablegare, ſi nolint. Cæterum quando vacat paſtore eccleſia epiſcopalis, uel archiepiſcopalis, quæ patitur hoc ius regaliæ, interim res fructus capit, uelut iure feudi c[illegible] eſſi, & ratione cuſtodiæ, quādiu uacanent. [illegible] t notat Au-

8 [illegible] ius poſt ſtilum parlamenti, beneficium in regalia, uacante ſede epiſcopi uel archiepiſcopi, qui habent ius collationis, etiā ſi epiſcopus uel archiepiſcopu[illegible] it electus, uel confirmatus, aut miſſus in poſſeſſionem eccleſiæ & coll[illegible] tionis beneficiorum, donec ipſi[illegible] prælati perſona fuerit recepta in fidem & hominium [illegible] egis. Medio que tempore, & ante fidem præſtitam, & vacare prælaturę beneficia in regalia, & ui re rega-

9 liæ conferri à rege. Exigit ius regni, ut epiſcopi à noſtro principe approbentur, quod confor me iuri pontificio. Sic enim epi[illegible]la quadā ad Lotharīū primum imperatorē ſcripſit Leo 4. ſum. pont. Atque in ſynodo definitum eſt generali, ob beneficia conceſſa in ſedem apoſtolicā per Carolum Magnum, ut ab eo rege epiſcopi & archiepiſcopi per ſingulas prouincias inueſtituram acciperēt, neve niſi à rege laudatus & inueſtitus epiſcopus à quoquam cōſecretur. Quæ proculdubio ratione bonorum temporalium intelligēda ſunt: nā inueſtitura alioqnin eccleſiaſtica nihil operatur, ſi [illegible] laico concedatur, ut epiſcopus, uel alia eccleſiaſtica perſona poteſtate ſua conferendi beneficia, uel exercendi diuina officia fungatur. Statutumq̄ eſt iure communi, neminem ob fundationem beneficij, quicquam aliud præter honorem commu nem omnibus Chriſtianis in eccleſia retinere

10 ſibi poſſe. Neque etiam in conceſſione Hadriani, & Leonis 4. regibus Gallicis factum eſt, ius accipiendi annuos fructus vacantium eccleſiarum, in quo maxime quidam labuntur: ſed poſtea conceſſa eſt illis hæc ſingularis poteſtas à Bonifacio 8. pon[illegible] m. qui quidem Philippo Pulchro & eius [illegible] ceſſori conceſſit, poſt quam [illegible] ius patrem S. [illegible] udouicum in numerū & album ſanctorū retulit, priuilegium vacantiū

eccleſia

a [illegible] in de[illegible] [illegible]

b [illegible] in decr. [illegible] in antiquis.

c [illegible] commenda[illegible]

d [illegible] Lucius, de poſſe [illegible] eo. [illegible] ne quis arbitr. [illegible] 12. q. 2.

d L. [illegible] commodate, [illegible] commod. F.

e Vlp. in l. ex facto, [illegible]

f Aegidi. Magiſter, [illegible] des am [illegible]

g [illegible]

h [illegible] qua pote. [illegible]

i L. p[illegible] poneba tur, de [illegible]

k [illegible] beneus [illegible] [illegible] 14 [illegible] de accuſ. eccleſ. [illegible]

l c[illegible]

m Deuteronom. cap. 18.

n can. ſtatuimus, & c. videmus, 12. q. 1.

o Aegidi. Mag[illegible] des amortiſ. [illegible]

p [illegible] regia, [illegible] amortiſſement.

q ca. generali, de [illegible] [illegible] cognitione.

r ca. Reatina, 63 diſt.

s c. Hadrianus, 63 diſt.

t can. [illegible] 16. q. 7.

u c. piæ mentis, eod. quaeſt.

eccleſiarum & prouentuum earum anni unus
exigendi. præterquam earum, quas cathedra-
les & monaſticas dicimus, ut ait Gaguinus.[a]
Atque Polydorus Virgilius ſcriptum reliquit,[b]
circiter annum 1294. in Anglia ſub Bonifacio
8. concilium Londini celebratum contra Iu-
dæos, in quo & ſtatutum ſit: nemini hominum
amplius licere prædia dare collegijs & ſodali-
tijs monachorum: nec ſacerdotibus aut mona-
chis emere poſſeſſiones aliquas, niſi permiſſu
11 regis. Niſus tamen eſt idem Bonifacius 8. pau-
lo poſt adimere hoc ius Philippo, & regnum
ipſum, quod detulit cuidam Alberto imperato
ri in conuentu generali, ut ſcribit Gaguinus,[c]
& Platina.[d] Excommunicato Philippo, prætex
tu quòd ſacrum bellum in Agarenos inſtitue-
ret. Cuius tamen conſilium in hoc diſſoluit Be
nedictus 11. pontifex, ſucceſſor in ſedem Boni-
facio: & abſoluit à cenſura regem, iuſſitque
Galliam regi ſuo parere, ut ait Blondus,[e] & Pla
tina.[f] Quamquam Philippus ipſe, conſtitutio-
nibus ſuis editis anno 1334. & 1346. repetat
ab antiquo ſibi ius eſſe regaliæ, & ante conceſ-
ſionem Bonifacij 8. competens regiæ dignitati
ob honorem ſingularem coronæ Galliarum,
12 Quo poſſint reges Galliæ iure regaliæ ex priſ-
ca poſſeſſione concedere præbendas & benefi-
cia uacantia iure & facto, uel ipſo iure tantum.
Sicuti & olim uſos eſſe hoc iure regaliæ reges
Angliæ faciunt quædam fidem.[g] Referunt a-
lij itaque conceſſionem huius priuilegij ad cõ
cilium Aurelianenſe habitum ſub Clodoueo,
in quo conceſſa regi electio & nominatio præ-
latorum in remunerationem uictoriæ à Clodo-
ueo in Viſigotos, fuſo Alarico eorum rege. A-
lij ad Caroli Magni, & Caroli Calui beneficia
in ſedem apoſtolicam, & ob fuſos Arrianos re-
ferunt: unde priuilegia multa illis irrogata, ut
notant Arnulphus Ruſæus, & Philippus Pro-
13 bus.[h] Ius etiam conſentiendi in electionem e-
piſcoporum, & regibus alijs Hiſpaniæ, & Gali-
ciæ, item imperatoribus conceſſum, ut cõſtat ex
concilio Toletano:[i] nunquam tamen electio-
nem ipſam & nominationem prælatorum alij,
quàm imperatori Gallico, & eius ſucceſſoribus
datam inuenio.[k] Quamobrem ſi imperator, a-
lius, quam ex hac progenie uelit hoc iure uti,
ea ratione quòd Carolus fuerit imperator, cui
conceſſum eſt priuilegium, id iure Gallico uſur
pabit, non proprio, ratione imperij: quia huic
tanquã imperator renunciauit Otho Magnus,
ſiue primus, Ioanni 11. ſumm. pontif.[l] Et Lu-
douicus primus[m] renunciauit electioni ſum-
mi pontif. Paſchali primo, ut nec hodie Gallia
rum rex eligat ſummum pontificem remiſſo il
lo iure, cæteris iuribus & in alios epiſcopos cõ-
ceſſis non eiuratis, quæ inter regalia hæc recte
14 annumerantur. Errat autem ualde Ioãnes Pe-
trus de Ferrarijs,[x] dum ait, *Scire debes, tu indo-
cte laice, quod imperium habuit aliquando, ſcilicet
temporalem, & ſpiritualem à domino poteſtatem:
quia tunc imperatores conferebant omnia beneficia
eccleſiaſtica per uniuerſum orbem.* Nam hoc fal-
ſum eſt, neque Innocentius, quẽ ipſe citat, un-
quã in eo loco quẽ ſignat,[n] neq; canon, Adria-
nus 63. diſt. quem adducit, hoc ait; quamuis nõ
diffiteat ante aduentum Meſſiæ, ante ſtabilitũ
regnum, Moſem utramque poteſtatem habuiſ-
ſe, & Samuelem: uerum, dum diſcretum ab im
perio ſacerdotium fuit, duo fuerunt gladij, &
imperium ſuis limitibus debuit eſſe cõtentũ:[p]
niſi quatenus ex priuilegio permiſſum eſt ul-
tra. Neq; Ozias rex Iſraelis impune tulit, quòd

a Gaguin. li. 7. in Philip. Pulchro.
b Polyd. Virg. lib. 17. in Anglia.
c Gaguinus, in vita Philippi, Pulchri.
d Plat. in vita Bonifa. 8.
e Blondus, 9. Deca 2.
f Plati. in Bened. 11.
g Aegid. Magist. in decif. in tracta. regaliæ. cap. 1.
h ambo in tracta. regalium.
i can. cum longe, 63. diſtin.
k c. in ſynodo, ead. diſtin.
[illegible]
l can. tibi domino, ead. diſt.
m can. ego Ludouicus, 63. diſtinct.
x in practi. in for. libel. quo agitur de ſubſtitutione, in exemplari ad uer. ex ſuo corpore & legitimo matrimonio natis.
n citat Innocen. in cap. 2 de maior. & obed.
p cano. imperium, 10. diſt. c. per venerabilem, qui filij ſint legiti.

auſus fuerit munus ſacerdotale uſurpare.[q] Et
ita antiquata ethnicorum obſeruatio, qua im-
perator inaugurabatur omnibus ſacris, ut in
poteſtate ſua haberet omnes religiones, ſcili-
cet idololatrorum ut ait Dion Caſſius:[r] nõ hoc
Chriſtianis imperatoribus numquam permiſ-
15 ſum fuit abſolute. Fuerunt & alijs principi-
bus, & eccleſiaſticis uacantiæ annales benefi-
ciorum conceſſæ ex priuilegio, quod tamen po
ſtea reuocatum eſt, aut ualde imminutum; &
16 merito, à Ioanne 22.[s] Habent & hoc ius in cõ
mendis ordinis uacantibus morte commenda
tarij, milites S. Ioannis Hieroſolymitani: nam
mortuo commendatario, uacantis commen-
dæ fructus annui ærario communi acquirun-
17 tur.[t] Neque negauerim iure tyrãnico aliquos
præter priuilegium, ſibi ius in eccleſiarum præ
dia uſurpaſſe: uerum illud potius iniuriæ & ſa-
crilegio adſcribendum, ſicuti nec inultum a-
bijt. Veluti apud Viſpergenſem abbatem legi
tur,[u] Philippum imperatorem qui ſucceſſit
fratri Henrico 6. cum deficerent pecuniæ, qui-
bus ſtipendia militibus præberet, primum cœ-
piſſe diſtrahere prædia, quæ Federicus pater
in Germania emerat, & cuilibet baroni præ-
dia ruſticana, & eccleſias ſibi contiguas obli-
gaſſe, à quibus eccleſiæ demum fuerunt ual-
de diuexatæ, & tandem excommunicatum
ab Innocentio 3. gladio tyranni interemp-
ſum.

q 2. Paralipo. cap. 26.
r Dion lib. 53. hiſtoriæ
s in extrauag. ſuſcepti. ne ſede vacan. in extraua. commu.
t vt habetur in eorum ſtatutis fere per totum tit. 4.
u Viſperg. abbas, in Chronico. pa. 31 & 32.

De officiarijs eccleſiaſticis, & primum de theſaurarijs, ſeu ſacriſtis. Cap. XXXIX.

1 *Officium eccleſiaſticum quomodo à beneficio di-
ſtinguitur.*
2 *Officium cuſtodire portas, paſcua, pecora, por-
cos, &c.*
3 *Sacriſta quis, ſacrarium quid.*
4 *Theſaurarius, theſauraria quid.*
[illegible] & [illegible] quid eod.
Cimilile & cimilia quid, eod.
5 *Gaza & gazophilacium quid.*
6 *Theſaurus fuit in templo Dei.*
7 *Cuſtos eccleſiæ quis, & eius munus.*
8 *Ignem fouendum perpetuo in eccleſia Dei inextin
guibilem.*
9 *Ignis inextinguibilis fotus à ueſtalibus, & quis
author.*
*Ignis perpetuus ſacer apud quos ſeruatus, eod. &
10. 11.*
*Noachi uxor Tytbea & Aretia ignem ſeruari do
cuit perpetuum, eod.*
Græci ab Aramæis plura mutuati nomina, eod.
10 *Viduæ ignem perpetuum ſeruarunt Athenis.*

1 QVamuis omne beneficium non ni-
ſi ratione officij detur, tamen non
omne officium eccleſiaſticum be-
neficium habet, nec perpetuam
ſolicitudinem. Et proinde alia quoque, ratione
officij ſimpliciter eccleſiaſtici, diſtinctio perſo-
narum erit. Porro officium inuenitur, uel ra-
tione rerum profanarum, quæ eccleſiæ ſunt,
vel ratione rerum ſacrarum, uel ratione iuriſ-
dictionis, uel ſacramentorum: quando de his
2 tractandis agitur. Ratione rerum profana-
rum, uel pene profanarum, dici poſſunt quidã
officium habere: nam & cuſtos portarum, pa-
ſcuorum, pratorum, pecorum, & porcorum

dicitur

dicitur habere officium, ut notat gloſſa,[a] quã
ſingularem & unicam exiſtimat Andreas Bar-
baria.[b] Sunt & liberti ex familia eccleſiæ, offi-
cium pro neceſſitate eccleſiæ patronæ præben-
3 tes.[c] Sacris rebus cuſtodiendis præpoſitus, ſacri
ſta dicitur, qui nutu & mandato archidiaco-
ni[d] curam habet ſacrorum vaſorum, ueſtimen
torum eccleſiaſticorum, ſacri theſauri, & eo-
rum quæ ad fouendum lumen exiguntur, ſcili
cet olei, & cetæ, ut placuit concilio Toletano.[e]
Sacriſta à rerum ſacrarum nomine dictus: ſi-
cuti ſacrarium, locus ubi ſacræ res reponuntur,
4 etſi priuatus is ſit, ut ait Vlpianus.[f] Alibi the-
ſauraria, & præfectus theſaurarius dicitur.[g] Di
citur & κειμηλιάρχης, qui ſacræ & pretioſæ ſu-
pellectili, uel theſauro præeſt, & κειμηλιάρχιον,
locus, uel theſauraria à Iuſtiniano.[h] Vocat Ho
norius 3.[i] ciminile theſauri illius locum. Eſtẽ
autem κειμήλια Græcis, mobilia bona recondi-
ta uel pretioſa: ut apud Homerum dicũtur κει-
μήλια, æs, aurum, ferrum reconditum, uel uaſa
ex his facta, dum ait,[k]

Πολλὰ δ' ἐν ἀφνειοῦ πατρὸς κειμήλια κεῖται.
χαλκός τε χρυσός τε πολύκμητός τε σίδηρος.

Meminit & ſæpe eius alibi, atque alij authores
5 Græci, & Gregorius 3.[l] Dicerent Perſæ gazam,
uoce per alios uſurpata populos:[m] & locum ex
Perſico & Græco nomine gazophylacium, ut
ſcribit Heſychius & Suidas. Et frequens eius
6 mentio in ſacra pagina. Ex qua & conſtat the-
ſaurum fuiſſe perpetuo in templo Dei, uarijs
& pretioſis muneribus, oblationibus, ueſtibus,
uaſis & pecunijs conflatum & conſeruatum: ut
non poſſim iſtos hæreticulos ſatis demirari,
qui obgannientes donarijs diuinis, quæ à pro-
bis hominibus Deo conſecrata, & eius miniſte
rio ſunt, improbare eccleſiæ opes audent, non
alia ratione quàm Iudas domini ſceleſtiſſimus
proditor, effutiẽtes inſulsè, *vt quæ perditio hæc,*[n]
potuit enim unguentum hoc multo uenundari, & da
ri pauperibus. Non quòd de pauperibus illis cu-
ra ſit, ſed quòd ſibi tradunt, quàm Deo: & ſa-
crilegij ſui, quod quotidianis prædationibus
exercent, prætexere, ſed ſtolide, nituntur excu-
ſationes. Meminit de gazophilacio domini
Neemias,[o] & Domini noſtri Ieſu Chriſti ſæpe
ſacri amanuenſes.[p] Extat & decretum[q] Io-
ſue, qui populum Iſraeliticum probe rexit in
expugnatione Hierico, latum. *Quicquid auri &*
argenti erit, & uaſorum aureorum, ac ferri, domino
conſecretur, repoſitum in theſauris eius. Memine-
runt & frequenter de theſauro domus Domi-
ni, libri Regum.[r] Meminit & de Leuiticis cu-
ſtodibus uel præfectis ſacri theſauri, & diuini,
liber Paralipomenon.[ſ] Legimus fuiſſe & inter
theſauros Dei clypeos dono oblatos à Salomo
ne.[t] Quos inuenit Seſac rex Ægypti & eue-
xit. Addit Ioſephus[u] lanceas aureas, & ſa-
gittas aureas, quas ſumptas à rege Sophone
Dauid Deo dedicauerit. Erant & uaſa aurea,[a]
& alia ſupellectilia, quæ refert hiſtoria Macha
beorum.[y] Deponebantur & ſacræ ueſtes in
gazophylacio ſanctuarij, officio diuino pera-
cto, ut conſtat ex prophetia Eſdræ.[z] Et hanc
ipſam habendi theſauri conſuetudinem in
templis ſuis ethnici imitati ſunt: multa enim
dijs ſuis uel melius Idolis ſuſpenderunt, ex ma
nubijs hoſtium, ex uictorijs, tum ex uoto, tum
ex largitione. A quibus omnibus qui Dei nu-
men aliquando offecerant, nihil etiam inimi-
co & hoſtili impetu clades inferentes, deli-
babant. Et ſcribit Ioſephus Pompeium Ma-
gnum, poſt captum templum Hieroſolymo-
rum, ſanctè à duobus millibus talentorum in
gazophilacio templi inuentorum abſtinuiſſe.[a]
Quod & alij in ſua religione fecerunt, ſacrile-
gorum diuinas & humanas pœnas veriti, & e-
xemplo aliorum facti cautiores. At eum pœ-
nas hodie contemnant impijſſimi ſacrilegi, cer
te ſummopere hoc munus ſacriſtæ requiritur,
cum archidiaconi cura: imo & maiori neceſſi-
7 tudine addendus eſt cuſtos vtrique. Cuſtos ec-
cleſiæ, qui & miniſter ſacriſtæ eſt,[b] & archidia-
cono obedit in pulſandis horis canonicis, in cu
ſtodienda perpetuo ſupellectili eccleſiæ, & in
8 igne ſancto conſeruando, ne extinguatur. Non
ſecus, quàm & apud Iudæos ſacerdotes & Leui
tæ ignem perpetuum conſeruabant, ne extin-
gueretur ex iuſſu Dei,[c] in ſymbolum Spiritus
ſancti, uel diuinitatis indeficientis, uel ob cha-
ritatem quam perpetuo fouere debent præpo-
ſiti ſacri antiſtites, qui nec diuinitatem alterius
Dei, nec alienum à Deo quippiam fouere de-
bent. Vnde & inuectio ignis alieni in Dei ſan-
ctuarium, morte expiata fuit miniſtrorum in
Leuitico.[d] Habuitque hoc munus fouẽdi ignẽ
ſacerdos Heli, quod tradidit Samueli poſtea,
puero peruigili, dum ſenectute caligare eius cœ
perunt oculi, ut extingueretur uel defecturam
9 lucernam non uideret.[e] Habebant hoc munus
apud ethnicos Romanos Veſtæ uirgines ignẽ
perpetuo fouentes, quod innuit Virgilius dum
ex perſona Hectoris.[f]

Sic ait, & manibus uittas ueſtamque potentem,
Aeternumque adytis effert penetralibus ignem.

Quod ad Numæ inſtitutum referunt Liuius,[g]
Ouidius,[h] Dionyſius Halicar.[i] Plutarchus,[k]
& alij. Quamuis Beroſus[l] ſcribat, uxorem
Noachi Tytheam, Aretiam etiam dictam, quia
mater omnium eſſet, uocatam Eſtam, id eſt,
ignem, poſt mortem: eo quòd ipſa regina ſa-
crorum fuerat, & puellas docuerat ſempiter-
num ignem ſacrorum inextinctum ſeruare.
Non enim tantum apud Græcos Veſta, uel E-
ſta ignem ſignificat, ſed apud Aramæos, quos,
quia Græciam incoluerunt antea, & barbara
Græcis nomina reliquiſſe teſtatur Strabo.[m]
10 Athenis etiam ignis perpetuus in Prytaneo aſ
ſeruabatur, non quidem à uirginibus, ſed à vi-
11 duis, ut ait Plutarchus.[n] Et Strabo[o] Poliadis
Mineruæ dixit templum in ſaxo uetuſtum, in
quo eſſet lichnus inextinguibilis & uirginum
domus, id eſt, παρθένων. Seruabant & ignẽ Ægy-
ptij, ut ait Diodorus Siculus.[p] Item & per-
petuus Delphis, & apud Perſas teſte Proco-
pio.[q] Seruabant & in Pyreo Magi. Et in
Cappadocia idipſum Magni Pyrethi factita-
runt.[r]

Marginal notes: a gloſſ. in l. ne quis, § officiorum, de digni. li. 12. C. — b And. Barba. in rub. de offic. & pot. iud. deleg. — c can. liberti, cum 4 ſequ. 12 quæſt. 3. — d Gregor. 3. in c. eam te, c. 3. de offic. archid. li. 1 Decretal. tit. 23. — e in c. 1 de off. ſacri. lib. 1 Decretal. tit. 26 — f Vlpia. in l. ſacra loca, l. 9 de rer. diuiſ. in P. — g cano. perlectis, 31 diſt. — h Iuſtin. in l. ſi. §. ſi de bon. authen. iud. poſſi. li. 7. C. tit. 72. — i c. cum inter, c. 20 de verb. ſignifi. ap. Greg. — k Homer. 6. Iliad. — l Gregor. 3. in c. 3. de offic. archid. — m Heſter, ca. 3. c. Ezechiel, ca. 25. ca. octauum, c. 28. d. — n Matth. 26 a. D. Mar. 14. a. — o Neemiæ, ca. 10 d. & ca. 13 a. — p D. Marci, ca. 12. d. D. Luc. ca. 21. a. D. Ioan. c. 8. c. — q Ioſue, c. 6. e. — r 2. Reg. ca. 14. & 4. Reg. ca. 14. & 15. & 14. — ſ 1. Paralipo. c. 9. d. — t 3. Reg. 14. 2. paral. c. 12 — u Ioſeph. lib. 8. Antiq. c. 10. — a 4. Reg. ca. 24. — y li. 1. Machab. cap. 1 — z Eſdræ, ca. 44. verſ. 19. — a Ioſeph. li. 14 cap. 8. — b ca. 1 de offic. cuſto. & ibi gl. notat. — c Leuit. cap. 6. — d Leuit. ca. 10. — e 1. Reg. cap. 3. — f Virgil. 2. Aen. ex perſona Hectoris. — g Liu. in 1. — h Ouidius, 6. Faſto. — i Dionyſ. lib. 2. — k Plut. in vit. Numæ. — l Beroſ. lib. 3. Deflorat. — m Stra. in Geograph. Græc. — n Plutar. — o Stra. li. 9. — p Diodo. Sicu. — q Procop. li. 1. bell. Perſ. — r Stra. li. 10.

De œconomo, & vicedomino, ſyndico, & alijs. Cap. XL.

1 *Oeconomi qui dicantur.*
2 *Oeconomus eccleſiæ ex quibus eligendus.*
3 *Vicedominus quis, & quomodo differat ab œconomo.*
4 *Syndicus quis.*
5 *Aduocatus & procurator officium gerunt.*
6 *Cellariæ officium clauſtrale.*

1 SVnt etiam œconomi, uicedomini,
ſyndici, procuratores, cellarij, offi
ciarij eccleſiaſtici. Oeconomi ſũt,
quibus res eccleſiæ gubernãdæ mã
dãtur.[ſ] Domui tantũ eccleſiaſticæ uidetur hoc
officium

ſ leg. iubemus nullã, l. 14. de ſacroſ. eccle.

officium mutuus preſtare: vnde & dicitur diſ-
2 penſator pauperum, oeconomus eccleſię.[a] Qui eligitur ex numero clericorum adminiſtrandę eccleſiæ, non ex laicis,[b] uel alijs. Potiſſimum quando de diſpenſatione rerum ſacrarum agitur: nam ſi de temporalibus tantum cura ſubeunda ſit, clericum eſſe non exigit neceſſario oeconomum Speculator.[c] Eſt enim nomen *οἰκονόμος* generale, ad omnem diſpenſationem pertinens: ſicuti à diuo Paulo,[d] *ἔραςος οἰκονόμος τῆς πόλεως* dicitur, quod uerſum eſt in antiqua lectione, *Eraſtus arcarius ciuitatis*, pro quæſtore
3 ærarij, uel procuratore, uel diſpẽſatore. Et *θεοῦ οἰκονόμος* ad Titum,[e] *diſpenſator Dei.* Huic affinis & fere ſimilis uicedominus officio.[f] niſi quòd in epiſcopatu ſit vicedominus,[g] œconomus a-
4 lijs in eccleſijs. Exhibẽt officium in litibus perſequendis eccleſiaſticis ſyndici, ſi collegij ſacri res controuerſæ ſint.[h] Sicuti & in cauſis uniuerſitatis & eius nomine conſtituuntur, qui ſinguloꝝ de collegio, ut uniuerſorum proſequantur & defendant ſua.[i] Ii agunt & defendunt in
5 iudicio, de quibus late Speculator.[k] Exhibent & officium in litibus etiam patroni cauſarum, & procuratores ad lites, & ad negotia: quorum extant tit. de poſtulando, & de procurator. in vtroque iure. Et de quibus Deo fauente proprio loco in iudicijs agetur, dum tractabitur de per-
6 ſonis, quæ pro actore & reo interueniunt. Inter officia conuentualia connumeratur cum ſacriſta, etiam eleemoſynaria, & cellaria.[l] Cellariũ nominant aliquæ eccleſiæ eum, cui uini & tritici diſpenſatio eccleſiæ committitur, de quo fit in iure mentio:[m] quia cellarium locus eſt, in quo conduntur, & unde depromuntur ad uictum neceſſaria, ut in D. Lucam 12. interpretatur D. Hieronymus, *conſiderate coruos, quibus nõ eſt cellarium, uel horreum.* Et Plautus de cellario meminit.[n]

Sume, poſce, prome quiduis, te facio cellarium.

Inter leges Caroli Magni capitulares, habitas Aquiſgrani anno 789. Kal. Aprilis, c. 6. ſic ſcribitur de cellarijs monaſterij, ut non auari mittantur, ſed quales regula præcipit.

a Lomoes qui, 13 § aoc o[illegible] ... de epiſcop. & clerie C.
b can. iudica. te 23 diſt. can. quoniam, can. nona, 16. q. 7 c. edocerí, de pręſcript.
c in 3. p. 8 part. Specula. tit. de oecono. argum. can. in ſingulis, 97. diſt.
d ad Rom. c. ſ.
e ad Tit. c. 1.
f can. volum. & 2 ſeq. 89 diſt.
g c. diaconom, ead. 82. diſt.
h cap. 1. de ſyndic.
i l. 1. in princi. & § quibus, quod cuiuſque uo[illegible] nomi. in P.
k in 3 p. 1. par. Specul. tit. de acto. ſyndi. & oecono.
l gl. in clem. 2. § ad hæc, l. ver. offic. de ſta. mon. can. [illegible] cap. ſile. [illegible] pumben. ap. Grego.
n Plautus, in Captiuis.

bus officium accipitur pro iuriſdictionis legitimę exercitio, ut notat Barbatia.[p] Officialis uel propoſitus, in iuriſdictione officium pontificis exercet,[q] cuius duę ſunt ſpecies: alio dicto principali, alio foraneo.[r] Ille generalis officialis eſt, & ordinarius iudex, faciens vnum & idem tribunal cum epiſcopo: hic autem foraneus in certa regione diœceſeos conſtitutus, & ad certas cauſas, & potius iudex delegatus,[s] non ſecus quam decanus ruralis.[t] Sunt & alij officiales[u] eccleſiaſtici,[x] ut is quem dat archidiaconus, uel alius inferior epiſcopo, & is quẽ conſtituit capitulum ſede vacante, penes quẽ
4 iuriſdictio epiſcopalis tunc reſidet.[z] Accedit proxime officiali, uicarius epiſcopi, qui maioris eſt poteſtatis officiali. Nam quicquid poteſt officialis, poteſt uicarius: ſed non contra, nec eadem poteſt officialis, quæ uicarius epiſcopi. Quia officialis non habet poteſtatem circa actus ſpirituales extraiudiciales, quæ tamen ad uicarium in ſpiritualibus pertinet, ut poſſit punire & corrigere. Si tamen uicarius unus tantum ſit epiſcopi ſine officiali, is omnem ſibi conceſſam cenſetur habere poteſtatem, ut notat Federicus de Senis:[y] ſed hoc ſi expreſſe commiſſa ſint, quę officialis etiam ſunt, non autem ſi generaliter poteſtas iuriſdictionis concedatur, ex conſtitutione Bonifacij 8.[a] Facit etiam & determinatio loci facta in uicariatu, ut extra illum locum cenſeatur adempta poteſtas, ut ſcribit Innocentius 3. Sunt &
5 inquiſitores hæreticę prauitatis, uicarij, & officiarij ſumm. pontific. qui iudices à ſede apoſtolica creati ſunt, ad peſtem eluendam hęreſium.[a] Quamobrem nec de alijs cauſis cognoſcunt officio conceſſo, quàm de his quę hæreſim redolent: non de diuinationibus, non de uſuris, ſecundum reſcriptum Alexandri 4. ſumm. pontific.[b] Perpetuum hoc officium inquiſitionis, nec morte ſumm. pontificis concedentis extinguendum, quod regulis & cancellis concluſum fuit proprijs à Clemente 4.[c] & Bonifacio 8.[d]

p And. Barbe. in rub. de offic. & poteſt. iud. deleg.
q c. 2. de offic. c. cum. libr. 1 6. tit. 13
r clemen. 2. de reſcript. libr. 2. clem. ti. 4 c. Romana, de offic. ordi. li. 6
ſ Innocent. & Hoſtienſ. in ca. Romana, de offic. ordi. Ioan. Andr. in gl. clem. 2 in verbo, foraneo, de reſcrip. Iaſon in rub. de offic. eius cui mand. e[illegible] iuriſ.
t c. adhoc, in fine, de offic. archid. ap. Greg.
u glo. in clem. & in ver. epiſcopi, de reſcrip.
x c. cum de maior. & obedien. in 6.
y Feder. de Senis, conſil. 182. inc. plen. renecrende pater.
z ca. 2 & 3 de offi. vicar. in 6.
a c. ſua nobis, de offic. vicar. ap. Grego.
b [illegible] accuſatus, c. 2 §. ſane, & §. de quæſtionib. de hæ. et lib. 3. Sex. Decre. ti. 2.
c c. ne aliquis, c. 12 & c. ut officium, c. 11 §. 1. & 3. e[illegible] tit.
d c. ut commiſſi, c. 12. eo

De officijs quarundam perſonarum ratione iuriſdictionis, & earum appellationibus. Cap. XLI.

1 *De officialibus Romana curia remiſſiue.*
2 *Officium pro iuriſdictione in quibus titulis iuris uſurpetur.*
3 *Officiales epiſcopi quotuplices in iuriſdictione, & de aliorum officialibus.*
4 *Vicarius epiſcopi quis, & maioris poteſtatis officiali, & de eius poteſtate.*
5 *Inquiſitorum hæreſum officium.*

1 DE officialibus Romanę curiæ, proprium tractatum edidit Gomeſius. De illis quoque & Chaſſaneus tract. Catalogi gloriæ mun-
2 di 4 par. conſid. 29. Ratione iuriſdictionis officia etiam præbent nomina perſonis, ut fidem faciunt tituli,[o] *de officio archidia. de offi. archipresbyt. de offi. delega. de offi. iudi.* Et in lib. 1. Cod. Iuſtiniani, à titulo 29. uſque ad titu.
3 48. & lib. 1. PP. à tit. 10. uſque ad lib. 2. In qui-

o lib. 1. Decret. tit. 23. 24. 25. 28. 29. 30. 31. 32 cũ [illegible] 6. & C[illegible]cri.

De officiarijs quibuſdam ſedis Apoſtolicæ, Vicecancellario, Camerario, Secretarijs, Protonotharijs, & alijs. Cap. XLII.

1 *Vicecancellarij Romę dignitas, & authoritas, munus, & cur non dicatur cancellarius.*
2 *Bibliothecarius non idem fuerit ac uicecancellarius.*
3 *Abbreuiatores maioris & minoris parci, qui in aula Romana, & munus.*
Scriptores aulæ Romanæ qui, eod.
Reſcribendarij in aula Romana qui, eod.
4 *Solicitatores apoſtolici qui.*
Scriptores Archiuij, cubicularij, ſcutiferi aulę Romanę eod.
Plumbatores, eod.
5 *Expeditores contradictorum in aula Romana qui.*
6 *Camerarij Romę dignitas, & poteſtas.*
7 *Auditor camerę apoſtolicę.*
8 *Camera apoſtolica, & eius officiarij.*
9 *Secretariorum apoſtolicorum collegium à quo introductum.*

10 *Breuia-*

10 *Breuia apoſtolica quæ, & quare ita dicta.*
11 *Summiſtæ apoſtolici qui, & eorum munus.*
12 *Protonothary qui, & origo, & munus, & priuilegia.*
Notarij regionarij, eod.
13 *Auditores Rotæ qui, & quot numero, & munus.*
14 *Auditores Rotæ primi & ſecundi gradus.*
15 *Rotæ auditorium quare dicatur.*
16 *Pœnitentiarius Pappæ, & pœnitentiarius Pappæ quis, & munus.*
17 *Auditorum rerum gratiæ, & rerum iuſtitiæ.*
Signaturæ gratiæ & iuſtitiæ unde habeant nomen, eod.
18 *Referendarij gratiæ & iuſtitiæ qui dicti.*
19 *Cleritus ſacri ſenatus quis, & munus.*

1 EST Romæ uicecancellarius cardinalis, qui primum locum dignitate, authoritate, & utilitate hodie Romæ poſt ſumm. pontific. tenet: cancellariæ, apoſtolicæ, & iuſtitiæ præpoſitus.[a] In ratione proprij officij, literarum expeditioni de rebus eccleſiaſticis uniuerſi orbis, & earum expeditoribus præeſt. Nominatus uicecancellarius, non cancellarius: quòd cancellarius dicatur Dei Pappa ipſe ſolus,[b] cuius ac Dei unum
2 & idem dicitur eſſe conſiſtorium.[c] Olim bibliothecarium dictum fuiſſe tradunt uicecancellarium.[d] Negat tamen Gomeſius, qui alium fuiſſe bibliothecarium & ſeruiarium à uicecancellario contendit: ut & adhuc alius in palatio apoſtolico. Quòd autem quidam ſcribunt uicecancellarium potius nominatum, quàm cancellarium, quòd aliquando uicecancellarius de dignitate cum ſummo pontif. contenderit & de æqualitate honoris,[e] totum commen-
3 titium eſt.[f] Sub uicecancellario in cancellaria plures perſonæ 1. Abbreuiatores maioris parci, quorum munus eſt, ex ſupplici libello ſignato, diplomata ſeu literas ſignare, quarum dictatutam, minutam uocant. 2. ſcriptores, qui dictaturam in forma literarum conſcribunt. 3. reſcribendarij, qui taxant ſcriptorum mercedē 4. abbreuiatores minoris parci, qui ſollicitatoribus expeditionum remittere ſolent aliquid eius quod taxatum eſt: & receptis pecunijs taxationis remittunt diploma ad abbreuiatores
4 maioris parci. Sunt ſollicitatores apoſtolici, qui Ianuizerij dicuntur, ſcriptores archiuij, cubicularij, ſcotiferi, ripari, qui ex taxatione diplomatum partem aliquam accipiunt. Plumbatores, notarij ſeu regiſtratores, de quibus & eorum officio Octauianus Veſtrius, lib. 1. Introductionis in Romanæ aulæ actionem, & iudi-
5 ciorum mores, c. 3. Et idem c. 4. meminit de officio expeditorum contradictarum, qui expediūt in cancellaria proprio officio diplomata, quæ
6 concernūt iuſtitiam.[g] Poſt vicecancellarium, qui ſecundus à ſumm. pontific. camerario Romæ locus ſit, qui regimen urbis habet & curam, patrimonio fiſcoque ſumm. pontific. præeſt,[h] diſtribuitque eccleſiæ reditus pauperibus: unde nec morte pontificis eius officium expirat. Putant & camerarium hodie locum ſibi uendicare procuratoris Cæſaris.[i] Alij quia is cameræ apoſtolicæ caput eſt, fiſcoque præ-
7 eſt, præfecto prætorio æquiparant.[k] Multa de auditore cameræ, & iuriſdictione eius Octauianus Veſtrius, quem conſulito.[l] Eſt & qui præſidet cameræ apoſtolicæ, is qui rationibus uniuerſi ærarij præeſt: & rationes aliorum, qui prouentus eccleſiæ in urbe uel alibi adminiſtratum, recipit, & videt, & adiutorio cameræ
8 recēlet, Octauianus Veſt. d. lib. 2. Immod.[m] Sūt & officiarij in camera apoſtolica, quæ eſt alia à cancellaria, & quæ alia tractat; quæ non conceduntur cancellariæ: ſiquidem ibi fiunt expeditiones, per expreſſum iuſſum ſumm. pontific. & ſigno crucis per eum appoſito.[a] Camera apoſtolica dicta, quòd eſſet audientia pontificis domeſtica, in qua ſumm. pontific. tractabat ipſe-
9 met negotia. Introduxit & Innocentius 6. collegium 32. ſecretariorum[o] apoſtolicorum, qui ante eum erant ſecretarij Pappæ domeſtici, & per hos in ſecretaria, vt dicunt, fiunt extra cancellariam & cameram expeditiones de rebus fidem ac rempub. concernentibus tantum, aut reges, principes, reſpublicas, ciuitates, cardina-
10 les abſentes, epiſcopos. De rebus gratiæ, iuſtitiæ, & ex his mixtis olim quidem plumbeis imaginibus ſigillatæ, nunc autem anulo piſcatoris, uel ſub ſigillo breuiori, unde & breuia di-
11 cuntur apoſtolica. In iſto collegio ſecretariorum, ſunt & ſummiſtæ, quorum munus eſt, quędam quæ alibi conceduntur, & quæ debent à ſecretarijs, non à notarijs cameræ uel cancellariæ regiſtrari, diſcernere, & diſcreta ſecretarijs remittere. Ea ſunt literæ facultatum, indultorum, confirmationum, diſpenſationum, abſolutionum, conſeruatoriæ, indulgentiæ, exemptionis, donationis, infeudationis, legationis, regiminis, gratiarum ad uacatura beneficia, nō ta-
12 men ad uacantia. Sunt in curia Romana quoque protonotharij, quorum origo & ſucceſſus hic eſt.[p] Principio Clemens 1. ſumm. pontif. ſeptem creauit[q] notarios, ad deſcribendas diligenter martyrum res geſtas: quibus ſeptem vrbis Romæ regiones parœchiæ dictę, diſtributæ: & regionarij ideo notarij dicti. Statuit autem Antherus 1. martyrum geſta conſcripta ſcrinijs eccleſiæ ſeruari, ideo & illi forſan ſcriniatij dicti.[r] Ceſſantibus deinde martyrijs pace conceſſa eccleſiæ ſub Conſtantino Magno, nihil forſan quod ſcriberent habentes notarij illi, ijdem ex mandato Iulij 1. ſumm. pontif. quæ ad eccleſiam pertinebant ſcribere cęperunt,[s] apoſtolicas quoque literas. Deinceps creſcentibus opibus, & honore, ad differentiam aliorum urbicorum notariorum, dicti protonotharij, id eſt primi notarij.[t] Sicuti & inter eoſdem notarios olim antiquior ſeu decanus protoſcriniarius, uel primicerius appellabatur: cui & inter cæteros facultas, & prærogatiua datandi erat conceſſa. Polydorus Virgilius[u] ſcribit, tempeſtate noſtra excoſſo ſcribendi onere, in ordinē hoc munus abijſſe haud indecorum, etſi uenalis ſit: & hodie eſſe protonotharios apoſtolicos numero 7. qui in id collegium cooptentur. Prę terea extraordinarios ſine numero à ſumm. pōtif. gratuito creatos, qui eius dignitatis priuilegijs perinde gaudent, atque alij, commodum aliud tamen non conſequuntur. Omnes equitando pileo uti nigro tradit, ut internoſcantur à cardinalibus, cum utrique omnes lineam to-
13 gam induant. Auditores Rotæ antiquitus ſine numero deputati, ad audiendum & referendum tantum[x] ſedi apoſtolicæ: ſed creſcentibus ſedis negotijs data & illis definiendi poteſtas.[y]
14 Auditorum dehinc definitus numerus ad 12. 13. & 14. Duplicis generis, primi & ſecūdi gradus: primi gradus, in prima lite uel inſtantia: ſecundi, appellationum iudices. Qui examinātur hodie à uicecācellario, habētq; pro inſignibus cappam, ut dicunt, rochetum, & biretum.

De

a Cardinal. in cle. 1. de elect. & q antiq. gloſſat. proœm. ad regul. et cellar.
b eide Gomeſii in proœ. ad reg. cancellar.
c Hoſtien in c. quâto de trāſlat. epiſ. Guill. Bened. in repe. ca. à ſynodus, in ver. & exorē nomine, num. 205 de teſtam.
d can. Hadrianus, in 1. maſtu gl. 63 diſt. gloſſ. eorique in proœm regu. cancell. & dict. Gomeſ. in d. proœm.
e ſ. et Guill. Benedic d. ca. & ad d. verba deciſ. 4. num 203. Zabarel. in clem. ne Romani, de elect.
f Gomes. in d. proœ. dū agit de diminutione dignitatis epiſcoporum.
g vide etiā de hoc officio auditoris contradicta. gl. Goffredū, & Hoſtienſ. in clemē. auditor. de reſcript.
h c. ad audientiam, de præſcript. clem. ne Romani, de elect. & ibi gloſſ. plura, & Cardinal Zabrel & Boniſa. Vitellinus, Gomeſ. in d. proœ. regul. cancell.
i Capit. deciſ. 97. Ioan. 1. Bologuet. in rub. de offi. eius cui mād. eſt iuriſd. num 17.
k arg. §. eos autem, de collato. & l. vlt. de cauſſ. tribut. li. 10. C.
l Octauia. Veſtri li. 2. Introductio ca 3 3.
4. A gidius deciſ. po 303 304.
m cap. 6.
a vide Octauia. Veſtr. d. 2. li. Introd. c. 4.
o Idem, eod. li. c. 3.
p ex Gomeſio, in proœ. regu. cancel. q. 1.
q Damaſus, & Platina, in Clemente.
r gl. in c. ad audientiā, de præſcript.
s Damaſ. in vita Iulij.
t Ioan de Platea, in l. 2. de primicer. li. 12. C.
v Polyd. Virg. li. 4. de Inuentor. rer. c. 11.
x Spec tit. de lega. § iā nunc dicendū, verſi. item nō obſtat.
y Speculator, tit. de auditore.

a Gomeſ. in proœ. reg. cancell. q. 1.

de quibus uide Gomeſium. [a] Principio ſumm.
pontifex cauſas quæ ad illnm ex uniuerſo orbe
deuoluebantur iudicandæ, ſi non eſſent conſi-
ſturiales, quæ ſacri palatij dicnntur, per ſeipsũ
audiebat ſeorſum à ſenatu, in capella ſua, adhi
bebatque iuris peritiſſimos ſecum in andien-
tia earum, unde & pontificis capellani, qui au-
ditores uunc: deinceps paulatim ab hoc onere
ſe ſubtrahentes ſumm. pontif. andientiam dele
gabant, & nunc committunt, poſtea & deciſio-
15 nem: Rotæ auditores dicti, quòd ij in orbem ſe
dentes, controuerſias accurate rotant & exami
naut, ut pro oraculis habeantur illorum iudi-
cia: [b] etſi in præſentia Pappæ ij auditores, uel
alij in eius præſentia non habeant ius ſtatuen-
16 di, nec plenam ordinariam poteſtatem. [c] Pœni
tentiarius ſummus eſt ipſe quidem Pappa, qui
ut D. Petrus abſoluendi & ligandi pœniten-
tes, [d] poteſtatem accepit uerum ſolet is mnnus
id hodie uni cardinalium delegare, quem ſum-
mum pœnitentiarium uocamus, uel maiorem
pœnitentiarium, qui poſt uicecancellarium &
camerarium honore dignior eſt. Et hic quoque
habet alios uicarios, quos pœnitentiarios uo-
cant in eccleſijs D. Petri in Vaticano, D. Ioan-
nis in Laterano, Diuæ Mariæ maioris. Hoc pœ-
nitentiariæ officium pro commodiore expedi-
tione confluentium, habet 24. patronos ſuppli
cum, quos eiuſdem ſacræ pœnitentiariæ procu
ratores uocant, qui cauſas dictant, & orant a-
pud ſummum pœnitentiarium, & poſtulata
concedi, & diplomata expediri curant. De qui-
bus, & quæ ſoleant, ab illis concedi, uide Octa-
uianum Veſtrium lib. 1. Introductio. cap. 2. &
Gomeſium, in prolo. regula. cancellariæ q. 1.

b Vide Octa. Veſtrium, lib. 1. Introd. in Roma. aula actio. c. 17 & Gomeſ. in proœ. reg. cancell. q. 2.
c gloſ. antiqua in reg. cancell. 27. per gloſ. in clem. auditor, de reſcript.
d Matth. 16.

& proprio tractatu, de poteſtate & ſtylo officij
ſacræ pœnitentiariæ, Cardinal. & alios in clem.
ne Romani, de electio. ubi de hoc munere, &
17 eius origine. Hoc officium etiam non extingui
tur morte ſumm. pontif. Sũmus item pontifex
pro commodiori ſupplicum expeditione, duo
conſtituit auditoria: in quorum uno, ea quæ
gratiam, in altero, quæ iuſtitiam concernunt,
poſtulantur. Inde ſignaturæ gratię, hinc ſigna-
turæ iuſtitię prodeunt. Habet ſignatorem quod
libet auditorium, ei negotio præpoſitum, dum
ſummus pontif. non poteſt per ſe ſignare, alijs
18 occupatus: In utroque ſunt omnes quotquot
ſunt iuriſperiti cardinales, uel alij prælati iu-
riſperiti, qui referendarij dicti ſunt gratiæ, uel
iuſtitiæ: quorum & cuiuſque munus eſt, ſuppli-
cium poſtulata uidere. Et ſi ſint de his quæ ſo-
lent poſtulantibus concedi, in capite ſupplica-
tionis nomen ſuũ apponere, quo ſolent ſum.
pontif. uel cardinali ſignatori, rem eſſe conce-
dendam ſignificare. Si autem dubia poſtulata
ſint, cum alijs conferre. Vide hac de re dict. O-
ctauia. d. lib. 1. c. 3. & Gomeſ. in tract. de utra-
que ſignatura, poſt reg. cancellariæ, de non iu-
19 dicando iuxta formã ſupplicationis. Eſt & cle-
ricus ſacri ſenatus, qui in camera apoſtolica,
iura & prouentus cardinalibus deſignat, & alia
ſi quæ tractantur ipſos cardinales tangentia
tuetur & defendit. [e] Sunt aliæ perſonæ, quæ
iuriſdictioni eccleſiaſticæ ſubſeruiunt, qua-
rum munus, quia commune eſt cum alijs per-
ſonis fori ſecularis, ad perſonas, quas circa
iudicia conſiderabimus Deo fauente, reijcie-
mus: ut aduocatorum, procuratorum, & ſimi-
lium.

e Octauia. d. li. 1. Introductio. cap. 11.

Syntagmatis iuris uniuerſi Libri Decimiquinti Finis.

DE PERSONIS SACRIS ORDINIBVS INITIATIS, ET DE EARVM SACERDOTIIS,

Liber Decimuſſextus.

De ordinatis in genere, & de clericis. Caput I.

1 *Chriſtiani laici clerici, & in tertio genere religioſi, eccleſiaſticæ perſonæ, conuerſi, canonici, &c.*
2 *Laici qui, & unde dicti.*
3 *Eccleſiaſticarum perſonarum diuerſa appellatio ab ordine, gradu, & miniſterio.*
4 *Ordines ſacri, gradus ſunt ad ſacerdotium, & epiſcopatum.*
Honores per gradus deferendi, eod.
5 *Clerici omnium ordinum perſonæ dici poſſunt.*
Clericus, & cleros quid.
6 *Clericorum primus gradus, proprie clericorum dicitur, ſimpliciter à prima tonſura.*
7 *Tonſura prima quid.*
8 *Tonſura prima ſeu corona, ianua omnium ordinum, & beneficiorum.*
Tonſuram probare per literas oportet, alioquin quis eſt incapax beneficiorum, eod.
9 *Tonſura prima inter ordines num numeretur.*
Theologorum negantium, & iuris Pontificij interpretum aſſerentium pugna.
De pontificatu, num ſit ordo, eorumdem pugna. eod.
Ordines ſacri num 7. uel 9. eod.
10 *Milites addicti, & tyrones.*
11 *Corona prima quare exigua, & parua.*
12 *Sacerdotium regale munus eſt.*
13 *Tonſio capillorum ſymbolum abrationis rerum ſecularium.*
14 *Tondebant ſe, qui ſe ſanctificabant.*
15 *Radere caput quando, & quare ſacerdotibus olim prohibitum.*
16 *Raſio capitis & corporis ſacerdotibus ethnicorum communis.*
17 *Veſtalibus capillus tondebatur.*
Capillum nouebant uirgines. eod.
18 *Raſio ſacerdotum Chriſtianorum prædicta per Eſaiam.*
19 *Detonſionis cauſæ.*
20 *Detonſio capilli luctus tempore. Item & ſubmiſſio quare.*
Vxores ubi perpetuo maritos lugent. eod.
21 *Tonſio capillorum pro pœna.*
22 *Tonderi apud Gallos populare erat, non principum, aut nobilium.*
23 *Tonderi, ſignum olim ſeruitutis.*
24 *Tondebantur qua ætate Græci iuuenes.*
25 *Comæ fluminibus cur ſacratæ.*
Comas, uirgines maritum ducturæ deabus ſacrabant. eod.
26 *Adoptio per inciſionem capilli.*
27 *Tonſio capillorum ad mundiciem.*
28 *Tonſura monachorum quid ſignificet.*
29 *Tonſio monachalis liberabat à mortis periculo.*
30 *Baptizatis infantibus comas detondent Moſcouitæ.*
31 *Tonſura prima quomodo ordo eſſe dicatur.*
32 *Clerici ne comam, uel barbam nutriant.*
33 *Clerici primæ tonſuræ ſine gradu, aliorum ordinum maiorum reſpectu.*
Clericatus priuilegium quibus amittatur, & 34.
34 *Clericatus priuilegia quædam.*
Clericus coram eccleſiaſtico iudice conueniendus, & quando coram ſeculari. eod.
35 *Clericum offendens excommunicatus.*
36 *Ceſſum facere percuſſo clerico quid.*
37 *Epiſcopatus quomodo ordo, & non ordo dicatur.*
38 *Clericorum omnium bene uiuendi quædam leges.*

1 DVo ſunt genera Chriſtianorum quorũ alij laici, alij clerici ſunt: [a] qbus tertium genus addẽdum, eccleſiaſticarum perſonarũ, eorũ qui nec laici, nec clerici dicuntur, ſed uel religioſi, uel conuerſi, uel canonici, uel moniales, aut ijs ſimiles, qui nominibus eccleſiaſticis & à clericis ſeparantur. [b] Reijciunt & interpretes ad hunc tertium ordinem, reges & Imperatores inunctos ſeu conſecratos: etenim ungi plerumque ſolent. [c] Latius ſic patet eccleſiaſtico-
2 rum, quàm clericorum appellatio. Laici dicti uidẽtur à λαὸς, plebs, turba populi, λαὸς, à λᾶας, uel λᾶος, lapis: ferunt enim uel fingunt, ex iactu lapidum Pyrrhæ uxoris Deucalionis, durum hoc vulgus procreatum [d] quia populus inordinatum quippiam eſt, & bellua multorum ca-
3 pitum. Sortiuntur autem uarias appellationes eccleſiaſticæ perſonæ, ratione ordinis uel gradus, quem obtinent in eccleſia, uel ob eius mi-
4 niſterium. Fuerunt quippe gradus in eccleſiaſtica diſciplina prudenter diſtincti, per quos quis ſe exerceret, antequam ad faſtigium & dignitatem ſacerdotij perueniret, [e] uel ad epiſcopatus apicem: ne inuerſo ordine prius fieret quis dux, quàm miles: prius miles emeritus, quàm tyro, aut antequam ſtipendia meruerit: ne citius magiſter quàm diſcipulus. [f] Et utroque iure receptum eſt honores non promiſcue, uel ſine delectu perſonarum, ſed gradatim deferendos. [g] Scripſitque Beatus Gregorius Siagrio [h] epiſcopo, ordinatè ad ordines aſcendendum: quòd caſum appetat, qui ad ſummi loci faſtigiũ poſtpoſitis gradibus p abrupta quærit aſcenſum, nec nuperrime ædificati parietes tignorum pondus patiuntur, priuſquam ſi à no-
5 uitatis ſuæ humore ſiccentur. Generalis porro ordinum cõcluſio, appellatione clericorum intel-

[a] ca. duo ſunt, 12. q. 1.

[b] c. cum dubiũ, ca. de monialibus, de ſent. excom. lib. 5 Decretal. tit. 39.
[c] c. vni. § vnde in veteri, de ſacra vnctio. ap. Grego.

[d] Vide Ouid. li. 1. Metamor. Fabu. 8.

[e] ca. ſi officia, cum ſeqq. 59. diſtin.

[f] cap. cum in magiſtrum, ca. 49 de electio. l. 1. Decret. ti. 6. c. miſerũ, 61. diſt. can. ſi clericatus, 16. q. 1.
[g] ca. legimus, in § 93. diſt. l. vt gradatim, de muner. & honor. in P.
[h] ca. honos, 48. diſt.

Intelligitur:nam hoc ordine, omnium ordinũ
eccleſiaſticorum perſonæ,late ſumpta ſignifica
tione, ueniunt, [a] prout differunt à populo, qui
laici nomine dicitur. Vt tot ſint clericorum ſpe
cies,quot ſunt ordines.[b] κλῆρος antè dicitur ſors,
uel pars ſortita,uel cõtingens alicui:unde & hę
reditas κλῆρος,apud Iſæum oratorem,[c] & Demo
ſthenem,[d] alijs κληρονομία. Cæterum receptum
inter Chriſtianos,ut κλῆρος,uel clerus peculiari
nomine dicatur collegium, uel allectio eorũ,
qui miniſterio ſacrorum dant operam: ſicuti &
ex duodecim tribubus Iſraelis, una Leui uoca
tur,cui Deus pars & hæreditas.[e] Vnde & κληρι-
κὸς adiectiuum,qui ex clero eſt,uel ad clerũ per
tinens apud pontifices,[f] & Tertullianum.[g] Et
proinde qui hodie allegantur in clericorũ or-
dinem,palam ſacrum profeſſionis huius uerſi-
culum [h] pronunciant, *Dominus pars hæreditatis
meæ, tu es qui reſtitues hæreditatem meam mihi.*
6 Clericorum primus gradus, ſimpliciter appel-
latur clericorum:cui confertur prima tonſura,
7 eſtque initiati uerticis nomen, dum Dei mini-
ſterijs ſe primum inſcribit,& tyrocinium mili-
tiæ cœleſtis profitetur, detonſo leuiter ab epi-
ſcopo uel ab abbate,ſi monachus eius eſt,capil
8 lo.[i] Dicuntque interpretes primam hanc tonſu
ram,uel coronam, eſſe ianuam omnium ordi-
num,[k] ut qui ea caret,incapax ſit beneficiorum
eccleſiaſticorum:quia per ea fit clericus,& idcir
co eam oportet probare,nec ſufficit habitũ ali-
quem fuiſſe pro clerico, niſi de literis tõſurę do
ceat,ut ait Dominicus.[l] Clericorum ſeminariũ
etiã nos dicimus,unde omnes alij prodeunt,ue
lut ex equo Troiano. Atque ideo confertur tan
tum maiori infantia,& literato tantũ, non con
iugato,& à proprio epiſcopo,uel ex eius licen-
9 tia.[m] Qua forſan ratione uidentur Theologi,
inter ordines eccleſiaſticos hunc rectè non an-
numeraſſe,[n] quòd omnium appellationem ſu-
ſcipiat:numerantes ſeptem ordines tantum,nẽ-
pe oſtiariorum,lectorum, exorciſtarum,acoly-
tarum,ſubdiaconorum,diaconorum,presbyte-
rorum,omittentes primam illam tonſurã & põ
tificatum, quæ duo ab Hoſtienſi [o] numerantur
inter gradus & ordines, quem ſequuntur fere
omnes iuris pontificij interpretes.[p] Dicũt autẽ
ſacræ paginę interpretes, pontificalem ordinẽ
proprie non eſſe gradum,ſed dignitatem & or-
dinum apicẽ, in quo ſpeculationis uni ex preſ-
byteris ſit curæ demandatio: & primã tonſurã
uel coronam eſſe ſignaculum,quo ſignantur in
partẽ ſortis miniſterij diuini;deſignationẽ quis
dixerit rectè potius ordinandorũ, quã allectio-
nem. Quod mihi magis probatur exẽplo arma-
tę militiæ Romanæ,in qua non ſtatim ſacramẽ
tum militare præſtabatur, nec militare omni-
bus licebat,ſed prius delectus habebatur iuuen
tutis,euocatione facta,& poſtea addicebantur
militiæ, & ſcribebãtur dehinc inter ordines, ut
10 apud Liuium [q] obſeruare licet. Vt addicti mili-
tes poſtea inclinãre imperio dicti ſunt tyrones,
unde Ammianus Marcellinus,[r] dixit tyrocinia
cogere:ex quibus inaugurabantur milites,& ſti
pendia accipiebant per ordines militares diſtri
buti,nec ordo militaris erat tyrocinium,uel ad
dictio,uel electio, nec milites ante illam inſcri
ptionẽ,ut ait Vlpianus.[s] Neq; etiã ante tyroci-
nium ad militiã accedere licebat.[t] Quamobrẽ
& reor in hac militia cœleſti uerticis initiatio-
ne nõ eſſe ordinẽ,ſed ueluti tyrocinium & præ
ludiũ ad ordines eccleſiaſticos: ex quo tamen,
ueluti ex tyronibus milites, ad ordines promo
uendi accipiãtur, ut ex ſeminario eccleſiaſtico.

a c. uel ſi de de mo nialib. de ſent. excom. c. non dubium, eo. tit. ca. cum tibi, de benignitate.
b de verb. ſignific. in canonib. apoſto. ca. 22.23.19. in Laodicen. ſynod. cap. 24.
c can. clericos, 21. diſtinct. l. in orationibus, Iſæi inſcriptis, ὑπὲρ τοῦ κλήρου ... κλῆρος.
d Demoſthenes oratione. κλῆρος.
e Numer. c. 18. verſ. 20 & Deutero. 18 verſ. 2.
f ca. cleros, 21. diſt. c. cũ ſecundum de præbẽ. ap. Grego.
g Tertul. li. de monogam.
h ca. Pſal. 15.
i ... ſemin. ... 21. de qua. & qualit. & 77. diſtin.
k interpre. in clem. 2. de uit. & hon. cler. & c. cum coniugat.
l conſil. 93 incip. præmitte primo.
m c. nullus epiſcopus, de tẽpore, ordinat. in 6.
n vt tractant ſcholaſti. Theologi. lib. 4. ſentent. diſt. 24.
o Hoſtien. in ſum. tit. de tem por. ordi.
p In ſenten. patrum, lib. 4. diſt. 24. lite. I.
q Liuius, lib. 2. Deca. 3 & in li. 4. Deca. 1.
r Ammia. Marcell. li. 19.
s l. ex eo l. 41. de re milit. ... lib. ... P.P. 2.
t l. 1. de tyron. lib. 12. C.

Sic enim & fieri debere monuit Valentinianus
Cæſar Occidentis,ſcribens epiſcopis Orientali
bus,ut refert Nycephorus [u] de determinatione
concilij Illyrici, ut eligerentur epiſcopi quidẽ
ex præfectis ſanæ mentis & doctrinę,qui magi
ſtratum epiſcopalem geſſiſſent,ſiquidem exta-
rent, ſin minus ex ipſis presbyteris: presbyteri
antẽ ex ipſo ſacro clericorum ordine, ut omni
ex parte irreprehenſibiles eſſent,qui non ex cu
11 ria,uel ex militari magiſtratu fuiſſent lecti. Ac
cedit, quòd capillorũ detonſio in hac prima tõ-
ſura lenis eſt, nec raſionem continet eandem,
quã alij ſacri ordinis miniſtri ferunt, & uertex
tantum depilatur capitis,ut non omnino coro
nati regali illa eccleſiaſtica & militari corona
uideantur, ſed ad coronã per ſymbolũ exiguæ
coronæ uocati, ſi uelint ad eã per gradus contẽ
dere. Regale enim officiũ,& munus eſt ſacerdo
tiũ:ſicque D. Petrus ſcribit, [x] *Vos eſtis genus ele*
12 *ctum, regale ſacerdotiũ*. Et ſeruire Deo regnare
eſt, eo quòd per ea ſacra exercitia ſerio exhibi-
ta,certius qui exhibet, ad immarceſſibilem glo
13 riam, coronã,& regnũ Chriſti uocatur.[y] Quã-
uis & ſymbolũ tonſionis, cõtẽptus rerũ harum
ſecularium & temporalium ſit,& electionis ob
ſequij & famulitij diuini, & deuotionis factæ
ſui ipſius omnino Deo, ex electa firmaque uo-
luntate:quæ quia non eſt tanta in illis qui ſim-
pliciter clerici ſunt,ac in cæteris qui diuina tra-
ctant myſteria,ideo nec tanta coronæ, uel ton-
ſuræ, uel raſionis, uerticalis ſiue capitis dilata-
14 tio. Attonſa tamen utriuſque in uertice coma.
Nam mos hic omnibus fere temporibus & in
omni religione obtinuit,ut capillos ſucciderẽt
qui Deo ſe dicarent ex uoto:ſiue in perpetuum,
ſiue ad tempus ſe ſanctificarent,aut ſi commu-
nibus ſe ſepararẽt,fecit hoc Priſcilla, Aquila,[z]
D. Paulus,ipſe,& alij diſcipulorũ. Sicuti & ſcri-
bit Herodotus,[a] Argiuos à Lacedæmonijs ui-
ctos condidiſſe legẽ,ſe deuouentes,ne prius co-
mam alerent, neue illorũ mulieres aurũ ferrẽt,
quã Thyreas recuperaſſent. Et olim Nazareni
poſtquã ſanctificati erãt & uotũ impleuerant,
peracto ſacrificio radebant ante oſtiũ taberna-
culi fœderis cæſariem conſecrationis ſuæ, inij-
ciebanturque capilli in ignem qui erat ſuppoſi
15 tus ſacrificio pacificorum.[b] Prohibuit tamen
Deus ſacerdotibus in Leuitico,[c] ne raderent ca
put,uel barbã:ne uiderentur imitari paganorũ
& idololatrorũ ſacerdotũ ritũ,q, ut ait Baruk,[d]
ſedebant habentes tunicas ſciſſas,capita & bar
bam raſã, & ea ratione Nazarenus nõ reddeba
tur tẽpore conſecrationis ſuę:quia eo tẽpore e-
rat deputatus cultui diuino.[e] Prohibetur & om
nibus Iſraelitis in Leuitico [f] rurſus,non atton-
dere comam in rotundũ,ſicut ethnici faciebãt.
In Leuitico tñ eſt c.19. uerſ.23. in Heb. לא תקפו פאת ראשכם
id eſt, *non ſuccindes angulos capitis*,
ſcilicet pilorũ: non enim ibi raſio capitis ſupe-
rior intactis illis angulis inferioris comę,ſed in
ferioris partis prohibita erat:uel ex integro pro
hibita raſio. Noſtri autem ſacerdotes non infe
riores partes, nec omnino caput radunt:unde
raſio eorum nõ eſt uetita:in qua inferiores par-
tes pilorũ ſunt,& peot,id eſt,limbi & anguli. Di
xerũt & Rabini Iudęorũ ſum. pontif. legis anti-
quę (quod tamẽ per Ezechiele iubet Deus om-
nibus ſacerdotibus [g]) nõ debere nutrire comã,
ſed ſingulis octenis diebus tõdere oportere. Id-
que notat Paulus Iſraelita in pręcepta Iudęo-
rũ.[h] Et quamuis in Leuitico uideatur depilatio
prohibita, nõ tamẽ uetita tõſio,uel raſio,rema-
nẽtibus radicib⁹ pilorũ. Sic enim uerba Hebręa

u Nicephorus, Cal. li. 11. hiſto. eccleſ. c. 30.
x 1 Petri, 2.
y ca. duo ſunt, 12. q. 1. ex D. Hieronymo, in q. de duob. generib. ho. ad quendam leuitam.
z Actuum, 18. 1. Corinth. 11.
a Herod. li. 1.
b Numero. c. 6.
c Leuit. ca. 21.
d Baruk, 6. ca.
e Numero. c. 6.
f Leuit. cap. 19.
g Ezechiel. ca. 44 cap.
h Paul. Iſrael. in præcept. ... Iudæo. præc. 101.

ſonant Leuitici cap.21.uerſ.6.de ſacerdotibus.
לא יקרחה קרחה בראשם ופאת זקנם לא יגלחו, id
eſt, *non depilabunt caluitiem, & angulum barbæ nō*
16 *detondebunt*. Voluit autem quantum fieri po-
tuit Deus populū ſuum, qui duræ erat ceruicis,
& pronus ad idololatriam, etiam à cæremonijs
ſimilibus auocare, quæ idolorū poſſent referre
cultum. Radebant autem caput idololatræ ſa-
cerdotes, qui Iſidis ſacris fuerant deuoti: cuius
ſacerdotium & aucupatus Comodus Cæſar, ca-
a Spart. in Peſcennino nigro.
put raſit, ut ſcribit Spartianus.[a] Meminit & He
b lib. 2.
17 rodotus[b] in Euterpe, ſacerdotes quoquo die to
tum corpus radere, ne quid eis inter ſuorū deo-
rum cultum aut pediculi, aut alterius ſordis cre
c lib.16. Hiſto. natur. c. 44.
etur. Plinius quoque tradit.[c] Veſtalibus capil-
lum ademptum, & ad Luton quandā arborem
in Lucinæ area delatum. Sic Apollonius Rho-
d Appoll.lib 4. Argonau. verſ. Græco 11.
dius,[d] dum de Medeæ fuga agit ex Colcho, re-
fert quòd ea oſculata ſuum thorum, & bifores
utrinque poſtes, & parietes contrectauit, ac ma-
nibus prolixum euellens crinem thalamo mo-
numenta matri reliquit uirginitatis, flebilique
18 lamentabatur uoce. Verum & prædictum fuit
per prophetiam Ieſaiæ, futurum in diebus Meſ
e Iſaias, ca.7.
ſiæ, ut raſio fieret. Sic enim[e] is ait, loquens de
diebus natiuitatis Emanuelis & Meſſiæ, *In illa
die radet Dominus nouacula conducta, uel acuta ijs,
qui ſunt trans flumen Aſſyriorum caput, & pilos pe
dum, & barbam totam*. Detulit autem barbam &
capillos dominus noſter Ieſus Chriſtus, quia
nihil radendum fuit, uel amputandum penitus
ſancto: nobis autem, qui uocati ex gentilitate
ſumus, cum penitus infecti fuiſſemus omnia ſu
perflua amputanda fuerūt, Deo ſeruituri, ut ait
f Franc.Venet. libr.Proble. ſacræ ſcripturæ, To. 6. ſectio 6. proble.197.
19 Franciſcus Venetus.[f] Paganorū itaque & iſta,
ſed in eccleſia Dei recepta alia ratione, retenta
cauſa tonſionis, quæ olim potuit eſſe, uel ob in-
dicandam mœſtitiam & luctum, uel ob ſubie-
ctionem profitendam, uel ob munditiem, ob re
nunciationem temporalium & ſuperfluorum,
& in contemptum lautitiæ. Ob mœſtitiam au-
tem capillum qui tempora lætitiæ promiſſus
g Iob, cap.1.
& longus erat, decidi docet nos Iobi hiſtoria:[g]
quæ narrat Iobum audita filiorum clade, toton
h Hiere. cap.7.
diſſe capillum. Et ab Hieremia dictum eſt,[h]
*Tonde capillum tuum & proijce, ſume in directum
i Miche. cap.1.
planctum*. Dixit & Micheas,[i] *decaluare & deton-
dere ſuper filios deliciarum tuarum, dilata caluitium
tuum ſicut aquila, quoniam captiui ducti ſunt ex te.*
k Plut. in vit. Alexan.
20 Scribunt Plutarchus,[k] & Arrianus,[l] Alexan-
l Arrianus, de geſt.Alexā. idē quoque Aelia. li.7 De var.hiſto.ca.8.
drum Magnū, mortuo Epheſtione amico, pro-
pugnacula urbium diripuiſſe, equos & mulos
tonderi iuſſiſſe, in ſignum mœſtitiæ & luctus.
m Sueton. in Calig. c.5.
Scribit Suetonius,[m] mortuo Germanico, patre
Cæſaris, regulos quoſdam barbam poſuiſſe, &
uxorum capita raſiſſe ad indicium maximi lu-
n D.Hieron.in c.7 Hierem.
ctus. Et diuus Hieronymus[n] & Gregorius Ma-
o D. Grego. Mag. lib 2 Moral.& in Iob, c. 27.
gnus,[o] morem ueterum fuiſſe notant, ut quiſq;
ſpeciem ſui corporis capillos nutriendo ſerua-
ret: eoſque tempore afflictionis abſcinderet. Et
rurſum, ut is qui tranquillitatis tempore eos re
ſcinderet, in afflictione nutriret. Ea de cauſa e-
tiam, rei criminum ſubmittebant capillū apud
p Plin. Iunior, li.7. Epiſt. Suræ ſuo.
Romanos, ut ſcribit Plinius iunior.[p] Et Neo-
ptolemus filius Achillis, poſtquam uindicatā
necem ex Alexandro necato a Philoctete uidit
patris Achillis initium lugendi ſumpſit, & una
cum Phœnice & Myrmidonū exercitu, crines
ſepulchro depoſuit, pernoctauitque in eo loco,
q Dict. Cret. li. 4 de bello Troiano.
teſte Dicti Cretenſe.[q] Idemque refert,[r] quòd
r idem libr. 5. bel. Troia.
poſtquam Neoptolemus cremauit corpus Aia
cis, & in urnam cineres condidit, & tumulum
erexit, poſtq; funus per tres dies publicè ſuſce-
ptum, omnes reges comam apud tumulū eius
depoſuiſſe. In Chubda ciuitate, quæ uicina eſt
ciuitati Tangaſt in finibus Indiæ præfectum
mortuum cōiuges eius, lege ita iubente, perpe
tuo lugent, neque unquam a ſepulchro diſce-
dunt, pullata ueſte indutæ, & capite nouacula
raſo, teſte Nicephoro Caliſto.[s] In Deuterono- s Nicep. Cal.li. 10 hiſtor. eccle. cap. 30.
mio,[t] lex Dei de captiua poſita: *Si uideris mulie-* t Deuter. c.21.
*rem inter captiuos pulchram, & eam uolueris duce
re in uxorem, introduces eam in domum tuam, quæ
radet cæſariem, & circumcidet ungues, & deponet
ueſtem in qua capta eſt, ſedenſque in domo tua, fle-
bit patrem & matrem ſuam uno menſe*. Et Hero-
dotus[u] apud alios ritum eſſe ait, ſtatim in fune u Herod.in 1.
re proximi capita deglabrare: Aegyptios autē
in funerib⁹ ſinere capitis crines augeſcere, bar-
21 bam tamen tondere. Obtinuit & iure ciuili, ut
ſeparato matrimonio, quòd pertinet ad thorū
ob cauſam fornicationis, adultera, quæ non eſt
reconciliata marito poſt biennium, tōdeatur,
& in monaſterium pœnitentiæ agendæ cauſa
transferatur.[x] Iubet & Carolus Magnus,[y] dū x auth.ſed hodie, ad l. Iul de adul.li.9 C.tit. 9. §. ſi quando vero, vt nulli Iudi. lic. habe. loc. ſeruat. in auth.coll. 9.ti.9
agit de conſpirationibus, ut conſpiratores qui-
dem, qui executi aliquid fuerint, occidātur: ſed
ſi adhuc nihil tentauerint, ut mutuò ſe flagel-
lent, & capillos ſibi uiciſſim detondeāt. Et hoc
uidetur translatum a lege Numæ, quia ita cau- y in c.de cauſis adnumēdis, tit. de pace cap.10. fol. 69.
tum, *Pellex*, id eſt, concubina, *ædem Iunonis non
tangito, ſi tangat Iunoni crinibus dimiſſis, agnam fæ* z Gell. libr. 4. Noct. Atti.c.3.
minam cedito.[z] Refert Gregorius Turonenſis[a] a Greg. Turo. libr. 2. hiſtor. Franco. cap.41.
Clodoueum regem Francorum, indignatū con
tra Chataricū, q is in auxilium uocatus in pu-
gna contra Siagrium, eminus ſtans neutram
adiuuaſſet partem, expectans rei exitum, ut ui-
ctori ſe tantum iungeret, eundem Chataricum
cum filio dolo comprehenſos uinctos toton-
diſſe, & Chataricum presbyterum, filium uerò
diaconum ordinari iuſſiſſe. Imperator Ludoui
cus, in legibus Longobardorū[b] etiā ſic ſtatuit. b libr. 1. leg. Lōgobard.ti.de dam. in via da-to.l.fin.
*Volumus ut ſi qualibet perſona in finibus regni no-
ſtri ignem ut ſylua committere auſa fuerit, diligenter
inquiratur: & ſi ſeruus comprobatus fuerit hoc fe-
ciſſe, dominus eius ad flagellandum, & caput ton-
dendum tradat, aut pro eo quicquid damni fecerit,
emendet, &c.* Statuit Cōſtantinus Porphyroge-
neta Imperator Orientis,[c] ut homicidæ uolun c in iure Orientali l.1 ti iſcripto, [illegible]
tarij, quibus miſerationis cauſa uita indulge-
tur, monaſterij regula perpetuo coerceātur: la
ſciuia autem uel alio caſu occidentes, nō cogi.
Quæ etiam ſtatuit nouella Emanuelis Comne
ni Cæſaris.[d] Erat in ſemma frequens antiquis d in prod. iur Oriētali, in ea cōſtitutione, [illegible]
22 Francis pœna tōderi.[e] Solebant & antiqui Gal e Bea.Rhen.li. 2.rer. Germani.
lorū tondere aliquos, ut popularem & plebeiū
eſſe ſignificarent. Vt mos potiſſimum antiquis
nobilibus Francorū, comā nutrire. Quamobrē
Childebertus uidens quòd Chrotogildis mater
regina, quæ Pariſijs morabatur, filios Clodome
ri fratris ſui diligeret, metuens ne illis regnum
relinqueret, conſilium init cum fratre Clotha-
rio, num ſatius eſſet, ut illi inſciſſa cæſarie, ut re
liqua plebis haberentur: an uero occiderētur,
23 ut ait Gregorius Turonenſis.[f] Fuerunt detonſi f Greg. Turo. li.3. hiſt. Franco cap 17.
quibuſdam capilli in ſymbolū ſeruitutis apud
Longobardos, ut ſcribit Æmilius.[g] Pilum bar- g Aemilius, in Carolo, Magno, in Clodoueo, & Clotar 2.
bamque ponere ſanctioris cuiuſdam deditio-
nis & ſignū regiæque maieſtatis inſigne eſt. Ex
tant leges Salicæ,[h] quibus ſic ſtatuitur, *Qui pue* h in lib. leg.Salicarum, 28 tit. de homicidijs, paruulorum. §. 2.& 3.
*rum crinitum ſine conſilio, aut uoluntate parentum
totōderit, malberg, ſchuiſara chrogomo, 2500. dena
rijs, qui faciunt ſolidos 62. & dimidium, culpabilis
iudicetur*. Et alia, *Si uero puellam ſine patris aut
matris authoritate totonderit, threotidia 1800. de-
narijs, qui faciunt ſolidos 45: culpabilis iudicetur*.

Statuit

Statuit Clodio rex Francorum, anno quo poſt
mortem patris regnum adeptus eſt, ut Franci
omnes comam & barbam nutrirent, ut inter-
noſcerentur à Gallis, quos ſubactos tonderi iu-
bebat, in ſignum ſeruitutis, ut author Trithe-
mius, [a] Seruis enim olim comam nutrire erat
prohibitum, ut annuit Ariſtophanes, [b] *δοῦλος
ὢν*, inquit, *κόμην ἔχεις*, id eſt, *ſeruus cum ſis, comam
nutris*. Etſi Sidonius Apollinaris, [c] dum con-
queritur de Soronati tyrannide in Aruernia
Hecdicio in epiſtolis. *Si nullæ ſint* inquit (*quan-
tum rumor eſt*) *Anthemij principis opes, ſtatuit te
authore nobilitas Fræcorum ſeu patriam dimittere,
ſeu capillos*, id eſt, libertatem. Atque etiam in
cõtumeliam raſam fuiſſe barbam, uel mediam
partem legimus à Dauidis legatis, per Amoni-
tas & Anonem regem illorum. [d] Sic Aribertus
26. rex Longobardorum Rhotaritum ducem
Bergonum, & Fœdonem regem cum cepiſſet,
eorum caput & barbam radens, Taurinis in exi
24 lium retruſit, ut ait Paulus Diaconus. [e] Memi
nit at Scholiaſtes Homeri, [f] quòd *ἔθος ἦν τοῖς
Ἀρχάδαις μετὰ τὸ παρακμάσαι τὰς νεότητος, τὰς κό-
μας ἀποκείρειν τοῖς ποταμοῖς*. Et Euſtathius, *ἔθος ἦν
τρέφειν κόμην τοὺς νέους μέχρι καὶ ἀκμῆς, εἶτα κείρειν
αὐτὴν τοῖς ἐγχωρίοις ποταμοῖς*, id eſt, *mos fuit anti-
quis comam iuuenes nutrire uſque ad integram æta
25 tem, poſtea tondere fluminibus ipſam*. Qua de re
plura Tarrbæus, [g] qui & ſcribit hoc fieri in te-
ſtimoniũ, quòd faterentur ex aquis omnia orta,
& ſua illis reddi. Scribit & Iulius Pollux [h] uir-
gines cum matrimonium iniſſent, comæ primi
26 tias deabus ſuis tuliſſe. Ea ratione mos forſan
obſeruatus apud Longobardos, in adoptione
filiorum incidendi capillum per patrem qui
adoptaret. Quemadmodum Paulus Diaconus [i]
meminit Carolum Francorum regem miſiſſe
filium ſuum ad Luithprandum Longobardo-
rum regem, ut iuxta morem capillum eius ſu-
ſciperet, qui eius cæſariem incidens pater eius
effectus eſt: multiſque regijs muneribus dona-
tum genitori remiſit. Scribit & Xiphilinus [k] ex
Dione capillos raſos primum è barba Neronẽ,
Ioui Capitolino in ſpheram æream coniectos
27 conſecraſſe. Alia fuit cauſa raſionis, mũdities,
quam maximè colebant, qui purificati dici uo-
lebant. Radebant ea ratione, ut monuimus, ſa-
cerdotes Aegyptij [l] totum corpus. Quare my-
ſticè hanc tonſionem, Sanctus Paulinus [m] a Vi
ctore iuſſu Seueri fratris tonſus, interpretatur
peccatorum ablutionem, quaſi nouacula radẽ-
te fieret peremptio peccatorũ: remedij & deco-
ris nouaculam, Chriſtum interpretatus, qui cor
noſtrum circumcidit, uitia radit, animæ caput
28 læuigat, &c. quæ adijcit. Ex eodem fonte natus
mos de tondendi capillos ijs, qui profitentur
monaſticam uitam: quo ſignificãt ſe omnia hu
ius ſeculi, ut ſuperflua a mente abieciſſe, & eiu-
raſſe, ut implerent quod dicebant apoſtoli Do-
mino. *Ecce nos reliquimus omnia*. Et alia præce-
pta Euangelica, quæ iubent nos omnino a ſecu
li rebus animum ſubtrahere, omniaque Deo
poſtponere. Quod utinam monachi, & reliqui
Chriſtiani tam accuratè facto implerent, quan
tum ſymbolo conteati uiuunt. Mulieres tondẽ
tur quoque, quæ diuortium ex conſenſu faciũt
thori, dũmodo autea in monaſterio prius per-
ſeuerauerint in ea uoluntate per tres mẽſes, ex
deciſione & nouella Emanuelis Comneni, Cæ-
ſaris Orientis. [n] Extat & alia conſtitutio uel cõ
firmatio Iſaaci Angeli imperatoris item Orien
tis, [o] ut uxor eius, qui ad epiſcopalem dignita-
tem promotus eſt, tõdeatur inter monachas in

a Trith. lib. 1. Archiu. hiſtor. Franci. in rege 44.
b Ariſtoph. in Auib.
c Sidoni. lib. 3. epiſto. 1.
d 2. Reg. ca. 10.
e Paul. Diaco. libr. 6 de geſt. Longb. c. 6.
f Scholiaſtes, in Homeri Iliad.
g Tarrh. in 4. Olym. Pythior. Pinda. zotiũ 4.
h Iul. Pollux, li. 3. cap. 3.
i Paul. Diaco. li. 6 hiſtor. Longob. ca. 53.
k Xiphil. in Neron.
l Herod. in 2.
m S. Pauli. Epiſt. 4.
n hæc conſtit. in iure Orient. 1. libro. & in conſtitutio. 12. *περὶ ἀνανδρου ... γυναικὸς ... σχήματος*.
o in præ. iuris. Orient. li. 1. conſtit. 5 Iſaaci Angeli ſub ſoborgar. facta die 10. Septẽ. indict. 4.

monaſterio longè a marito: alioquin ea renuẽ-
te tonderi, põtificali ſolio & dignitate maritus
priuetur. De tonſura monaſtica uidendus D.
Ambroſ. epiſto. 36. D. Hierony. ad Sabinam, D.
Diony. Areopagita, De eccleſiaſtica hierarchia
c. 6. Auguſt. de opere monacho. c. 31. Fuit & cau
ſa aliquibus monachis capita radendi, ſymbo-
lum quòd eiurarent & contemnerẽt lautitiam
& ornatum, quorum gratia nutriebãtur capilli
ante, & ita arbitratur D. Auguſt. [p] Et proinde ij
29 uidebantur penè mortui mundo. Idcirco pro
præſtanti remedio legimus in poſtremis libris
hiſtoriæ Francorum Gregorij Turonenſis, eis
morem fuiſſe qui metu principum ſibi mortẽ
inſtare putabant, capillos tondere, & in mona-
ſteria, uel inter clericos tranſire: tumque princi
pes quieſcebant ab ira. Sic Iulianus apoſtata e-
tiam metu Cæſaris, [q] cui infeſtus erat, comã to-
tondit. Sic Conſtãtinus Leonis filius, Romanũ
qui imperium ſibi uſurpauerat ducta in uxorẽ
matre, eũ cũ Stephano & Cõſtantino alio ex co
filijs, tõſos in proximã inſulam, ubi multitudo
erat philoſophantium monachorũ, miſit ut ait
Luithprandus Ticinẽſis. [r] Et cum Theodoſius
excanduiſſet ira contra Antiochũ præpoſitũ, læ
ſæ maieſtatis reum, & præpoſitus honore priua-
tus fuiſſet, is in ſacerdotũ collegium cooptatus
eſt, ut ait Suidas. [s] Poſt mortem Clotarij 3. regis
Galliarũ orta de regno contentione inter Chil
dericũ Auſtraſiæ regem, & Theodoricũ fratrem
eius natu minorẽ, ex factione Ebroini magiſtri
equitum, uictus Theodoricus regijs inſignibus
depoſitis, ad cœnobium D. Dionyſij ponere co-
mam cogitur: Ebroinus in Burgundiã ad Luxo
nienſe cœnobiũ tondẽdus ablegatur. Vterq; ta
mẽ mortuo Childerico in dignitatẽ reſtitutus
priſtinã. [t] Fuit alius Childericus 3. eius nomi-
nis rex, quẽ Pappa Zacharias ſubrogato Pipi-
no filio Caroli Martelli, in monaſteriũ detrudi
30 iuſſit à throno deiectũ. [u] Apud Moſcouitas ſeu
Ruthenos etiã ſolẽt ſacerdotes baptizantes, in-
fanti capillos abſcindere, coſq; ceræ etiã intrica
re, & in templo loco certo reponere, ut ait Sigiſ
31 mũdus Liber Baro. [x] Itaq; his omnibus perpen
ſis, proprie & improprie dicemus primã tõſurã
ordinẽ, diuerſis reſpectibus: proprie, in quã, ordi
nẽ, prout diſtinguit eo ſigno à prophanis cleri-
32 cos. Nã alia uita debet eſſe clericorũ, nẽpe ſan-
ctior, [y] magis cõpoſita, ſine coma, ſine barba, ex
33 cõcilio Carthaginenſi. [z] Sunt autẽ ſimpliciter
clerici tamẽ, reſpectu eccleſiaſticorũ miniſterio
rũ, ſacrorũq; ordinũ ſine gradu. Quod miror nõ
conſideraſſe iuris pontificij interpretes, cum il
lud expreſſe dicatur in concilio Triburienſi. [a]
Indeque fieri poſſunt clerici cõiugati: quia poſ
ſunt ducere uxorem minoribus initiati ordini-
bus, uſque ad ſubdiaconatum, eo excluſo: [b] niſi
aliud uotum prohibeat. [c] Gaudentque priuile-
gio clericali, ſi uelint tonſurã deferre, [d] & togã
talarem, ex cõcilio Martini Pappæ. [e] At tõſurã
non cogentur deferre coniugati, ſi non deferãt
tamẽ, huic intelliguntur priuilegio clericali ta
cite renunciare, item ſi militent. [f] Amittet etiã
priuilegium qui bigamus fiet, hoc eſt, uel ſi ui-
duam ducat, uel duas uxores habuerit: [g] tales e-
nim nõ poſſunt gradus eccleſiaſticos cõſcende
34 re. [h] Porro priuilegia clericorũ eximia ſunt. Pri
mum, ut in cauſis criminalibus & ciuilibus nõ
niſi corã iudice eccleſiaſtico conueniri poſſint: [i]
fas enim nõ eſt, ut diuini muneris miniſtri pote
ſtatũ temporaliũ ſubdãtur arbitrio, ut ait Theo
doſius Cæſar. [k] Ratione cuius priuilegij plures
prætextu initiati uerticis, admiſſorũ impunitatẽ

p D. Auguſt. lib. de ope. monacho. & in retractat.
q Cyrillus Alexand. in prol. lib. cõtra Iulia. epiſto. ad Theodoſium.
r Luithprand. li. 1 de reb. per Europã geſt. c. 9 & 10.
s Suidas in ver. *ὑπερῷον*.
t Paul. Aemil. in 1.
u Idẽ in 2. Annon. li. 4 de geſt. Franco. c. 61.
x Sigiſ. Baro, li. cõment. rer. Moſcouita. in baptiſ. eor.
y cap. 2 de vit. & honeſt. cleri. c. clerici, ca. qui cũque. 23 q. 8. c. clericus, 5. & c. clericis, de c. 4 de vit. & honeſt. cler. lib. 3. Decret. in t. cap. ſi quis, 23 diſt.
z ca. clericus ſi tonſura, c. 6 de vit. & honeſt. cler.
a c. ſi quis eorum, 32. diſt. c. clericus, d. u. de vita, 72. 2 3. de cler. cõiug. libr. 3. Decret. tit. 3.
c c. proclinis, & c. 30. eod. 20. q. 4.
d v. ſed quid vero 32 diſt.
e c. pen. 23 diſt. c. 1 §. ſi de cler. coniug. in 6 vide c. clerici offi cia, de vit. & honeſt. cleric.
f c. Ioannes, c. 7 & c. ſi de cler. n. coniugat. ap. Greg. Gul. Pap. dreil. 138 Alex. conſ. 6 col. pen. & ſi. in 1 voll.
g ca. quiſquis, 84. diſt.
h c. 1. de bigamon ordin. li. 1. Decretal. tit. 21.
i v. 1 & ſeq. 11. q. 1. v. a 21 ſi clerici, de iudi. ap. Grego. c. a & c. ſi diligenter de fo. cõ. et. c. ſi in des laicus, de ſenten. excom. mu. in 6 § 1 vt cler. ap. propr. epiſcop. in nouel. melius in conſtitutione. Federi. ſtatuimus, quæ corrigit authen. clericus, & l. omnes, ut de epiſ. & cle.
k l. de epiſcop. & cler. li. 16 C. Theodo. tit. 2.

olim,dum uiguit eccleſiaſtica dignitas, conſe-
cuti ſunt, eo quòd eccleſia mortis temporalis
non ſoleat proferre ſententiam, & ut dicitur,
non nouerit ſanguinem, uel ultimum ſuppli-
cium,prohibente concilio Toletano. [a] Excipit
tamen Clemens 3. [b] in concilio Viennenſi ab
hoc priuilegio, clericos laniones, uel caupo-
nes, nec abſtinentes ab hoc officio poſt trinam
monitionem diœceſani.Sicut & alij caſus ſunt,
quibus præſcriptione vel exceptione clericatus
quis non utitur, quo minus a iudicibus ſecula-
ribus & regijs iudicetur, de quibus ſuo loco,
Deo fauente,dum de iudicijs agemus, tractabi
mus. Interim autē de ijſdem poterit ſtudioſus,
ſi egeat,conſulere Bartholomæum Chaſſaneū,
35 qui eoſdem in unum coniecit. [c] Aliud ſingula-
re priuilegium clericorum ſimpliciū, ut ſi quis
ſanguinolentas iniecerit illis manus, ipſo iure
ſit anathemate excommunicatus:unde nō poſ-
ſit ab alio,quàm a ſum.pontifice (excepta mor
tis neceſſitate, in qua proprio epiſcopo facul-
36 tas illa conceditur)abſolui. [d] Adduntur & iſtis
ab interpretibus alia priuilegia, quæ tamen po
tius alterius gradus, quàm primæ tonſuræ cle-
ricis conueniunt. Vt illud,quod olim obſerua-
batur, ut ſi quis in clericum manus uiolentas
intuliſſet,ceſſum,id eſt, ceſſatio uel interdictio
diuinorum officiorum ab epiſcopo uel eius of-
ficiali,ei loco in quo reus erat,donec ultio & ſa
tisfactio clerico fieret. De quo meminit areſtū
curiæ Tholoſanæ latum anno 1316. die 15.Se
ptembris in cauſa Rectoris eccleſiaſtici de bel-
lo Marteſio apud Ioannem Gallum. [e] Et hac
ceſſione uel ceſſatione ne fiat leuiter cauet In-
nocent.3. [f] Adijciebant & ad exerationem cri
minis illati in clericum ex conſuetudine qua-
rundam ciuitatum, ut cum hac ceſſatione uel
ſuſpenſione diuini officij crux beatæ Mariæ &
aliorum ſanctorum imagines in terram deijce
rentur,& per urticas & ſpinas traherentur: qui
abuſus poſtmodum prohibitus & punitus eſt
per Gregorium nonum in concilio generali
37 Lugdunenſi. [g] Dicendum itaque ſupereſt no-
bis de ſeptem eccleſiaſticis ordinibus, omiſſo
clericatu ſimplici,& pariter epiſcopatu, de quo
ſuperiori libro dictum eſt:nam neque inter or-
dines eccleſiaſticos qui ſacerdotio concludun-
tur,illum contineri nolunt Theologi. Etſi epiſ
copalem dignitatem ordinem dixerint ſumm.
pontif. [h] quia ſupremam hierarchiam faciant
in eccleſia militanti, alio tamen reſpectu:pro-
prie enim ordinati non dicuntur, ſed conſecra
ti,ut abbates benedicti,& clerici ordinati,ut no
tat Felinus qui hanc quæſtionem diſcutit. [i] Vti
tur tamen & D.Cyprianus ordinationis nomi-
ne dum ſcribit Cornelio, [k] *Literis nuper ab utra
que parte ſuſceptis, tuas literas legimus & epiſco-
patus tui ordinationem ſingulorum auribus intima-*
38 *uimus*. Clericis omnibus leges impoſitæ com-
munes recte uiuendi ſunt, à quibus ex neceſſi-
tate peregrinationis diſpenſantur aliquomo-
do, & pleraque illis permittuntur tunc, quæ a-
lioquin prohibentur: poſſunt enim tunc taber
nas ingredi ſeu cauponas, [l] habitum mutare, [m]
ab excommunicatis cibos capere, [n] comam re-
laxare, [o] ſacramenta etiam tempore interdicto
capere. [p] Vetatur illis intereſſe conuiuijs nu-
ptiarum, ioculationibus, cantilenis, choreis. [q]
Iubet etiam Iſidorus in uita clericorum, ut ſe
à mundi uoluptatibus abſtineant,conuiuia pu
blica fugiāt, priuata ſobria & pudica habeant,
ab uſuris,ambitione honorum,odio, obtrecta-
tione,inuidia caueant,& alia id genus fugiant,

a c. clericis, c. 1. & c. ſententiam, c. 9. ne cler. vel mona. &c. lib. 3. Decret. tit. 50. et in archiepiſcopatu. de rapto. ca.illud ſacri.14. q. 3.
b Clem. 1. de vit. & hon. cleric. lib. 3. Clem. tit. 1.
c Chaſſa. ad cōſuetud. Bur. tit. des iuſtices, § 5. ad verbū, per dra la vie, verſ. prima regula, cum ſeq.
d c. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4.
e Ioan. Gallus, in q. in areſto, pailā in 1 par. ſtyli, parlam. q. 391 & vlt. in diſpoſitis per Mo[...] Pariſien.
f in c. irrefragabili, ca. 13 § cæterū. de offi. ordin. li. 1. Decre. tit. 31.
g in c. ſi canonici c. 2. de offi. ordin. in 6. libe. 1. tit. 16.
h can. fin. de presbyter. non baptizan. miniſt. cano. ordinationis, 73. diſtinct.
i Felin. in c. ſicut pro certo, per illum textum, num. 1 de Symon. & per c. unicū, in fine de ſacra unctio.
k D. Cypria. li. 1 epiſt. epiſt. 10.
l cano. clerici, 44. diſt.
m c. epiſcopi. 31. q. 4.
n c. quoniam, 11. q. 3.
o ca. ſi quis ex clericis, de vit. & hon. cleric.
p c. quod in te, de pœnit. & remiſſ.
q c. presbyteri, 34. diſt. c. nō oportet, in 2 de conſecr. diſt. 1.

quæ referuntur in ca.his igitur,23.diſt.Valenti
nianus etiam quaſdam ſancinit regulas in legi
bus Nouellarum titulo 12. de epiſcopi iudicio,
quarum illæ. *Nullus originarius*, inquit, *inquili-
nus, ſeruus, uel colonus, ad clericale munus accedat,
nec monachis uel monaſterijs aggregetur: non cor-
paratus, non curialis, non aurarius. Clerici nihil pror
ſus negotiationis exerceant, ſi uelint negotiari, ſciant
ſe iudicibus ſubditos, clericorum priuilegio non mu-
niri.* [r] Et Maiorianus A. lib. legum Nouellarum,
tit. 2. de epiſcopali iudicio, aliam addit: ut nul-
lus inuitus clericus fiat uel cōſecretur, alioquin
pœnam imponit archidiacono hoc facienti, &
ſuæ libertati reddit ordinatum. Sint temperan-
tes in ueſtitu, uictuſque uſu. [s] Et quæ in epiſ-
copo exigit D. Paulus, [t] quoad fieri poterit imi
tentur: conuiuia & comeſſationes fugiant. [u]

r vide Pap. lib. 1 Rhap. areſto. titu. 3 areſto. 9. & 10.
s cap. parſimoniam, & c. ſi. 41. diſtin. de veſti ſplen. prohib. in c. omnis, & ſeq. 21. q. 4.
t 1. ad Timo. 3.
u tota 44. diſt. apud Gratia.

De ordinibus hierarchiæ eccleſiaſticæ in genere. Cap. II.

1 *Clericorum appellatio, & diuiſio.*
2 *Ordinis definitio.*
3 *In ordinibus quæ conſideranda.*
4 *Ordines eccleſiaſtici quot.*
5 *Ordinum diuiſio in minores & non ſacros, & maiores ſeu ſacros.*

1 COlligimus ex ſuperioribus in ſum-
ma, clericorum appellationem ge
neralem eſſe, pertinentem ad eos
qui capillo tantum initiati ſunt,
quive & coniugati clerici, [x] & non coniugati
dici poſſunt:& ad eos,qui alijs ordinibus ſacris
adſcripti ſunt. [y] Et perinde clericorum alij re-
gulares, qui & uiri religioſi dicti: [z] alij non re-
2 gulares,qui & ſeculares dicuntur. [a] Ordinis ſa-
cramentum [b] à Theologis definitur, [c] ut ſit ſi-
gnum ſeu ſignaculum quoddam per quod ſpi-
3 ritalis poteſtas traditur ordinato. In hac ordi-
natione, gradus primum ordinis inſpiciendus:
deinde ipſa ordinatio, in qua perſonæ ordina-
torum & ordinantium:poſtremo, & modus or-
4 dinandi perpenduntur. Erunt autem ex com-
muni omnium conſenſu ſeptem ſpecies uel
gradus ordinis eccleſiaſtici: nam & qui plures
numerant,& iſtos adijciunt. Nempe oſtiariorū,
lectorum, exorciſtarum, acolytorum, ſubdiaco-
5 norum, diaconorum,& presbyterorum. Qui o-
mnes quidem ordines, uere ſacri ſunt, ad maio
rem tamē aliquorum ſanctitatem, quatuor pri-
mi,& minores,& non ſacri dicti,& facilius con
ceſſi diebus dominicis ab epiſcopo proprio. A-
lij uero tres poſteriores, ſacri & maiores dicun-
tur: qui non niſi ſabbato de paſſione, & Pente-
coſtes, & quatuor anni ſolemnibus tempori-
bus conferuntur. [d] Hos omnes ordines nomi-
nat,& alios D. Ignatius epiſtola ad Antiochen
ſes, ibi, *Saluto ſanctum presbyterum ueſtrum, ſalu
to ſanctos diaconos, ſaluto ſubdiaconos, lectores, can
tores, oſtiarios, laborantes, exorciſtas, atque confeſ-
ſores.* Vt non dubium ſit ex tempore Apoſtolo-
rum, in quo uixit D. Ignatius, omnes hos ordi-
nes fuiſſe. Et de his etiam Epiphanius contra
hæreſ. lib. 3. tomo 2. circa finem.

x Rubrica, de cleri. coniuga. li. 3. Decre. ti. 3.
y ca. literas, ca. 14. de fil. presbyt. c. cū libi. 4. de verb. ſigni.
z in c. licet, 10. de offic. & pot. iud. ordi. & alibi, de horu ſpeci. & reg. dixi mus li. ſuper. c. 14. 15. 16. 17. Tractatus & in rubri. de regul. & in auth. ingreſſi, de ſac. eccl. C.
a ca. inter quatuor cap. de teſtig. dom.
b c. ſi de presbyt. non baptiz. & in concil. Trid. ſeſſ. 7.
c in 4. Senten. diſt. 24.
d cap. 1 & 3 de temp. ordinat.

De oſtiariatu, & oſtiarijs. Cap. III.

1 *Oſtiarij habent ordinem eccleſiaſticum nunc, & apud Hebræos.*

2 *Oſtiarij*

2 *Oſtiarij officium quod.*
3 *Symbolum ordinis oſtiarij claues.*
Eccleſiam ingredi prohibebantur excommunicati, infideles, profani, pœnitentes, publice hæretici, eod.
Mulieres ad altare non accedant, eod.
4 *Oſtiarij fuerunt in templis ethnicorum, & quale eorum munus.*
5 *A ſacris profani etiam apud ethnicos arcebantur.*
6 *A ſacris arcebantur quibuſdam mulieres innuptæ, ſerui, latrones, lentiginoſi, reuiuiſcentes, & alij.*

1 FVerunt in miniſterio eccleſiaſtico, oſtiarij, uel ianitores, Hebræis, שוערים qui in ueſtibulis & portis tabernaculi potiſſimum ad id electi erant, deſcripti deinceps in ciuitatib⁹ proprijs per Dauid & Samuelem, ut ſeruirent per uices.[a] Et hos ex ſacro ordine eſſe oportere docet ſententia Dauidis dum ſcribitur in libris Prætermiſſorum,[b] *Iuxta præcepta quoque Dauidis nouiſſima, ſupputabitur numerus filiorum Leui a uiginti annis & ſupra, & erunt ſub manu filiorũ Aaron in cultum domus Domini in ueſtibulis, in exedris, & in loco purificationis, & in ſanctuario,*
2 *ſicuti & in arca.*[c] Oſtiarij officium eſt,[d] claues interiores & exteriores cuſtodire, ianuas claudere & aperire, fideles admittere, infideles & excommunicatos ingredi prohibere. Symbolum eius ordinis conceſſi, claues eccleſiæ traditæ ab
3 epiſcopo.[e] Sic Muſæus apud Iuſtinum Martyrem, *θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι*, id eſt, *ianuas autem opponite, uel obijcite, profanis*. Sunt & publicam agentes pœnitentiam ex diſciplina eccleſiaſtica per totam quadrageſimam ab eccleſia pellendi per miniſtros hos.[f] Prohibet & cõcilium Laodicenum, cap. 44. non oportere mulieres ingredi ad altare. Et in cap. 6. non concedendum hæreticis ingreſſum domus Dei, in hæreſi permanentibus. Et cap. 43. non oportere oſtiarios uel breui tempore ab oſtijs abeſſe, & orationi
4 uacare. Et apud ethnicos illud ipſum miniſterium obſeruatum ianitorum, cum profanis nõ
5 liceret ſacris quibuſdam intereſſe. Ideo & apud Græcos ad ſacrificium ſacerdos acceſſurus, antea quærebat, *τίς τῇδε*, *quis hic?* Reſpondebant autem qui ſacris intererant, *πολλοὶ κ' ἀγαθοί*, id eſt, *multi & boni*.[g] Et dum uaticinari uolebant uates illi idolorum, & ſentiebant *ἐπιδημεῖν θεσπιῳδόν*, id eſt, *aduenire afflatum diuinationum*, clamabat miniſter quod ſcribit Callimachus[h] Cirenæus, *ἑκὰς, ἑκὰς ἔστε ἀλιτροί*, *exeat, exeat qui eſt impius*. Quod Virgilius uſurpauit,[i]

Procul à procul eſte profani,
Conclamant uates.

6 Atque Plutarchus ſcribit[k] *ἐστὶ δούλῳ συζύγιος βωμὸς, ἐστὶ καὶ λῃσταῖς ἄβατα πολλὰ τῶν ἱερῶν*, id eſt, *ſit ara deteſtabilis per ſeruum, nec ſunt communicanda ea quæ ſacrorum ſunt latronibus*. Et à quibuſdam ſacris mulieres innuptas, aut ſeruitio preſſos, uel ęre coemptos abeſſe oportebat: ideo in ſacrorum apparatu lictor clamare ſolebat, *hoſtis uinctus, mulier uirgo exeſto*. Et in Chæronea, ſacerdos locum tenens pro foribus ædium ſacrarum Matutæ, id eſt, Leucotheæ clamitabat, *ſeruum non ingredi, non æcolum, non æcolam*. Apud Magos ab aris ſubmouebantur lentiginoſi, qui elam reuixerant, quibus uiuentibus exequiæ factæ fuiſſent, uelut profani. Apud Germanos qui ſcutum amiſiſſent in acie, ſacris intereſſe non licebat. Apud Ægyptios ſubulcis omnibus templa interdicta. Hebræis fœtus ante 40. diem impetigine deformibus. Apud Scytas, qui hoſtem nullum interfeciſſent in acie, libare non licebat.

a 1. Paralipo. c. 9. & 26. & 2. Paralipo. c. 34.
b 1. Paralip. ca. 23. d.
c 1. Paralip. ca. 23.
d ca. perlectis, 25. diſt. c. 1. in fine, 21. diſt.
e ca. oſtiarius, 23. diſt.
f c. in ca. 10. diſtinct.
g Greg. Gyral. 17. Syntag. hiſtori. Deo.
h Callima. hymno. 2. qui eſt in Apollinẽ.
i Virg. 6. Aeneid.
k Plutar. De ſuperſti.

De lectoriatu, & lectore. Cap. IIII.

1 *Lector dictus Pappa.*
2 *Lectoriatus 2. gradus ordinum. Lector, cantor, pſaltes idem, eod.*
3 *Lectiones ex ſacra ſcriptura Hebræis.*
4 *Lector in orationibus magnæ authoritatis ethnicorum.*
Iube domine benedicere, quid ſignat in eccleſia, eod.
5 *Lectoriatus in eccleſia primitiua.*
6 *Lectoriatus ordo dari poteſt uiris, & mulieribus.*
7 *Lectoris officium.*
8 *Pſalmiſta in quo differat à lectore, & conueniat.*
9 *Lector à quo ordinatur, & qua formula.*
Pſalmiſtatus à quo confertur, eod.
10 *Lectio Euangelij lectoribus ſimplicis permiſſa non eſt.*

1 ISaacus Comnenus Orientis imperator, Pappam uocari tunc etiam lectorem inſinuat in Conſtitutionibus ſuis, dum ſanxit,[l] *μηδὲν ἐν τῇ χειροτονίᾳ λαμβάνειν πλέον τὸν χειροτονοῦντα τοῦτον ἐπίσκοπον, ἀλλ' ἢ μόνα τὰ ἑπτὰ χρυσᾶ νομίσματα, ἓν μὲν, ὅτε ποιῇ τοῦτον ἁπλῶς παππᾶν, ἤτοι ἀναγνώστην, τρία δὲ ὅτε χειροτονῇ αὐτὸν διάκονον, καὶ ἕτερα τρία, ὅτε πληροῖ αὐτὸν ἱερέα, ἤτοι πρεσβύτερον*, *nihil in ordinatione epiſcopus qui ordinat amplius accipiat, quàm ſeptem aureos nummos: unum uidelicet quando facit ſimplicem Pappam, ſiue lectorem: tres quãdo ordinat diaconum: alteros tres*
2 *quando ſacerdotem, ſeu presbyterum perficit*. Secundus gradus hic ordo lectorum eſt, qui cantores uel משוררים dicebantur ante aduentum Chriſti in templo Dei, uel pſaltes, canentes Do
3 mino in organis, & hymnis, & pſalmis.[m] Erat & receptus mos in ſynagogis Hebræorum, ſingulis Sabbathis per annum quædam legere ex lege Moſaica, & aliam lectionem ex prophetis: ſicuti in eccleſia Dei ex Euangelio, & antiquo Teſtamento, uel ex alijs ſacris libris ſingulis diebus fit, potiſſimum in ſacræ liturgiæ conſecratione. Lectionem quidem ex lege uocantes פרשה *parſa*: ex prophetis autem הפטרה *haphtarah*, alteram alteri copulantes, ut ſcribit quidã in appendice Bibliorũ ſacrorũ Hebraicorũ, vbi illas diſtinguit lectiones. Meminit & ei⁹ moris D. Paul⁹ apud D. Lucã,[n] in oratione habita ad proconſulẽ Paphi, Sergiũ, loquẽs de Domino noſtro Ieſu Chriſto, & uerbo Dei. *Qui habitabãt*, inquit, *Hieruſalem, & principes eius hunc ignorantes, & uoces prophetarum, quæ per omne ſabbathũ leguntur, iudicantes impleuerunt*. Et alibi D. Petrus,[o] *Moyſes à temporibus antiquis habet in ſingulis ciuitatibus qui eum prædicent in ſynagogis, ubi per omne ſabbathum legitur*. Conceſſumque inuenimus hoc munus Domino noſtro Ieſu Chriſto a ſynagoga Sic enim ſcribit D. Lucas,[p] *Et uenit Nazareth ubi erat nutritus, & intrauit ſecundũ conſuetudinẽ ſuam die ſabbathi in ſynagogã, & ſurrexit legere: & traditus eſt illi liber Eſaię prophetę, &c. & cũ plicuiſſet librũ, reddidit miniſtro, & ſedit. Et poſtea cœpit prædicare de eo qđ legerat*. Vt conijcere liceat, lectorem pręire cõcionẽ ad populũ ſacram, eamq; eſſe eius quod lectũ fuiſ
4 ſet explicationẽ ad populũ. Erant & lectores in

l in Conſtitutio. imperial. iur. Orientalis, conſtitu. Iſa. ici, περὶ τῆς ἀναγνώσεως.
m 1. Paralipo. cap. 23.
n Actuum, ca. 13. cap.
o Actuum, ca. 15. d.
p Lucæ, ca. 4.

teligionibus ethnicorum: quia quæ magnæ dicebantur authoritatis precationes, nobis id ſignificant, quibus faciendis ſcripto præibat aliquis, & alius adhibebatur cuſtos, ne erraretur io uerbis: alius etiam præponebatur, qui linguis faueri à circunſtantibus iubebat, ut author eſt Plinius.[a] Sicut apud nos obſeruatur, cum aliquis lectiooes in æde ſacra dicturus alta uoce profert, *iube domine beneditere*. Sic apud Liuium,[b] *Agedum pontifex publicus populi, præi uerba, quibus me pro legionibus deuoueam*, id eſt, prælege uerba concepsa uoti, quæ ego pariter

5 totidem numeris referam. Diuus Cyprianus[c] ſcribit ad Clerum, ſe lectorem Saturnum feciſſe, & die Paſchæ ſemel atque iterum lectionem dediſſe, examinatione prehabita an illi hoc cōgrueret. Meminit D. Ignatius ad Antiochenſes epiſtola, huios ordinis, *ſaluto* inquit, *presbyterīū ueſtrum, ſaluto ſanctos diaconos, ſubdiaconos, lectores, cantores, oſtiarios, laborantes, & exorciſtas, atque confeſſores*. Vt omnes eos fuiſſe ordines tempore apoſtolorum, quibus cōuixit Diuus Ignatius, non dubitemus. Et fuiſſe ex primis ordinibus lectionem, aperte teſtatur D. Cyprianus,[d] dum de Aurelio, qui bis confeſſus erat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, loquitur. *Merebatur*, inquit ille, *talis clericæ ordinationis ulteriores gradus, ſed interim placuit, ab officio lectionis incipiat: quia & nihil magis congruit uoci, qua dominum glorioſa prædicatione confeſſa eſt, quàm celebrandis diuinis lectionibus perſonare, poſt uerba ſublimia quæ Chriſti martyrium prolocuta ſunt: Euangelium Chriſti legere, unde martyres fiunt, ad pulpitum poſt cataſtam uenire*. Notat etiam Optatus Mileuitanus[e] pro inaudito, Maiorinum lectorem tempore quo Cecilianus erat diaconus, per factiones Lucillæ fuiſſe ordinatum epiſco-

6 pum: ſcilicet omiſſis alijs gradibus. Meminit & Epiphanius,[f] in antiquo eccleſiaſtico inſtituto fuiſſe hunc lectorum ordinem, quem tradit poſſe ſubiri à uirginibus & uitam ſolitariam agentibus, à continentibus, à uiduis, & ab ijs

7 qui ſunt in uenerando coniugio. Ad lectoris officium pertinet, lectiones pronuntiare, & ea quæ prophetæ prædixerunt palam populo di-

8 cere.[g] Cum hoc ego cononeri pſalmiſtam puto, qui alibi à lectore diſtinguitur:[h] ſcilicet ut minor, & qui dicat extra pulpitum benedictionis laudes, reſponſoria, & quicquid pertinet ad canendi peritiam,[i] idque ad iuſſum uel ſolius

9 presbyteri.[k] Cum tamen lector non ordinetur niſi ab epiſcopo, ſpectante plebe, cum hæc uerborum formula, *Accipe codicem in quo lecturus es, & eſto relator uerbi Dei*.[l] Videtur tamen pſalmiſtatus poteſtatem accipere cum ordine primæ tonſuræ,[m] ut non immerito utrumque ab-

10 has ſuis poſſit conferre monachis.[n] Nicephorus tamen Caliſti,[o] docet ſecundum locorum conſuetudinē diuerſam lectionem, maioribus ordinibus ſacrorum bibliorum, Euangeliorum uidelicet, demandatam olim, *Vt*, inquit, *in Alexandria ſacrum librum legit archidiaconus, in nonnullis etiam quoque diebus celebrioribus epiſcopi: id quod hodie etiam Conſtantinopoli, inquit, fit & maxime Paſchalium feriarum die prima, & primo anni ipſius ingreſſu*.

a Plinius, lib. 28 c. 2.
b Liu. libr. 8. Deca. 1.
c D. Cyprian. libr. 3 Epiſto. epiſto 23.
d Idem, libr. 2 Epiſto. epiſt. 5.
e Opt. Mileu. lib. 1 hiſtor.
f Epipha lib. 3 contra hæreſ. Tomo 2 circa finem.
g c. perlectis. 25. diſtinct.
h d. cap. perlectis, & cap. cleros. 21. diſt.
i d. can. perlectis.
k c. pſalmiſta. 23. diſt.
l c. lector, ead. diſt.
m glo. in can. cleros, in verbo, pſalmiſta, 21. diſt.
n c. cum contingit, de ætate & quali t.
o Nicephor. lib. 12. hiſtor. c. 34.

De exorciſta. Cap. V.

1 *Exorciſta quis, & munus.*
2 *Exorciſmi conferebantur uerbis conceptis.*
3 *Exorciſtæ officium apud Iudæos, & 7. 8.*
4 *Dæmones ſe adiurari poſſe faſſi ſunt.*
5 *Exorcizandi poteſtas primum communis omnibus Chriſtianis.*
6 *Exorciſtarum definitus numerus erat.*
7 *Exorciſtæ quibus adhibebantur.*
8 *Cathecumenorum cura ad exorciſtas pertinebat.*
9 *Orationes efficaces diuinæ ſuper creaturis.*
10 *Tempeſtates exorciſmis ſedari.*
11 *Exorciſtæ ethnicorum, & 12. 13. 16.*
12 *Grandinum depulſores Ethnicorum.*
13 *Dæmon in ſpecie ſenis Epheſi pulſus ab Apollonio Tyaneo.*
14 *Dæmonis mirum in extinguendis flammis, & pulſum aqua luſtrali.*
15 *Incantatio prohibens ignem ardere.*
Aquæ luſtralis & conſecratæ uis mira 14. & 15.
16 *Dæmon, ſeu lamia in forma mulieris iuuenem decepit.*
Lamia Dæmon ab Apollonio qualis eſſet coacta fateri.
17 *Exorciſmus baptiſmo, & oleo ſancto adhibitus.*

1 EXorciſta dicitur, qui poteſtatem accipit adiurandi dæmonia, uel energumenos, id eſt, à dæmone poſſeſſos. Quamobrem cum hoc ordo confertur,[p] ab epiſcopo dicitur trabendo libellum, ubi conſcripti ſunt exorciſmi. *Accipe, & commenda memoriæ, & habeto poteſtatem imponendi manus ſuper energumenum, ſiue baptizatum*

2 *ſiue catechumenum*. Nam conceptis uerbis conferebantur exorciſmi, ut ait Minutius Fœlix,[q] inter quæ præcipua, ut non fierent orationes per concluſionem, *per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.* quæ alijs eccleſiaſticis ſubijcitur precibus: ſed, *per eum qui uenturus eſt iudicare ſeculum per ignem*. Vt inde in memoriam dæmonum ſupplicium proprium reducatur, ut ait

3 Micrologus. Erat hoc officium exorciſtarum apud Iudæos, ut licet colligere ex hiſtoria apoſtolorum,[r] dū ibi legimus. *Tentauerunt quidam de circumeuntibus Iudæis exorciſtis, inuocare ſuper eos qui habebant ſpiritus malos nomen domini Ieſu, dicentes, adiuro uos per Ieſum, quem Paulus prædicat, &c.* Fidem & facit Ioſephus,[s] Salomonem modos adinueniſſe coniurationum, quibus obſtricti dæmones, ne denuò redeant, effugantur. *Et hæc cura*, inquit, *apud nos hactenus, multum præualere dignoſcitur, & uidi Eleazarum de gente noſtra, præſente Veſpaſiano feciſſe*. Quod innuit etiā Dominus noſter Ieſus Chriſtus apud D. Matthæum,[t] dum ait: *ſi ego in Beelzebub eijcio dæmo-*

4 *nia, filij ueſtri in quo eijciunt?* Adiurari enim per nomen Dei ſe poſſe dæmones cōfeſſi ſunt, hoc ueluti iureiurando ab eis inuitis præſtito, cedere loco, cogi, & domari. Interrogatus enim Apollo ſic reſpondit, ut refert Lactantius,[u]

δαίμονες οἱ φοιτῶσι περὶ χθόνα καὶ περὶ πόντον,
ἀκάματοι δαμνῶνται ὑπὸ μάστιγι θεοῖο, id eſt,
Dæmones qui uiſitant circa terram, & circa pontum,
Indefeſſi, domantur ſub flagello Dei.

Et remedia eccleſiaſtica dæmones expellere & cogere, ſatis ſacra pagina docet, ob poteſtatē adiurationis nominis Dei cōceſſam perſonis eccleſiaſticis. Nā apud D. Marcū,[x] *dedit illis poteſtatē*

5 *curandi infirmos, & dæmonia eijciendi*. Et inter ſigna

p ca. exorciſta. 23 diſt c. perlectis, §. ad exorciſtam. 25 diſt. & in conci. Antioc. c. 10.
q Minut. Fœl. in 8.
r Actuum, 19.
s Ioſep. libr. 8 Antiq. c. 4.
t Matth. ca. 12.
u Lact. libr. 2. De fal. reli. c. 7.
x Mar. 3.

ſigna credentium in fidem Domini noſtri Ieſu
Chriſti,eſt poteſtas dæmonia eijciendi.[a] Atque
quia in naſcenti eccleſia ob fidei feruorem erat
omnibus hæc communis fere facultas, ſicuti
poſt baptiſmum linguis loqui uarijs:tunc non
fuit diſtinctus hic ordo, ut conſtat ex conſtitu-
tionibus apud D.Clementem.[b] At paulo poſt
in eccleſia inſtitutus, & formula præſcripta
exorcizandi. Vt & tempore D. Cypriani obti-
nuiſſe morem & ordinem ex eius ſcriptis appa
ret liquido. Is enim,[c] & cauſam & effectum
ordinis, & nominis rationem adfert, dum no-
tat baptiſmi figuram præceſſiſſe in mari rubro,
ubi ſubmerſus cum exercitu eſt Pharao,qui an
tea fidem datam Iſraeli ſæpe fefellerat. Vt pari
ter in baptiſmo opprimatur & exire cogatur ſa
thanas, qui pro ſuo exitu promiſſo ſæpe pro-
miſſionem fallit. *Quod hodie,etiam* inquit,*ge-
ritur, ut per exorciſtas uoce humana & poteſtate
diuina flagelletur, & uratur, & torqueatur diabo-
lus,&c.* Conſtat & hoc ipſum ea epiſtola Cor-
nelij Romani pontificis apud Euſebium,[d] &
6 concilio 4.Carthaginenſi.[e] Erat que deſinitus
etiam in eccleſijs ſingulis certus exorciſtarum
numerus, ut conſtat ex epiſtolis Anacleti, &
7 Cornelij Pontificis apud Euſebium.[f] Adhibe-
bātur autem exorciſtæ primum, ἐνεργουμένοις,
χειμαζομένοις, & iactatis uel poſſeſſis à ſpiritu
peſſimo,ut aiunt interpretes in concilio Ancy
rano,[g] ut & ſupra in principio huius exorciſta-
tus tractationis diximus. Item ſecundo infideli
bus,uel non Chriſtianis, dum ad Chriſtianiſ-
mum,uel dum ad ſacrum lauacrum accedunt:
quia & ante Dei poſſeſſionem,illi erant ſatha-
næ mancipia,ob peccatum primi parentis.Pro
inde ante baptiſmum iubet D.Dionyſius Areo
pagita,[h] ter exſufflari ſathanam, & eius opera
eiurare Et D.Auguſtinus.[i] Et Cirillus Hieroſo
ly.Patriarch.[k] exorciſmos ait ſalubres, fugare
dæmonem,& reuerentiam adhibendam, cum
ſit exorciſmus. Et nunc hodie ante ualuas ec-
cleſiæ adiurantur, & exorcizantur baptizandi:
non autem in eccleſia ipſa, ob uenerationem
loci:neque in priuatis domibus ob metum ſce
leſtorum ſpirituum,ut ſtatutum in cōcilio Lao
8 diceno.[l] Curaque eadem erat eōam eorundē
exorciſtarum κατηχουμένων, ſcilicet eorum qui
erudiebantur in rudimentis fidei ante baptiſ-
mum, quorum capitibus imponebant manus
exorciſtę ſingulis diebus quadrageſimæ,non ſe
cus quàm energumenis,ut ex concilio 4. Car-
9 thaginenſi conſtat.Sunt namque iſtæ orationes
efficaces inuocato Dei nomine ſuper creatu-
ris.*Scimus enim*,inquit D.Paulus,[m] *omnem crea
turam ſanctificare per uerbum Dei & orationem.*
Atque ideo inimicus dæmon,qui abuti creatu
ris Dei deſiderat,poſſeſſionem uacuam cedere,
ut hac cogitur. Sic ſæpe dæmone obſeſſus, qui
ferreis uinculis à multis detineri non poteſt,
ab uno ſolis uerbōrum precationibus contine-
tur,per eam quæ in illo eſt ſpiritus ſancti uirtu
tem:Simplex que exorcizantis afflatus,efficitur
igneus his qui uideri non poſſunt, ut ait Ciryl-
lus Hieroſolymitanus.[n] Magna uis per ſe uer-
borum,quibus & mouentur & turbantur & pa-
cantur affectus,ſed cum his maior fidei diuinæ
poteſtas, & nominis Dei authoritas: *In nomi-
ne,*inquit,*meo dæmones eijcient, ſerpentes tollent,*
10 *linguis loquentur nouis,&c.*[o] Adhibētur & exor
ciſmi eccleſiaſtici in ſedandis tempeſtatibus,
pro depellendis ſerpentibus, locuſtis, & id ge-
nus noxis: non quòd credamus hoc intellige-
re,ſed quòd ex ſacra pagina nobis conſtet, ſæ-
pe excitari hæc à dæmonibus in perniciem ge-
neris humani.Sicuti in hiſtoria Iobi,[p] & in o-
peribus magorum ſatis conſtat.Quod & teſtan
tur Conſtantinus,& Iulianus Cæſares:[q] *Mul-
ti*,inquiunt,*magicis artibus elementa turbare, ui-
tam inſontium labefactare non dubitant.* Atque idē
Conſtātinus:[r] *Nullis criminationibus*, inquit,*im
plicanda ſunt remedia humanis quæſita corporibus,
aut agreſtibus locis innocenter adhibita ſuffragia,
ne maturis uindemijs metuerentur imbres, aut uen
11 tis, grandinisque lapidatione quaterentur.* Erant
apud ethnicos qui dæmonia etiam pellerent,
& morbos incantationibus curare ſe poſſe pro
fiterentur: uerum hoc uel ex conſortio impio
dæmonum,& conſenſu,uel ſimulate continge
bat, uel cultu idololatriæ dæmoni, tanquam
Deo exhibito nephandiſſimo. Veluti & Seneca
12 refert,[s] Cleonæ fuiſſe publice præpoſitos χα-
λαζοφύλακας,hoc eſt,ſpeculatores futuræ gran-
dinis,quibus ſignum dantibus adeſſe iam gran
dinem, quiſque pro ſe agnum album immola-
bat,alius pullum:protinus autem illæ grandi-
nes alio declinabant cum aliquid guſtaſſent
ſanguinis: Quòd ſi quis nec agnum nec pullū
habebat, digitum ſuum bene acuto graphio
pungebat,& hoc ſanguine litabat. Nec minus
ſe ab huius agello grando ſe auertebat, quàm
ab illo pro quo maioribus hoſtijs exorata erat.
Meminit & Plutarchus de hoc.[t] Omnino cer-
te falſum,uel dæmoniacum hoc: niſi forſan cre
damus,ſanguinis horrore abigi grādines turbi
neſque. Veluti Plinius notat,[u] muliere quę pa
titur menſtrua nudata,eadem contingere,& a-
13 uerti cœli uiolentiam. Narratur & de Apollo-
nio Tyaneo,[x] eum dæmonem quendam ab
Epheſo ciuitate pepuliſſe,poſtquam populo o-
ſtendiſſet eundem ſub ſpecie & forma ſenis in-
ter ciues obambulare,& peſtis, quæ in ciuitate
graſſabatur, cauſam eſſe, quem lapidibus ob-
14 rui imperauit. Narratur in Tripartita hiſto-
ria,[y] de Appamææ templo Iouis, quod cum
demoliendum eſſet à præfecto orientis iuſſu e-
piſcopi Marcelli,apparuit teterrimus dæmon,
qui flammas ardentes immiſſas prohiberet, &
aqua luſtrali in ignem immiſſa dæmonem fu-
gaſſe, & aqua in olei ſpeciem conuerſa, tem-
15 plum celeriter conflagraſſe. Scribit Epipha-
nius[z] quoque Ioſephum quendam à Iudaiſ-
mo ad fidem conuerſum, cum mandato Con-
ſtantini in Tyberi templum Deo ædificare uel-
let,& calce egens, caminoſque calcis inſtruēs,
adiurationibus uel incantationibus Iudæorū
prohibitus fuiſſet igne calcem coquere, aqua,
quam ſigno crucis coram populo conſecraue-
rat,inſperſa in caminos,inuocato nomine Ieſu
16 incantationes magicas diſſoluiſſe. Narrat etiā
Philoſtratus,[a] unam ex lamijs, quas uocant
Græci ἐμπούσας, phaſma quoddam Menip-
po cuidam Lycio in forma mulieris pulchræ
coniunctam, atque nuptias cum eo depactam:
uerum die nuptiarum Apollonium Tyaneum
coegiſſe eam ſeſe lamiam eſſe fateri,& uoluiſſe
Menippum uoluptatibus explere, ut eius po-
ſtea corpus deuoraret. Conſueuiſſe enim pul-
chris & iuuenibus hominum corporibus ue-
ſci ubi ad ſummam ſanguinis abundantiam
perueniſſent:& poſtea euanuiſſe,& eius appara
17 tum,& coquos,& ſeruos.Fuerunt & exorciſmi
adhibiri in baptiſmo, & oleo chriſmatis, quo
exſufflatur dæmon, ut ait Cyrillus Hieroſoly-
mitanus.[b]

a Mar. ca. 9 & 6 & Luc. c. 10.
b D. Clem. lib. 8 Conſtitu. apoſtol. cap. 32.
c Cypria. lib. 4. Epiſto. epiſt. 7.
d lib. 6 hiſto. cap. 43
e 4. concil. Carthag. ca. 4 & 7.
f Euſeb. lib. 7. hiſtor. cap. 33.
g concili. Ancyra. cap. 18.
h D. Dionyſ. Areopag. li. de eccleſ. hier. c. 2.
i Auguſt. ſermo. 10. de ver. apoſtol.
k Ciryl. Hieroſoli. in Procatecheſi illuminato plura in Catache. 16.
l concil. Laodic. ca. 39.
m 1. ad Timothe. 4.
n Ciryl. Hieroſol. cathec. 16. Illuminato.
o Mar. 16 Lu. ca. 10. Actuū 4. & 19.
p Iob. cap. 1.
q l. multi, l. 4. de malefic. & mathem. lib. 9. C titu. 18.
r in l. eorum l. 4 §. 1. eod.
s Seneca, lib. 4. Quæſt. natu. c. 6
t Plutar. libe. Sympo 7. problema 2.
u Plin. libr. 28. cap. 7.
x Philoſt. libe. 4. de vita Apolloni.
y lib. 9. cap. 34.
z Epiphani Cypri. epiſcopus, To. 2 lib. 1. contra Hæreſes.
a Philo. libe. 4. de vit. Appollon.
b Cyrillus Hieroſoly. cathec. 1. Myſtagog.

De acolytis. Cap. VI.

1 *Acolyti qui, & munus.*
Lumen in eccleſia Dei quare accendatur. eod.
2 *Acolytatus maior ordine lectoris.*
3 *Acolyti nomen quid ſignificet.*
4 *Acolyti conſtituendi ætas.*
5 *Tonſurandi prima tonſura ætas.*

1 SVnt Acolyti, qui faculas & lumen deferunt in eccleſia, dum ſacra myſteria peragenda ſunt, uel quando Euangelium legendum:[a] non non quidem ad effugandas tenebras, uel ad Solem lucentem illuſtrandum, ſed ut hoc ſymbolo luminis corporalis, ſignificent lumen illud æternum, eum inquam qui uenit ut teſtimonium perhiberet de lumine,[b] quique lux ipſe eſt, & qui illuminat omnem hominẽ uenientem in hunc mundum, cuius ueritatem eccleſia catholica didicit. Eſtq́ue huic aliud officiũ iniunctum, nempe ut diacono miniſtranti in ſacra liturgia ſacerdoti, ſuggerat urceolos, ex quibus uinum & aqua in ſacerdotis calicem infunditur, ad conſecrationem ſanguinis Do-
2 mini.[c] Maiorq́ue hic gradus lectoris ordine: quia lectori non licet ſacra in ſacrario contin-
3 gere, acolyto licet.[d] Vnde & nomen ἀκόλυτος, id eſt, non impeditus: is enim cum in numerum eorum, qui ſacramenta maiora pertractant, non ſit receptus, tamen non eſt impeditus, quin poſſit cum illis ſacris faciundis intereſſe. Sic enim Græci dicunt ἀκώλυτον ἔξοδον, ut Lucianus,[e] & Herodianus,[f] ῥᾳδία καὶ ἔισοδος αὐτῷ καὶ ἀκώλυτος, ingreſſus liber ut nec acceſſu prohibeatur. Meminit de acolyto Nice-
4 phoro D. Cyprianus.[g] Ætatem ſufficientem ad hunc conſequendum ordinem exiſtimauit Sozinus ſumm. pontifex, 21. annum, quatuordecimum inquam à prima tonſura ſuſce-
5 pta poſt infantiam,[h] quæ eſt ſeptem annorum.[i]

a ca. cleros, §. fin. 21 diſt. ca. perlectis, 25. diſtin. cap. Acolytus, 23. diſt.
b D. Ioan. in Euang. cap. 1.
c cano. Acolytus, 23 diſt.
d c. non liceat cuilibet, cum c. ſeq. 23. diſt.
e Lucia. in Timo.
f Herodi. in 2.
g D. Cypria li. 3 Epiſt. epiſt 8.
h ca. in multis. & c. ſeq. 77 diſt.
i l. ſi infanti, C. de iure delibe.

De diacono, & ſubdiacono. Cap. VII.

1 *Ordinum omnium finis ſacerdotium.*
2 *Diaconorum inſtitutionis cauſa, & munus.*
3 *Diaconi epiſcopi.*
4 *Diaconus quis maior & minor ſacerdote.*
5 *Diaconi in eccleſia Dei, in locum Leuitarum.*
6 *Diaconi retrahi poſſunt ad eccleſias, in quibus ordinati ſunt, nec ordinari debent, niſi certis eccleſiis.*
7 *Diaconi officium quod.*
8 *Subdiaconus quis: & officium.*
Nathanæi. eod.
9 *Diaconatus num ordo eccleſiaſticus.*
10 *Diaconiſſa, & eius ætas.*
11 *Diaconorum & presbyterorum ætas quæ.*
12 *Diaconiſſæ officium.*
13 *Diaconiſſæ caſtitatem promittunt.*
14 *Subdiaconatus eſt gradus præcedens diaconatum.*
15 *Manuum impoſitio ſit diaconis & ſubdiaconis.*
16 *Subdiaconatus officium.*

1 HIc repetere oportet, quæ de archidiacono dicuntur, quantum pertinet ad nominis diaconi ſignificationem: quod non aliud quàm miniſterium exprimere diximus: Porro hic Diaconos & ſubdiaconus ratione presbyteri dicuntur, cui miniſtrant vel ſubſeruiant, non ſecus ac omnes ordines eccleſiæ pertinent ad finem officij ſacerdotalis, in quo nobilioris ſacramẽti fit tractatio, & in quo ſacramentorũ omniũ fons, inſtitutor, & largitor gratiarum omnium adeſt, Deus ipſe & redemptor humani generis
2 Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Et quanquam olim in naſcente eccleſia diaconi fuerint introducti ab apoſtolis, ut miniſterio menſarum quotidiano inſeruirent, tamen obſeruandum eſt, & in auxilium presbyterorum, nempe & apoſtolorum, electos fuiſſe, ut ij liberius incumberent uerbo Dei: illi autem quæ ad temporaliũ ſolicitudinem pertinebant, tractarent.[k] Idcirco nihil aliud diaconi officium eſt, quàm opera adhibita ſacerdoti in rebus ſubminiſtrandis in conſecrationem: quare ei uel ſacrificanti, uel baptizanti adſtant. Prohibitum tamen iſtis concilio Arelatenſi,[l] ne ipſi offerant ſacrificium: euchariſtiam tamen conſectam diſtri-
3 buunt, ex concilio Carthaginenſi.[m] Diaconi epiſcoporum, nunc archidiaconi, uel præcipui inter diaconos, ſunt ueluti epiſcoporum oculi, perſpicientes actus totius eccleſiæ, quos referãt
4 epiſcopo.[n] Nobiliores tamen hi diaconi, ratione perſonæ epiſcopi, cui deſeruiunt: eaque de cauſa tunc præſtantiores presbyteris non fungentibus eo officio: at reliqui minores cẽſentur ſacerdotibus, & eis ſubijciuntur, & locum digniorem concedere debent.[o] De uita autem & moribus requiſitis in eis, ſicut & in hypodiaco-
5 nis, docet abunde D. Paulus.[p] Succeſſit autem diaconatus in eccleſia Dei in locum Leuitarum,[q] qui miniſtrabant ſacerdoti legis anti-
6 quæ ex Dei iuſſu.[r] Idq́ue pro neceſſitate eccleſiarum, in quibus ordinabantur, ad quas iure poſſent ab epiſcopis, ut ad eccleſias proprias retrahi, etiam per ſententiam excommunicationis: ueluti proſtat exemplum apud Gregorium Turonenſem,[s] de Theodulpho diacono Pariſienſi à Ragoimundo epiſcopo Pariſiorum excommunicato, quòd ab epiſcopo Andegauenſi nollet redire in propriam eccleſiam. Quod etiam fuit deciſum in concilio Arelatẽſi 1. tempore Conſtantini Cæſaris, & Sylueſtri Pappæ, can. 2. *De his qui in quibuſcunque locis ordinati fuerint, in illis perſeuerent*, & in can. 22. *presbyteri & diaconi dimittentes propria loca in quibus ordinati ſunt, reuocantur: ſi recuſent, deponuntur.* Et in 23. ſeſſione concilij Tridentini, in decreto de reformatione c. 16. ſtatutum, ut nullus in poſterum clericus ordinetur, qui illi eccleſiæ aut pio loco, pro cuius neceſſitate aut utilitate aſſumitur, non aſcribatur ubi ſuis fungatur muneribus, nec incertis uagetur ſedibus. Quod ſi locum inconſulto epiſcopo deſeruerit, ei ſacrorum exercitio interdicatur. Idem ſtatutum concilio Niceno,[t] & in concilio Antio-
7 cheno,[u] & Calcedonenſi.[x] Ad diaconi officiũ pertinet, aſſiſtere ſacerdotibus, miniſtrare omnibus, quæ aguntur in ſacramentis Chriſti, in baptiſmo, in chriſmate, patena, calice: oblationes quoque inferre & diſponere in altari, cõponere menſam Domini ac ueſtire, crucem ferre, prædicare Euangelium, & epiſtolam ad Paulum.[y] Et ſi diaconus ſit epiſcopi, circuire gregem, & uitia obſeruare, & epiſcopo referre.[z] Diaconi etiam ſimplicis officium, corporalia & pallas lauare.[a] Qui miniſterium adhibet diacono, is ὑποδιάκονος, uel ſubdiaconus dicitur,[b] qui ſucceſſit in locum Nathanæorum, qui erant in ſynagoga Iudæorum.[c]

Huius

k Actuum, 6
l can. 15.
m can. 38.
n can. diaconi eccleſiæ, c. diaconi ſeptem, & c. diaconi qui, & c. diaconus, 93. diſt.
o c. à ſubdiacono, c. peruenit, & c. non oportet, ca. diaconi ita ſe, & c. nonnullis, 93. diſt.
p prior. Timothe. 3. c. erubeſcant, 32. diſt. c. ſi quiſquam, de cohabit. cleri.
q c. cleros, circa finẽ, 21 diſt.
r Numerus ca. 3. & 8.
s libr. 10. hiſto. Turon. ca. 14.
t c. 15 & 16. canonum. 70. diſt. cap. un. de cleri. peregr.
u cap. 7.
x cap. 17.
y ca. perlectis, 25. diſt.
z ca. diaconi, 93. diſt.
a ca. nemo per ignorãtiam, de cõſecra. diſt. 1.
b ca. cleros, 21. diſtinct.
c 1. Eſdra, c. 8.

8 Huius officium eſt,[a] Leuitis, uel diaconis calicem & patenam ad altare Chriſti deferre eiſq; miniſtrare, urceolum quoque, aquam, & mantile tenere, aquam lauandis manibus epiſco-
9 po, presbyteris, & Leuitis præbere. Exiſtimauit Vrbanus Pappa,[b] inter ſacros ordines non fuiſſe cõnumeratum in eccleſia primitiua ſubdiaconatum: ideo non poſſe inde promoueri aliquem iure communi in epiſcopum, quod Innocentius 3. ſequitur.[c] Hodie tamen eſt ſacer ordo,[d] cum & fuerit ordo tempore apoſtolorũ: ſed non inter eos, quos nunc dicimus ſacros, ſiquidem de illo meminerunt canones apoſtolici.[e] Meminit de hypodiacono & acolyto Cy-
10 prianus.[f] Meminit & D. Ignatius.[g] Inuenimus etiam in iure ciuili diaconiſſæ mentionem, eiſque ſaltem eſſe quinquaginta, uel ſexaginta
11 annorum exigit.[h] In Nouellis autem Iuſtinianeis poſtulátur quadraginta,[i] quod & in Chalcedonenſi concilio ſtatutum cum diligenti examinatione.[k] Quamuis in diaconatu nunc[l] ætas ſit legitima uiginti annorum: in ſubdiaco-
12 natu, 18. presbyteratus 25. De diaconiſſarum officio ſic ſcribit Epiphanius,[m] *Sed & diaconiſſæ conſtituuntur in miniſterium mulierum ſolum, propter uenerentiam, ſi opus fuerit, balnei gratia, aut uiſitationis, aut inſpectionis corporum: & ipſæ ſint etiam quæ in unis nuptijs continenter ſe habuerunt, aut ab unis nuptijs uiduitatem ſeruauerunt,*
13 *aut ſemper uirgines ſint.* Nam nec licet illis poſtea matrimonium experiri: alioquin anathemate plectuntur.[n] Prius enim quam ordinen-
14 tur, promittere debent caſtitatem.[o] Gradus ad diaconatum ſubdiaconatus eſt, nec turbato ordine diaconatus ante ſubdiaconatum confertur:[p] unde nec ex ſubdiacono per ſaltum ſit archidiaconus, etſi poſſit epiſcopus elici inde.[q]
15 Fit utriq; & diacono & ſubdiacono manus impoſitio per epiſcopum, cum ordinantur: alioquin ſine illa ordinatis hoc ſupplementum adijcere oportet.[r] Verum diaconus recipit manus conſecrationæ ab epiſcopo impoſitionem, non autem talem ſubdiaconus, ſed benedictionis:[s] ſic enim accipitur in ſubdiacono manus impo-
16 ſitio pro benedictione.[t] Ad ſubdiaconi officiũ pertinet, calicem & patenam ante altare Chriſti deferre, & Leuitis tradere, eiſque miniſtrare: urceolum quoque, & aquam, & mantile: & manutergium tenere, epiſcopo, presbyteris, & Leuitis, pro lauandis ante altare manibus, aquam præbere.[u]

a ca. perlectis, 23 diſtin. c. ſubdiaconus, 23. diſtinct.
b in c. ſi. 65. diſt.
c In ca. à multis, ca. 9 de æta. & qual. libr. 1. Decre. tit. 14. c. ante triennium, 31. diſt.
d c. miramur. c. 7. de ſer. non ordin. li. 1. Decre. tuta 18 clem, ut hi, de æta. & qual in clem.
e c. epiſcopus, 95. diſt.
f Cypria. lib. 2. Epiſt. epiſt. 10. & lib. 3. epiſto. 22. & 21.
g Epiſtola, ad Antiochenſes.
h l. nullam, de epiſc. & cler.
i §. diaconiſſa, de ſanct. epiſc. coll. 9, auth. diaconiſſam, C. de epiſc. & cler.
k in Chalce. concil. cap. 14. & ca. diaconiſſam, 27 q. 1.
l ca. de his, 28. diſtin.
m Epiphani. li. 3 con. hæret. Tomo, 2.
n in can 14 concil. Chalce. & in c. diaconiſſam, 27. q. 1.
o c. de Syracuſanæ & § ecce, cum duob. c. ſeq 28 diſt.
p in c. ſollicitudo, 52. diſt.
q cap innotuimus, & c. nullus in epiſcopum, 60 diſt.
r ca. 1. de ſacra. non iter. c. diaconus, 23. diſt.
s ca. ſubdiaconus, 23. diſt.
t in d. c. 1. de ſacra. non ite. ca. quoniam, 62 diſtin. c. manus. 1. q. 1.
u ca. perlectis, § ad ſubdiaconum, 23 diſt.

De presbytero, ſacerdotio, & presbyteratu. Cap. VIII.

1 *Animæ inditus Dei natura dictante cultus.*
2 *Religio iuris gentium, & naturæ: etſi modus colendi alterius iuris.*
3 *Deo omni tempore ab omnibus ſacrificatum.*
4 *Sacrificare quid.*
5 *Sacrificia publica, & priuata, & eorum ſpecies.*
6 *Sacrificulorum neceſſitas.*
Sacra tractanda honeſte, eod.
7 *Sacerdos ethnicis notabat offerendam hoſtiam prius.*
8 *Sacerdotes unde nominati.*
Presbyteri quare dicti ſacerdotes, eod.
9 *Sacerdotis uel presbyteri officium.*
10 *Sacerdotium ſumma eccleſiaſtica dignitas.*
11 *Sacerdos generali appellatione quilibet dici poteſt,*
12 *Presbyteræ mulieres quæ dicantur.*
13 *Sacerdotis nomen continet epiſcopos omnes, & ſummum pontificem.*
14 *Presbyter, & epiſcopus pro eodem olim & dignitas.*
15 *Epiſcopus in eccleſia maior, in domo presbyteris æqualis.*
16 *Sacerdotis aut presbyteri munus.*
17 *Sacerdotes publicæ perſonæ.*
18 *Sacerdotes erant iudices.*
19 *Sacerdotes in bellis.*
20 *Sacerdotium gradatim tantum poſt alios ordines confertur.*
21 *Sacerdotes in lege naturæ ex genere, nõ electione.*
22 *Primogeniti erant iure ſacrificuli in lege naturæ.*
23 *Sacerdotes publici primi, Enos, Noa, Melchiſedech, primogeniti, pro quibus tribus Leui ſeruiuit Deo, Moſes.*
24 *Sacerdotij Moſaici reditus unde.*
25 *Decimæ ſacerdotibus gentilium, & Dei diſtributa & data.*
Sacerdotes Aegyptij ex publico alebantur immunes à tributis, eod.
26 *Sacerdotes per uices officio in lege Moſis fungebantur.*
27 *Sacerdotum legis antiquæ initiandorum forma, umbra noſtrorum.*
28 *Ordinum ſacrorum origo & ſucceſſio.*
29 *Sacerdotum ethnicorum uaria farrago, & nomenclatura.*
30 *Sacrificulorum Græcorum gentilia uaria nomenclatura.*
31 *Sacrificulorum gentilium in locum quomodo ſubrogati ordines eccleſiaſtici, per prouincias & loca orbis.*
32 *Sacerdotes curiones ethnicorum Romæ.*
33 *Sacerdotia inter Chriſtianos primum diſtributa ab Euariſto Romæ, dehinc per uniuerſum orbem à Dionyſio ſum. pontif.*
Parœchiæ unde dictæ, eod. Curiones unde dicti, eodem.
34 *Tituli ſacerdotum quid ſint, & origo.*
35 *Eccleſiæ ultra decimas & primitias addita à tempore Conſtantini Magni, & ratio.*
36 *Literæ iuſtitiæ, & in forma pauperum in beneficiaria re quid.*
37 *Sacerdotium dicitur, & dignitas ordinis, & prouentus eccleſiæ.*
Sacerdotium beneficium, ſanctuarium, eccleſia pro eodem, eod.
38 *Sacerdotum Chriſtianorum & gentilium gradus honoris.*
39 *Pontificis maximi Romanorum poteſtas.*

1 MVlti dicunt, inquit Dauid,[x] *Quis oſtẽdit nobis bona?* Reſpondet autem illorum inſipientiæ, *Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui, Domine.* Inſinuans animæ noſtræ propriam ineſſe naturã rationalem, à cuius lumine ea quæ facienda quæve ſequenda ſunt, doceamur, potiſſimum præcipua, inter quæ ſingulari notione nobis inſt diuini nominis cultus. Omnibus namque innatum & quaſi inſculptum eſt eſſe Deum.[y]
2 Nec de hominibus ulla gẽs eſt, neque tam immanſueta, neque tam ferrea, quæ non, etiam ſi ignoret qualem habere deceat, tamen habendum ſciat, teſte uel Cicerone.[z] Iuris naturæ quippe, erga Deum religio:[a] Et cultus Dei à natura inductus, etſi modus colendi ſit à le-
3 ge, ut author Ariſtoteles.[b] Proinde primum in mente eo ſtabilito, Deum eſſe, eumque omnipotentem, malorum auerſorem, bonorum largitorem, ſacrificia ab hominum genere, quamuis diuerſo modo, tamen aliquo exhibita fuiſſe

x Pſal. 4
y Cice 1. De natu. Deor.
z Idem, 2. de legib.
a l. ueluti, de iuſt. & iur.
b Ariſtot. 5. Ethico.

omni

4 omni ſeculo dubitandum non eſt. Sacrificare
quippe nihil aliud, ot ait Socrates, [a] eſt, quàm
munera Deo offerre, uel uiuere, aut petere ab
eo: breuiter, officium quod rei diuinæ faciendæ
5 cauſa impendebatur. Porro publica, & priuata
ſacrificia fuerunt. [b] Publica, quæ pro populo
vniuerſo publice fiebant, indeque pohlica. Pri
uata geotilitia & familiarum, quæ pro ſingulis
familijs & perſonis agebãtur. Omnia propria,
uel peregrina, quæ aliunde transferebantur.
Rurſum, diurna, nocturna: uel ſolemnia, ſta-
ta, anniuerſaria, calendaria, & ſimilia, in lucis,
6 nemoribus, mõtibus, templis exbibita. Quam-
obrem ſimul diuinis rebus ita authoratis, ope-
ræpretium foit, ut eſſent qui eas curarent, qui
templa reficerent, eaque ſarta tectaque custo-
dirent, & ſacrificia ex regula facerent, ut ait A-
riſtoteles. [c] Fueruntque ſacrificia, quæ ſacerdo-
tem neceſſario exigerent, ſecundum Platonē. [d]
potiſſimum in uero Dei cultu, in quo maxime
cauendum, ne eo abutamur nimia religione
ſeu ſuperſtitione, uel contemptu. Vtrumque
enim periculuſum. Et ideo ratione priori, *Ca-
ue*, inquit Dominus, [e] *ne holocauſtum offeras in
omni loco, ut gentes: ſed in loco, quem Dominus
elegerit in una tribuum ueſtrarum.* Propter autem
negligentiam in ſacrificijs admiſſam, uindi-
ctam Dei proximam eſſe, exempla Nadabi, &
7 Abiu, [f] & Heli fidem faciunt cum alijs. [g] At-
que Herodotus [h] piaculum fuiſſe apud Ægy-
ptios tradit immolaſſe hoſtiam non notatam à
ſacerdote, qui priuſquam immolaret, explora-
bat diligentiſſime, an munda eſſet: deinde alli-
gato canabo cornibus, applicitaque terra ſigil
lari annulo impreſſa, mũdam eſſe notabat. Cui
tamen oidetur aduerſari Macrobius, [i] dum aſſe
rit nunqoam fuiſſe licitum Ægyptijs pecudi-
bus, aut ſanguine, ſed ſolis precibus & thure
8 Deum placare. A ſacris ſacerdotes dici Varro
affirmat. [k] Sacerdotes quaſi ſacra dantes, [l]
compoſito nomine à ſacer, & δῶς, δωτὸς. Di-
cti presbyteri quoque propter dignitatem: [m]
quia olim & nunc in optimis rebuſpublicis,
ſenioribus dignitates & honores maiores dela
ti. [n] Et ſicut apud Latinos recepta eſt phra-
ſis, nihil eſſe antiquius, pro honoratius: ſic &
apud Græcos. Vt apud Iulium Pollucem [o]
οὐδὲν ἐστιν πρεσβύτερον, pro οὐδὲν τιμιώτερον. Forſan
& ſacra antiquiora. Ideo & eorum ſacrificuli
presbyteri non abſurde dici poſſunt. Sic Hero-
dotus, τὰ γὰρ θεῶν πρεσβύτερα ἐποιοῦντο, ἢ τὰ τῶν
ἀνδρῶν, antiquiora ac potiora dicebant quæ sũt
9 Dei, quàm hominum. D. Hieronymus, [p] *Sex-
tus, inquit, ſeniorum ordo eſt, qui ſacerdotibus da-
tur, qui presbyteri dicuntur, qui præſunt eccleſiæ
Dei, & Chriſti ſacramenta conficiunt. Ii autem in
benedictione cum epiſcopis conſortes miniſteriorum
ſunt, nec ulla in conficiendo corpore Chriſti ac ſan-
guine, inter eos & epiſcopos credenda diſtantia
eſt, &c.* Idē alibi [q] ait, in ſcripturis ſanctis pres-
byteros merito & ſapientia eligi, non ætate, &
ſenis nomen per uerbum presbyteri à ſeptua-
ginta interpretibus explicari in uetere Teſta-
mento, & ita præceptum fuiſſe Moſi, [r] ot elige
ret presbyteros, quos ſciret eſſe presbyteros,
10 hoc eſt, qui eo honore digni ſunt. Nam teſte
D. Ignatio, [s] ſacerdotium, ſumma eſt omnium
honorum, qui in hominibus conſiſtunt. Quòd
ſi quis inhonorauerit Deum, inhonorat &
Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum primoge
nitum omnis creaturæ, & ſolum natura prin-
11 cipem, & ſacerdotem Dei. Apparet autem
ex his nomen ſacerdotis & presbyterorum ge-

a Plato, in Eu-
typhrone.
b Sex. Pompe-
ius.
c Ariſtot. 6. Po-
lit. c. fi. & 3. Po-
lit. c. 10.
d Plato, 6. de
Le.
e Deutero. 12.
f Leuit. c. 10.
g 1. Reg. ca. 2.
3. & 4.
h Herod. li. 2.
i Macrob. li. 1.
Satur. cap. 3.
k Varro, 4. de
ling. Latin.
l c cleros, § ſa-
cerdos, 21 diſt.
m d. ca. cleros,
§. presbyteri.
n l. vt grada-
tim, de muner.
& honor. in P. l.
ſemper, de iur.
immunit. in P.
o Iulius. Pol-
lux, in 2.
p D. Hierony
in epiſt. de ſep-
tem gradibus,
eccleſiæ.
q Idem li. 2. in
Eſaiam c. 3.
r Exod. 18.
s D. Ignatius,
epiſtol. 10. ad
Smyrnenſes.

netali quadã nota latius poſſe diffundi, quàm
pro ordine ſacro initiatis, & quicunque quod-
libet offert ſacrificium, hoc modo poteſt dici
ſacerdos, ut & D. Petrus dixit, nos Chriſtianos
factos eſſe Chriſto regale ſacerdotium, [t] &c.
Atque alia ratione quoque D. Auguſtinus [u] ex
plicat verba Apocalypſeos, c. 20. illa. *Quod D.
Ioannis in Apocalypſi dicit, in iſtis: ſecunda mors
non habet poteſtatem, adiunxit, atque ait, ſed erũt
ſacerdotes Dei & Chriſti, & regnabunt cum eo mil
le annis. Non utique de ſolis epiſcopis & presbyte-
ris dictum eſt, qui proprie iam in eccleſia uocantur
ſacerdotes: ſed ſicut omnes Chriſtianos dicimus pro
pter myſticum chriſma, ſic omnes ſacerdotes quo-
niam membra ſunt unius ſacerdotis, de quibus apo-
ſtolus Petrus: plebs* (inquit) *ſancta, regale ſacerdo-
12 tium.* Et in Laodicenſi conſilio, [x] presbyte-
ras mulieres dici apud Græcos explicatur, quas
13 Latini dicunt uiduas & matricurias. Continen
tur itaque & ſacerdotis nomine, pontifices, e-
piſcopi, archiepiſcopi, & ſummus pontifex.
quia & uerbum כהן choen, ſacerdos, contine-
bat & magnum ſacerdotem, & inferiores. Vo-
cabant ſumm. pontificem כהן גדול. Et in eccle
ſia nunc quoque Chriſtiana maiores ſacerdo-
tes, quales ſumm. pontif. & epiſcopi, pro apo-
ſtolis: minores in ſeptuaginta duobus diſcipu-
lis ſunt deſignati. [y] Summus ſacerdos in æter-
num Dominus Deus noſter Ieſus Chriſtus, [z]
qui & primum dedit poteſtatem ſacerdotij D.
14 Petro cum primam. [a] Docet etiam D. Hierony
mus idem eſſe presbyterum, & epiſcopum, ſed
illum habere nomen dignitatis, hunc officij.
Vide eum hæc luculenter explicantem, [b] Vo-
cantur ἐπίσκοποι, quaſi ſuperintendentes. At-
que tantum gradu ſupra ſacerdotes, & alios
presbyteros uno, conſtituit epiſcopum: quia ex
presbyteris per illos unus electus eſt, qui cæte-
ris præponeretur in ſchiſmatis remedium, ne
vnuſquiſque ad ſe trahens, Chriſti eccleſiam
rumperet. Simile, ſi exercitus Imperatorem fa-
ciat: aut diaconi eligant de ſe quem induſtriũ
15 nouerint, quē archidiaconum nominent. [c] Sic
omnes presbyteri epiſcopi non erant, cũ tamē
epiſcopi omnes presbyteri eſſent, quia ex ijs e-
rant electi, & tales eſſe debeant. [d] Alioqoin gra
dũ, quē non habent, non poſſunt cõferre. [e] Vn-
de epiſcopus in eccleſia uel conſenſu presbyte
rorũ ſublimior ſedere debet: intra domum ue-
ro collegã presbyterorũ ſe eſſe cognoſcat, ſta-
tutũ, & ſedens ſtare presbyterũ non patiatur. [f]
16 Præcipuum munus presbyteri, & ordinationis
eius ſtatuitur conficere Domini ſacramenta,
ut Ephiphanius Ioanni Epiſcopo Hieroſoly-
morum ſcribit. [g] Quod & iura pontificia teſtan
tur, [h] precari & benedicere dona Dei. Sic & ad
Hebræos D. Paulus, [i] בוהן חבלקה מכבי אדם
כל, &c. id eſt, ut verſio uulgaris habet: *Omnis põ
tifex qui ex hominibus aſſumitur, pro hominibus
conſtituitur in his quæ apud Deum aguntur, ut offe-
rat donaria & victimas pro peccatis.* In Hebraica
veritate, non omnis pontifex, ſed omnis choen
ſacerdos. Quanquam & hæc uerſio habeat, πᾶς
γὰρ ἀρχιερεὺς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος, &c. i. *om
nis princeps ſacerdotum ex hominibus aſſump-
tus, &c.* Probabilior tamen Hebraica uerſio. Et
ita etiam de omnibus ſacerdotibus, intelligen-
da eſſe tradita à D. Paulo docemur: [k] quorũ &
miniſterio & peccata delentur à Deo. [l] Proin-
de & audit exomologeſes, & bonus peri-
tuſque eſſe debet [m] in diſtinctione lepræ &
17 lepræ. Pro hominibus autem ſacerdotes
offerunt ſacrificia, quia publicæ perſonæ
ſunt

t 1. Petri. c. 2.
u D. Aug. libr.
2 de ciuit. Dei,
cap. 10.
x c. fin. 32 diſt.
y ca. 1. & 2. diſt.
z Pſal. 109.
a can. in nouo,
21. diſtin. Mat-
thæ. 16.
b D. Hieron. in
epiſt. ad Titum
ca. e ad verba il
la, & conſtitues
p ciuitates preſ
byteros, 10 9 &
in epiſtola Eua
grio ſcr pta, 10,
9 cap. legimus,
93. diſt. c. olim,
& ca. ſeq. 93. di-
ſtin.
c Idē, in epiſt.
Euagrio, ſcrip-
ta.
d ca. ex literis,
de excell. præ-
lat.
e ca. gratia, 1. q.
9 c. ventum, 00.
can. Daibertũ,
1. q. 7. c. quomo
do, de conſe-
crat. diſt. 4.
f in cõcili. Car
thag. ca 4 & ca.
epiſc. in quoli-
bet, cum c. ſeq.
65 diſt. 10 conc.
Martini Papæ.
g Epiſtu. Epi-
pha eſt inter
epiſt. D. Hiero-
ny. quia ab eo.
conuerſa, 10. 2.
oper. & in c. ec-
ce ego. 93. diſt.
h ca. perlectis,
25 diſt. ca. dictũ
eſt, 1 q. 1. ca ſa-
cerdotes 6 q 2.
ca. quia epiſco-
pus, 1 q 1.
i ad Hebræos,
cap. 5.
k in c. ipſi ſacer
dotes, 1. q. 1.
l d. c. ipſi.
m c. 1. de pœni.
diſt. 1.

ſunt.[a] Et priuati ſacra hæc tractare non poſ-
ſunt, aut non initiati, ual promori ad hanc di-
gnitatem.[b] Snnt & alia ſacerdotum officia, quę
longum aſſat per ſingula referre, & facile ex an
tiquis elici poſſunt hiſtoriarum monumentis:
tum gén lium, tum eorum, qui ueri Dei habue-
18 runt cultum. Erant inter cætera apud Ægyp-
19 tios judices ſacerdotes, authora Æliano.[c] A-
liud officiū apud Vtopienſes,[d] ut decernētibus
prælio copijs, ſeorſum illi, non admodum pro-
cul, conſidant genibus, ſacris neſtibus induti,
tenſis ad cœlum palmis, primum omnium pa-
cem, proxime ſuis victoriam, ſed neutri cruan-
tam parti comprecantes: vt & vincentibus, præ
currant in aciem, & ſequenter in profligatos in
20 bibeant. Requiruntur autem presbytero ordi-
nando, primum ea quæ in diacono & inferio-
ribus ordinibus, per quos aſcendera gradatim
debet presbyter.[e] Proinde adeſſe debent probi
mores, ætas, eruditio, & reliqua, da quibus pau-
21 lo poſt. In ueteri lege naturæ & Moſaica ſacer
dotes fuerunt ex ganere, non electione conſti-
22 tuti: ſic notant Rabini,[f] ante ſacerdotium Aa-
ronis, primogenitos Hebręorum iure primoge
nituræ habuiſſe veſtem ſacerdotalam & digni-
taté ſacerdotū, ius offerendi Deo, & duplicem
partem bonorū paternorum: aliquando tamen
omner ſine dalectu officij ſacrificia obtuleſūt,
23 ut Cain & Abel.[g] Enos tamen ex forma cœpit
inuocara nomé Domini, & ſuit publicus, ut o-
pinor Dei ſacerdos.[h] Sed & Noa hoc munus
gaſſit, nam & is ædificauit altare domino, & ob
tulit holocauſta.[i] Poſt quem quoque & legitur
de Melchiſedecho, quòd eſſet tépore Abraha-
mi ſacerdos altiſſimi.[k] In exitu atiam ex Ægy
pto filiorū Iſrael, Deus iuſſit ſibi ſanctificari,
omnes primogenitos.[l] Subinda cū non omner
primogeniti tribuū Iſraal eſſent idonei, imò in
epti ad cultum & miniſterium diuinum, uo-
luit pro illis ſanctificari tribum unam Leui:[m]
quia taliquę bac dempta ſacrificarunt idolo vi
tuli aurei, ſi credimus Rabino Salomoni.[n] A
quo tamen alij diſſentiunt: etſi fatendum ſit,
tribum hanc adhæſiſſe Moſi in uindicādis ido-
24 lolatris uituli: dictū. n. illis tunc, *Conſecraſtis*[o]
hodie manus ueſtras domino, unuſquiſque in filio
& fratre ſuo. Neque eundum inficias lega tradi
ta in monte à Moſa ſacerdotij, regulas prǽſcrip
tas, cultumque diuinum ex lege ſactum: & an-
nonam illis ex ſacrificijs & oblationibus in pe
regrinationem deſerti cōſtitutam.[p] Adepta de
inceps terra pollicita, caque diuiſa, inra illorū
firmata fuerunt, additæ eis decimæ & primitiæ
bonorum, in partem illorum: non enim Leui-
tis diſtributa eſt pars in poſſeſſionem.[q] Sicut
& apud ethnicos, ſacerdotes decimas capere
ſoliti erant,[r] ex thure, quod ex Arabia Sabotā
deferretur. Et in Thomna[s] diuidabātur portio
nes, ex cinamomo decimæ inter Ægyptios ſa-
25 cerdotes. Vltra tamen ex publico nutriebātur
ſacerdotes Ægyptij, eratque terra illorum im-
munis ab omni penſitatione tributaria, & one
re.[t] Scribit & Ariſtoteler[u] ſacerdotibus Græco
rum fuiſſa commeſſationer neceſſarias inſtitu-
tas circa æder ſacras. Veſtigia ét manent Roma
norum apud Pomponium Lætum,[x] decimas
idolis religionis gratia fuiſſe exhibitas, & ſacer
dotibus eorū, dū de poticijs & Pinarijs ſcribit,
dicens, *Herculē priſcum in Euādri ara decimas ſol-*
uiſſe, & in foro Boario, illi aræ proximo, etiam ex uo
to poſteros exhibuiſſe decimas: certumq; habitū, ut
qui uellent diuites fieri, ſoluerent decimas Herculi,
26 *indeque M. Luculli factas opes.* Et ſicut miniſte-

a l. 1. § huius ſtudij, de iuſti. & iur. in P.
b Leuit. c. 27.
c Aelia. lib. 14. de var. hiſtor. c. 34.
d Thomas Morus, lib. 2. Vtopiæ.
e ca. 1. de clericis per ſalt. promouen. lib. 5. Decret. tit. 29.
f glo. & Rabini, in cap. 25. & 27. Geneſ.
g Geneſ. 4.
h Geneſ. 4.
i Geneſ. 8.
k Geneſ. 4. ad Hebræ.
l Exod. 13.
m Numero. c. 3. & 7.
n Rab. Salom. in cōment. ad 32. c. Exo.
o Exo. 32.
p Exo. ca. 28. & 29.
q Nume. 18 & 34. Ioſue, 14. ca. quamuis, c. 1 & c. prohibemus, de decim. c. cum ſit carpenſis, de verb. ſignif. can. 8. 16 q. 7 Ezechi. c. 44. D. Cypria. Epiſto. lib. 1. epiſt. 9
r Plini. lib. 12. cap. 14.
s Idem, lib. 12. cap. 19.
t Geneſ. 47.
u Ariſtot. li. 7. Polit.
x Pompo. Lætus, de ſacerdo.

riū exhibebant diuinis Leuitici generis, ſic &
ſacerdotiu fungebātur qui ex genere Aaronis
erant: ita enim placuit, initiatique ſunt & con-
ſecrati domino iti ſacerdotes in æternum.[y] Di-
uiſit & Dauid poſtea multitudinem harum tri-
buum in certos ordines, ut per uicer fungeren-
27 tur & ſacerdotio, & miniſterio.[z] Erat auté cer-
ta forma[a] initiādi ſacerdotes in lega antiqua,
quę ceremonijs myſteria futuri ſacardotij Chri
28 ſtiani referebant. Tranſlata porro lex, cū trans
latum quoque eſt ſacerdotium in aduentu Do
mini noſtri Ieſu Chriſti,[b] qui fuit uerus & ſum
mus ſacerdos, ſeipſum pro nobis hoſtiam offe-
rés Deo patri.[c] Electi ab illo apoſtoli,[d] dehinc
ſeptuaginta duo diſcipuli. Apoſtolis ſucceſſe-
runt epiſcopi,[e] & diaconi,[f] fuerunt & ſacerdo-
tes & presbyteri. Et craſcente Chriſtianorum
29 numero, clericorum ordiner diſpoſiti.[g] Oeco-
nomia autem omnis clericorum uni Deo diſ-
poſita eſt & conſecrata, nō ſicut apud ethnicos
diuerſis: apud quos ſicut copia erat Deorū con
ficta, ſic & varia farrago ſacrificulorum ſingu-
lorum idolorū, ut Flamines, Diales, Martiales,
Quirinales, Viminales, Vulcanales, Carmanta
les, Falacer, Palatualis, Furinalis, Pomonanus,
& ijs ſimiles. Plures & ſacerdotes ut Potitij, Pi-
narij, Aruales, Salij, Fęciales, Patres patrati, Gal
li magnæ matris Ideæ, Duumuiri ſacrorum, Ti
tij ſodales, Luperij, Popi, & id genus alij,[h] qui
bus Roma abundabat, in ſua ſuperſtitione &
impietate ante habitam Dei ueri notitiā. Quē-
admodū & apud alias gentilium nationes, eiuſ
dem inſtitun ſacrorum receptorum narij fue-
30 runt adminiſtri, potiſſimum apud Græcos, qui
cum ſapientiores alijs uideri uellent, ſibi acer-
uum in falſa religione ſacrificulorum cumula
runt, indeq; prodierunt, ὑπηρέται, ſubminiſtran
tes: ζακόροι, miniſtri: νεωκόροι, æditui, purgātes do
mū ſacram: ἱερουργοί, adminiſtrātes ſacrificijs na-
ceſſaria: καθαρταὶ purgationibus deſeruiētes: χα-
λαζοφύλακες, grandinū & tempeſtatū obſeruato
res: ὀργεῶνες ijſdē myſtarijs initiati: θυταί, ſacrifi-
culi: προφῆται, prophetę: ὑποπροφῆται, ſubprophe
tæ: θυηκοοί, vates, qui & χρησμῳδοὶ, μαντεῖς, θεο-
μάντεις, & ijs ſimiles. In quorum locū patres na
ſcantis eccleſiæ ſuffecerunt ueræ religionis &
31 Dei ueri adminiſtros, & eorū ordines, eradica-
tis zizanijs, atque diuiſis prouincijs patriarchæ
poſiti, ubi erant archiflamines, epiſcopi, ubi fla
miner: ſacerdoter Dei idolorum ſacerdotibus
oppoſiti.[i] Et Romæ, ubi erat caput totius idolo
latriæ & orbis caput & ſedes poſita pręcipua ſā
32 ctitatis.[k] Erāt antea apud Romanos, curiones
ſacerdotes, à curijs ex lege Romuli eligédi ido-
lis miniſtrantes, qui curiarum ſuffragio craabā
tur.[l] Et ijs præpoſitus curio magnus, qui ſuffra
gio populi comitijs creabatʳ, authore Liuio,[m]
33 Chriſtiano autem populo aucto Romę, & Eua
riſtus primus[n] ſacerdotes diſtribuit per ſingu-
las urbis Romæ curias, qui præberét ſacramen
ta, & ſacra alia populo: illi aūt quibus præberé
tur, uiciſſim neceſſaria ſuppeditarét uictui eiſ-
dé. Inde partes illæ urbis diſtributæ, dictæ parę
chię, & curioner, & ſubditi parochi, à verbo
Græco παρέχειν, i. præbere. Meminit D. Cypria-
nus[o] primitias & decimas illis deberi. Per uni-
uerſum deinceps orbē circa annū domini 266.
Dionyſius ſum. pont. idipſum fieri curauit, di-
ſtributis locis ſingulis curionibus aſſignatis[p]
reditibus decimis, quæ intra limites diſtinctos
cōtinarentur.[p] Et proinde iſti curioner proprij
ſacerdotes dicūtur, quibus animarū cōmiſſarū
34 iura demādatur ſingulariter.[q] Hinc & titulos
exigi

y Exo. 29. Leuit. 8.
z 1. Paralip. ca. 23. & 25. Luc. 1
a hanc formā vide deſcriptā Exo. 29. & Leuit. 8.
b c. tranſlato, de conſtitutio. cano. in nouo, 21 diſt.
c ad Hebr. ca. & 1.
d Matth. 10. ad Epeſ. 4.
e cano. vlt. 68. diſt. can. in nouo, can. videntes, 12. q. 1. can. dominus, 93. diſtinct.
f can. diacon. cano. diaconi ſeptem, & can. diaconi, qui ea. diſt.
g cano. cleros, 21. diſt.
h de quib. omnib. & eorum electione vide Nicola. Gruchium, lib. 2. de comiti. Roma. cap. 2.
i cano. vrbes, can. epiſcopi. con in illis, 80. diſt.
k con beati Petrus, & Paul. 1. q. 7.
l Dionyſ. Halicar. lib. 2.
m Liuius, li. 7. Deca 3.
n Platina, in Euariſto.
o D. Cyprian. epiſt. 9 lib. 1.
p cano 1 & cano. eccleſias, 13 q 1 cano. 1. 93 diſtin cano. epiſcopi, 80. diſtinct. ca paſtoralis, de ijs quæ fiunt à præl. ſine conſ. capit. Polyd. Virgil. li 4. c. 9.
q ca. omnis vtriuſque, de pœnit. & remiſſ.

exigi in creandis ſacerdotibus ſtatutum, i. eccleſias proprias, quibus ſufficerentur, & unde titulum nomenque presbyteri ſumerēt.ᵃ Quāuis poſtea pro illis patrimonium uitæ ſufficiēt
35 tantum requiſitum ſit.ᵇ Eccleſijs quoque adiuncta ſunt, quæ ad nutriendos cultus diuini miniſtros, potiſſimum ſacerdotes proprios, eſſent neceſſaria & ultra decimas & primitias alia bona temporalia, hæreditates, & patrimonia, potiſſimum à tempore Cōſtantini, qui ita fieri permiſit.ᶜ Antea enim non erat licitum, nec cum eccleſia inter Iudæos eſſet uſurpatū: nam futurū transferendam eccleſiā in gentes præuidentes apoſtoli, omnia uendebāt & pretium in communia ad pedes ferebant apoſtolorū. At tranſlatione facta, & experientia edocti, ob tyrannorum perſecutionem, cultum diuinum diſſipari, & ceſſante perſecutione ægre reſarciri, cum deficerent bona, placuit & temporalia eccleſijs addi retinenda.ᵈ Et ita eccleſiarū reditus, miniſtris etiā inferioribus ſuffecere.ᵉ Et cautum, ne baſilicæ ſiue templa ſine cōgrua dotatione redituum conſtruerentur:ᶠ ut qui al-
36 tari ſeruirent, de altari poſſent uiuere.ᵍ Nō enim alligandum eſt os boui trituranti.ʰ Idcirco codicilli ſeu literę quædā, ſeu reſcripta ſūmi pontificis dicuntur iuſtitiæ ad futura beneficia, quibus iubetur epiſcopo conferre beneficiū clerico pauperi, quem ſine titulo ordinauit: dictæ inſtitiæ, quia iuſtum eſt eum alere, quem pauperē ordinauit:ⁱ aliter dictæ in forma pauperum, quia in ea forma tantum pro pauperi-
37 bus clericis conceduntur.ᵏ Hinc prouentus, qui ſacerdotibus debentur, ſicut & dignitas ipſa ſacerdotium dicitur, cum apud ethnicos, tū etiam apud nos. Sic Liuius,ˡ *Gens Potitia, cuius census ad aram Herculis familiare ſacerdotium erat &c.* Meminit Modeſtinus,ᵐ cautum lege Iulia de ambitu, ne ſacerdotiū à populo peteretur Hermogenesⁿ quoq; propter ſacerdotium adeptū, poſſe diſſolui matrimoniū bona gratia tradit, uſurpāt ita Cæſares & iuris pōtificij authores, pro eo quod alio nomine beneficiū dicimus. Et ſi ſciā ſacerdotium & pro presbyteratu, quāuis non adſint fructus ei eccleſiaſtici, accipi.ᵒ Et communi uulgariq; nomine dici beneficiū,ᵖ quod & ſacerdotiū, ſanctuarium,ᑫ ec-
38 cleſiaq;ʳ dicitur. Sacerdotiū unum pręcipuum omnibuſq; cōmune officiū eſt, uerum accedūt illis aliunde tituli & qualitates, quæ augent dignitatē ſingulorum. Alij nāque ſimpliciter ſacerdotes, alij curiones, alij epiſcopi, alij archiepiſcopi, patriarchæ, pont. ſum.ˢ &c. Quemadmodū & ordo dignitatū ſacerdotū apud gentiles erat; q ex ſuorū idolorū dignitate, quos uocabant Deos, ut pleriſque gradus habebat. Sicque Feſtus tradit,ᵗ inter ſacerdotes illorū maximū fuiſſe regem, deinde Dialem, poſt hunc Martialem, quarto loco Quirinalem, quinto pontificem Maximum. *Et quod in conuiuijs ſupra omnes rex accubabat, Dialis ſupra Martialem, Martialis ſupra Maximum, is dein ſupra pontificem. Rex, quia potentiſſimus: dialis, quia uniuerſi mundi ſacerdos, qui appellatur Dius: Martialis, quia Mars conditoris urbis parens: Quirinalis, ſocio imperij Romani Curibus aſcito Quirino. Pontifex Maximus, quòd iudex atque arbiter habetur rerum diuinarum & humanarum.* Hæc Feſtus.

a can. 1 & 2. 70 diſtin.
b c.2 & c. tuis, quæſtionibus, de praben. ep. Grego.
c l. 1. de ſacroſ. eccl. C.
d can. Futurā, & ca. uidentes, 12. q. 1.
e c. ſaluator, de præb. in Extrau. commu.
f c. in nemo, de conſecra. diſt. 1. c. 1. de cēſib. ap. Grego. c. ad audientiā, 10 1. de eccleſ. ædifi.
g c 2. c. epiſcopus, c. extirpandę. § 1 & c. cū ſecundā apoſtolū, de præbend. c. cū ſit Romana, de ſimon.
h Deuterono. 25. ad Galat. 6 D. Matth. 10. D. Marc. 6. D. Luc. 9.
i c ſi pro clericis, & ca. ſi pauper. de præben. in 6. cap. non liceat, can. epiſcopus, de præb. De literis iuſtitiæ, & rationib. earum, vide Lapum, allegat. 70. & Ioannem Staphileum. in noua forma expectat. Ioā Andre. & Dominic. in 1 ſi pauper. de præb in 6 Rebuff. tr. de reſcripto in forma communi, & in forma pauperum, de praxi benefic.
k c. poſtulaſti, c. ſi pauper. c. ſi pro clericis, de præb in 6.
l Liui lib 9.
m Modeſt. in l. 1. ad l. Iul. de ambit.
n l. vitricus, l 6. de dona. int. virum, & vxorem.
o l quicunque, iuncta authen. ſequen. ſi quis epiſcopus, de epiſc. & cler.
p ca. nemo, de electio. in 6 ca. tranſlato, de conſtitut.
q c. beneficiū, de reg. iur. in 6. clem 2 de iudeis ca. cum in cunctis, § 1 de elec.
r ca. conſuluit, de iur. patron.
s c ſi ne prælati vices ſuas.
t Sext. Pomp. Feſt. in libr. de ver. ſig. in ver. ordo ſacerdotum.

De Perſonis, quæ ordines conferunt. Cap. IX.

1 *Ordines conferunt ſacros epiſcopi.*
2 *Ordines minores conferunt alij, quàm epiſcopi, & qui.*
3 *Ordines conferens debet eſſe proprius prælatus ordinati.*
Dimiſſoriæ litteræ quid, & a quibus concedantur pro ordinibus. b.d.
4 *Ordinati ab hæreticis, ſchiſmaticis, & huiuſmodi prælatis, num habeant ordines.*
5 *Ordinandus non eſt Græcus a Latino epiſcopo.*
6 *Monachus ordinandus non eſt ſine permiſſione abbatis.*

1 Ordines conferunt epiſcopi, & ijdē epiſcopum ordinant, ſeu conſe-
2 crant.ᵃ Poſſunt & minores ordines conferre alij, quàm epiſcopi:ˣ ut abbates,ʸ ſi agatur de monachis illis ſubditis:ᶻ dummodo per manuum impoſitionem prælati in eccleſia facti fuerint, ſine ſchiſma-
3 te.ᵃ Proprius eſſe debet prælatus, qui confert,ᵇ uel oportet mandatum eius interuenire, id eſt, literas commendatitias, ſeu, ut uocant dimiſſorias.ᶜ Quas tamen non concedunt inferiores prælati, uel eius officiarij, uel alij citra priuilegiū:ᵈ niſi epiſcopus ſpeciali mandato hanc poteſtatē dederit ſuo uicario, uel is epiſcopus longe abſit. Quo caſu uicarius in ſpiritualibus quoque concedit,ᵉ ut ſede uacante capitulum,ᶠ uel capto ab hoſtibus prælato, nam tunc & capitulum eadem iura exercet, quæ mortuo
4 eo.ᵍ Ordinati ab hæreticis excommunicatis, ſchiſmaticis, ſimoniacis, depoſitis, ſuſpenſis, interdictis, uera conferunt ſacramenta, & uerum corpus Chriſti conficiunt, dummodo in forma eccleſiæ catholicæ perficiant,ʰ quoad caracterem, non quoad executionem: contra, ſi formam omittant.ⁱ Neque extra formam eccleſiæ
5 uerus locus eſt ſacrificio.ᵏ Epiſcopus dum ordinat, conſilium clericorum ſuorum adhibere debet, iuxta Carthag. 4. ſynodum, quæ refertur à Gratiano in ca. epiſcopus ſine cōſilio, 24. diſ.
6 Græci clerici à Latinis epiſcopis ordinari non debent, ſi in ritu ordinandi ſunt contrarij.ˡ Nec ab epiſcopo ordinandi religioſi, ſi prælati eorum contradicunt.ᵐ

x tota 71. diſt. c. 1. de ord. ab epiſcop. qui renūtia. epiſcop.
y ca. cum contingat, de ætat. & qualita. can. abbatibus, eadiſtinct.
z c. abbates, de priuil.
a can. Lugdunenſis, 9 q 2.
b c. veniens, de praſcript. cap. cūm contingat, de æta. & qualit. in Trident. concilio, ſeſſio. 7. de reformatio. can. 7. d can. Lugdunenſis, 9. q. 2.
e de quibus vide 70. 71 & 72. diſt.
d c. 1 de tēpor. ordinat. in 6
e c. 2 & 3. de officio. vicar.
f d ca. 1 § 1. & 2. de tēpo. ordi.
g c. pen. de ſuppl. negl. prælat.
h Hoſtienſ in ſum de tempo. ordinat. per cano. ſecundum, 19. diſt. can. de clarauit, & ca. dominus, 1 q. 1 ca. quod quidam, eo. ca. offendimus, & can. quomodo, de conſecra. diſt 4.
i ca 1. de ſchiſmati.
k can. extra catholicā, 1. q. 1.
l c. cūm ſecundum regulas, c. 9 de temp ord. vide & c quod tranſlationem, c. 11. eod.
m c ad aures, de tēpor. ordin.

De perſonis, quæ ordinari poſſunt. Cap. X.

1 *Ordinandorum qualitates animi, corporis, & bonorum inſpicienda.*
2 *Ordinandi uita ſecreta ſit a vulgo, & qualis debeat eſſe.*
3 *Caſtitatem uouent ſubdiaconi, diaconi, presbyteri, Non lectores, & inferioris ordinis.*
4 *Eccleſia Orientalis non ſuſcipit in ordinibus uotum caſtitatis perpetuum, & de Orientali ordinatorum coniugio.*
Conuiuijs nuptiarum arcentur ſubdiaconi, diaconi, presbyteri, eod.
5 *Sacerdotes expedit eſſe pauciores bonos, quàm plures indignos.*
6 *Ordinandus probandus eſſe debet ante examinationem.*
7 *Ordinandorum examinatio quid contineat.*
8 *Bigamus ad quos ordines promoueri non poteſt.*
Bigamus cenſetur meretricem ducens, uel cognoſcens ſuam uxorem adulteram, eod.
9 *Illiterati omnino non ordinandi, ſed poſſunt & ij ordinari, qui mediocri ſcientia ſunt imbuti.*
Tonſura prima illiteratis non confertur. eod.

Ordinan-

Ordinandis quæ, & qualis conditio exigatur, pro diuerſitate ordinis. eod.
30 *Sacerdotis quæ debet eſſe ſaltem ſcientia.*
31 *Epiſcopo quæ debet ineſſe ſcientia.*
32 *Ordinatus illiteratus recipit ordinis characterem.*
Illiteratus ſuſpendendus ab ordine, donec didicerit. eod.
13 *Electio illiterati iure irrita.*
Epiſcopus pulſus epiſcopatu, quòd Donatum non legiſſet, nec nouiſſet Grammaticam. eod.
14 *Serui quando ordinari poterant.*
15 *Ordinandorum qualitas corporalis, ne ſint uitiati &c.*
Corporis uitia quæ impediunt ordinationem. eod.
16 *Furioſi ordinari non poſſunt.*
17 *Natalibus iuſtis orti debent eſſe ordinandi.*
Canonici regulares poſſunt eſſe illegitimi. eod.
Monachi poſſunt eſſe illegitimi. eod.
18 *Filij illegitimi cur ab ordinibus arceantur.*
19 *Cum illegitimo diſpenſare in quibus beneficijs poſſit epiſcopus.*
20 *Pœnitens nõ ordinatur, curialis luxurioſè uiuens.*
21 *Ordinati probati eſſe debent, & bona fama.*
Prouinciarum rectores probandi antequam eligantur, in uita & moribus. eod.
22 *Ordinandorum ætas in ſingulis ordinibus, idem 23. ætas in ſingulis ordinibus minoribus & maioribus requiſita. eod.*
23 *Ordinans & ordinatus ante legitimam ætatem quomodo plectantur.*
24 *Mulieres ad nullum ſacrorum ordinum promoueri uel ordinari poſſunt.*
Apud ethnicos contra ſacerdotes erant. 25.
25 *Sacerdotes & miniſtri ſacrorum qui, & quomodo delecti apud ethnicos.*

1 ORdinandorum qualitates plures
ſunt obſeruandæ. Primũ, illæ quæ
animum reſpiciunt. 2. quæ corpo
ris ſunt: dehinc, quæ bonorum.
2 Quæ ſunt communes omnibus ordinibus: nẽ-
pe,[a] ut uita eorum à uulgari abſit, & à mundi
diſcreta uoluptatibus, ab ſpectaculis, pompis,
conuiuijs publicis, & priuatis parum caſtis, ab
uſuris, à fraudandi ſtudio, amore pecuniæ, ſecu
laribus negotijs, ambitione honorũ, dolo, odio,
detractione, æmulatione, inuerecundo & præci
piti inceſſu & ſermone: non frequentent fœmi
nas, caſte uiuant, obediant ſenioribus, nõ ſe ex-
tollant, pſalmis, hymnis, cãticis incũbant. Sint
3 ſine crimine grauiore,[b] ſiue infamia.[c] Caſtita-
tẽ promittunt & uouent perpetuam ſubdiaco-
ni, diaconi, presbyteri, & ſuperioris gradus cle-
rici:[d] nõ lectores, & inferiores.[e] Qui n. perpe-
tuo debẽt altari aſſiſtere, perpetuo ab uxoribus
abſtinere debent:[f] ſicuti & ad tempus qui expe
ditius uacare debent orationi, ex præcepto Di
4 ui Pauli,[g] & hoc in Occidentali eccleſia. Nam
Orientalis in ordinationibus uotum caſtitatis
nõ ſuſcepit perpetuũ.[h] Proinde in eccleſia Oc-
cidentali uetitũ, ne ſubdiaconi, diaconi, presby
teri, & alij quibus ducere uxores prohibetur, in
terſint nuptiarum conuiuijs,[i] ex cõcilio Aga-
tenſi. Demoſthenes Chriſtianè hac de re quo-
que ſentit:[k] ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι, δεῖν τὸν εἰς ἱερὰ
εἰσιόντα, καὶ χερνίβων καὶ κανῶν ἁψόμενον, καὶ τῆς
πρὸς τοὺς θεοὺς ἐπιμελείας προστάτην ἐσόμενον, οὐχὶ
προειρημένον ταχτὸν ἡμερῶν ἀριθμὸν ἁγνεύειν, ἀλλὰ
τὸν βίον ὅλον ἡγνευκέναι τοιούτων ἐπιτηδευμάτων,
διὰ τοῦτο βεβιωκότας. id eſt, *ego enim arbitror qui
ſacras ædes ingreditur, qui malluuia & caniſtros
atingat, qui curæ diuinarum rerum præſit, tũ nõ mo
do ad certum aliquot dierum tempus caſtum eſſe
debere: ſed per omne ſpatium ætatis ab iſtiuſmodi
ſtudijs fuiſſe purum oportere, in quibus ætatem iſte
conſumpſit.* Refert eadẽ uerba in fine orationis
5 contra Androtionem. *In ſumma*, inquit Cle-
mens,[l] *tales ad miniſterium eligantur clerici, qui
digne poſſint dominica ſacramenta tractare: melius
eſt enim Domini ſacerdotium paucos habere mini-
ſtros, qui poſſint digne opus Domini exercere, quàm
multos inutiles, qui poſſint graue onus ordinatori
adferre. Debentque eſſe ſine crimine manifeſto.*[m]
6 Et in concilio Carthaginenſi 3.[n] prohibitum,
ut nullus examinetur clericus, niſi probatus
uel examine epiſcoporum, uel populari teſti-
7 monio populorum. Proinde feria quarta ante
ſabbatum ordinationis,[o] id eſt, ante ordina-
tionem tribus diebus, debent archidiaconi ſi-
ſtere epiſcopo, ſeu præſentare ordinandos, ut
epiſcopus eos probet, uel examen eorum com-
mittat uiris ſacerdotibus bonis, & prudẽtibus,
in diuinis lectionibus & eccleſiaſticis ſanctio-
nibus exercitatis, qui inquirãt ordinandorum
genus, patriam, ætatem, inſtitutionem, locum
ubi educati ſint: ſi ſint inſtructi in lege Dei, ſi
8 catholici, & de ſimilibus. Bigamus in caſu ne-
ceſſitatis quidem poteſt promoueri uſque ad
ſubdiaconum,[p] non autem ad alios maiores
ordines.[q] Diuiſit n. in ſecundo cõiugio & in bi
gamia carnem ſuam,[r] & incontinentiæ ſignũ
exhibuit.[s] Neque ad uiduitatem, quã ipſe ſpre
uit, ſuadendam idoneus.[t] Quare qui meretricẽ
uel concubinam duxerit, & uiduus uoluerit or
dinari, non admittitur, exẽplo bigami.[u] Nec q
ſe commiſcuit cum propria uxore, quã ſciebat
& conſtat commiſiſſe adulterium, ex Neoceſa-
9 rienſi cõcilio, & Martini Papæ.[x] Illiterati pe-
nitus, non debent ad ordines promoueri:[y] me
diocris tamen ſcientia ſufficit.[z] Imo nec tonſu
ra prima omnino illiterato confertur.[a] Nec cũ
hoc diſpenſare poteſt epiſcopus, ut fiat cleri-
cus:[b] nam eccleſia uiris literatis ad ſui regimẽ
indiget,[c] & ex clericis ad alios ordines aſcẽſus
patet. Ius autem diuinum repellit ab officio ſa
cerdotem, qui imperitus eſt,[d] ut & facile facul
tas cedendi epiſcopatus concedatur ei, qui pro
pter ignorantiam ſe merito indignum arbitra
tur.[e] Pro diuerſitate tamen graduum ordinis,
& diuerſi gradus ſcientiæ neceſſarij: ut quo ma
iores, eo maior debeat eſſe ſcientia. Et in ſum-
ma, ut ſcientia ſufficiat, ſcire quæ miniſterij &
officij ſui ſunt. Sic cum cura maior in ſacerdo-
te, quàm in inferioribus, & maior epiſcopi, &
difficilior ſummi pontificis: ideo & in his dele-
10 ctus ſcientiæ habendus eſt. Et ſaltem ſacerdo-
ti neceſſaria ſunt[f] ad diſcendum, ſacramento-
rum liber, lectionarius, antiphonarius, baptiſte
rium, computus, canones pœnitentiarij, pſalte
rium, homiliæ per circulum anni, dominicis
11 diebus, & ſingulis feſtis aptæ. Epiſcopus autẽ
debet notitiam habere noui & ueteris teſtamẽ
ti,[g] iuris pontificij: nec ſine illis poſſunt cõmo
de onus ſibi impoſitum exequi: neque alienus
negotiorum ſecularium omnino, & imperitus
eſſe debet.[h] Prophanas autem ſcientias & ſcrip
turas legere prohibetur, aut uix permittitur, &
niſi cum ſobrietate:[i] & quatenus ad faciliorem
ſcripturarũ diuinarum explicationem condu-
12 cunt.[k] Notant tamen interpretes illiteratũ om
nino ordinatum, accipere ordinis characterẽ.[l]
Suſpendendus tamen hic erit ab exercitio, do-
nec ſe idoneum & ſufficiẽtem huic gradui red
13 diderit.[m] Quanquam & electio illius qui il-
literatus eſt, ipſo iure ſit irrita.[n] Et Hono-
rius

a Iſidorus, de uita clerico. & in can. his igitur, 23. diſt.
b 1. ad Timoth. 3. c. unũ orarium, 25 diſt. c. ſi de furt.
c ca. præcipimus, 34. diſt.
d can. lex continentiæ, 31. diſt. & ca. 32 diſt. in can. pe. 27. diſt. ca. 28 diſt. l. cũ qui, l. 23 & authẽ. multo magis, de epiſcop. & cler. C.
e d. auth. multo magis, d. cano. lex cõtinentiæ, c. ſi quis, & ca. lectores, 32. diſtin.
f can. ſacerdotibus, & cano. epiſcopos, & ſeq. 31 diſt.
g 1. ad Corinth. 7.
h cano. aliter, 31. diſt.
i c. presbyteri, 34. diſt.
k in ora. cont. Timocratem.

l con. tales ad miniſteriũ, 23. diſtinct.
m c. ex tenore, & c. ſi de tempor. ordin.
n c. nullus, 24. diſt.
o can. quando epiſcopus, & cano ſi 24. diſt. c. ad noſtram. de offi. archid.
p can. lector, 44. diſt.
q cano. unius, 26. diſt. & c. de bigamis nõ ordin. & can. præcipimus, 34. diſtinct.
r can. acutius, 26 diſt.
s ca. propoſuiſti, 82. diſt.
t can. una, 26. diſt.
u can. maritũ, 33. diſt. c. curandum, d. cano. præcipimus, 34. diſt. can. quali, 30. q. 5.
x c. ſi quis uxorem, & cano. ſi laici, 34 diſt.
y can. 1 36. diſtin. c. uotum, 1 q. 1 c. præcipimus, 34. diſt. §. clericos, de abc. epiſco. in auth.
z c. cum nobis olim, ext. de elect.
a c. ſi. de tempor. ordin. 6
b Innocen. in c. dilectus, eod. ap. Grego. vide Cardinalẽ, de Turre Cremata, in c. ſi in laicis, 98 diſt.
c c. cum ex eo, de elect. in 6.
d Olea, c. 1 q.
e c. ni. ſi cum pridem, §. pro deſectu, de renunciat.
f can. quæ ipſis, 38. diſtin. de tot. diſt.
g can. penul. & ſi. 38 diſt. & can. omnes pſallentes, & ſeq. 38. diſt.
h can. 3. 39. diſt.
i toto, 37. diſt.
k can. relatũ, 37. diſt.
l Innocent. & Ioan. Andr. in ca. cum in cunctis, de elect. & Card. de Turre Crem. in cano. illiteratos, 36. diſtinct.
m Io. Bernardi. Dia. in practic. criminal. cap. 18.
n c. cum in cunctis, c. 7 & c. cõgregato ca. 39. de electio. ap. Grego.

rius 3.ſum. pontifex amouit ab epiſcopatu pro
motum, qui faſſus fuiſſet nunquam Grammati
cam didiciſſe, nec Donatum legiſſe.[a] Nec hinc
ſuſpenſio conceſſa, ut diſceret: cum ignominio
ſum ſit eum, qui alios ut doceat conſtituitur,
14 doceri.[b] Non ordinabantur ſeruilis conditio-
nis homines, quin prius eſſent à proprijs domi
nis libertate donati, ex concilio Triburienſi, &
Toletano.[c] De facto tamen ordinatus ſeruus,
uere ordinem ſuſcipit.[d] Fugitiuus tamen, & per
fraudem ad gradus conſcendens ſeruus, depo-
nitur, & domino reſtituitur, diſtinctione adhi-
bita, c.2. De ſeruis non ordin. Cæterum in his
quæ corporis ſunt ordinandorum, conſidera
primum quæ ſe offerunt corpora, poſtea mor-
15 bos, dehinc ætatem. Repelluntur itaque ab or-
dinibus, corpore uitiati, & imminuti enormi-
ter:[e] ſicuti & olim à miniſterio Dei ex præcep-
to antiquæ legis,[f] qui maculam habebat, cæ-
cus, claudus, grandi, uel paruo, uel torto naſo,
fracto pede, mancus, lippus, gibboſus, albugi-
nem habens in oculo, habens iugem ſcabiem,
impetiginem, quæ etiam myſtice de uitijs ani-
mi intelliguntur, prout explicatur in Paſtorali
Gregorij.[g] Atque ita potius accipienda, quàm
ad literam tradunt interpretes ſacri. Neque om
nem maculam repellere, uel claudicationem,
uel ſimilia quæ non impediunt exercitium mi
niſterij, & quæ ſine culpa contigerunt ordinan
16 do.[h] Remouentur & procoldubio ab ordini-
17 bus furioſi, & epileptici.[i] Ordinandus inſuper
iuſtis natalibus natus eſſe debet:[k] niſi tales fue
rint ingreſſi monaſteria, uel ſint canonici regu
lares.[l] Niſi malimos illos ſequi, qui tradunt &
religionem ingreſſos illegitimos quoque arcē-
dos ab ordinibus: uerum facilius cum illis ab
epiſcopo diſpenſari.[m] Sic Philo Iudæus,[n] *In ſa
cerdotio & hominum*, inquit, *genus examinatur,
ut ſit inculpabile, & competens partibus ſuis cor-*
18 *pus uſquequaque integrum*. Sex autem rationes
adfert Præpoſitus, cur arceantur illegitimi,[o] &
aliquas Hoſtienſis,[p] quibus addendus canon
ſi gens Anglorum, 56.diſt. Porro diſpenſatio
huic malo medetur, tota 56.diſt.c. niſi cum pri
dem, §.perſonæ, De renunciat.c.per uenerabi-
19 lem, qui fil.ſint legit. Verum epiſcopus in mi-
noribus diſpēſat, & in beneficijs, quæ ab ijs poſ
ſunt teneri: in alijs, nequaquam.[q] At in promo
tione debet nominatim exprimi illa diſpenſa-
tio natalium: nā promotione ipſa, ad ordines,
vel beneficia quæ iuſtos exigunt natales, non
cenſetur tacite diſpenſatum, etiamſi is qui con
fert ordines, diſpenſare poſſit alias expreſsè.[r]
[s] Diſpenſabit itaque epiſcopus in minoribus, &
pro canonia etiam cathedralis eccleſiæ, dum-
modo non ſit dignitas.[t] Poterit & ſum.pontif.
diſpenſata in omnibus ordinibus & beneficijs,
20 ut non egeamus epiſcopi tunc ope.[t] Non or-
dinatur pœnitens,[u] aut curialis, utpote ratio-
nibus & debitis implicitus:[x] niſi poſt depoſita
onera quæ continent rationum redditionem.[y]
Neque is qui in luxu aliquandiu uixerit, etſi po
ſtea reſipuerit. Sic enim ſcriptum in canonibus
Nicephori.[z] *Si quis ad annos uiginti, & deinceps
diſſolute & in luxu uixerit, deinde ſtudioſus appar
uerit uirtutis, non ordinetur: ſacrum enim impollu-*
21 *tum eſt*. Et in ſumma probatos & ornatos eſſe
oportet ordinandos à bono teſtimonio. Sic enī
& fieri in eccleſiæ naſcentis tempore ſolitum:
ſicut Lamprydius docet,[a] dum tradit Seuerum
Cæſarem, antequàm rectores procuratoreſque
ad prouincias regendas mitteret, nomina eo-
rum propoſuiſſe, hortando populum, ut ſi quis

a 1 ſin. de ætat. & qualita. ord. ap Grego.
b § deinde, de ſanct. epiſc. in auth. collat. 9. can. conuenientibus, 1. q. 7. cano. uiliſſimus, 1. q. 1.
c can. nulli, & cano. de ſeruorum, 54. diſt. ca. 3 & 2. de ſeru. non ordi.
d Præpoſi. in ſumma, 54. diſt. Cardinal. in ibi.
e can. illiteratos, 36 d.
f Leuit. 21.
g in c. hinc etenim, 50 diſt.
h Hoſtienſ. in ſum. de corpo. uitia. ſacit ca. 2. & c. ſi. eiuſd. ti. & c. latus præſentium, 51 diſt. c. qui partem, eo.
i can. communiter, 33. diſt.
k cano. Cenomanenſem, & can ſeq. 56 diſt. ca. cùm in cunctis, de electi. Deute. 23. non ingredietur manſer, &c.
l tota 56. diſt. c. 1. de fil. presby. & tot. ti. & c. cū in cūctis, de electio. can. de incestis, 35. q. 2.
m vide gl. explic. ſtem hanc quæſt. in diſtin. 56. in ver. presbyterorum.
n Philo Iud. in decalo.
o Præpoſit. in can. 2. 56. diſt.
p Hoſtienſ. in ſum. de filijs presbyterorum §. quæ eſt cauſa.
q ca. 1. de filijs presbyt.
r glo. latè, in c. vni in verb. diſpēſare, de ætat. & qualit. in 6.
s Ioan. Andr. in addit. gl. c. 1. in ver. bonæ fidei, de filijs presbyt. in 6.
t c. 2. eod.
u can. ex pœnitentibus, & c. illud, c. canones, 50. diſt. can. placuit, eod.
x cano 1. & 2. 51. diſt. c. vni de oblig. ad ratio. ordin
y d. cap. vnico.
z in can. Niceph. Confeſſ. ka. aut. Orien.
a Lamprid. in vit. Alex. Seueri.

quid haberet criminis probaret manifeſtis re-
bus, ſi non probaret ſubiret pœnam capitis:
diceretque eum graue eſſe, cum id Iudæi &
Chriſtiani facerent in prædicandis ſacerdoti-
bus qui ordinandi ſunt, non fieri in prouin-
ciarum rectoribus, quibus & fortunæ com-
mitterentur & capita. In ſacerdotibus potiſ-
ſimum uitam quoque incontaminatam eſſe
debere, docet Deus, dum iuſſit eos deferre
in pectore האורים ואת התמים bautim veerh
hathunium, id eſt, *illuſtrationes & puritates*.[b]
22 Conſideramus etiam in ordinandis ætatis ma
turitatem.[c] In prima tonſura & minoribus
alijs ordinibus ſufficit, & ab infantiæ annis
qui ſeptem ſunt,[d] quis poteſt clericatus offi-
cio donari:[e] in acolytatu olim & ſubdiacona-
tu 14.[f] aliquando uiginti anni requiſiti.[g] Po-
ſtea in ſubdiaconatu, 18. annum: in presbyte-
23 ratu, 25.[h] ſufficere uiſum eſt. Ordinans pue-
rum 13. annorum in diaconum à collatione or
dinum ſuſpenditur, & ordinatus uſque ad le-
gitimam ætatem ab executionem eorundē.[i] In
epiſcopali ordine, 30. expectandus annus.[k]
Conſtitutio regia ex conſultatione comitiorū
habitorum Aureliæ, in presbyteris creandis ſta
tuit 30. annos, cum probitate morum, articulo
24 12. Sexus quoque perpendendus: nam mu-
lieres à ſacro ordinis cuiuſque charactere arcē
tur: non enim ordinantur iure Chriſtiano, nec
ſacra tangere,[l] nec prædicare, nec confeſſio-
nes ſeu exomologeſes peccatorum audire, uel
25 abſoluere, aut benedicere poſſunt.[m] Ethni-
cis ſeu paganis in ſtatuendis ſacrificulis & ſuis
ſacerdotibus, multa quoque fuerunt obſerua-
ta: delata tamen ſacrorum cura & mulieribus.
Extantque adhuc antiquarum rerum publi-
catum de illis leges. Et Primum Platonis hęc
lex,[n] *Sacerdotes tam uiri quàm mulieres editui
conſtituendi ſunt, partim delectione, partim ſorte,
Quæ ad ſacerdotum electionem pertinent, Deo com-
mittenda ſunt, ut quemadmodum illi placitum, ita
diuina fortuna cui tributum id ſit, ſortes ferat: in eo-
rum autem quis ſuffragium conſecuti ſunt examina
tione, ille eſt comprobandus, qui integer ſit atque
legitimus. Deinde, à domo quam maxime mundu,
expers quoque cædis, omniumque huiuſmodi quæ
aduerſus leges committuntur: cuius pater materve
ſimiliter uixerint. Sacerdotium non diuturnius,
quàm annuum: nec pauciores annos, quàm ſexagin
ta natus ſit, qui ſecundum ſacras leges, res diuinas
eſt tractaturus.* Eademque de mulieribus ſacris,
quæ de uiris ſtatuta intelligantur. Morem Ro-
muli lege inductum eligendi ad ſacra gentiū
pertractāda, deſcripſit Diony. Halicarnaſſæus,
his uerbis:[o] *Cum alij, inquit, temere plerūque ac
inconſiderate ſacerdotes eligant, quidam licitatori-
bus proponentes hunc honorem, quidam committē-
tes ſortibus, ipſe Romulus, neque uenalia uoluit eſſe
ſacerdotia, neque ſorti ſubdita, ſed lege ſanxit, ut ex
ſingulis curijs legerentur bini, annū egreſſi quinqua
geſimum, qui uirtute ac genere præcellerēt cæteros,
cenſumque ſufficientem haberent, & integro eſſent
corpore. Iis non ad certum tempus, ſed in omnem ui
tam eum honorem conceſſit, immunibus propter æta
tem à militia, & propter priuilegium exemptis ab
urbanis negotijs. Quoniam autem quædam ſacra fie
ri per mulieres oportebat, quædam etiam per pue-
ros patrimos matrimoſque ut ijs quoque quantum
poſſet, conſuleret: uoluit uxores cum ſuis maritis fun
gi ſacerdotio, etſi qua ſacra uiros obire uetaret mos
patrius, ea relinquat fœminis, ut eiuſque miniſterij par
tem debitam venire etiam &c.* Ariſtoteles neque
agricolas, neque artifices, neque quemquam
uilium

b Exod. 28.
c c. cum in cunctis, c. 7. de electio.
d l. ſi infantis, C. de iur. delib.
e cano. de his quos, 28. diſt. c. in ſingulis, 77. diſtin.
f d. can. in ſingulis.
g c. quicūque, 77. diſt.
h cano. de his, 28 diſt. can. vl. tit. de temp. ord. in 6. clem. §. de ætat. & qualit. apud Clement.
i c. vel non eſt compos, ca. 14. de temp. ordi. c. ex parte, de ætat. & qualit.
k d. ca. cum in cūctis, de elect.
l c ſacratas, 23. diſt.
m cano. noua, de pœni. & remiſſ. cano. mulierem, 33. q. 5
n Plato, 6. de legibus.
o Diony. Halic. in 2. antiqu. Roma.

uilium exercitiorum ſacerdotem eſſe deputan
dum tradit, propter honorem Deo exhiben-
dum.[a]

De modo & forma ordinationis faciendæ. Cap. XI.

1 *Ordinari nemo debet ſine titulo.*
De titulo clericorum ibi plura, eod.
Titulus presbyterandi, cuius reditus eſſe debeat. eod.
Titulus presbyteralis inalienabilis, nec obligari poteſt. eod.
2 *Scrutinium in ordinandis quid, & quale.*
3 *Ordines quis dicatur furtiue ſuſcipere, & 4.*
4 *Ordines quo tempore conferri poſſint.*
5 *Ordines conferri debent ordine, non per ſaltum, & inordinate.*

1 MOdus ordinandi eſt, ut non abſolu-
te fiat ordinatio, ſed cum titulo, id
eſt, cum eccleſia uel eccleſiaſtico
beneficio, ex concilio Chalcedonē
ſi,[b] in quo cautum, ut ordinatio cuiuſque fie-
ret, aut in eccleſia ſuæ ciuitatis, aut in marty-
rio, ubi ſcilicet ſunt reliquiæ martyrum, aut in
monaſterio, alioquin irritam eſſe, quòd perti-
net ad executionem, non quòd ad ordinem. Idē
& in concilio Vrbani Pappæ Placentiæ habito
ſtatutum.[c] Et proinde rectè proſpectum, ne cle
ricus unius ciuitatis & eccleſiæ alicuius, in ec-
cleſia aliena ordinari poſſit ſine conſenſu pro-
prij epiſcopi, ex cuius ordinatione habuit titu-
lum.[d] Hodie tamen in ordinatione non exigi-
mus, ut ordinandi habeant eccleſiam aliquam
pro titulo, ſed loco eccleſiæ ſufficit, aut exigitur
idoneum patrimonium, unde uiuere poſſint:
quod eſt tituli nomine, ſine quo epiſcopus non
debet ordinare.[e] Vel ſi ſine eo ordinet, tenetur
ei alimenta exhibere, donec beneficium ſuffi-
ciens ei conferat.[f] Similiter ſi repentina clade
patrimonium eius exhauſtum eſt: cū enim pro
pria non ſufficiunt clericis eccleſiaſticis, eccle-
ſiaſtica habere debēt.[g] Ne clerici in opprobriū
ordinis clericalis mendicare cogantur.[h] Au-
rum enim habet eccleſia, non ut ſeruet, ſed ut
diſtribuat pauperibus.[i] Et fures ſunt & latro-
nes, qui conſeruant uel propria faciunt, quæ ſu
perſunt ex beneficijs, & patiuntur tot egenos eſ
ſe. Quòd procuratores ſeu negotiorum geſto-
res Dei & pauperum tantum ſint, bonaque il-
lis & eccleſijs illorum deſtinata ſunt, non ut ſe
ſolum nutriant, ſed & ut alant pauperes. Sicut
& tempore inſtitutionis eccleſiæ, omnia uende
bant Chriſtiani, & pretium uenditorum ad pe-
des deferebant apoſtolorum, ut illi ſingulis di-
ſtribuerent egenis pro modo indigentiæ.[k] Pro-
inde qui domeſtici fidei ſunt pauperes, multo
magis bonorum eccleſiaſticorum participes eſ
ſe debent.[l] Conſtitutionibus regijs quoque co-
mitiorum Aureliacenſium,[m] ſtatutum ex iuris
ratione, ne prælati presbyteros ſine reditu ali-
quo uel beneficio creent, quibus ſe alere poſ-
ſint: eaque cauſa cautum, ut de eo reditu prius
teſtatio fieret coram iudice ordinario per qua-
tuor ciues, qui ſine fraude & bona fide aſſerue-
rint patrimonium presbyterandi eſſe reditus
quinquaginta ad minus librarum, pro quibus
qui ita teſtantur, teneantur annuatim, ſi non ad
ſint ordinato. Et inſuper ſtatutum, ut hic redi-
tus temporalis inalienabilis eſſet, & extra om-
nem aleam obligationum & hypothecarum,
poſt tempus ordinationis presbyteri, & penden
te eius uita. Sancitum quoque in iure, ut ſi alte-
rius epiſcopi iuſſu ordinandi generali epiſco-
pus ſine titulo ordinet, ipſe qui ordinauit, tenea
tur alere: ſi ſpeciali iuſſu certos ordinet, is qui
iuſſit. Quòd ſi ordinentur à non ſuo epiſcopo,
ex dimiſſione ſeu cum literis dimiſſorijs alte-
rius dioceſeos clerici, non qui ordinat, ſed qui
permiſit ut ibi ordinarentur, alere debet, donec
2 titulum uel beneficium nacti fuerint.[n] Dehinc
in maioribus ſcrutinium præcedit ordinatio-
nem, per quod archidiaconus qui aſſiſtit epiſ-
copo, eidem dicit, *poſtulat ſancta mater eccleſia
hunc diaconum uel ſubdiaconum ad onus diacona-
tus uel presbyteratus aſſumi.* & interrogatus, num
dignus ſit reſpondet, *In quantum humana fragili
tas noſſe ſinit, ſe eum dignum arbitrari.*[o] Quomo-
3 do autem & quare fiat, ante indicauimus. Acce
dit ſententia ſuperioris, quæ accedere debet: a-
lioquin ſi ſine ea, ut ſi examinationem non fue
rit paſſus, dicitur quis furtiuè ordines ſuſcipe-
4 re, & caſtigatur.[p] Præterea temporibus legiti-
mis ordinatio fieri debet ab epiſcopis, nempe
maiorum ordinum, tantum in ieiunio quatuor
temporum, & ſabbatho ante dominicā de paſ-
ſione: minorum tamen fieri poteſt dominicis
& alijs feſtiuis diebus,[q] in quibus maiores or-
dines non conferuntur ab epiſcopis, quamuis
poſſint & tunc a ſum. pont. conferri.[r] Verū or-
dinatus a Pappa ſine licentia ſum. pontif. ad ſu
periores ordines non promouetur.[s] Cæterum
extra prædicta tempora ordinatus ordinis reci-
pit characterem, ſed non niſi pœnitentia impo
ſita & ea impleta permittitur adminiſtratio:[t]
quia tempus non eſt de ſubſtātia ordinis,[u] ſed
ex iuris poſitiui conſtitutione. Et proinde tranſ
greſſio punibilis. Vt & animaduerſione dignū
eſt, ſi duo ſacri ordines uno die conferantur, id
enim & prohibitum quoque eſt:[x] & qui conſu
lit epiſcopus etiam mandato Metropolitani, a
poteſtate conferendi ſuſpenditur.[y] Et furtiuè
5 etiam quis ob id dicitur ordinatus.[z] Obſeruan
dum quoque eſt, ut ordines ſerie & gradatim,
non inuerſo ordine conferantur.[a] Qui enim
id molitur, pœnitentiæ ſubijciendus eſt, poſt-
quam ordo prætermiſſus ſuppleri poteſt.[b] In-
ordinatè tamen ordinatus puniendus, & in-
terim ſuſpendendus.[c]

a Ariſtot. li. 7. Polit. c. 9.
b refertur in can. 1. 70. diſt.
c in can. 2. 70. diſtinct.
d tota, 72. diſt.
e c. 1 & c. ex quæſtionibus, c. 23. de præb.
f c. cum ſecundum, de præb. & c. 4. eod.
g can. illi autem, 12. q. 1. canon. clericos, 1. q. 2 gloſ. in d. c. tuis quæſtionibus.
h ca. diaconi, 91 diſt.
i can. ſtatuimus, 12. q. 2.
k Actuum, 5.
l ad Galat. 6. & ad Timoth. 5.
m art. 12.
n ca. ſi epiſcopus, cap. 17 de præben. in 6.
o c. uni de ſcru tan. in ordi. faciend.
p tex. & gloſ in c. 1. in uer. furtiue, de eo qui furt. ord. ſuſcep.
q ca. 1. & 3 de temp. ordin.
r c. 1. eod.
s c. cùm in diſtribuendis, eo.
t c. obſeruationis, eod. ca. cùm quidā, c. ſi. eod.
u gl. in d. c. conſultationi.
x c. litteras, ca. 13. eod.
y ca. dilectus, c. 13. eod.
z c. 3. & fin. de eo qui furti. ordin. ſuſcep. lib. 5. Decret. lt. 20.
a can. ſolicitando, 52. diſt.
b c. 3 de cler. per ſalt. promoto. li. 5. Decret. tit. 29.
c ca. Salonitanæ 63. diſt.

Syntagmatis iuris uniuerſi Libri Decimiſexti Finis.

DE PERSONARVM EX CAVSA BENEFICIORVM DISTINCTIONE ET DE BENEFICIIS.

Liber Decimusſeptimus.

Tractandorum in hoc Libro ſumma. Cap. I.

1 *Methodus futuræ tractationis de beneficijs.*

1 SEd hæc hactenus dicta ſufficiãt ſpeciali nota, de perſonarũ eccleſiaſticarũ diſtinctione, & earum quæ aliquid eccleſiaſticũ pertractant. Nunc operæpretium eſt, ut qui in beneficia generaliter incidimus, de illis in uniuerſũ quædam perſequamur, ut facilius perſonarum beneficiatorum dignitates & iura appareant. Dicemuſque quid beneficium, eius ſpecies & nomenclaturas, erectiones, extinctiones, collationes, & prouiſiones, & quæ in his, qualesve perſonæ conſiderandæ. Et de uacatione, & iudicijs eorum. In quibus quantum aſſequi potuimus, Deo iuuante, ea quæ uſui quotidiano neceſſaria uidebantur, & quibus egemus circuncisis fimbrijs, quas poteramus explicare, tranſtulimus.

De finitione beneficij. Cap. II.

1 *Beneficij appellatio lata.*
2 *Beneficij eccleſiaſtici definitio.*
3 *Beneficium habet diſtinctam portionem.*
4 *Beneficiũ improprie dicitur ſine fructu & reditu.*
Canonicus ad effectum & in herba quis, nec proprie canonicus niſi ad effectum, eod.
Canonicatus diu non poteſt eſſe ſine præbenda, eod.
5 *Qui habet beneficium in expectatione, non permutat illud.*
Mandatarij non ſunt beneficiati quandiu expectantur, eod.
6 *Beneficium eccleſiaſticum conſtat officio diuino, & reditibus.*
7 *Beneficia eccleſiaſtica nec emi, nec uendi poſſunt, quare.*
8 *Beneficia cum quibus oneribus dari poſſint.*
9 *Beneficia eccleſiaſtica gratis conferenda.*
10 *Beneficiatorum quale eſt officium diuinum iniunctum.*
11 *Horas canonicas ſeu officium diuinum non dicens beneficiarius, an teneatur ad reſtitutionem fructuum ex beneficio perceptorum.*
12 *De reſidentia, ſeu aſſiduitate beneficiorum in loco beneficij.*
Beneficium omne, etiam minimum, exigit reſidentiam.
13 *Reſidẽtia in loco beneficij quãdo excuſata, & 14.*
14 *Epiſcopo aſſidens excuſatur à reſidentia, & percipit fructus ſuæ canoniæ, exceptis diarijs.*
15 *Beneficia perpetuo, non ad tempus poſſidenda dantur.*
Beneficium eiurare nemo cogitur, eod.
16 *In commendam quæ beneficia ad tempus dantur.*
17 *Beneficium eccleſiaſticum non datur iure hæreditario proximis.*
18 *Beneficiarius de fructibus beneficij teſtatur in Gallia.*
19 *Beneficia eccleſiaſticis conceduntur, laici interdum eorum capaces.*
20 *Beneficia teneri non poſſunt ſine canonica inſtitutione.*
21 *Beneficij eccleſiaſtici ueri nota.*

1 QVemadmodum ſacerdotij appellatio arcta nimium uidetur, ad ſignificandos eos, qui eccleſiaſtica bona in titulũ poſſidẽt, utpote quòd omnes non ſint ſacerdotes: ita & beneficij nomen latius eſt, & ad alia, quàm ea quæ conceduntur & eccleſiaſticis perſonis conuenire poſſunt, pertinet. Beneficium namque largitionis eſt ſpecies, & beneuola conceſſio gaudium tribuens capienti, capienſque tribuẽdo.[a] Qua finitione & beneficium principis contineri poteſt, quòd latius interpretari debemus:[b] item & auxilium legis, quod & beneficium dicitur, quale reſtitutio in integrum,[c] epiſtola Adriani, & feuda ſeu clientelæ,[d] commodatum,[e] relictũ, & donum omne.[f] Et proinde illa quoque finitio improprie transfertur ad eccleſiaſtica bona, quæ nomine beneficij dicuntur: quia latior ſuo finito, contra regulas finitionem.[g] Tum etiam quòd feudalis illa beneficij finitio nõ poſſit quadrare eccleſiaſtico beneficio, bona tamẽ cum uenia eorum, quibus diuerſum placuit. Quorũ ex albo eſt Paulus Romanus antiquus interp.[h] qui ait, beneficium dici, quòd bona faciat: alij autem ad hoc omnino transferunt, ut Panormitanus,[i] Polyanthea,[k] Ioannes de Selua.[l] Proinde diuidimus beneficium, in eccleſiaſticum, de quo locuturi ſumus, & non eccleſia-
2 ſticum, de quo alibi. Beneficij itaque eccleſiaſtici alia erit finitio, ut ſit diſtincta, & ſpirituali muneri coniuncta iurium eccleſiaſticorum portio, certis ędibus ſacris in hoc aſſignata, ut perpetuo per clericos ad uitam utẽda clerico legi-
3 time aſſignetur. Diſtincta portio eſt in primis: nam ante quàm diſtinctio fiat, non eſt beneficium.[m] Diximus autem & paulo ante quomodo diſtincta ſunt beneficia, & decimæ per ſummos pontifices, per loca, & regiones per Euariſtum & Dionyſium. Portio porro hæc, fructus continet: ideo beneficium ſine fructibus
4 improprie eſt.[n] Quare canonicus creatus ſub ſpe-

a §. 1 in quib. cau. feu. amitt. Seneca, li. 4. de benef.
b l fin. de conſtitut. princ. in 7 ca. cum dilecti, in fine, de donat. c. olim, de verb. ſignif.
c l rutoros, l fi. de reſtitut. in integ.
d lopò in libris Feudorũ, vt tit. de duob. fratr. de nouo benefic. inueſt.
e l. in commodato, §. ſicut, commod.
f c. cũ liberũ, de ſepultur.
g l. 1 §. dolum de dol. ?.
h Paul. Roman. in tract. de penſio. eccleſ.
i Panorm. in c. ad audientiã, de preſcrip. & c. vnic. de commod.
k Polyanthea, tracta. de benefic.
l Ioan. de Selua, tract. de benefi. p. 1. q. 1.
m ca. ex parte Aſtenſis, de off. ceſſ præben.
n c. ſi quis objecerit, 1. q. 3. Panorm. ca. de multa, de præben. vide Gomeſ ad regul. cancell. de annal. poſſeſſor. c. relatũ, de præbend.

ſub ſpe,ſeu,ut dicunt,cum expectatione præbẽdæ, qui dicitur canonicus in herbis, receptus. Item mandatarij apoſtolici, in eccleſia ubi cõpletus eſt numerus canonicatuum, uel præbendarum non uacantium, non cenſentur beneficiati,nec capiunt diaria,ſeu quotidianas diſtributiones, nec annonam, quam groſſam uocant,uel de menſa,ut concluſum in Rota eſt.[a] Subſcribit & Ioann. Staphileus auditor quoque Rotæ,[b] & Panormita.[c] Quamuis enim prębenda poſſit eſſe ſine canonicatu,[d] tamen canonicatus ſine præbenda eſſe non poteſt:[e] naſcitur namque præbenda ex canonicatu, tanquam mater ex filia.[f] Atque ideo epiſcopi ſine epiſcopatu, ut comites Palatini ſine comitatu, impropriè dicuntur epiſcopi,& comites.[g] Vt & alij nomine tenus tantũ tales.[h] Accedit,quod qui habent canonicatum ſub expectatione prę
5 bendæ, non habent ius in re,ſed ad rem.[i] Nec qui huiuſmodi habẽt expectatiuas, poſſunt beneficium expectatum (cum beneficiati non dicantur) cum alio permutare, ut tuentur interpretes:[k] quia nec ius ad rem permutari poteſt, ſecundum Fridericum de Senis:[l] Quocirca quãuis iure communi nemo poſſit habere duo beneficia,cum animorum cura, utpote incompatibilia:[m] tamen qui unum cum cura habet, poteſt nihilominus aliud per mandatum impetrare,nec primum ideo uacat,niſi conſequatur re-
6 ipſa quod expectat.[n] Dicitur in finitione poſtea,quòd hæc portio beneficiaria ſit ſpirituali muneri coniuncta: quia duo ſunt quæ faciunt beneficium, diuinum obſequium,& prouentus.[o] Et merito eccleſiaſtici prouentus illi ſubtrahuntur, quibus ſubtrahitur eccleſiæ cõmunio:[p] cum non detur beneficium, niſi propter officium,quod qui non exequitur,& priuari be-
7 neficio debet.[q] Hinc colligere facile eſt, omnem pactionem pecuniariam, & nundinationem à beneficijs conferendis,uel transferendis procul ablegandam: eccleſiaſtica quippe hæc munera diuini iuris ſunt, nec merce uel pretio comparari poſſunt citra labem & notam ſimoniæ.[r] Neque ſacra in commercio hominum ſunt.[s] Explicat autem latius Ioannes à Selua illam quæſtionem, Num beneficium ſit
8 quid ſpiritale,quem ideo conſulere potes.[t] Recipitur nihilominus expreſſio oneris in collatione eius quod ineſt naturæ beneficij: ueluti ſi Theologalis lectura conferatur cum onere lecturæ, reſidentiæ, & prædicationis uerbi Dei.[u] Sic & de alijs quibuſdam, quæ poſſunt tacite exprimi ſine uitio ſimoniæ.[x] Vt & Deus ſub conditione Diuo Petro dixit, *Si diligis me, paſce oues meas*.[y] Et ut plerumque quæ tacite accedunt, nominata, ſeu expreſſa non offi-
9 ciunt.[z] Ex præcedentibus colligitur quoque, beneficium à collatore gratis debere conferri, neque eum ſibi quicquam ex collatione re-
10 ſeruata poſſe,[a] nec ſibi conferre.[b] Prætereundum porro nõ eſt diuinum officium dici quod beneficiatis adhæret, horas canonicas ſeu ex
11 regula precationes.[c] Defenditque Calderinus,[d] clericum nulla rationabili cauſa excuſatum,non exequentẽ hoc penſum, id eſt,non dicentem horas canonicas, teneri ad reſtitutionẽ fructuum ex beneficio perceptorum: quia, inquit, propter non reſidentiam priuantur clerici beneficio,& eius fructibus:[e] & datum ob cauſam,cauſa non ſecuta,repeti poteſt.[f] Quam tamen opinionem iure non ſequitur Cardinalis, eiuſque aſſecla Panormita. Sed cum diſtinctione, de qua in c. 1. de celebrat. miſſar. numero 8. tractat Panormit. Cum quòd omittentibus diuinum officium alia pœnitentia imponatur:[g] tum etiam quòd diuinum hoc officium nõ fuerit ſola cauſa inſtituendi beneficij,ſed ut pauperes clerici de patrimonio Chriſti nutriti mendici non ſint.[h] Et certè alia ſunt officij presbyteralis præter preces, ut diximus,ueluti ſacrificiũ miſſæ,exomologeſes,& ſimilia. Quo fit, ut etiã ego iſtorum poſtremæ ſubſcribam ſententiæ. Porro quomodo, & quo ritu dici debeant horæ canonicæ,& in quo uerſentur, iura exprimũt.[i]
12 Adijcimus finitioni deinde,portionem hanc eſſe certis ædibus aſſignatam, ex quibus naſcitur titulus & nomen beneficij: ad hoc caput refertur dotatio eccleſiæ. Proinde quia ædibus aſſignatur portio, exigimus in beneficiatis, in illis aſſiduitatem ſeu reſidentiam, ne conductitijs presbyteris eccleſiæ committantur:[k] & ut fiat ſatis uoluntati fundatorum. Quæ ſi omittatur contumaciter,inducit beneficij priuationem:[l] omne enim beneficium, quantumuis ſit minimum,exigit aſſiduitatem iure communi.[m] Sic Iuſtinia. Cæſar[n] ſancit, eos tantum clericos & monachos immunitatis beneficio a cura & tutela gaudere, qui apud ſacroſanctas eccleſias, uel monaſteria permanent, non uagantes, & qui circa diuina miniſteria non ſunt deſides: *cum propter hoc*, inquit, *illis indulgeamus beneficium,ut alijs omnibus derelictis, Dei omnipotentis miniſterijs inhæreant.* Apud Liuium,[o] *Camillus dixit, Flamini Diali, noctem unam manere extra urbem,nefas eſt.* Potuit tamen collegium pontificum ex cauſa gratiam facere, iuxta ea quæ tradit Cornel. Tacitus[p] his uerbis. *Et quando de religionibus tractabatur,dilatum nuper reſponſum adverſus Seruium Maluginenſem Flaminem Dialem, promiſit Cæſar: recitauit decretum pontificum. Quoties ualetudo aduerſa Flaminem Dialem inceſſiſſet ut pontificis maximi arbitrio, dumne pluſquam binoctium abeſſet: dumne diebus publici ſacrificij,neu ſæpius quam bis, eundem in annum. Quę principe Auguſto cõſtituta ſatis oſtendebant annuam abſentiam, & prouinciarum adminiſtrationem Dialibus*
13 *non concedi.* Neque tamen me latet,conniuentia quadam, quam tuentur conſuetudine & ſtatuto eccleſiarum,quędam beneficia eſſe,quę aſſiduitatẽ nõ exigant:[q] quãdo indulgetur plura-
14 litas beneficiorũ, uel ſi unio fit ex cauſa.[r] Scio & caſus eſſe,in quibus uenia abſentiæ ab epiſcopis,& iure cõceditur,ut ei qui in ſeruitio epiſcopi eſt, qui omnes prouentus nihilominus accipit,exceptis quotidianis diſtributionibus,uel diarijs.[s] Ei quoque qui familiaris Pappæ eſt,indulgetur,[t] & eis qui ſtudiorũ cauſa, ex conſenſu, & licentia epiſcopi abſunt:[u] dummodo in ciuitate,uel loco ubi legitur publice reſideant, nõ aliter.[x] Excuſantur & infirmi,eccleſiæ negotijs uacãtes,de quibus,& quãdo recipiant diſtributiones quotidianas, & integros fructus, tractatur in cle. 1. de cler. nõ reſi. & c. cũ nõ deceat, de electio. in Clẽ. Qui tamẽ omnes,non obſtante priuilegio,ſi eccleſia patiatur miniſtrorũ defectũ, reuocari ad eccleſiã poſſũt:[y] alioquin ex fructibus beneficiorum tantũdem impenditur,

a In deciſ. Rotæ, 445 titul. de præbend. in nouis.
b Ioan. Staphil. in 3. for. gratiar. expectatiuar.
c Panor. in ca. cum Martinus, de conſtitut.
d c. ſuper ſpecula, de magiſtr. & d. ca. cum Martinus.
e cano. ſi quis obiecerit, 1. q. 3. & cap. relatum, de præbend.
f diſt. ca. relatum, & cap. dilectus, de præbend.
g Iaſon. in l. id quod nam. 21. de leg. 1.
h uide gloſ. in can. pudor, 32. q. 2.
i ca. ſi de conceſſ. præb. in 6. c. quodam, eo.
k Docto. in c. uni. de rer. permut. in 6.
l Frider. de Sen. in tracta. permutat.
m Rot. deciſ. 445. in nouis, c. duduũ, de elect. c. de multa, de præbend. ap. Grego. ca. gratia, de reſcript. in 6.
n c. non poteſt, de præbẽ. in 6. gloſ. in clem. ſi plures, eod. in conſtitu. Ioan. 22. in c. execrabilis, de præbẽ. in extrauagan. commun.
o cano. ſi quis obiecerit, 1. q. 3.
p c. paſtoralis, de ſpoli.
q ca. un. de reſcrip. in 6. cano. cum ſi quis ſacerdotum, 81. diſtin. can. eos qui poſt diaconatum, 32. diſt. ca. latores, de cler. excommunicat.
r Actuum, 8. cano. ſanctorũ, 1. quæſt. 3. can. quidam pid, 1. q. 1. cano. ſi quis obiecerit, 1. q. 3. c. ſi de pact. c. conſulere, de ſimo. c. conſtitutum, & ca. ueniens, de tranſactio.
s l. inter ſtipulantem, §. ſacram, de verb. oblig.
t Ioan. de Sel. in 3. part. tract. de benefic. q. 7.
u gloſ. in §. ſequitur, cert. ſignificationes verſic. aliter, in verbo voluerit, de collat. in pragmat. ſanction.
x cap. ſignificaſti, de electiõ.
y cano. olim, de reſtitut. ſpolia.
z l. mutũ, § ſub conditione, de tutel.
a ca. 1 & tot. tit. ut eccleſ. benef. ſine quaque diminuti. confer. c. ad hęc, de pręben. ap. Gregor.
b c. fin. de inſtit. c. præfati, de collation. in concord.
c c. 1. de celebran miſſ. ap. Greg. & in Clem. & extrauag. commun. can. ſi qu. 91. diſt. Panormitan. in d. c. 1. num. 7. de celebra. miſſ.
d Calder. in d. c. 1. de celebr. miſſ.

e c. uni. de cleri. non reſiden. in 6.
f l. 2. §. ſi de donat. & toto tit. de condit. ob cauſ. dat.
g cano. ſi quis in clero, 7. q. 1.
h c. 2. de præb. cano. diacon. 93. diſt.
i In can. penul. 92. diſtin. clem. ulti. de celebr. miſſ. titu. quomodo diuinũ officium dicendum ſit, cum 4. ſeq. in pragma. ſanctio. & titu. quali. horæ dic. ſũt extra chor.
k can. penu. & ſi 21. q. 2. c. quoniam, ne prælat. uic. ſuas.
l ca. 2. & ca. ex tuæ, & c. relatum, de cleric. non reſiden. & c. quęrente, eo. ca. parte, eo tit.
m c. quia nonnulli, & c. quia in tantũ, & ſere toto ti. de cler. non reſid. ca. ex parte, de offic. uicar. c. peruenit, de appellat. ca. ſanctorũ, 70 diſt. ca. execrabilis, circa ſinem, de præb. in extrauagan. commun.
n l. generaliter ſancimus, l. 40. de epiſcop. & cler. C.
o Liu. lib. 5.
p Corn. Tacit. lib. 3. annal.
q c. cũ iam dudum, de præbẽ.
r Iste pergl. §. ſed & inſuper, in ver. pluralitatis, de collat. in prag. ſancti. ca. cum ſponde. §. 1. de præb.
s ca. de cætero, de cler. non reſident. c. ad audientiam, eod.
t ca. cum dilectus, 14. eod.
u ca. relatum, eod. tit. c. ſuper ſpecula, de magiſt.
x c. tuæ fraternitatis, de cleri. non reſid.
y ca. ex parte, eod. tit.

quod ſufficiat miniſtris ſubrogandis, reſeruato
15 abſentibus reſiduo.[a] Meminimus ſubinde in
finitione, perpetuò apud clericos iſtam portio-
nem remanere beneficij, ut oſtendamus benefi
cia in perpetuum utenda, non ad tempus con-
cedi, ut poſſeſſores non poſſint ad ceſſionem co
gi.[b] Neque alius uiuĕte titulato in locum eius
ſubrogari, non ſecus, quàm matrimonio con-
ſtante, alius non poteſt in locum coniugis ſub-
rogari:[c] quia nec matrimonium ad tempus cō
trahi poteſt.[d] Nec alij quidam actus legitimi.[e]
Sed nec inter ethnicos olim licuit apud Roma
nos cuiquam uiuo pontificatum adimere, quā-
tumuis ſcelerato: ideoque Iulius Cæſar recuſa-
uit pontificatum Lepidi, eo uiuente, ſibi a po-
16 pulo oblatum.[f] Neque tamen ignoro, ob ſin-
gularem ſummam poteſtatem, quæ pontifici
maximo conceditur, licere Pappæ ad tempus
etiam conferre beneficia, quod dicimus dare
in commendam:[g] eumque poſſe permittere be
neficia, retinere uſque ad uoluntatem benepla
17 citi ſui.[h] Cæterum uerba illa finitionis, per cle
ricum ad uitam utenda, educent clericum non
poſſe ultra uitam fructibus gaudere, uel de illis
ultima uoluntate diſponere,[i] uel eius proxi-
mos iure ſucceſſionis beneficium nanciſci:[k]
nam ſanctuarium Dei iure hæreditario obtine
18 ri non poteſt.[l] De fructibus tamen perceptis
poſſe nunc beneficiatum teſtari, ait Ioan. An-
dræas.[m] Quod negat debere fieri Panormita-
nus.[n] Sequimur in Gallia tamen Andræam.
19 Indicant & poſtrema finitionis uerba, benefi-
cia non niſi clericis conferri poſſe, atq; laicos
prorſus eorum eſſe incapaces,[o] iure communi
uidelicet. Nam & ſpeciali priuilegio laici poſ-
ſunt poſſidere beneficia: ut notant Innocĕtius,
& Abbas, alijque[p] Sicuti & in multis regni ſui
eccleſijs rex noſter canonicus eſt. Et beneficia
poſſident eccleſiaſtica ex priuilegio ſenatores
curiæ conſilij magni, etiam uxorati. Et hæc om
nia obtinĕt, dummodo legitimè fiat inſtitutio.
20 Nam beneficiū ſine canonica inſtitutione ob-
tineri nō poteſt, & ab eo qui poteſtatem habet
21 conferendi. Sicque in ſumma Panormitanus,
conſilio 47. quod incipit, *Illud quæritur*, benefi-
cium eccleſiaſticum ſex notis cognoſcitur. Pri-
ma, ut iure communi conferatur a poteſtatem
habente. Secunda, ut qui confert, nihil poſſit
iure ſibi ex eo retinere. Tertia, ut tantum de eo
clerico prouideri poſſit. Quarta, quod habeat
aliquid ſpiritualitatis annexum. Quinta, quod
ſit perpetuum. Sexta, quod omnis pactio, ſeu
nundinatio reijciatur, de quibus & Ancharan.
in regulam primam, de reg. iur. in 6. q. 1. Et De-
cius, in rubr. de reſcript.

a c pen. eod.
b ca. ſi de cler. ægrotan c uol. de capel. mona cho li. 6. c ſcrip ſit, ca. qualiter, cano. quamuis triſte, 7 q. 1.
c cano. ſicut vir, 7 q. 1.
d ca. ſi. de condi. appoſ.
e L. actus legitimi. de reg. iur.
f Dio Caſſius, lib 40
g c. ſi gratioſe, de reſcrip.
h can paſtoralis, 7 q. 1.
i c. 1. & 2. & c. cum in officijs, de teſta. c. pen. de pecu. cleric.
k ca. 2 de ſucceſſ. ab inteſt. auth. licĕtiam, de epiſcop. & cler. C.
l ca. conſuluit nos, de iur. patron cano. apoſtolica, 8. q 1 c. ex tranſmiſſa, de fil. presbyt. c. ad extirpandas, eod.
m in gl. c. præſenti, de offic. ordin. in 6.
n in c. fi. de pecu. cleri. vide & eundē in ca cū in officijs, de teſtam.
o c cum adeo, de reſcrip. ca. ex literis, de tranſ c. 2. de inſtitu. clem. quia contingit. § ut autē, de relig. domi.
p Innocen & Abbas, in cap. quanto, de conſue. gl. in cano. bene quidem, 96 diſt. in uer. præter Romanum.

De diuerſa beneficiorum nomenclatura, unde perſonæ eccleſiaſticæ diuerſas appellationes capiunt. Cap. III.

1 *Beneficiorum eccleſiaſticorum diuiſio in proprie & improprie beneficia.*
Proprie beneficia maiora, & minora quæ, eod.
Prælati appellatio non pertinet ad eccleſiæ rectorem ſimplicem, eod.
2 *Beneficiorum 3 diuiſio, in habentia curam animorum, & non habentia.*
Cura animorum quid, eod.
3 *Beneficia cum cura, non niſi presbyteris actu, uel qui intra annum tales fiant, conceduntur.*
4 *Curionis officium.*
5 *Curata beneficia ratione iuriſdictionis quæ habeant.*
6 *Beneficia non curata, ſimplicia dicta.*
7 *Beneficia regularia & non regularia quæ, & ex præſcriptione talia.*
Beneficia regularia regularibus, ſecularia ſecularibus debita, eod.
8 *Commenda, uel beneficium in commendam datum quod.*
9 *Beneficia duo, unum in titulum, aliud in commendam habere quis poteſt.*
10 *Commendatur beneficium dupliciter, in utilitatem eccleſiæ, aut præpoſiti.*
11 *Beneficia uillæ muratæ, & non muratæ, & quibus uillæ muratæ conferri poſſunt.*
12 *Villa murata quæ dicatur.*
13 *Beneficia alia eccleſiæ collegiatæ, alia non collegiatæ.*
14 *Eccleſia ſimplex, uel capella quæ.*
Collegiata eccleſia quæ.
15 *Eccleſiæ conuentuales, religioſæ, monaſteria, cœnobia.*
Eccleſiæ cathedrales quæ, eod.
16 *Beneficia alia cum dignitate, alia cum perſonatu, alia cum officio, adminiſtratione, præpoſitura.*
17 *Dignitas eccleſiaſtica & alia quid.*
18 *Beneficia nominata, & innominata quæ.*
Aſſiſij eccleſiarum qui, eod.
19 *Beneficia electiua, & non electiua quæ.*
20 *Beneficia patronata, & non patronata.*

1 Sed non uno modo beneficia appel
lata ſunt, ſed uarijs: & proinde per
ſonæ quæ ea poſſident, uariè quo-
que nūcupata. Aperiamus igitur
neceſſe eſt diuiſiones eorum. Prior quædam,
propriè beneficia, quædam impropriè dicta.
Propriè dictorum beneficiorum, alia maiora,
alia minora uocantur.[q] Inter maiora, ſummus
pontificatus, qui & beneficium dicitur.[r] Maio-
ra a minoribus ex collatione diſtinguuntur. Et
certum eſt quoque, quæ nomen habent præla-
turæ, maiora dici poſſe, ut pontificatum ſum-
mum, patriarchatum, archiepiſcopatum, epi-
ſcopatum, abbatiam: prælati autem appellatio-
2 ne non continentur eccleſiarum rectores.[s] Ter
tia diſtinctio, ut alia beneficia habeant curam
animorum, alia minimè.[t] Cura animorum du
pliciter conſideratur, ut notat Innocentius:[u]
primum, quando is, qui beneficio præficitur, te
netur ſacramenta præbere certis perſonis, nem
pe parochianis eius loci: item prædicare, propo
3 nere uerbum Dei, confeſſiones audire.[x] Quo-
circa & iſta beneficia requirunt præfectos eſſe
actu ſacerdotes, ſeu presbyteratu inſignitos, vel
qui tales fiant poſt adeptum ſacerdotium intra
annum.[y] Nō enim aliter poſſunt deſeruire be-
neficio, ligare uel ſoluere, uel paſcere, niſi pote
ſtatem acceperint. Annus autem computādus
ex eo tempore, quo quis adeptus eſt pacificam
beneficij poſſeſſionem, uel per eum ſterit quo-
minus haberet. Et ceſſante alio legitimo impe-
dimento promotionis ad presbyteratum.[z] Vo-
camus hos beneficiatos, rectores, curatos, ſeu
curiones, uicarios perpetuos, paſtores, ut ſuo lo
4 co diximus. Paſtoris autem officium legĕdum
5 apud Ezechielem, c. 3. Secūdò curata beneficia
dicuntur, reſpectu curæ iuriſdictionis conten-
tioſæ ſeu forenſis, quæ beneficijs quibuſdā an-
nectitur.[&] Huiuſmodi cōpetit uiſitare, inquirere,
procurationes

q ca penult. de verb. ſignif. in ca. maioribus, de præben.
r ca. 1 de maled. cano clerum. §. pōtifex, 21 diſt cano & can. nemo, ſacroſancta, 22. diſtin.
s gloſ. per textum in clemē. dudum, §. non autem, in uer. prælati, de ſepult. in clem.
t c. cum ſingula, de præb. in 6. c. de multa, eo.
t c. cum ſanus, de offic archi.
u Innoc. in d. c. cū ſatis.
x clem dudū, § uerum, de ſepult. ap. c. ego. c. 2. de paroch.
z. nemo utriuſque ſaam, de ppui c. placuit, de prec. diſt 6.
y c. licet canō, de electi. in 6.
z c. commiſſa, de elect. in 6 uide quo lati de his tractat Rebuffus, in praxi benefi in tit. de nō promot. intra annū, quæ pœna. vel excuſ. arriſcatu. & in titul. de diſpen. de nō promouendo.
& ca. execrabilis. § ſi de præben. in extrau. ... dudum, de electio. in 6

procurationes recipere, ſuſpendere, abſoluere,
excommunicare,& abſoluere:[a] quæ etiam ſine
6 beneficio aliquando poſſiunt.[b] Non curata be-
naficia ſunt, quorum præfecti prædicta mune-
ra non habent, ſed horis dicendis tantum ob.
ſtricti ſunt.[c] Dicta beneficia ſimplicia;[d] ex his
duobus compoſita beneficia, quæ principaliter
ſine cura ſunt, ut prioratus, ſed habent annexā
7 curam animorum, pro qua habent uicarios per
petuos.[e] Quarta diuiſio, beneficiorum alia eſſe
regularia, alia ſecularia: regularia regularibus,
id eſt, monaſtici Inſtituti perſonis debentur: ſe
cularia alijs clericis ſecularibus, id eſt, qui mo-
naſticam uitam uel regulam non ſunt profeſſi.[f]
Hæ qualitates beneficijs ut plerumque accedūt
ex præſcripto fundationis, ſi in ea regularibus
deputetur perſonis uel ſecularibus.[g] Interdum
tamen regularia à ſecularibus, & contra ſecu-
laria à regularibus poſſidentur perſonis legiti-
me, per præſcriptionem quæ recepta eſt, ſi per
40. annos continuos ſecularis eccleſia à regula
ri perſona ſit poſſeſſa: ut tunc immutata cenſea
tur qualitas, & cenſeatur regularis, hoc eſt, quæ
à regularibus poſſit habeti. Et contra, ſi regula
ris per tot annos à ſeculari ſit poſſeſſa:[h] nam or
dinarij iuris eſt 40. annorum tempus ſufficere
in præſcriptione rerum eccleſiaſticarum inter
eccleſias.[i] Dummodo in hac poſſeſſione bene-
ficij concurrat cum tempore titulus, id eſt, inſti
tutio, & bona fides: alioquin enim non muta-
retur qualitas beneficij ſolo tēpore, utpote ſub-
ſtantialibus deficientibus præſcriptionis, titu-
8 lo, & bona fide.[k] Porro ex regularibus & ſecu-
laribus beneficijs, tertia quædam ſpecies con-
ſtari poteſt beneficiorum in commendam, ut di
cimus datorum, quando ſumm. pontifex ex
priuilegio regulari perſonæ beneficium dat ſe-
9 culare: uel contra, ſeculari regulare. Hinc intel
ligimus, quod circumfertur duas eccleſias ali-
quam habere poſſe, in titulum unam, aliam in
10 commendam.[l] Commendantur autem eccle-
ſiæ bifariam, aut in utilitatem eccleſiæ, aut in
utilitatem commendatarij: in primo caſu, non
eſt titulus beneficij, ſed potius cuſtodia, à qua
quis remoueri poteſt. Diuerſum in ſecundo, ut
explicat late Gomeſius,[m] & gloſſa pragmaticę
11 ſanctionis concilij Baſilienſis.[n] Alia quinta di
uiſio, ſeu diſtinctio à loco, ut alia dicantur uillę
muratæ, alia non muratæ: ſic enim expedit di-
ſtingui ob præficiendorum diſtinctionem. Nam
quæ uillæ muratæ ſunt, non poſſunt conferri
in Gallia, niſi graduatis in aliqua probata Aca
demia, aut qui triennio ſaltem in Theologia,
aut in altero iurium, ciuilis, uel pontificijs, aut
12 in utroque ſtuduerint.[o] Villæ hic nomen, mo
re Gallico, pro ciuitate intelligitur, uel oppido
muris cincto, populoſo. Sicuti & in iure ponti-
ficio aliquando,[p] non pro uilla ruſtica, uel ædi
ficio ruſtico, ut apud Latini ſermonis authores,
apud quos, Varrone teſte,[q] uilla quaſi uehilla,
à uahendo: quòd in eam fructus ex agro inue-
hantur, & inde in urbem euehantur. Ioannes
22. ſumm. pont.[r] ciuitates uidetur eas tantum
nominare, ubi epiſcopus ſit. Alij autem uiden-
tur muratam uillam dicere, in qua ſit merca-
tus, & nundinæ: quod certe non eſt uerum per-
13 petuo. Sexta diuiſio, alia eſſe beneficia eccleſia
rum collegiatarum, alia non collegiatarum,
quæ & ſimplices dictæ eccleſiæ, quarum diffe-
rentiam uel patroni ſolius diuerſus aſſenſus in-
14 dicat.[s] Simplex eccleſia & capella dicitur, in
qua unus, uel duo, uel plures clerici ordinātur,
non ut corpus faciant uel collegium, qui nec

a c. de eadem,
b nota. in c. uſ fortis, de offi archid. c. 1. eod.
c ca. 3. de inſtitutio
d c. ſi de præb. ap. Greg.
e ca ſuper eo, & 6. co. in Sex. c. cum ſupanda, §. quia uero, eu. tit. ap Greg.
f c. cum de beneficio, eod. in 6 §. ſtatuimus, de colla. in concordatis, Galliæ & ſum pon tiſ. clem. 1. de elect. ap Clem.
g gl. in §. idem ordo, in uer regularibus, de colla. in prag. ſanct. in Ioan. de Sel. in tract. de benefic. q. 4. num. 11.
h Rota, in dn. nouiſ. 12 incipit. ſunt dubitatū, in nouis, Ioan. Staphil. tracta. de lite. grat & form. expecta. ſum. 2, 8
i ca. de quarta, de præſcrip. c. cum eccleſia, de can. poſſeſ. authē. quas actiones, de ſacroſ. eccleſ.
k ca. uigilanti, de præſcrip. late docet in ſpecie propoſita R. n buffus, in §. uolumus, de collatio. in concor dat Gall. i uer. regularia.
l can. qui plures, 21 q 1 c. ne mo deinceps, de electi. in 6. ubi glo. in uer. commendare, plura tradit, de commende.
m Gomeſ. in reg. cancell de public. reſign. q 4 & in regu. de triennal poſ ſeſſ reg. 5.
n gl. in § licet, in uer. eundem ſi cauſa, de elect. i prag. ſāct.
o §. ſtatuimus, in 3. de collat. in concord. §. in eccleſijs, de collat in cancil. Baſilie. ſeu prag. ſancti. & conſtit. reg.
p 3 in c. uenerabili, ca. 33. de cenſib. li. 3 De cret. tit. 33. & in c. ad audientiā, 3. de eccleſ. ædifica.
q Varro, lib. 1. De re ruſt ca. 2.
r c ſaluator, de præb. in extrauag cōmunib.
s ca. nobis, de iur. patr.

ſyndicum, nec ſigillum commune habent:[t] nō
enim omnis adunatio clericorum facit colle-
gium, alioquin ubique eſſent collegia. Vix e-
nim poteſt eſſe presbyter ſeu ſacerdos ſine duo
bus uel uno clericis, qui ſecum pſallant, & in
altari adminiſtrent, erudiantque filios parocho
rum.[u] Qui tamen collegium non faciant: quia
in collegio faciendo forma exigitur ſuperioriſ
que licentia.[x] Nec numerus perſonarum eum
conſtituit, cum ſufficiant tres in eo conſtituen-
do,[y] & per unum ius collegij retineri poſſit.[z]
15 Porrò eccleſiæ collegiatæ, regularium perſona
rum dicuntur conuentuales,[a] cœnobia: aliæ ca
pitula.[b] Omnis eccleſia cathedralis collegiata
eſt: quia epiſcopus caput, membra, & cōſilium
eius, capitulum, quod debet in inſtitutione &
deſtitutione clericorum adhibere ſecum:[c] quā-
quam omnes eccleſiæ collegiatæ cathedrales
16 non ſint. Septima diuiſio, ut alia dicantur habe
ta dignitatem, alia perſonatum, quædam offi-
cium, adminiſtrationem alia, alia præpoſitu-
tam:[d] quorum differentiam uide apud Sicu-
17 lum,[e] & Archidiaconum.[f] Dignitatis nomen
poteſt latè accipi, pro qualibet prærogatiua in
eccleſia, quæ alio nomine perſonatus dici po-
teſt.[g] Verum ſingulariter dignitas dicitur, fa-
cultas adminiſtrandi in aliqua eccleſia cum a-
liqua iuriſdictione:[h] tutius tamen erit in ui
iſtorum nominis, dignitatis, perſonatus, officij,
ſequi mores eccleſiarum, & in qua ſignificatio-
ne, ſententia, & obſeruatione huiuſmodi ſint
nomina. Inter dignitates ea quæ præeſt, dicitur
prælatura, quare epiſcopus, & abbas prælati e-
18 rūt.[i] Octaua beneficiorum diuiſio, ut alia ſint
nominata, alia innominata: innominata dicun
tur, quæ generali tantum nomine beneficij ſi-
gnificantur, uel canoniæ, uel præbendæ.[k] Sunt
& inter innominata, quæ poſſident aſſiſij dicti,
in eccleſijs:[l] & quæ habent in eccleſijs in mi-
noribus conſtituti, quæ uocantur tituli.[m] No-
minata ea dicuntur, quæ ultra generalem ap-
pellationem beneficij, proprio nomine intelli
guntur, ut epiſcopatus, patriarchatus, abbatia,
19 cura animorum, prioratus, & alia ſimilia. No-
na, alia eſſe beneficia electiua, ad quæ per ele-
ctionem quis uocatur: alia ad collationem per-
tinentia.[n] Et electiua dicuntur, quæ facta ele-
ctione exigunt confirmationem ſuperioris.[o]
Per electionem electus conſequitur ius habitu
in prælatura: per confirmationem, exercitium
20 illius actu.[p] Subinde decima diſtinctio, ut alia
ſint patronata, alia ſine iure patronatus, libera
in collatione ordinarij. Patronatum eſt benefi-
cium, ad quod uacatione adueniente, præſentat
idoneum clericum epiſcopo patronus, & ſine
cuiuſque præſentatione rectè non inſtituit epi
ſcopus:[q] præterquam in caſu negligentiæ pa-
troni, & ſi per eam deuoluatur poteſtas ad eum
ut ſuperiorem, & alijs caſibus, de quibus proxi-
mo agetur capite Deo fauente.

t c. dilecta, de exceſ. prælat.
u c. unuſquiſque, de uita & honeſt cler.
x l. 1. de collegi. illic. in ? l. 1. §. quibus per miſſum eſt, quod cuiuſ uniuerſ. nomi. in P.
y c. 1 de electi. ap Greg. l. Neratius, de uerbo ſignif.
z l. 1. §. ſicut, quod cuiuſq; uniuerſ. nomi. in t.
a ca. nobis, de iur. patron.
b Panor. in ca. edoceri, & ca. capitulum, de reſcript.
c c. nouit, ca. 4. & c. quanto, c. y de his quæ fiunt, à prælat. ſine conſ. ca. li.
a Decret. ti 11. Card. in clem. ut ij. col. 3. in 2. quæſt. de ætat. & qualit.
d ca. 1 de conſuetud. in 6. ca. de multa, de præb. ca. execrabilis, eo. in extrauagā commmunib.
e Ab. Panor in ca. de multa, in 3. de præben.
f Archi. in c. 1. de conſue. in 6.
g gl. c. ne ca qu nonnulli, & in ca ad aures, de reſcrip. & in c. de multa, de preben.
h gl. & Archidiac in l. c. 1. de contuet.
i c. 2. de iudic. ap. Gregor. de his, in tit. de regia ac prælat. nomin. in concordato Gall. & pōtificia ſum.
k can. ea multis, § conſtituimus, 2 q 1.
l de quib. in c. pen. de cler. nō reſid.
m c 2. de præb.
n c. eſt in illis, c. 16 § illis uerò, de præb. l 6.
o glo. in clem. quia contingit, § ij autem, in uer electio. de religioſ. domi. Cardin. in clem. 1 § ad hoc, de præb.
p nota. in cap. quanto, 63. diſtinct. Cin. & Auth. in l. priuatorum. de iuriſdict. omn. iu dic. C.
q can. decreuimus, 16 q 7.

De Iure Patronatus Eccleſiæ. Cap. IIII.

Lib 3. Decret. tit. 38.

1 *Ius patronatus eccleſiaſticum quid.*
2 *Ius patronatus eccleſiaſticum adhæret ſpiritualitati.*
Ius patronatus quare exigit inſtitutionem epiſcopi.

3 *Ius patronatus per ſe uendi non poteſt, uel cedi.*

4 *Ius patronatus indiuiſibile, & quomodo ad plures hæredes hoc ius pertineat.*

5 *Patroni plures in præſentando debent conuenire.*

6 *Patronis pluribus exiſtentibus, a maiori parte eorum præſentatus inſtituendus eſt.*

7 *Ius patronatus honorem habet in prærogatiua præſentandi.*

Præſentatio patroni requiritur in patronato beneficio conferendo. eod.

Præſentatio quale ius conferat præſentato. eod.

8 *Beneficia & eccleſiarum cura ad ſolicitudinem pertinent epiſcopi.*

9 *Patronus ſeipſum præſentare non poteſt.*

Epiſcopus ſibi conferre non poteſt beneficium, eodem.

Ex patronis pluribus unus illorum ab alijs præſentari poteſt, eod.

10 *Præſentatio inſtituendi, & per patronum, & per procuratorem eius fieri poteſt, & per litteras.*

11 *Patroni laici, & clerici: & intra quæ tempora præſentare illi debeant.*

Patroni clerici non uariant in præſentatione, laici contra. eod.

12 *Patronus laicus uariare poteſt tantum, antequàm unus ex præſentatis inſtituatur, non poſtea.*

13 *Præſentato indigno per laicum, eo repudiato intra tempus quadrimeſtre patrono datum, poteſt laicus alium, & alios præſentare: nec repudiato indigno epiſcopus pleno iure poteſt conferre.*

Contra, ſi præſentetur indignus a patrono eccleſiaſtico.

Oeconomus pendente tempore præſentandi datur eccleſiæ uacanti ab epiſcopo. eod.

14 *Præſentandi ius quando adimitur patronis, & plena collatio ad epiſcopum pertineat.*

15 *Ius patronatus quibus modis in perpetuum amittitur.*

16 *Iure patronatus priuatur, qui epiſcopum curauit occidi.*

17 *Ius patronatus non amittitur ex condemnatione criminis in alium, quàm in proprium epiſcopum admiſſi.*

18 *Ius patronatus quibus modis acquiratur.*

19 *Iuris patronatus onera.*

20 *Patronus eccleſiæ tenetur congruum ei reditum aſſignare, aut ſupplere.*

Patronus dicitur defenſor, aduocatus, uicedominus, cuſtos, gardiam habens eccleſiæ ſuæ. eodem.

21 *Patronus in caſu inopiæ, & liberi eius ali debent ab eccleſia patronata.*

22 *Inſtitutio præſentati cur exigitur epiſcopi.*

Inſtitutio debet fieri neceſſario idonei præſentati, aliter recurritur ad ſuperiorem. eod.

23 *Inſtitutionis, ſignificationis, & acceptionis, et cum collatione differentia.*

24 *Sede uacante capitulum beneficia uacantia non confert, præſentatos tamen inſtituit.*

25 *Patronata & familiaria fuiſſe ethnicis ſacerdotia.*

1 DEfiniunt interpretes [a] ius patronatus, ut ſit ius honorificum, oneroſum, & utile, competens alicui in eccleſia, pro eo quod de diœceſani conſenſu eccleſiam fundauit, conſtruxit, & dotauit, ipſe, uel is à quo cauſam habuit, ſolus, uel alio concurrente. Quæ finitio latius explicabitur, ut naturam patronatæ eccleſiæ, & qualitates beneficij eius generis euoluamus pau-

2 cis. Dicitur ius patronatus, Ius eccleſiaſticum, quia ſpiritali, id eſt, ſacro annectitur: [b] ut quæ religioſis locis adhærent, religioſa cenſentur. [c] Non tamen per ſe eſt eccleſiaſticum: quo fit ut & laicis competat, qui alioquin à miniſterio ſacrorum arcentur. Et quia annexum huic aliquid ſpiritale, pro eo requiritur epiſcopi inſtitutio, & officium in eorum exequẽdo iure: [d] nemo enim de manu laici poteſt eccleſiam, ſeu eius regimen accipere ſpiritale, [e] neque ab eo qui ſuis ſumptibus eccleſiam ædificauerit uel

3 fundauerit. [f] Facit quoque illud ſpiritale annexum, ut ius patronatus uendi per ſe non poſſit: quia & periculum ſimoniæ imminet, [g] & res ſacræ non recipiunt æſtimationem: [h] quæ tamen æſtimatio per æqualitatem pretij facit emptionem. [i] Cæterum cum uniuerſitate bonorum uẽdita tranſire in emptorem dubium non eſt, ueluti quodam acceſſorij iure. [k] Ut & eo modo ob-

4 ligari poteſt. [l] Et quia ius patronatus habet iuris naturam, erit indiuiſibile: [m] & ideo uni patrono pluribus ſuccedentibus hæredibus apud omnes in ſolidum remanet ius patronatus, quã uis ſint extranei. [n] Et tranſit non ſolum in ma-

5 ſculos, ſed etiam in fœminas. [o] Et quanquam plures eſſe patroni poſſint in dote conſtituenda, [p] tamen diuidi ius nequit. Poſſunt tamen conuenire patroni, uel eorum hæredes, ut alternis uicibus præſentent, [q] & ita hoc iure utantur, ne contrario cõcurſu ſe mutuo impediant. [r] Conuenire etenim in præſentando debent plures hæredes unius: nam unum ſolum repræſentant, in ſtirpeſque ſuccedunt in hoc, non in capita, ſiue æqualiter, ſiue pro minore parte ſuccedant, nihil enim intereſt. [s] Quæ & in iure patronatus libertorum recepta fere, [t] & in alijs iu-

6 ribus. [u] Quòd ſi plures eſſent patroni, à maioris partis conſenſu præſentatus inſtituendus eſt: [x] quòd ſi duo tantum ſint patroni, & duos præſentaur, inſtitutio alterutrius in electione & arbitrio eſt epiſcopi, [y] quamuis alij diſſen-

7 tiant. Ius hoc patronatus tertio loco honorem confert patrono, & honorificum dictum: præcedit enim honore in eccleſia patronata. [z] Sed alius honor & præcipuus, in præſentando epiſcopo præficiendo eccleſiæ: non enim poteſt prouidere eccleſiæ ſine præſentatione patroni epiſcopus. [a] Non tamen per præſentationem plenum ius datur adminiſtrationis eccleſię præſentato, ſine inſtitutione epiſcopi: non enim pa-

8 tronus cõfert pleno iure. [b] Omnes namque baſilicæ pertinent ad curam & ſolicitudinem epiſcoporum, [c] niſi aliquo priuilegio eximantur. [d] Et inſtitutio, & deſtitutio præfectorum eccleſiarum proprie pertinet ad epiſcopos. [e] Neque etiam patronus, quia hunc honorem præſentandi habet, ideo adminiſtrandi res dotales, ſeu eccleſiæ patronatæ, poteſtatem habet. [f]

9 Neque ſeipſum, ſed alium præſentare poteſt: [g] ſicuti nec ſeipſum epiſcopus poteſt inſtituere, uel ſibi ſuæ collationis beneficium conferre: [h] ut nec tutor ſibi author eſſe. [i] Quamuis non inficior, ſi plures ſint patroni, quin unus ex illis ab alijs tamen præſentari poſſit, uel filius alterius: [k] ſicuti ex decurionibus, qui ſeipſos tutores dare non poſſunt, unus

10 ab alijs recte datur. [l] Porro præſentatio inſtituendi fieri poteſt non ſolum per patronum, uerumetiam & per procuratorem, eius nomine

a hanc finitionem tradit, & latiſſimè explicat Rochus, in tract. de iure patro. Ioan. And. & Panor. partim in rubr. de iur. patron.

b c. de iure patronatus, de iure patro.
c l. quæ religioſis, de rei vend. in P.
d ca. præterea, de iur. patron.
e illud. c. cum laici, ca. nullus, eo ti. can. decimas, 16. q. 7 ca. cum & plantare, de priuil.
d ca ſacroſancta, & c. neceſſaria, de electi. c. ſi quis deinceps, c non placuit, can. quoniam, 16 q 7.
f can piæ mentis, 16. q 7.
g can. 1. 1 q 1.
h c querelam, de ſimon. l. ſacra loca, in fin. de rer. diuiſ. in P § ſi. de emp. cum ſimilib.
i l. 1 de contrahend. empt. in P. l. 1. de rerum permut. in P.
k c. cum ſeculum, de iur. patro. c. nemind, 16. q. 7 l. hanc legem, de contrahen. emp.
l ca. ex litteris, de iur. patro.
m c. 1. eod.
n c. 1. de iur patro. cle. ſi. eo. ti. ap Clem.
o glo in cano. quoniã inueſtituram, 16 q 7. clem ſi. de conceſſ præb.
p gl. in can in ſumma, 63 diſ.
q d. clem ſi. de iur. patro.
r et ap Iulia. in l. quoties duobus. l. 41 de vſufruct & quid adm. qui vts li. 9. P. 11 1 Papi. l. 1. § ſi q̃ b n. od. vſuſfruc amitt. eo. li ti. 4. l. riuenae, de ſeruitut. ruſti in P.
s clemẽ fin. de iur patro
t l. h. cod. in P.
v l ſi ſepulchrum, de relig. & ſumpt. funer. l. P l. vlt. de ſeruit. in P.
x vide Panor. in c quoniam, de iur. patro ſe eis ca eccl. ... in t de electi.
y glo. in can ſi plures, 16 q 7 Innocent in c. 1. de iur patr Panorm. in c. cum ſe, eod.
z c. nobis, § ſi. de iur patro
a can. monaſterium, & c decernimus, 16 q. 7 c. ex inſinuatione, de iur patron
b c. quod autẽ, & c illud præterea, ... c. ex conſultatione, & c. conſuluit, relatum, de iur. patro. ap Greg. c. ſi plures, & c. monaſterium, 16 q 7.
c cano. omnes baſilicæ, eod c. obitum, 63 diſ. cum ſimilibus ibi notat.
d c cũ & plantare, de priuile.

e ochim ex inſinuatione, de baſtt. c. 1 & 2 de capell. monach.
f can nouerint, 10. q 1 c. præterea, de iur. patron.
g c. conſuluit, & cap per noſtras, eod.   h cap ſi de inſtitutio.
i l. 1 de autho. tutor. in P.   k glo. in d ca. conſuluit, de iur. patron.
l l. vbi abſens, de tuto. & curat. dat ab ijs &c.

nomiot & mandato: nam & electio fiari potaſt
mandato domini à procuratora,[a] imo & per li-
11 teras quis poteſt præſentare.[b] In hac tamen po
taſtate, & qualitas patronorum, & tempora di-
ſtioguenda ſunt:nam patroni, aut laici, aut cle-
rici ſunt:laicis quatuor manſes dantur ad præ-
ſentandum, clericis ſex:quia laici ante inſtitu-
tionem poſſunt oatiare,id eſt, plures præſenta-
re,alios poſt alios: clerici non poſſunt. Ideo ut
maturius præſentandnm eligant,longius tem-
12 pus conceditur.[c] Variatio tamen illa licita in
laico, qnandiu unum ex preſentatis non inſti-
tuerit epiſcopus : nam poſt præſentationem &
13 inſtitutionem reijcitur præſantario,[d] Licita ta
men ſi præſentet laicus indignum, & repudie-
tur ab epiſcopo: nam poreſt & tunc intra tem-
pus illi cooceſſum, aliom præſentare,& plures,
inter quos tamco aſt potaſtas epiſcopo eligeo-
di qnem nelit, & ut dicimos, locus eſt gratifica-
tioni.[e] Nec anta tempus hoc conceſſum pleno
iure epiſcopus ſpreto patrono laico conferre
poteſt, ſed tantum da œconomo eccleſiæ patro
natæ prouidet pro fructibus regendis.[f] Dioer-
ſom tamen in præſentationa indigni, ſacta ab
eccleſiaſtico:nam tūc apiſcopus, ſpreta illa præ
ſentatione, plano iura confari, cum ius præſan
tandi eccleſiaſticus amiſerit,indignnm præſen
tando:neque poſſit unquam nariare, facta præ
ſentationa ſemel, id aſt, aliom non poſſit præ-
ſentare.[g] Vt contra, ſi illa præſentatus ſit ido-
neus, nō poſſit alium ei præponere epiſcopos:[h]
dommodo præſentatio fiat uacante beneficio.
Nam anta uacationem præſentatio inutilis, &
adueniente ea, non obſtanta prima, rectè aliom
uel primom præſantat: nec dicitur ideo uaria-
14 re.[i] Quando autem ius præſentandi amiſit pa-
tronus, plena collationis poteſtas penes apiſco
pum eſt, ſiua patronus ſit eccleſiaſticus, ſiua lai
cus. Amittunt autem poteſtatem præſentandi,
& ita ios patronatus, ual pro una nica, nal in
perpetuum. Pro nna uice, hoc eſt, ratione oc-
currentis præſentis oacationis, ſi eccleſiaſticus,
ut dictum aſt, indignum præſcoiet: uel ſi is, uel
laicus non præſentet intra tempora illis conſti
tuta, laicus intra qoatuor mēſes, eccleſiaſticus
intra ſex: tunc enim deuoluitur poteſtas ad api
ſcopum: authorirare concilij Lateranconſis.[k]
Dehinc & pro occurrenti neceſſitate deuolui-
tur ad illnm ius, ſi quando plures ſint patroni
principales, qni ſine graui ſcandalo in nomi-
nationa ſau præſentatione non poſſint conoe-
nire.[l] Ordine ſeruato, ut primum quamdiu cō-
trouerſia eorum agitatur, epiſcopus interim o-
ſtium claodat eccleſiæ patronatæ, amotis ſacris
lipſanis ſeu reliquijs, donec conuanarint.[m] De
hinc ot a maiori parte alectus, & maioribus prę
ſtans meritis admittatur: quod ſi id ſina ſcanda
lo fieri non poſſit, ipſe epiſcopus prouideat.[n]
15 In perpetuum patronus hoc ius amittit, ſi do-
net illud aut cedat alteri, qnod licet etiam ſina
licentia epiſcopi:[o] tamen plena collatio epiſco
pi eſt, ſed præſentationem expectare debet in-
tra tampora fieri ab eo, in quem ius trāſlatum
eſt. Niſi ſimoniace quis habet ius illud, in ſe tran
ſtulerit: nam in pœnam dignus eſt qui priuatur
16 iure patronatus.[p] Priuatur & is perpatuo hoc
iure, qui per ſe uel per alium procurauerit apiſ-
copum, nel rectoram ecclaſiæ, cuius aſt patro-
nus, occidi:ut nec is, nec hæredes eius uſqua ad
quartum gradum poſſint hoc iore ual honore
17 poriri.[q] Per condemnationem taman alterius
criminis, hoc ius non eripitur, nec à filijs patro
ni: quia hoc ius haber ſolum authoritata ca-
nonis, quo non priuatur, niſi à ſolo Papa.[r] Con
ceditur namqne hoc ius patrooatus, potiſſi-
mum laicis, ſingulari quodam beneficio & pri
uilegio, faoore eccleſiarom, ut ad conſtructio-
nam & dotationam aarumdem inuitētur.[s] Pro
inda fauor ille acclaſiarom remanet dalicto a-
18 tiam interueniēte. Acqniritur autem ius patro-
natus fundationa eccleſiæ,[t] ædificatione facta
ſuis ſumptibus,[u] dotatione, ſeu additione pro-
uentunm,[x] ax contractu traſlatione facta cum
19 unioerſitate,[y] ſucceſſione.[z] Cooſtatque ex prę
cipnis modis acquirēdi, onus etiam eſſe ius pa-
tronams patrono potius, nempa quòd ex bonis
eius proprijs natom ſit, ut & inda aliud ſequa-
tur, uidalicet ſolicitudo patroni in his conſer-
uandis, quæ elargitus ipſe aſt, uel ij à quibus
cauſam & ius habet: dara namque operam de-
bet, ne bona eccleſiæ patronatæ pereant uel de-
trimantum patiantur, eamqua ob cauſam mo-
nere præfectum, poſtea epiſcopum, ijſque ne-
gligentibus mederi incommodo, regem ip-
20 ſum.[a] Quia ſi congrui non ſint reditus eccleſiæ
patronatæ, ipſa cogitur per apiſcopum ſopple-
re qood ſufficiat pro alimantis præfecti præſen
tati. & ad iura epiſcopalia ſoluenda.[b] Dicitur
& patronus ideo defenſor[c] eccleſiæ, & aduoca-
tus:[d] quia eius habet patrocinium, oicedomi-
21 nos, coſtos, gardiam habens.[e] Quocirca qno-
que nec ei delinquenti ius hoc adimendum,
quod onerosum alioquin ei eſt, aliquando etiā
ntila, nt dum ad inopiam peruenit: nam eo ca-
ſu ne ſit ingrata eccleſia patronata, patronum
& liberos aius alera tenetur.[f] habita ratione bo
norum eccleſiæ, & qnalitatis perſonarum pa-
22 trooorum.[g] Animaduertendum autem aſt, in
hoc iura patronatus cōſtituando, apiſcopi con-
ſenſum, ut diximus in finitione, requiri, & tunc
dicitur ius patronatus ſpiritualizatum, id eſt ap
probatom ab epiſcopo: quo nomina eximun-
tur ab hac tractatione oratoria, ſimpliceſqoe
capellæ, quæ benaficia non ſunt propria. Cum
nemo ſine apiſcopi conſanſo poſſit ædificare
eccleſiam.[h] Quara alia rationa, propter autho-
ritatem ab epiſcopo interpoſitam, ipſa apiſco-
pus habet in eo parrooato ius inſtitutionis, id
eſt, ſaculratam intra eccleſiam, nal in eccleſia
ſtatuendi præſentatum. Relatiuumqua hic ſit
uerbum inſtitutionis, ad præſentationem alie-
rius: nā ea ioſtitutio libera non eſt collatio, ſed
ſi fiat præſantatio admitti debat ab epiſcopo,
alioquin ſi repudiat, patet uia refugij: ut dicūt,
23 in refutum ad archiepiſcopom. Lara alioquin
eſt inſtitutionis appellatio, quæ interdum pro
collationa accipitur, nempa pro conceſſione
libera beneficij facta ab epiſcopo inre commn
ni, uel ab alio ex priuilagio, cuius collationis,
& prouiſio ſpecies aſt.[i] Interdum inſtitutio, pro
cōfirmatione alecti, quam facit epiſcopus:[k] &
pro approbationa epiſcopalis collationis ab a-
lio quàm epiſcopo factæ, dicta authorizabilis
inſtitutio.[l] Item aliquādo pro tranſlationa poſ
ſeſſionis, quam dicunt inſtallationem, & indu-
ctionam, in raalem poſſaſſionem.[m] Propria ta-
men permultum intareſt inter collationē quæ
eſt libera, inſtitutionem, quę neceſſaria, & pręſē
24 tationem.[n] Ideo collatio ſeda uacanta loco epi
ſcopi à capitulo da beneficijs fiari nequit, inſti-
tutio debet.[o] Quod & in nicario obſeruatū eſt.[p]
Sed hęc hactenus da beneficijs iuris patronatus
dicta ſint, quibus plura me poſſa addere nō diſ-
ficeor: uarum quia patronatus huius materia &
quæſtiones, proprio tractatu & celebri explicā
tur à Rocho, ad eum remittam lectores, ne

Ou 4 fuci

a l. ſi is qui ſti chum, de procurat. in ff.
b glo. in cano. non debet. 65 diſt. iuxta l. ſi procuratorem, de procurator. in ff.
c c. 1. §. fi. de iu re patro. in 6.
d c. quòd autem conſulis, de iur. patro.
e ca. cùm autē adoocatus, eo.
f c. ex vos plerunque, de off. & pot. iud. ord.
g c. cùm autē, de iur. patron.
h d. c. cùm adoocatus, eod.
i c. fi. eod.
k c. 2. de ſupp. negl. prælat. ca. 1 § fi. & c. 3 et 20, de iur patr. c. cum te, eo ca. 1. §. fi. eo. ti. l 6.
l c. 9. de iur. patron.
m ca. eod.
n d. c. 3. eod.
o ca. 9 in princip. eod in 6.
p c. quæ clerici quidam, de iur. patroo. ca. tantum, de priuile ca priuilegium, 11. q. 3.
q c. pen. de pœni incep. in quibusdam.

r gl. in can. filijs, 10. q. 7.
s c. 3. & c. cum dilectus, de iure patro.
t c. nobis, eod. c. piæ mentis, 16 q 7.
u cano. monaſteriom, eod.
x cao. filijs, & can. quicunque, 16. q 7.
y c. cum ſeculom. & c. ex literis, de iur. patroo
z clem. 2. eod.
a ca. filijs, 16. quæſt. 7.
b c. 1. de iur. patro. ap. Clem. c. 1 de preben. in d. c. extirpandę, § quòd verò, eo tit ap Greg. c. cano ſigentius, 16 q. 7.
d c. quia clerici, de iur patr.
e ca præterea in 2 de iur. patron.
f c. nobis, §. fi. eo. can. quicunque, 16 q 7.
g can. vlt. 10. q. 3 l. ſed etſi qd. §. 1. de vſufruc. in ff.
h cano. nemo, de conſecr. diſtin. 1. can. qui religioſis, cum ſeq. 18. q. 2. c. fin. §. fin de eccleſ. ædif.
i gl. in rubr de inſtitution. in 6 vide & de alijs acceptionibus Ioan. Immolam, in c. ex frequentib. & c. cu venerint, de iur patro.
k c. cum olim, de maior. & obed & tot. titu. de electi.
l vt in ca. cùm ſatis, de offic. archid.
m de quo in c. ad hæc, c. cum noſtrom, eod.
n c. cùm inſtilis, § cum autē, de preb. in 6.
o c. cùm olim, de maior & obed. ap. Grego. c. 1 de ſollit in c. cap. 2 ne ſede vacan. ap. Grego c. 1. eod. tit. in 6.
p c. ex frequentibus, de inſtitut. ap. Grego. c. fi. de offi. vicar. in 6.

25 fuci inſtar labores aliorum ſuppilemus. Hoc tã tum adijciam, apud antiquos idolis ſeruientes, fuiſſe olim quoque in diuino cultu quædam ſacerdotia patronata, dicta gentilia, id eſt, generis ſeu familiæ certæ, quæ reditus annuos ſacrificulis ſuis præbebat. De quibus meminit Cicero de Aruſpicum reſponſis, & alij. Sic Michas uir in monte Ephrain idolum ſibi fecit, & ei extruxit ædiculam, fecit Ephod & Theraphin, id eſt, ueſtem ſacerdotalem, conſtituitque ibi ſacerdotem, & illi reditus, ut habetur in libro Iudicum Iſraelis.[a]

a Iud. c. 17. & 18.

De erectione ſeu conſtitutione beneficiorum. Cap. V.

1 *Beneſitiorum origo.*
Beneficij fundatio & creatio quid, eod.
2 *Beneficij reſtitutio quid.*
3 *Beneficia quot modis extinguantur, & reſtituantur, & 14.*
Beneficia quare extingui poſſunt.
4 *Sacræ res à ſanctitate eximi poſſunt.*
5 *Beneficia intereant unione.*
De unione beneficiorum, & quid unio, eod.
6 *Vnio beneficiorum tripliciter fit.*
Beneficij impetratio non exigit mutationem unitæ eccleſiæ.
7 *Vnionis faciendæ rationes.*
8 *In unione facienda uocandi ij, quorum intereſt.*
9 *Beneficium extinguitur, fundatione eius reprobata.*
10 *Beneficia occupata ab hoſtibus an intereant.*
11 *Eccleſiæ parietibus omnino ſubrutis, an remaneat beneficium, & 13. & ſeq. uſque ad 22.*
12 *Altare portatile quid, & priuilegium eius.*
13 *Euocatio ſacrorum quæ prophanum reddebat locum.*
16 *Vnio à quo fiat, & diſſoluatur.*
17 *Eccleſia polluta non eſt iterum conſecranda, ſed reconcilianda.*
Eccleſia quibus polluatur, eod.
18 *Eccleſia polluta quomodo, & quibus reconcilietur Deo.*
19 *Eccleſiæ conſecrandæ cæremoniæ.*
Eccleſia ſemel conſecrata, iterum conſecrari non debet, eod.
20 *Templa ethnicorum quomodo ædificabantur, & ſacris inaugurabantur.*
21 *Eccleſiæ & beneficia ut reſtaurentur.*
22 *Beneficiorum tranſmutatio quæ, & quatenus permiſſa.*

1 QVis in ſuperioribus beneficiorum diuerſa qualitas, generali quadam nota nos docuit eccleſiaſticarum perſonarum diuerſitatem, ſeries poſtulat, ut de erectione beneficiorũ agamus, ex qua uel in qua facile ſtatus & qualitas beneficiorum fit, noua fundatione, reſtitutione ſtatus antiqui beneficij, & immutatione. Noua fundatione, creatum beneficium dicitur à Clemente v. pontif. ſummo,[b] & Innocen.[c] 3. Fundatio illa noua fit, quando augmentatur numerus præbendarum, uel eccleſia, ubi prius non erat, erigitur: ut ſi ab Iſmaelitis, ſeu Agarenis ciuitates & regna à Chriſtianis recipiantur.[d]
2 Reſtitutione fit erectio, cum extinctum beneficium reſtauratur: totque modis uidetur fieri reſtitutio, quot contrarijs extingui uel ſupprimi poteſt. Idcirco non alienum erit, de extinctione ſeu peremptione beneficiorum agere, priuſquam de reſtitutione, quæ peremptionem re-
3 fert, dicamus. Ergo beneficia extingui & ſupprimi poſſunt, ut amplius non ſint, uel non faciant nomen: primũ, quando canoniæ, uel præbendæ extinguuntur[e] fructuum inopia: ſicuti & augmentantur pro fructuum abundantia.[f] Nec nos remoretur, quòd uidetur habere quæſtionẽ, num poſſint tolli beneficia, uel perimi, cum Deo ſemel dicatum, alios in uſus transferri non poſſit:[g] ſiue ligna ſint eccleſiæ,[h] ſiue ueſtimenta.[i] Nam neceſſitas, & maior cauſa huic rei gratiam facit aliquando, & honeſtas eccleſiaſtica, & ratio quædam ſingularis pro negotiorum occurrentium modulo, ut res alioquin inalienabiles,[k] propter alimenta,[l] & ob redẽptionem captiuorum alienari poſſunt,[m] etſi
4 debita urgeant eccleſiam.[n] Atque iure ciuili traditum eſt lege aliqua, rem ſacram poſſe prophanam fieri:[o] in quo notat iuriſconſultos Cicero, dum ait,[p] *Cum leges antiquæ ſacrorum uetarent interitum, adinuenit ſubtilitas iuriſconſultorum, ſenes conſtituere ad coemptiones ſacrorum, in-*
5 *terimendorum cauſa faciendas.* Sed & alio modo ſecundo intereunt beneficia unione, quando duo uel plura beneficia in unum in perpetuũ coniunguntur, id enim eſt unio:[q] illud enim quod alteri unitur, extinguitur, neque amplius per ſe uacare dicitur.[r] Et tunc proprie unio, o-
6 miſſis duabus unionis ſpeciebus.[s] Vnio quippe tripliciter fieri dicitur: primum, cum duabus eccleſijs unus & idem præficitur:[t] 2. quando una eccleſia alteri unitur, quo caſu quæ unitur, amittit ius ſuum, & eo utitur, cui fit unio,[u] intacto remanente iure epiſcopi:[x] 3. fit unio, cum ſimul uniuntur eccleſiæ, nec una alteri ſubijcitur: & tunc ex duabus quod melius eſt retinetur.[y] Et ad hos tres unionis modos reliqui, quos adferunt Hoſtienſis & Godofredus, referri poſſunt. Et quæ fiunt incorporationes & annexiones, quæ eius generis ſunt: nam annexæ eccleſiæ cum illis eædem cenſentur quibus annectuntur, ut non ualde interſit in impetratione beneficij, adijcere annexas eccleſias, ſi modo principalis exprimatur, & ualor uerus annexarum, ut tradit interpres antiquus regularum[z]
7 cancellariæ Innocentij Pap. 8. Vnionis cauſa rationem habet, uel propter nimiam uicinitatem eccleſiarum, cum utraque facile per unum regi poſſit: uel cum altera caret populo ob incurſiones hoſtium, uel morborum luem, uel aliam ob cauſam. Sicuti certis de cauſis Imperatores ex duabus dignitatibus unam facere poſſunt, uel unam alteri unire.[a] Item & pro-
8 pter alterius beneficij inopiam. Quare & in unionibus uerus ualor utriuſque beneficij exprimi debet, & uocari oportet in loco, & ut dicunt in partibus, ante, quorum intereſt, aliàs non ualet, ut deciditur regula cancellariæ Pau-
9 li Pap. 3. de unionibus. Tertio loco extinguitur beneficium, quando reprobatur eius fundatio uel erectio: ueluti primo, ſi in præiudicium ædificetur parochiæ capella, & opus nouum fuerit nuntiatum, debet deijci poſtea ædificatum.[b] Item ſecundo caſu, quo & ſubſtrahitur eccleſiæ epiſcopalis dignitas, ſi aliqui proprium paſtorẽ occiderint.[c] Et 3. ſi deijciatur eccleſiæ moles &
10 ædificium.[d] Quarto extingui uidentur beneficia, quæ ab hoſtibus fidei occupantur:[e] uel ſaltem ſuſpenſo cultu diuino prope interitum ſunt, ut non poſſit aduerſus ea currere præſcriptio, tanquam uiduata paſtore.[f] Et iure ciuili religioſa, ſacrave loca eſſe deſinũt, ab hoſtibus
11 occupata.[g] Accedit quoque ad interitum eccle-
ſiarum,

b clem. fin. de reſcrip.
c in c. dilecto, filio, de præb.
d vt in ca. 1 de verb. ſignif. in 6.

e c. eſt acceſſiſſent, & c. ex parte, de cõſtitut.
f ex ſi de verb. ſignif. ap. Greg.
g c. ſemel Deo, de reg. iur. in 6. c. mancipia, de rerũ permuta.
h ca. ligna, de conſecr. diſt. 1. § ſacra, de rerum diuiſ.
i ca. veſtimenta, de conſecra. diſt. 1.
k l. m. de reb. eccleſ. non alie. in auth. l. iubem', de ſacro. eccleſ. l. can. aurum, 12. q. 2.
m l. ſancimus, l. 17. de ſacroſ. eccle. C. ca. apoſtolicos, c. & ſacrorũ canonũ, can. ſicut omnino, 12. q. 2.
n auth. præterea, de ſacroſ. eccl. C.
o l. inter ſtipulantem, § ſacrã rem, de verbo. obliga.
p Cicer. pro Mur.
q c. ſicut unire, ne excel. præla.
r Dictus in c. eſt acceſſiſſent per illũ textũ, de cõſtit. Ludo. Gomes, in reg. cãcell. de triennali poſſe q. 1 Ioan. Andr. ad cle. 1. de ſupplen. negli. prælato.
s de quib. per gl. in c. 1 in ver. vniendo. & ibi interp. ne ſede v. c. apud Greg. gl. in c. & temporis, 16 q. 1. in ver. vnire.
t can. & tẽporis qualitas, 16. q. 1. c. 1 ne ſede vac. ap. Grego.
u c. recolentes, § fi. de ſta. monacho.
x c. 9 de relig. domib.
y arg. c. medicamentũ, de pœnit. diſt. 1 gl. in reg. 11 cancell. Innocen. 8.
z c. & tẽporis, 16 q. 1. c. 9. de relig. domib. c. 6.
a § hoſtilitatis, 23. q. 2.
a § illud, vt ibid. fine quoq. ſuffr. in authẽ. coll. 2.

b c. 1 de nouo eccleſ. ædific. l. 2. & l. prætor ait, § prætor, de ope. no. nuntia.
c can. ſi 25. q. 2.
d c. & hoc diximus, 12 q. 7. c. a. placuit, de cõſecrat. diſt. 1.
e can. paſtoralis, 7 q. 1 c. ſancta Romana, de elect.
f c. ex tranſmiſſa, de præſcript. c. prima actione, can. ſi ſacerdos, 16 q. 4.
g l. cum loca, de religioſ. & ſumptibus, funer. in P.

ſiarum,cum parietes funditus ſubruti ſunt,nec
remanet altare conſecratum. Si tamen pars ali
qua conflagratione uel inundatione, uel alio
modo intereat eccleſia, remanere beneficium
dicitur:& in primo caſu eccleſia reædificata de
bet denuo conſecrari, in altero nequaquam.[a]
In concilio tamen Tributienſi concellum eſt,
ut ſicubi à Normanis,Selaois,Vngaris,à malis
Christianis, aut alio quocunque malo eccleſia
fuerit incenſa & combuſta,liceat in capellis in
terim cum tabula conſecrata miſſas perage-
12 re.[b] Tabula conſecrata hic uidetur ſupplere
locum eccleſiæ, uel ſtabilis altaris: ſicut altare
portatile,[c] quod ubicunque locorũ & maxime
in bello circunferri poteſt. Ne defectu ædium
cõſecratarum,ubi opus eſt,quis carere cogatur
pabulo cœleſti, hocq; antiquitus permiſſum
Chriſtianis,& ut Sozomenus ait,[d] & Nicepho
rus Caliſti[e] hæc tabula uicem tabernaculi præ
ſtitit, ad quam diaconi & ſacerdotes miniſtra-
bant miniſteria diuina,iuxta ſtatas cæremonias
13 eccleſiæ.Verumtamen hic duco annotandum,
non ideo beneficium extingui omnino, quòd
omnino eccleſia fuerit diruta: nã diſtinctio be-
neficiorum non pendet ex ædificio, ſed ex ſa-
cramentorum adminiſtratione, & decimarum
uel redituum aſſignatione:& quia poſſit reædi
ficari iterum eccleſia,uel alibi officium, uel o-
14 nus beneficij impleri. Quibus præcognitis,fa-
cile erit iudicium,quomodo reſtituãtur uel re-
niuiſcant beneficia, ſingulis interemptionibus
contrarias cauſas opponẽtes:quia reſtitutio eſt
prioris ſtatus reparatio.[f] Vt quia in primo capi
te diximus extingui ſuppreſſione beneficiorũ,
uel deficientibus fructibus,apparébit reſtitutio-
nem fieri reuocatione ſuppreſſionis,& fructuũ
incremento.[g] Et in ſecundo,ſi approbentur æ-
dificationes eccleſiarum ante reprobatæ, uel ſi
operis noui nũciatio tollatur,ſi epiſcopalis uel
alia eccleſia in priſtinũ reſtituatur locũ digni-
tatis, ſi eccleſia deiecta reficiatur, & excitetur,
& conſecretur iterum, ſi ab hoſtili occupatio-
15 ne euincatur,ueluti iure poſtliminij.[h] Niſi qñ
cõſtat locum omnino profanũ factum: utpote
quando Deus locum contemnit, & teſtimonio
aliquo diuino deſeruiſſe eum oſtenditur. Sicu-
ti refert Ioſephus,[i] ante excidium Hieroſoly-
mitani templi, à ſacerdotibus noctu ſacrifican
tibus auditam fuiſſe uocem ex adytis dicentẽ,
migremus hinc.Erat & motis Romanorũ in ob-
ſidionibus ciuitatum, priuſquam irrumperẽt,
euocare earum deos, ut uocabant tutelares, &
ita loca à ſacris liberare,ut refert Macrobius,[k]
qui & euocãdi ritum tradit.Sic apud Liuium,[l]
dictator Veios capturus euocauit Iunonem Ve
iorum conſeruatricem, & pollicitus Romæ tẽ-
plum. Quod paucis explicat Vlpianus[m] uer-
bis.*Qui ſanctum*,inquit,*locum liberare à religione*
16 *uolunt,ſolent inde ſacra euocare*. Dehinc & quæ
unione extincta ſunt, per unionis reſolutionẽ
reſtituuntur:hoc enim naturale, eodem uincu
lo quo quid uinctum eſt diſſolui.[n] Epiſcopus in
ſua diœceſi beneficia unit, & diſtinguit: ſum-
mus autem pontifex epiſcopatus.[o] Epiſcopus
tamen non unit eccleſias ſine conſenſu ſui ca-
pituli,& patroni,quem tamen non exigit ſum
mus pontif.[p] Et quando unio fit ad uitam ali-
cuius tantum, eo mortuo beneficium reuiuiſ-
cit, in propriamque redit naturam: quia unio
hæc temporalis cum tempore extinguitur.[q]
17 Sed ſi eccleſia polluta fuerit,reconcilianda qui
dẽ Deo orationibus eſt:non tamen ideo denuo
conſecranda, ut ſi ab hæreticis profanata ſit.[r]

a ca.ligneis, & ca. propoſuiſti, iuncta gloſ. in verbo reconciliari, de conſecra. eccleſ. can. eccleſijs ſemel & can. de fabrica, de conſecra. diſt. 1.
b in ca. concedimus, de conſecra. diſt. 1.
c c. quoniam, de priuileg. in 6.
d Sozome. lib. 1. hiſtori. Tripar c. 9.
e Niceph. Caliſt. lib. 7. hiſtor. ca. 44.
f c. nos ſanctorum, & ca. uiſitatis, 15 q. 6 c. ſi quem pœnituerit, § ſi 1. q. 3. c. quia diligentia, de elect. l. 1. de ſenten. paſſ. C. l. 1 ex quib. cau. maio. in P.
g c. cum acceſſiſſent, de conſtitutio.
h l. cùm loca, de religioſ. & ſumpt. fune. in P. c. paſtoralis, 7. q. 1.
i Ioſeph. lib. 7. de bell. Iudaic. cap 12.
k Macrobi. li. 3 Satur. c. 9.
l Liuius, lib. 5. Deca. 1.
m Vlp. l. ſacra loca, l. 9. de rerũ diuiſ. in P.
n l. nihil tam naturale, de reg. iur. in P. ca. 1. eod. titu. ap. Gregor.
o c ſicut vnire, de exceſ. prala.
p c. paſtoralis, de donatio.
q Gomes, in reg. de triẽ. poſſeſſo. q 8.
r can. eccleſias Arrianorũ & can. Arrianorũ, & can. Agapitus, de con. ecc. diſt. 1.

Nam, ut ait Optatus Mileuitanus,[s] non po-
teſt eſſe eccleſia penes hæreticos, ſed ſcimus
quod omnes eccleſiæ hæreticorum ſunt proſti-
bula,& meretrices:unus ſponſus, una eccleſia.
Sic polluta homicidio, uel ſanguinis effuſio-
ne,uel ſemine, uel adulterio reconcilianda.[t]
Item ſi in ea ſepeliatur excommunicatus:[u]
18 nam & tunc parietes ſubradendi.[x] Reconci-
liatio autem fit per aquam luſtralem exorciza
tam,per ſolum epiſcopum, non autem per ſa-
cerdotem ſimplicem:[y] idque per aquæ & uini
mixtionem & ſalis,cum aſperſione, & miſſa.[z]
Refert autem Abdias Babilonicus[a] contempo
raneus apoſtolorum, D.Bartholomæum in ec-
cleſia purificanda,quæ prius erat templum ido
li Aſtaroth,crucẽ per latera infixiſſe,& bene di
xiſſe.Verum illa ſanctificatio ad nouam potius
conſecrationem, quàm ad purificationem ſan
ctificatæ antea,pertinet. Et ideo ritus uarij sũt.
19 Nam cum cõſtituenda eſt, epiſcopus debet vo
cari,ciuitati qui locum deſignet, crucemq; ibi
publice figat, inquirat de reditubus ſufficientibus ad alimenta præficiendorum.[b] Sunt & a-
lia,quæ ad conſecrationem eccleſiarum, & al-
taris pertinent,de quibus conſulendus Ioan. à
Selua,[c] & Durandus.[d] Vide & cap. 1. de conſe
crat.diſt. 1.lib. 3.Reg.c.6. Neque eccleſia conſe
crata,eſt iterum cõſecranda:[e] niſi,ut diximus,
ex integro corruerit, funditus deleta fuerit.[f]
20 Erat & apud ethnicos mos reſtaurandi,& ædi-
ficandi, ſeu conſeruandi templa per pontifices
ſuos:ut obſeruare poſſumus ex Liuio, dũ ait,[g]
Cornelium Barbatum pontificem maximum,
coactum ex conſenſu populi uerba præire in
dedicatione ædis Concordiæ in ara Vulcani,
cum more maiorum negaret, niſi cõſulem,aut
imperatorem poſſe templum dedicare.Item ex
uerbis epiſtolæ Aureliani ad Ceionum Baſſũ,
apud Flauium Vopiſcum.[h] *De Palmyrenorum
bonis*,inquit, *habes gemmas regias.fac cohoneſta
ri ex his omnibus templum mihi & immortalibus,
gratiſſimum feceris:ego ad ſenatum ſcribam, petẽs
vt mittat pontificem qui dedicet templum*.Alius &
referendus Cornelij Tacito locus,[i] in quo & cæ
remoniæ dedicationis priſcæ gentilitatis referũ
tur his uerbis: *Vndecimo calẽdas Iulias, ſerena lu
ce,ſpatium omne quòd templo dicabat cunctum uit
tis, coronisq; ingreſſi milites,quibus fauſta omnia,
fœlicibus ramis: dehinc uirgines Veſtales cum pue-
ris puelliſq; patrimis matrimiſq; aqua,riuis,& fon
tibus,amnibuſque hauſta,perluere. Tum Heluidius
Priſcus prætor,præeunte Plauto Heliatio pontifice,
luſtrata boue tauriſque area,& ſuper ceſpitem red-
ditis extis,Iouem,Iunonem, Mineruamq; præſideſ-
que ſuas pietate hominũ inchoatas diuina ope attol-
lerent,uittas,quibus ligatus lapis innexiq; funes e-
rãt,cõtigit. Simul cæteri magiſtratus, & ſacerdotes
& ſenatus,eques, & magna pars populi ſtudio lætitiaq; connixi,ſaxũ ingens traxere: paſſimq; iniectæ
fundamentis argenti aurique ſtipes, & metallorũ
primitiæ nullis fornacibus victæ, ſed ut gignuntur.
Prædixere Aruſpices,ne temeraretur opus ſaxo,au
rove in alıud deſtinato. Altitudo ædibus adiecta.*
Hæc Tacitus.De ſacro Capitolij tẽplo reſtituto
à Veſpaſiano tradit,cura L.Veſtini equitis quẽ
monuerũt cõtracti haruſpices,ut reliquiæ prio
ris delubri in paludes aueherẽtur,templũ iiſdẽ
21 veſtigijs ſiſteretur. Poſtremo reſtaurãtur eccle
ſiæ & beneficia,qñ priſtini & ante ſublati fines
22 reſtituuntur.[k] Sed tertio loco fit beneficiorum
erectio, quando mutatio fit formæ beneficij:
ueluti ſi ex capella fiat parochia, ex parochia
epiſcopatus, & ex epiſcopatu archiepiſcopa-
tus:[a]

s Opta. Mileuit. li. 1 in princip. c. con. Donati.
t c. ſignificaſti, de adulter. c. propoſuiſti, & c. ſi de conſecra. eccle. Leuit. ca. 14 & 15 can. ſi motum, de conſecra. diſt. 1.
u ca. conſuluiſti, de conſecr. eccleſ.
x cano. eccleſia, in 1 & 2 de conſecr. diſt. 1.
y ca. aqua per epiſcopum, de conſecr. eccleſ.
z can. de fabrica, de conſecr. diſt. 1.
a Abdias Babil. in hiſtori. Apoſtol.
b can. nemo, de conſecr. diſt. 1. c. 1. de cenſib.
c Ioan. de Selua t. par. trac. de benefi. q 5. nu. 65 & ſeq
d li. 1 Rationalis diuino. offi. c. de eccleſ. dedicat.
e cano. eccleſijs, de conſecr. diſt. 1. ca. 1. & 4. de ſacram. non iter. ca. 1. de apoſta.
f 4. can. de eccleſijs, Leuit. 14. in fine, arg. l domum, de contrah. empt. in P. can. de fabrica, de conſ. diſt. 1.
g Liu. li. 9. deca. 1.
h Vopiſ. in Aurel. vita.
i Corn. Tacit. lib. 20.
k vt in ca. pen. de pato

a vt in extrauag. ſuſceptos, de præben.
b vt in cano ſi epiſcopus, 12. queſt. 2.
c cano. quæ ſemel, 19. q. 3.

tus:[a] ſi ex capella ſimplici fiat collegiata, ex collegiata canonialis,[b] ex regulari ſecularis, uel contra ex diſpenſatione: iure enim communi inhibita eſt hæc commutatio.[c]

De Collatione beneficiorum. Cap. VI.

1 *Continuatio c. & cum prius de collatione, quam uacatione beneficiorum dicendum.*
2 *In collatione beneficiorum, quæ conſideranda.*
3 *In tutoris datione, quæ conſideranda.*
4 *Beneficia tantum idoneis ſunt conferenda, & qui illi.*
5 *Beneficia laicis non conferuntur eccleſiaſtica.*
6 *Fœminæ capaces aliquorum beneficiorum.*
Fœminæ non accipiunt primam tonſuram clericalem, eod.
7 *Beneficium cum ſimplici tonſura quale.*
8 *Curam habens animorum beneficium, exigit ſacerdotem: ſtudiorum tamen cauſa per quinquenniū differtur promotio.*
9 *Mores beneficiandorum quales eſſe debeant.*
10 *Scientia beneficiatorum quæ requiratur.*
11 *Aetas quæ legitima in ſacerdotijs obtinendis.*
12 *Epiſcoporum & prælatorum ætas.*
13 *Epiſcopus qui indigno beneficium confert, quomodo puniendus.*
14 *Regere alios non debet, qui ſe nequit gubernare.*
15 *Abbati quæ debet eſſe ætas.*
16 *Aetas prælatorum in Gallia quæ eſſe debet.*
17 *Aetati beneficiandorum diſpenſatur a ſumm. pontif. ex cauſa.*
Aetatis gratia non fit, niſi duorum annorum, eodem.
18 *Epiſcopi iuuenes non contemnendi.*
Iuuenum prudentia aliquando ſenum uincit peritiam, eod.
Sed raro contingentia non ſequenda, eod.
19 *Canonicis ætas quæ requiratur.*
20 *Aetas beneficiandorum in non curatis beneficijs, quæ requiratur ex antiquo & nouo iure.*
21 *Beneficiandi mores, eod.*
22 *Qualificatus beneficiarius quis.*
23 *Præbenda ſacerdotalis tantum presbyteris ætatis legitimæ, non ante tempus presbyteris factis concedenda.*
Curio debet fieri presbyter intra annum, & quomodo hoc intelligendum, eod.
24 *Beneficio priuatur, qui non eſt clericus.*
25 *Beneficium habens uxorem per uerba de præſenti ducens, eo priuatur.*
26 *Beneficia regularia regularibus, ſecularia ſecularibus conferenda.*
27 *Beneficia regularia regularibus ordinis tantum eius beneficij conferenda.*
28 *Monachis mendicantibus nulla beneficia eccleſiaſtica concedi poſſunt.*
29 *Monachis quibus, & quæ beneficia liceat habere.*
30 *Monachi eligi poſſunt in epiſcopos.*
31 *Epiſcopus a quibus debet eſſe immunis.*
32 *Beneficium conferri non poteſt ex illegitima coniunctione nato.*
33 *Beneficium paternum filius legitimus, & naturalis immediatè a patre capere non poteſt, mediatè poteſt.*
34 *Spurij filij non admittuntur in beneficio paterno, nec nati ex illis, etiam legitimari & diſpenſari ad beneficia.*
35 *Spurijs quis diſpenſat ad beneficia.*
Diſpenſatio illegitimis a quo fieri debet, eod.
36 *Diſpenſatio natalium ad ſacros ordines, non porrigitur ad beneficia.*
Diſpenſationes ad beneficia a caſu in caſum ſimilem, uel maiorem non producuntur, eod.
37 *Diſpenſatio per ſimplicem ſignaturam ad pluralitatem beneficiorum.*
Per, fiat ut petitur, quot contineat beneficia, eod.
38 *Beneficium conferri debet ei, qui idioma loci intelligat.*
39 *Linguarum & idiomatis intelligentia quid iuuet homines, & quid noceat ignorantia.*
40 *Patronus debet præſentare epiſcopo clericum diœceſeos, qui intelligat idioma, & intelligatur.*
41 *Alienigena in Gallia beneficia eccleſiaſtica non poteſt poſſidere.*
Albinus in Gallia quid, eod.
Naturalitatis, ſeu affiliationis in regno litera, eod.
42 *Alienigenæ in Britannia, Hungaria, Bononiæ, Veronæ, ſacerdotia habere non poſſunt.*
43 *Beneficiandorum in Gallia qualitates.*
44 *Beneficia quæ uacant certis menſibus, quando graduatis, aut nominatis, uel alijs debeantur.*
Graduatorum ſtudij tempus præſcriptum, eod.
Inſinuatio literarum ſtudij graduum quo tempore fieri debet, eod.
45 *Beneficia uillæ muratæ conferri debent graduatis.*
46 *In nominationibus Academiæ, nominatus debet exprimere beneficium quod poſſidet, et ualorem.*
47 *Litteræ expectatiuæ ad beneficia debent exprimere poſſeſſa beneficia per impetrantem, & qualitatem eorum.*
48 *Nominationes, quæ ab Academio dantur ad beneficia, referuntur ad qualitatem perſonæ ſecularem, uel regularem.*
49 *Nominatorum ad beneficia præfertur antiquior, qui eo anno debitè quæ oportet, inſinuauerit.*
50 *Gratificationi inter graduatos quando locus ſit.*
51 *& 52. Beneficia conferri quibus non poſſint.*
52 *Banniso non confertur beneficium, & tamen ante relegationem poſſeſſo beneficio non priuatur.*

1 COgnita origine, diſtinctione, & erectione ſeu reſtitutione, & ſuppreſſione beneficiorum, antequā peruenire poſſimus ad perſonas ſacerdotum, medium quoddam agnoſci debet collationis & poſſeſſionis beneficiorum: cui proxime uacationis ſpeculatio innectitur. Sed prius ne de collatione, quàm de uacatione dicendum ſit, dubium quoddam moueri poſſet: nix enim eſt alterum ſine altero cognoſci, ut alterum ſine altero non poſſit eſſe. Niſi erectione facta uacationem exiſtimemus, quæ tamen uacatio uere non eſt, nec uacare dicatur quod prius poſſeſſum non eſt: priuatio enim præſupponit habitum.[d] Et collatio per conſequens prior poſt electionem, quāuis poſt primam collationem nō dicantur poſ-
2 ſe conferri, priuſquam uacent.[e] Ergo de collatione prius dicamus, in qua quatuor perpendēda capita: genus beneficij, de quo ſupra diximus in diuiſione eorum. Nam forma mandati habet cauſam determinatā, quam ſequi oportet in conferendis beneficijs, ut expreſſio unius generis beneficij ad aliud non porrigatur.[f] Qualitas ſecundo inſpicienda perſonarum, quibus confecuutur, ut materia: tertio, qualitas eorum qui conferunt: & quarto, modus conferendi, ut forma. Sic Hermogenianus[g] in

tutoris

d ca. ad diſſoluendum, de deſponſ. impub. l. decem, de verbo. oblig. l. Iulianus, de dānor.
e ca. 2. de conceſſ. præb.

f ca. cùm in illis, ca. 16 § 1. & a. c. cum, de nomin. facerd. c. 27 & cano. cl cus, ca. 39 & c. ſi. de præbend. in 6.
g Hermog. in l. naturalis § ſi quæratur, de confir. tuto.

tutoris datione conſiderat, an iecutorem accor-
perit, cui fuerit dandus, an is deleerit qui dare
poteritiive datus, cuius dandi facultas erat, &
num pro tribunali decretum interpoſitum ſit.
4 Summa autem prioris capitis hæc: beneficia
non eſſe conferenda niſi idoneis.[a] Capacitas
prouidendorum conſiſtit in ordine, legitimis
moribus, ſcientia, & ætate, & qualitate[b] quę in
ordinibus rite exhibendis requiruntur, iam ſu-
5 pra exequuti ſumus. Deſideramus autē in per-
ſonis, quæ beneficium accepturæ ſunt, ordinē
eccleſiaſticum pręcedere, ut cooptati ſint in nu
merum eorum, qui in ſortem Domini ſe trans-
ferunt: Laicis enim cōferri beneficia nequeūt.[c]
6 Demptis his beneficijs, quæ mulieribus con-
ferri poſſunt Veſtalibus: quę, quia clericatus be
neficio gaudere nequeunt, ſine clericatu eligi
poſſunt ad prioratuū adminiſtrationem.[d] Ne-
que enim aliquam mulierem licere tonſurare
7 ſtatuit Aleaander 3. ſumm. pontif.[e] Verumta-
men in maſculis obſeruandum eſt, interdum
ſufficere clericatus ordinem in beneficiu obti-
nendo,[f] quod ideo dicitur beneficium cum ſim
8 plici tonſura. Aliquando & maiores ordines re
quiruntur alijs beneficijs præficiendo, ut puta
ſubdiaconatus: & alij minores etiam ex diſpen
tione, ſi de eccleſia agatur, quæ curam animo-
rum habet annexam.[g] Atque tunc oportet in-
tra breue tempus ad presbyteratum promoua
ri præfectū, ut ſupra diximus in diuerſitate no-
menclaturæ beneficiorum, in tertia diuiſione:
niſi diſpenſatio fiat cauſa ſtudiorum per ſeptē
nium, uel quinquennium, quo caſu ſufficit in-
tra annum ad ſubdiaconatum promoueri.[h]
9 Mores præficiendorum beneficijs eodem mo-
do perpendendi, quo tradidimus in ordinatio-
ne facienda: nam olim ordinationi, beneficio-
rum datio in titulum coniuncta erat.[i] Atqua
probum argumentum aſt, ut qui non poſſit or-
10 dinari, incapax ſit beneficij.[k] Scientia, ſeu eru
ditio in beneficiandis paulo maior, quàm in or
dinādis requiritur, in parochialibus potiſſimū
eccleſijs: quia onus prædicandi quoque eis in-
cumbit, & notio & iudicium peccatorum in fo
ro pęnitentiali.[l] Nec tanta ſufficientia in ſacer
dotalibus præbendis, quanta in curionibus[m]
11 exigitur. Ætas legitima adeſſe,[n] tempore col-
lationis[o] inſtitutis debet: atque ideo in decana
tu, archidiaconatu, & beneficio curam anima-
rum habente annexam, exigitur, ut prouiſus
25. annum attigerit, & ſcientia & moribus cō-
mendatus exiſtat, ex cōcilio Lateranenſi:[p] quā
uis olim trigeſimus annus exigeretur in pres-
byterandis,[q] quales debent eſſe ad tegimen pa
12 rochialium eccleſiarum uocari.[r] Et trigeſi-
mus quoque hodie ex eodem concilio exigi-
tur in prælatis,[s] nec diſpenſari poſſe per epiſ-
copum minori 25. annis contra conciliū Late-
ranēſe, uel in epiſcopo minori 30. an. placuit.[t]
13 Epiſcopus porro, qui hominem inſufficientis
ſcientiæ, uel inhoneſtæ uitæ, uel ætatis illegiti-
mæ prouidendo approbauerit, ſuſpendatur à
perceptione proprij beneficij, donec ueniā me
reatur: nec indigni ſucceſſorem poteſt cōfirma
14 re.[u] Et certe indecorum eſt, eos ad regimen a-
liorū promoueri, qui ſeipſos non norūt guber-
nare:[x] unde exigit D. Paulus[y] in eligendo epiſ
15 copo, ut ſit ſuæ domui bene præpoſitus. In ab-
batia, quia in alijs quàm epiſcopatu ſufficiunt
25. anni,[z] puto & totidem ſufficere cōferenda:
niſi ius prælaturæ & trigeſimū exigat, quodq;
16 melius eſt. In Gallia ſufficiunt 27. anni ad pr
laturā obtinendam, & eius ętatis uirū poteſt no

a ca. grauę, ca. 29. de praben. c. cauſam, quæ de election. ap. Grego. l. vi gra dotim, de mu- ner. & hono in P. c. relatum, c. e de cōceſſ. pręben. li. 2. Decre tal. tit. 8. c. 3. de inſtitutio.
b ca. 4. de ætat. & quali. c. cùm in cūctis, § in- feriora, de ele- ctio. c. dudum, in 2. eod. ti.
c ca. 2. de inſti- tutio. c. cum a- deo, de reſcrip.
d c. indemnitat- ibus, de ele- ctio in 6.
e in ca. vxora- tus, c. 8. de con- uerſio. coniu- gat. in lib. 3. De- cretal. tit. 32.
f ca. ex literis, de tranſ.
g ca. præterea, de æta. & qua- li. ti. 1. Decret. titu. 14.
h in regu. can- cell. Pauli. Pa. 3. de non pro- mouen. ad ſa- cros ordi.
i cano. 2. & 3. 70 diſt.
k Interp in c. ſi eo tempore, de reſcrip. in 6.
l clem. dudū, de ſepult. can. adijcimus, § 1. 16. q. 1. Panor. in c. omnis, de pœni. & remiſſ.
m c. cum in il- lis, de praben. in 6
n c. cam te de æta. & quali. c. nihil eſt, de e- lectio.
o c. ſi eo tem- pore, c. 9. de re- ſcrip. in 6
p c. cùm in cū- ctis, c. 7 § infe- riora etiam de elect. ap. Greg. clemē. genera- lem, de ætat. & quali. c. licet ca nonum, ca. 4. de e- lect. in 6
q can. ſi trigin- ta, & cano. ſi presbyter, 78. diſtinct.
r ca. præterea, de æta. & qua- li. cano. licut, 51 q. 2. ca. 1. de æta. & quali.
s d. ca. cùm in cunctis, de ele- ctio.
t glo. in c. cùm dilectus, in cer. ætate, de elec.
u ca. nihil eſt, c. 44 de electi. ap. Grego. d. c. cùm in cunctis, § 2.
x c. indecorū, de æta. & qual.
y 1 ad Timo- the 3.
z d. ca. cùm in cunctis, § infe- riora, de elect.

minare rex ſummo pontifici, dūmodo aliæ qua
litates deſideratæ adſint, ex cōuentionibus Gal
licis.[a] At ad monaſteria, & prioratus conuen-
tuales, & electiua alia regularia beneficia, ad
quæ rex Galliarum nominat, ſufficiunt anni
23. dummodo nominatus aliter idoneus ſit.[b]
17 Verum arbitror ex cauſa poſſe per ſum. pont.
diſpenſari ętati, ſi prudentia & rerum ſciēna eā
ſuppleat.[c] Sicuti ueniam ætatis ſolet princeps
iuuenibus probis moribus inſtructis concede-
re, dummodo impleuerint 29 annum, & mulie
res 18.[d] Regula autem cancellariæ Pauli Pap.
3. ſuper ætatis defectu gratiam poſſe fieri tantū
duorum annorum tradit, habita prius informa
18 tione idoneitatis. Erat iuuenis Timotheus epiſ
copus à D. Paulo præfectus, ut ex uerbis epiſtu
læ ad eum miſſæ conſtat,[e] *μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω, ἀλλὰ τύπος γίνου τῶν πιστῶν ἐν λόγῳ*, i.
*nemo iuuentutem tuam contemnat, ſed eſto forma
uel exemplum fidelium in ſermone &c.* Cuius exē
plo D. Ignatius[f] Damam epiſcopum Magne-
ſiorum iuuenem, honorandum eſſe docet Salo
monis & Ioſue quoque exemplo, *Quia non lon-
gi*, inquit, *temporis ſpatium, ſed ſpiritus ſanctus
ſcientes & ſapientes reddit.* Poſſunt eſſe quatuor
raro cani iuuenis ſenſus, ut Danielis prudentia
ſenum malitiam aliquando uicit, & ſæpe uaſa
innocentia, & pura iuuenum Deus inhabitare
non dedignatur, & erudire præter uulgarem
hominum ordinem: neque enim perpetuo ipſi
homines ſua loquuntur, ſed Deus eſt, qui in il
lis loquitur. Verumtamen non ſunt temere exē
pla eorum, quæ raro accidunt, ſequenda: cum
periculum animarum ac epiſcoporum præfe-
ctura non leuis ſit, ſed pernicioſiſſimum. Et uix
iuuenis, qui non expertus eſt ætate rerum ua-
rios caſus, poteſt hanc paſtoralem curam pro-
be, quantumuis literarum peritus, exequi. In ſe
nibus eſt prudentia, & iam in ijs quantum illo
rum ualeant artes in pugna hac ſpiritali, licet
annotare: in iuuenibus promptus quidem ad
dignitatis ambitionem animus, & ad bibendū
calicem inexpertæ uires & dubiæ, & neophito
rum ordinationi ſuccreſcit ſuperbia. In nō cu-
ratis beneficijs & minoribus, & intra pupillarē
ætatem, quē poſſe canonicū eſſe etiam eccleſiæ
cathedralis nō ambigitur:[g] dum pueri nō ſint:
quamuis curata non poſſint conſequi.[h] Et hęc
19 eſt ſententia gloſſarum.[i] Quibus repugnabant
alij, unde ſequi oportet nunc regulam cancel-
lariæ 17, quæ ſtatuit prouiſiones, ſeu conceſſio
nes, uel mandata de prouidendo de cathedra-
lium eccleſiarum canonicatibus, ſeu prębēdis,
non ualere, niſi prouiſus 14. ſuæ ætatis annum
compleuerit: & ſi fiant de canonicatibus, & pręę
bendis eccleſiarum collegiatarum, decimum,
niſi expreſſè in prouiſione per ſum. pontif. æta
tis fiat diſpenſatio. Notatq; ibi glo. antiqua, or
dinarium non poſſe in his diſpenſare, aut mi-
20 noribus illa beneficia conferre: Cæterum alia
beneficia minus poſſe conferre maioribus ſep
tennio, ut ſi portio ſit quæ non ſit canonialis
collata, arg. l. de pretio, de publ. in rem actio.
In concilio tamen Tridentino[k] ſtatutum, ne
etiam in minoribus ordinibus conſtitutus, poſ
21 ſit ante 14. annum beneficium obtinere. Vltra
ætatē legitimā iura exigunt in eo, qui pręficien
dus alijs eſt, ſummoperè bonos mores, quibus
& exemplo cum doctrina poſſit alijs prælucę-
re, eoſque interdū præferunt iuſtis natalibus.[l]
22 Dehinc qui adipiſci vult beneficium, debet
eius conditionis eſſe, quæ præſcripta eſt natu-
ræ beneficij, uocant ideo qualificatum qualita
tibus

a § 1. de regi. ad prælatu. no- minat. in con- cord.
b § monaſte- rijs, de reg. ad prælat. nom. in concord.
c c. fin. de de- ſpon. impub.
d l 1. de his, qui vent. ætat. impetr. libr. 2. C. tit 45.
e 1 ad Timo- the. 4.
f D. Ignatius, epiſt. 6.
g ca. ex eo, ca. 32 de election. in 6.
h vide c. ſuper inordinata, ca. 35. juncta gloſ. in verb. pueri, de praben. ap. Grego.
i in diſt. ca. ex eo, & ſuper in- ordinata.
k Seſſ. 7. tit. de reforma. can. 5.
l ca. Innotuit, ca. 20. de electi.

tibus requiſitis[a]: ut ſi theologalem præbendã
nanciſci uelit, ſit Theologus bachalaureus
formatus, qui per decem annos ſtuduerit, qui
legere ſeu interpretari ſacras ſcripturas, & præ
23 dicare poſſit.[b] Sacerdotalis præbẽda ſacerdo
tibus in ætate legitima conſtitutis tantum, nõ
illis qui non ſunt presbyteri, uel ante ætatem
legitimam facti ſunt, conferenda:[c] quamuis
ante ætatem ordinatus recipiat uerum ordinẽ
& characterem, ſuſpenduntur tamen ab exerci-
tio.[d] Datus nihilominus prouiſis de cura paro-
chiali annus ad adipiſcendum presbyteratum,
computandus à die adeptæ pacificæ poſſeſſio-
nis beneficij, & alio impedimento legitimo ceſ
ſante:[e] niſi etiam ob ſtudium literarum per ſep
24 tennium diſpenſetur, ut fieri poteſt.[f] Sed in
omnibus beneficijs oportet tempore collatio-
nis, eſſe clericum, id eſt, tonſuratum, aliter non
poteſt poſſidere beneficium:[g] ſine tonſura pri-
ma enim laicus quis eſt, & laici incapaces be-
neficiorum ſunt, ut paulo ante in principio i-
25 ſtius capitis diximus. Sed & clericum oportet
eſſe ſine uxore: nam qui uxorem duxit, etiã per
ſimplicia uerba de præſenti, & ſine copula, in-
capax eſt:[h] & ſi habeat beneficium, ſtatim amit
26 tit.[i] Regularia regularibus perſonis beneficia,
ſecularia ſecularibus conferenda.[k] Neque con
ferendo beneficium regulare ſeculari, uel con-
tra, cenſetur ideo diſpenſatum: niſi in ſignatu-
ra uel prouiſione, de commenda expreſsè fiat
27 mentio.[l] Rurſum regularia, ut prioratus eccle
ſiarum, uel adminiſtrationes, non debent con-
cedi alterius ordinis monachis, quàm eius per
quos ſolita ſunt hactenus poſſideri, ſine autho
ritate ſummi pontificis.[m] Iique debent expreſ
sè eſſe profeſſi regulam ordinis, uel qui emitte
re omnino profeſſionem, & habitum ſuſcipere
teneantur, ex concilij Tridentini Decreto.[n]
Quanquam ſenatuſconſulto Pariſienſi anno
1534. 25. Februarij iudicatum ſit, oportere præ
cedere prouiſionem profeſſionem expreſſam,
& certam, nec ſufficere tacitam, uel expreſſam
28 ſine die.[o] Monachis autem mendicãtibus nul
la beneficia concedi poſſunt.[p] Quia enim ex-
preſsè uotũ emittũt abdicationis proprietatis,
& paupertatem profitentur, incapaces ſunt re-
dituum & prouentuum annualium.[q] Habant
tamen iſtæ mendicantium ſacræ familiæ, prio
ratus ſuos, ſed non ſunt beneficia, ſed admini-
29 ſtrationes ſui ordinis, & regulæ. At alij mona-
chi non mendicãtes poſſunt beneficia poſſide-
re ſibi conuenientia, & ex electione, & confir-
matione:[r] proprie tamen parochialibus eccle
ſijs præfici non poſſunt:[s] quia ſecularia benefi
30 cia ſunt. Placuit tamen monachos poſſe eligi
in epiſcopos: dummodo ſine controuerſia eli-
gantur, & cum conſenſu ſuorum prælatorum,
non alio modo:[t] & abſoluuntur à iugo ſuç pro
feſſionis,[u] tamen non debent mutare habitũ,
31 nec ſubſtantialia ſui ordinis.[x] Neque mona-
chiſmus ſolus eſt impedimẽtũ, quo minus quis
gradũ epiſcopalem conſcendat, neque nume-
ratur inter ea à quibus eſſe immunis debet, qui
in epiſcopum ordinatur, quç in concilio Tole-
tano 4. collecta ſunt, & referũtur à Gratiano in
32 ſuo Decreto, in ca. qui in aliquo, 51. diſt. Alia
qualitas quoque conſideranda in beneficijs cõ
ferẽdis, ut ſint perſonæ, quibus cõferũtur, ex le
gitimo matrimonio procreatæ:[y] niſi cũ ijs diſ
penſatũ fuerit, ob morum probitatẽ, & uitæ in
tegritatẽ, & literarum ſcientiam, ſuper natali-
33 bus.[z] Sic filijs legitimis & naturalibus presby
terorum, nempe genitis ex matrimonio ſine

a §. præfati que ordinarij, de collatio. in cõcord. Gall.
b §. ſtatuimus inſuper, de collatio. in concordat. c. ſi de magiſt. ap. Greg. c. ca. ei cui de beneficio, cap. 29 de præben. in 6.
d c. uel non eſt compos, de tẽpor. ordinat.
e cap. licet canon, & ibi gloſ. & ca. cõmiſſa, de electione. in 6. c. licet, de præben. in 6.
f gl. in ca. licet canon, in uer. idem tempus, & c. cum ex eo, de præb. in 6.
g ca. ca. literas, c. 6. de tranſact.
h in extrauag. Ioann. 22. poſt quæ decis. quæſt. Tholoſ. 361.
i c. 1. de cleric. coniug. & ibi Collect. deciſ. capel. 330.
k c. cum de beneficio, c. 5. de præb. in 6. §. uolumus, ne electio. in concordat. c. nullus, de electio. ap. Gregor.
l 10 regu. cancell. Pauli Pa. 3. ora. de commendis.
m ca. cum ſingula, ca. 12. de præb. in 6.
n in cõcil. Triden. ſeſſio. 4. in Decret. de reforma. can. 10.
o Papus, lib. 3. Rhapſ. areſt. ti. 4. areſt. 6.
p Antiq. interpre. in regul. 3. cancella. Innocentij 8.
q clem. exiui, §. cumque annui reditus, de verb. ſignif.
r can. doctos, cano. ſi monachus, & ſeq. 16. quæſt. 1.
s can. de monachis, §. ſin. & c. ſeq. 16. q. 1.
t c. quorundã, 24. de electi. in 6. c. quàm ſit, §. nullus, 18. q. 2. can. ſi quis monachos, 16. q. 1. can. legi, co. tit. u cano. 3. 18. q. 1.
x can. de monachis, 14. q. 1.
y ca. innotuit, eo. de electi. c. per venerabilem c. 13. §. fin. qui filij ſint legi. li. 4. Decret. tit. 17. c. niſi cũ pridem, §. perſonæ, de renunciat. ca. cum in cunctis, de elec. Deutero. 23.
z d. cap. innotuit, de elect. c. Cenomanenſem 56 diſt.

bigamia, ab eo qui uxore mortua presbyter
fuit factus, poteſt prouideri de beneficio iure
communi, etiam in eccleſia patris,[a] & de pater
no beneficio, quod pater tenuit antea mediate,
& dummodo ad beneficium immediate nõ fue
rit à patre poſſeſſum,[b] ut euitetur ſucceſſio in
beneficijs eccleſiaſticis:[c] nam tunc eſt opus diſ
34 penſatione.[d] De filijs autem presbyterorum
illegitimis, Clementis 7. eſt conſtitutio anni
1533. qua inhibetur, ne poſthac ſpurij recipiã
tur in beneficio paterno nec cum legitima no-
ne, diſpenſatione, uel alio modo.[e] Quare & o-
porteret fieri mentionem in diſpenſatione di-
ctæ prohibitionis. Idipſum & in nepotibus lo-
cum habere etiam legitime natis ex ſpurio, ut
non poſſint conſequi beneficium auitum, iudi
35 catum Tholoſæ anno 1534.[f] Sed quis benefi-
ciãdos natalibus reſtituet iuſtis? quis poteſt diſ
penſare? hic diſtinctio adhibenda eſt, an bene-
ficia ſint ſimplicia, an uero dignitates, uel cura
ta. Et rurſum in ſimplicibus, an is, cui conferen
da ſunt, ſit filius illegitimus presbyteri, qui ha-
buit idem beneficium in eadẽ eccleſia, in qua
filius inſtitui debet, an in alia: & ſi pater illegi-
timus habuit in eadem eccleſia ſimplex benefi
cium ſeculare, ueluti canoniam, debet diſpen-
ſatio fieri à ſum. pontif. ab epiſcopo nõ poteſt.[g]
Extra eccleſiam paternam, & in beneficio ſim-
plici ſeculari, diſpenſat epiſcopus, ſi cura non
imminet animarum: in perſonalibus autem, di
gnitatibus, & curatis, tantũ ſummus põtifex.[h]
36 Hic obſeruare dignum eſt diſpenſationem na
talium, ut poſſit quis promoueri ad ſacros ordi
nes, non produci, ut diſpenſatus quis cenſeatur
ad obtinenda beneficia:[i] nec diſpenſatus ad ha
bendum beneficium curatum, cenſetur diſpen
ſatus ad obtinendam dignitatem: nec ualet ar-
gumentum in diſpenſatione à ſimili, uel à ma-
iori, uel à minori.[k] Nec diſpenſatus ſuper nata
libus ad effectum obtinendi beneficium & or-
dinem, poteſt impetrare diſpenſationem ſuper
pluralitate beneficiorum, non facta mentione
de defectu illegitimitatis, ſeu natalium, uel or-
37 dinum.[l] Atque in regula cancellariæ Innocẽ-
tij 8. 50. cautum, ut concedi tantum poſſint gra
duatis, uel è magnis parentibus illegitime na-
tis, per ſimplicem ſignaturam diſpenſationis:
per, *fiat ut petitur*, quatuor beneficia, etiã ſi ſint
præbendæ cathedralium, uel collegiatarum ec
cleſiarum, & maiores poſt pontificalem, & poſt
principales in collegiatis eccleſijs: alijs uero
fiat, tria: & per, *fiat ut petitur*. quatuor, ſi petãtur.
Dummodo canonicatus & præbendç cathedra
lium eccleſiarum, uel dignitates non exiſtant.
38 Deinceps alia qualitas in iure præficiendis exi
gitur, ut ſint regnicolæ, uel idioma nouerint eo
rum, quibus præficiuntur in parochialibus ec-
cleſijs, ut habetur in regula cancellariæ Roma
næ Gregorij 13. & Eugenij 4. Cum enim re-
ctor ſiue paſtor eccleſiæ,[m] parochorum debeat
audire exomologeſes,[n] illis uerbum Dei inter
pretari,[o] eos uiſitare,[p] hoc munus recte imple
ri non poteſt per eos, qui nec poſſunt intellige-
39 re loquentes, nec intelligi poſſunt. D. Auguſti-
nus facilius animalia diuerſi quamuis generis
ſibi ſociari tradit,[q] quàm diuerſæ linguæ eiuſ-
dem ſpeciei homines, & diuerſitatem lin-
guarum hominem ab homine alienare. Et D.
Paulus,[r] *Si neſciero uirtutem uocis, ero ei, cui lo-
quor barbarus, & qui loquitur mihi barbarus.* Et in
ter ſigna iræ maioris Dei in populum apud
Hieremiam,[s] illa imprecatio eſt, *Adducam ſu-
per uos gentem, cuius ignorabitis linguam, nec in-*
telligetis

a ca. adhæc, de fil. presbyt.
b ca. ex tranſmiſſa, eo. c. præſentium, eo.
c c. cõſtitutus, §. quoniam, ca. ad extirpãdos, eo tit. & ita iudicatum Pap. Rhapſ. areſto. li. 2. tit. 4. are. 2.
d c. ex tua, eo.
e vide Pap. lib. 2. Rhapſ. areſt. tit. 4. areſt. 1.
f Idem, vbi ſupra areſt. 2.
g c. cum dececem, & c. ad abolendam, & ibi gloſ. in ver. non valere, ca. dilectus, & c. ſi. de fil. presbyt. ap. Greg.
h expreſsè in c. 1. eod. in 6. & c. ſin. eod. apud Grego. c. innotuit, §. 1. de electio. ap. Greg.
i de Sancto Geminio. in ca. 1. de fil. presbyte. in 6. Angel. Clauaſ. in ver. beneficium, nu. 22.
k Geminian. in ca. ſin. de fil. presbyt. in 6.
l d. c. ſin. & ibi Geminia.
m c. quamuis, de re iudic. ca. quicquid, 2. q. 2.
n ca. omnis, de pœni. & remiſſ.
o cle. 2. de ſepult. c. ecce, 95. diſt. c. inter cæteras, de offi. ord. cum ſimil.
p Prouerb. 27. Eccleſ. 32. c. ſedes apoſtolica, de præb. in extra. Ioan. 22.
q D. Auguſt. li. 19. de ciuit. Dei, c. 7.
r 1. ad Corinth. 14.
s Hierem.

telligetis quid loquuntur. Et in Deuteronumio.[a]
Adducet ſuper te dominus gentem de longinquo, cu
ius linguam intelligere non poſſit. Nec uoluit ſena
tius punire ſuperbiam ędificantium turrim Ba
belis, quàm per linguæ confuſionem, ut quid
nellent mutuo non intelligerent.[b] Contra,
Deus ſacroſanctum regni æterni euangelium,
publicaturus, uoluit natijs linguis loqui Apo-
40 ſtolos.[c] Refert Cardinal.[d] Hugonem antiquũ
interpretem dicere ſolitum, patronum debera
præſentare epiſcopo clericum einſdem diœce-
ſeos, qui intelligat, & intelligatur. Hoc etiam
tradit Rochus de Curte, in tracta. de iure patro
41 natus, in uerbo, *honorificum*, quęſt. 18. In Gallia
etiam exterus, ſeu alienigena eſt incapas bene
ficiorum, ex priuilegio regni, & impetrata ab il
lis poſſunt ab incolis impetrari,[e] cuiuſcunqoe
generis ſint, nec poteſt diſpenſari à Pappa alie
nigenæ, ut ſine literis naturalitatis impetratis
à principe noſtro, poſſit beneficia conſequi in
hoc regnu Galliæ.[f] Cæterum ſi poſt adeptiõnẽ
beneficij alienigena, qui albinus, id eſt, alibi
natus dicitur, obtinuerit à principe, ualebit a-
deptio, & retinere poterit beneficium, ut refert
Rebuffus fuiſſe in ſenatu Pariſienſi iudicatũ.[g]
Odioſas tamen notabis has conceſſiones natu
ralizationis ad conſequenda beneficia, & ea ra
tione aliquandu reuocatę ſunt à Ludouico 12.
quas cõceſſerat ante Carolus 8. & nondum ſor
42 titæ erant effectum.[h] In Britannia quoq; cau-
tum: *Sacerdos Gallicus, ſacerdotium in Britannia*
ne occupato. Bononiæ quoque ſtatuto ſacra be-
neficia, ſeu publica munera numqnam confe-
runtur exteris.[i] Illud ipſum in Hungaria ſeu
43 Pannonia ſeruatum.[k] Et cautum Veronenſi
ſtatuto.[l] In Gallia itaque exigimus, ut is cui cõ
fertur beneficium ſit regnicola, uel ius regnico
læ impetrauerit. Deinceps, ut quibus pręlaturę
dantur, ſint magiſtri in theologia ſaltem, uel li
centiati, uel doctores, aut licentiati in altero in
rium, iuris ciuilis, aut canonici, in uniuerſitate
approbata: ſint graues perſonæ, 27. annorum
ſaltem, nominati à rege ſummo pontifici intra
ſex uel nouem menſes. At in minoribus benefi
cijs, diſtinctio adhibetur beneficiorum debi-
torum graduatis nominatis, & graduatis ſim-
plicibus, & alias idoneis, per menſium anni di
ſtinctionem, in quibus beneficia uacauerint.[m]
44 Nam beneficia uacantia in menſe Iulij, & Ia-
nuarij[n] debent conferri graduatis, ſaltem ba-
cbalaureis nominatis, qui in uniuerſitate re-
gni priuilegiata per debitum, ſeu pręſcriptum
tempus ſtuduerint, nempe[o] magiſtri, ſeu licen
tiati; aut baccbalaurei in theologia, per decen
nium: per ſeptennium doctores licentiati, in iu
re canonico, ciuili, & medicina: quinquenniũ
magiſtri, aut licentiati in artibus: cum tamen
ſexennium bacchalaureis ſimplicibus in theo
logia ſufficiat: quinquennium bacchalaurei iu
ris ciuilis, uel canonici, niſi nobilibus ſint pa-
rentibus orti, quo caſu iuris ciuilis & canonici
bacchalaureis triennium ſufficit.[p] Debet tamẽ
cõſtare de nobilitate, atteſtatione propria, quæ
inſinuari debet una cum alijs literis ſeu codi-
cillis gradus, & nominationis. Ea igit & conſti-
tutio regia, & conuentiones Gallicæ, & ſummi
pontificis, ut qui gradus aſſequuntur ſint gra-
duati in uniuerſitate, ſeu Academia, nõ ſub bul
la: ſint dehinc nominati,[q] quodque literas præ
ſentauerint ei, à quo beneficia obtineri deſide
rant, gradus & nominationis debito tempore,
nempe quadrageſimæ: & poſtea petant uacan-
tia beneficia, & proſequantur.[r] In menſe Apri

a Deuteron. 28.
b Geneſ. 11.
c Actuum. 2.
d Cardin. in c. ſignificaſti, de iur. patro.
e glo. in proœmio pragm. ſanctio in ver. exterorũ, ro conſtitut. Lodo. 12. tube des preſidens & coſeillers. Et in ſtyl. parla. de præb. ordi: 3 Rebuf. tract. de pacif. poſſeſſ. nu. 217.
f Rebuff. in t. pat. prac bene. fic. in regu. de idiomate.
g Rebuff. in d. regu. gl. 1.
h par ordon. du Roy Loys, 12 aux modifications art. 31.
i Barbat. conſ. 25 vol. 1.
k c. bone, in §. 2 de poſtu. pręlatu.
l Bal. conſ. 46. vol. 1.
m l. hęc omnia in § 1 de regia ad prelatu. nomi. in concord Gall.
n § præfatique ordinarij, de collat. in concord. de mãſib. vide titu. de regia facult. primi menſis nominat. in concord.
o §. præterea volum[9], de col lat. in concor.
p Idem in ordinatio. noua Lodou. 12. art. 7. 9. & 11. & in antiq. prti c. 5. in §. uidelicet, de coll. in prag ma. ſanctio.
q § volumus, de, collatio. in concord.
r d § præfatique, & §. teneãtur, de collati. in concord
s d § teneantur, & §. ſi. eod.

lis,[s] & Octobris, beneficis quæ uacauerint, de-
bentur quoque graduatis: ſed non ſunt affecta
ſolis nominatis, uerum etiam & ſimplicibus,
qui literas ſuorum graduum cum tempore ſtu
dij debite inſinuauerint. At in reliquis menſi-
bus,[u] Maio, Iunio, Auguſto, Septembri, Nouẽ
bri, Decembri, Februario, & Martio, beneficia
uacantia poſſunt libere præſentatis à patronis,
& ſine præſentationa conferri ab ordinarijs,[t] al
terius qualitatis hominibus, alioquin tamen
45 idoneis. Hoc obſeruato, ut ſi beneficium ſit uil
læ muratæ, teneantur illud conferre graduato,
uel ad illud præſentare aliquem graduatum
ſeu ſimplicem, ſed nominatum,[x] & qui ſaltem
ſtuduerit in altero iuriũ, uel in theologia per
46 triennium. Obſeruamus quoqua in qualitata
nominationum, ut in literis nominationum ex
primi debeat beneficium, quod tunc quis poſſi
det, & uerus eius ualor, alioquin inutiles illis
ſunt.[y] Quia ſi quis poſſidet beneficium, uel be
neficia habentia prouentus ducentorum flore-
norum uel aureorum de camera, non poteſt in
uim gradus & nominationum, petere benefi-
47 cium uacans.[z] Eſtque regula generalis in gra
tijs ad beneficia, ſeu in expectatiuis beneficio-
rũ: ut qui eas impetrat, teneatur beneficij quod
poſſidet uerum ualorem exprimere, alioquin
impetrationes nullæ ſunt.[a] Item & aliæ quali
tates beneficij in gratijs, ſeu mandatis exprimi
debent, quòd curata uel alterius generis: aliter
nullæ. Quamuis in alijs impetrationibus quali
tatis expreſſio omiſſa non noceat.[b] Cæterum
ſingulare eſt & notabile collationem factam
in uim gradus alterius beneficij graduato ha-
benti beneficium ducentorum florenorum au
ri, ipſo iura non eſſe irritam, & ideo non aſſe e-
ius incapacem: uerumtamen poſſe alium gra-
duatum illud beneficium petere à collatore,
& ita proſequi. Quia poſtquàm huic graduato
non debetur in uim gradus, ergo alteri debebi
tur.[c] Item notabile, quòd antequàm ſit prouı-
ſum graduato inſinuanti uſque ad prædictam
ſummam 200. aureorum, poterit petere aliud
beneficium compatibile tamen cum primo, li-
cet prius haberet unum, uel plura.[d] Non pote-
ſtit tamen incompatibile petere, nec conſequi,
niſi prius habita diſpenſatione.[e] Dico autem
præcedere debere diſpenſationem ipſam acce-
ptationem: nam diſpenſatio poſterior non fir-
mat acceptationem,[f] nec rehabilitat in præiu-
48 dicium alterius.[g] Nominationes porro quæ
dantur, tantum conceſſæ cenſentur ſecundum
perſonarum quibus dantur qualitatem: nem-
pe ſi regulares ad regularia, ſi ſeculares ad ſecu
laria tantum.[h] Nec diſpenſatio hic ſummi põ-
tificis iuuare poteſt confuſionem & miſtionẽ
49 qualitatum.[i] Obſeruatur quoque, ut in men-
ſibus, quibus debentur beneficia graduatis &
nominatis, antiquior præferatur, qui eo anno
literas ſtudij, gradus, nominationis, & atteſta-
tionẽ nobilitatis, ſi eius utatur priuilegio, inſi-
nuauerit tẽpore congruo. Quòd ſi concurrant
noĩati eiuſdẽ anni, doctores licentiatis, licẽtia-
ti bacchalaureis (dẽptis bacchalaureis forma-
tis in theologia, quos fauore ſtudij theologiæ,
licẽtiatis in iure ciuili, aut canonico, aut medi-
cina præferri placuit) bachalaurei iuris põtifi-
cij aut ciuilis magiſtris in artibus, præferunt:[k]
in beneficijs aũt debitis ſimplicibus graduatis,
qui gradus quoque literas debite inſinuaue-
rint, collatores & patroni poſſunt pręferre eiuſ
dẽ qualitatis quem uolent, & ut dicitur, eſt lo-
cus gratificationi.[l] Sicut in nominatis, ſi con-

currant

t d. § præfatique ordinarij.
u eod.
x § ſtatuimus quoque, in 2. de coll. in concord. § in eccleſijs, autem eo. et in prag ſancti in conſtitu. antiq. Lud. 12. reg. ordin. 6.
y §. uolumus autem, de col. lat. in concordatis, § item φ uniuerſitates, eo. tit. in prag. ſanctio.
z d § volum[9] & § quod ſi qs ut dictũ, eo ti. de coll. in prag. ſanctio.
a in regu. cancell. 61 clem. 1. de preb. facu e. poſtulaſti, & c. ad audientiam, de reſcript.
b Rota, in deciſ. 200 in antiquis.
c hoc probat, & annotat Rebuffus, in § volumus, ad ver. in uim gradus, de colla. in concord.
d Rebuff. in d. § in ver. non poſſit, per cap. quibus primũ, de præb. in 6.
e ca. ordinarij. §. 1. de offic. ordin. in 6.
f ca. quamuis, de reſcrip. in 6.
g c. per uenerabilem, qui filij ſint legi.
h capreſ. in d §. volumus, in concord c. cum de beneficio, de præbẽ. in 6. c. poſſeſſiones, de reb. eccleſ. non alie. l. plenam, § equitij, de uſu & habi.
i d. § volum[9], verſi. inſuper, de collat.
k hæc in § ſtatuimus quoq, §. 1 de colla. in concor.
l proximè citato § ſtatuimus, & in ordi. Lodou. 12. artic. 19.

currant doctores cum doctoribus, & licentia-ti cum licẽtiatis, bacchalaurei cum bacchalaureis eiuſdem facultatis, ordinis, & anni, electio erit libera collatori: quòd ſi diuerſæ eſſent facultatis gradibus paribus, theologus canoniſtæ, canoniſta ciuiliſtæ, ciuiliſta medico,
51 medicus artium graduato præfertur. [a] Subinde dicimus beneficia, potiſſimum curata, non poſſe conferri furioſis, [b] coniugatis, [c] uel deſponſatis per uerba de præſenti, quia & eo ipſo facto poſſeſſa amittunt: [d] nec promotis per ſaltum, [e] uel extra tempora ordinatis, [f] uel uno tempore ſacros plures accipientibus ordines, [g] bigamis, [h] ſchiſmaticis, [i] ſimoniacis, [k] reo criminis læſæ maieſtatis, [l] ſortilego, [m] ſacrilego, [n] relegato ſeu bannito: quia non poteſt
52 deſeruire, & ita iudicatum in ſenatu Tholoſano anno 1539. in uigilia natiuitatis Domini, licet beneficio, quod ante condemnationem habet, quis non priuetur. [o] Minus conferri poſſunt falſario literarum Pappæ, [p] excommunicato, [q] ſuſpenſo ab officio & beneficio, [r] apoſtatæ, [s] ſodomitæ, qui peior homicida, [t] publico concubinario monito nec emendato: [u] homicidæ, [x] quia non poteſt promoueri ad clericatum, [y] proinde nec militi, qui bellum frequentauit: [z] morbo comitiali detento, [a] periuro, [b] ſi de periurio fuerit per ſententiam damnatus, [c] uſurario publico [d] & manifeſto.

a d. § ſemi-nans, & §. exhortamur, de collat. in prag. ſanctio.
b vide de his, & ſeq. Rebuff. in tract. de pacific. poſſeſſ. à nume. 185 uſque ad numeros plures.
c c. 2. c. cùm de eorem, de cler. coniuga.
d ca. 1 de cler. coniug. in 6.
e Præpoſit. in cano. ſolicitando, 52. diſt.
f ca. cùm quidam, de temp. ord.
g c. dilectus, & c. literas, eod.
h c. vni de bigam in 6.
i can. non conſuetudinẽ, 12. diſt c. quia diligentia, de electio.
k c. cùm clerici, & ibi Pano. de paſt. ca nobis, & ſeq de ſimonia.
l gla. in c. ſtatis peruerſum, 56. diſt.
m Rebuff. de pacific. poſſeſſ. num 202.
n c. venerabilem, de elect.
o Rebuff. de pacif. poſſeſſ. num. 203.
p ca. ad falſariorum, de crimin falſ.
q ca. poſtulaſti, de cler. excom.
r c. cùm bonæ, iuncta gloſſ de ætat. & quali. c. cùm dilectus, de cõſuet. cum ſimilib.
s c. pen & fin. 50. diſt.
t can. mulier, 31 q. 1.
u §. 1. de publ. concub. in concor.
x Apoca. ca. ſi. ibi, foris homicida.
y ca. accedens, de remiſſ. can. ſi quis omnem 2. q. 7. cano. ad aures, de æta.
z Præpoſit. in can. miles, 50. diſt. & c. ſtudeat ibidẽ Rebuff de pacific. poſſeſ. nu. 218.
a c. 1. de cleric. ægrot. ca. communitio, 33. diſtinct.
b c. querelam, de iureiur. ca. conſtitutus, in 2. de appella & ibi interp. cum ſimilib.
c c. cùm aſſit ab homine, de iudic.
d cano. de Petro, 47. diſt.

De qualitate conferentium beneficia. Cap. VII.

1 *Beneficia conferunt tantum clerici, non laici.*
2 *Beneficia conferre ex priuilegio quomodo laici poſſint, & qui.*
Pontificis ſummi electio in poteſtate regis Galliæ olim. eod.
Ad beneficia nominat rex Galliæ, eod.
3 *Summum pontificatum & cardinalatum qui conferant.*
4 *Prælatos qui eligant.*
5 *Beneficiorum collatio iure ordinario pertinet ad epiſcopum diœceſeos.*
6 *Capitulum ſede uacante non confert beneficia collationis epiſcopalis, præſentatos tamen inſtituit: communis etiam collationis cum epiſcopo confert beneficia, & permutationes admittit.*
Collatio beneficiorum inter fructus epiſcopales. eodem.
7 *Epiſcopus ante confirmationem non confert beneficia epiſcopatus.*
8 *Archiepiſcoporum, & Patriarcharum in beneficia poteſtas.*
9 *Summ. pontifex quæ beneficia iure proprio confert.*
10 *In beneficiorum collatione concurrit ſumm. pontifex cum ordinarijs, & qui potior tempore potior iure.*
11 *Legatus à latere ſumm. pontif. in beneficiorum collatione concurrit cum ordinarijs, non alij legati miſſi, aut nati.*
Legati apoſtolici priuilegia remiſſiue, eod.
12 *Beneficiorum tituli iuris poſitiui, & in arbitrio ſumm. pontificis ſunt.*
13 *Graduatus inſinuans quando præueniat ſumm. pontif. in collatione beneficiorum.*
Patroni præſentatio præuenit collationem Pappæ. eodem.
14 *In præuentionibus ordinarij, & ſummi pontificis obſeruanda.*
15 *Beneficia confert & uicarius loco epiſcopi.*
16 *Vicarius epiſcopi quando confert beneficia præſente epiſcopo.*
17 *Collatio beneficiorum ad alios quàm ordinarios pertinet conſuetudine, priuilegio, præſcriptione.*
Collationis beneficij capituli cum epiſcopo unæ, uel diſiunctæ modi. eod.
18 *Collatio beneficiorum ad laicos, & mulieres interdum pertinet.*
19 *Collationum ius & fructus beneficiorum quomodo ad regem Gallorum pertineat.*
20 *Parochiales eccleſiæ non ueniunt in ius regaliæ principum.*
21 *Imperatoris & regis Apuliæ ius in beneficia.*
Hungariæ ius in beneficia. eod.
22 *Arragoniæ regis ius in beneficia ob Mauros depulſos.*
23 *Regaliorum in beneficijs cauſæ quædam.*
24 *Decimas laici quomodo poſſidere poſſunt.*
25 *Regum authoritas in ſacra.*
26 *Reges ethnici aliquando ſacra tractarunt, & fecerunt.*

1 IN conferendis beneficijs prior regula collatorum cõſtituenda eſt, clericos eſſe debere qui conferãt: ideo hanc omnino iure communi poteſtatem fuiſſe à laicis perſonis ſecretam, [e] quia eccleſiaſtica non poſſunt tractare, [f] ut ſæ-
2 pe diximus. [g] Verumtamen ex priuilegio quædam poteſtas illis in beneficia conceditur, quæ non uſurpatur ex propria authoritate: ut in electione ſumm. pontif. olim Galliarum imperatori permiſſum ius, poſteà eiuratum. [h] Habet & ex priuilegio rex Galliarum ad prælaturas nominationem. [i] Itẽ & in alijs, ſi ſibi ius illud in fundatione retinuerit, & ſum. pontif. approbauerit. [k] Quandoque & alijs laicis ex priuile-
3 gio collatio permittitur beneficiorum. [l] Itaque iure communi hodie ſumm. pontificatus conceditur per collegium cardinalium, [m] cardinalatus à ſum. pontifice: [n] quamuis ex concilio Baſilieñ alijs cardinalibus reſeruetur electio. [o]
4 Ad prælaturas eccleſiarum, in quibus eſt capitulum, iure ordinario eligit capitulum, [p] ſeu congregatio, uel collegium, & ſinguli ex illis uocem habentes electionis, ut in capitulo, ſi ſint in ſubdiaconatus ordine: non aliter: [q] confirmatio electionem ſequitur, ſed de his poſtea:
5 In alijs beneficijs, collatio iure ordinario pertinet ad epiſcopum eius diœceſeos ſub qua ſunt: [r] quia omnes baſilicæ eius curæ in ſua diœceſi commiſſæ. [s] Hacque etiam in parte ſolicitudinis dati coadiutores epiſcopi ſummo pontifici, ut partitis oneribus mandata cœleſtia facilius executioni demandentur: [t] uocati namque in partem ſolicitudinis, non in plenitudinem
6 poteſtatis. [u] Proinde ſede uacante, capitulum non poteſt beneficia conferre quamuis præſentatos inſtituere poſſit: [x] quòd collatio propriè ad ius epiſcopale pertineat, & inter fructus epiſcopales ſucceſſoribus epiſcopis reſeruanda ſit. [y] Niſi interim ſummus pontifex contulerit, uel niſi ad epiſcopum & capitulum collatio communiter pertineat: nam uacante ſede, tunc ſolum capitulum confert, [z] non aliter: ſed tantum uacanti beneficio œconomum poteſt conſtituere, [a] ſicut & ex cauſa permutationis beneficia concedere, ſi credamus Pa-
7 normitano. [b] Itaque cõſtat epiſcopum, qui ſuo iure

e tot 63. diſt. c. ſacroſanctis de elect. can. ſi qs deinceps, 16. q. 9. c. Maſſana, c. quiſquis, de elec. can. impe. [illegible] 10 diſt.
f ca. quamuis ſi graue, de decimis, cum ſimilib.
g cano. Adrianus, can. in ſynodo, 63. diſt. can. vota, § 1. c. quia ſictis, eo.
h can. ibi, 63. diſt. can. ego Ludou. cus, cano. cõſtitutio, ead. diſtinct.
i de regis ad Prælatu nomi. in concord [illegible] ſeus, in tracta. de iure regal.
k can. Alicuinus, 10. q. 2. ca. quidã, de cenſib & ibi Pan. c. dilectus, 10 3. ca. 14. de præb. & vt in d. ca. dilectus.
l ca. licet, de elect. ap. Grg. c. vbi, eod. tit. l 6.
m clem. ne Romani, de elect.
n §. fin. de numero & qualit. [illegible] in prag. ſanct.
p c 2 & c cùm terra, ca. ne pro defectu, de elect. §. 1. eo tit. in prag ſanct. can congregatio [illegible] q 7 ca. abbates [illegible] 18 q 2 ca. nobis, de iur. patro.
q clemẽ. 1 de æta. & qualita.
r c. cum te, de reſcript. c. conquerente, de off. iud. ord. ca cum venissẽt, de inſtitut. ca 1 de capel. monach. cùm ex iniuncto, de hæret.
s cano. mul[illegible] & cano omnes baſilicæ, 16 q. [illegible] baſilica, de conſ. diſt. 1 cap 2 de iudic.
t ca mandata, de præſumpt.
u c ad honorem, de auth. & vſu pall. [illegible]
x ca. 2. de ſed. vac. ap. Gg. c. 1 eo tit in 6. can. presbyteri [illegible] diſt ca. 1 de inſtit.
y gl. in c. [illegible] olim, de maior. & obed.
z d. cap vacante ſed. vac. [illegible]
a c. cùm non, de atis ordin.
b Panor. in c. [illegible] olim, de maior. & obed. [illegible] ſeu dubitatione.

iure confert, eſſe ordinarium collatorem bene-
ficiorum,[a] ſi modo is epiſcopus confirmatus
ſit: nam electus ſolum ante confirmationé con
ferre non poteſt beneficia, etſi alia ei quædam,
ut in epiſcopo diximus, permittantur epiſcopa
8 lis.[b] Cæterum dum de epiſcoporum poteſtate
circa beneficia agitur, non ualde difficile eſt
obſeruare hæc eadem locum habere in archie
piſcopis & patriarchis, & ſummo pontifice: ſin
guli enim habere dicuntur epiſcopatū, in quo
tamen alij alijs maiorem dignitatem & poteſta
tem in quibuſdam nacti ſunt, ut apparebit ex
9 ſerie dicendorum. Summuſque pontifex etiam
confert beneficia iure proprio ſolus, ut deuolu
ta:[c] item ſi ei ſubiecta tantum ſint:[d] uel trans
10 ferendi ſint epiſcopi.[e] Concurrit autem cum
epiſcopi cuiuſque poteſtate ſummus pontifex
in conferendo, ideo iuri præuentionis eſt locus
inter prouiſos de uno & eodem beneficio à ſū-
mo pontif. & ab ordinario, ut potior tempo-
re, ſit potior iure.[f] Eſt enim paſtor generalis
uniuerſi gregis catholici & Chriſtiani ſumm.
pontifex, alij in partem tantum ſolicitudinis
11 uocati, ut dictum eſt.[g] Quare & legatus à late
re ſummi pontificis, qui cardinalis eſt, poteſt
quoque in prouincia ſibi commiſſa per cōcur-
ſum conferre beneficia.[h] Quod alijs tamen le
gatis miſſis, uel natis ratione adeptæ eccleſiæ
non licet: niſi ſpecialiter concedatur.[i] Quā quę
ſtionem latius uidebis explicatam apud Ioan-
nem de Selua,[k] per ſexaginta duo contraria,
ubi fusè de poteſtate legati apoſtolici, & eius
12 priuilegijs. Summus pontifex in cauſis benefi
cialibus habet pleniſſimam poteſtatem,[l] epiſ-
copi ſemiplenam, ſecundum interpretes:[m] &
Pappa conceſſit collationem beneficiorum e-
piſcopis. Eſtque per conſequens, reuocandi ei
poteſtas, ut & legé ex arbitrio reuocat.[n] Quia
& tituli beneficiorum ſunt de iure poſitiuo.[o]
Ita iure ordinarior priori conceſſione præue-
nit[p] & mandatis. Non ſecus quàm cum plu-
res eiuſdem negotij poſſunt eſſe iudices, alius
alium præuenire & alij præferri poteſt.[q] Sicut
& Pappa etiam poteſt præueniri per ordina-
13 rium in collatione. Et in Gallia quoque, quan
do ante mandatum ſummi pontificis de proui
dendo, graduatus conditionis requiſitæ inter-
pellauit epiſcopum uel capitulum uel alium
collatorem, ſibi conferri beneficium,[r] tūc Pap
pa, ut præuentus, non poteſt præuenire eum in
eo. Idipſum quoque uerum eſt, ſi ante collatio-
nem Pappæ præſentauerit patronus, quanquā
præſentatus poſt prouiſionem alterius à Pap-
14 pa factam inſtitutus fuerit.[s] Cæterū in præue-
tionibus ſummi pontificis, & prælatione impe
trantium, obſeruādum eſt, ut impetrantes ſint
qualitatis requiſitæ in beneficijs collatis, uel
ſint diſpenſati legitimè ab eo, qui poteſtatem
habet. Item nulla collatio pontificis ſummi
non præuenit ordinarium, ut ſi contra priuile-
gia & conuentiones Galliæ, & ſummi pontifi-
cis fiat.[t] Nec præſtat impedimentum, quod
de iure non ſortitus effectum.[u] Et quod nul-
lum eſt, effectum non producit.[x] Sicuti etiam
ſi præueniat ſummus pontifex conferendo cō-
tra regulam cancellariæ 18. de ueriſimili noti-
tia, uel ſi ex dolo impetrantis præuentio fiat:
puta, quia ut præueniret & deciperet ordina-
rium, celauit mortuum ultimum poſſeſſo-
rem, donec impetrauerit.[y] Vel quando fie-
ret ſtatus regulæ cancellariæ de publicandis
reſignationibus. Nec confert iure præuentio-
nis ſummus pontifex quæ iure regali ad regē
15 pertinent.[z] Loco epiſcopi uicarius eius poteſt
conferre beneficia, ſi epiſcopus illi ſpecialiter
16 concedat & mandet, non aliter.[a] Nec tamen
ideo minus poteſtas penes ipſum epiſcopum
remanet conferendi, etiamſi ſit & penes uica-
rium illius: quare & poterit is conferre.[b] Dero-
gat namque reipſa epiſcopus conferendo mā-
dato, & generi per ſpeciem derogatur.[c] Atque
uicarij officio ſuo non funguntur, niſi abſente
epiſcopo, uel cum is non poteſt, uel non uult
17 officium præſens exercere.[d] Præter ordinariū
epiſcopum ſeu eius uicarium, conferunt & a-
lij, uel ratione conſuetudinis probata, uel in
uim priuilegij uel præſcriptionis. Quocirca cō
ſuetudine uel ſtatuto ſeu uſu, præbendarum
collatio ad alios pertinere poteſt quàm ad epiſ
copos.[e] Et aliquando capitulum beneficia con
fert capitulariter, & ut dicunt, in communi: in
terdum ſingulares eius capituli canonici, uel
iure capituli, uel iure proprio canoniæ, uel ra-
tione dignitatis, uel perſonatus, uel officij, uel
de conſuetudine, uel ſtatuto eccleſiæ, uel ratio-
ne præbendarum.[f] Ea ratione interdum epi-
ſcopus confert una & coniunctim cum capitu
lo, interdum de conſilio & aſſenſu capituli: ut
& capitulum ſecundum ſtatuta, interdum
diſiunctim ſine epiſcopo, & alias cum con-
18 ſilio epiſcopi.[g] Conferunt ex priuilegio lai-
ci,[h] imo aliquando & mulier, ut comitiſſa Flā-
driæ:[i] niſi caput quod de ea meminit intelliga
mus donationem præbendarum, eſſe præſen-
tationem, ut alibi etiam donatio pro præſenta
tione accipitur.[k] Refert & Rota, ad abbatiſſas
collationes quoque pertinere:[l] ſunt & aliæ,
quæ priuilegio conferunt.[m] Et interdum epi-
ſcopatibus Summus pontifex œconomum, &
uiſitatorem eccleſiis uacantibus conſtituit, qui
præbendas eius & beneficia conferunt, ut in ca
none obitum, 61. diſtinct. & ibi gloſſ. penult. &
in cano. non liceat, 12. quæſtio. 2. Literis quo-
que ſummi pontificis aliquando committitur
receptio canonici & collatio alijs, quàm epi-
19 ſcopis.[n] Rex Galliæ in certis eccleſiis uacanti-
bus, quæ iuris regaliæ ſunt, pendente uacatio-
ne beneficia uacantia, quæ ad eius eccleſię col
lationem pertinent, confert, & fructus alibi
percipit,[o] donec pontifices promoti, ſacramé-
tum fidelitatis ab illo acceperint. Quod priui-
legium agitatum fuit ſub Nicolao III. ſumm.
pontif. in curia Romana.[p] Et conſeruatum in
Gallia, ut conſtat conſtitutione regia Philippi
Pulchri, anno 1334. menſis Octobris. Quam-
obrem in uacatione harum eccleſiarum rega-
lium, manum ei inijcit, ponitq; ſub tutela ſua,[q]
& œconomum conſtituit, qui fructus ſede ua-
cante colligat, & recipiat eo modo, quo uiuens
præpoſitus faceret. De hoc iure ſic meminit cō-
cilium Baſilienſe,[r] dum de taxatione quintæ
partis ualoris habet beneficiorum, *exceptis be-
neficijs, quorum ius patronatus, præſentatio, colla-
tio, inſtitutio, uel prouiſio ad regem iure regaliæ uel
aliàs pertinet.* Et ad hoc ius plura capita pontifi
cum referenda ſunt.[s] Habet & ius hoc rex An-
gliæ in quibuſdam eccleſijs cathedralibus ſui
regni,[t] ut præbendas earum conferat, & alia
20 beneficia ſede uacante, exceptis parochialibus
eccleſijs,

a dict. ca. cùm uos, de offi. ordina. & extra. Ioan. 22. execrabilis.
b c. unſi, con. traſmiſſam, ca. qualiter, de elect. ap. Grego. c. auaritiæ, eod. tit. in 6.
c c. licet, de ſup pl. negl. prælat.
d c. ſi. de renunciatio.
e c. 1. de tranſlat. epiſcop. ap. Grego.
f c. ſi à ſede, & cap. dudum de præben. in 6.
g ca. ad honorem, de autho. & vſu pallij.
h c. 1. de offic. lega. in 6. c. dilectus, eod. ap. Grego.
i in d. c. 1. de offi. leg. in 6.
k Ioan. de Sel. trac. de benefi. 2. par. q. 3.
l ca. 2. de præb. in 6. clem. 1. ut lit pend. c. propoſuit, de conceſſ. præb.
m gl. in cano. conſequēs, 11. diſt. Barbat. in ca. quod tranſlationem, nume. 91 cum ſeq. de offi. lega.
n c. 1. de conſtitutio.
o ca. 2. 22. diſt. Panor. in c. conſtitutus, de relig. domib.
p c. dudum, §. nos igitur, de præben. in 6. c. pen. de reſcrip. in 6.
q l. ſi quis poſteà quàm, de iudic. in P. ca. pen. de for. comp.
r in conſtitut. regijs titu. des graduez, artic. 14. Rebuff. in tract. de manda. apoſtol. in §. declarantes in ver. iure præuentionis.
s Rebuff. in d. §. declarantes.
t Idem in ti. de reſeruat. & in §. declarantes, de manda. apoſto. ad ver. iure præuentionis.
u reg. iur. in 6. non præſtat.
x l. quoties, qui ſatiſd. cog. in P.
y Boer. deciſ. 287. incipit, in dicto proceſſu, ordin. reg. publi. an. 1538. artic. 56 facit ca. 1 de ſepult. ap. Grego.

z ca. generali, de elect. in 6. Ruſeus, tracta. de iure regali.
a capit. final. de offici. uicar. in 6.
b Ioannes Andreas, in capit. ſi capitulo, in gloſſ. ad verb. adæquatur, de conceſſ. præb. in 6. gloſſ. in capit. dudum, & cap. quamuis, 2. eod. titu. in 6.
c l. generi, de regulis iuris, l. ſanctio legum, de pœn. in P.
d ca. cum nullus, §. epiſcopo, de tempor. ordinat. in 6. facit lex iudicium ſoluitur, de iudic. in P. vide plura de poteſtate vicarij circa beneficia, apud Ioannem de Selua, in tracta. de benefic. quæſt. 12.
e cap. final. de præbend. in 6. cap. ex frequentibus de inſtitution. apud Gregorium ca. ſi capitulo, de conceſſ. præb. in 6.
f capit. ſi. de præbendis, in 6 ca. cùm in illis, eod.
g vt toto cap. ne ſede vacant. in 6. cap. cum eccleſia, de elect.
h vt in cap. dilectus, in 3 de præb. ap. Greg. c. cum inter, de conſuetu. can. Adrianus, in 2. 63 diſt. hoc que latè proſequitur Ioā. de Sel. in tracta. de benef par. 2. q. 23. in vtràque partem.
i vt in capit. dilecto, de teſtibus.
k capit. ſin. de conceſſin. præbend.
l Rota, deciſ. 190. in antiquis.
m ca. dilectus, de præben. c. ſi cui, eod. in 6. Zabarella, conſilio, 136.
n vt in ca. 4 de reſcript. in 6. c. ſi cui, conceditur, de præben. in 6.
o Archidic. in cano. imperiū, 10. diſtinct. ſpecul. titul. ne ſed. vac. aliquid. vbi, item etiam reges, Ruſe in tracta. regalia. in 1. par. præfatio, plura de orig. reg.
Corſe. in tracta. de poteſtate regal. q. 51.
p Ioannes Andreas, in capit. 2. poſt Ioannem Monach. ibi, numero 3.

de præbend. in 6.
q vide Boer. deciſ. 22 numero 9.
r §. item quod dicta, de annat. in pragma. ſanctio.
s cap. cùm inter vos, de conſuetud. c. dilectus, 3. de præben. can. Adrianus, can. ego Ludouicus, 63 diſtinct.
t vt in cap. ex diligenti, de iur. patron.

eccleſijs,quæ non cadunt in regalia:)illi etiam tempore percipiat temporalia, & fructus,[a] & collationes beneficiorum ad eum pertineant, quæ in fructu ſunt,[b] ut & præſentationes, ele-
21 ctiones,& ſimilia.[c] Imperator quoque priuilegium habet, quo ei permittitur in qualibet eccleſia Alemaniæ iubere recipi unum, appellanturque collationes illæ hodie, *primariæ preces*, teſte Speculatore.[d] Et rex Apuliæ, cui vult dat beneficia,[e] & Hungariæ quoque.[f] Verum plus eſt regalia in Gallia, quam priuilegium illud Imperatoris,cum & cuſtodiam & fructus eccleſiarum recipiat ex permiſſione concilij generalis: dummodo de nouo in eccleſijs præter antiquam conſuetudinem nihil uſurpet, quo caſo uerantur regalia.[g] Non enim in omnibus eccleſijs ius regaliorum regi competit, ſed in ali-
22 quibus. Vrbanus Secundus,ſummus pontifex, Petro regi Arragoniæ, quod Mauros expugnaſſet,& depuliſſet,decimas,primitiaſque, & omnia conceſſit beneficia iuriſpatronatus omnium eccleſiarum & ciuitatum, a quibus fidei hoſtes eiecerat,ut ipſe & ſui ſucceſſores,in perpetuum quibus uellent conferre poſſent, exceptis epi-
23 ſcopatibus.[h] Cur autem potius in aliquibus, quam in omnibus eccleſijs permiſſum ius fuit regaliorum,rationem habere poteſt:uel a fundationis cauſa,[i] in qua qui fundat, uel dotat, poteſt hoc ſibi reſeruare,ut adueniente uacatione fructus ſuos faciat.[k] Itaque in eccleſijs, & monaſterijs,quæ fundationis regiæ ſunt, legitima hoc pacto erunt regalia. Vel quia feudi regij ſunt eccleſiæ, & ideo mortuo præpoſito ad regem feudum redijt,& beneficia quę ex eo feudo erecta ſunt.[l] Ita fructibus ad regem deuolutis collatio beneficiorum ad regem pertinet.[m] Item etiam ratione uſus uel antiquæ conſuetudinis,[n] cuius initij non extat memoria: nam & illa præſcriptio immemorabilis laicis poteſt cō-
24 cedere eccleſiaſtica alioquin prohibita. Vt in decimis patet exemplum, quas poſſidere nequeunt:[o] & tamen immemorabili præſcriptio-
25 ne recte habent.[p] Poſſet hic regum adferri authoritas, & eorum conſecratio, quæ participes illos ſacrorum quodammodo facere uidetur.[q] Sicut & apud Iudęos regibus circa eccleſiarum miniſtros conceſſa ſede pontificia uacante, aut quando reformabant templorum ædes uel miniſteria,ut annotare licet in Dauide,[r] Salomone,[s] Iuda Machabæo.[t] Verum hæc non ſufficit authoritas, alioquin communis eſſet omnibus aliarum gentium regibus, quibus tamen id nō conceditur. Et proinde rectius dixerim cū fundatione,feudo,cōſuetudine,authoritate,& priuilegium concurrere, quod principibus Gallicis Chriſtianis, utpote in ſedem & fidem apoſtolicam deuotiſſimis & officioſis, conceſſum
26 eſt.[u] Nec inficias eundum,Chriſtianis regibus hoc ius concedi potuiſſe,ſicuti & ethnicis regibus Romanis cōceſſum interdum ſacra publica facere,ut extincto regio nomine,rex ſacrificulus conſtitutus eſt, cuius ſacerdotium poſtea pontifici ſubiectum erat:ne nomen libertati, additus nomini honos officeret.[x] *Regis*, inquit, Dionyſ.Halicarn.[y] *hæc eximia munera fuerunt, primum,ut ſacra curares,atque ſacrificia,per eumque gereretur quicquid ad placandos Deos pertinet. Deinde, ut morum patriorum & legum haberes cuſtodiam,& iuris,ſiue naturalis,ſiue quod ſcripta & pacta continet, &c.* Et de imperatore Dio Caſſius, *ſemper*, inquit, *Imperator ſummum pontificatum gerit, & inauguratur omnibus ſacerdotijs, idque fit, ut omnes religiones & ſacrificia in ſua habeat manu.*[z] Idipſum apud Ægyptios obtinuiſſe Plato teſtatur,[a] & apud alias quaſdam nationes Ariſtoteles.[b] Imo ſenatus Roman. aliquando in honorem Iulij Cæſaris conſtituit, ut ſi illi filius naſceretur, is ſummus pontifex eſſet.[c] Caius Caligula Imper. Germanici & Agrippinæ filius, matrem ſuam Auguſtam & Auguſti ſacerdotem fecit, omneſque Veſtalium honores tribuit, eoſdem ſororibus quoque ſuis dedit.[d]

a gloſſ. antiq. in §. item quod dicta, in ver. regaliæ, de mona. in prag. ſancti. b gl. in ca. cum olim. de maio. & obed. c Prob. in tractat. penſio 4. 28. pars prima. d Specu. tit. de præb. §. reſtat, verſi. item nota. Soez. in de uiſ. 32 nota. e gloſ. in ſumma 17 q. 7. f Baldus, in l. præſcripta, 2. colum. de prec. imper. offer. g ca. generali, c. 13. de electio. in 6.

h Franciſc. Tarra li. de regib. Hiſpan. in Alphonſo 6.

i ca. generali, §. qui vero, de electio. in 6. k cano. Sleutherius, 18. q. 2. ca. præterea, in 2. & c. nobis, de iur. patro.

l facit cano. in ſacris, 16. q. 1. Felinus, in ca. cùm venerabilis, 12 colu. de except. Cardinal. conſil. 112. incip. quidam habent feudū. m c. ea diligentia, de iur. patro. n d. c. generali § qui verò, de elect. in 6. o ca. prohibemus, de decim. p c. cùm apoſtolica. de his quæ fiunt à præla. ſine conſen. cap. q c. 1. de ſacra. vnct. r 1 Paral. c. 24. s 3 Reg. c. 1. t 1. Machabe. c. 8. vide c. clericos, circa medium diſt. 23.

u can. ego Ludouicus, §. idque. & can. Adrianus, 63 diſt. melius in can. hinc eſt, in verbo ſine regali promiſſione, 16. q. 1. cano. in ſynodo rad q. 1. x Pompo. Lætus, de ſacerdo. in honorem regis, hunc ſacris præfectum tradit Diony. Halicar. in 6. y Dion. Hiſſe. l. 2 antiq. Roman.

z Dio. Caſſ. li. 53. hiſto. a Plato. in lib. ciuili vel de regno. b Ariſto. lib. 3. Polit. c. 10. c Dio Caſſ. li. 44. hiſtor. d Idem li. 59.

De Iuribus Regaliorum. Cap. VIII.

1 *Regalia durant uſque ad adeptionem poſſeſſionis corporalem.*
2 *Regaliorum ſunt commenda.*
3 *Regalis collatio publicanda.*
4 *Regaliſta mortuo collitigante ab ordinario prouiſo, in locum litigantis ſubrogatur.*
5 *Regaliſtam ſine aliqua exceptione tenetur capitulum admittere.*
6 *Regaliſtæ collatio non uitiatur omiſſa qualitate eius.*
7 *Regaliæ beneficia non confert per præuentionem ſummus pontifex.*
8 *Regaliæ quæ ſint beneficia*
9 *Regalia eccleſiis remitti poſſunt.*
Regalia in alios, quam reges transferri nequeunt, eod.
10. 11. 12. 13. *In regalia quæ uacationes incidant.*
14 *Regaliorum iura rex confert etiam infanti.*
15 *Rehabiliatio ad beneficium incompatibile non conceditur in præiudicium iuris regaliorum.*
16 *Regaliorum controuerſiæ ad curias tantum ſupremas pertinent.*
17 *Rex confert in regalijs præbendas unitas & ſuppreſſas.*
Regaliorum priuilegia indicata, eod.
18 *Regaliorum iura, in quibus eccleſiis regi non competant.*
19 *Collationis plenum ius in quibuſdam eccleſiis regni.*
20 *Regaliorum ius non habet locum in eccleſiis, quæ curam habent animarum.*
21 *Regaliorum iure quæ conferantur beneficia à rege.*

1 Porro priuilegia regia, quæ regalia dicuntur, plura ſunt, quæ colligit Ruſeus proprio tractatu. Primum, ut ſi ſedes beneficij non ſit repleta tam de iure quàm de facto, aperiatur oīa regaliorum iuri:[e] unde ſi collatio alicui facta ſit ab ordinario canonice, nec is apprehenderit poſſeſſionem corporaliter, uacat
2 beneficium iure regaliorum. Aliud, ut beneficium poſſeſſum in commendam quocunque tempore quis obtinuerit ſemper cadat in rega-
3 lia.[f] Tertium, quod ſiquis habuerit collationem à rege in uim aperturæ, dicunt, regaliorum, & illam non publicauerit, ſed ſuppreſſerit, ſecundus impetrans præfertur primo impetranti, potiſſimum quando eſt innotabili negligentia per lapſum triennij.[g]
4 Quartum, ſi litigant regaliſta, & ab ordinario prouiſus, qui pendente lite ceſſerit, uel mortuus fuerit, regaliſta conſequitur uoces, ut dicunt, ſedem, iura, & emolumenta beneficij, perinde ac ſi nulla lis mota fuiſſet:

e in conſtitut. reg. Phil. Pulchri, & ita iudicatū refert Ruſeus, in 1 priuilegio regali.

f Ruſeus, in 2 priuil. regal.

g Idem Ruſ. explicat. in 3 priuil. rega.

ta fuiſſet: quamuis alius ſuperueniat, nouè,
5 qui ius & litem defuncti proſequatur.[a] Quin-
tum, capitulum nō poteſt reijcere regaliſtam,
quin teneatur eum recipere, etiam ſi conſtaret
6 ei de iniuſtitia & defectu tituli.[b] 6. In impetra-
tione a pnncipe facta beneficij regaliorum, nō
uitiat gratiam omiſſa qualitas, quæ expreſſa re
7 morari poſſet priocipē a collatione.[c] 7. Quod
ea beneficia Pappa iure præuentionis non con
8 fert ſed ſolus rex.[d] Octaunm, cadunt in regalia
non tantum beneficia uel præbendæ, quæ in
erectione eccleſiæ fuerunt fundatæ, ſed ea quæ
9 poſtea iuſtituta.[e] Nnnum, Regalia poſſunt a re
ge eccleſiis remitti.[f] Non tamē in alios, quàm
reges tranſmittu poſſunt, quia hoc ius eſt anne-
10 xum diademati, ſeu coronæ.[g] Decimnm, quòd
rex apertis regalijs non ſolum prouidet præbē
dis & dignitatib^9 eccleſiæ cathedralis, per mor-
tem naturalem uel renuuciationem, ſed etiam
ſi quis irregularitatem contraxerit immiſcēdo
ſe ſæuis & enormibus, uel habitu mutato mi-
les ſecularis factus fuerit, nel hnmicidium fece
rit, aut periurium incurrerit, ſtatim, non expe-
ctata ſententia priuationis.[h]
11 Vndecimum, Vt ſi epiſcopus uel archie-
piſcopus promoueatur ad cardinalatum, ſta-
12 tim in regalia cadat ſedes.[i] Duodecimum, Va
canre ecclesia iure regaliorum, ſi is qoi benefi-
cium habet ad eius collationem pertinens, fua
rit excommnnicatus a propontifice, ſeu officia
li pro debito ciuili, & denunciatus talis fuerit
publicè, poteſt rex iure hoc conferre illud.[k]
13 13. Per acceptationem ſecundæ præbendæ ua-
cat primum collatum iure regaliornm, & ad re
gem reuertitur.[l] 14. Beneficia quę uacatunt an
te aperturam regaliorum, ſi regaliorum quoq;
tempore oacent, iure regaliorum conferri poſ-
ſunt.[m] 15. Beneficium uacās uel de iure uel de
facto, non obſtante quod poſſeſſor poſſederit
per triennium, uel uiginti annos pacificè, con-
ferri a rege poteſt pendente iure regaliorum.[n]
14 16. Quod & ſi 14. annis natis tantum præbēdæ
metropolitanæ eccleſiarum conferantur, tamē
iure regaliorum nacante eccleſia, a rega ſepten
15 ni poſſunt conferri.[o] 17. Dum ius regaliorum
regi aduenit, & beneficium per incompatibili-
tatem uacet, non poteſt Romanus pontifex per
diſpenſationem ſoam, rehabilitare perſonam
16 in præiudicium regaliorum.[p] 18. Cognitio &
determinatio collationum beneficiorum in re
galijs uacaturorum ad curias ſupremas ſolas,
ſiue de poſſeſſorio, ſiue de petitorio agatur, per-
17 tinet.[q] 19. Hoc iure competente, poteſt rex cō-
ferre præbendas nnitas & ſuppreſſas.[r] 20. Re-
galiſta non tenetur in impetratione mentionē
facere de beneficijs aliàs iure regalię obtentis.[s]
21. Rex aduenientibus regalijs facit fructus ſuos
pendentes, ſiue uina, ſiue grana ſint, aut reditus
annui quocunque nomine cenſeantur: & eſt in
electione regis, ſequi locationem a præmortuo
epiſcopo factam, & ſtare colonis; & percipere
fructus, uel ab ea abire. Sicut eſt receptum in
domino feudi, reſpectu uaſſalli ſui, deficiente
homine, ſeu uaſſallo.[t] 22. Conſtitutiones apo-
ſtolicæ, uel ſtatuta & cooſuetudines eccleſiarū
non impedinnt aut uinciunt regem, quin poſ-
ſit uti & frui pro uoluntate iure ſuo regaliorū.[u]
23. Si reſignatio facta fuit in fauorem certę per
ſonæ & non aliàs, apertis regalijs poteſt rex cō-
ferre alteri, quàm illi in cuius fauorem eiura-
tio facta eſt, & tenet collatio regis.[x] 24. Colla-
tio regis poteſt fieri ſub conditione, ſi noſtris
temporibus uacauerit beneficiū, quando igno-

a Idē 15. pri.
b Idem in 6. priuil.
c Idē in 7. priuil.
d Idē in 9. priuil.
e Idē in 8. priuil.
f Idē in 11. priuil.
g Idem priui. 16 vide & priuilegium, 27.
h Ruſeus priuilegio, 14. explicat
i Ruſeus explicat priuilegia 13 & 14.
k Idem priuil. 20.
l Idem priuil. 21.
m Idem priuil. 22.
n Idem priuil. 21.
o Idē priui. 24.
p Idē priui. 25.
q Ruſeus, in 26 priuil.
r Idē priui. 28.
s Idē priui. 29.
t Idē priui. 30.
u Idē priui. 31.
x Idē priui. 32.

tatur quo tempore nacatio occurrit: licet ex di-
ſpoſitione iuris communis, actus legitimi ſimi-
les nnn recipiant diem, uel conditionem.[y] 25.
In tranſlatione epiſcoporum uel archiepiſco-
porum, nnn cenſentur aperta regalia, niſi a die
præſtiti conſenſus illius qui vult transferri, &
poſtquam abſolutus fuerit a priori uinculo epi
ſcnpatus.[z] 26. Per feloniam per epiſcopnm, aut
archiepiſcopum commiſſam, & per manife-
ſtam rebellionem in principem, non dicitur ſe
des uacare iure regaliorum, nt rex poſſit inte-
rim iure regaliorum beneficia uacantia con-
ferre.[a] 27. Regalia ſemel aperta, ſemper durāt,
neqne obitu regis ſuperueniente expirant, do-
nec prælatus iuramentum fidelitatis actu ipſo
præſtiterit,[b] & perſonaliter, non per procura-
torem.[c] 28. Rex recipit iuramentum fidelita-
tis per ſuos legatos in curia Romana exiſten-
tes, à prælatis in ea cura prouiſis.[d] Nec tamen
ſi dilationem concedat prę̨lato ad prę̨standum
ſacramentum, ideo impeditur regaliorum ius
ante præſtationem in conferendis.[e] 29. Ad
eum modum hoc iure confert rex beneficia ua
cantia in regalijs ſede uacante, quo confert e-
piſcopus uiuens, exceptis eccleſijs parochiali-
bus:[f] niſi illæ eſſent annexæ præbendis, qnas
conſert.[g] 30. Non poteſt impetrari beneficium
in regalijs, niſi a triginta annis.[h] 31. Aperto
iure regaliorum, beneficium eius collationis
non poteſt per reſignationem cauſa permuta-
tionis conferri a ſummo pontifice, ſed uacat in
regalijs: niſi reſignatio ea fiat coram rege, ali-
ter ſemper nacabit, donec rex prouiderit.[i] 32.
In regalijs ſi rex conferat una die beneficium
uacans iure hoc, nec expediatur prouiſio ſub
ſigillo regio, & ſequenti die idem beneficium
conferat alteri cum ſubſcriptione & ſigillo lit-
teris appenſo, potior nihilominus prior.[k] Sic
& prior, & ſi una die facta duobus ſit collatio,
præfertur.[l] 33. Rex ſi nominauerit ex priuile-
gio Apoſtolicæ ſedis in certis eccleſijs metro-
politanis & cathedralibus, ſi poſtea aperiantur
regalia, poteſt omiſſo eo quem collatori nomi-
nauit, iure proprio conferre iure regaliorum,
non obſtante inſinuatione & nominatione
prius debitè factis.[m] 34. Indultum apoſtoli-
cum de non conſecrandis epiſcopis infra tem-
pus iuris, nō facit qnominus uacet beneficium
iure regaliorum, ſi aliàs eo non exiſtente indul
to uacaret.[n] 35. Rex iure regaliorum confe-
rendo præbendam, uel alia beneficia ſimpli-
cia, tenetur ſequi naturam & qualitatem be-
neficij actu fundationi appoſitam.[o] 36. Licet
in regia prouiſiona regaliſtæ nulla reperia-
tur, de defectu natalium quem patitur impe-
trans, mentio facta, ſi prius per Romanum pon
tificem ſuper prædicto defectu natalium ad ob
tinenda quæconque beneficia ſimplicia fuerit
diſpenſatus, nihilominus ualida eſt prouiſio.[p]
37. Capellanias & alia ſimplicia beneficia in
hoſpitalibns exiſtentia, rex iure regaliæ con-
fert.[q] 38. Beneficia pertinentia ad decanum,
& capitulum, & archidiaconum coniunctim
ſeu diuiſim, non conferunmr a rege iure rega-
liorum, ſed tantum illa ſede uacante, quæ ad
epiſcopum pertinent.[r] 39. Apertis regalijs
rex penſionem ſuper fructibus dignitatis, e-
tiam qnando ad ſucceſſores epiſcopatus uel
dignitatis extenditur, ſolnere non tenetur.[s]
40. Vacantibus regalijs œconomi, recepto-
res, & alij officiarij, ſeu procuratores illis com-
miſſi, non poſſunt animalia in caulibus, ſeu
grangijs locorum epiſcopatus extrahere, uel

y Idē priui. 33.
z Ruſ. priuil. 34. In trāſlatione & locum habere priuil 41. docetur.
a Ruſe. priuil. 35.
b Ruſ. priuil. 36
c Ruſe. priuil. 43
d Idē priui. 37.
e Ruſ. priui. 38.
f Idem pri. 39.
g Idē priui. 40.
h Idē priui. 42.
i Idē priui. 44.
k Idē priui. 45.
l Ruſ. priui. 46.
m Idē priui. 47.
n Idē priui. 48.
o Idē priui. 49.
p Idem, in 50. priuileg.
q Idē priui. 51.
r Idē priui. 52.
s Idē priui. 53.

de illis diſponere: quia talia animalia ſunt con
ſcripto loco data, ſicut oues, boues, & iumenta
cum pullis, & reſeruantur futuro ſucceſſori,
quòd ſine illis deterior eſſet fundi commoditas
uel domus.[a] 41. Cuſtodes, ſeu exactores rega-
liorum non poſſunt uacante ſede decimas au-
thoritate regis accipere, ſed tenentur eas futu-
ro ſucceſſori conſeruare.[b] 42. Curatores rega-
liorum conſtituti ſede uacante, durantibus re-
galijs non poſſunt incidere arbores cęduas, nec
piſcari in uiuarijs icthiotrophijs prælaturæ an-
te tempus debitum, neque alia agere, per quæ
deterior fieri poſſet reditus annuus prælaturę.[c]
43. Durantibus regalijs rex nõ tenetur ad one-
ra uel ſeruitia, ad quæ epiſcopus in uita teneba
tur.[d] 44. Ex conſtitutione Philippina, ut poſt-
quam epiſcopus ſacramentum fidelitatis præ-
ſtiterit regi, requiratur quòd actualis & realis
traditio fiat rerum temporalium epiſcopo per
officiales regios, quibus ipſa temporalia epiſco
patus gubernanda fuerunt commiſſa: nec ſuffi
cit quod tollatur, ſeu ut dicunt leuetur manus
regia per gentes computorum, id eſt, per præfe
ctos ei curiæ: id enim ita exigitur, ut prælatus
poſſit conferre præbendas & dignitates ſuę ec-
cleſię, & uti temporalibus ſui epiſcopatus.[e] 45.
Rex non tenetur electum confirmatum in epi-
ſcopum, ſi non ſit conſecratus, ad iuramentum
fidelitatis admittere: nec regalia ceſſant per ſo-
lam confirmationem. Quia adhuc eccleſia dici
tur uacare, ſed claudentur, id eſt, expirabunt &
ceſſabunt regalia, ſecuto iuramẽto.[f] Et hęc pri
uilegia per concluſiones ſatis abundè explica-
uit Ruſeus in ſuo tract. regaliorũ: ut ſatis mihi
factum putarem & lectoribus, ſumma capita
iudicis loco hic per epitomen transferre, ne a-
18 liena mihi plagiarius uſurpem. Plura & uidere
poteris apud Ægidium Magiſtrum, in deciſio-
nibus & tractatu regaliorum. Qui ex regiſtro
camerę rationum ſeu compotorum notat,[g] ius
hoc regaliorum non competere regi in omni-
bus epiſcopatibus ſui regni: ſed tantum in pro-
uincia Senonenſi, & eius ſuffraganeis, excepta
diœceſi Antiſiodorenſi, in qua decani & capitu
lum dicuntur feciſſe permutationem cum re-
ge. Item docet ius hoc ei eſſe in tota prouincia
Remenſi, excepta diœceſi Cameracenſi: in tota
prouincia Bituricenſi: exceptis, Lemouicenſi,
Cathurcenſi, Ruthenenſi, Albienſi, Mimatẽſi:
& in tota prouincia Turonenſi, excepta Maclo
nienſi, Tecorenſi, &c. In prouincia Burdegalẽſi
ſolum: & in tota Normania. At in tota prouin-
cia Occitanenſi, & Arelatenſi, & conſequenter
in tota lingua Occitana, nihil habere ius rega-
19 liorum. Aliud ius regaliæ inuenitur, in eccle-
ſijs, quæ ad plenam & liberam collationem re-
gis pertinent, in quibus nec ſummus pontifex,
nec alius quiſpiam ius aliquod habet, præter
ſolum regem, qui ſolus ordinarius collator eſt
quale ius illi eſt in præbendis, ſeu canonijs ſan
ctarum capellarum Lutetiæ, Biturigum, Saltus
Vincenarum, & in eccleſijs collegiatis de Cle-
ry, Sancti Quintini, Virginis Mariæ Montisbri
20 ſoni, & ſimilibus.[h] Singulari notatione tamen
dignum eſt, ius regaliorum, quòd ad collatio-
nem beneficiorum pertinet, nõ habere locum
in beneficijs, quæ curam animorum habẽt. Sic
enim ordinatio regia ſcripta eſt, in camera[i] cõ
putorum: *Dum epiſcopus alicuius epiſcopatus, ubi*
dominus rex habet regaliam, ab humanis decedit,
immediatè per obitum ſeu mortem ipſius eſt rega-
lia in dicto epiſcopatu aperta, & ſuccedit rex loco
boni & legitimi adminiſtratoris in omni tempora-
litate dicti epiſcopatus, confertque beneficia non cu
rata, & hoc durante tempore ipſius regaliæ, &c.
21 Confert itaque ſolum beneficia ſimplicia qua
les canoniæ, præbendæ, capellaniæ, & ſimilia.
Curata autem ſede uacante iure communi con
ferentur, ſi communis collatio cum capitulo,
ab illo capitulo: ſi ſolius epiſcopi, uel reſeruan
tur, uel a ſummo pontifice conferuntur.[k] Cur
autem non poſſit curata conferre rex benefi-
cia, ut ſimplicia, diuerſitatis rationem adfert
Ægidios Magiſter: quòd is cui conceditur cu-
ra, debet habere inſtitutionem authorizabi-
lem ab epiſcopo, quod pertinet ad curam po-
puli, & ſacramentorum adminiſtrationem.[l]
Quare non poteſt a rege prouideri in ea cura,
quia non poteſt ea authoritas conuenire alij,
quàm epiſcopo.

[a] Id. pri. 54.

[b] Idem pri. 55.

[c] Id. priuil. 56. ex conſt. Phili. Pul. du droict de regale.

[d] Ruſeus, priuil. 57.

[e] Idem pri. 58.

[f] Idem pri. 59.

[g] cap. 4.

[h] meminit Papon li. 3. Rhapſ. areſto. areſt. 2. tit. 2.

[i] iſtam ordinationem tranſcripſit in ſuis deciſio. Aegid. Magiſt. tract. regal. c. 3. & ampliat, c. 4. differẽtiam. Citat & Probum & Roſeum euid. ſens.

[k] ca. unic. per tot. ſed. uacan. in 6.

[l] Panor. in ca. authoritas, circa medium, de inſtitutio. per ca. unic. in 6 ne ſed. uac. Ioan. Andre. in ca. de monacho, de præben.

De iure deuoluto. Cap. IX.

1 *Collatio beneficiorum tribus modis ordinarijs impeditur.*
2 *Deuolutio quid.*
3 *Deuolutio iuris ab eo, qui habet in alium, fit per donationem hæreditatis uiuentis, non obtemperando uoluntati defuncti, non petendo hæreditatem ſuo tempore, &c.*
4 *Deuolutio poteſtatis conferendi uel eligendi dupli ci cauſa fit.*
5 *Deuolutio fit ad proximum ſuperiorem, electione facta indigni.*
6 *Eligens indignum, priuatur iure eligendi pro ea uice, quare.*
7 *Deuolutio in cauſa graduatorum.*
8 *Deuolutionis iure impetratio ob incapacitatem prouiſi odioſa.*
Impetrans per incapacitatem alterius non adipiſcitur de facto poſſeſſionem. eod.
9 *Deuolutio ob negligentiam conferendi.*
Lateranenſes ſynodi ſeptem, & unde ita dictæ. eod.
10 *Lateranum palatium Romæ.*
11 *Lateranenſes ſeptem ſynodi quo tempore habitæ.*
Nicolai Secundi, ſummi pontificis tempus. eodem.
Berengarij error, quando damnatus. eod.
Concubinæ ademptæ ſacerdotibus. eod.
12 *Succeſſio in prædictis ſacerdotibus ſublata.*
13 *Turcis arma ſubminiſtrare prohibitum.*
Beneficiorum pluralitas prohibita, & promiſſio antequàm uacent. eod.
Epulæ lautiores epiſcopis prohibitæ. eod.
Venationes prælatis prohibitæ. eod.
14 *Deuolutio ob negligentiam conferendi, uel ob electum indignum, ſtatuta in quarta Synodo Lateranenſi.*
15 *Paganorum officia interdicta.*
16 *Germanorum unitas conſilio procurata.*
17 *Concordata quando peracta.*
18 *Beneficia intra ſex menſes ſaltem conferenda, aliter deuoluuntur collationes ad ſuperiorẽ, & 23.*
19 *Optio beneficij intra uiginti dies fieri debet, aliter expirat.*
20 *Patronus laicus intra quatuor menſes, eccleſiaſticus intra ſex debet præſentare, aliter deuoluitur ius.*
21 *Mandatarius ad beneficia acceptare debet beneficium uacans intra decem dies.*
22 *Electio epiſcop. & archiepiſcop. & aliorum maiorum prælato. fieri debet intra tres menſes: alioquin ius deuoluitur.*

23 Bene-

23 *Beneficium conferens iure deuoluto, antequàm de-*
uolutio fiat, nihil agit: ideo & poſt deuolutionem
iterum conferre poteſt.
Beneficium ſumm. pontifex confert, quod deuo-
luto iure conferri poteſt, per concurſum. eod.
24 *Deuoluta per negligentiam ordinariorum collatio*
ad ſumm. pontif. redit ad ordinarium poſt men-
ſem.
25 *Nominatio regis ad prælaturas fieri debet intra*
ſex menſes.
26 *Deuolutionum ex negligentia ratio.*
27 *Negligentia pœnam habet.*
28 *Conferendi poteſtas cur tantum habeat ſemeſtre*
tempus.
29 *Sex menſes quibus peragendis negotijs conſti-*
tuti.
30 *Sex menſes conferendorum beneficiorum a quo*
tempore incipiant. 31. 32. 33. & 34.
31 *Ignorantia quæ excuſat a mora, & culpa.*
Ignorantia craſſa & ſupina quæ. eod.
32 *Nominandi facultas regi Gallorum a quo tempo-*
re currat.
33 *Menſis conferendi in curia Romana a quo tempo-*
re currat.
34 *Voluntas & poteſtas perficiunt actus ſimul.*
35 *Suſpenſio epiſcopi non deuoluit eius iuriſdictio-*
nem ad ſuperiorem.
36 *Impedimentum quod excuſat a præſcriptione la-*
pſus temporis ſemeſtris collationis.
37 *Impedimentum legitimum quando excuſat a la-*
pſu temporis.
38 *Deuolutio ad quem fiat. & 40.*
39 *Patriarchæ Lugdunenſis priuilegium in deuolutio-*
ne, & 40.
41 *Deuolutio electionis epiſcopi ad quem fiat.*
42 *Deuolutio a uicario epiſcopi ad quem fiat.*
43 *Deuolutio ab exemptis epiſcopis ad quem fiat.*
44 *Capitulum ſede uacante iure deuoluto confert.*
45 *Inſtituendi præſentatos digniores nullum defini-*
tum tempus epiſcopo.
46 *Patronatui quando, & quomodo ſummus ponti-*
fex derogat.

1 TRia ordinariorum collationem be
neficiorum impediunt, præcipuè
deuolutio, reſeruatio, mãdatum.[a]
2 Deuolutio eccleſiaſtica, eſt transla
tio poteſtatis, quę datur in beneficia ab aliquo,
in alteram perſonam ex facto uel negligentia,
poteſtatem habentis. Non omnis poteſtatis
translatio, deuolutio eſt: contra tamen, deuolu
tio translatio eſt, ſiue in rebus ſecularibus, ſiue
3 eccleſiaſticis conſideretur. Exempla breuiter
promam ex profanis negotijs. Primum, in pe-
tenda & conſequenda hæreditate: ſi quis enim
uiui ignorantis hæreditatem, uel cognati alicu
ius partem donauerit bonorum, non poteſt oti
iure ſucceſſionis,[b] ſed ad alium deuoluitur. Itẽ
ſi quis falſum accuſet teſtamentum, nec obti-
nuerit, priuatur poteſtate petendi in eo teſta-
mento ſibi relictum.[c] Eo modo ſi hæres moni-
tus ſoluere legata relicta in teſtamento, contẽ-
pſerit, anno elapſo ſucceſſionis petendę ius de-
uoluitur ad ſubſtitutos, & alias ſuo ordine per-
ſonas.[d] Ob negligentiam quoque, ſi quis ne-
glexerit uindicare mortem defuncti, cum poſ-
ſet & teneretur, nec præuentus ab alio eſt, amit
tit ius ſuccedendi.[e] Aliud exemplum in bono-
rum poſſeſſione petenda, cuius ratione gradi-
bus pręſtituta ſunt ſingulis certa tempora, quę
ſi elabantur, deuoluunt ius petitionis ad alios.[f]
Ius petendi tutores filijs quoque a matre, in
proximos ob negligentiam deuoluitur.[g] Pro-
inde ut alienæ a beneficijs deuolutiones exclu
dantur, reliqua uerba finitioni deuolutionis
rei beneficiariæ adiecta ſunt, quę euoluunt ſub
ſtantiam deuolutionis, quæ fit in cauſa benefi-
4 ciali. Et in primis nos admonet deuolutionem
fieri in alium duplici de cauſa: uel quia is qui
priuatur iure collationis, uel alia poteſtate, pu
ta electione, indignum dedit:[h] uel quòd intra
tempora præſcripta ſuo munere functus non
eſt.[i] Qui abutitur ſibi conceſſa poteſtate, dignus
5 eſt qui eam amittat.[k] Si igitur quis ſcienter in-
dignum ad beneficia elegerit, poteſtatem amit
tet pro ea uice eligendi alium, ex decreto con-
cilij Lateranenſis,[l] deuoluiturque poteſtas ad
eum qui proximè præeſſe dignoſcitur:[m] ex con
cilio generali, etiam ſi de epiſcopatibus agere-
tur, emendato iure, quo electione facta ſcien-
ter indigni prælati, ius electionis non deuolue-
batur ad proximum ſuperiorem, ſed ad ſumm.
6 pontificem ſolum.[n] Porrò non redit ius ad de-
linquentẽ ea uice, ut in eo, in quo deliquit, pu-
niatur.[o] Et quia qui ſemel elegit, iam functus
eſt officio ſuo, nec retractare ſuum factum po-
teſt: ſicuti in eo, qui ſententiam ſemel dixit, re-
ceptum eſt.[p] Cuius notio per appellationem
7 ad proximum ſuperiorem deuoluitur.[q] Statu-
tum & in cõcordatis Gallicis,[r] ſi epiſcopus, uel
alius conferendi habens poteſtatem, beneficia
graduatis & nominatis decreta, aliter qualifi-
catis quàm ſtatuitur, conferat, nullam eſſe col-
lationem, & per refutum eiuſdem, graduatum
& qualificatum poſſe recurrere ad proximũ ſu-
periorem: & ab eo rurſum pari modo commit-
tente, ad alium ſuperiorem ad quos deuolutũ
eſt ius cum iiſdem qualitatibus, quibus conue-
8 niebat, conferri ab ordinario beneficium. No-
tabis hanc impetrationem iure deuoluto, ex eo
capite, quòd incapaci ſit beneficij facta colla-
tio, eſſe aliquo modo odioſam, utpote de bene-
ficio uiuentis.[s] Quamobrem placuit ſtatui re-
gia huius regni conſtitutione,[t] ne impetrans
hoc iure deuoluto per incapacitatem ingredia-
tur facto poſſeſſionem beneficij adeptã, alio-
quin priuetur iure, ſi quod habet: neque adiudi
cari ſequeſtrum ratione illius deuoluti. Nam
altero de facto poſſidente cum titulo, pro eo
præſumitur, etſi malè poſſideat.[u] Et eſſet quæ-
dam ſpecies ſpoliationis & intruſionis, eum ab
ea poſſeſſione deijcere, prætexu tituli adepti,
9 quod iura non ſinunt.[x] Porrò ex negligentia
fit deuolutio authoritate concilij Lateranẽſis,
uel alia iuris authoritate, quæ ut liquido con-
ſtent, annotandum eſt, inueniri ſeptem ſyno-
dos, dictas Lateranenſes à loco ubi coactæ fue-
10 runt. Nam Romæ in Cælio monte erat anti-
quitus palatium, ſeu ædes eximiæ familiæ no-
biliſſimæ Lateranorum, de quibus & Iuuenalis
meminit,[y]

Clauſit, & egregias Lateranorum obſidet ædes
Tota cohors.

Siquidem Iulius Lateranus uir quoque egre-
gius, conſul deſignatus, iuſſu Neronis interfe-
ctus eſt.[z] Vbi ædes illæ erant, poſtea diui Ioan-
nis baſilica ædificata eſt, dicta etiam antea Baſi
lica Conſtantini, quòd fuerit a Conſtãtino ma
gno donata Siluestro ſummo pontifici, autho-
re Blondo.[a] Eo loci ſynodi ſeptem coactę ſunt:
prima ſub Nicolao Secundo, Sabaudo ſumm.
pont. in quo damnatus error Berẽgarij, & pſeu
do pontifex, præſcriptaque eligendi ſummum
pontific. forma per ſolos cardinales.[b] Hic fuit
pont. max. anno Domini 1057. Secũda ſub Ca-
lixto II. Burgũdo, coactis 900. patribus, in qua

a vt in ca. 4. de reſcrip. in 6. c. is cui conceditur, c. 19. de præbẽ. in 6.
b Mart. in l. cẽſul. in l. auferetur, l. 2. de ijs, quib. vt indig. lib. 14. P. tit. 9. l. quidam, §. fi. & l. ſeq. de donat. in P.
c Paul. l. poſt legatum, de ijs, quib. vt indig. in P. l. alia, C. eod. l. Papinianus, § meminiſſe, de inoff. teſtam. in P.
d authen. hoc amplius, C. de fideicom. §. ſi quis autem nõ implens, de hæred. & Falc. collat. 1.
e l. 1. & 9. C. de ijs quib. vt indig.
f tota l. 1. de ſucceſſor. edicto, lib. 38. P. tit. 10.
g l. 2. § ſi mater, ad Senatuſc. Tertul. in P.
h c. cùm in cunctis, c. 7 § fi. de elect. ... Greg. ... pro deſectu, c. 41. eod.
k l. Iudæos, de Iudæis, C. l. qui fine, de negot. geſt. P. cap. vbi 74. diſt. cum ſimilibus.
l c. cùm Vintoniẽſis, ...
m ... defectu, idẽ ...
o arg. l. ſi fugitiui, ... de ſer. fugit. lib. 6. C. ...
p l. Iudex poſteaquam, & l. Paulus, de re iudic. in P. ...
q c. bona memoria, 2. & c. ... pro defectu, §. ... & c. quia propter, de electi.
r ...
s cap. 1. & 2 de conceſſ. præb.
t conſtitu. Henrici 2 touchant les impetratiõs des benefices eccleſiaſtiques pub. ann. 1550. 24. Iulij art. 15.
u l. fi. C. de rei vend.
x c. cũ noſtris, & c. literas, de cõceſſ. præb. c. cũ qui, de præbẽ. in 6. l. extat, quod metus cauſ. P. l. creditores, ad l. Iul. de vi priuat.
y Iuuenal. Satyr. 10.
z Iul. Capit. in Aurel.
a Blond. lib. 1. inſtaur. Ital.
b can. in nomine Domini, 23. diſt. Platina, in Nicolao.

contra Turcam conſtitutum, & decreta contra imperatores Germanorum a prioribus pōtificibus ſtabilita, & ademptæ concubinæ ſacer-
12 dotibus & clericis. Tertia ſynodus Laterani habita ſub Innocentio Secundo, circiter annum Domini milleſimū centeſimum trigeſimūquintum, coactis mille patribus, in qua potiſſimum decretum, ne quis in prædija ſacerdotalibus ſibi ſucceſſorem conſtituere poſſet, teſte Othone
13 præſule Friſingenſe.[a] Quarta ſub Alexandro III. ſummo pōtifice, patria Senenſi, circiter annum Domini milleſimum centeſimum ſeptuageſimum, In qua ne quis Turcis arma ſubminiſtraret etiam cautum, prohibita ſacerdotiorum pluralitas,[b] eorundemque ante uacationē promiſſio.[c] Prælatis prohibitæ epulæ lautiores, ve-
14 nationes, & huiuſmodi plura.[d] Inſuper ut per negligentiam collatorum deuolueretur ius cōferendi, uel ab epiſcopo ad capitulum, uel a capitulo in epiſcopum, uel ad ſuperiorem proximum archiepiſcopum,[e] &c. ut latius poſtea dicemus Deo fauente, idemque ſeruaretur, ſi in-
15 dignum elegiſſent.[f] Quinta fuit maxima ſynodus ſub Innocentio Tertio, coactis in conciliū ſeptem archiepiſcopis, & 1300. alijs prælatis, circa annum Domini milleſimū ducenteſimū decimū, teſte Paulo Æmilio.[g] In qua plura decreta tunc in Iudæos & Turcas, paganorum officia interdicta.[h] Ioſſum Metropolitanis ad mores corrigendos ſingulis annis concilia prouincialia cogere: & epiſcopis, ut ſynodos per ſuas prouincias celebrarent.[i] Et quædam ſtatuta circa præſentationes patronorum,[k] alia-
16 que de alijs capitulis plura. Sexta Lateranenſis ſynodus ſub Eugenio Quarto Veneto, peracta anno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrigeſimoſexto, teſte Platina, qua proſpectum, ut Germani qui nec Romano, nec Allobrogi principi adhærebant, reducerentur ad
17 unitatem. Septima habita in Laterano ſub Iulio Secundo, contra Turcas, quam tranſtulerunt concludendam Piſis cardinales, ut ſcribit Paulus Iouius.[l] Dehinc infecta re, tractatuque habito ſuper derogatione pragmaticæ ſanctionis in aliquibus, tempore Leonis decimi eius ſucceſſoris, & Franciſci primi regis eius nominis Gallorum, concluſum fuit Lateranenſe cōcilium, & conuentiones ſeu concordata poſtea
18 ibi publicata & approbata.[m] Ergo in hac diſtinctione conciliorum obſeruata, dico in concilio Lateranēſi quarto, ſtatutum fuiſſe, ne diu præbendæ eccleſiaſticæ ſeu quælibet alia officia in aliqua eccleſia uacent, & ut infra ſex mēſes perſonis, quæ dignè adminiſtrare ualeant, conferantur.[n] Veruntamen hoc concilium non derogat breuioribus temporibus, in beneficiis adipiſcendis ſpeciali iure præſtitutis, quæ
19 in ſuo remanent ſtatu. Siquidem ſi de beneficio agatur, quod per optionem alicui conceditur is, cui optandi ius competat, intra uiginti
20 dies optare debet.[o] In præſentatione facienda uacantium, laicus intra quatuor menſes, clericus intra ſex debet præſentare, aliàs deuolui-
21 tur ius.[p] Mandatarius, cui motu proprio mandatum ad beneficium dedit ſummus pontifex, intra decem dies poſt præſentationem mandati factam ei cui dirigitur, a die uacantis beneficij & ſcientiæ, debet acceptare quod uacauerit: alter poſtea liber ordinarius in collatione eſt, iure pontificio.[q] In regno tamen hoc Galliarum mandatarius non poteſt requirere, uel interpellare collatorem ordinarium, niſi elapſo
22 menſe a die præſentationis mandati.[r] Maiores quoque dignitates, ut epiſcopales, archiepiſcopales, abbatiæ, & ſimiles, intra ſex menſes paſtorem habere debet; alioquin ab ijs quibus eligendi habent ad proximiorem poteſtatem facultas deuoluitur.[s] Aliæ verò dignitates inferiores, reliquaque beneficia, ex concilio Lateranenſi debent conferri intra ſex menſes, ſiue per electionem,[t] ſiue per collationem,[u] tam a primo collatore, quàm ab alio in quem fit deuolutio.[x] Incipit enim elapſo termino eius a quo deuoluitur, non ante, dari ius ei, ad quem fit deuolutio, quique tot habet menſes, eadem-
23 que iura, ac potior in beneficio uacanti. Neq; ante tempus deuolutionis, facta collatio ab eo, ad quem deuoluitur, ualet: niſi & alia poſtea fiat. Et ita iudicatum, etſi quidā pugnent.[y] Neque mutantur qualitates primæ beneficij & perſonarum, quibus debentur, per deuolutū[z] ut etiam Pappa ſemper cum ordinario, qui, uel ſine negligentia, uel iure deuoluto conferre poteſt, poſſit per concurſum conferre, & iure præ-
24 uentionis.[a] Cæterum ſi iure deuoluto gradatim peruenerit collationis poteſtas ad ſummū pontificem, impeditur poteſtas ordinariorum tantum per unum menſem, ex concilio generali: quo elapſo, rurſum ad ordinarios primos redit poteſtas.[b] Sunt tamen quidam qui rati ſunt, illud uerum eſſe tantum in beneficijs uacantibus in curia Romana, aliter quam iure deuoluto, ut ait Rebuffus.[c] Neque ſummo pōtifici dari poſſe tempus ad ſupplendam eius negligentiam, quia non habeat ſuperiorem,[d] nec
25 inferior corrigit ſuperiorem.[e] Sed addamus hodie ex conuentionibus Gallicis & ſummi pontificis, dari ſex menſes regi ad nominationem faciendam ſummo pontifici inſtituendorum in prælaturis, a die uacationis computandos: & ſi nominatus primum intra ſex menſes inuentus non fuerit a ſummo pōtifice idoneus, conceduntur alij tres menſes ad alium nominandum idoneum, quibus elapſis temporibus, ius plenum conferendi ſine nominatione re-
26 gia, ad ſummum pontificem pertinet.[f] Ratio deuolutionis pro diuerſitate iuris deuoluti diuerſa erit, quare & diuerſum nec idem in omnibus tempus. Ad deuolutionem tamen, quæ fit ex negligentia poteſtatem habentium, referri poteſt ea quæ eſt præſcriptionum, ad euitandam ſegnitiem dominorum, eamque caſtigandam inductam eſſe.[g] Neve intra eccleſiarū ſub incerto ſint.[h] Nec enim licuit inter ethnicos impunè uineam ſuam inculcam habere, ut Romani eum, qui indiligenter feudum ſuum araſſet, uel uineam pro derelicto habuiſſet, nota infamiæ afficiebant, teſte Gellio.[i] Vinea autē Domini Dei Sabaoth eccleſia eſt:[k] & Chriſtianorum hominum congregationes, meſſis, & ſegetes:[l] operatij, curiones, & prælati. Et ne diu eccleſiæ in ſuſpēſo ſint uiduatæ paſtoribus & præfectis, deuolutiones inductas intra expreſſè profitentur: cum diuturna uacatio periculoſa & diſpendioſa ſit animabus, & eccleſiis.[m] Deficiēte enim paſtore, lupus ſæuit facilè in gregē, rapit, mactat, uel diſpergit oues.[n] Et poſtremò, ut obuiam eatur auaritiæ prelatorum, qui diutius uacare permitterent eccleſias, ut fructus vacantiū uſurparent: cum permiſſum ſit illis fructus uacātium colligere, & habere: poſt collationem,
27 nequaquam.[o] Et in pœnam negligentiæ deuolutionem quoque inductam conuenit inter interpretes.[p] Sicuti & iudex ob negligentiam ſuam, adminiſtratione ſua priuatur, alio in locum eius ſubrogato.[q] Et laici, ſi negligant

ſeculares

a Otho. Friſingen. li. 7. ca. 3.
b c. 4. de cleri. non reſid. c. c. & c. 5. & c. ex tenore, de conceſſ. præb.
d ca. cum apoſtolus, de cenſib.
e c. quia diuerſitatem, & c. 2. de conceſſ. præbend. cum ſimilibus.
f c. cùm Vintonienſis, & cap. per inquiſitionem, de electi. ap. Greg.
g Pau. Aemil. lib. 6.
h c. Iudæi, c. ita quorundam, c. ſemora ſanctis, ca. ex ſpecialis, de Iudæis.
i c. ſicut olim à ſanctis patrib. de accuſa.
k c. in Lateranenſi, de præb. c. cùm & plantare, de priuil.
l Paul. Iouius.
m ſcribitur in proœ. concordatorum, & in epiſtola Leonis 10. & tit. de approba. cōcord.
n ca. 2 de conceſſ. præb.
o ca. ſi de conſuet. in 6.
p c. vni. de iure patr. in 6.
q c. ſi pluribus, de præbē. in 6.
r tit. de fo. mand. in concordat.

s c. ne pro defectu, cap. poſtquàm, in diſt. c. quam, & ibi interpret. de electio. in 6.
t ca. cū noſtris, c. dilectus, c. poſtulaſtis, de conceſſ. præbend.
u c. 2. eod.
x c. 3. de ſuppl. negli. prælato.
y vide Pap. lib. 3 arreſto. titu. 7. arreſt 3 qui ita iudicem ait, & Doct. in c. 2. de præb. in 6 Felinus, & alij in c. cùm ex officij, de præſen. Boerius, decis. 70. Rebuff. in tractatu nominatio q. 7. nu. 12. late Aymo in proœmio concor. fol. 75. col. 2 & ſeq.
a clem. vni. de ſuppl negli prælator § ii quis verò, de collat. in concord. vide Rebuff. in tracta de deuo minati. q. 8. nume 81.
a c. quia diuerſitatem, & ibi Panor. nu 3 de conceſſ. præbē. vide Rebuffum in praxi benef. tit. de deuolution. numer. 46. 47. 48. 49.
b cap. 3 de præben. in 6.
c Rebuff. in §. 3. de regia ad præla. nomina. in verbo intra ſex mēſes, & in praxi, tit. de deuolution. nu. 5
d ca. aliorum, 9. q. 3
e ca. cùm inferior, de maior. & obed.
f §. 1 de regia ad præla nomin. in concord.
g c. vigilāti, de præſcrip. c. quæ diuerſitatē, de cōceſ. præb. ca. 2. de ſuppl. neglig. prælat. cano placuit, §. poteſt. 16. q. 1.
h leg. 1. de uſucap.
i Gellius, li. 4. cap. 12.
k Eſaie, 5. & Hiere. 12. Michæ, 1. & clem. 1. de ſumma trinitate, Matt. 21. Marc 12. Lucæ 20. Apocal. 14.
l Matth. 9 Lucæ, 10. O Ioan. 4 nu. 11. nouo, et diſt.
m c. quàm periculoſum, de elect.
n c. ne pro defectu, eod.
o c. vni. vt eccle. benef. ſine quaque diminutione cōfer. apud Greg. ca. enarius, de electio. in Sext.
p gl. 1. de reſcrip. in 6.
q in c. quanquā, de electio in 6.
r l. ſi quos, C. de officio præfect. prætorio

ſeculares ius dicere conquerentibus clericis, cō
ueniri poſſit coram eccleſiaſtico iudice.[a] Vt ſi
uaſſallus ſeu dominus clientelaris negligat iu-
ſtitiam reddere uaſſallo, priuatur iuriſdictione,
quæ ad ordinarium deuoluitur.[b] Sunt & alij
in rebus negligentiæ ſimiliter uel propemodū
nocentes caſus, quos Gomeſius colligit 214. ad
finem commentariorum regula de triennali
poſſeſſore, in Epilogo caſuum negligentiæ.
28 Cur autem ſemeſtre tempus diffinitum ſit col-
latoribus ordinarijs ex concilio Lateranēſi ad
conferendum, potius quàm aliud, prætermiſſa
forſan ratio a ſummo pontifice conſiſtò eſt:
quia hæc quæſtio eſſe ex earum numero uide-
tur, quas arbitrarias uocant interpretes, ſine iu-
ris poſitiui, ſecuti Accurſium,[c] & Ioannem An
dream.[d] Quarum nulla nix alia poteſt dari ra-
29 tio, quàm quòd ita nomothetis placuit.[e] Pro-
inde placuit concilio hic terminus ſex menſiū,
& ſufficere uiſus eſt ordinarijs collatoribus. E-
xempla quoque id efficere aliorum negotiorū
potuerunt, in quibus ſufficiunt ad negligentiā
conuincendam ſex menſes, ut in abſentia cleri
corum,[f] in ædilitio edicto,[g] in dilationibus,[h]
in appellationibus,[i] & in ſimilibus. Adde ar-
chiepiſcopos, & epiſcopos iure teneri uiſitare
prouinciam ſingulis annis,[k] ſaltem bis in an-
no iure Decretalium.[l] Et ideo quia uiſitando
in ſemeſtri edoceri poſſunt de uacatione eccle-
ſiarum, illud tempus ſufficiens uiſum eſt ad cō
30 uincendam negligentiam. Quare & ſemeſtre
hoc tempus, uel aliud datum ad eligendum,
præſentandum, uel conferendum, initium nu-
meri capiet a tempore notitiæ uacationis ueræ
præſumptæ, & ceſſante legitimo impedimen-
31 to, quo quis officio ſuo fungi non poteſt.[m] Si-
cuti etiam non ſuccurritur negligentibus, ita
neceſſitate rerum impeditis auxiliari æquum
eſt:[n] nec motuſus quis dicitur, niſi ſciat, uel ſci
re potuerit, & debuerit quæ facere oportet.[o] Vt
ſcire, & ſcire poſſe, paria.[p] Nec diuinare quiſ-
quam tamen cogitur:[q] potiſſimum ſi de facto
alieno agatur, cuius ignorantia excuſat,[r] &
dummodo ea non ſit ſupina & deperditi homi
nis, quæ craſſa dicitur & inexcuſabilis.[s] Quem
admodum & in affectata ignorantia receptum
eſt, quæ æquatur ſcientiæ.[t] Ea enim affectata
ignorantia eſt, ex quo quis ſcire potuit, ſed no-
luit, uel diſſimulauit,[u] quod ex argumentis &
coniecturis liquere poterit:[x] alioquin enim vbi
ſcientiæ probatio non eſt, quis præſumitur po-
tius ignoraſſe, quàm ſciuiſſe.[y] Et hæc certè ui-
detur in epiſcopo craſſa ignorantia, ignorare
beneficium uacare, ſi uacet, inquam, de iure &
de facto, ut per mortem, cum teneatur, ut di-
ctum eſt, ſingulis annis prouinciam ſuam uiſi-
tare. Quare fit tunc deuolutio tempore elapſo:
contra, ſi de iure fuerit uacatio ſolum, quæ illi
incognita eſſe poteſt impunè.[z] Sic currit tem-
pus a die quo ſcire debuit, ut & in alijs collato
32 ribus uel patronis.[a] Et in Gallia nominatio-
nis poteſtas & tempus ad prælaturas ſex men-
ſium, uel nouem in repetita nominatione cur-

rit regi a tempore uacationis, non a tempore
ſcientiæ:[b] quia expreſsè uerba illa a die uaca-
tionis currere dictum eſt.[c] Sicuti & in benefi-
33 cijs uacantibus in curia Romana dictum eſt,[d]
poſt menſem a uacatione cœpta numerandum,
redire ius collationis ad ordinarios: & in eccle-
ſijs nuperrimè ædificatis à die quo cœperunt
perfici ſeu conſecrari, currunt conferendi ſex
menſes, quia ab eo tempore dicuntur uacare.[e]
Quæ omnia tamen, ut paulo ante monui, intel
ligi debent, ſi qui præſentare, nominare, elige-
re, conferre debebat, potuerit id munus exequi:
ſiquidem impedimento concurrente, non no-
cet lapſus temporis. Vt ſi ſuſpenſus uel excom-
municatus fuerit epiſcopus,[f] uel uacet ſedes:
quo caſu non currit rerum eccleſiaſticarū præ
34 ſcriptio.[g] Neque negligentia eſt, ubi non ne-
gligens adeſt uoluntas: cum poteſtas requira-
tur ad perficiendam uoluntatem & actum.[h]
Nec nocet ſcientia, ſi poteſtas non ſit exequen
35 di cognita.[i] Per ſuſpenſionem quidem eccle-
ſiaſticam, a iudice uel lege prolatam, interdici-
tur officium uel exercitium aliquod competēs
perſonæ, ad certum tempus tamen;[k] ſicuti &
per excommunicationem. At proptérea epiſco
po excommunicato colpa, & maleficio ſuo, nō
dicitur eius iuriſdictio ad epiſcopum ſuperio-
rem deuolui: quia hoc in iure expreſſum non
eſt, ſed alia pœna impoſita.[l] Et ſuſpenſus qui-
dem nec eligere, nec eligi poteſt:[m] ſed neque
archiepiſcopus, qui poteſt ſupplere in cauſa ne
gligentiæ eius officium, partes eius ſubit, ob
cauſam delicti: nec caſus negligentiæ ad alium
caſum extendendus eſt,[n] nec fit deuolutio.[o]
Et impeditur quidem ob prædicta epiſcopi po
teſtas, ſed non currit aduerſus eam tempus, &
ita reſtituta perſeuerat: ut de ſeruitute itineris
ab alluuione intercepti, & poſtea reſtituti, tra-
36 ditum eſt.[p] Subducitur etiam ab omni negli-
gentia, ut tempus lapſum culpa careat, aliud
quoduis impedimentum legitimum inuito eo,
qui poteſtatem habet, adueniens.[q] Sic impedi-
tus poſtulare, uel præſentare, propter peſtem
intra tempus, non currit præſcriptio. Quam-
obrem nec deuoluitur ius ad epiſcopum.[r] Idē
in caſu hoſtilitatis,[s] uel alijs legitimis impedi-
37 mentis.[t] Si tamen impeditus non poſſit re-
mouere ipſum impedimentum, alioquin non
excuſaretur,[u] debet proteſtari de impedimen-
to, quòd per eum non ſtetit, nec ſtat, &c. aliter
poſt impedimentum ſublatum non ageret.[a]
38 Citra impedimenta igitur legitima & ignoran
tiam probabilem, elapſo tempore fiet deuolu-
tio iuris: ad quem autem fiat, uaria habet quæ-
ſtio capita ſolutionis. Paucis ergo explico, erit-
que in hac princeps & communis regula, de-
uolutionem fieri ad proximum ſuperiorem,
non ad inferiorem. Sic ſi prælati regulares non
conferant beneficia ſuo tempore regularia, e-
piſcopi locorum in quibus beneficia ſita ſunt,
conferunt.[y] Si patroni negligant intra tem-
pus ſibi præſtitutum præſentare, uel ſi alium
quàm debitè qualificatum ex tenore concor-
datorum præſentent, ius deuoluitur ad eum
qui inſtituere debet.[z] Sic eligentes negli-
gant,

a c. cùm ſit, & c. ſi clericus, de foro compet.
b gl. in c. cæterum, de iudic.
c Accurſ. in l. 2. §. initium, in verſi. ſtatus, de poſtul. in P.
d Ioan. Andr. in c. 2 in ver. re ſtringere, de iu dic. in Clem.
e nunc in ca. ſi quando, de reſcrip. facit l. nō omnium, de le gib. in P. cap. in iſtis, 4. diſt.
f cap. ex tuæ, de cle. non reſi dent.
g l. cùm ſ. x, de ædil. edic. in P.
h L. 1 de dilat. C.
i l. ſancimus, C. de appel.
k cap. 1 & fin. de cenſib. in 6. cap. conquerente de offi. ord. ca. epiſcopum, capi decernimus, c. placuit, 10. q. 1.
l c. cùm venerabilis, de cenſib. c. excōmunicamus, §. adij cimus, de hæret. extra.
m c. 3. & c. ga diuerſitatem, §. ſi de conceſſ. præb. cap. 1 cet, de ſupp. negl. prælat. cap. de multa, §. is qua que, de præbē. facit, l. annum, de calūnia. in P. l. cū ſca mon ſtr. de ædil. edict. in P c. bidaum, 2. q. 4. vide Rotam, deciſ. 16. in nouis.
n l. non enim, ex quibus, cauſ. maio. in P.
o l. quod te, de reb. cred. in P. l. ſi ex legati cauſa, de verbo. oblig. in P.
p l. Iulianus, ad SC. Macedon. l. in bonorum poſſeſſione, de bonor. poſſeſſ. in P.
q c. 1 §. 1. vt eccleſ. benef. ſine quaque diminut. confer.
r l. ſi cùm ſideiuſſor, §. ſi cum debuit, mand. in P. l. ſi putatore, ad l. Aquil. in P.
s l. fina. pro ſuo in P. l. quiſquis, C. de reſcind. vend. l. error facti, C. de iuris & fac. ignorantia.
t l. plurimum, & l. nec ſupina, cod. in P. l. iuris regula, §. 1 verſi. rectè Labeo, eod. titu. cap. 1. de ætd. ab epiſco. qui renuncia. epiſco. ca. apoſtolica, de cler. excommu. ca. conſuetudo, 3 diſt. ca. d 1 q. 4.
u c. 2. de tempor. ordin. in c. cum inhibitio, de clandeſti deſponſat.
x l. qui contra, de inceſt. & inutil. nupti.
y cap. 1. de renunciat. in 6.
y l. verius, de probat. cap. præſumitur, de regu. iur. in 6.
z ita concludit Rota, in deciſ. 269 ſi propter negligentiam, in nouis, Ioan de Sel. in tract. de benef. 3 p. q. 59 gl. in § viſum, in ver computandum, de collat. in pragma. ſanct. Rebuff. in praxi, tit. de deuolutio num. 10. & ſeq.
a in p. 1 ca. de iure patr. in 6

b §. 1. de regu. ad prælat. nomi. in concord.
c in d. §. 1
d ca. ſi ſtatutum, cap. 3. de præb. in 6.
e c. quoniam, c. cùm propter, de iure patro. vid. Lapum, al leg. 95 Prudenc. de Sen. 129.
f ca. quia propter, de conc. præb. l. vni. §. ſi. C. de annal. exc. l. ſancimus, §. donec, C. de iur. delib. l. in rebus, de iure, dot. C. c. bidum, 2 q. 6.
g c. de quarta, ca. auditis, cap. cum nobis, de præſcrip. cap. 3. & ſi. ne ſed. vac.
h l. multum intereſt, C. ſi quis alt. vel ſibi.
i l. ſcientiam, ad l. Aquil. l. in omnibus, de no xal. actio in P. l. ſeruus ignorante C. eod.
k glo. in ca. ad reprimendam, in ver. in canonibus, de offic. ordina. gloſſ. in clemen. cupientes, de pœnis. & in ver. ſuſpēſi, vbi varia ſpecies ſuſpenſionis.
l ca. 1. de ſuppl. negl. præla. in 6
m c. cum dilectus, §. quia certò, de conſuet. cap. 2 in ſue. de poſtul. præl. cap. cùm inter Raymūdū, de electio. c. cum bonæ, de ætat. & qualit.
n capit. quanquam, de electio. in 6.
o c. ſi compromiſſarius, eo.
p l. ſi locus, quemadm. ſer. amitt. in P.
q c. cupientes, §. inſuper, & c. conceſſa, de electio in 6 ca. ſignificante, de pignor. l. 2. § 1. & 2. ſi quis cautio in P. l. non ſolum, §. vl. de excuſa. tuto. l. ſi cui, quib. ex cauſ. maio. in P. l. fina. ad l. Rhod de iac.
s Bald. conſil. 469 libr 4. in cap. ſanctiſſimæ recordationis, de Ripa, tracta. de peſte fol 97.
t cap. ex tranſmiſſa, de præſcriptio. cano. prima actione, 16 quæſt 3. vide Rebuffum, in tractat. de pacificis poſſeſſ. numero, 315. & ſequen.
t Quæ ſunt illæ vide Rebuff. in §. 1 in verſi. impedimentum ceſſ. de collat. in concordat.
u cap. ſi. de elect. cap. 2 de teſti.
x in reg. de pacif. poſſeſſ & in eam Rebuff. num. 312. facit, c. ſi. de appella. c. ſiſcitatus, verſi. dummodò, de reſcrip.
y clem. unic de ſuppl. negligentia, præla & ibi gloſſa in ver. loco.
z dicta clementina vnica, iuncta gloſſa in verbo diſpoſitionem, glo. in §. quod ſi quis cuiuſcumque, in verbo proximum, de collationibus, in prag. ſanct. Rochus in tract. de iure patronatus, in verbo honorificum, q. 23.

gant, ad confirmantem.[a] Etſi ab inferiore
facienda ſit collatio ex conſuetudine, priuile-
gio, ſtatuto, uel alio modo, ad epiſcopum ſit de-
uolutio: & ab epiſcopo, ad archiepiſcopũ:[b] ab
39 eo, ad Pappam, non ad patriarcham.[c] Excepto
patriarcha Lugdunenſi ſeu primate, ad quem
& fit deuolutio ex conſuetudine regni ab archi
40 epiſcopis.[d] Olim quando ad epiſcopum & ca-
pitulum pertinebat collatio ſiue coniunctim
ſiue diuiſim, altero negligente ad alterum de-
uoluebatur collatio:[e] niſi in his quæ deuoluta
ſunt ad epiſcopum. Nam tunc ex negligentia
epiſcopi deuolutio fiebat ad eius ſuperiorem.[f]
Hodie quoque ex conſuetudine totius regni
Gallici, ut ait Rebuffus,[g] ſi collatio pertineat
ad epiſcopum & capitulum, deuoluitur colla-
tio non ad capitulum, ſed ad archiepiſcopum:
ſi tamen ad capitulum pertineat ſolum, ad epi
41 ſcopum fit deuolutio.[h] Notandum tamen in
electione epiſcopi diſtinguendum eſſe, num de
uolutio fiat propter indignum electum, an pro
pter negligentiam eligendi. Et rurſum, quãdo
electio fit ſcienter indigni, qui eligunt, priuan-
tur quidem poteſtate eligendi ea uice:[i] ſed eo
caſu, deuolutio fit non ad archiepiſcopum, ſed
ad Pappam,[k] quando uidelicet omnes electo-
res ſiue ſimul & ſemel, ſiue ſeparatim, ſcienter
indignum elegerint. Quòd ſi non omnes elege
rint indignum, ſed aliqui eorum dignum, ad a-
lios etiam minores numero deuoluitur ius, nõ
ad ſummum pontif.[l] At ſi propter negligentiã
eligentium, non ex delicto fiat deuolutio, ad ar
chiepiſcopum, non ad Pappam peruenit.[m] Si
uicarius epiſcopi malè conferat, uel ſi ab eo de-
uolutio fiat, ad archiepiſcopum, non ad epiſco-
42 pum eius uicarij fit.[n] Ab exemptis epiſcopis
43 collatoribus, ad Pappam fit deuolutio:[o] ab exẽ
ptis regularibus, ad epiſcopum loci beneficij,
qui authoritate apoſtolica confert.[p] Capitulũ
quoque ſede uacante epiſcopali, poteſt confer-
re beneficia deuoluta ad epiſcopum ex negligẽ
44 tia uel delicto inferioris.[q] Nam ſi ſede uacante
præbendæ uacent, illæ non conferuntur iure
deuoluto a capitulo:[r] quia collatio beneficio-
rum in fructu epiſcopi eſt,[s] ideo reſeruanda fu
45 turo ſucceſſori.[t] Singulare illud eſt, quòd in in
ſtitutione facienda ab epiſcopo præſentatorũ,
dignitatum nullum definitum eſt tẽpus, & ideo
ob non factam inſtitutionem non deuoluitur
ius ad ſuperiorem, ſed poteſt qui præſentauit
ſuo tempore, etſi poſt præſentationem lapſum
fuerit tempus ad præſentandum datum, inter-
pellare pro inſtitutione epiſcopum.[u] Et poteſt
recurri ad ſuperiorem, qui præfigit terminum
inferiori ad inſtitutionem faciendam.[x] Et ideo
in refutum uel denegationem, tunc recurritur
ad ſuperiorem. Sic & in acceptatione facta in-
tra menſem ex mandato, negante executore:
quia nullum tempus executori eſt definitum.[y]
Et ita expreſsè definit Rota in deciſione 212.
46 incipiente, *ſecundum omnes*, in nouis. Quare
nec ſummus pontifex iuri præſentationis, ante
inſtitutionem facit præiudicium patrono, niſi
dixerit deuolutum fuiſſe per uacationem tem-
poris ad eum beneficium, id eſt, præſentatione
non facta ſuo tempore, uel deuoluto iure ad e-
piſcopum & alios negligentes beneficium pa-
tronatum, & quod ita uacauerit: uel niſi in pro-
uiſione adijciatur, dummodo patronorum acce
dat aſſenſus. Aliter enim non cenſetur iuri pa-
tronorum derogare, ut docetur ex regula can-
cellariæ 40.

a c. 2. de ſupplen. negligen. prælat. Docto. in c. ſi de elect. in 6. Panor. in c. 2 an. ſitu ap. Gregor. nu. 10.
b ca. 2. de conceſſ. præben.
c cap. licet. de ſuppl. negligẽ. prælato.
d Rebuff. I par. gi benef. tit. de deuolutio. nu-
mo. 34.
e c. unic. ne ſede vac. in 6. c. 2. de cõceſſ. præb.
f Innoc. & Panor. in d. c. cum in cunctis, glo. in § item circa, verſi. aſſum, in verſi. legatorũ, de collatio. in pragma. ſanct. arg. c. ne pro de fecto, in fine, de elect.
g Reb. in prax. benefi. in tit. de deuolutio. nu. 27 Imola, in clamen. ſi de beneficio, q. 2. de præbẽ. in 6.
h d. c. 2. de conceſſ. præb.
i c. cum in cunctis & ca. innotuit, de electio.
k c. quiquam de elect. in 6
l c. cõgregato, de electio glo. in d. ca. quamquam, in ver. deuoluetur.
m uide d. gl. in ca. quanquam, & Anchara & vide Rhyma. in § 1. de regu. ad prela. nomi nat. in act. computandos.
n Reb. docet in tracta nomi nat. q. 14. nu. 23.
o d. ca. licet, & c. ſicut, de ſupplen. negligen. prælat.
p c. cum ſingula, de præbẽ. in 6 clem. unica, de ſupp. negli. prælat.
q c. cum olim, de maio. & obed. Ioan. And. in c. quiquam, de electi. in 6. vide Rebuff. in praxi, tit. de deuolutio. nu. 32.
r ca. 1. ne ſede vacan.
s gl. in d. ca. cũ olim, de maior. & obed.
t c. quia ſæpe, de electi. in 6. clem. pen. eod. titu.
u c. cum inter. de electio.
x c. reprimendum, de offi. ordina. ca. graue, de præb.
y not. in clem. cum et quem, de cõceſſio. præbend.

De Reſeruationibus beneficiorum.
Cap. X.

1 *Reſeruatio beneficiorum quid, & a quo fiat.*
2 *Reſeruationes beneficiorum generales & ſpeciales ſummi pontificis, uel præter ius, uel in corpore iuris.*
3 *Beneficia quæ dicantur uacare in curia Romana.*
4 *Reſeruationes ſpeciales beneficiorum quæ.*
5 *Reſeruationes beneficiorum quæ abolitę ſint, & permiſſę.*
6 *Reſeruationes in corpore iuris quę ſint ſummi pontificis.*
7 *Penſionis reſeruationes uſque ad quam quantitatem in beneficijs renunciatis permiſſę.*
8 *Penſio iuſta quę, & eius reductio.*

1 SEcundo dicebamus poteſtatem or-
dinariam in beneficia, impediri
per reſeruationes: quæ autem illæ
ſint, & quales, nunc tradendum
eſt. Reſeruatio beneficiorum dicitur, quando
quis ſibi retinet beneficium, ut alij quàm ipſe
uoluerit, conferri non poſſit. Fitque a ſummi
pontificis legato, & ab ipſo ſummo pontifice.
Legatus authoritate ſuæ legationis apoſtolicæ,
ſibi reſeruabat beneficij collationem in eccle-
ſia aliqua, uel inter ordinarij collationes, quam
reſeruationem reſtrinxit Bonifacius Octauus.[a]
2 A ſummo pontifice fiebant reſeruationes ge-
nerales, & ſpeciales: & illæ uel ſunt præter ius,
uel in corpore iuris clauſæ. Extra ius ſunt gene
rales, quando ſummus pontifex reſeruat ſuæ
collationi dignitates maiores poſt pontifica-
lem, in cathedralibus & metropolitanis eccle-
ſijs.[a] Item ubicunque ſummus pontifex ſe
immiſcuit, uel ſi ipſe contulit, & quæſtio mo-
ueatur uel de eius prouiſione, uel nullitate, uel
indignitate prouiſi, reſeruantur hæ notiones
3 & beneficia ipſius poteſtati.[b] In corpore iu-
ris[c] unica tantum reſeruatio inuenitur gene-
ralis, nempe beneficiorum, quæ dicuntur ua-
care in curia Romana, perſonarum uidelicet
exiſtentium & decedentium in ſummi pontifi-
cis comitatu, quæ conferri poſſunt à ſolo ſum-
mo pontifice intra menſem a tempore uaca-
tionis, & poſtea ab ordinarijs.[d] Porrectum-
que hoc ius ad beneficia perſonarum curia-
lium, qui extra curiam mortui ſunt, peregri-
nationis, infirmitatis, uel recreationis cauſa ab-
ſentes, intra duas dietas legales: item ad nun-
cios apoſtolicos a curia abeuntes, uel ad cu-
4 riam Romanam pontificis redeuntes.[e] Specia-
lis reſeruatio eſt, quando ſummus pontifex ſi-
bi nominatim collationem alicuius beneficij
reſeruat: uel ſi in collatione beneficij ex reſi-
gnatione, cum penſionis retentione permittat
regreſſum, ſi non ſoluatur, ut poſſit eius autho-
ritate apoſtolica ſine alia prouiſione benefi-
5 cium repetere,[f] uel alio modo. Hodie omnes
reſeruationes beneficiorum improbatæ ſunt,[g]
exceptis uacationibus in curia, & in ciuitati-
bus, & uillis muratis, quæ graduatis,[h] & nomi-
natis debentur ui pragmaticæ ſanctionis, &
concordatorum:[i] item quæ uacant officialium
ſedis apoſtolicæ,[k] niſi iure regali uacent in
Gallia, ut pronunciatum ſenatuſconſulto Pa-
riſienſi, anno 1338. tertio Iulij.[l] Sunt & re-
ceptæ reſeruationes, quas ſibi fecit & ſedi apo-
ſtolicæ ſummus pontifex in conuentionibus
Gallicis

a c. præſenti, c. 3. de offi. leg. li. 6. Sem. nu. 13.

a vt in reg. cancell. 2. 3 & ſeq. in extra. Ioan. 22. exſecrabilis, de præben. & in extrau. ad regimen.
b Panor. in ca. inter dilectos, col. pen. de exceſſ. prælat. c. ut noſtrum, de ap pel. Roma. cõſ. 315. circa primum.
c hac diſpoſitione antiq. iure gul. canc. 33. alias tamen enumerat Probus in c. præſenti, de offic. uicar. in 6. & Rebuff. 8. de reſeruat. in cõcord. Comes, in reg. cancel. de trienn. poſſeſ. q. 31. vbi tradit 7. reſeruationes in corpore iuris clauſas, vide eum.
d c. 1. 3. de præben. in 6.
e ca. præſenti, de præb. in 6.

f vide Reb. in § 1. de reſeruatio. in Concor.
g eod. tit. & in pragm. ſanctio.
h § gradati, 1. de collatio. in concordat.
i § ſtatuimus, eod.
k cap. ad regimen, de præb. in extrauagan. commun.
l Reb. in § 1. de reſeruat.

Gallicis,[a] maiorum dignitatum & prælaturarum, ut poſſit ſolus eas conferre, poſtquam intra nouem menſes rex Galliarum ad eas non
6 nominauerit idoneum. Inter reſeruationes in corpore iuris clauſas, id eſt, inter collationes quas ius commune reſeruat ſummo pontifici, Gomeſius[b] ponit tranſlationem epiſcoporũ[c], prouiſionem epiſcopatus uacantis per depoſitionem,[d] & per caſum cap. quanquam, de electio, in 6. ſi epiſcopus captus eſt à paganis, uel à ſchiſmaticis:[e] ſi prouidendum ſit, eo quòd epiſcopus propter ſenium, aut impedimentum aliud corporale perpetuum, non poſſit officiũ ſuum exercere:[f] ſi ſummus pontifex dederit beneficium uacans ante in commendam, idque ex interpretatione potius doctorum,[g] quàm iuris expreſſa diſpoſitione, ideo non rectè ſuperioribus annumeratur. Alius tamen proxime accedit, quãdo cathedralis eccleſia clero & populo Chriſtiano caret, quo caſu reſeruatur col-
7 lationi ſummi pontificis.[h] Sunt aliæ reſeruationes in collatione beneficiorum factæ per ſummum pontificem, quando per ipſum imponuntur penſiones: iure namque pontificio interdum probatæ reſeruationes penſionis, uſque ad mediam[i] partem fructuum beneficij, à ſummo tamen pontifice, non alio conceſſæ. In patria tamen conſuetudinaria, & in Gallia, ad tertiam uſque partem reformari ſolet relictis duabus
8 beneficiario.[k] Quinimo & iuſta dicetur penſio, qua deducta ſuperſit beneficiario, unde ſe alere, & onera beneficij poſſit ferre.[l] Daturque hæc penſio communiter in quantitate fructuũ: in Gallia etiam[m] in pecunia numerata, ubi penſio permiſſa in tribus caſibus, ſi beneficium litigioſum, pro bono pacis:[n] 2. ne diſpendium nimium reſignans ex reſignatione patiatur,[o] aliter tamen quàm ex permutatione facta: uel ſi permutatum beneficium ſit, ratione inæqualitatis redituum in fructibus permittitur penſio.[p]

a tit. de reg. ad prælat. nomina. in concord.
b Gomeſ. in regul. de trien. poſſeſſ. q. 31.
c c. quod tranſlationibus, de offi. leg. c. ſi de transla. epiſco.
d cap. inter, de translat. epiſc. c. poſt tranſlationem, & 2 niſi, de renunciat.
e ca. ſi epiſcopus, & ibi gloſ. ſi. de ſuppl. negli. prælato. in 6.
f ca. 1 § ſi cathe. epiſcopus, de cler. ægro in 6.
g Frideric. in tract. permuta. q. 15. Roma conſil. 104. Rebuf. in Praxi benefic. tit. de reſeruat. numer. 32. & 38.
h clem. in plerisque, de ele.
i ca. ſuſceptæ, eod. in extrau. Ioan. 22.
k Reb. in praxi benefi. titul. de reſeruat. numero 19. 20.
l ca. de monachis, c. vacante, c. cum cauſam, de præb. c. 2. de cenſib.
m Reb. d. titu. de reſeruatio. nume. 22.
n cap. niſi, de præbend.
o c. ſuper hoc, de renunciatio.
p c. ad quæſtiones, de rer. permutat.

De mandatis Apoſtolicis ad beneficia, & de mandatarijs. Cap. XI.

1 *Mandatum apoſtolicum impedit collationem ordinarij.*
2 *Mandatum apoſtolicum quid.*
Mandatorum Apoſtolicorum origo & ſucceſſus.
3 *Literæ perceptoriæ ſummi pontificis quæ.*
4 *Literæ executoriæ ad beneficia quæ.*
5 *Mandatum apoſtolicum dat ius ad futura beneficia.*
Mandata à ſummo pontifice ad beneficia dantur ſemel in uita & quando, & quare, eod.
6 *Mandatis qui ordinarij grauari poſſint.*
7 *Mandata cur ſolus pontifex dat.*
8 *Mandati forma in Gallia.*
9 *A mandatis quæ beneficia cenſentur excepta, & 10.*
10 *Mandatarijs non debentur beneficia nullæ murata, niſi graduatis.*
11 *Mandatarij præferuntur graduatis nominatis.*
12 *Mandatario beneficia non debentur, niſi à præſentatione poſt menſem.*
13 *Mandatario tantum beneficium petitum & acceptatum prius uacans debetur.*
14 *Mandatarijs ex duobus quis præferatur.*
15 *Mandati ius quomodo perimitur.*

1 TErtio loco, ordinariorum poteſtas mandatis apoſtolicis impeditur.[q]
2 Mandatum apoſtolicum, eſt omnino reſcriptum, per quod ſummus pontifex mandat & iubet alicui de beneficio prouideri.[r] Hoc mandatum ab initio tantæ nõ fuit efficaciæ, ac nunc eſt: nam à principio pontifices maximi primum monitorias dabant literas, quibus ut precibus monebant ordinarios, conferrent beneficia mandatarijs, quas cum facile contemni ab ordinarijs collatoribus uiderent, inuenerunt præceptoriæ, per quas illud ipſum iiſdem præcipiebant: quibus etiam non
3 obſtantibus, collatio ab ordinarijs alijs facta, quàm mandatarijs, ualebat, etſi punirentur
4 ordinarij contumaces:[s] Quamobrem & inuentæ dehinc ſunt literæ executoriæ, per quas mandabatur, ut executores compellerent ordinarios ad conferendum.[t] Verumtamen neque iſtæ literæ ligabant ordinarium, quin poſſet alij cui uellet, quàm mandatario conferre: niſi mandatum hoc haberet clauſulam ſeu decretum irritans collationes contrarias, tunc enim mandatum ligabat manus ordinarij ſine alia inſinuatione ſeu præſentatione facienda eidem ordinario:[u] uel niſi mandatarius fuiſſet creatus canonicus,[x] aut ſi executor inhibuiſſet ordinario uel collatori alij collationẽ, & ſuæ collationi reſeruaſſet.[y] Siquidem & executoribus per literas executoriales dederunt ſummi pontifici poteſtatem conferendi, ſi recuſaret eandem collationem, uel negligeret or-
5 dinarius.[z] Per hoc mandatum datur ius ad futura uacatura beneficia, per quemlibet Romanum pontificem ſemel in uita duntaxat, tempore ſui pontificatus per literas in forma mandati.[a] Idque ratione iucundi ſui aduentus, honoris gratia. Sicuti proconſulibus prouinciam recenter ingredientibus, quædam honoris cauſa olim dari ſolebant.[b] Item 2. in ſignum recognitionis iuris ſupremi. Et 3. quia poſtquam ſummus pontifex grauatur, ut nominationibus academiarum, & principis Galliæ, beneficiorum potior pars debeatur alijs, quàm antea, & cum reſeruationes illi ademptæ ſint.[c] æquum uiſum eſt, ut in hac prærogatiua hono-
6 raretur.[d]

Ea tamen lege, ut ordinarium non poſſit grauare etiam uno mandato, niſi habeat collationem 10. beneficiorum: habentem autem collationem quinquaginta & ultra, in duobus duntaxat. Ita tamen quod in eadem eccleſia cathedrali uel collegiata, unum collatorem pro tempore in duabus præbendis non grauet.[e]
7 Mandatum itaque hoc ad beneficia uacatura à ſolo pontifice manare poteſt,[f] propter eius authoritatem ſupremam in beneficia & plenã:[g] alioquin odioſa ſunt mandata de prouidendo de beneficio antequam uacet, tum propter ambitionem eorum, qui poſtulant:[h] tum etiam, quia odioſum eſt per ſe & funeſtum, uiuentis beneficium impetrare. Ideo concilijs inhibitum ſacroſanctis, ueluti uotum mortis captandæ habens.[i] Proinde & ſemel permittitur pontifici ſummo hoc iure uti tempore ſui pontificatus, nec poteſt iam grauatam uel bis pro modo beneficiorum ordinariam poteſtatem iterum grauare mandatis. Non licebit ergo legato etiam à latere mandata hæc concedere. Quamquam iure communi ſuæ collationi uacaturum beneficium poſſit reſeruare,[k] excepto regno Galliæ, in quo placuit ex

q cap. dilectus filius, in c. cap. dilec. inter cætera de præbẽ. ap. Gregor. Fænor in ca. olim in ſi. de verbo. ſignifi.
r c. mãdatum, cũ 2. ſeq. de reſcrip. c. ſi ca. de conceſſ. præbẽ. in 6.
s ca. ſi ſtill, de conceſſ. præb. in 6. c. dilect. 2. de præben.
t tribus ſuperio. literis in c. capitulum, ca. literis, ca. ex inſinuatione, de reſcript.
u cap. ubi qui, eod. in 6 notat in ca. ſi tibi, de conceſſ. præb. in 6. gl. in § ſta tuit autem, in ver. renſeatur, de mãdatis in prag. ſanct.
x c. ſi poſtquã, de præbẽ. in 6. c. duob. de reſcri. in 6. Felin. in c. ad audientiam col. 2. ver. literæ non dantur, de reſcrip. vide de his, & ſuperio glo. in §. ſtẽ voluit, in ver. dingradũ, de collatio. in prag. ſanctio.
y cap. ubi qui, de reſcr. in 6 & d. c. ſi tibi.
z c. ſi apoſtolica, de præb. in 6 c. ſi ca. de con ceſſ. præb.
a §. 1. de mãd. apoſto. in concorda.
b l. ſi in aliquã, de offi. procõſ. lib. 1 ff. titu. 17.
c tit. de reg. ad præla. nomina. & de colla. in concord. & tit. de reſeruat. ſubla. in pragm. ſanctio.
d argu. l. cum qui, de iureiur.
e d. §. 1 de mãdat. apoſtol. in concord. in §. volens, & §. nõ voluit, de coll. in prag. ſancti. conſtitu. Ludo. 12. artic. 1 2. 3. 4. 5. 6.
f glo. in c. 2 in ver. vacaturis, de præb. in 6 c. dilect. in 2. de præb. Felin. in c. mandata, de præſum.
g c. c. de præb. in 6 clem. 1. in fine, vt lit. pẽd.
h ca. quamuis, de præb. in 6.
i ca. 2. de conceſſ. præb. c. ne captandæ, cap. deteſtandæ, eo. in 6.
k c. cum dilecta, de iure patronat. ca. præſenti, &c. de liberatione, de præben. in 6.

præſcripto co ncilij Baſilienſis nltimi, tullit re-
8 ſeruationes.[a] Quocirca hodie certa forma mã-
datorum præſcripta eſt in Gallia, ſecũdũ quam oportet omnia mandata de prouidẽdo, ſiue ad regularia, ſiue ſecularia beneficia pertineant, concipi:[b] per quam remittitur expreſſio beneficiorum ab impetrãte poſſeſſorum, in alijs gratijs neceſſaria.[c] Exigitque in Gallia mandatum eſſe generale, aliàs non ualet, ut placuit ſenatui Pariſienſi:[d] licet olim & alibi hodie, quàm in Gallia, mandata dirigerentur ſingularia uel ad dignitates tantum, uel ad canonicatus,[e] pro certa perſona & certo beneficio,[f] & incerto.[g] Atque in ea forma in ſumma omnes formæ antiquæ, quibus ordinarius ad conferendum cogebatur, continantur: quæ diuerſæ erant, quas uide collectas apud Ioannem Andream Peruſ. & alios in cap. ſi ſoli, de præbend. Rebuffum in cõmentat. ad §. 1. de manda apoſt. in concordat. ad
9 uerba, *in forma mandati*. Verum ab illa forma generali, ut non contineantur mandato, cenſentur excludi beneficia electiua in Gallia,[h] quæ ad regis nominationem pertinent,[i] & quæ in curia Romana uacant, quia reſeruantur Pappæ:[k] ut & beneficium ſimiliter ſpecialiter reſeruatum dicimus non comprehenſum.[l] Sicuti nec comprænhenduntur ſub mandato id eſt, non debentur mandatarijs in uim mãdati litigioſum, regularia ſecularibus, & contra, & diuerſi ordinis quàm ſit impetrans, unitum, paternum, uacans cauſa permutationis, non liberum ut collatum abſenti, de nouo fundatum, uacans per mortem epiſcopi præbendatarij, quod optioni ſubijcitur: quæ omnia probat Rebuffus in §. declarantes, in uer. comprehenſa, de manda. in cõcorda. Item nec comprænhenditur patronatũ.[m] Nec ea, ad quę impetrans erat inhabilis tempore dati mandati: hoc enim tempore capacitas exigitur.[n] Quod ſi diſpenſatus ad hæc ſit? late uide apud Ruſeum.[o] Continentur tamen ſub mandato ea, quæ pure, libere, & ſimpliciter in manibus ordinarij renunciata ſunt:[p] quia hæc reſignatio pura inducit uacationem, & morti
10 æquipollet.[q] At non debentur mandatarijs beneficia ullæ mutatæ, ſi non ſiot qualitatis requiſitæ.[r] Nec ea quæ ſunt iuris patronatus laicorum, de quibus Pappa non intelligitur uelle diſponere:[s] ut neque comprahenduntur ea, quæ uacante ſede cadunt in regalia, & quæ eo
11 iure à principe in Gallia conferuntur.[t] Cæterum tanta eſt horum mandatorum[u] de prouidendo, in forma legitima impetratorum poteſtas, ut mandatarij præferantur alijs expectantibus beneficia, quia apoſtolici expectatores ſunt, & ideo eius ratione præferendi.[x] Et proinde pręferũtur etiam in Gallia in beneficijs, quę ſub mandatis continentur, ordinarijs collatoribus, & graduatis ſimplicibus & nominatis:[y] quãquam graduati prius acceptauerint, quàm mandatarius, & quamuis beneficium uacans eius generis eſſet, quod deſtinaretur gradua-
12 tis.[z] Verum obſeruandum hic eſt, mandatarium antequam uti poſſit iure mandati, debere mandatum ordinario ſemel pręſentare.[a] Nam à præſentatione, poſt menſem tantum uacans debetur beneficium:[b] dummodo petitum à mã-
13 datario & acceptatum fuerit. Tenetur enim in Gallia requirere & acceptare ad ſummum intra ſex menſes beneficium primo uacans,[c] poſt præſentationem mandati: alibi, quàm in Gallia, intra tempus ad acceptandum ſibi præſtitutum.[d] Et quia tenetur ita acceptare primo beneficium uacans, ſi illud in uim mandati ei conferatur, extinguitur mandatum.[e] Verum ſi illa collatio non teneatur, aut ſi non poſſit affectum ſortiri, ea non obſtante poterit aliud acce-
14 ptare.[f] Quod ſi duo mandatarij concurrant, qui diuerſa impetrarunt mandata, tempus datæ inſpiciendum,[g] & potior tempore potior erit iure:[h] etiamſi in ſecundo eſſet clauſula decreti irritantis, & in primo, non quia præſentatio afficit præbendam primo, unde ſecundus eam non poteſt obtinere,[i] etiamſi ſecundus primus præſentauerit, nam ideo primo mandatario non præfertur:[k] niſi ſecundum ius commune, in ſecundo reſcripto poneretur clauſula anteferri.[l] Vult enim ius, ſecundum primo tunc anteferri qui acceptauerit, ſi tamen collatio adhuc et facta non fuerit,[m] tollitque hæc clauſula ius ad rem, non ius in re.[n] Quod in Gallia non obtinet, quia cõſtitutio regia declarat Pappam præueniri per ſolam requiſitionem mandatarij, & nominatorum:[o] præferretur nihilominus ſecundus, ſi primus mandatarius eſſet negligens,[p] uel incapax beneficij fuerit poſt mandati inſinuationem factus: puta, quia non ſit capax curati beneficij:[q] ſi ſit mortuus, uel ſi
15 duxit uxorem.[r] Et quando olim formulę erant uariæ & ſpeciales mandatorum ante conuentionem Gallicanam, mandati fines erant diligenter inſpiciendi: neque enim mandatum de beneficio uacanti comprænhendit uacaturum.[s] Neque expectatiua uel gratia ſub cauſa, cauſa ceſſante uim habet:[t] uel conditione appoſita, adhuc ueniente uel deficiente:[u] uel renunciante impetrante mandato, quia renunciare poteſt[x] expreſſe, uel tacite id agendo, quod cõtrarium eſt ſuæ profeſſioni, ut ſi ducat uxorem, ut dixi: nam & tunc quæ habebat beneficia amittit,[y] & uidetur habere pro derelicto.[z] Item ſi fiat miles, & enormibus criminibus ſe miſceat, quibus amittit clericatus priuilegium.[a] Item ſi alio modo amittat hoc ipſum, ut in cap. 1. de uita & honeſt. cleric. in Sex. & clemen. 1. eod. tit. Vel ſi ante aſſequatur beneficium, quod eſt cũ eo quod expectat incompatibile.[b] Item ſi mandatũ expirauerit, puta morte mandantis re integra:[c] nam ſi ui mãdati proceſſum ſit ad aliquẽ actũ tendentem ad effectum mandati, non expirat.[d] Staphileus dicit ante prouiſionem rem eſſe integram, & morte ante interueniente expirata mandatum:[e] niſi executor cui præſentatum eſt mandatũ, uel bulla expectatiua, proceſſerit ad fulminationem proceſſus. Nã tunc nõ dicitur res integra, inquit, poſt Dominic.[f] & Lapum,

a tit. de reſeruat. in pragm. ſanct.
b tit. de for. mand. in concord.
c c. ad aures, c. in noſtra. & c. ſi proponente, de reſcri. ca. ſi motu proprio, ca. non poteſt, de preb. in 6.
d Rebu. in praxi, tit. de clauſ. mand. num. 29. & 30.
e ca. execu̇tor, c. ſi ſoli, de preben. in 6.
f ca. ex parte, in 1. de off. deleg.
g c. mandato, de præbend in 6.
h ut in clemẽ. 1 de præben.
i § 1 & 2 de regia ad præla nomina. in Concordat.
k c. 3 de conceſ præb. in 6.
l Aufrer. deciſ. Thol. 434.
m uide gloſſ. Rebu. in §. præfatique ordinarij, in verbo. patroni, de collatio. in prag. ſanct. Lapum, alleg. 84. dominus pappa, col. 3 Roch, Cart. tracta. de iur. patr. in verbo. ius, q. 7.
n c. ſi eo tempore, de reſcrip tis, in 6
o Ruſe de mãda apoſt. 3 par. numero, 2. & ſequen
p Ruſe. hoc tractat. libr. de mãda. apoſtol. 2 par. nu. 14 & ſequẽ text. ex preb in cap. dudum, 14. de præben. in 6.
q c. 2. de renunciat. in 6 cap. 1. de rer. permu. in 6 expreſſè cap. dudum, de præbend in 6.
r Rebuf. in § declarantes, in ver. comprehẽſa, de mand. in concord. per c. quia ſæpe, de præbend. in 6. vide contrariũ Boer. deciſio. 235.
s cap. cũm dilectus, de iure patrona. gloſſ. & Oldo. in c. 3 de præbend. Panor. in cap. quanto, de iudic.
t Ruſe tracta. regal. in 1. parte præfat. numer. 6. & in 2. parte tractat. de mandatis apoſtolicis, numer. 22.
u hic loquimur de forma expectatiuæ, mandati, aliæ enim ſunt formæ expectatiuarum apoſtolic. literar. quas Gallia non recipit, §. ſolens, de collat. in pragmat. ſanct. & de quibus Staphile proprio lib. & in ca. tibi qui, de reſcript. in 6.
x cap. ij qui, de præbend. in 6.
y § & ut obuietur litibus, de mandat. in Concord.
z d. §. & ut obuietur, & ibi Reb. in verb. nominatis.
a capit. tibi, & cap. penult. de reſcriptis in 6. capi. ſi capitulum, de conceſſio. præbend in 6.
b in forma manda. in concord.

c Rebuff. in § uoſque, in ver. præ ferẽdos, de collo. & in for. mand. in Concord.
d gloſſ. in clement. unica, in verb. menſem, de conceſ. præbend. Felin. in capi. capitulũ, de reſcript.
e c. ſi motu, & ca. non poteſt, de præbend
f vide Reb in praxi, in rubri. de mãd. apoſt. num. 2.
g c. eam te, & ca. conſtitutus, de reſcrip. cap. ſi en tempore, eod. tit. in 6
h ca. qui prior, de regul. iur. in 6
i c. ſi capitulo, de conceſſ. præbend. in 6.
k ca. eum qui, de præbend. in 6. cap. tibi qui, de reſcrip. in 6.
l gloſ. in d. c. ſi ſoli. & text. in ca. pen. de conceſſ. præbend. in 6.
m ca. tibi qui, de reſcrip. in 6.
n ca. quodam, de præbend. in 6. de hac regu. anteferri Staphileus, in for. mand. de prouidendo. Plene Felin. in ca. capitulum, col. 7 num. 6. cum ſequen. de reſcript. Quibus & quot modis, ius ad rem beneſ. quæratur, vide apud Gomez in regu. de non tollen. iure, quæſ. altera, 1 q.
o § declarantes, de manda. apoſto. in concord Rebuf. in for. declarat. nono prouiſ. in clauſula, aut ſi aliqui ſuper poſitionibus &c. In praxi beneficiorum, & in reg. de non tol. ius quæſ. glo. 4. & in forma mandã apoſtol. in ver. datum, in Concordia.
p capitula ubi qui, de reſcriptis in 6. cap. ſi clericus, de præbendis in 6 Felinus in capitulo capitulum, de reſcrip
q ca. ſi eo tempore, eod. in 6.
r cap. cum inter, de renunciat. Rota, deciſio. 123 nota quod ubi, in antiqu. col. de reſcrip.
s cap. poſtulaſti, de reſcript. & cap. ſi pauper, de præbend in 6.
t Panor. in cap. 1. in finali colum. de re iudic. facit l. cedere diem. de verbo. ſignif. cap. ſi par. de reſcrip
u Panorm. in 3. notab. cap. ad audientiam 2. de reſcrip. text. in ca. veniens, & c. fine, de renunciat.
y cap. 1. de clericis coniugatis.
z argumen. capit. ex tranſmiſſa, de renuntiatio. capitulo, cum renuntiatione, 7 quæſt. 2.
a vide Pacum, de mandat. apoſtol. par. 3 nume. 17 Innocẽnt. Butrigal Panormitanum in capitul. 1 de apoſta. ita iudicari tradit Benedictus in capitul. Raynutius, in verbo & uxorem nomine, nu. 441.
b cap. gratiæ, de reſcript. apud Clemen.
c ca. 1. ſi cui, in fine. de præbendis in 6 notat in capitu. ſi ſuper gratia, de offic. deleg. in 6 § Recte, apud Iattamand. l. mandatum, C. eod.
d Alex. & alij, in l. eius, verſ. dicebat, ſi cet peta
e Ioan. Staphileus, tract. de liter. grat. tit. quib. mod. expir. lit. ad beneſ.
f Dominic. in cap. ſi cui, de præbend. in 6.
g Felin. in capit. conſtitutus, penult.

Lapum, nec reuocatus talis gratia per ubitum concedentis, niſi per ſucceſſorem expreſſe reuocetur.[a] Vt ſolet fieri per ſummus pontifices, die ſequente coronationem.[b] Item ſi per mandatum gratia quoque ſit facta, quia contulit ſummus pontifex mandatario canonicam & præbendam, ſi uacat, uel quæ primo uacauerit, uulli alij de iure debitam, morte mandantis ante aſſequutiuuem præbendæ nun expirat.[c] Et ſi gratia facta ſit in mandato, etiam murte mandantis non expirat, ut docet plutibus Matthæus Pacus, in tit. de manda. apoſt.[d]

a Probus, in c. pen. & fin. eod. b Pacus, de mãda apoſt. o. per. ſ nu. 4. regu. 18. cãcel. Innoc. 8. c cap. ſi ſuper gratia, de offic. delegat. in 6. vide gl. ad § item. voluit, de coll. in prag. ſanſti. in ver. mandatum, & in ver. dirigendam. d in ſ. p. nu. 1. & 2.

De modis legitimis dandi beneficia eccleſiaſtica.
Cap. XII.

1 *Beneficia canonice dari debent.*
2 *Beneficium prius uacare debet, quàm detur. & 12.*
Beneficium uiuentis quando & quomodo odioſum, eod.
3 *Regula de ueriſimili notitia quæ, & quare ſit recepta in Gallia, & conſideratio per ſequentes numeros.*
4 *Regula de ueriſimili notitia locum habet in ordinarijs.*
5 *Veriſimilis notitia mortis beneficiati, & quomodo metienda.*
6 *Curſores quidam expeditiſſimi, & 7. Indacus curſor præſtantiſſimus. eod.*
7 *Philippides curſor eximius.*
Heraclitus Perineus curſor. eod.
8 *Bancarij beneficiorum diem & horam, quibus curſores proficiſcuntur, impetraturi beneficia ſcribunt.*
9 *Curſorum publicorum inſtitutis à quo cæpit.*
10 *Beneficiatum mortuum celare non licet, & quid de eo ſtatuatur,*
11 *Beneficium uiuentis impetrans per obitum, eo mortuo non poteſt impetrare.*
13 *Beneficia pure conferri debent, & quid pure, & ſine ſimonia.*
14 *Collatio beneficij quando, & quomodo palam fieri debet.*
15 *Regula cancellar. Romæ, de publicandis reſignationibus.*
Renunciationes beneficiorum intra quod tempus publicandæ. eod.
16 *Renunciationes quomodo publicandæ.*
17 *Beneficia duobus modis in ſumma acquiruntur, electione, collatione.*
Electio in quibus beneficijs locum habet. eod.
18 *Electio quid.*
19 *Poſtulatio in beneficijs quid.*
20 *Poſtulare qui poſſint.*
21 *Poſtulatio admiſſa uim electionis habet.*
22 *Poſtulari qui poſſint.*
23 *Poſtulatio à quibus fit.*
24 *Nominatio ad beneficia quid.*
Nominatio quando tribuat ius nominato. eodem.
25 *Nominatio academiarum ad beneficia quid eſt.*
26 *Variatio quæ, & quando permiſſa in poſtulatione, & electione, & nominatione.*
Poſtulationis & nominationis conſenſus & diuerſitas. eod.
27 *Electionis ualde adipiſcendi beneficium probatus modus quare.*
28 *Electionis triplex forma.*
Electio per inſpirationem ſpiritus ſancti. eod.
29 *Electio per ſcrutinium quomodo fiat.*
30 *Electionis formula per uiam compromiſſi quæ.*
31 *Electionum formula in quibus ſeruanda ſit beneficijs.*
32 *Electioni faciendæ qui, & num omnes uocandi.*
33 *Electio quo loco facienda eſt.*
34 *Eligendi aliæ formulæ per breuia, ſortes.*
35 *In electione quæ conſideranda.*
36 *Electio ſacerdotum ethnicorum à populo fiebat.*
37 *Principibus laicis cur ius aliquod in inueſtitura epiſcoporum.*
38 *Nominat ad prælaturas Andium regulus, & Alanconius nomine regis.*
39 *Nominationis regis ius ad electionem remiſſum.*
40 *Eligere qui non poſſint ad beneficia.*
41 *Eligi quæ perſonæ nequeunt.*
42 *Electionis peragendæ modus.*
Sepeliri debet mortuus antequam alius in eius locum eligatur. eod.
Electionis uocem quibus committere, & quomodo abſens poſſit. eod.
43 *Electorum iuramentum ante electionem.*
44 *Scrutatores electionis quomodo eligant.*
45 *Electionis publicatio bis fieri debet, & quomodo.*
46 *Epiſcopi intronizatio quomodo fiat.*
Electio quando ab electoribus iterari poteſt.

1 COmprehenditur uno capite & regula quæſtiu, qualiter & quomodo beneficia concedantur: nempe, ut canunica dentur,[e] id eſt, ſecundum præſcripta legum pontificalium. Nõ .n. omnes mudi poſſeſſiunis, ſeu melius detentionis beneficij, legitimi ſunt: & ideo quædam in geuere, quędam alia in ſpecie iu proba beneficiorum datione obſeruari operæpretium eſt.

2 Primum beneficium uacare debet, antequàm certum detur, putiſſimum ſi per ubitum alicuius:[f] ad euitandas ambitiones, & habendi impias cupiditates, uotumque imprubatum mortis captandæ, ſi de uiuentis bonis fieret donatio. Vt in iure etiam ciuili excuſæ ſunt etiam iſtę donationes bonorum uiuentium, & pacta de futura ſucceſſiune,[g] ut ſuo loco Deo fauente tradetur.[h] Et qui ſcienter paſſi ſunt, ſe iu uiuorum ſacerdotum locum poni, ab eccleſiaſtica communiune pelluntur,[i] & deponuntur:[k] niſi uiui iuſta aliqua ratioue depoſiti ſiut legitime:[l] uel impetrentur per incapacitatem, uel alio modo, quam per obitum. Huc tamen non pertiuent nominationes, academiarum reſeruatiunes, gratiæ, mandata, de quibus paulu ante dictum eſt, quæ dant aliquod ius ad beneficia uacatura; nam illa non ſunt proprie de beneficio perſunæ uiuentis, cũ non reſpiciant certum poſſeſſurem, & multa ſint genera uacandi alia, quàm per ubimm, per quæ poſſunt effectũ prouiſiones illę ſortiri. Nos autem de beneficio poſt mortem alicuius certi, & ex morte illius

3 obtinendo, agimus uunc. Et extat regula cancellarię 28. quæ dicitur de ueriſimili notitia, ad euitandas fraudes in beneficijs, & ut ambitioſis uia præcludatur, & conſcientiæ puritas adſit.[m] Qua cautum, ut impetrationes beueficiorum cuiuſcunque generis, non poſſint impetrari à ſummu etiam puntifice, ex obitu quarumcunque perſunarum: niſi poſt obitum, & ante gratiam ſeu impetratiunem, tantum temporis effluxerit, qđ interim uacationes ipſæ, de locis in quibus perſonæ prædictæ deceſſerint, ad eiuſdem

e c. 1. de regul. iur. in 6.

f cap. 2. & 3. de conceſſio. præben. c. ex tenore, eod. c. deteſtande, c. auguſtiæ, eod. in 6.

g l. ſ. de pact. C. l. ex eo, C. de inutil. ſtip. l. ſtipulat. hoc modo concepta, de verb. oblig. in F. cum ſimilibus.
h in ſucceſſio. ab inteſto.
i ca. 1. de conceſſ. præben.
k cano. in pri-mis, 2 q. 1 & ca no. cum qui, & can. non ſuſe, 7 q. 1.
l cã. eos 7. q. 1. can. poſtquam, 70. diſtinct.

m iſtæ rationes ponũtur in procę regu huius, dum publicata fuit à Inn. 8. ſum. pont. Gomeſ. in illã reg. in præfat.

eiuſdem pontificis notitiam uerisſimiliter po-
tuerint peruenire. Quæ regula recepta eſt in
Gallia pro lege, aduerſus quam nec Pappa in
regno diſpenſat, & ita iudicatum:[a] uno caſu dē
pto, nempe ſi qui mortuus eſt, ante reſignaue-
rit ſeu eiurauerit beneficium in fauorem eius
qui miſit Romam, & obtinuerit beneficium in
uim reſignationis cum clauſula, uel aliàs quo
uis modo uacet, etiam per obitum eiuſdem reſi
gnantis, & cum derogatione regulæ de uerisſi-
mili notitia. Nam tunc mortuo renunciāte an-
te impetrationem etiam breui tēpore, & ante
tempus quo fieri nequit, ut ueriſimiliter tunc
peruenerit notitia ad ſummum pōtificem mor
tis, tempore impetrationis, ualet impetratio il-
la per obitum, etſi per regulam 18. cancellariæ
de infirmis reſignantibus & morientibus intra
uiginti dies, renunciationem impugnet. Et ita
iudicatum ſæpe, eo quòd hic impetrans per re-
ſignationem & obitum iuſtum habeat princi-
pium, nempe reſignationem, quod tollit inſpi-
cionem captandæ mortis: facta tamen numera
tione dierum à tempore, quo quis ad curiam
ſummi pontiſ. arripuit iter, uſque ad tempus
prouiſionis uel admiſſæ renunciationis. Vtil-
lud tempus ſit legitimum, etſi à die illa itineris
cœpti non ſit ueriſimilis notitia obitus tempo-
re prouiſionis: ſi modo appareat tempore exhi-
bitæ procurationis uel die præcedente mortuū
eſſe renunciantem,[b] dolo & fraude, & alijs im
4 pedimentis ceſſantibus. Habetque locum hæc
regula de ueriſimili notitia in ordinarijs, ut nō
poſſint per obitum conferre, priuſquàm ueriſi
militer potuerint cognoſcere eum mortuum,
ob cuius mortem conferunt: eædem enim ra-
tiones in ordinario locum habent, quæ in ſum
mo pontifice. Et ita iudicatum Tholoſę in ſena
tu, & Pariſijs:[c] Idemque obtinere in legato
ſummi pontificis tradit glo. antiqua in prædi-
ctam regulam 28. Quia conuenit ſaluti ani-
mæ hæc regula, & iuri communi, ne captetur
mors alterius: ideo extendenda, & doli, qui in
fraudem iſtius legis fiunt, circumcidendi ſunt.
Quales hi, qui fiunt in curia Romana, ut cum
aliquando ueniente curſore, is obtinet quidem
ſignaturam, ſed & poſtea ſingulis diebus impe
trat alias: ut poſt obitū ueriſimili notitia mortis
habita, impetraſſe uideatur. Quod tū ſi delega-
5 tur, infirmandū ut in fraudem factum erit. Por
ro ueriſimilitudo illa metienda eſt ſpatio itine
ris, à loco ubi mortuus eſt, uſque ad locum ubi
collatio facta eſt, num ueriſimiliter nuncius
mortis eo tempore potuerit peruenire à die ue
ro obitus. Quare hic iudices locorum interſti-
tia perpendere debent, ſi poſſit ita celeriter nū
cius peruenire communi natura, uel ratione
expeditionis curſoris. Sunt enim aliqui curſo-
res, qui expeditius alijs itinera peruolant, dili-
gentiaque maiori perficiunt. Vt memorat Sui-
6 das,[d] Iudacum quendam fuiſſe ſub Leone Cæ
ſare Marciani ſucceſſore, læua manu robuſtio-
rem, ſed ualentiſſimis pedibus & celeritate præ
ſtantem, ueIociorem Euchide, Aſſopo, Chryſſo
manſo, & Echione, & alijs, qui celeritate pedū
celebrabantur. *Is enim*, inquit, *in eundo conſpi-
ciebatur, & rurſum euaneſcebat fulguris inſtar per
præcipitia, non currenti magis quàm uolanti ſimi-
lis, quam enim uiam, homo mutatis equis perfi-
cere non poterat, eam hunc pedibus ſuis perficere
7 aſſeverebant.* Narrat & idem Suidas,[e] Philippidē
curſorem nocte una mille quingenta millia-
ria perfeciſſe. Et[f] Heraclitum Perineum ob ce-
leritatem in admiratione fuiſſe: unde & pro-

a Pap. in Rhapſod. areſt. lib. 3. c. tit. 4. areſto. 2. & 3.

b ita iudicatū refert Papus, li. 3. tit. 4. Rhapſ. areſto. areſt. 2. & 5. Rebuffus, in §. declarantes, ad verb. iure prædicto de collat. in Concor. Et nota, quòd contrariū aliàs, iudicatū in Rota. Et hāc quæſt. late examinat Gomeſius, in regu. de veriſimili notitia, q. 3.

c Pap. d. lib. 3. tit. 4. atq. d. hoc etiam tenet, & diſputat, & ſoluit contrariam ſententiam in reg. de veriſim. notitia obitus, q. 1. Decius conſil. 398. incip. in cauſa domini, col. fin. Ioan. Franciſ. de Sancto Nazano de Ripa conſil. 2. poſitis in tit. de legib. & longa conſuet. Ante omnes gloſſator antiquus, prag. ſanct. tit. de collatio. in ver. facienda.

d Suidas, in Iudaco.

e Suidas, I. ſupra.

f Idem in ver. Marrw.

uerbium de uſura: *Θᾶττον ὁ τόκος ἠρακλέιτου περινθίου τρέχει*, id eſt, *celerius currit uſura Heraclito
Perineo.* Inuenit Theodoſius Imperator, teſte
Caſſiodoro,[g] quendam uirum, animo habitu-
que corporis fortiſſimum, qui tanta uelocitate
ueredos agebat, ut tribus diebus perueneriit ad
terminos Romanorum & Perſarum, & rurſus
8 totidem remearet Conſtantinopolim. Vult
conſtitutio Henrici 2. regis,[h] ut menſarij, quos
banquarios uocant, teneantur ſcribere in re-
giſtro diem & horam, quibus curſores benefi-
ciorum ad Romanam curiam, uel legatos im-
petraturi beneficia proficiſcuntur. Itaque ſi cur
ſorum probetur in indiuiduo diligentia, certe
ueriſimili notitiæ non erit locus, ſed ueritatiuut
puta, ſi doceatur tempore mortis in eo loco
curſorem fuiſſe, ubi mortuus, & tempore mor-
tis, & eundem curſorem ad locum, ubi impetra
tio facta eſt, peruenisſe: Ideo ueriſimilitudo ac-
cipitur hic, non de celeriore expeditione proba
ta: ut ſi aliquando aliquis eo peruenerit intra
breuiſſimum tempus, non etiam de ſegniore,
ſed quod fieri ut plerumque ſolet maritimo
uel terreſtri curſu diligenti, per curſores[i] pu-
blicos diſpoſitos, uel priuatos, permutationes
9 frequentes equorum. Quorum inſtitutum, &
antiquum, & utile eſt, quodque & tribuit Cy-
ro Xenophon,[k] Herodotus, Xerxi.[l] Sueto-
10 nius, Auguſto.[m] Demitur tamen ex ueriſimili
notitia, tempus quo dolo malo poſt mortem
beneficiatu, cadauer uel corpus eius celatum
eſt, nam ſi quis ita celauerit, ut interim poſſet
Romam mittere ad impetrandum beneficium
mortui per obitum, & præuenire ea arte ordi-
narium, non recipitur impetratio, niſi à tempo
re, quo cognitus fuit obitus, & ita iudicatum.[n]
Ne quis ex ſuo dolo lucrum conſequatur.[o]
Quod & arbitror uerum, ſiue is qui obtinuit, ita
reticuerit in fraudem, ſiue ex fraude illa, alius
11 obtinuerit: aliter non.[p] Accedit ad ſuperiora
alia regula cancell. 20.[q] per quam ſtatutum,
ut ſi quis ſupplicauerit ſibi de beneficio quocū
que, tanquam per obitum alicuius licet tunc
uiuentis, uacante prouideri, & poſtea per obi-
tum eius uacet prouiſio dicto ſupplicanti per
obitum huiuſmodi de nouo facienda, nullius
12 ſit roboris uel momēti. Ergo ſi beneficium im-
petretur, uel conferatur per mortem alterius,
oportet conſtitiſſe de mortē eius: in alijs etiam
conſerendis oportet uacent, antequam confe-
rantur. Cum uiuentes alioquin ſuo iure nō ſint
ſine cauſa, uel facto ſuo priuandi.[r] Et reſcripta
principum, uel aliorum cenſentur conceſſa ſi-
ne præiudicio alterius,[s] etſi preces ueritate ni-
13 tantur.[t] Deinceps beneficia dari pure palam,
liberè, & ſine diminutione:[u] purè, id eſt, ſine pa
cto & conditione,[x] ne ſimonia locum habeat,
quàm puniri ualdè diximus in criminibus,
14 dum de ſacrilegio egimus. Si palam non fiat,
ſuſpecta eſt collatio in illis, in quibus de frau-
dē dubitari poteſt,[y] in alijs nequaquam dum-
modo teſtibus præſentibus fiat, & ſecretario,
uel duobus præſentibus tabellionibus, ut cau-
tum fuit ſenatuſcōſulto Pariſienſi anno 1547.
15 7. Iunij.[z] Quare & lata eſt regula cancellariæ
34. de publicandis reſignationibus, ad unguē
in Gallia obſeruata:[a] qua cauetur, ut renuncia
tio beneficij facta in curia Romana, publice-
tur in loco beneficij intra ſex menſes: ſi extra
curiam, intra unum menſem, à tempore bul-
læ expeditæ, non à tempore conſenſus procu-
ratoris reſignantis ad expeditionem illarum
computandos, & intra id tempus is, cui re-
nuncia-

g Caſſiod. libr. 14. ſacræ hiſtor.

h Conſtit. Henric. 2. de la reformation des prouiſions des benefices, anno 1550. menſe Iunij artic. 8.

i hoc explicat, Gomeſ. in d. regul. de veriſim. noti. q. 5.

k Xenoph. li. 8. Cyroped.

l Herodot. in Vrania.

m Suet. in Auguſto.

n Pap. libr. 3. Rhapſo. areſt. ti. 4. art. 4. & tit. 10. art. 1.

o c. ſedis apoſtolicæ, & c. ex tenore, de reſcript.

p argum. l. ſi quis aliquid teſtari prohib.

q hanc fuſè explicat Gomeſ. in reg. de impetrantib. benefi. via uiuēt. Fel. in ca. ſi nostra, in 17 ... de reſcript. De Selua in tra. benefic. p. 3. q. 12.

r reg. 6. cancellariæ, de non ... quæſi... aliter ... l. 5 ſi quis à principe, ... in loco pub. ... C. de emancip. c. quanto, & c. ſi propter, de reſcri. in 6. etiā ſi motu proprio conceda... gl. in clem. ſi Romanus, de præbend. facit l. 2. & l. reſcripta, de pr... impet. offer. C.

t l. ſi de diuer. reſcrip. lib. 1. C. tit. 26. c. 2. de reſcrip. ap. G. c. & tot. titul. de eccl. benef. ſine quaq. diminut. conſe. c. de monachis, c. audiuimus, de præb. c. gratis, c. prohibemus, de cenſib.

x c. fi. de pact. c. cū pridē, cod. cau. quam pio, 1. q. 2. cano. per laicos, 10. q. 7.

y c. uni. § porrò, vt eccl. benef. ſi. l. non exiſtimo, de admi. eiſt. tuto. cano. clericus, 21. diſtinct.

z Rebuff. in rubri. de collatio. in concord. in 4. editio.

a Idē in Prax. benef. p. 3. rub. de regu. de publi. reſig. vbi etiam adfert, pluraque ſenatuſconſulta ſecundū eas collecta, ap. Papō. lib. 3 tit. 1

nunciatum eſt, adipiſcatur poſſeſſionem, alio-
qnin ſuppreſſio illa collationis ſeu renuncia-
tionis præſumitur fraudulenta. Et ſi poſt ſex
menſes, uel unum, & ante publicationem reſi-
gnans moriatur in poſſeſſione, beneficium di-
catur uacare per eius obitum, nec ex renuncia
tione ius competat. Obſeruandum tamen hãc
regulam locum habere, ſi poſt unum uel ſex
menſes reſignans moreretur, & poſt mortem
uellet in uim renunciationis reſignatarius uti
titulo. Nam ſi poſt unum aut ſex menſes vi-
uat reſignans, nihil intereſt quo tempore pu-
blicet eiurationem, etiamſi poſt triennium uel
amplius publicata fuerit, dummodo uiuente
reſignante publicetur, ut ſæpe indicatum fuit.[a]
16 Sic electiones clandeſtinæ reprobantur.[b] For-
ma publicandi reſignationes & prouiſiones
ſeu collationes beneficiorum in conſtitutione
Henrici 2. 23. Iulij anno 1550. titul. *de la refor-
mation des prouiſions des benefices, notaires apo-
ſtoliques*, &c. artic. 13. & 14. Vt ſi de beneficijs
collegialium eccleſiarum agatur, fides fiat ade
ptionis poſſeſſionis per ſecretarium ſeu ſcri-
bam capituli: uel in refutum capituli, per nota
rium cum duobus teſtibus. In alijs autem, ut
fiat publicatio in ſuggeſtu eccleſiæ beneficij,
in mercatibus, & conuentibus publicis illius
loci, aut per inſinuationem factam quæſtori-
bus ſacris eccleſiæ, operarija, parochianis: uel
etiam inſinuatis titulis collatoribus ordina-
17 rijs, & patronis. In ſumma formulæ acquiren-
dorum beneficiorum duæ ſunt, ad quas aliæ
referri poſſunt: nempe electio & collatio, quæ
inſtitutio aliquando dicitur.[c] Electio locum
habet in prælaturis collegiatarum eccleſiarũ,
18 fitque ab ipſo collegio ſeu capitulo.[d] Vnde ſe
cundum Goffredum, electio eſt, alicuius perſo-
næ idoneæ ad dignitatem uel ſocietatem, ſoda-
litiumve factum canonice, & ſeruata forma,
facta uacatio.[e] Electio complectitur poſtula-
tionem & nominationem, & ſine his factam
uocationem, quæ electio dicitur: & magis la-
te & impropric collationem, quandoque &
præſentationem.[f] Poſtulatio ab beneficia eſt
præparatiua electionis.[g] Atque prout in re be-
neficiaria accipitur, omiſſis alijs poſtulationis
19 acceptionibus. Poſtulatio eſt concors capitu-
li, uel aliorum petitio, ſuperiori facta de pro-
mouendo aliquem in prælaturam, qui propter
aliquod impedimentum uel defectum, quo ta-
men poſtulatus omnino non eſt inhabilis, iure
20 communi eligi non poterat. Poſtulant qui eli-
gere poſſunt, omnes, uel maior eorum pars &
ſanior:[h] qui poſtulatione ſemel ſuperiori præ-
ſentata, non poſſunt reſilire ab ea, ſed ſuperio-
21 ris expectant reſponſum.[i] Habetque admiſſa
poſtulatio uim electionis, ut alia opus non ſit.
poſtulatione admiſſa ab eo, qui ius confirman
di habet.[k] Sola tamen poſtulatio ius non tri-
buit poſtulato: quia poteſt improbari ſeu reij-
ci per ſuperiorem, ſi illi uideatur: & ſi appro-
bet, id ex gratia pendet, & fit.[l] Niſi forſan is po
ſtulatus ualde ſit idoneus, & ſuperior ſuperio-
rem habeat, ad quem recurri poterit, ut eius po
22 ſtulationem cogat eum admittere.[m] Poſtulan
tur autem, ut ſinitio notat, quibus oportet ſup-
pleri ut poſſint eligi, quendam defectum eius
quod deſideratur in electo, ut ætatis,[n] nataliũ,[o]
quod ſit alterius diœceſeos clericus:[p] non au-
tem ſi emendatio uitij uel incapacitatis omni-
23 no poſtuletur.[q] Ideo ſit hæc regula firma po-
ſtulationem ei ſuperiori fieri tantum, qui poſ-
ſit ſupplere, & ita diſpenſare & gratiam face-
re, aliter inutilis eſt. Veluti clericus à ſuo præla
to ab altera diœceſi peti debet,[r] ſic in ſimilibus.
Neque ante admiſſam poſtulationem, poſtula
tus ut electus ſeu inſtitutus recipiendus eſt: a-
lioquin electores, qui id commiſerunt priuan-
24 tur poteſtate eligendi.[s] Nominatio, eſt duo-
rum, trium, uel plurium ut idoneorum electio
nis cauſa, delectus,[t] & expreſſio. Nominatio
certitudinem perſonarum, uel per nomen &
cognomen, uel alio modo, ut intelligantur, ſi-
ne dubio demonſtrat.[u] Dico, duorum uel plu-
rium: quia & unus interdum poteſt nominari,
ſed illius nominatio eſt potius electio, ex qua
acquiritur ius aliquod nominato.[x] Sic hodie
rex ex conuentionibus Gallicis debet nomina-
re Pappæ unum grauem magiſtrum ſeu licen-
tiatum in theologia, aut iurium doctorem, aut
in altero iurium licentiatum, & legitimæ æta-
tis, ad prælaturas & alia beneficia maiora ele-
ctiua,[y] iuxta formam c. quia propter, de ele-
ctio. Huiuſmodi nominatio eſt, ea electio, quæ
ſit tractatu & deliberatione ante habita in creã
do rectore, & decurionibus:[a] quæ tribuit ius
licet aliquando non ſit perfectum, ſi confirma
tio petenda uel appellatio ſit interpoſita: ut ex
cauſa, poteſt aduerſum nominationem interce
25 di.[a] Nominant academiæ ad beneficia ut ido-
neos, plures graduatos, quibus debentur ea be
neficia, quæ certis & definitis menſibus ua-
cant,[b] ut etiam ante diximus. Ideo horum no-
minatorum nominatio dicitur ius quoddam,
nominato legitime qualificato, beneficia cer-
to tempore ei præſtituto uacantia, petendi &
acceptandi, competens, ut definit & explicat
26 Rebuffus.[c] Poſtulatio affinis uidetur nomina-
tioni: quia ut plerumque ante præſentatam v-
tráque, in utraque admittitur uariatio, poſtea
neqnaquam.[d] Sicut nec electione publicata,
eandem non licet mutare electoribus.[e] Ta-
men in poſtulatione pro defectu aliquo, & u-
nius fit delectus, & præſentatio in nominatio-
ne plurium uel duorum, inter quos & primo
nominatus cenſetur dignior:[f] quibus nec po-
27 ſtulatio conuenire poteſt.[g] Electio ex modis
legitimis præcipuus eſt, quo beneficia confe-
runtur: nemo enim ſibi ſumere debet hono-
rem, niſi uocatus à Deo, tanquam Aaron.[h]
Fitque ex pluribus: nam ubi unus tantum, uix
28 electio ſaltem proprie dici poteſt.[i] Vocatio
porro hæc legitima, in triplici forma eſt.[k] An
tiquior eſt per ſpiritus ſancti inſpirationem,
quæ imitatur Dei, Domini noſtri Ieſu Chriſti
electionem diſcipulorum & apoſtolorum.[l] Et
eam, quam, apoſtoli undecim de duodecimo
in locum Iudæ Iſcariotidis[m] fecerunt. Hæc
uidetur ea eſſe, in qua omnes eligentes commu
niter in electione ſine uitio celebrata, in unum
conſentiunt:[n] nempe tractatu prius habito.
Quemadmodum unanimes Chriſtiani elege-
runt ſeptem diaconos, tempore apoſtolorum:[o]
& ipſi eccleſiæ maiores Paulum, & Barnabam,
29 Silam & Iudã.[p] Secunda electionis forma per
uiam ſcrutinij,[q] in qua moris eſt omnibus eli-
gentibus in unum conuocatis, ab ijs tres deligi
ex collegio, qui exquirant ſeu ſcrutentur uota,
ſingulorũ ſeparatim, & ſecreto, eaque per ſe vel
tabellionem ſcribant, & poſtea publicent, pu-
blicata conferant, & numerent uota. Quibus
peractis, unus de capitulo omnium nomine
ſeu capituli, per uerba numeri ſingularis eli-
git[r] eum, in quem maior & ſanior pars capi-
tuli conſenſit:[s] non quem minor pars ele-
git, quamuis maior pars poſtea ſubſequentem
conſenſum

a Pap. lib. 3. Arreſt. ti. 1. arreſt. 2. & 6. Roman. conſ. 393. inci. Quoad primũ, col. 3.
b ca. quia propter, § fin. de elect.
c ca. cum in illis, de præb. in 6. ca. authoritate, de inſtitut.
d c. 1. c. ne pro defectu, de elect. c. cum pro eccleſia, de cau. poſſeſ. § 1 de elect. in prag. ſanct.
e accedit limitatio ca. vni in ver. vera, de poſtul. prælat. in 6. & probat ca. cũ in cunctis, c. cũ eccleſia Vulterrana, c. quia propter, de electi. c. cum olim, de arbit.
f Feder. de Senis, conſ. 70. in cap. Factum eſt tale, col. fi. Rochus tracta. de iur. patr. col. 6 facit c. cum eccleſia Vulterrana, de elect.
g colligitur ex c. 1. de poſtul. prælat. in 6 ex c. innotuit, c. 3 e. de elect. ap. Greg.
h c. 3. de poſtu. prælat. ca. innotuit, § fin. de elect. arg. can. 6. & 1. 65. diſt.
i ca. bonæ memoriæ, in 2. de poſtul. prælat.
k Hoſtienſ. in ſum. in d. ti. de poſtul. præl. in § quis ſit effectus, per d. c. innotuit. § fin. de electi. c. bonæ, in 2. § fi. de poſtula. prælat. & 10. 93. diſt.
l c. 1. & pen. de poſtul. prælat.
m gl. in c. 1. in verb. quam gratiam, eo. per c. nullus, de iure patro.
n c. cum nobis olim § pen. & § de elect. e dum, in 2 § fi. eo. tit. c. à multis, de ætat. & qualit.
o ca. innotuit, § fi. de elect.
p ca. primatus, 71. diſt.
q ca. 1. & 2. de poſt. prælat. ca. ſcriptum eſt, de elect.

r cano. literas, 63. diſt. can. eleſtionis, 26. diſtin. can. fraternitatẽ, 71. diſt.
s ca. bonæ memoriæ, c. 25. de elect.
t can. 1. 85 diſt. Archid. in cap. nullo, de elect. in 6 & ca. quanto, col. 2. 63. diſtinct.
u l. 1. & ſeq. de lib. & poſth. in F. l. ſcriũ, ſi ſecer. pet.
x l. cum olim, de in iudic. gl. in ca. quanto, 63. diſt. & in c. contra, 16 q. 7.
y § 5. de reg. ad præla. nomina.
a vt in § pertinere, vt iudi ſi non quoq; ſuſcipt. in auth. d. l. nominationes, C. de decur. li. 10 tit. l. de pactis nominatio. eod. lib.
a vt in l. cui ſi ſupp. inimic. fac. 5 in creo li. 10. C. l. vni. de potio. ad nume. nominatio. eo. li. C.
b § volumus, & § præterea, & § innuerũ, de coll. in concor.
c Reb. in tract. nominat. q. 4. & ſeq. & probe tus per d. § pręterea, § præfatique ordinarij, de collat.
d c. bonæ, in 2. de poſtu. prælat. Calder. conſil. 5 incip. An nominatus, rubr. de elect. Barth. ſocl. ſolenn. de donat. in P.
e c. publicato, de elect.
f c. quorundã, de elect. in 6.
g cap. 1. de poſtul. prælat. in 6. ca. innotuit, de ele. ap. Greg.
h ca. qualiter, de elect.
i Panor. in ca. cũ eccleſia Vulterrana, nota. n. de elect. ca. 1. eod. c. cum cõgregarn, 16 q. 1.
k ca. quia propter, 42. diſtin. cap. quia propter, de elect.
l Matth. 10. Luc. 6. Marc. 3. & 6.
m Actuum, 1.
n ca. quia propter, § ordi. de concel. præbẽ.
o Actuum, 6.
p Actuum, 13.
q d. c. quia propter.
r ca. ſicut, c. 21. de electio. in 6.
s c. dudum, & ca. eccleſia vẽtra, de electione.

conſenſum ratificauerit.[a] Nam ratificatio con
ſenſus in electione tantum recipitur in his, quę
pręcedunt & ſequuntur electionem,[b] non quę
ipſam reſpiciunt: in ſingulari enim conſenſu
30 diuiſio uidetur ineſſe. Tertia eligendi forma
compromiſſi, quando per compromiſſum ali-
quibus iure idoneis clericis[c] conceditur eli-
gendi poteſtas:[d] uel determinate, ueluti ea le-
ge, ut compromiſſarij eligant ſecundum uota
ſingulorum, quæ ſcrutari tenebuntur,[e] aut a-
lio modo: uel abſolute compromiſſo in eos fa-
cto. Qui per unum quoque electionem decla-
rant[f] eius, qui uicit numero uotorum.[g] Nec
reuocari poteſt hæc poteſtas compromiſſis da-
ta re non integra.[h] Sicut & perfecta à compro
miſſarijs electione, compromittentes tenen-
tur admittere electum ab illis, niſi contra for-
31 mam compromiſſi appareat electum.[i] Iſta-
rum trium electionum formula una neceſſa-
rio adhibenda eſt in prælatis, & epiſcopis eli-
gendis: in minoribus autem beneficijs electi-
uis, iſtæ ſolemnitates ad unguem ſequendæ nõ
ſunt, ſed ſufficit maiorem partem & ſaniorem
eorum, qui eligere debent, conſenſiſſe in ele-
32 ctum.[k] Omnibus ſcilicet electoribus conuo-
catis: nam facta electio non uocatis omnibus,
etiamſi unus tantum omittatur, irrita eſt.[l] Qua
non obſtante poterit fieri ſecunda electio.[m] Et
ita uocandi illi, qui commode uocari poſſunt,[n]
ut qui ſunt in prouincia:[o] niſi periculum ſit in
mora, ſi prouincia latius pateat, quàm expecta
ri uocandos patiatur eligendi neceſſitas,[p] ut
quia tempus ad eligendum poſſet elabi.[q] Ad-
hibendaque erit & conſuetudinis in eligendo
antiqua obſeruatio, num uocentur abſentes.[r]
33 Sicuti & quando de loco, ubi fieri ſolita eſt e-
lectio, quæritur:[s] quamuis honeſtius eſt fieri
34 in eccleſia.[t] Erant antiquis etiam conſuetudi-
nes aliæ circa electiones, ut fierent uel ſcriptis
breuibus, ut apud Occitanos:[u] uel ſorte, ut ele-
ctus fuit D. Mathias: prohibita deinceps in ec
cleſiaſticis electionibus.[x] Exemplaque inſpi-
ratione diuina perfecta, in conſequentiam tra
hi non debent, ut deinceps temerariæ & caſua-
li committantur improbitati, etſi in litibus di-
rimendis, & ubi æqua iura concurrunt, pacis
35 cauſa permittantur aliquando ſortes.[y] Breui-
ter per anacephalæoſin, in electionibus conſi-
derabimus beneficia uacantia, perſonas, & a-
ctum eligendi. Beneficia debent eſſe electiua,
non alterius generis: rurſum, maiora electio-
num aliquam formulam; c. quia propter, de e-
lectio. exigunt, alia non tantam. In Gallia
electiones ad prælaturas ſublatæ ſunt, & poſtu
lationes, & ius eorum ad nominationem re-
giam translatum eſt:[z] in alijs aliquando re-
cepta. In perſonis conſideramus eligentes,
& eligendas, ut ſint idoneæ. Quibus porro
non inhibetur electio expreſſe, permiſſa eſt:
Prohibetur itaque laicis, etiam regibus & prin
cipibus in beneficijs.[a] Aliquando tamen pro-
pter ſchiſmata & ambitionem eccleſiaſticarũ
perſonarum, & ob populi temeritatem, & du-
ram ceruicem, & odium in eccleſiaſticas per-
ſonas, potiſſimum naſcente eccleſia, cleri &
populi adhibitus eſt conſenſus & teſtimo-
nium, ut omnibus epiſcopi & clerici proba-
rentur:[b] ut alibi ſuperiori libro diximus in
36 epiſcopo. Sic apud Ethnicos pontifex maxi-
mus, & rex ſacrificulus, & Flamines à populo
creari ſeu electi, pontifex quidem, tributis co-
mitijs: rex, centuriatis: Flamines, curiatis: tum
quum reliqui ſacerdotes à collegijs cooptaren
tur. Quos omnes poſtea Cneus Domitius ad
comitia populi tributa tranſtulit anno ab ur-
be 651. Mario & Oreſte Coſſ. Cuius legem poſt
à Sylla ſublatam, & iterum à Tito Labieno
trib. pleb. Cicerone conſule relatam, iterum
M. Antonius cõſul, poſt Cæſaris Dictatoris ne
cem abrogauit. Qua in ſequenti anno, una cũ
cæteris Antonianis legibus, ſenatuſconſulto
ſublata, res iterum ad populi comitia rediit.[c]
Poſt deceſſum Iulij Cæſaris, inquit Dio,[d] *ueritus
Lepidum M. Antonius, ne in actiones ſuas inquire-
ret. Pontif. Max. conſtituit: quod ut facilius effice-
ret, electionem ſummi Pontificis iterum à popu-
lo ad Pontifices tranſtulit.* Author Dionyſ. Ha-
licarnaſſeus,[e] ex lege Romuli cautum, ut à cu
rijs ſingulis ſacerdotes eligerentur. Et hoc ip-
ſum inter Chriſtianos aliquando populo ali-
quo modo conceſſum diximus. Verum paulo
poſt rerum experientia docuit, quantum corru
ptionis, & uanitatis, & temeritatis eſſet in popu
lo: & ideo nec eius uoces eſſe admittendas pla-
cuit,[f] neque eius requiri conſenſum, niſi for-
ſan poſt electionem, ut probet, admittatur.
37 Principibus aliquid iuris ex priuilegio & pro-
pter beneficia in eccleſiam apoſtolicam con-
ceſſa, indultum eſt, potiſſimum Gallicis, ut ar-
chiepiſcopi electi & epiſcopi, ſuarum prouin-
ciarum ab illis inueſtituram acciperent.[g] Ve-
que occurreretur hæreticis, & tumultibus, ne-
ve præponerentur illis inſcij, qui regno inſi-
diari poſſent. Hoc ipſum priuilegium & ad Hiſ
paniarum regem prorogatum.[h] Verum ele-
ctio illis partim adempta, partim ab illis, ſpon
te eiurata,[i] & canonicis, capitulo, & religioſis
eccleſiarum conceſſa:[k] legibus illis impoſita,
& formulis ex uarijs capitulis, de quibus ante
dictum eſt, & nuperrime ex concilio Baſilienſi
titulo de electio. Quibus tamen derogatum in
Gallia concilio Lateranenſi, concordatis ſum-
mi pontif. & regis, in prælaturis, tit. §. 1. de re-
gia ad prælatu. nominat. non in alijs electiuis.[l]
38 Et hodie eũ reguli Andium, & Alenconius
hac nominationis prærogatiua utuntur in ſuis
ditionibus, regis permiſſu, ſed ita, ut huius no-
mina ac poſtulatione diploma pontificum po-
39 ſtuletur.[m] Ceſſerat & hoc ius nominationis
rex Galliarum in conſtitutionibus comitiorum
Aureliæ habitorum art. 1. epiſcopis, & archie-
piſcopis, quibus permiſſa electio, nempe ut ua
cante epiſcopatu nominarentur per archiepiſ
copum prouinciæ, capitulum, per 22. nobiles
electos ab uniuerſis diœceſeos nobilibus, & per
duodecim ciues delectos à reliquis ciuitatis e-
piſcopalis ciuibus, uel archiepiſcopalis, ſi de ar
chiepiſcopatu ageretur: & per alios eius archie
piſcopatus epiſcopos, in unum coactos, nempe
tres uiri idonei & ſufficientes regi, qui ex illis
unum nominarent ſummo pontifici. Verum il
la conſtitutio malo maximo regni contemni-
tur, & ſine electionis huius formula rex, ut an-
40 tea, nominat ſum. pontifici prælatos. Sed hæc
nominatio alterius iuris eſt, quam electionis,
in qua id firmum, laicos non poſſe eligere, nec
hæreticos,[n] ſuſpenſos,[o] quibus interdictum
ne eligant abſque ſuperioris authoritate.[p]
Qui ſemel indignum ſcienter elegerunt, non
repetunt etiam electionem.[q] Nec eligunt
negligentes, poſt tempus eligendi elap-
ſum.[a]

a cap. auditis, capit. 20. eod. argum. cano. quanto, & cano. plebs, 63. diſtinct. cano. ſicut, q. 1. ca. in Geneſi, ca. quia propter, de electio.
b clem. ineam ſin. de elect. ca. cum dilecti. § uerum, de electi. cap. bonæ, in 2. § fin. de poſtul. præl.
c cap. cum contingat, de arbitris.
d d. cap. quia propter, de electio.
e cap. cum dilecti, eod. cap. cum expediat, eod. in 6.
f cap. ſicut, in 2. de electio. in 6. cap. cum ab omni, & ſe in. dic. in 6.
g c. ſi cui, cap. 23. de electio. in 6.
h capi. in cauſis, cap. 30. de electio. apud Grego.
i cap. cum dilectus, cap. 21. eod.
k gloſ. in d. ca. ſi cui, de elect. in 6. in verſic. conciliorum.
l ca. bonæ memoriæ, in 2. ca. 36. capi. quod ſicut, capi. venerabilem, de electio. apud Greg. cap. cum olim, de arbit. ex abſentibus, 63. diſt.
m cap. conſlituimus, de appella.
n ca. in Geneſi, capi. bonæ memoriæ, de elect. cap. cum in eccleſijs, ca. 31. de præben. in 6.
o d. cano. quia propter, vide can. factum eſt, 7. q. 1.
p § cum inter uniuerſas, de electio.
q ut in cap. ne pro defectu, de electio & ſacr. ſup.
r gloſſ. in cap. cum dilectus, cap. 31. in verſic. in prouincia, de electio.
s cap. cum terra, de electio. cap. audiuimus, capit. in Geneſi, eod. titul.
t capitu. quæ fronte, de appellat.
u Boer. quæſt. 3. numero, 8. & 10.
x capitul. ſin. de ſort. le & ibi Doctores, libr. 5. Decretal. titul. 21. cano. non ſtatim, & cano. non exemplo, 26. quæſt. 2.
y l. ſi cum uno, famil. erciſcun. in P l. ſi qui ſunt, C. communi. de lega.
z § 1. de regul. ad prælat. nominat.
a canone nequis deinceps, 16 quæſtione, 7 capitulo, Meſſana, de electio. capitulo, laici, capitul. nullus, capit. Adrianus, capitulo, Valentinianus, 63. diſtinctio.
b capitulo, plebs, & canone ſequenti. capitulo, final. 63. diſtinct. c. in nomine 23. diſtinct.

c Vide Manutium, in ſuo li. de legib. & Carol. Sigon. lib. de antiq. iure ciuium Romano cap. 9.
d Dio. Caſſ. li. 44. hiſto.
e Dio. Halic. lib. 2.
f c. 2. de elect. ca. ſi ergo, 8 q. 1 cap. decernimus, 16 q. 7. l. decernimus. C. de pæn.
g cano. Adrianus, & ſeq. 63. diſt. ca. hinc eſt etiam, 16. q. 1.
h can. cum longe, 23 diſt.
i c. ego Ludouicus, ead. diſt.
k cano. ſacrorum, eod.
l Rebuff. in §. monaſterijs, in ver. capitulis, de reg. ad prælat. nomina. in concord.
m Chopin de doman. libr. 2. titu. 10.
n can. ſi. 9 q. 1.
o c. cum dilectus, § quia verò, de conſuetu. capitu. cum bono, de ætat. & qualit.
p c. fin. de electio.
q cap. cum in cunctis, cammo nis, de elect.

ſunt.[a] Item nec excommunicati maiori excommunicatione,[b] aliter ſi tantum minori:[c] item interdicti,[d] uel qui ſcienter ſine priuilegio in loco interdicto celebrantur.[e] Pupilli[f] in eccleſijs cathedralibus, qui non ſunt ſubdiaconi, non habent uocem in capitulo, uel in electione:[g] nec in eccleſijs regularibus, qui regulam expreſſè uel tacite profeſſi non ſunt:[h] nec conuerſi:[i] non procuratores nomine abſentis iuſte impediti, ſi habeat uotum
41 ſcriptum, aliter contra.[k] Perſonæ autem quæ non poſſunt eligi, generaliter illæ ſunt quæ beneficia illa, ad quæ eliguntur, poſſidere nequeunt. Sic non eligitur illegitimus,[l] excommunicatus maiori uel minori excommunicatione,[m] laicus,[n] ſuſpenſus, interdictus,[o] aliàs ex uitio reprobatus,[p] neophytus ſeu non profeſſus, ſi de regulari eccleſia agatur:[q] In epiſcopatu tamen eligi poteſt uniuſtior.[r] Neophytus tamen in fide, qui nuper fidem amplexus eſt Chriſtianam,[s] In epiſcopum eligi uel ordinari non debet, ne in ſuperbiam eleuetur.[t] Nec is qui morbo contagioſo laborat incurabili:[u] plura habens cum electiuo incompatibilia beneficia:[x] qui non eſt de eadem ſocietate & collegio, ſeu, ut dicunt, de gremio eccleſiæ uacantis, ſi in ea ſint idonei:[y] Hoc tamen de honeſtate, non de neceſſitate: nam & de alio idoneo electio facta ualet.[z] Non eligitur rurſum illiteratus in epiſcopum,[a] non concubinarius,[b] & ex concilio Baſilienſi qui actualiter, ut dicunt, id eſt, re ipſa in ſacris ordinibus non eſt conſtitutus.
42 Modus eligendi, & actio ex formulis conſtat: ſed explico breuius; primum debet uacare eccleſia, & uidua eſſe paſtore,[c] & paſtor qui deceſſit ſepeliri, ante enim electio facta non ualet.[d] Dehinc intra tres menſes ad electionem perueniendum.[e] Debent in ea adeſſe qui ex capitulo uel collegio, & alij qui adeſſe ſolent:[f] & ſi quem alium capitulum uelit uocare, qui de iure intereſſe non poteſt,[g] una oportet electores conuenire.[h] Ideo qui in loco, uel ciuitate, ubi electio facienda eſt, degunt, uocantur uel citantur ad ſonitum campanæ,[i] uel more ſolito, quo congregatur capitulum. Abſentes canonici uocantur, ut in actu alio capitulari.[k] Quidam ſecundum tempus & loci intercapedinem in prouincia exiſtentes, uocantur ad diem certam, & expectantur: ſi mora iuri electionis non præiudicet, & ſi commodè uocari poſſint,[l] idque per litteras, uel per nuncium fit,[m] monitione facta ut ad electionem ueniant die & loco certis. Si non ueniant abſentes iuſto impedimento prohibiti, uel ſine iuſto, conſentientibus alijs canonicis poſſunt per litteras abſentes uoces ſuas committere:[n] ſi modo committant uni de capitulo:[o] nam extraneo non poſſunt inuitis canonicis præſentibus.[p] Dico autem poſſe uoces abſentes per litteras committere, non per litteras dare uel exprimere.[q] Conuenientes itaque hoc modo, legitimi electores, & eorum procuratores, in eccleſia, ibi Spiritum ſanctum inuocent:[r] & concilium Baſilienſe ideo audire debere eoſdem primum miſſam de ſpiritu ſancto tradit.[s] Quem humiliter inuocare debent, ut dignum paſtorem poſſint eligere.[t] Et proinde requirit eſſe eoſdem contritos & confeſſos, & ſacramentum Domini noſtri Ieſu Chriſti corpus præſumpſiſſe. Ingreſſi conclaue, debent tractatum habere de modo futuro electionis, an per uiam compromiſſi, an ſcru-
43 tinij, aut ſpiritus ſancti ſit facienda. Et ex concilij Baſilienſis forma iurabunt in manibus eius, qui capitulo præſidebit, ipſeque præſidens in manibus eius, qui proxime eum ſequitur: quod promittant Deo & ſancto, ſub cuius nomine dedicata eſt eccleſia, ſe electuros, quem credent futurum eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus utiliorem, nec promiſſione, uel datione alicuius rei temporalis, uel prece, aut aliter qualitercunque directè uel indirectè ſecturos. Dehinc procedendum ad ſcrutinij uel compromiſſi formulas, uel uia Spiritus ſancti,
44 ut ſuperius dictum eſt. In uia ſcrutinij tres ſcrutatores de capitulo,[u] plures uel pauciores, dum tamen unus ſolus non ſit, conſtituendi ſunt, & de eo conſcribi debet inſtrumentum publicum.[x] Subinde ſcrutatores ſecedent ad angulum eccleſiæ, uel loci,[y] eo ſeparatim compellant ſingulos uocem habentes, incipientes ab eo, qui primam habet electionem.[z] Ibique quemlibet moneant, ut ſemotis odio, timore, amore, pretio, prece,[a] in eum conſentiant, qui magis eccleſiæ utilis, & idoneus uidebitur, adiurante ut id faciat per Deum omnium, & Sanctiſſimam Trinitatem, patrem, filium, & Spiritum ſanctum, ſub animæ ſuæ periculo. Reſpondetque tunc quilibet examinatus; credo talem eſſe meliorem, & eum nomino & eligo in paſtorem. Et hæc omnia in formam publicam redigantur. Poſtea ſcrutatores inter ſe conferre debent de meritis eligendi quæ uiſa ſunt canonicis, collatione facta numeri ad numerum, zeli ad zelum, eligere debent eum, in quem maior pars capituli conſenſiſſe uidebitur.[b] Atque canonici ſinguli ſe debent ſubſcribere inſtrumento electionis ſcrutatorum. Qui poſtea publicant electionem, uel nomine ſuo iubent publicari ca-
45 pitulo. Publicatio porro electionis bis fieri debet, in capitulo coram canonicis,[c] & iterum pulſata campana ibidem per unum ex ſcrutatoribus publicatur coram clero & po-
46 pulo ad pulſum campanæ conuocato.[d] Hac peracta, decantari debet hymnus, *Te Deum laudamus*. Decantato hymno, epiſcopus, ſi præſens eſt, ad altare portatur eccleſiæ cathedralis, & ibi in cathedra epiſcopali conſtituitur.
47 Niſi electus conſentire recuſet electioni, uel poſt conſenſum renunciet[e] iuri ſuo, aut forte diem claudat extremum, aut propter occultum eius uitium antea irritetur electio: quibus caſibus, electores, qui iam functi erant officio ſuo infra iuris terminum eligendo, habebunt à diſſenſu, renunciatione, morte, uel irritatione, ac ſi uacatio noua eſſet, tempus integrum ad aliam electionem celebrandam.[f]

a c. ne pro defectu, eod.
b capit. conſtitutus, de appell.
c cap. final. de cleri. excommun.
d c. cùm inter, de elect.
e cap. is qui, de ſentent. excom. in 6.
f capit. ex eo, de electione, in 6.
g capit. ut hi qui, de ætate & qualitat. in clement.
h capit. ex eo, de electione, in 6.
i Federic. conſil. 167. per cap. erit Chriſtus, ibi uos & conuerſi, quod eſſet fruſtratus, & c. de ſeruitutib.
k cap. ſi quis, de electione, in 6.
l capit. cum in cunctis, de electione cap. inuenit, eod.
m cap. ne contemnatis, in 1. ad appell. capitu. final. de cleric. excom.
n capit. quiſquis, de elect. niſi in cauſa, cano. ſtatuimus. §. 1. 62. diſtinct.
o capitu. 1. de poſt præl. capi. cum dilectus, de conſuetud. capit. cùm inter, de elect.
p capitu. gratum, de poſt. prælat. capitu. ſuper eo, de electio.
q cap. cùm cauſam, cap. cùm in magiſtrum, cap. ad noſtram, de election. capit. nullus, eo. in 6. clement. electioni, eod. can. miſerum, 61 diſt.
r d. ca. nullus, de electione, in 6.
s cano. ſicut, 48 diſt.
t cano. 1. eod. diſt. 1. ad Timothe 3.
u cap. cùm inter canonicos, de electiu. cap. ... de elect.
x c. dudum, in 2 § cùm ſuper, & § pen. & fin. de elect.
y c. ne pro defectu, in ſi à contra. ſent. de electio.
z Hoſtien. in ſumma, in § qui eligitur, de electio. cap. cùm inter, eod.
a can. epiſcopum non oportet, 61. diſtin. c. cum in cunctis, de electio. ex. niſi cum pridem, § ne pro defectu, de renunciat.
b can. ſi. 33. diſt. can. mariturn, & ibi gl. 34. diſtin.
c c. cupientes, de elec. c. ut circa, ca. quæ fiunt, ca. in c. cum non ſit, 7. q. 1. c. in. Nouatorum, eod. d c. bonæ, in 2. & ibi gl. de electio.
e c. ne pro defectu, & cum in cunctis, eod. can. poſtquam, 70. diſt. c. obeuntib. 63. di.
f c. in Geneſi, ca. in eccleſijs, 2. 22. Camona, c. congregato, c. bonæ, in 2. de electio. c. cùm eccleſia, de cau. poſſeſ. c. conſtitutus, de appellat.
g c. ſcriptum, de elect. h d. c. in Geneſi, § quamquam, eod. i cùm cauſa, ...
k auth. hoc ius porrectum, & ibi Barthol. & Doctor. de ſacroſanct. eccleſ. C.
l c. cùm in eccleſijs, de præben. in 8. c. cum inter, & c. ne pro defectu, de electione. eſt ſicut. § ſi autem, eo.
m gl. in c. coram, & c. Camana, de electio.
n c. ſcriptum, cum gl. & c. quia propter, de elect. § ſi quis iuſto, eod. in 6.
o d. c. quia propter, & ibi glo. & Doctor. p c. conſtitutus, de appellation.

q ca. ſi quis in fin. in fine, & ibi int. ... de elect. in 6.
r c. cùm terra, de elect.
s § 1. eod. in prin. ſanct.
t In extrauag. Ioann. 22. d. c. quia propter, § niſi, de elect.
u d. c. quia propter.
x hæc Bertachinus, tracta. de epiſcop. 1. p. 3. li. nu. 1. 2. & 3.
y cap. quod ſicut, de elect. ca. quia frontes, de appellatio.
z c. auditis, de elect.
a iuxta c. accuſatus, 4. q. 5. & c. qualis, 11. q. 3.
b iuxta c. quia propter, de elect. & c. in Geneſi, eod.
c c. in cauſa, cum inter, c. quia propter, eod.
d d. c. in cauſa, & d. c. cum inter, & cano. ſi ... 1. q. 1.
e Renunciare poteſt electioni, priuſquam ad ſuperiores tranſeatur examen, c. cum inter canonicos, de electio. c. inter corporalia, de tranſla. ep. & c. 2. de reſtit. in integrum.
f ca. ſi electio, c. 16. de electi. in 6.

De confirmatione electionis. Cap. XIII.

1 *Confirmatio ſequitur electionem.*
Confirmatio dat adminiſtrandi ius, eod.
2 *Confirmatio à quo fiat. & 5.*
Capitulum ſede uacante quando electos confirmet.
3 *In confirmatione facienda qui uocandi ſunt.*
4 *Confirmatio quid.*
5 *Legatus ſum. Pontif. etiam confirmat in prouincia ſibi directa.*
6 *Pontif ſum. electio non habet confirmationem.*
Imperatoris electionem Pappa confirmat, eod.
7. 8. *Confirmatio exigitur electa ante adminiſtrationem, aliàs priuatur iure quaeſito, & exceptiones.*
8 *Abbatiſſæ electæ ante confirmationem poſſunt adminiſtrare.*
9 *Confirmatio non ualidat inualidam electionem.*

1 Confirmatio ſequitur electionem,[a] tribuitque ius adminiſtrandi:[b] ius enim competit electo ex ele-
2 ctione.[c] Ita electio prælatum facit, ſicut & imperatorem.[d] Confirmationem concedit ſuperior, ut epiſcopus, & alij ſuperiores gradatim,[e] & capitulum ſede uacante epiſcopali:[f] quia confirmare eſt iuriſdictionis epiſcopalis, quam exercet capitulum ſede uacante.[g] Imo ſi electio alicuius dignitatis pertineret ad capitulum, & cõfirmatio ad epiſcopum, uacante ſede capitulum eliget & cõfirmabit,[h] quia duplici iure fungitur.[i] Verum hic obſeruandum, capitulum ſede uacante, electos confirmare poſſe in eccleſijs inferioribus, ut abbates: ſed electum epiſcopum non exemptum nõ confirmat, ſed archiepiſcopus,[k] etiamſi is non fuerit conſecratus:[l] Archiepiſcopum, Primas ſeu patriarcha & Pappa.[m] In exemptis Pappa adeundus, uel eius in ea prouincia legatus:[n] ſi modo exempti immediate ſubſint Pappæ, contra ſi mediate, ut ſunt prouinciales, miniſtri ordinis minorum, qui quamuis ſint exempti, tamen habent generalem ordinis ſuperiorem, à
3 quo debent confirmari.[o] In confirmatione facienda, antè citandi, ſeu uocandi ij, qui intercedunt ſeu ſe opponunt electioni, nominati quidem, ſi nominatim intercedant, uel ſi electi ab aliqua tantum parte ſint: quòd ſi omnium concors ſit electio, generaliter uocari debent ij, qui poſſunt uel uelint aliquid electioni obijcere, ut certo die & loco, quibus confirmatio facienda erit, ueniant dicturi cauſas improbationis, electionis, & impediendæ confir-
4 mationis.[p] Electio dat principium, confirmatio perfectionem, ingreſſus officij poſſeſſionem.[q] Sic confirmatio ſecundum Cardinalem,[r] eſt iuris quæſiti per electionem corrobo-
5 ratiua declaratio. Quære ab eo fit generaliter confirmatio electionis, qui immediate eligentibus præeſt, ut & Pappa confirmat electos ad dignitates, quæ immediate ſubſunt Romano pontifici, ſiue epiſcopatus, ſiue abbatiæ, uel aliæ ſint.[s] Tradunt quoque & iure concurſus ſummum pontificem poſſe confirmare electiones eccleſiarum aliarum, quæ ſibi immediate non ſunt ſubditæ,[t] & eius legatum in prouincia ſibi decreta:[u] quia & is in ea prouincia concurrit cum ordina-
6 tio.[x] Summi pontificis electionem nullus confirmat: quia ſuperior ei nullus eſt:[y] is
7 tamen imperatorem confirmat.[z] Cæterum confirmatio neceſſaria eſt, nam ante eam adminiſtrans cadit à iure ſuo[a] ei per electionem in dignitate acquiſito, ſiue tanquam prælatus per ſe, aut per procuratorem, aut tanquam œco-
8 nomus regimen uſurpet in ſpiritualibus. Exceptis electionibus abbatiſſarum, in quibus abbatiſſa à maiori parte monialium electa, pendente confirmatione propter controuerſiam, num recte electa uel male ſit, poteſt adminiſtrare in temporalibus & ſpiritualibus: dummodo interim de rebus monaſterij nihil alienet, & non recipiat aliquam monialem.[b] Similiter ſi confirmatio eſſet à ſummo pontifice petenda, & longiſſimis interſtitijs diſtaret epiſcopatus à curia, poteſt licita eſſe adminiſtratio, citra alienationem tamen:[c] ſi electus non ſit in mora petendæ confirmationis, quo caſu haberet locum pœna iuris.[d] Mora autem fieri uidetur, ſi poſt præſtitum conſenſum, ceſſante legitimo impedimento, confirmatio non petatur intra tres menſes ab electoribus, uel ab ipſo electo, uel ab alio pro eo.[e] Si autem confirmatio petenda eſt à ſummo pontifice in cathedralibus & regularibus eccleſijs, ſeruanda eſt
9 formula c. cupientes, de electio. in 6. Quærit autem non inutiliter Berthachinus,[f] num inualida electio per confirmationem ualida fiat? Diſtinguit & ſoluit, inualidam ratione perſonæ electi non ualidari confirmatione:[g] contra, ſi inualida ratione eligentium.[h] At ſi nulla ſit electio ratione formæ, & eligens eius qualitatis ſit, qui poſſet illud minus concedere, ualidatur, ſi confirmatio fit ex certa ſcientia, aliàs minimè: et ſi eligens non poſſet illud concedere, non ualidatur per confirmationem.[i] Verum quandocunque inualida ſit electio, ſi ea non confirmetur in iudicio contradictorio,[k] firma eſt: non idem tamen perpetuo, ſi ſummariè & de plano.[l]

a c. poſtquam, de electio. b ca. transmiſſam, c. nihil eſt, eo c. cũ iam dudũ, de præben. c c. ſi de elect. in 6. no. gl. in c. quanto, 63. diſt. quam ſequitur Panor. in c. 2. c. quod autem, & c. nobis, de iure patron. d can. legim. 93. diſt. e cap. noſti, de electio. f c. cũ olim, de maio. & obed. g ca. 2. ne ſede uacan. in 6. h gl. & Docto. in c. pen. de ſupplen. negli. præla. Rab. in §. ſi quis uerò in uas. diſpoſitiones, de coll. in concord. i l. ſi conſul de adopt. k c. cũ olim, de maior. & obed. can. illud, 64. diſt. & c. dilectum, de elect. l can. quoniam, 100. diſt. c. noſti, c. tranſmiſſam, de elect. m ca. quia igitur, & ibi gloſ. 63. diſt. ca. 1. de tranſla. epiſco. n ca. ſi abbatiſſa, de elect. in 6. o vide Angel. Clauaſ. in ver. confirmatio, 2. nu. 4. p in c. fin. de elect. in 6. c. bonæ memoriæ, in 1. et 2. Gre. go. c. 1. §. fi. eo. per ſect. q Bald. in rub. de elect. r Card. in clem. 1. §. nos itaque, 20. notab. de iureiur. s c. nihil, de elect. c. cupiẽtes, eo tit. in 6. ubi forma cõfirmationis huius. t Rebuff. in §. Monaſterijs, in verb. ſolamniter petit, de reg. ad prula. nominatio. in Concord. per cano. ad Romanã, 2. q. 6. can. cuncta per mundum, & c. per principalem, 9. q. 3. u Ioan. And. in d. c. nihil, per c. ſi abbatiſſam, de elect. in 6. x c. 2. de off. legat. in 6.

y ca. 2. 23. diſt. z ca. venerabilem, de elect. a ca. auaritiæ, eod. in 6. b c. indemnitatib. 43. §. ſi vero, de elect. l. 6. c cap. nihil, de electio. d ca. auaritiæ, eo. in 6. e ca. quàm ſit, eod. in 6. f Bertha. in q. par. ſecũda partis principalis, li. 9. de epiſco. num. 32. g per l. ſi conſtat, de appell. h per l. ea conſenſio, §. 1. eod. titu. i Inno. in c. nihil, de electio. Berth. in d. l. ſi conſtat. k Bald. in addit. ad Specul. de appell. ver. per definitiã. l Innocent. in d. c. nihil Ioan. And. in c. ſi. de elect. in 6.

De conſecratione, & benedictione. Cap. XIIII.

1 *Conſecratio prælati ſequitur confirmationem, non contra.*
Conſecratio quid, eod.
2 *Epiſcopi conſecrari debent.*
Abbates benedicuntur, non conſecrantur, eod.
3 *Epiſcopus ante conſecrationem quæ poſſit.*
Abbas ante benedictionem quæ poſſit. eod.
4 *Abbatia non omnes egent benedictione.*
5 *Abbatis beneficia ante poſſeſſa incompatibilia, eius confirmatione uacant.*
Epiſcopi poſſunt ſua beneficia poſſidere uſque ad conſecrationem, uel conſecrationis tempus. eod.
6 *Conſecratio prælatorum non differtur ultra tres menſes.*
7 *Epiſcopus à quibus conſecratur.*
8 *Archiepiſcopus à quo conſecratur.*
9 *Pappa, patriarchæ, primates à quibus conſecrẽtur.*
Imperatorem quis coronet. eod.
10 *Conſecrandi epiſcopi modus, & tempus.*

1 Confirmatio conſecrationẽ prælati debet præcedere, non ſequi, in ijs quibus conſecratio accedit, aliter nõ ualeret.[m] Quia conſecratio eſt
2 periodus electionis, dedicatio electi facta Deo: id enim

m ca. quoniam, de electio. 23. glo. & Doct. in c. cum olim, de dolo.

id enim generaliter nomen conſecrare ſignificat, Deo dicare, & ſacrare. In epiſcopis neceſſaria eſt conſecratio, in abbatibus benedictio.[a] Verum diuerſo modo: nam epiſcopus non dicitur, niſi conſecratus ſit.[b] Et proinde poteſt repelli per exceptionem ne fiat epiſcopus, uſq;
3 ad conſecrationem.[c] Licet ante conſecrationem electus poſſit concedere indulgentias, cõferre beneficia, & ea quæ non ſunt ordinis, ſed iuriſdictionis.[d] At abbas electus, & confirmatus in abbatem, abbas ante benedictionem dicitur, & in negligentiam, uel contumaciam ſuperioris, qui noluit eum benedicere, ipſa ſuos monachos benedicere poteſt, non benedictus, aliaq; eius prælaturæ munia obire.[e] Quorum differentiæ ratio, quòd per conſecrationem epiſcopi conferatur ordo,[f] unde dicitur ordinario:[g] non autem per benedictionem ab-
4 batis.[h] Sunt & abbatiæ, quæ non egent benedictione: ut & quædam abbatiſſæ non ſunt ſolitæ benedici, ratione conſuetudinis præſcriptæ.[i]
5 Et proinde beneficia electi, & confirmati in abbatem, poſt adeptã pacificã poſſeſſionẽ, uacant ante benedictionẽ.[k] Epiſcopus autẽ poteſt ſua beneficia retinere uſque ad conſecrationẽ, uel lapſum temporis de conſecrandis incluſiue.[l]
6 Conſecratio epiſcoporum & aliorum ſuperiorum, ultra tres menſes differri non poteſt: niſi ex cauſa rationali[m] impedimentum iuſtum interueniat, ueluti hoſtilitatis,[n] diſcordiæ circa electionem, uel confirmationem, & ſimi-
7 lium.[o] Conſecratur epiſcopus non exemptus ab archiepiſcopo cum duobus epiſcopis prouincialibus, aut per tres, comprouinciales epiſcopos uocatos ſeu requiſitos ab archiepiſcopo per literas, eoſque conſentientes:[p] exemptus autem conſecratur ab epiſcopo, uel eius man-
8 dato. Archiepiſcopus ab omnibus ſuis ſuffraganeis cum conſenſu primatis, ad eccleſiam matricem uocatis.[q] Hodie tamen Pappa præſcripſit ſibi ius conſecrandi omnes metropoli-
9 tanos[r] Patriarcha, Primas, & Cardinales à Pappa uel eius mandato,[s] Pappa ab epiſcopo Hoſtienſi,[t] qui & coronat imperatorem.[u] Quòd ſi non adhibeantur prædicti epiſcopi, & archiepiſcopi in conſecrationibus, poſſunt contempti petere ſuſpendi ordinatum ab executione officij, uelut in electione petunt irritam fieri,[x] aliaque grauior pœna imponitur.[y] Cum conſecrantur epiſcopi, inunguntur ſacro chriſmate in capite, & manibus, nec omitti poteſt
10 unctio hæc.[z] Tempus quo conſecratio fieri debet, eſt dum ſacra liturgia peragitur inter epiſtolam & Euangelium.[a] Dum autem Pappa conſecratur, antequam hymnus decantetur angelicus die dominica,[b] hora tertiarum,[c] in ciuitate præcipua diœceſeos[d] in eccleſia.[e]

a c. 1. de ſuppl. negl. prælat. li. 1. in 10 clem. 2. §. ſtatuimus, de ſtat. monac. in Cle.
b cap. licet, de tráſlatio. epiſc. ca. tua, de his q̃ fiunt à prel. ſine cõſ. c. Panor. in c. eam te, de reſcrip.
c ca. ſuper his, de accuſ. c. coſti, de electio.
d Panor. in ca. ſuffraganeis, in fine, de electi. ap. Greg.
e c. 1. ne ſuppl. negl. præla. ca. meminimus, de accuſatio.
f nota in proœmio Sex.
g ca. quoniam quidam, 75 diſ.
h vide Oldra. conſi. 14 & gl. aut in §. cenſuit tamen, in ver. benedict. anni, de ele. in prag. ſanct.
i vide clem. 2. in § ſtatuimus, iúcta gl. in ver. ſolite, & ver. benedici, de ſta. monacho.
k per c. de mul ta, de præb. & ibi Innocẽ. notat in d. clem. 2.
l c. cum in cun ctis, de ele. glo. in c. ñ gratiosè, de reſc. in 6.
m can. quoniã quidam, 75 diſ. ca. 1 71. diſt. ca. quoniam, 100. diſtinct.
n can. frater al terum, 71 diſt.
o c. de Syracuſanæ, 28 diſt.
p ca. nec epiſc. de tépor. ordi.
q c. ſi. 51. diſt. c. 2. 64. diſt. & c. ſi archiepiſcopus de tẽpo. or di. c. placet, 65. diſt.
r gl. in c. fin. 2. diſt. per c. pudẽda, 24. q. 1. vide Berthach. de epiſ. 3. par. li. 9.
s d. c. pudẽda, cum ibi notat. 24. q. 1.
t c. in nominé Domini, 23.
u ca. antiqua, de priuileg.
x c. q̃ ſicut, de electio. can. nõ debet, 65. diſt.
y Ang. de Clauaſ. in ſum. in ver. 1 conſecratio. nu. 2
z c. 1. in princ. de ſacr. unct. in c. Decret. tit. 15.
a c. q̃ ſicut. §. ſuper eo, de electio.
b can. ſi. 51. diſ. canone, quod dn, 95. diſt.
c gl. in d. c. ſin. 51. diſ. can. tempus, & c. ordinationes & ibi gl. adfert rationes 45. diſt.
d c. ſin. 51 diſt.
e d. c. quod ſicut, §. ſuper, eo.

De collatione beneficiorum in genere, & in ſpecie: dehinc de collatione libera, & eius formis. Cap. XV.

1 *Collatio beneficiorum ſine electione.*
2 *Collatio quid.*
3 *Collationis diuiſio.*
4 *Collatio quæ libera, & à quo fiat.*
5 *Collatio libera ſine literis fit.*
6 *Collationis modi.*
7 *Literarum expectatiuarum ad beneficia decem ſpecies.*
8 *Mandatorum ad beneficia formula.*
9 *Literæ ad beneficia diuerſorum finium, & nominum.*
10 *Collationum ſpecies à formis prouidendi.*
11 *Signatura in beneficijs quid eſt.*
12 *Signaturæ forma.*
13 *Breue ſummi pontificis quid, & quomodo differat à ſignatura.*
14 *Annulus piſcatoris in breuibus ſummi pontif. unde.*
15 *Breui quæ expediuntur.*
16 *Signaturæ gratiæ triplex forma, per fiat, per conceſſum, per placet, & de ſingulis.*
17 *Signatura per fiat cæteris paribus, præfertur ſignaturæ conceſſum.*
18 *Signatura ad effectum gratiæ bullas exigit.*
Bullarum expediendarum neceſſitas, eod.
Signaturæ ſumptum de regiſtro fidem non facit, eod.
19 *Signatura ſola beneficij an det ius adipiſcendæ poſſeſſionis beneficij, niſi bullis expeditis, & 20.*
20 *Beneficij poſſeſſio accipitur cum ſimplici ſignatura uerificata in Gallia quomodo.*
21 *Bulla quid, & unde tranſcribatur.*
22 *Prouiſio noua ſummi pontificis quid.*
23 *Literarum nouæ prouiſionis, & perinde ualere differentia, & 25.*
Perinde ualere reſcriptum quid, eod.
24 *Prouiſiones nouæ & confirmationes quibus caſibus concedi ſoleant in curia Romana.*
26 *Concordia beneficiorum à ſolo Pappa confirmari poſſunt.*
27 *Confirmatio in forma ſpeciali ſummi pontificis tribuit ius nouum.*
28 *Prouiſio ſeu reſcriptum, ſi neutri, & ſi nulli.*
Si neutri, & ſi nulli reſcript. eod.
Si alteri reſcriptum, eod.
29 *Subrogationis reſcriptum.*
30 *Subrogati in ius litigatoris per prouiſionem quomodo procedant in Gallia.*
31 Main leuee aux beneficea *mortuo collitigante quid.*
32 *Subrogatus in locum beneficiarij præmortui non eſt damnandus ad reſtitutionem fructuum indebite à prædeceſſore perceptorum.*
33 *Subrogatus tantum à die ſubrogationis ad expenſas damnandus quando, & ad prædeceſſores.*
34 *Subrogatio intra annum & diem in curia peti debet.*
35 *Commenda quid.*
36 *In commendam quando dari dicuntur beneficia.*
37 *Commenda ad tempus, & ad uitam.*
Capitulum in commendam dat beneficia, ſede uacante ad tempus. eod.
38 *Commendæ duo fines, utilitas eccleſiæ, & commendatarij.*
Commenda quæ reuocabilis. eod.
39 *In commendam quæ beneficia ſolita dari ſint.*

1 PEr collationẽ iure pontificio beneficijs alijs, quàm prælaturis prouidetur, uel ab uno, uel à pluribus, ſine collegio tamen.[f] Et hodie ẽt prælaturæ, in Gallia, ab electionum poteſtate exẽptæ collatiuæ ſunt: nã ad nominationẽ regis conferuntur à ſum. pontif.[g] Collationis nomẽ late patet & ad alia quàm ſacerdotia pertinet, ut notat plene Rebuffus:[h] uerum hic, pro inſtituto ſermone,[i] pro donatione beneficij

f nota in c. authoritate, de inſtituto.
g § 1 de elect. & reg. ad præla. nomi.
h Rebuff. in rubri. de colla. in Concord.
i c. intelligentiã, de ver. ſig.

uacantis

uacantis accipitur. Potiſſimum quando libera
eſt:nam ea ad liberalitatem pertinet, & donatio
dicitur.[a] Hæc collatio aut motu proprio cō
3 cedentis fit, aut ad petitionem impetrantis.[b] Et
rurſum collatio, aut libera eſt, aut non libera.[c]
4 Libera eſt, cum is qui poteſtatem habet conferendi,
ſponte & liberè confert:[d] & poteſt alterum
alteri, idoneum tamen, præferre.[e] Fitque
interdum, ut diximus, à laicis, capitulo, abbatibus,
epiſcopis, patriarchis, & ſummo pōtifice.[f]
5 Libera cū literis, & ſine his, uerbo perficitur:[g]
nec ritus, ſeu ſolemnia in hac requiruntur, nō
vocatio occupantium beneficia.[h] Vt conſtet
tamen de collatione, exigi tradit Rota,[i] ut præ
ſentibus ſaltem duobus fiat teſtibus. Cætera de
ſubſtantia collationis ſunt, de quibus paulo
ante, ut ab idoneis & idoneis fiat, canonice, pu-
6 re, in perpetuum, palam, &c.[k] Conferunt ordinarij
beneficia iure proprio, ex priuilegio, iure
deuoluto: iiſdem & modis ſumm. pontif. & uacatura,
& uacantia. Et fere tot conferendi ſunt
diuerſæ formulæ. Ad futura beneficia dantur
prouiſiones, per literas gratiæ, expectatiuas,
7 & mandata. Expectatiuarum decem ſpecies.[l]
Prima, quando creatur canonicus in una eccleſia
tantum, cum reſeruatione eccleſiæ conferendæ.[m]
2. quando creatur canonicus in duabus
eccleſijs,[n] quæ contra diſpoſitionem eſt
iuris communis.[o] Vt 3. ſi creetur in tribus, aut
pluribus.[p] 4. quando creatur canonicus in una
eccleſia, & in alia datur, ut dicunt, ad largam.[q]
5. Vt canonicus creatus plura poſſit conſequi
præſtimonia uſque ad certam ſummam in literis
expreſſam:[r] frequentata forma in Hiſpania.
6. Quando in duabus collationibus datur
ad largam.[s] 7. pro prælato.[t] 8. pro regulari.[u]
9. Pro pauperibus clericis.[x] 10. Pro pauperibus
8 graduatis.[y] Totidem ſunt formæ mandatorū,
de quibus aliqua diximus in mandatis antea,
reliqua uideri poſſunt apud eundem Staphileum[z]
quæ pertinent ad uacatura, ut & nomi-
9 nationes. Sed illæ collationes non ſunt, ſed
media ad collationem aſſequendam: ut & aliæ
poſtulationes,[a] literæ electionis,[b] translationis,[c]
annexionis, unionis, & incorporationis,[d]
adminiſtrationis, quando datur coadiutor
ſuſpecto de dilapidatione bonorum eccleſiæ,[e]
leproſo,[f] & alijs id genus per uiam œco-
10 nomatus.[g] Plures ſpecies prouiſionum uacantium
beneficiorum ſunt, ratione formæ prouidendi,
ut ſimplex collatio & deuolutum, & ſi-
11 gnatura gratiæ, & bullæ. Signatura, eſt ſcriptura
in papyro à ſummo pontifice, uel eius delegato
conſcripta, partis, uel impetrantis benefi-
12 cium, ſupplicationem Pappæque conceſſionem
breuiter continens.[h] Signatura ſeu applicatio
papyro, bulla membrana ſcribitur.
Et ſignatur in medio ſupplicatio poſt petitionem
ſupplicantis, & poſt ſignaturam ſcribuntur
ea, quæ ſummus pontifex uult concedere.
13 Hæc ſigillo non ornatur, quapropter differt &
à breui apoſtolico, quod eſt diploma,[i] ſeu reſcriptum
à Pappa, ſeu pœnitentiario magno
conceſſum, ſcriptura uidelicet exigua, in paruis
conceſſa negotijs, in papyro ut frequenter,
cera rubea, annuloq; piſcatoris ſigillata, ac
ſigno ſecretarij ſubſcripta. Annulus piſcatoris
14 refert formam ſigillandi quàm D. Petrus etiā

per breue ſignatū hoc annulo, ſi ſequatur bullæ
expeditionem, illi derogare poſſit:[k] non tamen
ſolet huic breui, ſicut in ſignatura ſummus
pontifex ſubſcribere, ſed eius ſecretarius,
mētione facta anuli piſcatoris. Et ita breue nō
eſt omnino uel ſimpliciter ſupplicatio, ſed ali-
15 quid mixtum.[l] Neque breue ad beneficiorum
collationes pertinet, ſed ad ea quæ iuſtitiæ ſūt:
& dum dantur recuperatores, uel diſpenſationes.[m]
Vidi tamen ſummum pontif. contuliſſe
Inquiſitoris hæreticæ prauitatis officium, in
forma breuis, & ſub annulo piſcatoris. Quia &
hoc munus ad iuſtitiæ exercendæ cauſam pertinet,
ut potius commiſſio & officium, quàm
beneficium ſit. Signatura ad beneficia, & alia
16 conceditur obtinenda. Porro ſignatura gratiæ
triplici modo facta inuenitur: per fiat, & per cō
ceſſum eſt, & per placet. Formulæ uerbi, fiat,
ſunt, aut ſimpliciter per fiat, aut per fiat ut petitur,
uel fiat motu proprio. Formę cōceſsū, ſunt,
conceſſum ut petitur, uel conceſſum in forma,
in pręſentia D.N. Papæ N. Cardina. uel conceſ
ſum L. Cardina. Forma placet, in commiſſionibus
iuſtitiam committentes, frequens eſt. Quā
do Pappa ſignat ſupplicationes, fit ſignatura
per formulas fiat: quando autē eas non ſignat,
ſed alijs diſtractus negotijs committit earum
ſignaturam alicui cardinali, uel prælato, ut uideant
commiſſiones cum referendarijs, illi tūc
non utuntur hodie in gratioſis, uerbis *fiat*, ſed
conceſſum,[n] uel, *placet Domino N. Pappæ conſilio &c.*[o]
Quando Pappa nouam gratiam facit,
ſignat per *fiat ut petitur*: & quando eſt reformatio,
per *fiat*, addita tantum prima litera ſui proprij
nominis, *ut fiat A.* Cum tamen in bullis,
ponat nomē, ſuique pontificatus annum, ſummus
pontifex per uerbum *fiat*, ſtatim perficit
gratiam, etiam ſine expeditione bullarum.[p]
17 Atque ſi concurrant impetrans per ſignaturā,
fiat, & alter *per conceſſum*, nec conſtet de prioritate
horæ, ambobus eadem die impetrantibus,
præfertur qui obtinuit per *fiat* ex reg. cancella
18 riæ 31. propter authoritatem ſignantis.[q] Veruntamen
quòd pertinet ad effectum, gratiæ
non cenſentur in ſignatura perfectæ, ut de illis
ſecundum illas iudicari poſſit, niſi bullis expeditis,
ex regula cancel. 25. & 29. id eſt, niſi reductis
ſignaturis in mundum.[r] Nec ante literas
confectas quis dicetur habere canonicum titulum:[s]
niſi commiſſiones iuſtitiæ fiant per uerbum,
placet.[t] Quarum ſignatura eſt reſcriptum
ad lites, & pleniſſime interpretandum.[u] Sic
executor datus in expectatiuis non poteſt fulminare,
ut dicunt, proceſſum, niſi uiſa bulla.[x]
Et de iure communi gratiæ ſub quadam tacita
conditione, ſi literæ expediantur, concedi uidentur,[y]
per quarum expeditionem forma &
perfectio gratiæ datur.[z] Ita gratia per ſolam
ſupplicationem informis:[a] quia eius clauſulæ
ſolent in literis extendi.[b] Nec ſumptum de regiſtro
ſupplicationum ſignatarum fidem facit
in iudicio:[c] niſi ſumptum literarum expeditarum
extrahatur:[d] Sunt autem literæ expeditæ,
19 quando in plumbo ſunt.[e] Proinde de iure
qui nanciſcitur beneficij poſſeſſionem literis
non confectīs, licet habeat ſupplicationem, omne
ius quod habet amittit.[f] Veruntamen
Rota tuetur ſecundum Gomeſium,[g] & ſeruat,
quòd poſſeſſio canonice ex ſimplici ſignatura
capi poſſit, niſi in conſiſtorialibus. Et
Caſſiodorus[h] ait, ſignaturam præbere in beneficijs
ſaltem coloratum titulum. Atque Rebuffus[i]
tradit regulā de pacificis poſſeſſoribus
procedere

a ca. fin. de off. uacan. in 6. cap. propoſuit, ca. quia diuerſitatem, c. cum nostris ca. pen. de concceſ. præben.
b capit. ſi motu, & ca. ſi tibi, de præbendis, in 6.
c tract. in cap. relatum, de præbend.
d d cap. relatū, iuncta gl.
e § ſtatuimus, de collatione, in concord.
f Vide Rebuff. part. 1. Prax. beneficio. titu. de collatio.
g cap. inſtitutionis, 23. q. 2. nota. in c. cum te, de reſcript.
h ca. licet epiſcopus, cap. 18. de præbend. in 6. cap. cum in illis, § cum autem, eod.
i Rota, deciſ. 248 in nouis.
k de quib. anteà dictum, & uide compilata à Rebuff. in 1. par. Prax. benef. ſub rub. requiſita ad collationem, bonam.
l quas tractat ex profeſſo Staphileus, in tracta. de lite. gratiæ.
m cap. ſi poſtquam, de præben.
n Staphil. ubi ſup. in 2 for.
o cap ſanctorum, 70. diſt.
p Staphil. in 3. for.
q Idē in 4 for. & Ioan. Andr. & Dom. in c. ſi is cui, de præbend. in 6.
r Idem in for. 5.
s Idem for. 6.
t Idem for. 7.
u Idem for. 8.
x Idem for 9. per cap. ſi pauper, de præbē. in 6.
y Idem form. 10.
z Idem in formis mandati.
a int. titul. de poſtula. prælato.
b capitu. quia propter de electio.
c capit. inter corporalia, ca. quanto, capit. final de tranſ. epiſc.
d de quibus, & form. horum gloſſ. & inter. in cap. 1. ne ſede uac. in ca. ſicut unire, de exceſſ. prælat. clē. ſi una, de rebus eccleſiæ, non alienandis.
e cap. venerabilis, de officio deleg.
f capitu. tua, de cleric. ægro.
g cano. illud, 12. quæſtio 2. cap. cùm uos, de officio ordin.
h explicat hanc materiam Rebuff. in 1. par. Praxis benefic. tit. de ſignatura, & in ſequent. ubi eius formam affert, & probat.
i hæc expli. Rebuff. in 3. par. Praxis benefic. tit. de Breui apoſto. ubi quæ per illud concedi ſoleant explicantur. & a Ioan. Staphileo, in tract. litera. gratiæ, in ti. de ſcrip. apoſto. in forma breui.

k ca. 1. de conſtit. in 6. c. cæterum, de reſcrip.
l glo. antiqua, in reg. cācella. 29 Gomeſ. in reg. de nō iudi. iuxta for. ſupplicat. q. 2. in fine.
m uide d. Staphil. & Rebuf. ubi ſup.
n Gomeſ. in d. reg. de nō iudic. iuxta for. ſupplica. q. 16.
o gloſſ. in reg. cancell. 25.
p cap. inſtitutionis, & ibi gl. 25. q. 2. text. cum gl. in clem. dudū § nos enim, de ſepult. Gomeſ. ubi ſup.
q ut in c. ſi à ſede, de præb. in 6.
r vide gl. ant. i d. reg. 25. Aeg. in ca. 1. 2. colu. per quos ſiat in uoſtium, coll. 10. facit. l. contractus, de fid. instrumento. Alteræ ſignaturæ requirunt, quoq; literarum expeditionem ea reg. cācel 37 51 69.
s Ioan. de Milijs, in uer gratia apoſtolica.
t d regu. cancel 25.
u Innocent. in cap. ſi epiſc. de reb eccleſ non alien l 3 de offi. præſi.
x Idem in cap. prudētem, de offi. deleg.
y Aegid conſ 24. l 3. col. verſ. & puto.
z Rota, deciſ 29 de reſcri. in nouis Aeg. deciſ. 736.
a Rota, deciſ 19 de cōceſ. præbend. in nouis.
b Rebuff. in 3 par. ſigna. nu. 1. & 2. in Prax. benef.
c Aegid. deciſ. 452.
d Rota, deciſ 621. in antiq.
e cap. licet, de cri. falſi, Petru. in c. ex diligenti, de ſimo.
f Idem in c. ueniens, in 2. col. de accuſa. textu, in extrauag. iniunctæ, de elec.
g Gomeſ. in reg. cancel. de non iudi. iuxt. for. ſuppli q. 5. vide Rebuf. in 2 p. Prax. benefi. ti de miſſ. in poſſe. nu. 30.
h Caſſio. in deciſ. rub. de reſti. ſpol.
i Reb. tract. de pacif. poſſeſſ. num. 10.

procedere, ſi quis poſſederit pacificè beneficiũ
20 per triennium cum ſimplici ſignatura. In Gal-
lia hodie, ſignatura agnita, uel uerificata, ut di-
cunt, per banquarios ſeu menſarios, uacante ſe
de Romana, fauore pauperum, uel uiuente pon
tifice itineribus interceptis ob bella uel alio
modo, uim bullarum habet: atque curię parum
diſquirunt, num bullæ obtentæ ſint pro benefi-
cijs modicis, & ita iudicatur.[a] Et in maioribus,
etſi ſignatura non ſufficiat ad uindicias haben
das beneficij ſeu recredentiam, tamen pro fa-
cienda ſequeſtratione tituli, ſufficit: ut iudica-
21 tum fuit.[b] Bulla, ſicut inſtrumentum à protho
colo,[c] à ſignatura oritur. Bulla hic dicitur, pro-
uiſio eatenſa bulla inſignata: nam bulla pro-
priè dicitur plumbum pendens, ſiue ſigillum
auro uel argento exceptum.[d] Nec bulla ante
appoſitum ſigillum, ſcriptura dici poteſt.[e] No-
runt omnes nomen bullæ eſſe Latinis uſurpa-
tum pro re tumida, ceu in aqua ſunt guttæ, quę
orbiculantur, uel id quod in torquibus pendet,
bullæ uel cordis in modum. Ab ea forma au-
thorata poſt ſignaturam prouiſio, bulla dici-
tur, nempe ſcriptura in membrana plumbo,
auro, uel argento funiculis pendente iure inſi-
gnita, ſalutationem cum narratione, ac Pappæ
conceſſionem, aliaque neceſſaria continens, ſe
22 cundum Rebuffum.[f] Sed hæc hactenus de pro
uiſione ſignaturæ, & de bulla. Nunc de alia col
latione agamus, quæ dicitur noua prouiſio ſũ-
mi pontificia, quæ eſt ueluti confirmatio prio-
ris.[g] Differtque à ſimplici prouiſione, quòd no
ua præſupponit alium titulum, ſimplex non
utique.[h] Eius nouæ prouiſionis impetrandæ ra
tio eſt, uel quia impetrans dicit ſe dubitare, nũ
electio, præſentatio, uel confirmatio, uel colla-
tio ab epiſcopo facta, uel eius uicario, ſubſiſtere
poſſit: & in ſumma ea ad maiorem ſecuritatem
23 datur. Si tamen collatio prius eius beneficij,
uel prouiſio etiam inutilis à ſummo pontifice
emanaſſet, non datur noua prouiſio, ſed aliæ li-
teræ impetrantur, perinde ualere, id eſt, reſcri-
ptum ut perinde ualeat talis prouiſio, ac ſi rite
tunc temporis facta fuiſſet.[i] Hæc noua prouiſio
nec infirmat primam, ſed ius ei cumulat, ſi illi
priori aliquod adfuiſſet: & ſi nulla ea fuiſſet, ta-
men noua prouiſio ſubſiſtit, ut æque principa-
24 lis, ut notat Rebuffus[k] poſt Gomeſiũ. Additq;
non concedi regulariter in curia Romana hãc
nouam prouiſionem & confirmationem:[l] exce
ptis tribus caſibus, unionum,[m] militiarum ſeu
pręceptoriarum Hieroſolymitanorum S. Iaco-
bi, uel aliorum militum, & in electionibus mo-
nialium ad regenda monaſteria,[n] non tamen
25 prioratuum. Sicut nec confirmatio in benefi-
cialibus uix datur in curia Romana, ſed perin-
de ualere:[o] quæ differunt, quòd confirmatio
tantum à die conceſſionis ualet, nec retrotrahi
tur:[p] perinde ualere uero retrotrahitur ad prio
26 rem conceſſionem. Concordiæ etiam confirma
tio fit à Pappa ſed non per cancellariam, quòd
de mero imperio & maximo exiſtat:[q] quia ſu-
bolet ſimoniam,[r] ideo à Pappa tollitur ſuſpirio
ſolum. Species prouiſionum, quibus conſeruã-
tur beneficia, ſunt iſta duo reſcripta cõfirmatio
nis; & perinde ualere: ſuppletur enim ius per
ea, quòd dubium uel nullum erat defectu eius
27 quod ſuppletur.[s] Cõfirmatio porro hæc in for
ma ſpeciali eſt, & ideo tribuit ius nouum,[t] pro
pter poteſtatem ſummi pontificis,[u] qui quia &
ſcientia firmat inualidum, uult & poteſt: & ita
28 de nouo uidetur nullum actum erigere.[x] Alia
etiã collatio ſeu prouiſio ſummi pontificis quæ
dicitur in forma, ſi neutri, uel ſi nulli, id eſt, per
quam impetro beneficium, de quo litigant ali-
qui, & cõfert ſummus pontifex, uel mandat cõ-
ferri hac lege, ſi neuter litigantium ius habue-
rit in beneficio.[y] Item ſi alteri, quando unus ex
collitigantibus à ſummo pontifice impetrat
gratiam, & confertur, ſi alteri litigatorum non
competat. Et tunc reſcriptum conſeruans bene
ficium, ſi à collitigantibus impetretur, non ſi à
tertio aliove quodam. Neque tamen per illud
reſcriptum ius alteri iam quæſitum tollitur.[z]
Ideo uictus trina ſententia, hoc reſcripto ſi neu
tri, uel ſi alteri, non iuuatur: quia beneficium al
teri adiudicatum eſt, & lis finita eſt, de qua men
29 tio fieri debet in his reſcriptis. Diuerſum ab his
aliud reſcriptum de ſubrogatione in locum prę
mortui litigatoris: nam per hoc Pappa confert
ius, quod habebat mortuos collitigãs ei, quem
uult ſubrogari.[a] Fit & ſubrogatio per reſigna-
tionem etiam litigantis, ut per eius mortem:[b]
iſque ſubrogatus alijs præfertur, ſi intra men-
30 ſem ſubrogationẽ petat.[c] Praxis in Gallia eſt,
ut poſtquam aliquis ſubrogatus fuerit in ius
alicuius à Pappa, is accipiat ſeu nanciſcatur
poſſeſſionem in uim ſubrogationis Pappæ, &
poſtea impetret literas regias, quibus petat ſe
ſubrogari in ius, poſſeſſionem, & inſtantiam
mortui. Si tamen præmortuus in poſſeſſione
fuerit, alia adeptione poſſeſſionis opus non
eſt.[d] Continuatque ſi ualit litem per procura-
torem mortui, uel alium conſtituet, cum quo
procurator collitigantis ſuperſtitis tenetur li-
tem peragere ſeu perſequi.[e] Non poteſt au-
tem ſubrogatus nouum iudicium incipere, ſed
prius in perſonam mortui prolatum, poteſt pe-
tere executioni demandari, uel recredentiam,
& coram eodem iudice tantum, ut iudicatum
31 à ſenatu Pariſienſi. 9. Februa. 1526.[f] Cæterum
ſubrogatos præueniunt interdum collitigan-
tes ſuperſtites, qui petunt manum regiam &
impedimentum omne, quod in beneficio ob li
tem impoſitum eſt, amoueri: & ut dicunt, petũt
32 *la main leuee*.[g] Subrogatio iuris & inſtantiæ
eſt, non facti prædeceſſoris: unde illud ſingula-
re, ſubrogatum non teneri ad reſtitutionem
fructuum indebite à ſuo prædeceſſore percepto
rum: quia nihil iuris in eo habet.[h] Et ita iudica
tum Pariſienſ. ſenatuſc. menſe Februar. 1539.
33 Nec ad expenſas cum eo factas tenetur, niſi à
die ſubrogationis, ut deciſum ſenatuſc. eiuſdem
curiæ 1508. 7. April. ante Paſcha: niſi ſubroga-
tus ſuſciperet ſimpliciter in ſe litem, ſeu, ut di-
cunt, proceſſum & ertamenta cauſæ, ex ſenten-
tia eius ſenatus 7. April. 1516. poſt Paſcha in
conuentibus iuridicis apud Pictones habitis:
uel niſi ſubrogatio petatur poſt ſententiam uin
diciarum, ſeu, ut clarius loquar, poſt ſententiã
recredentiæ, & primi capitis poſſeſſorij, quo ca-
ſu non recipietur ſubrogatus, niſi fructus & im
penſas omnes rependat & reſtituat, ut iudica-
34 tum ab eodem ſenatu 11. Maij, 1542. & hæc
me docuit Rebuffus.[i] Obſeruatur quoque, ut
quis ſubrogationem in curia petere debeat,
quando agitur de poſſeſſorio, intra annum:[k]
aliter non auditur. Quia interdicta annalia
ſunt.[l] Item ut qui ſubrogari deſiderat & petit,
ſtatim exhibeat titulum ſuũ, ut appareat aduer
35 ſario an intra annum ueniat.[m] Ad collationes
& earum nomen commenda quoque perti-
net,[n] quę & promiſſionis nomine uenit,[o] & eſt
canonica inſtitutio, ſeu titulus canonicus,[p] etſi
in titulum non detur eccleſia, mortuoque com
mẽdatario cenſetur uacare beneficium hoc, ut

a de his ita iudicatum tradit Pap li. 2. Rhapſod areſt. tit. 9. art. 3 & 4.
b Pap. eod. li. & tit. areſt. a. c § 1. de tabellio. in authen. colla 4.
d glo. in clem. 2. in uer. aurea bulla, de iureiur. gloſ. antiq. in reg. cancel. 24. & 25 facit c. licet, de crimin. falſ.
e Al. conſ. 235. incip. mis probatio. in 1. uol.
f explicat hãc finitio. Rebuff. in 1. part. Prax. benef. in bullę declaratione, uide c. licet, & c. quàm graue, de crim. falſ.
g ca. poſt electionem de cõceſſ. præ.
h gloſ. in reg. cancel. 61. Gomeſ. in regu. de annu. poſſeſſ. quæſt 2.
i Rebuff. explicat in d. 1. par. Prax. tit. de no. prouiſ. & ſimp. onm. 3 & 4.
k Idem ubi ſupra nu. 13. 14. & ſeq.
l ut in c. quia & poſt electionem, de conceſſ. præb.
m ca. ex poſtulati, de præb.
n c. indemnitatibus, de elect. in 6.
o c ſi. de confirm. utl. uel inut.
p c quia diuerſitatem, de conceſſ præben. & tot. d. titul. de confir. utl. uel inutil.
q c. 1 & tranſlatione, de offi. legat.
r ca. ex parte, de offic. deleg. c cum pridem, de lega.
s uide Rebuff. in 2. part. Prax. benef. in tit. de reſcrip. perin. de ualere.
t c. 1. de tranſlatio. c. quoties, de paſt. unde capit. quia diuerſitatem, §. mandamus, de conceſſ. præb. & ibi interpr.
& ca. 2. ne ſed uac. arg. l. legata inutiliter, l. 1. de legat. in P.
u c propoſuit, de conceſſ. præbend.
x arg. l. adoptio. de adopti. in P. auth. in l. more maior. de inoffi. teſta. indic. Imola, in ca. literas, de conceſſ. præb.

y Rebuff. in 2. pat Prax. benefici. in titul. de reſcrip. ſi neutri. uel ſi nulli.
z c. quamuis, de reſcript. in 6. ca. ſuper eo, de offi. delega. regu. cancella. 26 de non tol. iure quæ. ſ. alte.
a c ſi. ut lit. pend. in 6.
b c. 1. & c. 2. eod.
c reg. cancell. 27 de ſubrogã. collitigant. uel qui fuit ſcriptũ Gomeſi. & Rebuff. in 2. part. Prax. beneſic. rubr. de ſubrogatio. uide Rotam, deciſ. 107. incip. nota quod ſecundum, & deciſio. 412 nota quid, in antiquis.
d Rebuff d. rubri. de ſubrog. num. 28.
e Rot. deciſ. 440. incipi. ſi agẽs, in nouis.
f Rebuff. ubi ſup. nume. 40. & 41.
g decem tamẽ requiſita adhiben de quibus Rebuff. in tracta. de ſent. excom. art. 1 gl. 4.
h Prob. in ca. preſẽti, de offi. lega. Peruſ. in c. præſenti, de offi. ord. in 6. facit l. 1 C. de adminiſt. tuto.
i Rebuff. in 2. par. Prax beneſic. num 46. 47. 48 49.
k Idẽ ubi ſup. num. 51.
l l. 1 de inter. in P.
m glo & Doctor. in c. 2. ut lit pẽd in 6. & ibi Gemini
n Rebuff. in §. ſtatuimus. 2. in uer. conferantur, de collat. in Concord. & in 1. par. Prax. beneſic. tit. de pub. reſi. gl. 16.
o Idẽ in 1 par. Pra in reg. quæ 1 intel adiõ. gl. e. 2.
p cap. dudum, in 2. de elect.

aliā in titulum poſſeſſa.[a] Itaque ſolet etiam ſummus pontifex prouidere per commēdam, quando beneficium dat in cuſtodiam: quo caſu cuſtodiam habens non facit fructus ſuos,[b] ſed reſtituere debet,[c] niſi in conceſſione id expreſſerit ſummus pontifex, ut poſſit fructus in
36 ſuos conuertere uſus, ut ſolet. Per commēdam fit prouiſio, quando cui prouidetur, non poteſt eſſe uel dici eccleſiæ conceſſæ titularius: uel quia aliam habet iam, & cum ea non poſſit aliam habere in titulum.[d] Eſt enim matrimonium quoddam inter eccleſiam, & eius præpoſitum,[e] ut odioſum tam ſit quē habere plura beneficia,[f] quantum plures uxores. Quamuis non eam inficias, plura in titulum dari hodie, ſi modo non ſint incompatibilia,[g] etſi nominatim diſpenſatio hoc indulgeat, ut poſſit quis habere in titulum contra cap. cum ſingula, §. prohibemus, de præbend. in 6.[h] uel quia beneficium incompatibile eſt cum qualitate perſonæ, cui conceditur, Sic regulare ſeculari, & ſeculare regulari commendatur: ſine expreſſa enim conceſſione, non licet ea illis poſſidere.[i] Eo modo religioſus ſui ordinis beneficium in titulum habet, alterius autem ordinis in cōmendam: alioquin pro monſtro eſſet, ut duobus ſubiectus duo capita haberet.[k] Idipſum in alijs defectibus & impedimētis poteris eōijcere. Commenda uel ad tempus, uel ad uitam
37 alicui fit.[l] Ad tempus commēdat beneficium uacans ſede uacante, idoneis capitulum: ſine collatione tamen ad ſex uſque menſes, uel ad breuius tempus.[m] Et ſi intra ſex menſes non fuerit epiſcopus, uel a ſuperiori non ſit beneficio prouiſum, poteſt commendam prorogare, ex neceſſitate, ut eccleſiæ ſeruiatur:[n] & hoc ſine præiudicio iuris eius qui conferre poteſt, qui confert etiam non uocato commendatario.[o] Tamen ſi illud a ſummo pontifice impetretur, qui impetrat, debet de commenda mentionem facere, aliter ſubreptitia eſt prouiſio.[p] Sed & ſummus pontifex ad tempus commendat, ſi uelit minor decem octo annorum prouidere de beneficio curato: nam concedit beneficium in commendam, uſq; ad 18. annos, & poſtea in titulum.[q] In perpetuum, ſiue ad uitam dum conceditur commenda, uice tituli eſt: nam ad tēpus collatio fieri nequit beneficij:[r] etſi in collatione Pappa ſecundi beneficij poſſit diſpenſare, ut utrumque retineat, dummodo intra annum alterum eiuret.[s] Quæ diſpenſatio non prodeſt, non impleta conditione:[t] niſi diſpenſationis prorogatio antequam elaberetur annus, peteretur ad uitam, ſecun-
38 dum Rebuffum.[u] Commenda uel ſit ad eccleſiæ utilitatem, uel perſonæ, dum ſit in perpetuum dum uiuet is, cui commendatur, etiam a ſummo pontifice: illa reuocari poteſt, ſi ſit ab alio quàm ſummo pontifice, hæc nequaquam ab eo facta.[x] Imò ſi cuſtodia a ſummo pontifice commendata fuerit ad uitam, nec reuocari
39 poſſe placuit ſine cauſa.[y] Notantur quædam beneficia, quæ non ſolent in commendam dari, ueluti ſancti Spiritus in Sicilia, ſancti Ioannis Hieroſolymitani, ſancti Antonij, Beatæ Mariæ Theutonorum ex conſtitutione Alexandri ſexti de ſignatura gratiæ: quia fratribus illius ordinis dari debent in titulum.[z] Item & officium clauſtrale.

a vide Rebuff. de pacif. poſſ. nu. 42. 43. 44.
b ca. nemo, de elect. in 6.
c can. placuit, 16. q. 1.
d c. dudum, in 2. de elect. c. ſi. 21. q. 1.
e ca. ſicut uir, 7. q. 1.
f ca. de multa, de præb.
g quæ ſint incompatib. vide Rebuff. in 2. par. Prax. bene. tit. de diſp. ratio. ætat. in uerbo, incompatibilia
h uide Rebuf. in d. 2. par. tit. de diſpen. cum regularib. fac. nu. 13.
i ca. monachi, de ſta. monac. c. officij, & c. cauſam, de elec. & c. cum de beneficio, de præb. in 6. clem. 1. de elect. §. nolun[?], de colla. in concord. c. ecclus, de elect. in 4.
k ca. 1. de capell. monacho
l ca. 1. ne ſede uac. c. 1. 21. q. 1.
m ca. extirpandæ, §. qui uero, de præbē. c. nemo, de elec. in 6.
n c. ſignificatum, de præb. in 6. ca. nemo, de elect. in 6.
o uide Rebuf. par. 1. prax. beneſ. titu. de deuoluto nu. 77.
p ca. ſi uero & ibi glo. de iure patron.
q §. & Doctor. in d. ca. nemo, de electio. Rebuff. de deuolutio. nu. 83.
r Rebuff. par. 1. prax. benefi. tit. de commēdat. nu. 8.
s c. ſi proponē, de rebus eccl. can. ſtatu, peruenit, 46. diſt.
t extra. execrabilis, de præb. in extra. Ioan. 22.
u ca. ſuper eo, & c. uerum, de condit. appoſ.
x Rebuff. in 2. par. Prax. titu. de diſpen. ſup. defec. æta. numer. 4.
y can. conſtitutum, 7. q. 1. can. obitum, & ca. ſeq. 61. diſtin. c. pen. & ſina de ſuppl. neglig. prælat.
z ca. ſatis peruerſum 56. diſtinct.
a Rebuff. titu. de commende. nu. 42. in 1. par. Prax. benef.

De collatione neceſſaria, ſeu non libera. Cap. XVI.

1 *Collatio non libera quæ eſt.*
2 *Optio beneficiorum quomodo obſeruanda.*
3 *Inſtitutio collatio neceſſaria.*
4 *Inueſtitura pro inſtitutione beneficij.*
5 *Poſſeſſio beneficij non transfertur collatione, ſed adipiſcenda eſt.*
6 *Poſſeſſio beneficij quemadmodum adipiſcenda.*
7 *Poſſeſſio beneficij intra quod tempus adipiſcenda.*
8 *Poſſeſſionis in beneficijs utilitas.*
Poſſeſſionis triennalis utilitas in ſacerdotijs. eodem.

1 Collatio nō libera, & neceſſaria eſt, illa per quam collator tenetur certis perſonis uelit nolit cōferre, ueluti mandatario.[a] Facit & præſentatio idoneorum per patronos coactam collationem.[b] Item nominatio quæ fit ad prælaturas ſummo pontifici, intra ſex uel nouem menſes a rege Galliæ.[c] Et ea quæ ab Academijs fit ſcholaſticorum, contingentibus illorum temporibus,[d] de quibus latius paulo ante tractauimus, facit & collationem non liberam receptio in canonicum præcedens uacationem.[e]
2 Et optio conceſſa in beneficijs.[f] In qua oportet ſequi conſuetudinem, nempe in præbendis & canonicalibus, non diſtinctis actualiter, decem annorum: in diſtinctis quadraginta annorum, ut fusè & rectè explicantur in deciſionibus Rotæ.[g] Item renunciatio in fauorem alicuius, uel cauſa permutationis: ſiquidem in alijs, quàm in quorum fauorem fiunt, collatio-
3 nes factæ non ualent.[h] Eſt & inſtitutio quæ fit ab epiſcopis in collationibus ab inferioribus factis, collatio neceſſaria, per quam approbat factum:[i] uel ſi ſede uacante, per capitulū fiat. Sic enim inſtitutio eſt, approbatio facta per epiſcopum collationis, ab alio, quàm a ſe uel iuſſu ſuo, uel a ſummo pontifice factæ, de beneficijs in ſua diœceſi exiſtentibus. Nam per illos prouiſi debent epiſcopo præſentari & approbari per illum antequam quicquam legitimè adminiſtrare poſſint.[k] Quæ approbatio in maioribus beneficijs & prælaturis dicitur confirmatio, de qua ſupra dictum eſt: in minori-
4 bus beneficijs & præbendis, inſtitutio.[l] Et quia aliquando illa inſtitutio fit per conceſſionem poſſeſſionis, ſeu, ut dicunt, per inſtallationem & inueſtituram, aut per traditionem alicuius rei corporalis, inſtitutio quoque pro inueſtitura uſurpatur.[m] Sed præcedere inueſtituram acceptatio beneficij, ſi abſenti cōferatur, debet:[n] poſt eam poſſeſſionis figuratæ datio, per pilei, aut clauium, aut annuli traditionem.[o] Et hanc ſequitur realis & actualis adeptio poſſeſſionis,
5 uel inductio in poſſeſſionē. Beneficij collatio, uel inſtitutio non transfert poſſeſſionem, unde & adhibenda eſt:[p] aliter quis potiſſimū in hoc regno Galliarum, poſſeſſorio uti nō poteſt remedio, etiāſi in ius alterius ſit ſubrogatus.[q]
6 Poteſt autem quis induci in poſſeſſionem, per clericum, ſiue notarium, ſeu presbyterum, adhibitis duobus teſtibus, iuxta mandatū epiſcopi uel archidiaconi,[r] Et hæc inductio quidem poſt collationem facti eſt, nullum ius tribuēs, ſed primum exequens.[s] Verum alio poſſidente neceſſario eſt ius prætendenti, ut agat poſſeſſorio, ſine quo ſi aliū uellet propria authori-

tate

a c. tibi qui, & c. ſi duobus, de reſcrip. in 6. c. ſi tibi, & c. ſeq. de conceſſ. præbē. in 6. §. & de mā. apoſtol. in concord.
b can. decernimus, 16. q. 7. c. illud, de iure patron.
c §. 2. de regia ad prælat. nominat. in concor.
d §. qui uero, & §. ſtatuimus de collation. concord.
e ca. relatum, & ca. dilectus, de præb. c. cum ſuper. de conceſſ. præb.
f c. fin. de conſuet. in 6.
g Rota deciſ. 460. incip. quæritur quanto tēpore, tit. de cōſuetu. in nouis, ubi de optione plura.
h clemen. unica, de rer. permut. cle. 1. de renun. c. olim, §. 1. de reſtit. ſpol.
i c. 1. de cōſtit. in 6. Panor. in ca. poſt electionem, de cōceſſ. præb.
k c. 3. & c. cum uoniſſent, de inſtit. c. præterea, c. conſultationibus, de iure patron.
l Hoſtiē. Ioan. Andr. Panor. in tit. de inſtitution. in c. ad hæc, de offi. archi. §. 1. de contro. inueſti. feudi, c. cum aliquibus, de reſcrip. in 6.
m c. ſi tibi abſenti de præb. in 6.
n cap. 3. de his quæ ſiunt a maior. par. cap. lib.
o Decre. 61. 11. c. ad hæc, de offic. archid.
p ocum Aerto[?] dus, de re iudi. gloſ. c. per tuas, de donatio.
q Rebuff. in §. declarantes, ad uerb. ſucceſſores, de manda. apoſtol. in concord.
r Rebuff. in §. 1. de formand. apoſtol. in uerb. inducentes, in concord.
s c. cum olim, de re iudi. Roman. conſ. 387. incip. quoad primum, col. 1.

a ca. cum qui, de præb. in 6.

b Panor. in ca. præſmiſſam, de elect. Rochus, de Curte, tracta de iur. patr. in ver. ius, q. 5.

c & vide Rebuff. ad titu. de form. mand. ad verb. inducentes. Boerium, deciſ. 312. num. 2. Extat conſtitut. regia Henrici, a mēſis Ianu. 1550. de la reformatiō des prouiſions des benefices, artic. 15

d Boer. d. 312. deciſ. nu. 5.

e Boeri. vbi ſupra.

tate ſpoliare, intruſus diceretur, & ius quod ha
bet omitteret [a]. Sed nemine poſſidente dicitur
habere plenum ius prouiſus, ſine apprehenſio-
ne poſſeſſionis, & tunc in illo adminiſtrare be-
7 neficio poterit [b]. Proinde nemine poſſidente
beneficium, non eſt ullum præſtitutum tem-
pus ad adipiſcendam poſſeſſionem beneficij.
Si autem alius poſſideat, contra, diſtinctione
facta an is qui poſſidet, eiurauerit ei, qui ius
præſupponit, an verò beneficium poſſideatur
ab alio aliter. Nam in primo caſu, extat regu-
la cancellar. 34. de qua aliquid paulò antè:
qua cautum, reſignationes beneficiorum in
Romana curia factas, infra ſex menſes: ex-
tra autem, intra nouem publicari debere, v-
bi beneficia ſunt, ſcilicet ſi moriatur reſignans
antè, vt explicauimus [c]. Et dummodò ſeme-
ſtre tempus non fuerit prorogatum à ſummo
pontifice, quod poſſe fieri iudicatum fuiſſe in
ſenatu Burdegalenſi refert Boerius [d]. Quòd
ſi aliter, quàm per renunciationem collatum
fuerit alicui beneficium, is tenetur, intra an-
num à die adeptionis poſſeſſionis aduerſarij
computandum, ſuam poſſeſſionem adipiſci:
alioquin in hoc regno excludetur à poſſeſſo-
8 rio [e]. Extat regu. cancellariæ trigeſima ſecun-
da qua impetrans beneficium pacificè poſſeſ-
ſum à viuente, tenetur poſteà intra ſex men-
ſes litem mouere & finire intra annum; alio-
quin impetratio nulla eſt. Quam regulam
explicat Gomeſius per octogintaquatuor quæ-
ſtiones. Sed ſex menſes in Gallia ad annum
extenduntur, non vltra: hæcque eſt utilitas
adeptæ poſſeſſionis; Sicut & alia in ſacerdo-
tijs, ut qui pacifice per tres annos beneficium
cum titulo colorato poſſederit, tutus ſit & præ-
ſcribat aduerſus alios impetrantes, ut habetur
in regula cancellariæ 33. quàm fuſiſſime expli
cat Gomeſius per ſexaginta tres quæſtiones, &
Rebuffus tractatu de pacificis poſſeſſoribus.
Extat & rubrica de pacificis poſſeſſoribus in
concordatis, quam dilucidius explicat Rebuf-
fus, quàm opus ſit perſequi.

De uacatione beneficiorum. Cap. XVII.

1 *Vacatio beneficij quid.*
Vidua uacans mulier, eod.
2 *Reſeruationes beneficiorum in Gallia ſublatæ.*
3 *Vacationum modi quot.*
4 *Vacat facto tantum beneficium, non iure.*
5 *Vacatio ipſo iure quomodo contingat beneficij.*
6 *Vacatio ipſo iure beneficij ex quaſi delicto 10. modis fit.*
7 *Vacatio beneficij ipſo iure ex quibus delictis.*
8 *Vacatio ſeu priuatio beneficij in quibus inducenda criminibus per ſententiam, & 11. crimine quolibet commiſſo non uacat beneficium, eod.*
9 *Vacationis ipſo iure & per ſententiam differentia.*
10 *Beneficium criminoſi quo tempore impetrari poteſt, & renunciari.*
12 *Vacatio ipſo iure & facto per renunciationem, & mortem.*
13 *Renunciatio legitima quid.*
14 *Renunciatio de alijs, quàm de beneficijs fieri poteſt.*
15 *Renunciari quæ poſſint beneficia.*
16 *Renunciari poteſt beneficium ante adeptam poſſeſſionem, & bullis non confectis.*
17 *Renunciare non poteſt beneficium legitime minor.*
18 *Renunciari uel permutari non poteſt beneficium unitum.*
Commendatum beneficium an poſſit permutari, & renunciari, eod.
Renunciare qui non poſſint liberè, eod.
19 *Renunciationis cauſa legitima.*
20 *Renunciatio cum reſeruatione penſionis odioſa.*
21 *Renunciatio quibus fieri poſſit.*
22 *Renunciatio fit expreſsè & tacitè quibus modis.*
Renunciatio, & ceſſio beneficij in quo differant, eod.
23 *Renunciatio expreſſa quid.*
Renunciatione expreſſa facta, non datur regreſſus ad beneficium ſine noua collatione eod.
24 *Renunciatio quomodo ualeat facta coram alio, quàm ſuperiore.*
25 *Ad renunciandum procuratio quomodo noctu fiat.*
Luminaria tria procurationi noctu facienda exacta, eod.
Procuratio ad reſignandum quomodo fieri debēt. eod.
26 *Renunciatio expreſſa uel ſimplex, uel conditionalis eſt, & quid utraque.*
27 *Renunciatio in fauorem quid.*
Et quod non fiat coram ordinario, ſed pure. eod.
28 *Renunciatio in fauorem coram ſummo pontifice tantum fit, & niſi ea admiſſa uacat beneficium.*
29 *Renunciatio cum reſeruatione penſionis, & non aliàs.*
30 *Renunciationes cum acceſſu et regreſſo quæ, & in Gallia improbatæ.*
31 *Renunciatio à morituro facta ea lege, ut ſibi reſti tueretur beneficium, ſi conualeſceret, conditionem habet implendam.*
32 *Renunciatio ex cauſa permutationis, & non aliàs, & de eius natura.*
33 *Permutatio beneficiorum, & quando quis redire ad permutatum propria authoritate ſine noua collatione poteſt.*
34 *Permutatio beneficiorum conſenſum quando & quomodo requirat patroni.*
35 *Permutatio beneficiorum cum concordia non fit coram ordinario, & quare.*
Concordia in beneficijs quatenus permiſſa, eod.
36 *Renunciationes beneficiorum coram quibus fiant.*
37 *Renunciatio beneficij fieri poteſt per ſe, per alios procuratores.*
38 *Procurator ad renunciandum & acceptandum, certus & nominatus debet eſſe.*
39 *Procurator ad acceptandum & renunciandum beneficium ſimul non poteſt fieri.*
40 *Procuratio ad beneficia acceptanda, vel curanda, anno expirat, & reuocari antè poteſt.*
41 *Procuratio non expedita reuocata, expediri non poteſt à notario ſine falſi crimine.*

1 DE vacatione beneficiorū etiā nunc dicēdū neceſſariò eſt, ne beneficiarius falsò titulū ſibi uſurpet. Proinde breuiter uacatio beneficij erit, deſtitutio clerici, qui in titulū beneficiū tenet, aut illius a beneficio ſeparatio. Quo ſenſu uacantē mulierē iuriſconſultus Martianus dixit, pro uidua [f]. Sic mortuo cōmendatario, cū non detur ex ea beneficiū in titulum, non dicitur in re uacatio, nec poteſt conferri ab ordinario, ut

f Martia. in l. qui cauſa, l. 5. §. 1 ad l. Iul. de vi publ. lib. 84. P. tit. 6.

vacans id beneficium quod per commendam
2 ſibi reſeruare uidetur ſummus pontifex. Tamē
in Gallia contrarium uerius, eum commenda-
tarius ad uitam à ſummo pontifice impetrans,
ſimilis uero titulario ſit, & omnes reſeruatio-
nes in Gallia fuerint ſublatæ.[a] Vacatio pluri-
bus modis inducitur, quorum aliquos colligit
3 Rebuffus.[b] Sed ut facilius intelligantur, dico
beneficia uacare, aut ipſo facto tantum, aut ip-
ſo iure, aut per ſententiam, aut iure & facto ſi-
4 mul. Ipſo facto tantum non iure, ut ſi quis
ui uel metu coactus eiurauerit beneficium, uel
de poſſeſſione deturbatus: nam uere non ua-
cat:[c] uel ſi metu regis:[d] renunciet. Item quan-
do beneficium collatum eſt abſenti, & adhuc
non eſt acceptatum:[e] uacat enim de facto, non
5 de iure.[f] Ipſo iure uacat & amittitur beneficiū,
quando per iuris conſtitutiones quis priuatur
beneficio, eo ipſo quòd quid ſit, ab aliquo, &
quando propter ipſum factum ſine ſententia
priuationis,[g] illud poteſt ab epiſcopo, uel alio
poteſtatem habente, cōferri: quanquam is qui
ipſo iure priuatur, de facto beneficiū poſſideat,
nec poſſit ab ea reali detentione ſiue uocatio-
6 ne priuari.[h] Porro ipſo iure uacat, uel ex quaſi
delicto titularij uel ex delicto. Et quaſi delicto
primum, ſi ſine diſpenſatione quis conſecutus
ſit beneficium habens curam animarum, ha-
bens aliud ſimile antea, quod uacabit:[i] ſi ſit diſ
penſatum, contra.[k] 2. Eodem modo uacāt per
coniugium beneficiati.[l] 3. Si intra annum, poſt
adeptam pacificam poſſeſſionem eccleſiæ paro
chialis, citra impedimentum, non promouea-
tur ad ſacros ordines & presbyteratum: poſt an
nū enim uacat ipſo iure, & impetrari poteſt,[m]
incipiente nono à die pacificæ poſſeſſionis. 4.
Irrita electione,[n] tamē ante annum, cum alijs
permutare & eiurare rectè poteſt in fine anni
poſſeſſor.[o] 5. Vacat prior eccleſia, cōſenſu adhi
bito per epiſcopum translationi,[p] ſcilicet ade-
pta poſſeſſione.[q] 6. Ingreſſu religionis.[r] 7. Si e-
lectus intra menſem non conſentiat electioni
oblatæ, uel intra tempus ad id ſibi præſtitutū.[s]
Vel & ſi poſt conſenſum intra tempus triū mē
ſium non petierit confirmationem,[t] Et 9. ſi in-
tra tres alios poſt confirmationem, non petat
conſecrationem.[u] 10. Si non publicatur ſuo tē
pore intra ſex menſes renunciatio facta in cu-
7 ria, & extra, intra menſem.[x] Per delictum ipſo
iure amittit, quis beneficia, & ea uacare dicun-
tur. Primo ſi per ſimoniam ea adipiſcatur, eaq;
ſit manifeſta, diuerſum enim in occulta.[y] 2. Si
ſit poſſeſſor hæreticus.[a] 3. Si aſſaſſinus,[b] 4. Si
falſarius literarum apoſtolicarum.[b] 5. Si percu
tiat, aut proſequutus ſit cardinalem.[c] 6. Si pro-
pria authoritate, & ui beneficia adipiſcatur.[d]
7. Calumniatus electionem, nec probans accu
ſationē, & intra tempus triennij, per quod ob
id ſuſpenditur, ſi ſe ingeſſerit adminiſtrationi.[e] 8.
8 Si Sodomita.[f] Et in his tantum delictis uacant
beneficia ipſo iure, per delictum: in reliquis
ſententia, quæ priuationem ſtatuāt, deſidera-
tur, antequam vacent, ut notant interpretes.[g]
Neque etiam ob quodlibet crimen, huiuſ-
modi priuationis ſententiam ferre oportet, ſed
ob grauiora, in quibus iudici canones permit-
tunt.[h] Proinde etſi quis de crimine aliquo con
demnetur, quod non inducat ipſo iure uaca-
tionem, tamē non cenſentur uacare eius bene-
ficia ueluti ſi reus homicidij capitali ſententia
9 damnetur.[i] Igitur hæ annotandæ differentiæ
ſingulares, inter uacationes, quæ fiunt ipſo iu-
re, & quę per ſententiam ſeu declarationem ua
cationis. Quòd quando vacatio ipſo iure indu-
citur propter crimen, poſſeſſor eius beneficij
fructus tenetur reſtituere perceptos uel perci-
10 piendos, à die commiſſi criminis. Quando au-
tem alio modo, à die litis conteſtatæ,[k] uel à
tempora priuationis. Item cum ipſo iure ua-
cat beneficium, etiam ante ſententiam delicti
declaratoriam, impetrari poteſt beneficium: in
alijs requiritur prius ſententia condemnato-
ria, atque ante illam rectè reus poterit benefi-
cium eiurare, ſeu renunciare.[l] Poteſt tamen ni
hilominus pendente illa accuſatione & ante
ſententiàm impetrari beneficium, lite penden
11 te.[m] Per ſententiam etiam uacabunt ea quę a-
dimontur, quando intra certum tempus decre
tum, qui poſſident non docent de titulo:[n] ſi nō
reſederit monitus.[o] Atque adhuc, ſi quis ſit
condemnatus & priuatus ſententia, ſi appella-
tio fuerit ab eo interpoſita, ea pendente poteſt
12 eiurare beneficium.[p] Ipſo iure & facto uacant
beneficia per veram renunciationem & mor-
tem titularij.[q] Et ita ſunt diuerſa genera uacā-
13 di, ut aliud ſub alio non continéatur.[r] Renun
ciatio eſt iuris proprij refutatio ſeu remiſſio ſe-
cundum Cardinalem.[s] At legitima erit, conſi-
deratis rebus ipſis, beneficijs, & perſonis eiuran
tiū, & eorum quibus fit, & modo renunciatio-
14 nis, ut hæc legibus probentur.[t] Sunt res uariæ
quibus applicari poteſt renunciationis uis, ut
priuilegia,[u] actiones,[a] iura alia,[y] & lites,[a] &
ſimilia, item & harum rerum quædam præteri
tæ, quædam præſentes, quędam futuræ, quibus
renunciatur.[a] Verum intra fines beneficiorum
tractationem renunciationis continebimus, &
omittemus quæ in ſumma tituli de renuncia-
tione tradit Hoſtienſis, quæ poſſint renunciari,
ubi nihil de beneficijs, cum tamen titulus idip
15 ſum deſideraret. Beneficia itaque hic ſunt quæ
eiurari poſſunt propria, non ea quæ alienus
ſunt:[b] nemo enim dat, quod non habet.[c] Latuſ
que eſt hic diſputationis locus, quòd uulgare
ſit, de rebus alienis neminem priuatum diſpo-
16 nere poſſe,[d] ſine Domini uoluntate. Poteſt &
aliquis renūciare beneficium impetratum, uel
ſibi collatum, antequam adeptus fuerit poſſeſ
ſionem eius, antequàm & bullæ ſeu literæ ſuæ
prouiſionis fuerint expeditæ: dūmodo collatio
ei facta ſit, & ita iudicatum,[e] quia per illam col
lationem ius illi competit: ſed ante collationē
17 non poteſt fieri.[f] Obſeruandum tamen non
omnem, qui beneficium habet, reſignare ſeu
eiurare id poſſe: nec eum qui poteſt ex nutu,
ſed de certis cauſis. Itaque non renunciant mi-
nor 14. annor.[g] furioſus, uel mente captus, qui
non contrahere poteſt.[h] Veruntamen Boetius

uſque

a Rebuff. in 2. par. Pra. benef. num. 59
b Idē in § monaſterijs, de reg. ad pręla. no. mina. in verb. vacantibus, in Concord. & in Prax. benef. 3. par. de mod. amitt. benef.
c ca. ad aures, de his quę met. cau. fiunt.
d c. ad audientiam, eod.
e ca. ſi tibi, abſenti, de præb.
f Boer. deciſ. 2 num. 41.
g Interp. in ca. querelſ. de iureiur. gl. in cap. cōmiſſ. in ver. iuſto impedimento, de elect. in 6. Felin. in c. inquiſitionis, de accuſat. gloſſ. in l. iubemus, l. 14. § œconomos, in verb. priuetur, de ſacroſ. eccleſ. C.
h ut in ca. licet epiſcopus. in 2. de præbē. in 6.
i c. cum ſingula, ca. ſi plures, in 6. c. de multa, eu d ap. Gregor. c. cūm nobis, de cōceſſ. præbend.
k c. dudum, in 2. de elect.
l c. 3. & c. diuerſis, de cler. cōiug. c. cum ſimilibus.
m ca. licet canon, & c. commiſſa, de elect. in 6.
n c. conſiderauimus, & c. ſuper, eod.
o Rota, deciſ. 187. nota quod tenens, in anti. Aufrer. deciſ. cap. Thol. 471. citū Rota pugnet contraria 355 vide Rebuffum, in 2. part. Prax. benef. o. tul. de non promo. intra annum nu. 17.
p cano. in apibus, q. 1.
q gloſſ. & Doctor. in cano. ſi quis iam tranſlatus, 21 q. 2. c. quæſito, de trāſla. epiſcop. cap. cūm ſingula, § prohibemus, de præbend. in 6.
r cap. beneficium, de regu. in 6. ca. pen. ex tranſmiſſa, de renunciat. cano. nonſaldus, 22 q. 2.
s ca. quam ſit, de elect. in 6. in canon. ſi religioſus, de electione in extra. commun.
t d. c. quam ſit.
u capit. cum in cunctis, § cum verò, de elect.
x regul. cancellar. 34.
y c. matthæum, de ſimon. extrau. cum deteſtabile, eo. titu. in extrau. commu. uid. deciſ. capel. Tholoſ. 413.
a cap. ad abolendum, de hæretic. c. cum ſecundum, eod. tit. in 6.
a c. 1. de homicid. in 6. c. in quibuſdam, de pœn.
b c. ad falſariorum, de crimin. falſ.
c c. fœlicis, de pœnit. in 6.
d c. cum quis, de præben. in 6.
e c. 1. § fin. de elect. in 6.
f c. clerici, de exceſſibus prælatorum
g Interpret. in c. querelam, de iureiuran. in c. clericis, ne cleri. uel monac. &c.

h c. ſatis peruerſum, 56. diſtin. Phil. Decius, in c. 2. de reſcrip. argu. c. fraternitati, de cleri. ex. com.
i Prepoſ. in c. ſiudeat, 50. diſtinct. Bal. in l. cum fratrem, colum. 3. de ijs quib. ut indig. C. Felin. in c. 2. de reſcrip. Aufrer. in deciſio. 207 & 436. Collecta. in ca. inquiſitionis, de accuſatio. Rebuff. in tracta. de pacifi. poſſ. nu 261. & 262.
k Panor. in c. item cū quis, de reſtitu. ſpol. arg. l. eum qui, de ijs quib. ut indign. in P. uide gl. in § ſancimus, in uerb. imminere, de inceſt. nup. col. 3. in Auth. & Accurſ. in authen. inceſtas, in uer. effectu, de inceſt. nupt. C. Rebuff. de pacifi. poſſ. nu. 263.
l glo. in c. commiſſa, ad uerb. iuſto impedimento, de electio. in 6 Felin. in c. inquiſitionis, collat. 2 de accuſ. Rebuff. in tract. de pacif. poſſe num. 263 uide Boer. deciſ. 206. nu. 1. 2. 3.
m ut eſt Domini conſil. 105. Boer. deciſio. 206. nu. 5. & 8.
o c. ordinarij, de off. iudi. ordina. in 6.
n ca. ex parte, cum 3. ſeq. de cler. non reſid.
p Boer. deciſ. 206. Rebuff. in tract. de pacifi. poſſ. num. 262. per l. qui a latronibus, § fin. de teſta. P.
q uide Boeri. plura cumulantem quod ita uacent, deciſ. 2. nu. 2.
r c. inſceptum reſcriptum, de reſcrip. in 6
s Card. in rub. de renun. in 6.
t l. legitime cōuentio, de pac. in P.
u l. ſi quis in conſcribendo, de pact. & de epiſc. & cle. C.
a l. quæritur, l. 14. § ſi uendita, de ædil. edi. in P. authentic. præſente, de fideiuſſo. C.
y l. mater, de inoff. teſt. in P. l. iubemus, C. ad Velleia.
a l. poſtquam liti. C. de pact.
a in tractatione in l. 2. C. de pact. l. de alimentis, de tranſact. C. l. cum hi, eod. titu. in P. c. nonnulli, de reſcript.
b c. dilecto, de præben. c. ſtatuimus, & c. ad apoſtolicam, de regula. c. ſi de crimin. falſ.
c l. ſi uniuerſæ, C. de lega. l. traditio, de acquiren. rerum dom. in P. l. obſeruare, de offi. proconſ.
d l. ſi § fin. de pact. C. tit. res inter alios acta, C. l. in re mandata, mand. C. l. nemo exterus, de Iudæ.
e Pap. lib. 1. Rhap. Areſtu. titul. 3. areſt. 5.
f Boer. deciſ. 203 num 4 & deciſ. 301 gl. in c. 1. in prin. & in uerb. uacabit, & uerſicu. ex parte, in uerb. uacet, de conceſſ. præbend. in 6 tex. in c. propoſuit, eod. apud Gregorium
g c. ſi annum, de iudic. in 6. Angel. de Clauaſ. in ſumma, in uer. renunciatio, nu. 2.
h uide Hoſtien. in ſumma de renunc. § quis renunciare, Gomeſ. in reg. de infir. renunciant. q. 10. facit l. in negotijs, de reg. iur. in P.

vſque ad vigeſimumquintum annum, poteſta-
tem pœnitendi in reuocanda renunciatione à
minore producit, ſi antequam conferat is, in
cuius manus renunciauit pœnituerit: niſi ante
vigeſimumquintum annum ſit factus doctor
18 minor [a]. Qui poſſidet quoque beneficium v-
nitum, non poteſt permutare vel eiurare: quia
nec illud vacare dicetur [b]. Singulare tamen
eſt in Gallia, vt beneficium commendæ poſſit
cum alio titulari permutari, & renunciari e-
tiam coram ordinario: quia apud nos com-
menda habetur pro vero titulo [c], extra Galliam
negatur [d]. Neque prætextu ſenectutis, ſi vti-
lis ſit, abdicare ſe poteſt quis beneficio [e]: nec ab
bas exemptus ſine licentia Pappæ renunciare
19 abbatiæ poteſt [f]. Item is non poteſt renuncia-
re beneficio legitimè, qui aliquam cauſam
non habet ex iis quæ renunciationem permit-
tunt, potiſſimum ſi agatur de epiſcopatibus,
de quibus in cap. niſi cùm pridem, de renun-
ciat [g]. Illæ porrò cauſæ ſunt, conſcientia cri-
minis, debilitas corporis, defectus ſcientiæ, ma
litia plebis, ſcandalum graue, irregularitas
perſonæ. Datur enim prælatura, non ratione
præpoſiti tantum, ſed populi cui præficitur,
vt proſit [h]. Et æquum eſt quamque in ea va-
catione ambulare, ad quam vocatus eſt [i]. Et
poſtquam quis eccleſiæ alicui coniunctus, ve-
luti vxori fuit [k], non debet ab vxore quærere
ſolutionem [l], nec recuſare laborem, ſi ei vti-
lis ſit [m]. Sed neſcio num hodiè renunciatio-
nes præter has, alias cauſas habeant legitimas
quas tamen legitimas dicunt: prætexunt enim
fucum, quòd beneficium fuit patris, auuncu-
li, vel proximi: ideò proximis reſignant, ſæpè
filiis ſpuriis, & nepotibus. Et hæc abominatio
potius eſt, dum hæreditaria eccleſiaſtica bona
facere nituntur cum ſuæ ſalutis iactura certiſ-
ſima, & incidunt in prohibitionem concilii Pi-
ctauienſis, & aliorum canonum [n]. Et ſunt ali-
qui tam ſtolidi epiſcopi, vel eorum vicarii, qui
& iuſtam illam cauſam putant, quòd in domo
alicuius herois beneficium ſucceſſiuè fuit, ideò
& illis eſſe donandum, vel eorum hippocomis,
20 aut agaſonibus, aut pincernis. Eſt & alia abu-
ſus addita renunciationis cauſa, vt quia eiurans
inhiat pinguiori beneficio, quod non poteſt aſ
ſequi vel poſſidere ſimul cum eo ſufficienti,
quod habet, & ita minus eiurat, & pinguedi-
nem, non onus venatur. Et ſæpius ſi totum
ſuæ non reſeruat capſæ, & ſi fiduciario non tra-
dit, tamen penſionem opiparam ſibi reſeruat
in eo cum prætextu ne maximum ex eiuratio-
ne conſequatur detrimentum, tanquam ſi ius
in beneficio ei eſſet, aut veluti onus aliquod &
ſeruitium diuinum ei impenderet, aut penes ſe
retinere, quod tamen omnino eiurat, vt nec
aliquam partem, imò non memoriam reti-
neat: verè in eo fur & latro, præter fundato-
rum animum & mentem ſibi bona vſurpans
quæ non dantur niſi propter officium [o]. Vt
mihi improbiores videantur iſtæ penſionum
conſtitutiones, debitæ his qui eiurant nec de-
ſeruiunt, diuiſionibus beneficiorum in qui-
bus & diuinum officium ab iis qui diuidunt,
& fructus auctus videtur: quia ab vtroque
præſtatur, & nihilominus prohibitæ meritò
ſunt Concilio Toronenſi [p]. Videnturque in
fraudem legis hæ penſiones admiſſæ, proin-
dè vt reliquæ quæ in fraudem fiunt, impro-
bandæ [q]. Verum videant qui eas admittunt,
reddituri de his rationem. Et caueant aliam

a Boer deciſ. 330. Incipit & videtur, num. 1 & 2
b Fedri. in tra-ctat. permut. be-neſ. quæſt. 33. Rebuffus, in 1. part. Prax. be-nef. ti. de vicar. perpet. numer. 18 & in reg. de verouimili. glo. 2. nu. 8 per ca. ex parte, 1 de offi. delega.
c Federic. dict. tracta. permut. benef. q. 15 Ru-feus, tract. com menda. q. 8 Ita obſeruari & tra dit Rebuff. in Prax. benef. tit. de commen. num. 53
d Ioan Franci. in tract. de uſ-ſe & pot. e. ſo-de eoc. q. 3. peri tia, 2. col. 1.
e c. 1 de renun ciat. 5 9 Grego.
f c ſi. eod.
g Facit & ca. li teras, eod.
h cano ſi quis epiſcopi. § ecce cum hominis, 2. q 1. ca. qui epi-ſcopatú, 8. q. 1.
i ad Epheſ. 4.
k c. ſicut vir, 7. q. 1.
l Prio. ad Co-rinth. 7
m ca. niſi cùm pridem. § por-rò, de renun-ciat cano quis, non poteſt, 21. quæſt. 4. 2 ad Ti moth. 4

n in c. 1. de præ bendis, cano a-poſtolica. 8 q. 1 ca præſentiú, de filiis presby terorum, c. cum querente, ca. ex transmiſſa, cu. cap. ad hoc, de decim. c. cóſul-uit, de iure pa-tron. ca. ad de-corem, de inſti tution vide, ca. greui, de præ-ben. c. 1. vtu, et eccleſi. beneſ. can. Moyſes, 8. q. 1. contra re-nunciantes pro ximis.

o cap. ſi. de re-ſcrip. in 6 cano. eos, can. ſi quis ſacerdotú, 81. diſt. cano præter hæc, 32. diſt. ca. latores, de cler. excom miniſtr. cap. paſtoralis, de appell
p c. in maioribus, c. 8 & c. eſt can-ſam, cap. 36 de præbend.
q vt notat Re-buff. in § volu-mus, de collat. in verb. permu tationis. in Có-cord.

frequentiorem cauſam, ſcilicet vendendi com-
mercia: ſimonia namque vt plerumque faſci-
21 nat oculos. Cæterum perſonæ, quibus re-
nunciantur vel eiurantur beneficia, diſtingui
probè non poſſunt, niſi prius repetamus du-
pliciter fieri renunciationem beneficii, tacitè,
22 & expreſsè. Tacitè quis renunciare cenſetur
propter iuris regulas ſuo beneficio, ſi illud ha
beat pro derelicto: nam & tunc vacare cenſe-
tur [r]. Sic & tacitè, adeptione ſecundi bene-
ficii incompatibilis cum primo, primum eiu-
rat [s]: vt ſi beneficium curatum habens, non
promoueatur intra annum [t]: cedendo liti ſu-
per beneficium motæ [u]: vel per triennium non
proſequendo litem [x]. Sic ceſſio ibi differt à
renunciatione, vt in aliis notat gloſſ. anti-
qua regul. cancell. 43. Hæc renunciatio valet,
etſi facta non ſit ſuperiori qui poteſt conferre,
& vt dicunt, etſi non ſit facta in manibus ſu-
perioris [y]. Idem de renunciatione iuris ad
rem [z]: aliter in renunciatione iuris in re, quę
non tenet niſi fiat in manibus ſuperioris. Nec
quis perdidit dominium & proprietatem bene-
ficii, donec ſuperior eam eiurationem ratam
habuerit [a]. Sic tacitè beneficium litigioſum
quis poteſt remittere ſine ſuperiore, quando
23 notabile eſt dubium, an ius habeat [b]. Re-
nunciatio expreſſa eſt ea, quæ ſpontè fit ver-
bis, & explicitè à titulario, per quàm ſtatim
priuatur beneficio: & ſi ea admiſſa non ſit [c],
ſi purè fiat. Neque renuncianti datur regreſ-
ſus ad eiuratum beneficium ſine noua collatio
ne, etiam in caſu regreſſus reſeruati expreſ-
24 sè [d]. Cæterùm quamuis renunciatio non va-
leat, quòd ad ſuperiorem pertinet, ſi in mani-
bus eius facta non ſit, (nam poteſt illum ſi
velit in beneficio non obſtante renunciatio-
ne retinere:) tamen quòd pertinet ad eiuran-
tem purè & expreſsè, valet, & deſinit eſſe ti-
tularius [e]. Ita & valet, quòd pertinet ad re-
ſignantem, facta coram laico, vt non repetat
beneficium ex priori titulo [f]. Quare qui re-
nunciat ſine ſuperiore, licet non perdat ius,
tamen perdit poſſeſſorium: ideò non poterit
agere poſſeſſorio coram iudicibus ſecularibus
25 ſecundum Angelum [g]. Quamobrem dum re-
ſignatio, vel conſtitutio procuratori ad reſi-
gnandum fit noctu, debent adeſſe tria lumi-
naria [h], ſi interdiu feneſtræ apertæ, vt cogno-
ſci reſignans indubiè poſſit à notario & teſti-
bus, vt ait Cæpola [i]. Atque hodiè ex regia
conſtitutione ſubſcribi, ſeu ſubſignari debet
hæc procuratio, ſeu mandatum ad renun-
ciandum manu infirmi, præſentibus duobus
teſtibus, qui domicilium habeant & noti ſint,
vbi procurationes fiunt, nec ſint proximi vel
domeſtici eiurantium: aut ſi ſe non poteſt ſub-
ſcribere reſignans, debent iidem teſtes ſe ſub-
ſcribere, & notarius apoſtolicus, qui procu-
rationem conſcribit, debet in ea cauſas expri-
mere, ob quas is non potuerit ſubſignare, vt
26 apparet ex conſtitutione Henrici 2. [k]. Reſi-
gnatio expreſſa, vel eſt ſimplex, vel conditio-
nalis. Simplex pura eſt, ſine pacto aliquo vel
conditione: alia contra [l]. Pura facta reſigna-
tione vacat beneficium, & liberè conferre po-
teſt cuicunque idoneo voluerit ordinarius [m].
27 Conditionalis vix recipitur, attamen aliquan-
do & frequens eſt illa, quæ fit in fauorem ali-
cuius, cui conferri eiurans deſiderat beneficiũ,
& non aliàs: nec alio modo quæ non poteſt fie-
ri coram ordinario, vt nec alia conditionalis [n]:

r c. 1. de offi vi car. c. ex par. 1, de cler non re-ſideant
s ca de multa, de præbé. c gra tia, de reſcrip. in 6. clem. gra-tia, eod. ti.
t c licet can. de elect. in 6
u l. poſtquam lite, C. de pact. n 11 de pacific. poſſeſſ. in con-cord. & reg. cá-cellar. de trien. poſſe. Parıſ 86. vol. 4. incip in cap. & col. 145. cum ex facto, col. 3. eo. vols.
y ca. de multa, de præbé gl. in §. 1. de ſublatis alem. literis, in prag. ſanctio. in ver. renúciaſſe.
z ca. 2. de tranſl. epiſco. cum ibi no. c. ſi electio, de electio. in 6.
a Rota, deciſ. 1: § ti. de iur. patro. in antiquis, & deciſ. 190 de re nunci in antiq.
a c. ſi. de renú-ciat. ca. quod in dubiis, & ibi no. Innocét. & Doct. eod. titu. Ioan. Andreas in regul. 19 qui tacet, de regu. iur. in 6.
b c. 2. de in in-tegr. reſt. Pano. in d. cap. quod dubiis.
c Diſputat Ro ta, in deciſ 332. tit. de renunciá ti. & de teſtitu. ſpoliato incip. ſi opponatur, in nouis.
d can. quá peri culoſum. 7. q. 1. not. in ca. inter cætera de præb. & in ca. cú vni-uerſorú, de rer. permu ca. vni. eod. in 6. forè hęc explicatur in deciſ. Rotæ, eg. ti. de rer. per mut. in nouis.
e Rota, 3 deciſ. 313 in nouis
f d. ca. quod in dubiis, & ca. 3. ... renunciat.
g Rebuff in 3. pot. Prax. bene-fi. tit. de reſign. expre. num. 13. Ange. in l pen. de offi. præſid. in P
h argu. l. 1. §. ... de ven. in-ſpic.
i Capo. in l. 2. de verb. ſign.
k Henric 2. cóſtituti des impe trations des be nefices eccleſia ſti 24. Iulii 1550 article 8.
l c. tuanos, de ſimon.
m c. 8. & tot. ti. de renunciat.
n gl & Hoſtie in ca. ex par. 1. de offi. deleg.

quia eſſet ſimonia ea renunciatio [a], Et quam-
uis eiurans poſſit ordinarium rogare, vt con-
ferat alicui ſine metu ſimoniæ [b], ſi modo ſit
idoneus, aliter enim in ſimonia peccaret [c]: ta-
men non tenetur ordinarius illi conferre, pro
quo rogatum eſt [d], cùm illa collatio poſt reſi-
gnationem ſit ſui arbitrij. Nec legatus ſum-
mi pontif. etiam hanc reſignationem in fauo-
rem admittere poteſt, niſi ea de re poteſtatem
nominatim acceperit: eò quòd illa conditio
28 ſimoniacam pactionem inducat [e]. Et proin-
de hæc renunciatio in fauorem, poteſt à ſum-
mo pontifice admitti, qui ſimoniam purgare
poteſt, non ordinarius [f]. In hac reſignatio-
ne ſingulare, vt ſi Pappa non admittat eam,
ſemper remaneat reſignans beneficij domi-
nus [g]. Et non cenſetur facta, niſi prouiſio
fiat illi, in cuius fauorem facta eſt renuncia-
tio [h], iſque acceptauerit [i], & vi prouiſionis il-
lius miſſus fuerit in poſſeſſionem [k]. Sic enim
textus prouiſionis admonet fieri, & mens con
ditionem apponentis, quę in forma & in ſpecie
definita impleri debet [l]: & deficiente cauſa
& conditione, non cenſetur facta donatio [m].
29 Inter conditionales etiam reſignationes eſt il-
la, quæ fit ſub reſeruatione penſionis, & non
aliàs, vel reſeruatis fructibus, vel parte eo-
rum, quæ tantum à ſummo pontifice ad eui-
tandam ſimoniam admitti poteſt, qui plenum
30 ius in beneficia habet [n]. Item & illa reſigna-
tio conditionalis, quæ cum regreſſu fit, vt ſi
is cui confertur præmoriatur, redeat benefi-
cium ad reſignantem, & reſignans retineat
ſemper quoſdam fructus beneficij. Item cum
acceſſu, idque ex cauſa publicæ vtilitatis [o].
Sed iſtas conditiones latius non perſequar,
cùm reſeruationes omnium fructuum, & re-
greſſus & acceſſus, in regno Franciæ non pro-
bentur per iſtas renunciationes, quæ ſena-
tuſconſultis ideò ſæpè improbatæ ſunt [p], &
hodiè expreſsè, concilio Tridentino etiam
coadiutoribus [q]. Singulare tamen placitum
curiæ ſecreti ſacri concilij, quo Henricus, 2.
rex in cauſa Ioannis Benedicti, qui eiurauee-
rat beneficia in fauorem Franciſci Semelle
ſui vicarij anteà moribundus, fide ab eo ac-
cepta, vt ſi à morbo, quo laborabat, euade-
ret, reſtitueret ei beneficia reſignata. De-
creuit namque cogendum eum Semelle re-
iurare Benedicto beneficia, & iuſſum ordina-
rijs, cuius collationis eſſent, eidem Benedi-
cto conferre, damnato Semelle ad ſumptus,
& ad fructuum perceptorum reſtitutionem,
31 29. April. 1558. Eſt alia conditionalis, cau-
ſa permutationis facta, reſignatio: nam a-
lijs, quàm compermutantibus beneficia non
cenſentur eiurata, nec alijs conferri poſ-
ſunt [r]. Quare ſi quis reſignet beneficium in
manibus ordinarij, cauſa permutationis me-
cum faciendæ, & mihi conferatur, & ante-
quam ego quod habeo & debeo ex cauſa ea-
dem reſignem, mortuus fuerit reſignans, v-
trumque beneficium meum erit, nec cogar
meum eiurare. Quòd ſi ab altera parte, fa-
cta reſignatione, altera recuſante, moria-
tur in poſſeſſione recuſans, vacat benefi-
cium eius per mortem [s]. Niſi fierent per-
mutationes, vel reſignationes illæ in frau-
dem nominatorum [t] & graduatorum in Gal-
lia: nam tunc illis deberentur ab ordinarijs [t].
Et certè verum eſt, ante permutationem &
collationem vtrinque faciendam, reſignatio-

a cano. quam pio. 1. q. 2. ca. cum pridem, &c. ſi. de pact.
b d. c. tua nos, de ſimon.
c can. ſunt nōnulli, 1. q. 1. ca. eum, de ætat. & qual. glo. in eam ordinatio-nes, 1 q. 1.
d d. c. tua nos.
e gl. & Docto. in c. pertinnes, & c. cum pridè, de pact.
f c. ex parte, 2. de off. delega. Panor. & alij in rubr. de ſimon. Rebuff. in 3. p. Prax. benef. tit. de reſigna. cōdit. quam in fauorem vocant, nu. 1. & 3. & ſequent.
g cap. ioter, de præbend.
h c. vni. de renun. permut. in 6. clem. vni. de renunciat.
i nuo intelligitur dimiſſum quod nondum oblatum eſt l. nec vtilem, ex quib. cauſ. ma-io. in P.
k Rebuff. in d. tit. de reſignat. condit. in fauo. num. 14. 15. 16. 17. 18. 19.
l l. Mæuius, l. 54. l. cum quidam, de condi. & demonſtr. in P. l. 35. & l. 1. de cōdit. inſer. C. l. 4. 11. 46. in l. 2. § fin. de dnos in P. com ſimilib.
m c. 2. de præb. in 6. Reb. in 3. par. Prax. benefic. de reſignat. in fauorem, nu me. 31.
n Idē d. c. parte. de regreſſ.
o Idē in rubri. de reſeruatio. in concor.
p In cōcil. Triden. Seſſ. & tit. de reformatio. gener. c. 7.
q clemen. 1. de rer. permuta.
r hæc tradit, & canonſt. ſ. mot Reb. tit. de per muta. num. 28. & 29.
ſ §. volumus, & ibi Rebuf. in ver. permutatio nis, de colla. in concor. facit c. ex parte, ins. de officio dele.

ne vacare verè beneficia, aliter beneficia vi-
uentium conferrentur, vt latè explicat Day-
32 ma [u]. Sic enim conſideramus in permutatio-
ne valida beneficiorum, vt communis comper
mutantium voluntas accedat, & conſenſus [x].
Item eorum, ad quos pertinet beneficiorum e-
lectio, præſentatio, & collatio [y]. Et ita reſignen-
tur beneficia [z], vt permutentur ſpiritualia ſpi-
ritualibus, ius in re cum iure in re, & non ad
rem, vel contrà [a]. Conſenſus ex cauſa permu-
tationis tantùm reſignatione facta, limitatam
cauſam habet expreſſam & conditionalem, ſi-
ne qua facta non fuiſſet: quare, quamuis olim
decretalium iure vacarent reſignatione facta
hac cauſa beneficia, & poſſent alteri conferri
ab ordinario [b], tamen hodiè iure nouiſſimo
placuit, ne poſſint alijs, quàm permutantibus
33 conferri [c]. Imò de conſuetudine non petitur
noua collatio, quando quis redit ad proprium
beneficium, reſignatione ex cauſa permutatio-
nis non ſortiente effectum [d], veluti ſi benefi-
cium compermutantis fuerit euictum [e]: etſi
iuris rigore diuerſum videri verius poſſet, &
ſecundum conſuetudinem in Gallia iudica-
tum in ſenatu Pariſien. 1525. 2. Maij, & in
vigilia Beatiſſimæ Mariæ, 1539 [f]. Quare qui
beneficium tanquam pacificum compermu-
tanti dedit, & lis mota fuerit tenetur qui dedit
litigioſum, vt author pro euictione eius qui ac
cepit, & litem ſuſcipere & proſequi. alioquin,
qui pacificum pro eo dedit, poteſt reuerti ad
34 ſuum [g]. Diximus autem conſenſum patroni
laici requiri in collatione ex cauſa permuta-
tionis facienda, ſi beneficium ſit patronatum [h]:
alioquin enim poſſet irrita eſſe collatio, ſpreto
patrono. Quod intelligendum eſt, ſi patro-
nus contemptum proſequatur, non aliter. Et
ſic collatio hæc ex cauſa permutationis neceſ-
ſaria annullanda, non tamen nulla ipſo iure
dicitur, vt accidit in collatione alia, quæ fit va-
cante beneficio per mortem, vel reſignatio-
nem ſimplicem [i]. Et ita iudicatum fuiſſe tradit
Guido Papæus, & Rota [k]. Idem de conſenſu
illorum, quorum eſt electio, dicendum eſt [l].
Verùm ſufficit & patronus & eligentes requi-
ri, nam non obſtante illorum diſſenſu poteſt
ex cauſa permutationis fieri collatio ab ordi-
35 natio. Et ſic iudicari tradit Rebuffus [m]. Spi-
ritualia ſpiritualibus hic permutantur, vt æ-
qualitas ſaltem qualitatis rerum in ea permu-
tatione adſit, & elidatur nundinationis & ſimo
niæ ſuſpicio [n]. Beneficium vnum cum alio, vel
cum pluribus minoribus permutatur [o]: ſine
fraude tamen, dolo, vel pactione. Nam pa-
ctio, quam vocant concordiam in permutatio-
ne, cùm habeat ſimoniam [p], ab ordinario col-
latore, qui ei non poteſt diſpenſare, non poteſt
admitti: ſed tantùm à ſummo pontifice, vel
eius legato habente poteſtatem [q]. Quocirca
in hac concordia non debent contrahentes pa-
ciſci abſolutè, niſi & quatenus approbabitur
36 à ſuperiore [r]. In renunciationibus, quæ cum
conditione fiunt, vel quæ aliter exigunt
collationem, regula generalis erit: renun-
ciationem fieri debere in manibus ſuperio-
ris eius, qui poteſtatem habet conferendi [s].
Summus tamen pontifex liberè poteſt ſe
pontificatu abdicare, & illum eiurare [t]: ſupe-
riorem enim non habet. Superior in hoc caſu

is eſt,

u Daymā, in proœm. Concor. fol. 119. colu. 2. & 3. per clem. 1. de rer. permut. dum dicit reſignata &c. & gl. in c. ſi propter, in ver. vacabūt, de reſcr. in 6. & ibi Phil. Franc. Andr. Domi-nicus.
x cap. 1. de rer. permut.
y clement. vni. eod. tit.
z c. 1. eod. in 6.
a ca. fin. de rer. permut. Hoſtienſ. in ſumma eius tituli, § quid poteſt permutari.
b cap. inter, de præbend.
c c. vni. de rer. permu. in 6. clemen. vni. eod.
d Ioan. Andre. in d. c. vni. in 6.
e Reb. in tracta. de pacific. poſſeſſo. num. 145 & in 3. par. Prax. benefic. de permutat. benefic. nu. 12.
f Reb. vbi ſup.
g cap. ſi beneficia, de præbend. in 6. Rebuff. vbi ſup. num. 36.
h gl. in clemētina vni. de rer. permutati. Cur ti. in tracta. iu. patron. in verb. honorificum, quæſt. 3.
i can. decernimus, 16. q. 7. glo. in cap. cum dilectos, de iure patronat. in verbo. præſentare
k Guid. Pap. deciſ. 274. ita etiam Rota decidit, deciſio. 107. de rer. permut. incip. permutatio facta per ordinarii, in nouis.
l d. clementi. vni. de rerum permutat. Rebuff. in 3. parte Prax. benefic tit. de permut. num. 21.
m Rebuf. d. nume. 21. facit Federic. in tracta. de permut. benef. q. 24.
n c. fin. de rer. permuta. cap. ad quæſtiones, eod. Mattheo. de afflict. quæſt. Neap. 17.
o c. cum venerabilis, & ibi Ioan. Andr. de excep.
p cap. cum pridem, de pact. Fenom. in ca. cum vniuerſorum, 7. nota. de rer. diuiſ. Pariſ. conſ. 130. col. 3.
q d. c. cum pridem, & can. fi. de pact.
r c. quæſitum, & c. cū vniuerſorum, de rer. permutat. Decius conſi. 141. incip. ad plura, cap. ed audientiam, &c.
s ibi gl. i. verb. ad quos, de iis quæ vi metu. cau. fi. c. admonet, c. quod in dubijs, de renunciat.
t c. 1. de renunciat. in 6. de pōtif. ſumm. qui renunciatur, vij. de Gomez. in reg. de infir. reſignatio. 11. Ioan. Burgund. tract. de renunciati. Pappæ.

is eſt, qui poteſt inuitum priuare beneficio,[a] & qui diœceſeos epiſcopus eſt, in qua beneficium ſit. Nec poteſt alius, etſi ex priuilegio uel aliàs conferat beneficium, alterius diœceſeos admittere renunciationem.[b] Cæterum poteſt quis eiurare beneficium, & per ſe, & per procuratorem: quòd per ſe poſſit, ex ſuperioribus planum eſt: per procuratorem autem, & renunciare & acceptare poſſe quem beneficia conuenit inter interpretes, & firmat uſus.
38 Porro procurator ad renunciandum ſit in ſpeciali mandato,[c] certus, uel nominatus:[d] nec procuratio ſine nominatione certi procuratoris, ut dicunt, in albo ualet:[e] quia nec alienatio ſine ſpeciali mandato tenet.[f] Sicut & in procuratore ad acceptandum dictum eſt:[g] quamuis acceptatio ſine procuratione facta ab eo cuius nomine ſit, rata haberi poſſit, & ualidetur.[h] Nihil tamen intereſt, clericus ſit an laicus procurator: uterque enim conſtitui poteſt: honeſtius tamen fiet, ſi clericus ſit.[i] Formam procurationis ex Henrici 2. regis conſtitutione attulimus, dum ageremus de renun-
39 ciatione expreſſa. Obſeruamus hic procuratorem eodem mandato ſeu procuratione conſtitui non poſſe ad permutandum, acceptandum, & renunciandum, uel contra, ſimul.[k]
40 Dehinc placuit ſenatuſconſultis ne procuratorium ſeu mandatum duret ultra annum, nec poſtea in uim eius fieri poſſe reſignationes, uel prouiſiones.[l] Ante poſſe, ſi modo procurator reuocatus non fuerit re integra, & dummodo ante reuocationem cognitam, reſignauerit: nam cum reuocari poſſit procurator, reuocatus nihil agit, ſi cognouerit ante factam ſui reuocationem, non aliter.[m] Etenim non eadem ſunt reſignare, & procuratorem ad reſignandum facere: nam illa reuocari non poteſt, ut diximus, hæc re integra poteſt.[n] Imo ſi facta reſignatione per procuratorem, antequam is conſenſerit, reuocetur, reuocatio ualida eſt:[o] & definit eſſe procurator, cum conſenſus eius, procurationis ſit potior pars, & ſine eo non expediantur bullæ, ut ſtatuit regula cancellariæ 43. Boer. deciſ. 348. num. 1.
41 Si tamen antequam notarius expedierit procurationem, ei fuerit facta reuocatio manifeſta, nihil operatur procuratio deinceps expedita, & notarius pro falſario habebitur.[p] Sed & ſine intimatione reuocatur procurator, ſi moriatur interim re integra qui conſtituit.[q] Et ſi procuratio eſſet facta ad reſignandum ex cauſa permutationis, ſufficeret intimari reuocationem parti re integra: nam poſt eam monitionem ſi quid fiat, dolo fieri dicetur.[r]

a gloſſ. in clement. uni. in verb. in manibus, de renunciat.
b gloſ. & Cardinalis, in clement. uni. 7. quæſtio de renunciat. Stephanus, in 2. modo vacant. num. 25.
c c. cùm olim, § quia verò, de offic. deleg. l. inſtituendum, ex conuentione, § ſi procurator, de inſtit. in P
d l. 2. de procurator. gloſſ. in l. tutor incertus, de teſtament.
e Chaſſanæus, in conſuetud. Burgund. rub. des droicts & appart. à gens mariez. § 3. in verb. ſans procuration, num. 2 Boerius, deciſ. 274.
f capit. qui ad agendum, de procurator. in 6. cap. id quod noſtrum, de regul. iur.
g Doctor. in cap. accedens, de præbend. c. fin. de procur. in 6. clementi. non poteſt, eo. ca. procurator, de electio. in 6. glo. in § ſtatuimus etiam, in ver. procuratorem, de collat. in pragmatica ſanctio.
h Doctor in d. ca. accedens, & gloſſ. in capitu. quâ ſit, de præbend. in 6. glo. & Doctor. in ca. nonnullis, de reſcrip.
i d. gloſſ. in d. verb. procuratorem, Panormitan. in capit. decreuimus, de iudic.
k Rota, deciſi. 529 tit. de procurator. incipit, vtrum quis poſſit conſtituere, Rebuffus, tractat. nominat. quæſt. 14. nu. 15.
l ita iudicatum fuiſſe tradit Rebuffus de pacificis poſſeſſoribus numero, 191 & 3. parte, Prax. beneficio. tit. de procurator. ad reſignan. nu. 13. Extat conſtitu. Henric. 2 titu. de la reformation des prouiſ. apoſto. notaires & banquiers art. 10. de l'an 1553. en Mars.
m clem. vni. de renunciat. c. ſi duo, vbi Docto. de procurato. cap. ſi. eo tit. in 6. facit l. ſi fortè, de offic. præſid. in P.
n Rebuff. in § 1. de ſubiat. clementi. liter. in verb. reſignetione, in concordat.
o Rebuff. vbi ſup. verſ. nono limitatur.
p idem in 3 parte Prax. benefi. tit. de reuocat. procurato. nu. 9.
q Felin. in rep. ex parte decani, Feilen. 8. de reſcript. l. mandatum, & ibi Sald. cap. mand.
r Doctor. in c. ſi. de procura. in 6. vide de hoc Rebuff. & de alijs 14. cauſis, in quibus non eſt opus, renunciationem notam fieri procuratori in glo. ſi. tit. de ſubiat. clementi. in concordat.

De modo renunciationis. Cap. XIIX.

1 *Renunciantes quid iurant prius.*
2 *Renunciatio beneficij ſine ui & metu fieri debet, & quis metus reſcindat eam.*
3 *Intruſi in cauſa beneficiali qui dicantur.*
4 *Simonia ipſo iure priuat beneficio poſſeſſorem.*
5 *Renunciatio dolo facta corruit.*
6 *Renunciatio fieri debet ſecundum regulas cancellariæ de infirmis reſignantibus, & de publicand. reſignat.*
7 *De regula de 20. diebus renunciationis, & in quibus locum habeat uel non, & 10.*
8 *Officium regale in Gallia renuncians, debet ſuperuiuere per 40. dies.*
9 *Regula de 20. diebus non habet locum in renunciatione facta coram ordinario.*

1 Qui renunciant uel eorum procuratores, prius iurant eam ſine dolo, ui, metu, aut ſimonia fa-
2 ctam.[a] Renunciatio itaque debet eſſe ſpontanea, & ui impulſiua metuve facta reuocatur.[t] Sicut & alia hiſdem modis extorta:[u] & aut nulla eſt[x] renunciatio, aut ſaltem annullanda.[y] Quod & in procuratoris ad renunciandum conſtitutione intelligi debet.[z] Metus hic iuſtus intelligi debet, qui habet reſtitutionis cauſam, & cadere poteſt in conſtantem uirum:[a] iuſtus, id eſt, probabilis, & non leuis,[b] qui & proximorum eſſe poteſt,[c] & ipſius collantis.[d] Atque ideo in Gallia ita ui & metu ſpoliatus, uti poteſt remedio poſſeſſorio reintegrandæ, cui ſi obijciatur renunciatio, ea nõ obſtante iudex poſſeſſionem reſtituet, uel uindicatione ad poſſidendum ita extortum[e] tuebitur. Sed operæ pretium eſt prius iniuſtam uim probare illatam: nam ea quæ iuſte infertur, pro ui non habetur:[f] ueluti ſi in controuerſia beneficij, iudex delegat aliquem iniuſte re ipſa illud poſſidere, poteſt eum cogere ſententia excommunicationis, & alijs modis illud eiurare uel renunciare, ſcilicet dum dimittitur
3 illi ipſum de facto.[g] Veluti qui reſtituere iuſſus eſt, ſi non obſequatur, manu militari cogendus.[h] Neque qui improbam habent poſſeſſionem, titularij dicuntur[i] & beneficiarij, ſed intruſi: quales ſunt omnes, qui non intrant in beneficium per oſtium, aut ſine canonica inſtitutione:[k] & qui interrogati cur poſſident, nihil aliud quod reſpõdeant habent, quàm quòd poſſideant.[l] Item illi qui ſine titulo ſunt, & cauſa poſſidendi,[m] ſi poſſeſſionem nanciſcantur beneficij ante collationem:[n] uel poſt collationem, propria authoritate alio poſſidente, poſſeſſionem capiant.[o] Mandatum enim collatoris eſt expectandum,[p] & quidam authoritatem & mandatum ipſam collationem & inſtitutionem interpretantur.[q] Quibus addere poſſumus alias intruſionis ſpecies, quas tradit Felinus,[r] in quibus ſi per iudicem ademptio ui fiat, nõ dicetur iniuſta uis, nec metus
illa

s ca. ſuper hoc, de renunciat. regul. cancellar. 43.
t cap. ſi cùm pridem, de renunciat. c. c. & 4. de his, quæ vi metu. cauſ. fiunt. can. presbyteros, 50. diſtinct. c. ſolicitè, de reſtitut. ſpolia. c. ſciant, de elect. in 6.
u toto l. 1. & tot. titu. de his quæ vi metuſ. cauſ. fiunt, in P & C. cap. requiſiuit, & ca. gemmam, de ſponſ. l. fin. C. eod.
x ſecundũ Rotam, deciſ. 174. fuit dubitatũ. in nouis, de renunciat. Butrigarius in ca. ad aures, de his quæ vi metu. cauſ. fiunt, & deciſ. Tholoſ. 285.
y ſecundũ Calderinum in conſil. 1. de renunciat. per capit. ſuper illo, eodem.
z Panormitan. in ca. abbas, de his quæ vi metu. cauſ. fiunt, facit ca. ad audientiam, & ibi gl. & c. cùm dilectus, eod.
a c. ad audientiam, eod. l. metum, in princ. de eo quod metus cauſ. in P.
b capit. fin. de appella.
c ca. ſciant, de elect. in 6.
d clemen. multorum, de pœnis.
e gloſſ. in § ad tollẽdas, in verbo liberè, de electio. in prag. ſanction.
f l. 3 § 1. de eo quod met. cau. in P. l. nec magiſtratus, de iniur. in P
g capit. quia diuerſitatẽ, de conceſſ. præbẽ. capi. ad aures, de exceſſibus prælator. capit. relatum eſt, de iure patronat. c. ex inſinuatione, eod. capit. accepta, de reſtitutione in integr.
h l. qui reſtituere, de rei vendica. in P. ca. cùm aliquibus, de re iudic.

i l. improba, C. de acquirend. poſſeſſ.
k cap. relatum, de iure patronatus.
l l. qui interrogatus, de petit. hæredit. in P. Bald. in c. nihil eſt, de electione.
m l. nullo. l. nec vlla § omnibus, de acquirenda poſſeſſ.
n Panormit. in c. cum iamdudum, per illum tex. de præbendis, cap. ne ſede vacante, ca. paſtoralis, de priuileg.
o c. ad aures, de exceſſi. prælat. c. eum qui de præb. in 6. can. placuit, 16. q. 6. l. ſi ex ſtipulatione, de acquir. rer. domin. de Selua. tracta. de benefi. par. 3. q. 13
p c. 2. ne ſede vacante, c. cùm venientes, de reſtitut. ſpolia.
q Panormi. & alij in c. cùm iamdudum, de præbẽdis, Felinus, in c. in noſtra, de reſcrip. in c. venientes, de accuſatio.
r Felin. in d. c. in noſtra, Rebuff. in § 1 de pacif. poſſe. in ver. violentos, in concord.

ille reſignationem reſcindet. Similiter neque
uis illegitima illata poſt renunciationem re-
ſcindet actum priorem legitimum & liberũ:[a]
uel ſi, poſt renunciationem ui metuve factam,
purgata uis metuſve fuerint, ut pota ſi facto ſpo
liatonis, & reſtitutioni pacto renunciaſſet, uel
iuramento,[b] quanquam non ualeat renuncia-
tio beneficij facta poſt ſpoliationem,[c] & tamẽ
reſtitutioni ſpontaneæ renunciari poteſt:[d] &
4 inuiolabiliter ſeruabitur iuramentum.[e] Debet
etiam eſſe à ſimonia libera renunciatio:[f] nam
ſemper probata ſimonia, priuat beneficio, ſiue
publica, ſiue occulta ſit, ſimoniacum poſſeſſo-
rem ipſo iure. Proinde beneficium poterit ita
obtentum uel reſignatum, impetrari ut uacans
ipſo iure: & poſtea poterit probari ſimonia.[g]
Et quamuis collatio ex cauſa illa reſignationis
ſimoniaca non ualeat, tamẽ qui reſignauit, nõ
poteſt illud beneficium repetere, nec ille qui
5 ſimoniace adeptus eſt retinere.[h] Dehinc ſine
dolo debet eſſe renunciatio:[i] quia in omnibus,
& in cauſis potiſſimum beneficialibus, bona fi-
des interuenire debet:[k] & liber conſenſus in
reſignatione exigitur.[l] Cui obijcitur, ut uis &
6 metus, ita & dolus.[m] Inſuper obſeruare opor-
tet in reſignationibus, regulas cancellariæ Ro
manæ curiæ duas. Altera eſt, de infirmis reſignã
tibus:[o] Altera de publicãdis reſignationibus,[o]
de qua ſupra diximus, dum legimus de modis
legitimis dãdi beneficia, dumq; palam dari de-
bere, probauimus. Igitur de priori nunc tantũ.
7 Prior ſtatuit, ut collatio facta in eum reſignatio
nis, uel reſignatio facta in fauorẽ non ualeat,
niſi reſignãs in infirmitate cõſtitutus ſuperuixe
rit per 20. dies.[p] Ne eccleſiaſticis facultatibus
quis abutatur, & ne cum inſtare uitæ periodum
arbitratur, audeat uelut teſtamento aut iure te
ſtamenti, ſanctuariũ Dei transferre.[q] Item ne
per huiuſmodi reſignationes, ordinariorũ ius,
uel expectantiũ beneficia fraudentur. Cur autẽ
in hac regula 20 dies potius, quàm plures uel
pauciores adijciuntur, diſputat Gomeſius in re
gulam de infirmis reſign. quæſt. 25. Numeran-
doſq; dies 20. à die præſtiti conſenſus per reſi-
gnantẽ ſupplicatione ſignata in q. 31. Et quo-
modo de momento in momentũ dies computã
di, q. 27. & glo. antiq. in illã reg. 18. cancell. Et
Rebuff. in eãdẽ in 3. par. Prax. benef. Et hãc
regulam fuſè probat Gomeſius locum habere
in renunciatione facta papatus per ſummum
pontificem.[r] Item in cardinalibus,[s] & eorũ fa-
miliaribus,[t] in exemptis ab ordinarijs,[u] in fœ-
minis regularibus habentibus dignitates colla
tiuas.[x] Item in commendis perpetuis, non au-
tem in temporalibus eiuratis,[y] & in infirmo
qui renunciabit iuri ſuo quæſito in beneficio,
ui alicuius gratiæ,[z] & in renunciatione ex cau
ſa permutationis.[a] Dubitat & de reſignatione
facta cum retentione fructuum.[b] Aſſerit autẽ
& in beneficijs patrimonialibus, quæ perpetuo
dantur in titulum.[c] At non habet locum in im
peratore, qui renunciauit imperio ex conſen-
ſu electorum:[d] nec in ſenibus renunciãtibus:[e]
in intrantibus mare, & renunciantibus metu
tempeſtatis:[f] nec in peſte infectis:[g] in infirmis
uulnere non lætali:[h] & in eo qui ſanus erat tẽ-
pore renunciationis & conſenſus ſum. pontif.
quamuis poſtea fuerit infirmus mortuus intra
20. dies.[i] Item nec in beneficijs conſiſtoriali-
bus, id eſt, quæ conceduntur per reſignationem
in conſiſtorio Papæ,[k] nec in beneficio uni-
to,[l] nec in translationibus penſionum,[m] uel
in eiuratione beneficij patronati cum licentia

a Lapus, allegat. 13.
b gl. in c. ſuper hoc, in verbo reſignationis, de renunciat. Rota, deciſ. 48. incip. nota, quod poſt ſpoliationem, tit. de renuncia. in antiq.
c c. ſolicitè, de reſtit. ſpoliat.
d Rota, deciſ. 48 & 424 incip. nota quod ſi ſpoliatus, tit. de renuncia. in antiq. & deciſ. 416. incip. nota
e eaſdem in poſſeſſione, in antiq.
e authẽ. ſacramenta puberũ, ſi aduerſ. vendit.
f ca. ſuper hoc, & ibi gloſſ. in verb. pecuniã, de renunciat.
g Rebuf. 3 par. Prax. benef. de ſimo. in prænotation. nu. 12.
h Idẽ vbi ſup. nu. 3 gl. & Doctor. in c. conſtitutus, de tranſ. Guid. Papa, cõſil. 172. ſtatut Hugo &c.
i d. capi. ſuper hoc, de renunciat.
k ca. cum dilectus. de elect.
l d. capi. ſuper hoc.
m l. mulier. §. ſi metu, quod met. cau.
o Reg. 18.
o Reg. cancellar. 34.
p d. reg. canc. 18 & ibi gl. ſacit cap. 2. de renunciat. in 6. Gallic. Bened. in repet. c. Raynutius, in verſ. in eatremis poſitus, num. 14. de teſta. Explicat hanc regu. Rebuffus in 3. par. Prax. benefic. tit. de regu. de infir. reſign. & Gomeſ. explicat, per 41. quæſtiones.
q c. 1. de præb. cau. pleraque, 1. q. 1.
r Gomeſ. q. 2.
s quæſt. 3.
t quæſt. 4.
u quæſt. 1.
x quæſt. 8.
y quæſt. 19.
z quæſt. 18.
a Idem, q. 19.
b quæſt. 20.
c q. 21. & 13.
d Gomeſ. docet q. 2. in hanc regul. de infir. reſig.
e Idem q. 7.
f Idem q. 8.
g quæſt. 9.
h Id. q. 11. glo. antiq. in regu. cancel. 18.
i Idẽ Gomeſ. eod. q. 12.
k quæſt. 14.
l quæſt. 13.
m quæſt. 16.

patroni.[n] Nec in officijs curiæ Romanæ, potiſ
ſimum ſecularibus, quæ teneri poſſunt ab uxo
rem habentibus, & in alijs quibuſcunque mix
8 tis cum ſpiritualibus.[o] In Gallia, in officijs pro
phanis renunciatis inter manus regis, qui re-
nunciat debet ſuperuiuere per 40. dies: unde
quando officij regij admittitur renunciatio,
ſolet rex in literis excipere, dummodo reſignãs
infirmus non ſit, & uiuat per quadraginta
dies.[p] Receptum tamen eſt in Gallia eam re-
gulam de uiginti diebus ſeu de infirmis, lo-
cum habere in beneficijs & officijs eccleſiaſti-
9 cis collatis à rege iure ſuo.[q] At inter omnes
quoque conuenit tandem, regulam illam non
habere locum in reſignatione facta coram or-
dinario: quia coram eo non fit reſignatio in
fauorem, & ipſe liber in conferendo eſt, ut ei
cui conferre rogatus eſt, ual alij poſſit concede
re: quod non habet locum in renunciatione,
quæ coram ſummo pontifice fit in fauorem, &
non aliàs. Et ſic eſt neceſſaria & conditiona-
lis, & ita iudicatum:[r] quamuis in contraria
10 ſit ſententia Gomeſius,[s] & alij. Quando intra
20. dies reſignans moriens ex eadem infirmita-
te, quamuis uere uacet beneficium per reſi-
gnationem poſt impetrationem,[t] ob eam mor
tem nullam: tamen cenſetur uacare per obi-
tum, ut reſignatio habeatur pro non facta.[u]
Neque per clauſulas generales, ut illa, uel
aliàs quouis modo uacet poſitas in ſupplica-
tione reſignationis mortui infra 20. dies, com-
prehenditur iſte modus uacationis per obi-
tum fictè inductus, per dictam regulam de
infirmis, quia prædicta reſignatio hic annul-
latus, ut late docet Gomeſius.[x] Receptum
eſt tamen ſumm. pontif. poſſe huic regulæ de
infirmis derogare, & legatum cum poteſtate
derogandi creatum, ſi modo expreſsè dero-
get.[y] Et ita placitis ſupremarum curiarum
ratum eſt.[z]

n quæſt. 17.
o quæſt. 20.
p In deciſion. Franciſc. Mar. 384. in 1 p. Rebuf. in regu. de infir. gl. 3 in 3. part Prax. benef.
q Papon, lib. 3. Rhapſo. areſt. tit. 8. arc. 3. & 2.
r Idem vbi ſupra arr. 1. tit. 2. lib. 1.
s Gomeſ in d. regul. de infir. quæſt. 26.
t alioquin collatio nulla de beneficio non vacãte, c. 1. & 2. & ca. cùm noſtris, de conceſ. præb.
u glo. in clem. 1. de immunita. eccleſ. Gomeſ in d. regu. de infir. reſign. quæſt 30.
x Idẽ Gomeſ. eod. q. 14.
y Idem in d. reg. q. 19 & 5. Rebuf. in illam reg. gl. 2 num. 14. & 15 & in § præſauque ordinarij. in verſ. vacare, de coll. in concord.
z Pap. lib. 3. areſtis. arctit. 3.

De uacatione per mortem titularij. Cap. XIX.

1 *Vacat beneficium ipſo iure per mortem.*

1 Recte etiam beneficium dicitur ua-
care iure & facto, per mortem ul-
timi poſſeſſoris ueri titularij.
Nam beneficia tantum conce-
duntur ad uitam utenda, uel fruenda, & re-
genda, ut docuimus in finitione beneficij, nec
de his diſponi poteſt, uel iure hæreditatis con-
ſtitui.[a] Mors ſeparat corpus & animam,[b] &
hæc eſt mors naturalis, de qua hic intellegi-
mus, quæ non continet ciuilem, ſicut nec in
alijs beneficiorum quæſtionibus.[c] Et cum
mors omnia ſoluat,[d] ſoluet & ius, uſus, uel uſu
fructus beneficiarij in beneficio,[e] morte e-
iurat ut in uſufructu alterius generis receptum
eſt.[f]

a c. 1. de præb.
b l. ſi mater, C de inſtitut. & ſubſtit.
c gl. in c. ſuſceptum, in ver non morte, de reſcri. in 6 & in c. quamuis, in 1. de præbẽ in 6.
d §. deinceps, in auth. de nupti. colla. 10.
e c. 2. & c. ſi de loca ca. fin. ne præla. vic. ſuas, clem. 1 de reb. eccleſ. nõ alie.
f §. finitur, de vſufr. l. 3. §. fin. quib. mod. vſuſfr. amit.

De beneficio litigioſo. Cap. XX.

1 *Beneficium litigioſum quod dicatur.*
2 *Beneficiorum lis de poſſeſſorio aut petitorio.*
3 *Beneficiorum poſſeſſio & titulus coram iudicibus ſecularibus in Gallia tractatur: contra iure canonico.*

4 *Vnionis*

4 *Vnionis beneficij controuerſia agitur coram iudice regio in Gallia.*
5 *Poſſeſſorij iudicij pro beneficiorum litibus methodus.*
6 *Dilationes quot danda in iudicio poſſeſſionis beneficiorum.*
7 *Poſſeſſorij dua prouiſiones, uindicia ſeu recredentia, & ſequeſtratio.*

1 SVperiora pertinent ad beneficia, quę cuiuſque dici poſſunt, uel nullius ſunt: nempe ad beneficia iuſte poſſeſſa, uel uacantia. Poſtrema nunc his adijcienda eſt conſideratio, perſonarum poſſidentium beneficia, de quibus incertum aliquandiu eſt, num uere poſſideantur, an uero iniuſte, an num uacent. Ea erunt litigioſa; controuerſia coram iudice mota, poſtquam à iudica competenti citatio emanauit, & aduerſarium citatum peruenit, uel per eum factum eſt quominus ad notitiam perueniret: dū in citatione talia ſunt expreſſa, per quæ plene poſſit inſtrui, de quibus in iudicium conuenitur.[a] 2 Porro iudicium omne & controuerſia beneficiorum, uel poſſeſſorium reſpicit, uel petitorium.[b] Iudices utriuſque idonei iure canonico 3 pontifices ſunt, ſeu epiſcopi ordinarij.[c] In Gallia tamen magiſtratus regij de his litibus, ubi de poſſeſſorio ſeu interdicto retinendæ, ſeu *maintenue ou complainte*, & recuperandæ cognoſcunt:[d] quamuis Fernandus hoc durum ſatis & uſurpatum exiſtimet, multis rationibus.[e] Quas tamen una mea ſententia temperare poterit ratio ita expedire fieri, & cum de poſſeſſione tutanda, uel defendenda quærimr, potius ad ſeculares poteſtates recurrendum, ad quas gladij temporalis executio pertinet contra huiuſmodi prędones & ſpoliantes, quos eccleſiaſtica cenſura uix à temeritate poſſet compeſcere. Sed & lites beneficiorum, quæ ad ius regaliorū pertinent, & ea ratione collationis regiæ ſunt, uel aliter eius liberæ collationis, ſiue petitorio ſiue poſſeſſorio agatur iudicio, ſenatus Pariſienſis cognoſcit & ſopit. 4 Cognoſcunt & regij iudices in Gallia de poſſeſſorio unionis controuerſiæ.[f] Sed & in concilio Baſilienſi, tit. de cauſis, approbantur iuriſdictiones in litibus beneficiorum. Et placuit ſenatui Pariſienſi interdicta retinendæ poſſeſſionis, de omni re ſpirituali coram iudice laico proponi, & pro decimis.[g] Prius de poſſeſſione, quàm de proprietate in omnibus fere iudicijs agendum eſt:[h] quanquā utriuſque quæſtio ſimul proponi poſſit.[i] Præuenta tamen poſſeſſorij in curia regia quæſtio, in Gallia impedit ne agi poſſit alibi de petitorio.[k] Iſtius porro poſſeſſorij iudicij me-5 thodus hæc eſt. Primum neceſſe eſt obtinere ab officina æquitatis ſiue cancellaria regia diploma retinendæ, ſeu *Complainte en cas de ſayſine & nouuellete*, ſeu intra annū,[l] à die turbatæ poſſeſſionis.[m] Tradit & Rebuffus annum computandum in beneficijs poſt adeptā poſſeſſionem titularij, & non à die mortis prioris titularij, uel uacationis, & ita iudicanim.[n] Interdum à ſeneſcharchijs, querimoniæ ſeu retinendæ ſolent impetrari, quando illi iuridici ſolent iure ſuo, ſiua commiſſione negotij hac de re cognoſcere, cuius generis eſt ſeneſcharchus Cadurcenſis.[o] Horum deinceps diplomatum executio per apparitores fit, & dies nomine impetrantis dicitur aduerſario, ut ſiſtat ſe iudicio corā iudice legitimo, uel eo cui dirigitur reſcriptum,[p] inſtructus & paratus ad litem agi 6 tandam, nulla alia poſtulanda dilatione,[q] niſi pro copia facienda, uocant communicationem titulorum, quæ neceſſaria eſt, una legitima concedatur.[r] Interim autem, ſi de ui timeatur, ſequeſtratur beneficium, ne ad arma proſiliant litigantes.[s] Poſtea lis conteſtatur, qua audita, iudex aliam eamq́ue uoicam dilationem conſtituit,[t] ad edendos ſeu producendos titulos, quibus uti decreuerint poſſeſſores & litigantes, quorum quilibet ſe dicit iure poſſidere, quæ dilatio niſi à ſenatu prorogari nequit. Hic nullorum teſtium allegatio uel editio admittitur. Et tunc partes iudicis ſunt, habita titulorum ratione, ſecundum eum uindicias uel recredentiam ferre, qui ius apparentius in beneficio uidebitur habere,[u] uel ſi non li-7 queat, ſequeſtrare. Sunt enim duæ prouiſiones in interdicto poſſeſſorio, uindiciarium, & ſequeſtri.[x] In beneficialibus quippe cauſis oportet poſſeſſionem colore aliquo tituli fulciri,[y] ne uitioſus ad eam detur ingreſſus:[z] potiſſimum cum in beneficijs quæratur de iure.[a] Niſi forſan agatur interdicto recuperandæ, ſeu ut dicunt reintegrandæ uel reſtituendæ poſſeſſionis: quia tunc ſufficit ſine exhibitione tituli, probare ſe fuiſſe in poſſeſſione tempore motæ litis, & ſpoliatum fuiſſe.[b] Atque ante omnia reſtitutio fit.[c] In interdicto retinendæ non item, quia habet cauſam proprietatis annexam.[d] In uindicijs non deſideramus exactam iuris probationem.[e] Veruntamen hic pro quo ſententia de momentanea poſſeſſione fertur, ſatiſdare debet de fructibus reſtituendis,[f] ſi opus fuerit reſtitui poſtea. Subinde in pleno poſſeſſorio lis eſt perſequenda, teſtes ſi quos litigantes allegent recipiendi audiendiva ſunt, & tandem ſummariè & de plano finis negotiu imponendus.[g]

a Clemen. 2. ut lit pendem. cap. non poteſt, de procur. c. ut circa, de electio. in 6 c. procurator, eod. clem. cauſam, de electio. cum ſimilibus.
b c. ſi. de iudic. ait de cau. poſſeſ. & propr.
c c. 3. & tot. tit. de ſor. compet. & de iudic.
d Guid. Pap. deciſ. 1. diſputant Interp. in c. fin. de iudic. Cardinal Zabarel. in clem. diſpendioſam, de iudi. §. 1. de cauſ. in pragm. ſanct.
e Bereng. Fernan. in repet. §. nihil commune, l. naturaliter, de acquir. poſſe. in 5. præfat. nu. 3.
f Rebuff. in §. 1. de cauſis, in concord.
g autat Rebuffus in commēt. ad conſtit. reg. To. 2. Rubr. des matieres poſſeſſoires, artic. 2.
h l. ſi de vi, de iudic. in P. §. retinendæ, de interd.
i ca. cùm dilectus, de cauſ. poſſeſſ.
k Conſtit. Frāciſc. 1 publicata, an. 1539. artic. 48.
l ead. conſtitu. artic. 51.
m in conſtitu. Carol. 7. in primis, artic. 70. & conſtitu. Franc. 1 art. 61 in publica an. 1539.
n Rebuff. in cōnectaneis ad conſti. regi. tomo 2. conſtitu. titu. des matieres poſſeſſoir. artic. 2.
o Aufreri. in ſtil. parlam. ad titu. de cau. nouitas. ad §. illis, item in caſu nouitatis.
p In pri. conſtitutio. Carol. 7 artic. 7.
q in conſti. Carol. 7 primus artic 83 & Caro. 8 art. 18
r conſtit. Franciſc. 1. an. 1539. art. 46 & 47
s arg. l. æquiſſimum, de vſufruct. P. clemē. vni. de ſequeſtrat. poſſeſſ. & fruct.
t in conſtitut. Frāc. 1. an. 1539. art. 47.
u eo. art. 46. an. 1549 & Carolis 7. in primis, art. 18 l ſi. C. de edict. D. Adrian. toll.
x Rebuffus, in connectaneis in conſtitut. regi. Tomo 2 tit. des matieres poſſeſſoires artic. 1. num. 3.
y cap. ad decimas, de reſtitu. ſpoliat. c in 6. Prapoſitus, in ſum 3. q. 1.
z c 1 de eo qui mitt. in poſſeſſ. in 6 Specul. in titu. de teſte. §. nunc uidendū, verſ. ſed pone ago, glo. in clementin. vni. de cau. poſſeſſ.
a ca. licet cauſam, de probatio. glo. in clemen. vni. de cau. poſſeſſ.
b Aufren. deciſio. quartio. Tholoſ. 13 l. ſi quis ad ſe fundum, C. ad legē Iuli. de vi pub. c cano. eiuſ. grando, 3. q. 1. tot. tit. de reſtit. ſpolia.
d l 2 §. quandā, de interdi. in P. c c. literis, de reſtit. ſpol. interp. in clem. vni. de cau. poſſeſſ.
f l. 11. C. uti poſſidet.
g clem. diſpendioſam, de iudic. cium ſepè, de verb. ſignif.

Syntagmatis iuris uniuerſi Libri Decimiſeptimi Finis.

DE

DE PVBLICIS ET ALIIS SECVLARIBVS PERSONIS.

Liber Decimuſoctauus.

De principibus generaliter, & de illegitimis. Cap. I.

1 *Principatuum, & principum diuiſio.*
2 *Principum illegitimorum ſpecies.*
3 *Otthonis imperium.*
4 *Didij Iuliani nundinale imperium.*
Iulianus Imperator magus, capite damnatus.
5 *Gyges Imperator Lydorum ex nece domini.*
Darij imperium .eod.
6 *Regna occupata, ſunt magna latrocinia.*
7 *Regnum ui accupatum, ui tantum retinetur, & infœlicem habet exitum.*
8 *Reges in tyrannos quare degenerent.*
Tyberij Cæſaris uitium, eod.
Caij Caligulæ Cæſ. uitium. eod.
Claudij Cæſar. uitium. eod.
Galbæ Cæſar. uitium, & more, eod.
Domitiani Cæſaris uitia, & mors. eod.
Commodi Cæſa. uitia, & mors. eod.
9 *Antonini Caracallæ uitia & mors.*
Auiti Cæſa. uitia, & mors. eod.
10 *Gallus Cæſar crudelis, & mors eius.*
Adorari uoluit Conſtantinus 2. Cæſar eod.
11 *Darij ſuperbia.*
Rex regum dici uoluit Darius, & conſanguineus deorum. eod.
12 *Reginam reginarum ſe uocari uoluit Cleopatra.*
13 *Conuiuiorum inuentores Piſiſtratidæ.*
14 *Regnorum fatum, & morbi.*
15 *Principatum uſurpantes illegitimi.*
16 *Reges & principes temporales, & annui.*
Bætarchia quid. eod.
Reges bini annui Carthagini. eod.

1 HActenus dictum eſt de principibus & perſonis publicis eccleſiaſticis, de que eorum cura, & ſolicitudine, miniſterio, & ſacerdotijs eorum. Agendum nunc eſt de publicis alijs perſonis ſecularibus, principibus, magiſtratibus, & alijs. Principatuum publicorum alij ſpirituales, alij ſeculares,[a] ut diximus: & horum alij legitimi, alij illegitimi
2 dicuntur. Illegitimi ſunt, qui uel malis artibus ad legitimum imperium conſcendunt, uel illud legitime conſecuti male exercent, & tyrannice imperant: uel qui illegitimum, & præter morem ſibi nouum ſtatuunt imperium. Priorum ſuppetunt exempla eorum, qui re-
3 gno aliquo, quale Othonis Imperatoris, qui necato Galba, ſceleſte imperium, & pecunia
4 conſecutus eſt:[b] ut & Didius Iulianus. Nam inter Didium Iulianum, & Sulpitianum clauſis portis urbis Romæ, occiſo Pertinace, auctioni expoſitum eſt imperium & licitationi à militibus: addictione autem uicit Iulianus & ita Imperator nominatus. Quem tamen populus reſpuit, indignus alioquin imperio, qui & magiæ cauſa multos necauit pueros, necatus ipſe, & capite à ſenatu damnatus, & Seuerus
5 imperator nominatus.[c] Sic impie ex nece Domini Candaulis, Gyges Imperio Lydorum potitus eſt, cuius & ultio in abnepotem Gygiane
6 nit.[d] Darius etiam Hiſtaſpis filius, dolo imperium Perſarum nactus:[e] tandem & ipſe miſere obtruncatus.[f] Occupata regna omnia, & ui inuaſa remota iuſtitia, nihil aliud ſunt, niſi magna latrocinia: quia nec ipſa latrocinia nihil aliud ſunt, quam parua regna, ut ait D. Auguſtinus.[g] Vt & eleganter & ueraciter Alexandro Magno comprehenſus pyrata, & interrogatus quo ſcelere impulſus, mare infeſtum haberet uno Myoparone (id eſt nauicula pyratica) reſpondit, Eodem, inquit, quo tu orbem terræ.[h] Sic Lucanus,[i] Alexandrum Magnum fœlicem terrarum prædonem uocat,

Terrarum fatale malum, fulmenq; quod omnes
Percuteret populos, pariterque & ſydus iniquũ
Gentibus.

7 Regnorum horum exitus poſt illegitimum initium etiam infœliciſſime ſucceſſit. Regnum enim malis artibus comparatum, & ui retentum, non poteſt perdurare.[k] quia non manent in officio qui ui cõtinentur, ſed ad primam occaſionẽ & leuem offenſionẽ diſſoluuntur illorũ fœdera. Dum ſpes eſt in armis, ipſum quidẽ floret, & ui effici poſſunt res, ſed tempore collabitur. Et ut ædificiorum fundamenta oportet firma eſſe, ita & cauſas negotiorum iuſtas eſſe.
8 Inter principes, qui legitime quidem nacti sũt imperij dignitatem, ſed qui peſſime & tyrannice regnarunt, plures enumerare poſſem, ſi hic non iura interpretari, ſed hiſtoriam perſcribere uellem. Itaque ſuperſedebo, & intra fines operis me continebo. Et in ſumma certum puto, quod rex & tyrannus omnis eſt, tandem aliquãdo, libertatis inimicus, & legibus infeſtus,[l] ubi paternum amittit animũ. Nec fieri poteſt, quin nimia principum uſurpata licẽtia in aſo imperandi indigno, multas & fere intolerabiles nõ excitet tragœdias, & ita imperiũ in tyrãnidẽ non degeneret, quæ longa diſtinctione inter ſe diſſident, ut diximus in Feudis circa finẽ. Neque niſi raro inuenimus ullos principes legitime uocatos, qui nimia ut ebrij licentia, in aliquod inſigne uitiũ non inciderint. Tyberius Cæſar crudelis & ſimulator.[m] Caius Caligula inconſtans, prodigus, luxurioſus, parricida, inceſtuoſus cum ſororibus, adulter cum alijs.[n]

Claudius

a een imperiũ, & ca. quoniam, 30. diſt. can. eſt od verũ, 96. diſ.

b Xiphil ex Dione, in Othone.

c Idem ex Dio. in Didio Iuliano. Herodi. in 3. hiſto. Cæſar.

d Herodotus, in 1

e Iuſtin. in 1

f Q. Curt. li. de geſt. Alexand. & Iuſtin. in 1.

g D. Auguſt. li. 4. de Ciuita. Dei, c. 4.

h Cicer. 3. de Rep. vt refert Nonius Marcellus.

i Luca. li. 10.

k Demoſthe. Olynth. 2.

l Idem orat. 2. con. Philipp.

m Dion. li. 58. hiſtor.

n Idem lib. 19

Claudius Cæſar, uxoris Meſſalinæ & famulo-
rum ſuorum mancipium.[a] Galba pecunia in-
explebilis, ideo occiſus à militibus.[b] Tempus
imperij Vitellij nihil aliud, quàm ebrietas, &
comeſſationes, ita & turpiter à ſuis militibus
occiſus, & ad Gemonias proiectus.[c] Domitia-
nus fraudulentus, ſimulator, crudelis, inceſtuo
ſus cum nepte: tandem quoque à duobus ſuis
cubicularijs Parthenio & Sigero necat°.[d] Sub
Commodo degenerante à probo patre Antoni
no, reſpublica uenalis, & magiſtratus; athlætaque
is potius, quàm Cæſar, & uoluptatis prodi
gium: tandem & ab athlæta Narciſſo in bal-
9 neo ſuffocatus.[e] Antoninus Caracalla crude-
lis, lubricus, parricida fratris Getæ, gladiator,
tandemque à Macrino, quem occidere decreue
rat, obtruncatus.[f] Auitus Cæſar, dictus Sarda-
napalus, tantæ mollitiei & luxuriæ, ut alios in
his quoslibet ſuperarit: tandem etiam necatus,
& capite abſciſſo cum matris corpore in Tybe
10 rim proiectus.[g] Crudeles Conſtantinus & Gal
lus Cæſa.[h] Et Conſtantius 2. interfector, & ſuc
ceſſor Galli, ſuperbiſſimus, primuſque extero
ritu, & regio more inſtituit adorari, cum antea
ſemper ad ſimilitudinem iudicum, ſalutatos
principes legerimus.[i] Mos autem ille mutua-
tus à regibus Perſarum, qui uolunt ſe adorari
11 ab adeuntibus.[k] Quàm ſuperba & ridicula Da-
rij Arſani filij formula, qui totius orientis mo-
narchiam tenebat, qui antequam uinceretur
ab Alexandro Magno, imperioſiſſima legatio-
ne ſe regem regum ac conſanguineum Deorū,
Alexādrum uero famulum ſuum appellauit.[l]
12 Vt Cleopatra etiam eo inſolētiæ prouecta eſt,
13 ut regiuam reginarum ſe appellaret.[m] Narrat
Idomeneus, Piſiſtratides Hippiam & Hippar-
chum filios ſcilicet Piſiſtratidis, conuiuia co-
meſſationeſq; inueniſſe, quapropter equorum,
aliorumq; multorum apud illos erat copia, &
14 ex eo fuiſſe graue eorum imperium.[n] Nō per-
currā aliorum regnorū priuata exēpla, ſed ſuf-
ficiet res omnes, ipſaque imperia, & ad ſummū
uirtutis perducta, & uiribus collabi. Et uix fi-
lios & ſucceſſores in regno quantūuis legitimo
imitari patres, uel ſimiles eſſe maioribus, imo
nec ſibiipſis. Nam quos labor & uirtus per ele
ctionem ad regna euehit, uel ſucceſſio legiti-
ma extollit, ſæpe, & ut plerumque res ſecundæ
corrūpunt, uel ſatellites, ſeu cōſiliarij improbi,
& rerū nimiū fœlix ſucceſſus, & uoluptas. Quā
obrē paulatim imperia, regna, & principatus
ſeneſcunt, ęgrotant, concidūt, & intereunt, alia
que noua reſurgunt. Quo reſpexit forſan uati-
cinium, ſi ex ijs quæ uidimus, fidem futuris ha-
beamus, Biſſinæ Biſſini Thoringorum regis v-
xoris, quæ, ut author Aymonius,[o] futuras re-
gum Gallorum ſucceſſiones, uiſionibus Chil-
derico regi dilucide oſtendit: quas qui legerit,
non minus mirabitur, quàm ſi Sibyllæ oracu-
la legiſſet. Sed omnibus porro rebuſpub. rui-
næ & miſeriarum cauſas ſubiecerunt pręcipue
duo uitia crudelitas, & luxuria. Vtrumque
in Tarquinio Superbo finem impoſuit regno
Romanorum.[p] Mollities & luxuria monar-
chiæ Aſſyriorum per Ninum uſurpatæ ab Arſa
ce.[q] Quæ & regnum tranſtulit in Carolum
Martellum Galliæ. His accedit rerum publ.
gubernandarum ignorantia, quæ præcipites
agit principes, & ob quam ordinata peruer-
tunt, egentia ope contemnunt, aut prætermit-
tunt, diſcrimen neſciunt inter rectorem & ſub-
ditos, omnia confundentes, in quibus dignita-
tem conſeruare imperij oportet, remiſſi: in qui

a Idem lib. 60.
b Xiphil. ex Dion. in Galba.
c Idem in Vitellio.
d Idem in Domitia.
e Idem in Cōmodo.
f Idem in Caracal.
g Xiphil in Auito & Pſeudo. Anton.
h Ammia. Marcelli. li. 14.
i Idem lib. 15.
k Aemi. Prob. in Canone, Xenoph. in Ageſilao.
l Quint. Curt. libr. 4. de geſt. Alex.
m Suidas, in voc [illegible]
n Athenæ lib. 12. Dipnoſop. cap. 25.
o Aymoni. lib. 1. hiſtor. Francor. Cap. 8.
p Liui. in 1. & 2. Dionyſ Halicar li. 4. Europ. li. 1 Oroſ. in 2. & alij.
q Iuſtin. in 1.

bus imperium remittere, tyranni. Vera au-
tem imperij regij expreſſio, in filiorum guber-
natione eſt: nam & in hos imperium regium
dicitur.[r] Quod enim genuit, quodque per a-
micitiam præeſt, & per ætatem, idipſum eſt
idem, quòd ſpecies quædam regij imperij. Et
ſic Homerus Iouem omnium regem, hominū,
deorumque patrem uocat. Natura enim ex-
cellere regem oportet, genere autem eſſe eun-
dem. Quod accidit ſeniori ad iuniorem, & pa-
15 renti ad natum. Illegitimi quoque habiti ſunt
principes, qui imperium ſibi uſurparunt no-
uum, & pręter morem & conſenſum populi, ex
temporali perpetuum ſibi fecerunt principa-
tum. Quemadmodum decemuiri Romæ tenta
runt. Item & Sylla in dictatura ſemeſtri, & Iu-
lius Cæſar in imperio. Naturale quippe plu-
ribus uiſum eſt, ducibus ſubijci & imperium
in ſe concedere; at minime quibuſdam tutum,
ſemper uni uel pluribus fidere, uel omni tem-
16 pore principatum, uel abſolute concedere. Si-
cut lex erat Thebis, quæ morte multabat, ſi
quis diutius imperium retinuiſſet, quàm lege
præfinitum erat. Ex qua lege in iudicium Epa-
minundas uocatus eſt, ex agro Laconico reuer
ſus, quamuis tunc uiciſſet fuſis Lacedęmonijs,
quòd Bœotarchiæ, id eſt, imperio, contra legē
quatuor menſes addidiſſet.[s] Romæ conſules,
ad quos imperij ſumma deferebatur, annui
tantum.[t] Carthagine quoque, ſingulis annis
bini reges creabantur.[u]

r Ariſto lib 1. Polit. c. 8.
s Aemi. Prob. in Epamin. Aelian. li. 13 de Var hiſto. Plutar. in Apophtegm regu. in Polit & in Pelopida.
t Liui. in 1. & 2. Dionyſ in 4. Europi. in 1. Oroſ. in 2. D. Auguſti. de Ciuita. Dei, ca. 16. li. 3. & alij.
u Aemi. Prob. in vita Hannibalis.

De legitimis principibus.
Cap. II.

1 *Imperia & regna tribus modis hominibus contingunt, armis, electione, ſucceſſione.*
2 *Imperia iuſta armis quæſita quadam.*
Regna in Gallia plura. eod.
Regna Alemanorum ſublata, eod.
3 *Reges electione facti quomodo, & uarie.*
4 *Regna ex infeudatione in clientelam data.*
5 *Electione fiunt principes ſpirituales, & ſeculares*
6 *Monarchia, & monarcha quid.*
7 *Imperator quis dicatur.*
8 *Reges Romanorum qui, & quot.*
9 *Conſules Romanorum quando cœperunt.*
Dictator Romanorum, eod.
Magiſter militum Romanorum, eod.
10 *Imperatoris nomen Romanorum quando cœpit.*
Cæſares, eod.
11 *Reges Albanorum, Syluij, Aegyptiorum Pharaones: Alexandriæ, Ptolomæi.*
Parthorum, Arſacidæ Latinorum, Murani.
12 *Auguſti unde. Pij Cæſares à quo dicti, eod.*
13 *Principi magiſtratuum, & populi delata poteſtas.*
Regnum, nobilis ſeruitus, eod.
14 *Regum duæ artes, militaris, & legum.*
15 *Regnum biſariam ſumptum, ſecundum legem, & ſecundum genus.*
16 *Lacedæmoniorū duo reges, & ex proſapia Herculis.*
17 *Hiala rex ex genere delectus.*
18 *Imperij ſecundum genus hiſtoria, & ſucceſſio.*
19 *Coriti, deſignati reges, poſt mortem uncti dicti.*
20 *Cæſares deſignati imperatores poſt mortem patris dicti.*
Princeps iuuentutis quis, eod.
Princeps in Hiſpania filius ſucceſſurus in regno dicitur, eod.
Deſpota Græcis qui, eod.
21 Mouſient *in Gallia ſucceſſurus in regno.*

Delphinus

Delphinus in Gallia quis, eod.
22 *Familiæ & regna moriuntur.*
Regna generis, quæ ob genus interemptum defecerunt.
23 *Imperium quando translatum in Carolum Magnum.*
Et quando translatum ab eius genere in Saxones, eod.
Quando electioni commiſſum imperium, eod.

1 IMperia, regna, & principatus, tripli
ci modo potiſſimum decernuntur
hominibus, armis, electione, ſuc-
2 ceſſione. De regno quod armis pa
ratum eſt, proſtant exempla paſſim, ſed potiſſi
mum iuſtum illud quod Iſraelitis, depulſis ido
lolatris regibus, contigit.[a] Et iuſtum quod in
uindictam eiuſdem populi delinquentis ſtabili
tum aliquãtulum Babylonis ſupra Iſraelem.[b]
Iuſtum imperiũ ex iuſta cauſſa ſibi parauerant
Chriſtiani Hieroſolymitanum: iuſtũ Carolus
Magnus in Sarracenos, & contra Arrianos Cæ
ſares nactus, ui illos loco cedere cogens. Exiſti-
matur & lex bellorum iuſta, uictum uictori in-
ſeruire, & inferiorem potentiori. Quo factũ eſt,
ut reguli qui plures erant in Gallijs, tãdem ſub
unius imperium uenerint regis Francorum: ut
regnum Sueſſonum, Neuſtriæ, Aurelię, Aquita
niæ, Burgundię, Lugduni, Biturigum, Tholoſę,
Aluerniæ, & alia quæ in prouincias, ducatus, co
mitatus, & marchionatus translata ſunt. Sicuti
& tempore belli ad Tolbiacũ initi Clodoueus
uictor regulos Germaniæ ſuſtulit, ut author B.
3 Rhenanus in 2. Electione fiunt principes & re-
ges, uel infeudatione, uel uia electionis ſolem-
nis: ſeu ſuffragijs populi fiebant cõſules Romæ
expulſis regibus, illi dictatorem dicebant, hic
eligebat magiſtrum equitum. Ante cõſules, ſe-
4 natus interregem tempore regum faciebat. In-
feudatione pluribus regna data ſunt, & dantur
hodie a ſuperioribus: a ſummo põtifice, in pro-
uincijs & regnis, quæ ſuæ ſunt poteſtatis, uel
quæ illi hominium debent, & fidẽ iurant. Qua-
le eſt regnũ Hieroſolymorum, Siciliæ, Arrago
num, &c.[c] Dantur & regna in feudum ab impe
ratore, quæ ſui ſunt hominij, & imperij. Facit &
ijs ſi uelit noua. Illud ipſum & facit Turcarum
imperator, & preſioſus Ioannes, qui plura ha-
5 bent ſub ſe regna tributaria, & ſuę fidei. In ſum
ma per electionem fiunt legitimi principes, ſpi
rituales & temporales. Legitimi principes ſpi-
rituales fiunt per electionem illi, de quibus di-
ctum eſt alibi, uidelicet ſummus pontifex, pa-
triarchæ, cardinales, & alij præpoſiti antiſtites.
Secularis porrò principatus & legitimus electi
uus erit, ſiue ſit unius, uel plurũ: unius eſt, mo-
narchia, & regnum: plurium, ariſtocratia opti-
matum: oligarchia, paucorum: democratia, po
puli. De quorum præſtantia diſputat Dion,[d] &
6 in epito. Polybij,[e] & nos alibi. Pendet ab ijs ma
giſtratuum poteſtas & electio. Monarchiæ no-
mine, adminiſtratio illa continetur, quæ unum
tantum habet dominum, qui ſuperiorem non
agnoſcit. Sed abſolute monarcha totius orbis
dominus eſt. Ego plures annotaui, qui ſe orbis
dominos diceret, nullum autem qui talis eſſet
adhuc præter unum: eumq; ſolum Deum inue
ni, & eius uicariũ unicũ Pappam in orbe Chri-
ſtiano: alij ſua opinione, & adulatorũ inflati uẽ
tis, tantũ monarchę. Deus ſolus rex regũ, & Do
minus dominantium:[f] & ſolus æternè impe-
rans.[g] Alexander ſe monarchã dixit, ſed ſi quis
illius imperiũ expendat, plures nationes inue-
niet illi non ſubditas, nec quidem Romanos.
Imperatores Romanorum etiam orbis domi-
nos dicunt.[h] Sed quàm alienum hoc ipſum ſit
à ueritate, manifeſtũ eſt. Sed iſtos omittamus,
& ſimilium monarcharũ paganorum, & Tur-
carum, uanos titulos, ut ridiculos. At fatebi-
mur eos eſſe in regno & imperio proprio mo-
narchas, quandiu præualent ſubditis. Tales &
dicemus reges, qui à bene regendo nomen ha-
bent:[i] ut imperatores ab imperio. Contiue-
mus & alium uaniſſimum titulum, quem ſibi
7 uſurpant æternitatis.[k] Et ne in falſis illis inſi-
gnibus & inſulſis immoremur, de imperatore
quædam percurramus, quæ ad iuris ciuilis per
tineant cognitionem, & de regno Romanorũ,
& adminiſtratione reipublicæ eorumdem. Im-
perator apud Plinium[l] dicitur, qui certum ho
ſtium numerum ſua manu occidiſſet. Secundũ
M. Terentium Varronem,[m] Imperator ab im-
perio populi, qui eos, qui id attentaſſent, oppri
meret hoſtes. Strabo,[n] imperatores præſtantiſ-
ſimos eos fuiſſe dixit, qui poſt maris & terræ
acquiſitionem, in ciuilem cœtum homines coe
gerunt. Cicero cum Plinio cõſentit,[o] oportuiſ
ſe eum, qui imperator dici uellet, ſua manu
mille aut duo millia hoſtium occidiſſe, uel ſer-
uitutis liberatorẽ fuiſſe. Explicat idipſum Ale-
8 xander ab Alexandro.[p] Duces etiam impera-
tores dicebantur, quòd imperarent militibus.
Ex duce militum, uel latronum factus fuit rex
Romulus, & poſt eum alij nomen obtinuerũt,
uſque ad Tarquiniũ Superbum ſeptimũ, & po-
ſtremũ ducem, qui regis nomen habuerit, à pri
mo Romulo, cui ſucceſſerunt ordine Numa
Pompilius, Tullus Hoſtilius, Ancus Martius,
Tarquinius Priſcus, Seruius Tullius, & ultim°
Tarquinius Superbus qui regnarunt per an-
nos 243.[q] Primus ui conſtituit imperium alij
partim ſucceſſione, partim electione facti re-
ges: & aliquo eorum deficiẽte & mortuo, inter
dum, ut ait Dionyſius Halicarnaſſæus, interrex
9 à ſenatu electus eſt. Ob ſcelus adulterij in Lu-
cretiam commiſſi per Tarquinium Superbum
expulſi reges, & nomen regiũ à populo Roma-
no: aliudq; nomen ſecundo, imperantium con
ſulũ uidelicet annuorum ex electione inductũ
eſt.[r] Et nono poſt anno Tarquinio exercitum
inducente, dictatoris poteſtas ſemeſtris addita
cũ magiſtro equitum.[s] Electi conſules dicebãt
dictatorem, hic magiſtrum eligebat. Succeſſere
poſtea Tribuni, cenſores, conſules iterum, decẽ
10 uiri, rurſũ conſules, & dictatores electi. Donec
Iulius Cæſar ſibi pro nomine principatus Im-
peratoris nomẽ, quod à militibus acceperat, re
tinuit: & reipublicæ gubernationẽ uſurpauit.[t]
Cuius ſucceſſores, etſi imperatoris appellatio
regia poteſtate inferior eſſet,[u] pro inſigniori
titulo ſe imperatores nominari maluerũt, q̃ re-
ges. Forſan & alia ratione, quòd nomẽ regis ſũ-
11 mopere Romanis eſſet exoſum. Ita & Cæſares
quoque ab eo dici noluerunt.[x] Sicuti & Alba-
norũ reges Siluij, à Siluio poſthumo 3. eorũ re
ge.[y] Ægyptiorũ reges, Pharaones: Alexandrię,
Ptolomæi.[z] Parthorũ, Arſacidæ: Latinorum,
12 Murani. Sic & Cæſares Romani ab Auguſto
uel Octauiano, dici uoluerunt Auguſti:[a] is aũt
à populo Auguſtus, quaſi uenerãdus, cognomi
natus eſt, teſte Dione.[b] Sic & Pij ab Antonino
Pio imperatore,[c] cui erat è Gallia tranſalpina
paternum genus, è Nemauſenſe pater Aure-
lius Fuluius, ingenio clarus & doctrina, atque
mitis, nitidæq; literaturæ, Numæ Põpilio com
paratus: cognominatus Pius à ſenatu uarias ob
cauſas,

a ut cõſtat ex tota hiſtoria ſu dictum.
b 4 Reg. c. pẽ. & ſi. 3. Paralip. c. fin.
c de iſtorũ regnorũ infeudatione, uide quę diximus in feudis, cum de perſonis idoneis egimus.
d lib. 44 & 56.
e lib. 7.
f Apoca. c. 19.
g Pſal. 9. & Exod. 15.

h l. bene à Zenone, de quadriẽnij præſcri. C. l. deprecatio ad leg. Rhod. de iact. in P. §. omnes uero populi, l. proœmio Inſtitutionum.
i c. olerus, verſ. põtifex, 21. diſ.
k in l 2. de fabricenſib. libr. 10 C.
l Plinius, lib. 7. natura. hiſt.
m Verro, 4 de ling. Lat.
n Strabo, 1. Geograph.
o Cicero, Philip. 14.
p Alex. ab Alexan. li. 1. Genial. dont. c. 2.
q de his regibus Liuius, in 1. & Flor. Paul Diaco. in 1. de princip. Roma. Sextus Ruffus. Conſul. in Epitom hiſtor. Plinius, de u. c. illuſtri. Dionyſ. Halicar in toto primo uolumine Oroſ. in 2 c. 5 & 6 Augu. li. 3. de ciuita Dei, c. 19 L. 2 de orig. iur. Ouid. 2. Faſtor.
r Prædicti ſidem faciũt authores.
s Eutrop. in 1. Oroſ. in 2. c. 5.
t Plutarch. in vita Cæſaris.
u Donatus Acciaiolus, in vita Caroli Magni.
x Spartian. in Aelio Vero.
y Eutrop. in 2. Rom. prin.
z Ioſeph lib. 2. Antiquit. c. 6.
a Philip Beroald. in Sueton. in Iul. Cæſar. cap. 1
b Dio Caſſ li. 51 hiſtor
c § 8. ut liberti de cætero aureo non indigeant annulo, col. 6 tit. 6. in authent.

a Iulius Capitol. in vita Antonini Pij.
b Vulcat. Gallica. in Auidio Caſſio.
c §. ſed & quòd principi, de iure natura.l.2.§. nouiſſime, de orig. iur.l.1 de cōſtitut. princip P.l.1 §.honeſtú nihilominus, de veter. iur. enuclea. Zonaras Tomo, 2. l. 2. de officio præfect.
d §.1 de haer. & falcid. in authent. l. 3. de offic. præf. vigil.P.
e §. 2. vt diui. iuſſio. ſubſcrip. habeāt glorioſiſſ. quæſtor. in authent.
f §. adhæc, vt cum de appell. cognoſ in aut.
g Aelia. lib.2. de varia hiſtor. cap.20.
h §. 1 in proœmio Inſtitu.
i l. 1 de ſuſtin. Cod. confirm. C. l. qui ſeſtiduere, de rei vend. P.
k 1. Reg 8.
l l. omniū, C. de teſtam.
m l. penult. C. de his quib. vt indig.

n Heraclides, lib. Allegoriarum Homeri.

causas, quas recenſet Iulius Capitolinus, [a] &
13 Vulcatius Gallicanus.[b] Ad hanc poteſtatem,
alia omnis magiſtratuum qui imperabant, po
pulique Romani deuoluta eſt, ut ſuo loco in
iure ciuili & poſitiuo explicauimus.[c] Ita ad
hanc ſolum reipubl.cura pertinet,[d] debétque
ſtudere principes, ut ſubditi in quiete & pace
uiuant.[e] Et publicis occupari negotijs,[f] &
alia mente retinere quod Antigonus rex filio
ſuo, quem ſe immodeſtiorem & uiolentiorem
14 quàm par eſſet, gerare uideret, dixit: *An non no*
uiſti, fili, regnum noſtrum nobilem eſſe ſeruitutē?[g]
Regum duæ ſunt artes præcipuæ, militaris, &
legum:[h] ut pacis, & belli tempore rectè rē publ.
gubernent, & tueantur. Arma & leges mutuo
auxilio egent.[i] Et princeps ad iudicandum po
tiſſimum, & regendum bonis legibus populū,
præpoſitus eſt:[k] & pectus eius ſcrinium & prō-
ptuarium debet eſſe legum omnium,[l] atque
philoſophia plenum.[m] Et tum demum fœlices
reſpublicas dixit Plato, ſi aut philoſophi ad re-
gnum promouerentur, uel reges, philoſopha-
rentur. Non oportet certa nauitam nauigandi
imperitum, naui regendæ præficere, alioquin
periclitantur qui in ea ſunt, potiſſimum foren
tibus uentis, & concitato mari. Nec quoque rei
publicæ gubernacula commiſſa imperitis ſuc-
ceſſus uel exitus habent fœlices, ubi illa potiſ-
ſimum ſeditionibus æſtuat. Sic enim optime
Mitylenæus poeta Lyricus Alcæus, rempubli-
cam perturbatam, & ſtatum, per nauim allego
rice deſignat ſub Mycillo tyranno Mitylenæo
rum, apud Heraclidem,[n]

En aſperum, inquit, *ventorum*
Mariſque ſtatum conciti
Fluctus feruntur, hinc & hinc,
Nos puppis in medio uehit,
Grauiſque tempeſtas premit,
Iam corruit in ſentinam,
Cui malus alligatur
Lignum, laceraque uela ſunt
Et anchora laxata. Et poſtea,
Hic fluctus uelut aſtuans
Rempublicam obruit omnem.
Et nobis hauriende
Eſt ſentina malorum,
Qua plurima intrat nauim.

o Diog. Laertius, li.3. in vita Plato.

p Aemil. Probus, in vita Agesila i.

q Diodor. Siculus, li. 17 Bibliothec. anno p. Alexand.

15 Regnum bifariam ſcindi Plato dicebat, Aliud
.n. ſecundum legem, aliud ſecundum genus eſ
ſe: ſecundum legem conſtare Carthaginenſiū
regnum, ciuile quippe eſſe. Lacedæmoniorum
autem, & Macedonum, ſecūdum genus: quòd
haberent ſucceſſionem quandam per genus.[o]
16 Morem fuiſſe Lacedæmonijs à maioribus tra-
ditum ſcribit Æmilius Probus,[p] ut duos habe-
rent ſemper reges, nomine magis quàm impe-
rio ex duabus familijs Proclis & Euriſthenis,
qui principes ex progenie Herculis Spartæ
fuerunt. Harum ex altera in alterius familiæ
locum fieri non licebat: itaque vterque ſuum
retinebat ordinē. Primus in eo habebatur, qui
maximus in ea eſſet ex liberis eius qui regnans
deceſſiſſet. Si is virilem ſexum non reliquiſſet,
tum deligebatur qui proximus eſſet propinqui
17 tate. In Hiala etiam republica Indorum reges
ex duabus familijs per ſucceſſiones aſſumeban
tur, vt author Diodorus Siculus.[q] In Gallia no
ſtra reges ex genere ſuccedunt primogeniti re-
gis præmortui, cui ſi nulli ſuperſint filij ſuper-
ſtites, ad proximiorē ex genere diadema defer-
tur, excluſis fœminis ex lege Salica: defecit ta-
18 men ter recta generis ſucceſſio. Hoc imperiū,
quod ex ſucceſſione datur, videtur fuiſſe primū

r Ariſto 1. Poli. c. 1. & 2. & 4.
s Geneſ. 3.

in orbe, & natura inductum, ſecundum ea quę
docet Ariſtoteles[r]. Vt primùm coniunctione
maris & fœminæ facta, imperium fuerit viro,
cui erat mulier ſubdita[s]. Et hæc fuit prima ſo-
cietas quotidiana, prima domus, primum im-
perium, quod & genitis inde imperauit qui eſ-
ſent cum illa domo ὁμοσιπύοι & ὁμόκαπνοι. Cùm
autem nati plures ex prima domo ſunt, & ſeor-
ſum diuerſis domibus habitare cœperunt, reue
rentia genitoris primi, vt antiquioris, & impe-
rij honos animis adhæſit ſeparatorum: atque
eos, qui domibus ſeparatis imperarunt, maxi-
mè primùm ex quod deſcenderant venerati &
honorare æquum viſum fuit: illum autem ſin-
gulis proſpicere. Sic pagus cœpit fieri ex natis
natorum, & vni ſubditus fuit, omniſq; domus
regebatur à ſeniore. Et poſteà ſenioris proxi-
miores, priores eſſe cęperunt: & ex pagis ciuita
tes, ex ciuitatib. regna compoſita, remanente
gubernādi paterna poteſtate, cui & regia ſimi-
19 lis. Priſci reges quidam tamen eligebant ſibi
ſucceſſores in regno, quos vocabant Coritos,
hoc eſt, Ioues vel haſtatos, ita Sabatius Saga
creatus Coritus à Iano[t]. Et Arius 6. Babylonię
rex Aurunnm. Et tempore regis Athladis regis
12. Babyloniæ, Hercules filius eius, Thuſcū fi-
lium Ianigenis creauit ſibi Coritum. Tempo-
re Sphæri 15. regis Babylo. Morges filius Itali
20 crexuit Coritū ſuum cognatum Combolaſio-
nem, ut ſcribit Beroſus. Apud Romanos, impe-
rio præelecti principum filij ſeu imperatoris,
Cæſares dicebantur, quaſi deſignati auguſtæ
maieſtatis hæredes, ut author Spartianus.[u] Et
hinc Germani, Romanorum regem Cæſarem
appellant. Iidemq́, principes dicti iuuentutis,
teſtibus Tacito, Suetonio, & Lampridio. Eratq;
hoc nomen auſpiciū futuris imperatoribus, ſi-
cut in Hiſpania, qui mortuo parēte regnū ade-
pturi ſunt, principes appellantur. Et filij Impe
21 ratorū apud Græcos deſpotæ dicti. Vt & hodie
filius regis proximus ſucceſſione, dicitur *Mon-*
ſieur, uel alio nomine Delphinus: ab eo tēpore,
quo Vmbertus, ſecundū Paulum Æmilium,[x]
uel ſecundū Nicolaum Gillium, Imbertus Del
phinatiū princeps, Philippo Valeſio Gallorū
regi, Delphinatus dominatum ceſſit, ea lege &
conditione, ut proximus regis hæres dominus
diceretur:[y] uocabant Allobroges quippe ſuos
22 principes, Delphinos.[z] Fuerunt quatuor mo-
narchiæ principales orbis per ſucceſſionem in
filios translatæ, donec incuria, uel ui in aliam
ditionē translatę ſunt, uel deficiente genere: de
ficiunt enim, & ſeneſcunt quoque familiæ, &
moriuntur, ut regna. Expertumq; illud in mo-
narchia Galliæ, quæ ēt ter mutauit ſuccedendi
ordinē: non tamen in alterius regis ius, quàm
proprij trāſiuit, ex quo cōfirmata fuit. Imperio
quoq; Romano idipsū accidit ſæpe, & ſeries fa
23 miliarū in eo turbata & expuncta eſt. Et tandē
deſijt ipſum imperiū in oriente, & translatum
in occidentē, in Carolū Magnum Franconiæ
natū in Germania, filium Pipini regis Galliarū
& Bertæ, anno Domini 801. anno 21. imperij
Conſtantini & matris Helenæ. In cuius fami-
lia remanſit ad mortem uſque Ludouici Balbi
regis Galliarū, poſt cuius à uita obitum, tran-
ſlatum eſt in Saxones Allemanos, penes quos
iure ſucceſſionis quoque à patre in filios perua
nit, uſque ad tempora trium Othonum, quo-
rum poſtremus ueneno dam à Romanis, Ro-
mæ mortuus eſt. Qua rōne Gregorius 5. natio-
ne Saxo, qui pulſo ab Othone antipappa Ioan
ne 17. dicto, reſtitutus in ſedem erat, ut imperij
dignitas

t Beroſ. libr. 5. deſlutationis, hiſtor.

u Spartianus, in Aelio Vero.

x Paul. Aemil. li.9. in Ioanne

y Vicelius Lupanus, in commētarijs de magiſtratibus, & præfecturis Frācorum.
z Paul. Aemil. lib.8 in Philippo Longo.

dignitas apud Germanos ſuos maneret, Synodo congregata ſanctionem tulit de imperatore deligendo, quæ uſque in hodiernum diem obſeruatur, anno 994.[a] electoribus Germanis conſtitutis.[b] Poſt quotam electionem triplex diadema, ſeu tres coronas ſuſcipit, primã Aquiſgrani in Colonienſi diœceſi: ſecundam, in Modicienſa ciuitate à Mediolanenſi archiepiſcopo: poſtremam Romæ à ſummo pontifice.[c]

a eſt ei conſtitutio, in ca. venerabilem, de elect.
b de quib. glo. in c. ad apoſtolicæ, circa ſinem, de re iud. in 6.
c glo. in c. ne Romani, § porrò, de iureiur. in clemen.

De Populo. Cap. III.

1 *Publicum quid.*
2 *Populus quid.*
Collegium quot conſtat perſonis. eod.
Plebs quot conſtat perſonis. eod.
Turba quot conſtat perſonis.
Gens & gentiles quid, & unde. eod.
3 *Populus diuiſus à Romulo ordine, & dignitate, & quomodo.*
4 *Populo permiſſa ex lege Romuli.*
5 *Democratia quibus conſtet.*
6 *Democratia quid, & finis.*
7 *Gruum imperium reciprocum.*

1 Quod populi eſt, rectè publicum dicitur: quaſi populicum.[d] Et publica, quæ ſunt populi, potiſſimum quæ ſunt populi Romani propriè:
2 aliorum autem, per ſimilitudinem.[e] Populus dicitur multitudinis cœtus, rationa communis iuris, & utilitatis unitus: ut definiſſe Ciceronẽ in libro de republica, cuius pars interijt, teſtatur D. Auguſtinus.[f] Duo uel tres faciunt cõgregationem, & collegium,[g] quod per unum retinetur.[h] Decem faciunt populum, & plebem:[i] turbam, quindecim,[k] Gens quoque pro populo accipitur:[l] quamuis alio modo gens, & genus, & gentiles à gignendo, cognati dicũtur.[m]
3 Diuiſit Romulus populum Romanum, ordine, & dignitate. Multitudinem ordine, in tribus: tribus, in curias: curias, in decurias. Dignitate, in patritios & plebeios.[n] Poſtea & diuiſus populus in ſenatores, equites, & plebem. Et proinde ex recenti diuiſione compoſitus eſt populus ex patritijs ſeu ſenatoribus, equitibus, & plebe,[o] de quibus, & de diuiſione populi ſe-
4 cundum ordinem, iam diximus alibi.[p] Romulus permiſit tria populo: Magiſtratus creare: ius belli inferendi: & conſilium dare, & conſilium dicere, iuſque legis faciendæ.[q] Et in lege 12. tabularum cautum ita erat:[r] *Creatio magiſtratuum, iudicia populi, iuſſa uetita cum ſciſcentur: optimatibus nota plebi libera ſunto.* Pulſis tamen regibus populus omnem poteſtatem ſibi uſurpauit, eamque per certa tempora, & circumſcripte exercendam optimatibus, conſulibus, ſenatui, & alijs magiſtratibus, & ducibus cõceſ-
5 ſit. Poſtea rurſum tranſtulit in principem.[s] Democratia definitur duobus extremis, poteſtate ſumma populi, ac libertate. Et libertas illa, ut liberum ſit quodcunque uelis æquum facere, ut ſcribit Ariſtoteles.[t] Finis popularis adminiſtrationis, libertas: quæ conſiſtit, ut par vices imperent ac pareant, & iuſtum populare æquum habeant ſecundum numerum, non ſecũdum dignitatem: Et accidat, ut quicquid multitudo ſtatuerit, id ratum iuſtumve neceſſario di-
6 catur.[u] Democratia populi reſpublica dicitur, quæ eo diuturnior fuit, quo magis leges conſeruauit, & duxit optimas, ut de democratia Athenienſium ait Pauſanias.[x] In democratia

d § conſequens, de ſuſpect. curat. § 1. de pub. iudic.
e l. bona ciuitatis, & l. eũ qui vectigal. de verb. ſignif. l. inter publica, eod.
f D. Auguſt. li. 19. de ciuit. c. 21.
g ca. 1. de electio. l. Neratius, de verb. ſignif.
h l. ſicut, § fin. quod cuiuſ. uniuer. nom.
i can. unio, ro. q. 1 ca. 1. & ibi gl. de elect.
k l. prætor ait, ſed. ui bonor. raptor. F. & ibi Barto.
l § ius autem ciuile, § quod verò, de iure nat. gent. & ciuil. l. omnes, § 1. ad tit. F. can. ius gent. 1. diſt.
m l. pronunciatio, § familiæ, & l. ſæpe, de verb. ſignif.
n Dio. Halicar. in 2.
o § plebs, de iure nat. gen. & ciuili. leg. plebs de verb. ſignif.
p in c. 9. de iure ciuili on 12. li. de iuris arte.
q Dio. Halicar. in 2.
r Cicero, 3. de legib.
s hæc omnia in tota, l. 2. de orig. iur. F.
t Ariſto 5. Polit. ca. 9.
u hæc & plura, de hac democratia, & membris eius Polit. Ariſtõ lib. 6. 22. & ſequentib.
x Pauſanias.

communicatio dignitatum per vices, videtur quandam continere naturalem gubernationẽ, quale de gruibus ſcribit Athalaricus rex Gothorum. *Grues*, inquit, *moralem quandam nouerunt exercere concordiam: inter quas nulla priuata quæritur, quia iniquitatis ambitus non habetur: uigilant uiciſſim, communi cautela ſeſe cuſtodiunt. Sic honor nullus admittitur, dum omnia ſub communione ſeruantur. His etiam volatus vicaria æqualitate diſponitur ultima ſit prima, & qui primatum tenuit, eſſe poſterior non recuſat & voluntariè ſeruiendo, libera ſunt*[y].

y Caſſiodor. li. 9 Variarũ ca. 2. in edicto cõtra curiales.

De Magiſtratibus in genere Cap. IIII.

1 *Magiſtratuum poteſtas unde, & nomen.*
Magiſter populi dictator. eod.
2 *Magiſtratuum diuiſio remiſſiuè.*
3 *Magiſtratus in quorum locum ſuffecti.*
4 *Magiſtratuum publica perſona, & poteſtas.*
5 *Iudicia in portis ciuitatum ſiebant.*

1 A Poteſtate olim populi, Imperatoria vel regia nunc, pendent magiſtratus eorumque poteſtas[a]. Anteà non ita, quando omnia manu regia ſiebant[a], & per ſe reges indicarent, quando ut iudicarent reges eligebantur: ut Deioces à Medis[b], & Saul ab Iſraelitico populo[c] electi ſunt. Et id nomen explicat: quia apud Paulum[d], magiſtros & magiſtratus dici conſtat, qui magis quàm cæteri diligentiam & ſolicitudinem rebus, quibus præſunt, debent, & à monendo & monſtrando. Tum autem dici cœptus magiſtratus, cùm à populo magiſter populi, id eſt, dictator creatus eſt, ut author Pomponius Lætus[e]. Sicut & magiſtrum populi, dictatorem eſſe explicat Cicero, 1. de finibus. Et Varro[f], *Magiſter equitum, quòd ſumma poteſtas huius in equites & accenſos, ut eſt ſumma populi dictator, à quo is quoque magiſter populi appellatus. Reliqui, quòd minores quàm hi magiſtri, magiſtratus: ut ab albo, albatus.* Et vox magiſtratus ſignificat eos, qui in poteſtate aliqua ſunt conſtituti, ut Cicero ait,[g] *uidetis igitur hanc eſſe magiſtratus uim ut præſit præſcribatque recta & utilia, & coniuncta cum legibus. Ut enim magiſtratibus leges, ita populo præſunt magiſtratus: uereque dici poteſt magiſtratum eſſe legem loquentem: legem autem eſſe mutum magiſtratum.* Aliquãdo etiam magiſtratus, pro po-
2 teſtate ipſa ſeu officio accipitur. Diſtinctiones porro magiſtratuum hic non ponemus, nec alia quæ ad ſingulorum pertinent authoritatẽ, & iuriſdictionem, uel poteſtatem: quia de his in perfecta iudiciorum enucleatione, cũ de perſonis ſermo fiet, agetur. Et iã ſatis arbitror me
3 dixiſſe, in præludijs optimi Iuriſconſulti.[h] Interim ſciendum magiſtratus proprie ſuffectos eſſe in locum populi, & principis, uel aliorum, qui per ſe poteſtatem quam habent, uel exercere nolunt, uel non poſſunt: non enim omnia per nos ipſos exequi poſſumus, ſemper & ubique. Et proinde magiſtratibus opus fuit, qui cõſilijs ſuis, atq; ſpecie ipſa, dignitatem reipub. ſuſtinerent:[i] eamq; ut ait Iuſtinianus quoque,
4 ſibi commiſſam per partes gubernarent.[k] Sicuti enim principes, ſic & iſti uicarij eorum, publicam curam ſuſcipiunt, nomine principum, non ſuo, unde & publicæ perſonæ dicũtur.[l] Et principes ciuitatis à Modeſtino.[m] Et authoritatem

a l. 1. ad legem Iul. de ambit.
a l. 2. in princ. de orig. iur.
b Herodo. in 1.
c 1 Reg cap. 8.
d l. quibus principes, 37. de verbor. & ſignif.
e Pompo Lætus, li. de Magiſtr.
g Cicero, 3. de legib.
h lib. 2. præludiorum, ca. 12. 13. 14.
i Cicero, Dial. 3. de legib in fine & principio, 3. lib.
k Iuſtin. in § fi. in proœmio Inſtitu.
l § pen. de Atilian. tutor.
m in l. ſpadonem, § fi. excuſ. tut. principes, de excuſa. tutor.

a L. 1. de offic. præfect prętor. in P. L. 1. ad leg. Iul. de annona.
b L. 2. § publicorum, de iudit. & iur. in P. § hoc Rodij, eo. ut apud Iuſtin.
c L. leges ni generales, & L. ſacrat iſſimę, C. de legib.
d L. in ſummarü actio, § 1 de in iur. in P. L. 1 § ſed utrü, de eo quod met. cau. e.
e L. 2. § poſt originē, de orig. iuris.
f Interpreta. poſt glo in L. 1. de iuriſ omnium iud. P.
g L. poteſtatis uerbo, de uerbor ſignific. L. imperium, de iuriſdi. omniū iudi. P.
h in L. penult. de. Iuſtitia & iur.
i L. obſequium, de offi. præſ.
k Deuter. ca. 16 c.
l Amos, 5 c.
m Cicero, 1. of ficior.
n dixi lib. 2. præludior̄. ca. 21 16 17. 18.

tatem principis, ut olim populi, referunt.[a] Iuſque publicum & in ſacerdotibus, ſic in magiſtratibus, quod ad ſtatum rei Romanæ, id eſt, reipub. pertineat.[b] Sicuti etiam principes legū publicarum habent[c] poteſtatem, ſic & iſtis legum conceſſerunt executionem & conſeruationem[d]. Vnde & pro anima legibus ſunt magiſtratus: alioquin enim perum eſt iura in ciuitate eſſe, niſi ſint, qui ad effectum ea deducant.[e] Idcirco horum poteſtas ſiue iuriſdictio, dicitur de publico introducte, cum neceſſitate iuris dicendi:[f] cum imperio ſæpe,[g] & cum maieſtate
5 Imperij.[h] Omnibuſque horum copie patere debet:[i] & ideo Deus iuſſit Moſi,[k] in portis ciuitatum fieri iudicia, ſic dicens: *Iudices & magiſtratus conſtitues in omnibus portis tuis, quas dominus dederit per ſingulas tribus tuas, ut iudicent iuſto iudicio, nec in alteram partem declinent.* Et amos propheta,[l] *odite malum, diligite bonum, & conſtituite in porta iudicium, ſi forte miſereatur dominus, Eſt igitur,* inquit Cicero,[m] *proprium munus magiſtratus intelligere ſe gerere perſonā ciuitatis, debereque eius dignitatem & decus ſuſtinere, ſeruare leges, & iura deſcribere, & fidei ſuæ commiſſa meminiſſe.* Diximus iam alibi de iudicum, & magiſtratuū decore, & quæ in illis requirantur in morum grauitate, religione, & ſapientia. Et idcirco abſtinebo à tractatione, & ſufficiet indicaſſe, ubi ea explicuerimus.[n]

De perſonarum priuatam uitam agentium generibus.

Cap. V.

1 *Ciuitatum diuidendarum primus inuentor, & in quas partes diuiſit.*
Hippodamus Euryphontis Mileſius. eod.
Ciuitati optimæ quot hominum genera adeſſe debent,
2 *Indorum multitudinis diſtinctio in quot ſpecies hominum.*
Sapientum apud Indos munus. eod.
Agricolarum ſecuritas apud Indos. eod.
Paſtorum habitatio apud Indos extra urbes, & oppida. eod.
Milites Indorum quales. eod.
3 *Epiſcopi Indorum qui, & munus.*
4 *Perſonarum conſideratio priuatarum, & earum qualitatum in iure.*
5 *Perſonarum diuiſio in iure ſecundum ſcientiam, & artificium.*
6 *Perſonæ ſcientiæ factiuæ.*

o Ariſtoteles L. 2. Polit. c. 6.
p ex Arriano, lib. ter Indicarum & Strabonis.

1 Hippodamus Euryphontis Mileſius, diuiſionem ciuitatum primus inuenit, & primus aggreſſus eſt aliquid dicere de optimo ciuitatis ſtatu. Conſtituit ciuitatem multitudine decem millium, in tres diuiſam partes. Faciebat unam partem artifices, alteram agricolas, tertiam pro
2 pulſatores belli atque arma tenentes.[o] Apud Indos ſeptem potiſſimum genera hominum.[p] Primum locum ſophiſtæ habebant, ſeu ſapientes, quibus nulla operis neceſſitas impoſita, quàm ut ſuis dijs pro ſalute communi ſacrificia facerent: diuinarent de temporibus anni, aut ſi quæ publica calamitas immineret. Secundum genus erat agricolarum, qui neque bella curant, nec arma habent, nec tempore belli infeſtantur etiam ab inimicis. Tertium eorum, qui οἱ νομάδες, οἱ ποιμένες τε καὶ βουκόλοι. καὶ οὗτοι οὔτε κατὰ πόλιας οὔτε ἐν τῇσι κώμῃσι οἰκέουσι, νομάδες τε ὄντες, &c. i. ſūt paſtores, armētarij, bubulci. Et iſti neq; urbes, neque pagos inhabitāt: ſed in montibus degunt, & tributum ex armentis & pecore pēdunt, aueſque & agreſtes feras uenantur. Quartum genus, τὸ δημιουργικόν τε καὶ καπηλικὸν γένος, id eſt, opificum & negotiatorum genus, qui ex artificibus tributa perſoluebant. Quo genere etiam & nautæ continentur. Quintum genus eorum, qui πολεμισταὶ, id eſt, milites dicun
3 tur, qui ſolum bellis deſeruiebant. Sextum genus faciebant οἱ ἐπίσκοποι καλεόμενοι, epiſcopi, dicti οὗτοι ἐφορῶσι τὰ γινόμενα, κατά τε τὴν χώρην, καὶ κατὰ τὰς πόλιας, καὶ ταῦτα ἀπαγγέλλουσι τῷ βασιλεῖ, ἵνα περ βασιλεύονται οἱ Ἰνδοί, ἢ τοῖς τέλεσιν, ἵνα περ αὐτόνομοί εἰσι, i. ij quid in urbibus, quid in agris agatur, inquirunt, eaq; regibus, ſi per reges gubernentur: aut magiſtratibus, ſi liberæ ſint ciuitates, denunciāt. Septimum genus, eſt hominum Indicorum, eorum qui de rebus ad publicum pertinentibus conſultat: idque uel cum rege,
4 uel per urbes, quæ liberæ imperium tenent. In iure conſiderabimus quoque iſtas perſonarum diſtinctiones, propter diuerſa illarum priuilegia, & naturam. Itaque Indorum ſequuti partitionem, de ſapientibus ſiue philoſophis erit prima perſonarum notio, & de ijs, qui eo tendunt, per gradus, de omnibus enim agit iuriſconſultus, qui ſcientiam aliquam uel artem profitentur. Sed una diuiſione generali, omnium harū perſonarum nomenclaturas complectemur, ut memoriæ tenacius, quæ proxime explicanda
5 ſunt inhæreant. Igitur ratione ſcientiæ & cognitionis, diuidimus perſonas: in eas quæ habent cognitionem aut ſcientiam, uel infuſam, ſeu intellectualem, uel ſpeculatiuam, uel practicam. Infuſam habent prophetæ, & diuini. Speculatiuarum ſcientiarum ſcij, uel habent realium, uel rationalium cognitionem. Qui realium habent ſcientiam, dicuntur uel mathematici, uel phyſici, uel metaphyſici. Mathematici in quadruplici ſunt differentie, nempe arithmetici, geometrę, muſici, aſtrologi, uel aſtronomi. Speculatiuarum rationalium perſonæ, ſunt grammatici, dialectici, rhetores, poetæ, hiſtoriographi, iuriſconſulti. Practicę ſcientię participes in actiua ſunt, qui gerunt honores & munera ciuilia, illi qui œconomi dicuntur. Et qui mores regunt, inſpiciunt, & corrigunt, cenſores: quorum nomenclaturæ uariæ ſunt. De honoribus & cenſoribus, ut de alijs magiſtratibus Deo fauēte, in iudiciorum perſonis agetur. De
6 munerum adminiſtratoribus paulo infra. Ad practicam ſcientiam ſeu factiuam pertinent milites, de quibus in re militari. Artifices, agricolæ, paſtores, armentarij, bubulci, ſuarij, de quibus mox, uenatores, piſcatores, aucupes, de quibus diximus alibi[q]. Nautæ, negotiatores, propolæ, mercatores, inſtitoreſque &c.[r] Fabri lignarij, ferrarij, metallarij, monetarij, architecti, figuli, aurifices. Medici, chirurgi, obſtetrices, iatraleptici. Mechanici alij, pictores, baphici, ſculptores, celatores, ſtatuarij, plaſtici, ſcriptæ, piſtores, & huiuſmodi, fullones, textores, ſartores, &c. Itē milites, qui in multiplici differentia,

q dum agim' de extraordinarijs criminib', de uenatione
r de his tractabitur Deo ſolēte, in contract. empti. & uēditionis, & dum de lege Rhodia in quaſi cō tract. de exercitoria actione, & de inſtitoria.

De pro-

De prophetis & diuinis. Cap. VI.

1 *Sophiſtæ Indis uates.*
2 *Sophiſtæ olim philoſophi dicebantur.*
3 *Prophetæ nomen quid ſignificet,*
Prophetia præteritorum, præſentium, & futurorum.eod.
4 *Prophetæ boni,& mali.*
Prophetæ quando ceſſarunt in populo Iſraelitico. eod.
5 *Prophetarunt mali & impij homines uere.*
6 *Sibyllina oracula cuius ſint.*
7 *Sibylla mortua adhuc diuinat in ſortibus.*
8 *Lunæ apparens facies.*
Sibyllæ creditur,eod.
9 *Sibyllarum numerus.*
Sibyllinorum librorum combuſtorum hiſtoriæ. eod.
Sibyllæ nomen quid ſignificet:eod.
10 *Sibyllini libri Romæ cuſtoditi, & conſulti publice,& quando.*
11 *Sibyllinis libris Chriſtiani fidem non adhibebant.*
12 *Larginus Proculus prædixit cum uitæ ſuæ diſcrimine diem mortis Domitiani.*
Domitiani tyranni mors præuiſa, & laniatus à canibus eod.
Apollonij Tyanæi uiſio in morte Domitiani.
13 *Antonini Caracallæ imperij prædictio.*
Vates & diuini gentilium eximij,12.13.14.
14 *Oenone uates.*
Helenus uates.eod.
Caſſandræ uates.eod.
Chalcas uates.eod.
15 *Diuinationis & prophetiæ differentia.*

1 SOphiſtæ,id eſt,ſapientes apud In-
dos dicebantur, qui futura narici
nabantur,quæ ad reipublicæ uti-
litatem pertinebant, ut diximus
ex Artio.[a] Et,ut Terentius ait,[b] *Iſtuc eſt ſape-*
re,non quod ante pedes modo eſt,uidere, ſed etiam
2 *illa,quæ futura ſunt proſpicere*. Et Sophiſtæ dicti
ſunt olim,qui poſtea philoſophi: rerum enim
conſideratione attentiori,rebus futuris proſpi
cebant. Verum iſta cautio futurorũ, ex cauſis
naturalibus facta,proprie non pertinet ad pro
feſſionem,uel diuinationẽ, ſed ad prudẽtiã, &
3 & aſtrologiã. Prophetæ nomẽ,ſumpto late uo-
cabulo,& eum qui futura prædicit,[c] & eũ qui
ſacræ ſcripturarũ diuinarũ myſteria interpreta
tur abdita,cõtinet.[d] Genus prophetiæ uniuer-
ſũ tripliciter diuiditur,in futurũ,præſẽs,& præ
teritũ. Et Moſis eſt prophetia dũ narrat de crea
tione Adami,& de tẽporibus repetitis ab origi
ne. Tum & prophetia eſt eius,quod eſt occultũ
inuentu: ut dũ D. Petrus furtũ Ananię & Saphi
ræ detexit. Sed magis proprie prophetia, quæ
4 euentura longe pronũciat.[e] Prophetarum alij
boni,& prophetia illorũ vera: alij mali,& pro-
phetia uera: alij pſeudoprophetæ,& prophetia
uel uſurpata diuinatio,falſa. Veri prophetæ,
ſunt & boni à Deo,ad id munus electi, qualis
Elias,Heliſæus,Enoc,Eſaias,Zacharias, Hiere
mias,& alij ſimiles,qui omni tempore fere fue
rũt in populo Dei,uſque ad Aggæum, Zacha-
riã,& Malachiam,quibus mortuis ceſſauit pro
phetia in Iſrael, anno à creatione mũdi 3404.
5 ut ſcribũt Hebręi in ſuis Chronicis,[f] Prophe-
tarunt alij homines, quãuis improbi eſſent,&
habent aliqui mali ſpiritum prophetiæ,ſed nõ

[a] Artius, lib. ter Indics.
[b] Terentius, in Adelphis.
[c] can ſi quislibet, § Abreh, 22.q.2.
[d] canõ ſi rector, 43 diſtin. Exod 7. ibi, Aaron erit propheta.
[e] D. Chryſoſtomus, in 2. proœmio in Pſalm. tom. 3.
[f] In libr. ſephergulã, Zutha.

ad meritum,alijs non ſibi utiles,ut innuitur ex
ſacro eloquio, dum Deus dicit non noſſe eos
omnes, qui dicunt ſe prophetaſſe in nomine
eius, & à ſe reijcit, ut operarios iniquitatis.[g]
Prophetarũt Balaam, quamuis impiiſſimus,[h]
& Saul perſecutor prophetæ,[i] & Caiphas pro-
phetauit,cum eſſet pontifex, quòd expediebat
unum hominem mori pro populo,ne tota gẽs
periret.[k] Et plures alij, quorũ ore ſpiritus ſan-
ctus,ut inſtrumẽto uſus eſt. Etenim prophetia,
6 donum gratiæ eſt.[l] Annotauimus & plures va
tes ueridicos inter gentiles, non ſuo quidẽ me
rito,ſed ad eorũ maliuã adhuc proprio ore cõ-
uincendã. Sunt Sibyllina oracula ueridica,ſi ta
men ea non ſint alicuius mulieris quæ Deum
non nouerit,admiranda. Opinor enim Eryth-
reã ſaltem eam,cuius nobis reſidua ſunt excuſ
ſa fragmenta & reſponſa,Deum uerum nouiſ-
ſe: Etenim in eius oraculis legimus,eam ſe pro
fiteri uxorem unius filiorum Noachi,iactatam
que undis in arca, ut quæ intra eſſet una cum
leuiris & gloſſis.[m] Atque ſe Dei iuſſu, oracula
literis mandaſſe teſtatur,his uerbis:[n]

—πάντα γὰρ οἶδεν
ἀθάνατος σωτὴρ, πάντ' ἐπισκοπεῖ ὅς μ' ἐκέλευσεν
ἀγγέλλειν ὑμῖν ἵνα μὴ φρεσὶν ἐξαπόλησθε,

id eſt,*omnia enim ſcit*
Immortalis ſaluator,qui omnia obſeruat,quique
me iuſſit
Annunciare uobis,ne mentibus pereatis.

7 Aiunt,ut ſcribit Clemens Alexandrinus,[o] Del
phis in curia oſtendi petram quandam, ſupra
quam dicitur ſediſſe prima Sibylla, quæ Heli-
cone uenerat, educata à Muſis, cum eſſet filia
Lamiæ Sidoniæ. Sidonius autem dicit in uerſi-
bus, ne mortuam quidem à diuinandi arte ceſ
ſaſſe Sibyllam,& id quidem, quod ex ea in ae-
rem receſſit poſt obitum id eſſe, quod in ſorti-
8 bus diuinat & augurijs. Ex eo autẽ quod muta
tum eſt in terram corpore, exortã ut conſenta-
neum eſt herbam,quam,cum eã beſtiæ quæ in
eo loco eſſent comediſſent, ſcribit perfectam fu
turi cognitionẽ per exta hominibus ſignificaſ
ſe: eius autem animam exiſtimat eſſe faciem,
9 quę apparet in Luna. De numero Sibyllarum,
non eſt quod poſt tot aliorum labores repleã
chartas: illorum etenim opera proſtant pertri-
ta.[p] Ferunt ad Tarquinium Priſcum, uel, ut a-
lij uolũt, Tarquinium Superbum,unam Sibyl
larum,oraculorum libros detuliſſe ſecũdũ ali-
quos nouem,ſecũdum alios tres,& pro eis tre-
centos Philippæos poſtulaſſe, regemq; aſper-
natum pretij magnitudinem,& mulieris inſa-
niam deriſiſſe: illã autem conſpectu regis tres
ea nouem,uel ſecundum alios unum ex tribus
combuſſiſſe, ac pro reliquis idem pretium po-
ſtulaſſe. Tarquiniũ multo magis inſanire pu-
taſſe,eã tamen denuo tribus alijs exuſtis,uel ſe
cundũ alios altero,in eodem pretio perſeueraſ
ſe, motumq; fuiſſe regem, ac trecentis aureis
emiſſe. Teſtis Plinius,[q] Dionyſ. Halicar.[r] Soli-
nus,[s] Gellius,[t] Seruius,[u] Suidas,[x] qui & Sibyl
læ nomen dicit eſſe *λέξιν ῥωμαϊκὴν ἑρμηνευομένην*
προφῆτιν, id eſt, dictionem Romanam ſignificã
tem Prophetam ſeu uatem. Eſt & Sibylla,ac ſi
dicas deorum conſilium. Vt Æoles dicebant
10 *σιοὺς*,deos,& *βουλὴν* conſilium. Conſeruabantur
autem Romæ ſumma cum ueneratione libri
Sibyllini,qui magnis in negotijs conſulebãn-
tur: ueluti quando contra Volſcus bello moto,
Romæ laboratum eſt uictus inopia,& magnus
metus fuit ne in totum deficeret, terra fru-
ctus negante.[y] Sub Claudiano quoque, quo tẽ
pore

[g] Matthæ. c. 7.
[h] Numerorũ, c. 22.
[i] 1 Reg. ca. 19. & 18.
[k] Diui Ioan euan. c. 18.
[l] & hoc ſuſè explicat diu. Chryſoſtomus homil. 25. in Matthæ.
[m] uide in Sibilliacis oraculis excuſis Grecè & Latinè ex verſione Caſtalionis lib. 1. pag. 61 & li. 3. in fine paginæ 151.
[n] li. 2. Sibyllinorum oraculos pag. 50.
[o] Clemens Alexãdrinus, li. 1. Stromat.
[p] colligit de his multa Viues in commẽta. ad c. 23. libr. 18 de ciuitate Dei Auguſtin. Onuphri⁹. libr. de Sibyllis & Sibyllarum oraculis Latinus, ex Varrone li. 1. contra gentes c. Suidas & alij.
[q] Plinius, libr. 34. c. 5.
[r] Dionyſ. Halicar.
[s] Solinus, c. 7.
[t] Aulus Gellius
[u] Seruius, in 4. Aene. verſ.
[x] Suidas.
[y] Dionyſ Halicar. in 6.

pore Marcomani cuncta naſtabant. [a] Sub Galieno, pro peſtilentia ſedanda. [b] Et ſæpiſſimè
11 alijs quoque temporibus. Dignum tamen notatu eſt, Chriſtianos nunquam his fidem adhibuiſſe, quod colligo ex Vopiſci uerbis dicentis ad ſenatum, cum eſſet controuerſia de inſpiciẽdis libris Sibyllinis, Aurelianum ſcripſiſſe: *Miror, patres ſancti, uos tandiu de aperiendis Sibyllinis dubitaſſe libris, proinde quaſi in Chriſtianorum eccleſia, non in templo deorum omnium tractaretis*: [c] Sed nec per ſolas Sibyllas aliquando per-
12 miſit uerum prædici Deus, ſed etiam per alios. Sic Larginus Proculus prædixit in Germania Domitiani diem, quo exceſſit è uita. Hac cauſa Romam miſſus, damnatus capite, tamen executione remorata, Domitiano eo interijt die, & abſolutus à Nerua imperij ſucceſſore, 40. ſeſtertia dono accepit. Alius qui Domitiano & uitam & genus mortis prædixit, & eum laniandum à canibus, quod accidit. Nam cum rogo urendus eſſet, imbre ignis extinctus eſt: ubi canes uinctum reperientes, laniarunt. Item Apollonius Tyanæus, quo tempore ab Stephano Liberto occidebatur, cum in præcelſum atque editum aſcendiſſet conuocata magna populi turba, ſiue Epheſi eſſet, ſiue alibi dixit. *Rectè Stephane, euge Stephane, percute homicidam, percuſ-*
13 *ſiſti, uulneraſti, occidiſti.* [d] Quidam uates in Africa prædixit Macrinum præfectum prętorio Antonini Caracallę, & filium eius Diadumenum
14 imperaturos, quod accidit. [e] Oenone, Cebrenis filia, uxor prima Alexandri filij Priami, Alexãdro prędixit, futurum eum rapturum Helenam ex Europa, & bellum ſuę patrię inducturum, & quod ipſe in bello eſſet ſauciandus, & à nemine ſanãdus. Erat enim numine correpta ſępè & futura enunciabat. [f] Quum etiam idem Alexander raptor Helenæ, in Græciam tranſire decreuiſſet, Helenus uaticinari cœpit Graios uenturos, Ilium euerſuros, parentes & fratres hoſtili manu interituros, ſi Alexander ſibi ex Græcia uxorem adduxiſſet. Idipſum & Caſſandra uaticinata: [g] Chalcas in exercitu Græcorum uates futurorũ eximius. [h] Omitto recenſere reliquos, qui in hac diuinationis arte floruerunt, & ſępe uera, ſæpius tamen mendacia protulerunt: utpote potius dictante diabolo, quàm ſpiritu ſancto loquuti. Quemadmodum illi pſeudo prophetæ, qui diuinationes ſuas proferentes dicebant, *Hæc dixit Dominus*, cum tamen non fuiſſet eis locutus Dominus, nec miſiſſet eos. [i] Plura de diuinatione & ſpeciebus eius & pœna criminis
15 alibi diximus, quæ ſuo loco uideto. [k] Differentia inſignis inter diuinationem, & prophetiã, quam adfert D. Chryſoſtomus, [l] eſt: quòd uates gentilium, qui reſponſa canebant & oracula, multa quidem dicebant, eorum autem quæ dicebant, nihil ſciebant. Sed non ita facit ſpiritus ſanctus, ſed permittit, ut cor cognoſcat quę dicuntur. Et Hermas diſcipulus D. Pauli apoſtoli, *Diſcernitur*, inquit, *prophetia & ſpiritus Dei ab ſpiritu falſo. Quia Dei ſpiritus de ſurſum eſt, quietus, humilis, ſine nequitia, ſine deſiderio uano huius ſeculi, homine omni ſe facit humiliorem: non ſemper omnibus, nec de ſingulis loquitur, interrogatus, ſed cum Deus uult. Spiritus autem terreſtris, eſt & fatuus, & homo: qui eum habet, primam uult cathedram, eſt improbus uerbis ſuis, in delicijs, in uoluptatibus multis, & mercedem accipit diuinationis.* [m]

a Flauius Vopiſcus in uita Aureliã.
b Iulius Capitolinus, in Galieno.
c Flauius Vopiſcus, in Aureliano.
d Xiphilin. ex Dion. in Domitiano, Philoſtratus, li. 8 de uita Apollonij Tyanei.
e Idem Xiphilinus, in Antonino Caracalla.
f Partheni[9] in Eroticis, c. 4 ex Nicandro, li. de poetis.
g Dares Phrygius, li. de excidio Troian.
h Dictys Cretenſis, lib. 2 de bello Troian.
i Hierem. 14. & 23. Ezech. 13
k in criminib. diximus, dum egimus de maleficijs & mathematicis.
l D. Chryſoſtomus, homil. in Pſal. 44. tom. 1.
m Hermas, li. 2 Paſtoris, mãdato, uel c. 11.

DePhiloſophis. Cap. VII.

1 *Philoſophi nomen quid, & quis primus eo ſe nominauit.*
Pythagoras primus ſe dixit philoſophum. eodem.
Sophiſtæ nomen quando in deſuetudinem abijt, & immenſum cœpit eſſe, eod.
Sophiſta qui, eod.
Protagoras Prodicus mercede docuit philoſophiam primus, & Gorgias.
2 *Philoſophia quid, & diſtributio in tres ſpecies, & plure membra.*
Philoſophiæ qui partes tantum exercuerunt ſeorſum, & qui omnes, eod.
3 *Philoſophia omnis in actione, & contemplatione.*
Philoſophia uera mores componit, eod.
4 *Philoſophia uera in uſu & memoria, non in uerbis & diſputatione.*
5 *Philoſophi contemplatiui inutiles & odio habiti.*
6 *Pythagorici philoſophi in Italia combuſti.*
Plato uendi iuſſus, eod.
Epicurei locis honeſtis pulſi, & alij philoſophi urbibus. Item 7. & 8.
7 *Pœna melle nudum inungi, & apibus exponi.*
9 *Ariſtoteli, & Ariſtotelicis philoſophis inimicus Caracallus.*
10 *Philoſophi cur à muneribus non excuſati.*
11 *Monachi exire clauſtrum non debent, ut audiant Phyſicam uel medicinam.*

1 PHiloſophus nomẽ habet compoſitum, ut ſit is qui amans eſt & ſtudioſus ſapientiæ. [n] Et hoc nomen ſibi primũ impoſuiſſe ferunt Pythagoram, reiecto nomine ſophiſtarum uel ſapientum, ueluti arrogantiæ pleno. Poſt quem, ſapientiæ qui eum ſecuti ſunt profeſſores, idipſum ſibi uſurparunt, Et paulatim ſophiſtæ nomen quod erat ampliſſimæ antiquitus dignitatis, dedecori quodammodo eſſe cœpit: honoſque paulatim interijt, poſtquam Prothagoras Prodicus, & Gorgias auditoribus ſapientiam, uel philoſophiam uendiderunt, ut ait Themiſtius: [o] atque qui uel quęſtus, uel oſtentationis cauſa philoſopharentur, poſtea dicti ſunt ſo-
2 phiſtæ. [p] Philoſophia, eſt cognitio omnium optimarum rerum, & in his exercitatio. [q] Philoſophia, ut ait Cicero, in tres partes diſtributa eſt, in naturæ obſcuritatem, in differendi ſubtilitatem, in uitam atque mores. [r] Sic Zeno primus Citticus, libro de oratione, & Chryſippus in primo etiam de oratione, & primo phyſicorum Apollodorus & Ephillus, Eudromus, Diogenes Babylonius, & Poſſydonius, tripartitam eſſe dicunt philoſophiæ rationem. Aliam quippe phyſicen, ethicen aliam, tertiam logicen dici. Has uerò partes, Appollodorus locos uocat, Chryſippus uerò & Eudromus ſpecies, alij genera. Enimuero philoſophiam animanti ſimilem dicunt: oſſibus ac neruis logicen: carnibus, ethicen, animæ phyſicen conferentes. Siue rurſus ouo: eſſe quippe ſuperficiem logicen, ſequẽtia ethicen, intima & penitus abſtruſa phyſicẽ. Ordo autem harum uarius. Quidam primam logicen, ſecundam phyſicen, tertiam ethicen ſtatuunt, ut Zeno Chryſippus & alij: quidam alij mutant ordinem. Cleãtes ſex philoſophiæ partes ait, dialecticam, oratoriam, moralem, ciuilem, naturalem, theologicã. [s] Poſſunt & iſta

n Cicer. Offic. li. 2. & de Legibus. 1.
o Themiſtius, in ſophiſta oratio 4.
p Cic. de natu. Deor. 2. Academicarum quæſtion. & Iſocrates [illegible]. Plato in Gorgia. Aulus Gellius, noct. lib. 10. c. 22.
q Cicero, 3. de Orat.
r Cicer. de Orat.
s hæc & plura Diogen. Laert. in lib. 7 in Zenone.

membra ad tria referri ſuperiora, quæ ex diui-
ſiona antiqua Hebræorum fluxit, ut monet Eu
ſebius, & inde etiam hauſiſſe Platonem.[a] Qui
primus tres illas ſpecies philoſophiæ coniun-
xit, cum antea ſeparatim circa illas aliqui phi-
loſopharentur, non in omnibus.[b] Primum e-
nim philoſophia in phyſica erat contemplatio
na. Huic adiecit poſtea Socrates ethicen, & Pla
to poſtea utriſque logicen: & laceram philoſo-
phiam coniunxit. Coluerunt tantum diſſeren-
di rationem Gorgias & Euthydemus, Zeno, &
omnes Eleatici qui dialecticæ ſtuduerunt. Mé-
non ad mores priuatos inſtituendos ſe conuer-
tit, ut & Euyphro, Philebus & Crito, & ſeptem
ſapientes, Thalete excepto: Alij ad publicos, &
ad res publicas & leges formandas ut Plato: a-
lij ad res naturales indagandas, ut Timæus,
Thales, & eius diſcipuli: alij ad μετὰ τὰ φυσικά,
3 ut Parmenides, & Sophiſta, Platonici. Vniuerſa
porro philoſophia in actiona & contemplatio
ne uerſatur: proinde duæ eius erunt partes, ha-
rum altera actiua, altera cõtemplatiua dici po-
taſt. Actiua ad agendam uitam, id eſt, ad mores
inſtituendos, pertinet: contemplatiua, ad con-
ſpiciendas naturæ cauſas, & ſyncerißimam ue-
ritatem.[c] Socrates, in actiua: Pythagoras, in cõ
templatiua excelluiſſe creditur: Plato utram-
que perfecit. Et ideo inſectatur[d] eos, qui tanũ
futili & inani philoſophia deriuentur toto ui-
tæ tampore, qui ſophiſmatis & dialecticis gry-
phis uitæ degendæ neceſſarium tempus repo-
nunt, & ſeneſcunt in illis. In quos etiam Archi
trenius ſæpe inuehitur. Diuus Paulus & de ea
loquitur, *uidete*, inquit, *ne quis uos decipiat per
Philoſophiam. &c.*[e] Vera philoſophia, ad morũ
compoſitionem & rectam inſtitutionem perti-
net.[f] Quia uirtutum omniũ diſciplina eſt, quæ
que in publicis ſimul & priuatis negotijs excel
lit. Ciuitates & rempubl. ſi nihil prohibeat, cõ-
ſtanter & fortiter & perite adminiſtrat. Quare
Vlpianus, iuriſconſultos, qui in nodis contro-
uerſiarum decidendis uerſantur, ueram tradit
4 profiteri philoſophiam.[g] Afranius poeta ue-
ram ſapiẽtiam opinatus eſt, eſſe filiam uſus &
memoriæ: ut qui ſapiens rerum humanarum
eſſe uelit, non libris ſolis, nec diſciplinis rhero
ricis opus ei ſit, ſed oporte a eum uerſari quo-
que, exercerique in rebus comminus noſcen-
dis, periclitandiſque, omniaque acta & euenta
firmiter meminiſſe. Verſus Afranij recitat Au-
lus Gellius,[h] hos,

Vſus me genuit, mater peperit memoria.
ſophiam me uocant Graij, uos ſapientiam.

Et Macedo philoſophus, cuius & meminit Gel
lius,[i] nihil fieri poſſe indignius & intoleran-
tius dicebat, quàm quòd homines ignaui ac de
ſides, operti barba & pallio, mores & emolumẽ
ta philoſophiæ in linguæ uerborumque artes
cõuerterent: & uitia facundiſſimè accuſarent,
intercutibus ipſi uitijs madentes. Atque ideo
rectè Iuuenalis,[k]

*Vltra Sauromatas fugere hinc libet, & glacia-
lem
Oceanum, quoties aliquid de moribus audent
Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia uiuunt.*

Improbant hanc ſophiſtarum garrulitatem iu
ra pontificia.[l] Nam uia ad cognitionem ſui
ipſius, & tandem Dei, philoſophia uera eſt: qui
autem argutijs utitur, & uita abutitur in uerbo
rum pugnis & contentionibus, aberrat à ſco-
po & uia, quam philoſophia perquirit & ſequi
tur & contra ipſiſſimã philoſophiam philoſo-
phia abutitur. Qui enim ſapit planè, & Deum co-
gnouerit, non inutilem ſe putabit & perperàm
uel ſibi ſoli creatum, ſed & proximis, & patriæ,
& omnibus, ſi quid & illis prodeſſe poſſit. Ne-
que philoſophum dico, qui ſapientiam amat,
niſi ipſe quoque ſapiat: aliter enim & aliquan
do impij latrones, & ſimiles, philoſophi dice-
rentur, qui uelint nolint amant ſapientiam,
5 quæ pulchra per ſe & amabilis eſt. Cum ta-
men ipſi nec ſapiant, nec ſapere ſtudeant. E-
runt & iſti perſonati philoſophi, qui muti &
paralytici intra priuatos parietes latent, ſibi &
alijs inutiles,

Pondus iners terræ, & fruges conſumere nati.

Vel certè Infœlicis ingenij habendi ſunt, qui
per ea tempora, quibus alij in philoſophia mu
ta profecerint, uel proficere poſſunt, nihil ſe di
dicisse, nec per totam uitam profitentur, quod
poſſit uſui reipublicę eſſe. Satius fuiſſet illos ad
dici glæbę uel alio corporali mancipatos fuiſſe
artificio, quo ſibi, & alijs potuiſſent utiles eſſe.
Scio tamen poſtremis temporibus, philoſo-
phos eos tantum dictos eſſe, qui ſpeculationi
rerum, & ſophiſticis inuolucris irretiti, ſe à com-
muni hominum uita ſepararunt, & ſpontaneã
paupertatem elegerunt, ſaltem diuitias con-
temnebant.[m] Et aliquando philoſophantium
horum turbæ & cœtus odio fuerunt rempu-
blicam adminiſtrantibus: quòd otioſis decla-
mationibus, cum praxim non noſſent ſcientia-
rum quas profitebantur, ſeditiones & tumultus
concitarent: putabant enim qui boni erant, in-
ter illos tam facilè rempublicam poſſe compo-
ni & emendari, ut erat illis facilè de republica
optimè conſtituenda diſputare & opinari, re ue
ra ignari non tam facilè facta & actus perfici,
ac uoces formãtur à lingua, & leges antiquas,
etſi non omnino utiles, meliores tamen eſſe no
uis, quæ reipublicæ faciem immutarẽt, ut alibi
docuimus. Erant & alij inter illos ſuperbi ſub
palliolo & larua philoſophica, qui dum opi-
nionem ſapientiæ præter alios ſibi arrogabãt,
& contradicendi ſtudio, ut ſua firmarent, tene-
6 rentur, omnia perturbabant. Et proinde in ea
regione Italiæ, quæ tunc magna Græcia appel
labatur cœtus Pythagoricorum ob clandeſti-
nam coniurationem concrematus fuit, magna
rerum publicarum mutatione facta, utpote
principibus ciuitatis cuiuſque temerè interfe-
ctis, ut ait Polybius.[n] Plato iuſſus uenundari à
Dionyſio tyranno Syracuſano.[o] Epicurei Ro-
ma ſenatuſconſulto ſunt exacti. Et Meſſenij, in
Archadia, eos, qui eodem quaſi præſepi paſti
eſſent, expulerunt. Quos & peſtes adoleſcen-
tum eſſe dicerent, & philoſophiæ labem im-
primere, propter mollitiem & impietatem. Eos
itaque ante Solis occaſum agro Meſſenio exce
dere iuſſerunt: iiſque pulſis fama luſtrari, à ſa-
cerdotibus, à Timuchis (ſic enim à gerendis ho
noribus ſuos magiſtratus appellant) totam ur-
bem purgari, tanquam à ſordibus & ſentina
7 quadam liberam. Ferunt & à Lyctijs in Creta
ex Epicureis eo profectos pulſos eſſe, legemq;
populi ſermone ſcriptam, qua effœminatæ ſa-
pientiæ ac degeneris & turpis inuentores & dijs
inuiſi Lyctio pellerentur. Quod ſi quis eò per
audaciam ueniſſet cõtẽpta lege, cum in cataſta
uinctum iuxta curiam dies uiginti nudũ melle
& lacte perfundi, ut ab apibus & muſcis con-
ſummaretur in totum: quibus exactis, ſi ſuper-
ſtes eſſet, adhuc muliebri ueſte indutũ, de ſaxo
præcipitari

a Euſebius, li. de præpara. Euangelica.

b Ariſtot li 7. Philoſop. Diogen Laertius, in Platone, Apuleius, in dogmate Platonis.

c D. Aug. in lib. 8. de ciui. Dei, c. 4.

d Plat. in Gorgia. Gellius, li. 10. c. 22.

e ad Coloſſ. ca pit 2.

f Gellius, li. 9. c. 1. 10. & 22.

g l. 1. de iuſtit. & iur.

h Gellius, lib. 13 c. 8.

i d. c. 8.

k Iuuenal. Satyr. 2.

l c. omnem, & c. legimus, 37. diſt.

m l. ſed & reprobari, l. 7 de excu. tut. l. 1. 27. P. tit. 1. l. in honoribus, §. Philoſophis, de uacat. muner. in P. l. profeſſio, de muneribus patrimo. li. 10. C.

n Polybius. li. 2. hiſto.

o Aemil. Probus, in Dione.

a Suidas,in Epicuro.

præcipitari iuſſerunt,ut author Suidas.[a] Quomodo autem mathematici, alijque diuini eiecti ſint Roma, dicitur dū in criminibus de his agimus. Philoſophos qui rebus innouandis ſtuderent, deuitandos ſuadet Agrippa Octauia-

b Dio Cassius li. 52. histor. Roman.

8 no.[b] Veſpaſianus philoſophos omnes ob nimiam dicendi libertatem, Stoicos, & Cynicos urbe expulit, præter Muſonium & Demetriū, & Hoſtilium in inſulas relegauit.[c] Plures tempore Domitiani occiſi, quòd ſtudio philoſo-

c Xiphilinus, ex Dione, in Veſpaſiano.
d Xiphilinus, ex Dione, in Domitiano.

9 phiæ operam darent.[d] Antoninus Caracallus, philoſophos, qui ſunt Ariſtotelici nominati tā magno odio eſt proſequutus, ut uoluerit libros Ariſtotelis comburere, atque Ariſtotelicis ſodalitates, & cætera commoda quæ habebant in Aleaandria ſuſtulerit, criminatus eos, quòd Ariſtoteles cauſa mortis Alexandri uiſus eſ-

e Xiphilin. ex Dione, in Antonino Caracalla.

10 ſet.[e] Imperator Valens parui facit philoſophos imo contra eos contorquet philoſophiā, nec admittit eam ad excuſationem munerum perſonalium. *Turpe enim*, inquit, *eſt, ut patriæ functiones ferre non poſſit, qui etiam fortunæ uim ſe ferre profitetur.*[f] Minus etiam admittitur in illis philoſophis patrimonialium munerum exceptio, dum patrimonia habent, imo & philoſophia illos conferre debere arguit, cum contra profeſſionem bona poſſideant.[g] Et ex ſubſtantia maximè manifeſtum ſit, eos non eſſe philoſophos,[h] ſed potius philoſophos uelle uideri, ut eo prætextu ditentur. Sunt tamen qui ueram philoſophiam authoritate publica do-

f l reddatur. l. 8 de prof & medicis, li. 10. C. tit. 52.

g l profeſſio, l. 8 de mune patrimo. li. 10 C.
h Vlp. in l ſed & reprobari, lex 7 de excuſ. tutor. P.
i l ſin de profeſſor & medic li. 10. C d l. ſed & reprobari § Reipu phi loſophantem.
k c 3. ne cleri. uel mona li. 3. tit. 50 Decret.
l c. ſuper ſpecula, c 10 eod. tit. ne cler uel monac.

11 cent, à muneribus immunes.[i] In concilio Turonenſi prohibitum fuit religioſis profeſſis notum regularis uitæ, monaſterium exire ad audiendam phyſicam uel medicinam ſub prætextu conſulendi languentium fratrum corporibus. Pœna tranſgreſſoribus impoſita,[k] quod & firmauit Honorius 3. ſum. pont.[l]

De Mathematicis. Cap. VIII.

1 *Mathematicæ diſciplinæ permiſſæ.*
2 *Numerarij ſeu tabularij qui.*
Calculator, calculus quid, eod.
3 *De Geometris.*

1 AVguſtus Imperator, Mathematicos, Geometras, & architectos, qui diuiſiones partium omnium, inciſioneſque ſeruant, menſuriſque utuntur, ad par ſtudium diſcendi & docendi lege compellit, immunitateque donat.[m] Arithmetici qui numerandi artem tenent, & docent, in iure probantur, utpote reipublicæ, uel nego-

m in l 2. de excuſationi artificum lib. 10. C. tit. 64.

2 tijs eius neceſſarij. Horum nomine continentur, nomerarij, qui poſtea à Iuſtiniano tabularij dicti ſunt.[n] Et calculatores, qui ad calculum numerant, qui profeſſorum etiam immunitate donantur.[o] Numeratum olim & nunc calculis, id eſt, lapillis, nemo dubitat: unde & proſtat titulus. De errore calculi, ſcilicet ut non noceat, ſed retractetur.[p] Et indicat Perſius.[q]

n l. 2. de numerarijs & actuarijs lib. 12. C. tit. 50
o l. 6. de profeſſor & medi. l. 10. C. tit. 52.

p de errore calculi, l. 2. C. tit. 5.
q Perſius, Satyr. 5.

Hunc, Macrine, diem numera meliore lapillo,
Qui tibi labentes apponit candidus annos.

Muſici, qui dicantur & de eorum diuerſa nomenclatura, ex his quæ de muſica diximus, lib.

3 12. Syntaxeωn c. 3. & ſequentibus collige. De Geometria, & partibus eius, diximus li. 13. Syntaxeωn. De Aſtrologia, autem lib. 8. Geometriæ artem diſcere atque exercere, publice intereſt. Ars autem mathematica uana, diuinatio uidelicet, omnino interdicta eſt.[r] Menſuratione terræ, in finibus regundis & terminis deſcriben-

r l: C de maleficis & mathe. lib. 9 tit. 18.

dis egemus.[s] Geometræ à terræ menſura dicti ſunt, & agrimenſores: qui tamen à tutelis non excuſantur, niſi à principe curam artis illa egentem ſuſceperint.[t]

s tit finium regundorum & nos alibi ſuo loco, tit. ſi menſor falſ. mod. dixer.
t Scæuola, in l Geometræ, l. 21 de excuſ. tutor in P.

De Phyſicis, & Metaphyſicis. Caput IX.

1. *Phyſici, metaphyſici, & Theologi qui.*

1 PHyſici dicuntur: qui rerum naturas conſiderant, & inquirunt: quomodo autem illud fiat, & de Phyſica ſatis abundè diximus lib. 11. Syntaxeωn. Phyſici, olim philoſophi nomine dicti ſunt, & de philoſophis iam dictum eſt. Iis continentur & metaphyſici, qui altiora, & abſtracta contemplantur, de quibus diximus lib. 10. Syntaxeωn. Quorum etiam nomine & continentur Theologi, qui arcana & diuina pertractant myſteria, & de rebus quæ naturalem inquiſitionem excedunt: de quibus & egimus in ſacramentis, & in rebus ſacris, & lib. 7. Syntaxeωn. Et agitur in titulis, De ſumma trinitate, & fide catholica, in utroque iure, ciuili & pontificio, & diuino. Et de ſacroſanctis eccleſijs, de epiſcopis & clericis, de quorum etiam nos ordinibus & officijs, & ſacerdotijs, diximus proprijs locis. Phyſicæ appellatione iuris pontificij authores & comprehendunt medicinam, quam & prohibent religionem & clauſtrum profeſſis.[u]

u in c. ſententiam, c. 3 & c. ſuper ſpecula, ne cler. uel mona. ap Greg.

De perſonis uacantibus ſpeculatiuis rationalibus ſcientijs. Cap. X.

1. *Scientijs ſpeculatiuis rationalibus perſonæ uacantes.*
2. *Grammatici qui immunes à muneribus.*
Profeſſores literarum, Rhetores, & Dialectici, eod.
3. *Poetæ non habent immunitatem.*

1 INferiores ordine perſonæ, quæ ſpeculatiuis tantum rationalibus uacant, & neceſſariæ tamen, ut baſis & fundamentum aliarum, ſunt primum Grammatici, qui litteris cognoſcendis, coniungendis, & proferendis, & in componendo ſermone ſtudium adhibent, de quorum arte pauca nos tractauimus lib. 16. Syntaxeωn. Grammaticos ſequuntur Dialectici, ſeu ſophiſtæ: Rhetores ſeu oratores. Qui quādo ſunt probati & recepti ab ordine ciuili, ad erudiendam iuuentutē, iiſdem ſtudijs publice, conſequuntur, ut omnium liberalium ſtudiorum profeſſores, immunitatem & uacationē à muneribus:[x] ſcilicet ſi ex numero eorum profeſſorum ſunt, qui uacationem habent, non aliter.[y] Qui tamen pueros primas literas docent, (ut arbitror in hunc ordinem non allecti publicum) immunitatem à ciuilibus muneribus non habent. Sed nec cui eorum, id quod ſupra uires ſit indicatur, ad præſidis religionem pertinet: ſiue in ciuitatibus, ſiue in uicis primas literas magiſtri doceāt.[z] Poetæ hoc priuilegio, aut ulla immunitatis prærogatiua non iuuantur:[a] nec calculatores, ut diximus. De poetica uidebis explicationem, lib. 19. noſtrarum Syntaxeωn, & de hiſtoria, & hiſtoriographis, lib. 20.

x l his, l. 10. § nugariorū, de uaca muner P. l oratione, l 4. l. medicos, 6. de profeſſor & medic li 10 C.
y Modeſtinus, l. ſi duas habēti, l. 2 de excuſ. tuto. P.

z Vlp. in l 2 § ſi de uaca muner. lib 12. P. tit. 5.
a l 3. de profeſſo & medi. li. 10 C.

De iuriſconſultis. Cap. XI.

1 *Iuriſconſulti verè philoſophi.*
2 *Iuriſconſultorum antiquorum reſponſa pro lege, & quando.3.*
3 *Auditorium iuriſconſultorum quid.*
4 *Iuris ignorantia non excuſat, ubi eſt copia iuriſconſulti.*
5 *Iuriſconſultorum opera in omnibus uſus Alexander Seuerus.*
Iuriſconſulti qui fuerunt familiares Alexandro Imperatori.
6 *Papiniani mors.*
7 *Monachis iura ciuilia audire prohibitum.*

1 IVriſconſulti aut iuriſperiti,& legũ
doctores, circa ſpeculatiuam primùm
verſantur,& veram philoſophiam,
æqui bonique cognitionem: [a] & eam poſteà utilitati publicæ,peracto
legitimo ſtudiorum curriculo, communicãt.[b]
2 Atque qui diu verſati in diſquiſitione erant,
olim reſponſa dabant conſulentibus, quæ pro
lege habebantur,quum & quandiu cum ea authoritate
reſpondendi facultas data eſt.[c] Ad
Iuriſconſultos ueteres olim ſic adibatur, authore
Cicerone,[d] vt non ſolum de omni iure
ciuili, verùm etiam de omni officio aut negotio
referretur:in conficiendis teſtamẽtis, cõtractibus,&
obligationibus adhibebãtur, eorumque
3 reſponſa iudices ſequebantur. Auditorium
idcirco habere dicebantur iuriconſulti,
ut legimus de auditorio Æmilij Papiniani.[e]
Et adhibebantur in conſilium à magiſtratibus
ipſis iuriconſulti.[f] Reddebant porrò reſponſa
poſt longam in foro cauſarum exercitationem:
quo tempore oratores ſenectute graues,
depoſito cauſarum forenſium onere, domi,
quo ſuam etiam tum dignitatem tuerentur,
ius reſpondere ſolebant. Et ita Cicero,[g] ſub
Craſſi perſona iuris interpretationem,non ſolùm
ad uſum forenſem, ſed etiam ad decus &
ornamentum ſenectutis ſibi comparaſſe dicit.
Et in ſolio ſedantes iura priſcos iuriſconſultos
reſpondiſſe idem tradit.[h] Et de ſe, *Ego verò*, inquit,[i]
*ætatis potiùs vacationi confidebam, cùm
præſertim non recuſarem, quominus more patrio
ſedens in ſolio, conſulentibus reſponderem, ſenectutiſque
non inertis, grato atque honeſto fungerer*
4 *munere.* Paulus refert Labeonem reſpondiſſe,
iuris ignorantiam non excuſare eum, qui iuriſ
5 conſulti copiam haberet.[k] Alexander Seuerus
imperator, negotia & cauſas prius ab ſcriniorum
principibus & doctiſſimis iuriſperitis,&
ſibi fidelibus, quorum primus tũc Vlpianus
fuit, tractari ordinariéque, atque ita ſibi
referri uoluit. Familiareſque iuriſconſulti ei
fuerunt, Fabius, Sabinus Sabini filij, Cato,
Domitius Vlpianus, Ælius Gordianus Gordiani
imperatoris pater, Iulius Paulus, Pomponius,
Alphenus, Africanus, Florentinus, Martianus,
Calliſtratus, Hermogenes, Venuleius,
Tryphonius, Metianus, Celſus, Proculus,
Modeſtinus, ferè omnes diſcipuli ſplendidiſſimi
Papiniani, omnes iuris profeſſores, ut au-
6 thor Ælius Lamprydius.[l] Qui tamen Papinianus
iuſſu Baſſiani ſiue Antonini Caracallæ filij
Seueri, percuſſus fuit ſecuri, & à militibus
occiſus.[m] Simulque cum eo filius eius, & Petronius,
alijque, quòd Getæ fratris partes fuiſ-
7 ſent ſecuti.[n] Statutum in ſynodo Turonẽſi, ne
monachi ordinem regularem profeſſi clauſtrum
exeant, legum ciuilium audiendarum
cauſa, pœnis etiam id facientibus impoſita excommunicationis:[o]
*Quia abſurdum eſt clericis
imò etiam opprobrioſum ſi ſe peritos uelint oſtendere
eſſe diſceptationum forenſium.*[p]

a l.2 de iuſti. & iure.
b § fi. in proœmio. P.
c §. reſpõ prudentium, de iure naturali gent. & ciuil. l. 2. § fi. de orig. iur.
d Cicero, 3. de orator.
e l. lecta, ſi certum peta. in P.
f Gellius, lib. 12. c. 13.
g Cicero, 1 de orator.
h Cicero, 3. de orator.
i Cicero, 1. de legib.
k l. regula eſt, l. 9 §. ſed iuris ignorantia, de iuris & facti ignorant. in P.
l Aelius Lamprydius, in Alexandro Seuero.
m Aelius Spartianus, in Antonino Caracalla.
n eod. Spartianus, & Xiphilinus ex Dione, in Caracal. Antonino.
o in c. 3. & ca. ſuper ſpecula, c. 10. ne clerici uel mona.
p Iuſtin. in l. repetita, 36. de epiſc. & cler. C.

De gerentibus munera ciuilia,& eorum generali diſtinctione. Cap. XII.

1 *Honor municipalis quid.*
Honor à munere quomodo diſcernatur, & differant. Item 10.
Munus quomodo honorem contineat, eod.
2 *Munus, & donum, & onus continet.*
Immunitas vnde. eod.
3 *Municipes qui.*
4 *Munus publicum & priuatum quid.*
5 *Munerum ciuilium diuiſio.*
6 *Munerum perſonalium diuiſio, & finitio.*
7 *Munera patrimonialia quæ, & mixta.*
8 *Munera alia ordinaria, extraordinaria, rebus adhærentia indicta.*
9 *Profeſſores artium oneribus hoſpitiorum militum, & angariarum immunes.*
10 *Munera, & honores in quibus differant: in quibus conueniant, & 11.*
12 *Honorum gradus, & diſtinctiones.*
Honor delatus à principe dignior cæteris. eod.

1 PErſonæ aliæ diſtinguuntur ratione
honoris uel muneris, quod geſsunt
in ciuitate, municipio, uel republica.
Honor municipalis,
eſt adminiſtratio reipublicæ cum dignitatis
gradu ſiue cum ſumptu, ſiue ſine erogatione
contingens,[q] & ita à munere, quod poteſt eſſe
ſine honore & dignitate ſecernitur.[r] Inter honores
ſunt magiſtratus, decurionatus,& reipublicæ
adminiſtratio.[s] Et munerum quoque
appellatione ueniunt honores, & ita honor
munus dicitur.[t] Sed ea ratione, qua munus
pro officio accipitur, non quando pro onere
munus. Nam tunc, ut diximus, honor
à munere differt: & ita uerum eſt, quod dicitur,
honorem ſuſtinenti munus inferri non
poſſe: & contrà, munus ſuſtinenti, honorem
deferri poſſe.[u] Et videtur lex conſtitueſe
honores duplices perſonatum, & patrimoniorum:[x]
Sunt enim res, quæ poſſeſſoribus
dant dignitatem, ut comitatus, feuda nobi-
2 lia,& id genus alia. Munus æquiuocationem
habet ad donum, & ad onus, quod cùm remittitur,
uacatio muneris dicitur, & inde immunitas,
Et ad officium, vnde & munera militiæ,
id eſt, officia.[y] Munus Martiano, quod
neceſſario ſubimus, more, lege, imperioue
eius, qui iubendi habet poteſtatem. Et ita diſtinguitur
ab appellatione muneris, quod pro
dono ſumitur: cùm dona ſint, quæ nulla neceſſitate
iuris, officioue, ſed ſponte præſtantur. Ita
latius patet muneris appellatio, quàm doni,
quia omne donum dici munus poteſt, non
donum omne, munus:[z] habet enim munus
omne cauſam quandam, ob quam fit, quod
donum non habet.[a] Honor itaque cum dignitate
erit munus, & ſine dignitate eſſe poſ-
3 ſit. Munus ſecundum Varronem, quòd muniendi
cauſa imperatum, à quo etiam municipes,
qui vnà muneribus fungi debent dicti.[b]

q Calliſtrat. in l honor, l. 14. de mu. & hon. li. 50 P. tit. 4.
r ut in l. honores, l 8 de decurion. in P. l. cui muneris, l. 12. l. reſcripto, l. 6. §. ſciendũ, eod.
s d. l. cui muneris, l 12. & l. reſcripto, l. 6 de munerib. & honor.
t l ſi quis magiſtratus, l. 9. de munerib. & honor.
u Modeſtinus, l. honorem, 10. eod.
x Vlpian. l. reſcripto, l 6 §. ſciat, & § ſciendum, de muneribus. P. l. 10. de vacat. munc. P.
y Paul. l munus, l 18 de verbor. ſignif.
z Martianus in l. munus, l. 214. de munerib. & honor.
a Paulus, l. interdum, 194 de verb. ſignif.
b Marcus Varro, 4 de lingua Lat.

Munus

4 Munus aut publicum,ſeu ciuile,aut priuatum.
Publicum munus dicitur,quod in adminiſtrã-
da republ. cum ſumptu ſiue titulo dignitatis
ſubimus. [a] Munus publicum, inquit Pompo-
nius,eſt officium priuati hominis,ex quo com
modum ad ſingulos uniuerſoſque ciues, rem-
que eorum, imperio magiſtratus extraordina-
rio peruenit. [b] Hinc & municipes illi qui ali-
quo loco munera, id eſt,officia municipalia ca
piunt. [c] Priuatum contra erit munus, cuius uti
litas ad priuatas pertinet perſonas.Eſt & quod
dam munus publicum authoritate, & priuatũ
utilitate: nempe quod authoritatem habet à
publica cauſa, ſed utilitatem ſingulorum, ut
ſingulorum, non uniuerſos ſimul reſpicit,
5 quale munus tutelæ,& curæ. Hermogenes Iu-
riſconſultus, munera ciuilia, in perſonalia, &
patrimonialia diuidit,ut Vlpianus. [d] Arcadius
Iuriſconſ. tertium membrum addit mixtorũ. [e]
6 Perſonalium & quædam cum dignitate & ho-
nore,quædam ſine dignitate. Perſonalia mune
ra ſunt, quæ animi prouiſione & corporalis la
boris intentione,ſine aliquo gerentis detrimen
to perpetrantur: ueluti tutela, cura, calendarij
curatio, quæſtura tyronum ſeu equorum pro-
7 ductio &c. [f] Patrimonialia ſunt, quæ ſumpti-
bus patrimonij & damnis adminiſtrantis ex-
pediuntur. [g] Et ex his, quædam poſſeſſoribus
iniunguntur,ſiue municipes ſint ſiue non ſint:
qualia quæ agris uel ædificijs indicuntur: alia
quæ non niſi municipibus & incolis. [h] Mixta
ſunt,in quibus corporale miniſterium & patri
8 monij onus ineſt. Horúmque omnium mune-
rum,quædam ordinaria quædam extraordina-
ria ſunt. [i] Rurſum munerum alia rebus adhæ
rent,alia indicuntur: adhærent prædiorum col
latio,uiæ ſtratio,angariarum exhibitio, hoſpi-
tum ſuſceptio, aduerſus quæ nulla priuilegia
9 excuſant. [k] Niſi de his nominatim conceſſa,ue
luti nominatim immunes facti ſunt ab anga-
rijs,& hoſpitio militum, profeſſores artium li-
10 beralium. [l] Differentiæ plures inter honores,
& munera,ultra eam,quæ oritur à nominis di-
uerſitate: [m] ueluti quòd ad decurionatum, ne-
mo poſt quinquaginta annos uocatur inuitus,
quamuis ſi conſenſerit decurionatui etiã poſt
70. rectè gerat: non tamen munera ſubire coga
tur. [n] a. ſurdus & mutus omnino excuſantur ab
honoribus, [o] non à muneribus, ſcilicet patri-
monialibus: nam à perſonalibus excuſantur. [p]
3. Vacatio muneris excuſat à munera, ſed non
ab honore. [q] 4. Senium excuſat à munere, quod
implendum labore & corpore, non autem ab
11 honoribus,qui peraguntur conſilio. [r] Commu
na utriſque in ciuitatibus & municipijs hono-
res & munera municipij per uices, & ætates,&
gradus, iure antiquitatis diſtribui & deferri. [s]
Item hoc generaliter communicant inter ſe
honores & munera, ut in utriſque conſideran-
di ſint primum ipſi honores,cuius gradus & di
gnitatis ſint,& munera qualia ſint: dehinc per-
ſonæ, quibus deferantur honores uel munerũ
adminiſtrationes: dehinc lex, ex qua deferun-
tur: [t] & formula ſeu ordo à lege conſtitutus.
In honoribus ipſis gradus ſunt multi, alijque
alijs maiores & minores,& digniores. Honorũ
quippe alij municipales, alij regij ſeu ab Impe
ratore conceſſi, qui potiores in dignitate. [u] Et
qui principi digni uiſi ſunt,multo magis in an
terioribus ſunt adiuuandi, ut ait Iuſtinianus
Cæſ. [x] Atque princeps qui magiſtratum dedit,
omnia neceſſaria cenſetur eidẽ decreuiſſe. [y] Et

a l. hono. §. 1 de mun. & ho. P.
b l. pupillus, l. 239 pupill. de uerb. ſign. P.
c d. l. munus tribus modis in l. 18 de uer ſig. l. 1. ad munici. in P.
d l. 1. de muneribus in P. l. reſcripto. l. 6 § ſciendum eſt, eod tit.
e in l. 18 l. munerum, de munerib. in P.
f d. l. muneri, l. 18.
g d. l. muneri, § fin.
h l. reſcripto, l. 4 § 1. de muner. & hono.
i l. omnes omnino, l. 4 de cen. & tribut. li. 10. C. l. 1. de indic. eod. lib. 10. C.
k l. ſunt munera, l. 12. de uacat. muner. P.
l l. in honoribus, l. 10. § angariatu. de uacat. muner.
m l. 1. ſi uiuus, C. de codicil.
n l. 1. § fin. de decurio. li. 50. P. tit. 2.
o Paul. l. honores, l. 7. § 1 de decurio. P. l. 1. C qui mort. ſe excuſ. li. 10. C. l. frater, de excuſa. tut. §. nem ſurdum, quibus non eſt permiſ. facere teſta.
p l. 1 q morb. ſe excuſ.
q Iabole. l. cum muneris, l. 13. de munerib. & honor.
r l. 3 § corporib. de uaca muner. li. 50 tit 5.
s l. 1 § præſes prouinciæ, de munerib. & honor. P.
t Calliſtrat in l. honor. 14. §. de honoribus. de munerib. & honor. P.
u l. 2. de albo ſcrib. lib 50 P. tit. 3.
x l. reſtituendæ, l. 6 de offi. diuerſ. iudi. li. 2 & 6 § coſ..tem, ut ind. ſine quoq. ſuſc. in auth.
y Vlpia. l. quidam cum filiũ, § 37. de re iud. li. 42. tit. 1.

ut ſcribit Theodericus Gotthorum rex, ſena-
tui Romano, non eſt maius meritum, quàm
gratiam inueniſſe regnantium. Nam quibus
fas eſt de cunctis optimos quærere, uidentur
ſemper meritos elegiſſe. [z] Cæterum magiſtra-
tuum & honorum delatorum à principe uel
populo, olim gradus maiores & minores fuiſ-
ſe apparebit latius, cum de magiſtratibus, &
eorum iuriſdictione agetur.

z Caſſiod. li. 1. Variar. epiſtola 41.

De honoribus municipalibus, & diuerſa ex illis perſonarum diſtinctione. Cap. XIII.

1 *Honorum municipalium quædam ſpecies.*
2 *Decurionatus quid, & decuriones qui, & quare inducti, & decuriæ quid, & 4.*
Coloniæ ad exemplum ciuitatis Romanæ compoſitæ, eod.
Tribus & tribuni quid. eod.
Curiones & curiæ quid. eod.
3 *Decuriæ iudicum quæ, & quot.*
5 *Decurionum perſona cuius debent eſſe qualitatis, & qui poſſint eſſe decuriones.*
Salarium ex publico quidam decuriones accipiebant. eod.
Honores ſeu officia quis poſſit ſubire. eod.
6 *Honoribus & muneribus qui excuſentur.*
7 *Bona & facultates honores gerentibus requiruntur.*
8 *Equitum electio ex cenſu, & alijs rebus quando Romanis.*
9 *Decurionis conſtituendi cenſus.*
10 *Dos uxoris non obligatur pro decurionatu mariti.*
11 *Honoribus fungi quis cogitur in loco originis.*
Munera ubi quis ſubire, & honores cogatur eodem.
12 *Municipes qui dicantur.*
13 *Municipem quæ faciant, & 16. 17. & 18.*
14 *Maternam originem qui ſequantur potius quàm patris.*
15 *Patria propria, & communis quæ.*
16 *Manumiſſio facit municipem.*
Libertus patronorum ſequitur originem, & domicilium. eod.
18 *Incolatus municipem facit.*
19 *Domicilium ubi quis habere dicatur, & 21.*
Peregrinari quid, eod.
20 *Incola ciuitatis quis dicatur.*
Aduena quis, eod.
Scholaſticus decennio alicubi habitans incola fit, eod.
22 *Domicilij transferendi libertas quando.*
23 *Domicilium in diuerſis locis quando quis habere dicatur.*
Domus ſola in aliena ciuitate domicilium non facit, eod.
24 *Domicilium ubi habet miles.*
25 *Domicilium uxoris, ſponſæ, & uiduæ ubi ſit.*
26 *Domicilium ubi habere dicatur relegatus.*
27 *Honoribus & muneribus gerendis poſtulatus ab origine, patria, domicilio, cui concedendus.*
28 *Honores & munera non continuanda inter patrem, & filium, & alios.*
29 *Honorum repetendorum quæ intercedant interſtitia temporum.*
30 *Honores & munera ordine municipibus deferri debent.*
Legatio decernenda primatibus, eod.

31 *Hono-*

31 *Honoribus maioribus functi, minoribus quando poſſunt affici.*

32 *Honorati quomodo, & quo ordine ſunt in albo ſcribendi.*

33 *Filij patri dignitatem addunt maiorem.*

1 INter honores municipales, eſt ordo decurionum, optionum, duumuirorum, & magiſtratuum municipalium, defenſorum ciuitatum, legatorum. Et hinc annotamus pro inſtituta tractatione, alios decuriones dici, alios duumuiros, alios municipales magiſtratus, alios de-
2 fenſores ciuitatis, alios legatos. Decurionatus, eſt dignitas municipalis,[a] & honor[b] plebeius. Ex cuius ordine eliguntur tantum ad duumuiratus honorem, & ad alios, quibus fungi plebeij non poſſunt.[c] Sicque ſtatuit Auguſtus, ut ad ſubeunda patriæ munera, digniſſimi meritis & facultatibus curiales eligantur.[d] *Decuriones*, inquit Pomponius,[e] *quidam dictos putãt, ex eo quod in initio cum coloniæ deducerentur, decima pars eorum qui deducerentur conſilij publici gratia conſcribi ſolita ſit.* Vocat ferè ſemper hos, conſilij cauſa delectos, Plinius Secundus buleutas, in epiſtolis, & curiam bulem.[f] Porrò in colonijs decuriones inſtituti ſunt, exemplo reipublicæ Romanæ, ad cuius imitationem illæ inſtructæ ſunt: & ut ait Gellius,[g] maieſtatis & amplitudinis Pont. Rom. iſtæ coloniæ, quaſi effigies paruæ ſimulachraque eſſe quædam uidentur. Sicque Iuſtinianus explicat:[h] *οἱ τὴν πολιτείαν ἡμῶν παλαὶ καταστήσαντες ᾠήθησαν χρῆναι κατὰ τὴν βασιλευούσης πόλεως μίμησιν, ἀθροῖσαι καθ' ἑκάστην πόλιν τοὺς εὖ γεγονότας καὶ ἑκάστῃ σύγκλητον ποιῆσαι βουλὴν, δι' ἧς ἔμελλεν τά τε δημόσια πράττεσθαι, καὶ πάντα γίνεσθαι κατὰ τάξιν τὴν προσήκουσαν,* id eſt, *qui nobis olim conſtituerunt rempublicam, ij ex uſu fore rati ſunt, ſi ad imitationem regiæ urbis per ſingula municipia nobiliores congregarent, & formam quandam ſenatoriæ curiæ conſtituerent, per quam & publica tractarentur, & omnia recte fierent, & ordine.* Populum autem Romanum ordine & dignitate diuiſit Romulus: ordine, in tres partes, quas tribus uocauit: qui illis præerant tribuni dicti. Dehinc tribus ſingulas in decem diuiſit partes, quas curias dixit, quarum præfecti curiones. Curiæ rurſum in decem curias diuiſæ, quarumque præfecti decuriones dicti.[i] Itaque primi ſingularum decuriarum, ut ſcribit Varro:[k] decuriones dicti. Et decurio à decuria Nonio Marcello: ut à centuria, centurio. Placuit autem hoc nomen decurionis pro honoribus minoribus uſurpare, non habita ratione numeri, ſed quod in diuiſionibus ſuperioribus, à Romulo in populo fuerint inferiores præfecti, habentes tamen ſub ſe curam eorum qui in decuria erant. Et proinde decuria effertur pro claſſe & ordine quolibet, neglecto numero denario, ut & apud Vegetium.[l] Decurio is dicitur, qui non tantum decem, ſed triginta duobus præeſt militibus. Et apud Ciceronem,[m] decuriones municipiorum, pro ſenatoribus
3 eorum. Sic & Plinius:[n] *D. Auguſto, inquit, decurias ordinante, maior pars iudicum in aureo anulo fuit: ijque non equites, ſed iudices uocabantur. Equitum nomen ſubſiſtebat in turmis equorum publicorum, iudicum quoque non niſi quatuor fuere decuriæ primo, uixque ſingula millia in decurijs inuenta ſunt, nondum prouincijs ad hoc munus admiſſis: ſeruatumque in hodiernum eſt, ne quis ex nouis ciuibus in his iudicaret.* Et poſtea,[o] *decuria quoque ipſa pluribus diſcreta nominibus fuere, tribunorum æris, & ſelectarum, & iudicum. Præter hos etiamnum nongenti uocabantur ex omnibus ſelecti, ad cuſtodiendas ciſtas ſuffragiorum in comitijs, tandẽ & quinta decuria à Caio adiecta. Et in ferreo anulo iudices equitesque intelligebãtur.* Tradunt decuriam fuiſſe Romæ claſſem & ordinem à decies centenis iudicibus appellatam, qui in ſingulis curijs ſedebant. Hincque erat decuriatio, in curias deſcriptio: & decuriatus, in curiam adſcriptus. Erant & in palatio principis decuriones, in curia & inter ſenatores eius & ſilẽtiarios.[p] Meminit Suetonius,[q] exemplo urbis Romæ, decurias iudicũ in colonijs & municipibus, ab Auguſto ordinatas. *Ad hunc modum, inquit, urbe, urbaniſque rebus adminiſtratis, Italiam duodetriginta coloniarum numero deductarum à ſe frequentauit, operibuſque, ac uectigalibus publicis, plurifariam extruxit: etiam iure ac dignatione urbi quodammodo pro parte aliqua adæquauit, excogitato genere ſuffragatorum, quæ de magiſtratibus urbicis decuriones colonici in ſua quiſque colonia ferrent: & ſub diem comitiorum obſignata*
4 *Romã mitterent, &c.* Itaq; decuriones erunt in municipijs, qui adiecti ſunt in ordinem ex pluribus idoneis ad munera & honores, de quibus lex municipalis diſponit, numero, nõ quidem denario conſiderato, ſed alio cõſtituto, & determinato, qui ubi plenus non eſt, alij in locum deficientium ſubleguntur:[r] quia ex utilitate ordinis eſt, ordinem ſemper plenum habere.[s] Ita ſecũdum ordinẽ quo adiecti ſunt, niſi quid aliud impediat, deferuntur decurionibus honores:[t] eoſque illi ſubire, & munera, exemplo tutorum coguntur.[u] Et eo nomine ſi non ſubierint, ad damnum reipub. tenentur.[x] Ordo gerẽdorum etiam honorum adhibitus, facit ne promiſcua facultate, liceat prius maiorẽ magiſtratum, quàm minorem ſuſcipere, neque omni ætati, nec cõtinuare honores quiſquam poſſit:[y] neque quia magnos honores ſequuntur munera magna, ideo maioribus omiſſis, minores cõ-
5 tra ordinem acceptare quiſquã poſſit.[a] In perſonis decurionum & aliorum honorum conſideramus, ut ſint huic muneri idonei, qualitate & patrimonio.[a] Qui non prohibentur, decuriones eſſe poſſunt.[b] Minores 25. annis quidem decuriones eſſe poſſunt ex cauſa tantum, & ſportulas accipiunt, uerumtamen ſuffragia non ferunt.[c] Salarium enim quidam accipiebant de publico decuriones.[d] Non poſſunt decuriones creari nauicularij,[e] creati tamen muneribus compelluntur fungi.[f] Reijciuntur & ſubmoti ab ordine ob crimen ignominioſum.[g] Item debitores reipublicæ, ex anteriori adminiſtratione reliquatarij: niſi prius ſoluerint,[h] uel cauerint, ſeu fideiuſſores dederint: quia & tunc ſoluiſſe uidentur.[i] Ex alia tamen cauſa ut ex mutuo debitor reipub. eius honoribus fungi poteſt.[k] Item reijciuntur à nouo honore, criminum rei facti, ante ſententiam abſolutionis:[l] tamen antiquum & poſſeſſum retinent.[m] Cæterum ſine legitimo accuſatore, nemo ab honoribus arcetur.[o] Impuberes non ſunt ad honores admittendi etiam penuria perſonarum, niſi alia ſit lex municipalis,[n] & niſi, idque raro, ad tribunatum.[p] In adultis tamen, aliter ſtatuitur:[q] quamuis in decurionatu, & patre pro infante ſe obligante, infantem decurionem fieri reſponſum ſit.[r] Admittuntur etiam alioquin idonei: cuiuſcunque ſuperſtitionis ſint, iure ciuili.[s] Spurij quoque idonei probi, & moribus, & facultatibus: niſi alij legitimi

cum

a Papi. in l. ſpurij, l. 6. de decurio. li. 50 ff. ti. 2.
b l. ad decurionatum, l. 3 de noxa. mune li. 50 ff. tit. 3.
c Pau. l. honores, l 8 § 12 qui nõ ſit decurio, de decur. in P.
d l. ad ſubeunda, l 46 de decurio. lib. 10 C. tit. 31.
e Pompo. l. pupillus, 239. § decuriones, de uer. ſign. in ff.
f Plin. li. 10. epiſt. 110. & alibi.
g Gellius, lib. 16 c. 13.
h in nouella conſtit. 38.
i Dionyſ. Halicar. lib. 2.
k Varro, lib. 4. de ling. Latin.
l Vegetius, lib. 2. cap. 14. de re milit.
m Cice. pro Sexto Roſcio, & pro Cluentio.
n Plinius, lib. 33 c. 1.
o Plinius, lib. 33 c. 2. ubi uide reliqua de equeſtri & iudicum decurijs, uide & Suetonium in Auguſto, c. 32.

p de quibus in l. 1 & 2 & toto tit. de ſilentiar. & decurio. lib. 12 C tit. 16.
q Sueton. in Octauio, c. 46.
r l. 2. de decur. lib. 10 P.
s l. 7 § ſpurij, eod. tit.
t l. reſcripto, l. 6 de muner. P. l. ut gradatim, 11 eod.
u l. ſi quis magiſtratus, l. 9 eod. l. nſ quod, ad Trebell. in ſ. l. filios, C de decur. lecit lex 3 C. de ſuſpect. tut. l. 1 de admini. tut. P § pe. de ſatiſd. tutor.
x l. Lucius Titius, l. 21 ad municip. P.
y l. honor, l. 14 § ſi. de muner.
z Vlp. in l. 1 § qui in fraude, de uaca. mune. li. 50 P. tit. 5.
a l. reſcripto, l. 6 de muner. & honor. l. ut gradatim, l. 11 eo.
b l. repertus, l. 36 de decur. li. 10 C.
c Calliſtrat. l. non tantum. §. 2. & Papin. in l. ſpurij, l. 6. § e. de decurio P. l. ad 13 p. l. 8 de muner. P.
d l. Herennius, l. 10. de decur. in P.
e Paul. l. Seuerus, l. 9 § 1 de decurio P.
f l. ſemper, 5 § fin. de iure immunit. P.
g l. 5 & l. ad tẽpus, 5 de decurio. l. 10 ne. 15 ad municip. P.
h l. reſcripto, 6 § debitores, de muner. & hono. P. l. 1 de debitor. ciuit.
i d. l. reſcripto, § planè.
k d. l. reſcripto, § ſed debitor.
l l. reus, l. 7 de muner. & h. P.
m l. libertus, l. 17 § in quæſtionib. ad municip. P.
n d. l. reſcripto, § ſi quis.
o l. 2 § 1 de iure immu. li. 50 P. tit. 6.
p l. ſi C. de ſeſſe melit. l. Lucius, 6 § fin. ad municip. P.
q l. cum filius qui ætat. ſe excuſ. l. non tantum, § 1 de decur. P.
r Paul. l. Lucius Titius, l. 21. § p. infante, ad municipa. P. l. 1 de mun. & hon. lib. 10 C.
s l. omnes, l. 48. de decurio. lib. 10 C. l. 3 § 1 ſi. de decurio. P.

tum illis concurrant, quibus cedunt. Idem de natis ex inceſtu. Nec impedienda eſt dignitas eius qui nihil admiſit.[a] Quamuis in alijs dignitatibus ſine gratia uix admitti poſſint.[b] Nec rea-
6 tus patris impedit honores filij.[c] Excuſantur tamen à decurionatus honore & alijs muneribus, infantes minores 25. maiores 50. annis.[d] Verum minoribus ætatis annos tot, quot filios ſuſceperunt, liberi ſupplent.[e] Honor quoque excuſat à munere, ſed non munus ab honore.[f] Aliqui namque habent uacationem munerũ, uerum non ideo excuſantur ab honoribus ſuſcipiendis.[g] Quidam etiam, qui iure poſſunt excuſari propter neceſſitatem & penuriam hominum, ad honores nouos uel repetitos, præter legem uocantur.[h] Alij qui excuſationem legitimam habent, eam alibi quàm apud iudicem non poſſunt opponere ex arbitrio.[i] Quia & quædam excuſationes tempore & cauſa aboleri poſſunt, ut paupertatis, adauctis facultatibus,[k] legationis, intra tempora legationis, & conceſſæ uacationis, non poſtea.[l] Comites ita tempore præſidum, proconſulum, procuratorum Cæſaris ſimul & à muneribus,[m] & honoribus excuſantur. Proinde notione dignum iudiciali qui excuſatur in perpetuum, & qui ad tempus. Sunt qui non poſſunt dare operam ciuilibus officijs, ob ualetudinem, uel ob ſacerdotium perpetuum. Quare merito excuſantur & ob ſimiles cauſas, ob quas impediantur quoque rebus ſuis ſupereſſe.[n] Qui ſponte autem honorem decurionatus ſubijt, cum excuſare ſe poſſet ab albo eximi nequit poſtea, licet ſe annoſum dicat.[o] Verumtamen ſi pacta quædam adiecta ſunt & conditiones in ſuſcipiendo honore, conſeruari oportet, ut ultra, qui excuſare ſe poterat, non teneatur.[p] In metallum damnatus & reſtitutus, perinde ac ſi nec damnatus fuiſſet, ad munera & honores uocatur: nec opponet fortunam & caſus triſtiores ſuos, ad hoc ſolum ne patriæ idoneus ciuis eſſe uideatur.[q] In tempus tamen relegatus & reuerſus, in ordinem redigi ſine reſcripto principis nõ poteſt.[r] Milites quandiu militant & ſunt in caſtris excuſãtur à muneribus municipalibus, uidelicet perſonalibus.[s] Corporalia munera fœminis ipſe ſexus denegat, quominus honores uel munera iniungantur:[t] paucis exceptis.[u] Excuſationem ab honoribus non dat decurionatus, etſi ipſe honor ſit.[x] Ætas 70. annorũ, nec quinque liberi ab honore non excuſant, niſi à ſacerdotio prouinciæ.[y] Nec patria poteſtas impedit, quin filiusfamilias ad honores uel munera euocari poſſit.[z] Non debent autem nauicularij decuriones creari:[a] ſi tamen honorem decurionatus agnouerit, compellendi ſunt ſubire munera publica.[b] Vtenſilia uendentes, licet ab ædilibus cedantur, tamen decuriones poſſunt eſſe.[c] Libertus ſi ius aureorum anulorum adeptus non eſt, nec reſtitutus natalibus, decurio eſſe non poteſt: & ſi ſe ingerat, aut paſſus eſt ſe creari, punitur, & remouetur.[d] Idem de ſeruo ſtatutum.[e] Tranſmarina legatio à municipibus alicui ad principem decreta, biennij uacationem munerum ciuilium & honorum tribuit:[f] & quandiu eſt in legatione,[g] & à tempore quo electus eſt,[h] οἱ ἐπ᾽ ἀτιμίᾳ τῆς οἱασοῦν αἰτίας ἐκπε-
σόντες τῆς στρατείας, οὐδεμίαν τιμὴν δύνανται ἔχειν ἢ πράττειν,[i] id eſt, *ex quacunque cauſa cum ignominia militia eiecti nullos honores obtinere, aut gerere poſſunt*. Si quis deſertorem prodiderit, mediocris loci ingenus immunitate quoque poti-
7 tur.[k] Facultates porro & honori publico conueniunt, & ideo conſtitutio, qua cautum eſt, prout quiſque decurio creatus eſt, ut ita magiſtratum adipiſcatur, toties ſeruari debet, quoties idoneos & ſufficientes omnes eſſe contingit. Cæterum ſi ita quidam tenues & exhauſti ſunt, ut non modo publicis honoribus impares ſint, ſed etiam uix de ſuo uictum ſuſtinere poſſint, & minus utile, & nequaquam honeſtum eſt, talibus mandari magiſtratum: præſertim cum ſint, qui conuenienter reipub. & ſuæ fortunæ, & ſplendori publico, poſſint creari. Quamquam nec locupletiores hoc prætextu
8 legis debeant præferri.[l] Quemadmodum in equitum decurijs quatuor, exigebantur quadringenta millia ſeſtertia in cenſu, ut ait Plinius,[m] & Martialis.[n]

Quadringenta ſecat, qui dixit σῦκα μέριζε,
Vno credis equo poſſe ſedere duos?

Donec ad tres iudicũ decurias Auguſtus quartam addixit ex inferiore cenſu, quæ ducenariorum uocaretur, iudicaretque de leuioribus ſum-
9 mis.[o] In decurionatu etiam obtinendo centum millia requiſita teſtatur & Plinius in Epiſtolis Romantio Firmo ſcribens,[p] *Eſſe*, inquit, *tibi centum millium cenſum, ſatis indicat quòd apud nos decurio es: igitur ut te non decurione ſolum, uerum etiam equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas equeſtres facultates trecenta millia*
10 *nũmum*. In perpendendis facultatibus, honorum & munerum ſubeundorum gratia, dos uxoris deducitur:[q] quia uxor, cuius dos[r] pro marito decurione conuenire non poteſt.[s] Nec enim quia in primipilo dos eſt obærata fiſco,[t] ideo putandum eſt obligatam ciuitati, uel municipio: quia ciuitas non habet fiſci erga debi-
11 tores priuilegia.[u] Conſideratur & lex municipalis uel alia priuata, cui adhæret conditio & formula concedendi honores municipales, item ſubſtantiam & accidentia. Lex communis eſt, ut quis teneatur honoribus fungi in loco originis propriæ uel aui, ut nec adoptio eum liberet, quæ tamen eum nouis adſtringit, ut ubi pater adoptiuus eſt, teneatur quoque gerere, à quibus nihilominus emancipatione liberatur.[x] Et ita lex honores & munera decernit municipibus & incolis etiam inuitis,[y] alijs qui ſtant tantum ſine domicilij electione
12 in ciuitate, minime.[z] Municipes dicuntur propriè munerum participes, recepti in ciuitatem, ut nobiſcum munera facerent: ſed nunc quoque abuſiue municipes dicimus cuiuſque ciuitatis ciues, ut puta Campanos, Puteolanos.[a] Gellius fere, ſed ſignificantius eadem refert: & inter colonias, & municipia late diſtare, & melioris conditionis eſſe quàm colonias municipia, cum municipia ſuis legibus moribuſve uti poſſint, coloniæ autem Romanorum, iura inſtitutaque omnia populi Romani, non ſui arbitrij haberent. *Municipes itaque*, inquit, *ſunt ciues Romani, ex municipijs ſuo iure & legibus ſuis utentes, muneris tantum cum populo Romano honorarij participes, à quo munere capeſſendo appellati uidentur, nullis alijs neceſſitatibus, neque ulla populi Romani lege adſtricti: cum unquam populi Romani eorum ager factus eſſet*. Et poſtea diſtinguit inter municipes ratione honoris ab ijs, q etiã ſuffragij ius habebant.

a l. ſpurij, l. 6. & l. 3. §. ſpurios, de decur. in P.
b ca. 1. de filijs presbytero. ea. & cod. l. legem, & l. fin. C. de natural. liber.
c l. 1 §. quod ſi pater. de muner. & honorib. P.
d l. 2. §. fin. de decurio. P. l. ad tempub. de muner.
e l. 1. de minorib. 25. ann. P.
f Modeſtin. l. honor, l. 5. de muneribus & honor. P.
g l. cui muneris, l. 12. eod.
h l. ut gradatim, §. quoties, Papinia. l. æſtimationẽ, l. 16. §. fin de muneribus & honorib. l. honor, l. 14. §. fin. eod.
i l. 1. de uacat. muner. lib. 10. P tit. 5.
k l. honoribus, l. 10. §. tutis, de uacat. muner.
m d. l. legato, l. eos, de excuſ. muner. l. habeſſe, quibus ex cau. maior. P.
n Vlpia l. prætor cos, l. 13 de uacat. muner. l. infamis, l. 8. de decurio. lib. 10 C.
o l. 3. de decurion. l. 1 in C. l. 3. l. 3. de ijs qui ſponte public. muner ſubeũt. lib. 10. C. tit. 43. l. penul. § fin de iure immunit. l. fin de priuil. ueteranor. l. a decurionatu de uaca munerum, P.
p l. 2. de iure immunit. in P. l. 1. & fi. de his qui ſponte publi. muner. ſubeunt. lib 10. C. tit. 45.
q l. 3. § ſi in metallum, de muner. & honor. in P.
r Papin. l. imperatores, l. 13. de decur. P.
s d. l. 3 §. 1.
t d. l. 3. §. corporalia.
u de quibus in l. 2. de reg iur. l. unic. de mulier. & in quo loco, &c. li. 10. C. tit 63.
x Mantis. l. ad decurionatũ. l. 5. de uacat. muner. P.
y l. 2 & l in honoribus, l. 8 de uacat. muner. P. l. ſemper, l. 5. de iure immunit.
z l filios, l. 5. de decurionib. libro decimo. C.
a l Seuerus, §. fin. l. 2. de decurion. P.
b l. ſemper, l. 5. §. fin. de iure immunit. P.
c Leo qui, §. fin. de decurion. P.
d l. 1. ſi ſeruus aut liber ad decurionatum aſpira. lib. 10. C. titul. 32.
e l. 2. eod. titu. ſi ſeruus aut liber, &c.
f l. 3. de legat. lib. 10. C. tit. 63.
g l. 4. C. eod. de legat.
h Scæuola, l legato, l. 5 eod tit.

i Iuſtinian. in legib. militaribus, l. 2.
k l. 1 de deſertorib. lib. 12. C. tit. 46.
l Vlpia in l. reſcripto, l. 6. de muneribus, & honor.
m Plinius, lib. 33. c. 2.
n Martial. li. 5.
o Sueto. Tranquill. in Auguſto. c. 32.
p Plinius Secũdus, lib. 1 epiſt. Romantio Firmo.
q l. Lucius Titius, § idem reſpõdit. in 3. ad municipal.
r l. in rebus, C. de iure dot.
s l. uxorem, l. 11. de decurio. lib 10 C l. 2 & 3. ne uxor pro marit. C.
t l ſaſis, quib. cau. pig. tac. cõtraho. C. l. 4 de primipilo, libr. 12. C.
u l. ſimile, l. 10. & l. Lucius Titius, l. 21 § fin. ad municip. in P.
x Paul. l. ordine, l. 15 § fi & Hermoge. l ſed ſi ita, l 22 i prin. & § in adoptiuo legis libertus, l. 17 ad municip. l in adoptio. de adopt. C.
y l. 1. 2. & §. de municip. li. 10. C tit. 38. l. priuilegio 8. de incol libr 10 C l. 39. de muner in P.
z l. 3. de incolis, lib. 10. C. tit. 39
a Vlpia. l. 1. ad municip. P. Paul. l. munus triboe modis, l 18. de uerb. ſign.

Primos autem, inquit, *municipes ſine ſuffragij iure, Cerites eſſe factos accepimus, conceſſumque illis, ut ciuitatis Romanæ honorem quidem caperent, ſed negotijs tamen atque oneribus uacarent.* [a] *Fuerunt namque uarij generis ciues Romani, nempe alij coloni, alij municipes, alij ex præfectura aliqua, alij ciues modo Romani. Nam qui ex nullo municipio, nulla colonia præfecturave Romana erant, ſed in urbe, ſuburbanove agro nati, uel ex ſeruis, & uilis gentibus externis, libertate, uel ciuitate donatis, ſpeciali priuilegio, quartum quoddam genus ciuium conſtituebant.* Varię proinde iſtæ ciuium nomẽclaturæ, ſicut & externæ gentes, in Romani populi amicitiam aut ditionem uenientes, uarij generis ac conditionis erant, ut aliæ liberæ, alię
13 fœderatæ, aliæ ſtipendiariæ, aliæ Latinæ. [b] Municipem itaque, teſte Vlpiano, [c] aut natiuitas facit, aut manumiſſio, aut adoptio, aut domicilij electio, ſeu incolatus. [d] Natiuitatis locus proprius, & patris, [e] & aui [f] facit aliquem municipem. Ita origo erit propria, & aliena conſideranda. Qui ex duobus Campanis natus eſt, matre & patre, Cãpanus eſt: at ſi pater alterius originis, quàm mater, patris non matris originem domicilium patris filius ſequitur, [g] quamuis in matris natus ſit ciuitate. [h] Nam certè tũc, natiuitate propria uerius eſt eius loci eſſe mu-
14 nicipem, non matris cauſà. Qui tamen patrẽ iuſtum non habet primam originem à matre enumerare debet. [i] Legitimatum tamen naturalem ſequi originem patris naturalis, exẽplo adoptiuorum uoluit Accurſius. [k] Sed & ſingolari iure ex filiabus munilegulorum, & alienæ originis hominibus nati ſequuntur iura maternæ conditionis. [l] Sicut ex inquilina domus Imperatoris natus, [m] & ex adſcriptitia & ſeruo, [n] quive ex matre, quæ priuilegiato loco na-
15 ta eſt. [o] Porro quilibet habere patriam cenſetur, ubi natus eſt, [p] uidelicet propriam: participat autem cum paterna, ut & communem ha-
16 bere uidentur omnes Romani. [q] Manumiſſio dicitur facere municipem, ut ſeruus manumiſſus, ſeu libertus eius cenſeatur originarius ciuitatis, & in ea munera, & honores ſubire cogatur, in qua natus eſt manumiſſor patronus, & habet domicilium: nec ſolus ille libertus, ſed filij eius. [r] Et ſi plures ſint patroni, omniũ quoque libertus ſequitur originem, & domiciliũ. [s]
17 Adoptio quoque facit, ut quis municeps fiat, etiam in loco cuius eſt adoptans municeps, uel originarius, uel ratione domicilij, hiſque locis ultra propriam originem & patris naturalis, munera cogitur ſubire; [t] uerumtamen ſi emancipatur ab adoptiuo patre, deſinit eſſe filius, & ciuis ciuitatis, cuius per adoptionem fuerat
18 factus. [u] Incolatus etiam cum domicilio ſubijcit aliquem muneribus, [x] & domicilium municipem facere ita poteſt. [y] Difficile autem eſt ſine domicilio quemquam eſſe, quamuis aliquando, ſi quis nauiget uel iter faciat domicilio relicto, quærens quo ſe conferat, uel ubi conſiſtat, ſine domicilio ſit. [z] Ciues, inquit Auguſtus, facit origo, manumiſſio, adlectio, uel
19 adoptio: incolas autem, ex edicto Adriani, domicilium. Nec ambigitur in eodem loco ſingulos habere domicilium, ubi quis larem, rerumque ac fortunarum ſuarum ſummam conſtituit, unde rurſus non ſit diſceſſurus, ſi nihil auocet: unde cum profectus eſt, peregrinari ui-
20 detur, & ſi redijt, peregrinari deſtitit. [a] Incola non eſt ciuitatis, qui in agro permanet: quia non utitur præcipuis eius ciuitatis. [b] *Incola eſt*, inquit Pomponius, *qui in aliquam regionem domicilium ſuum contulit, quem Græci πάροικον uocant: nec tantum qui in oppido morantur incolæ ſunt, ſed etiam qui in alicuius oppidi finibus ita agros habent, ut in eum ſe quaſi in aliquam ſedem recipiant.* [c] Eſt incola & quem Græci παρεπίδημον, appellant, Latini aduenam, [d] dummodo ſedẽ elegerit: alioquin enim ad alios pertinet, quàm incolas aduenæ nomen. Siquidem neque qui ſtudiorum cauſa alicubi morantur, ideo incolæ ſunt, niſi decennio morati ſunt, [e] nec qui frequentius locum inuiſunt aliquem, uel alia de cauſa inibi quàm animo habitandi degunt, incolæ ſunt, nec domicilium habere ibi dicun-
21 tur, [f] & tamen aduenæ ſunt. [g] Cæterum alijs de cauſis quis domicilium quàm ratione longæ ſeu decennalis habitationis ſibi alicubi conſtituiſſe uidetur tacite, ut ſi pergulam, officinã, horreum, armarium, tabernam conduxit, ibique diſtraxit, uel egit: quia ita perinde conuenitur, ac ſi haberet ibi domicilium. [h] Et qui alicubi diutius habitat, cenſetur ibi elegiſſe domicilium. [i] Eligitur enim & dignitate, quale habent in urbe Ro. electi in ſenatorem: [k] retento etiam primo alio, quo ad honores, non autem quòd ad munera pertinet. [l] Atque re & facto transfertur domicilium, non nuda conteſtatio-
22 ne. [m] Libertas autem conceſſa eſt habendi & transferendi, [n] dummodo quis iam ad munera deſignatus non ſit, uel honores non gerat in eo loco à quo transferri deſiderat: tunc enim
23 non licet, antequam his perfunctus ſit. [o] Sic domicilij ratio temporaria eſt, [p] & ex deſtinatione. Quo fit, ut aliquando, quamuis difficile ſit, duobus locis æqualiter inſtructis, utrobique ex deſtinatione eſſe domicilium, ſi æqualiter quis in utroque frequentet. [q] Sola tamen domus comparatio uel poſſeſſio, in aliena ciui-
24 tate domicilium non facit. [r] Miles domiciliũ
25 habet, ubi inhæret. [s] Vxores domicilium & forum maritorum ſequuntur, ut etiam uiduæ, quandiu uiduæ remanẽt, ut & dignitate mariti gaudent, hoc tempore, & munera ut incolæ ſubeunt, [t] dummodo matrimonium ſit legitimum: alioquin enim non ibi muneribus fungi cogi poſſunt, unde mariti ſunt earum, ſed ubi ortæ ſunt. [u] Habetur enim pro nullo, & perinde, ac ſi non eſſet. [x] Quemadmodum nec deſponſata, ſcilicet per uerba futuri matrimonij, ante contractas nuptias, mutat domicilium. [y]
26 Relegatus & domicilium habere poteſt in eo loco à quo arcetur: [z] nam & inibi procuratorem habere poteſt. [a] Interim tamen & domicilium quoque haber neceſſarium in eo loco, in quem relegatus eſt, [b] Concurrunt aliquando in deferẽdis muneribus loca originis proprię, paternæ, domicilij, & alia quæ diximus, quorum muneribus obnoxius quis eſt in ſingulis municipijs, & iuriſdictioni municipali. [c] Quo caſu, originis cauſa potior eſt: [d] quia nõ ſunt eodem tẽpore honores, in duabus ciuitatibus ab eodem gerendi. [e] Porro de iure incolarũ, quos quæque ciuitas ſibi uendicat, præſidum prouinciarum cognitio eſt. Et ſi quis ſe negat incolã

eſſe,

a Gellius, lib. 16. c. 13

b uide Alciat. 3 Parerg. ca 14. Budæum anno tatio. poſterio. in P.
c Vlpian. l. 1. ad municipal. P.
d d. l. 1. ad municipal. Paul. l. municipes, l. 228. de uerb. ſign. P. l. aſſumptio, l. 6. ad municipal. P. l. 3. de municip. li. 10. C.
e d. l. aſſumptio, §. 1. ad municipal. P. l. 3. de municip. lib. 10. C. l. 19. l. exemplo, l. 15. de decurio. lib. 10. C.
f Paul. l. libertus, l. 17. §. non adoptiuus, ad municipal.
g l. 1. §. qui ex duobus, ad municip. l. exẽplo, 36 de decurio. lib. 10. C. l. nullus, l. 44. cod.
h l. 3. de municip. lib. 10. C.
i Nerat. in l. eius qui, l. 9. ad municipal. Vlpian. l. 1. §. fin. eo. tit. l. ex eo. l. 22. de decurio. C. lib. 10.
k Accurſ. in d. l. 3. de municipibus. lib. 10. C.
l l. ij qui, l. 12. de muniileg. lib. 11. C. tit. 7.
m l. nati, 29 de decurionib. lib. 10 C.
n l. ac diutius, l. 20 de agricol. & cenſit. lib. 11. C. tit. 47.
o l. 1. §. qui ex duobus, ad municip. P. l. neque Dorotheum, l. 4. de decurion. lib. 10 C.
p Vlp. l. qui ex uico, 30 ad municip P.
q l. Roma, 33. ad municip. P. Vlpian. l. in urbe Roma, l. 17. de uac. hon. P.
r d. l. aſſumptio, §. 1. l. libertus, l. 17. §. ex cauſa, l. ul. l. 22. l. eius qui, 27. ad municip. in P. l. 3. de municip. lib. 10. C. tit 38.
s l. a quin, l. 7. ad municip P.
t l. origine, l. 15. §. ſi ad municipal.
u Hermogenes. l. ica & ſi in l. 16 ad municipal. l. in omnium, de adoptio. P. l. penul. §. ſed hæc omnia, C. eodem tital.
x l. 1. de municipibus, & origin. lib. 10. C. tit. 38. l. 2. 3. 4. 5. 6. de incolis, lib. 10 C. titul. 39.
y l. nihil. l. 22. §. municipes, ad municip. P.
z l. ... l. eius qui, 27. §. Celſus, & ſequen. ad municipal. P.

a l. ciues, l. 7. de incolis, libr. 10 C.
b Modeſtin. l. licet a ponet, l. 34. ad municipal. P.
c Pomponius in l. pupillus, 239. §. incola, de uer. ſign.
d d. l. pupillus, § aduena.
e l. 2. de incol. li. 10. C.
f d. l. 2. & 3. de incol. C.
g l. hæres abſens, l. 19. §. proinde, de iudic. in P. li. 5. tit. 1.
h d. §. proinde, & l. eius qui, l. 27. ad municipal. P.
i l. lex Cornelia, §. ſi tamen, & §. domum, de iniur. in P.
k l. ciues, l. 7. & l. ſenatores, l. 9. de incol. li. 10. C.
l l. penul. de ſenato. in l. 1. municeps, 23. ad municipales, P. l. filij 22. § ſenator, & ſequ. cod. tit.
m l. domicilium, 20 ad municip. P.
n Moreo. l. nihil eſt impedimento, l. 31. ad municipa. in P.
o l. incola, 34. ad municipales. P.
p Paul. l. libertus, l. 17. § patris, ad municipal. l. non utique, 4. & l. Labeo, cod.
q l. eius qui, 27 §. Celſus, ad municip. P.
r l. libertus, l. 17. §. ſola domus, ad municipal. P.
s Hermogen. l. municep, l. 23. §. ſi ad municipal. P.
t l. 1. de incol. lib. 10 C. l. fin. l. 22. §. uidua & l. fin. §. item reſcriptum eſt liberam, ad municip. P. l. exigere, de iudic. P.
u Caliſtra. in l. de iure, l. 37. §. final. ad municipal. P. l. uni. de mulieribus, & in quo loco, libr. 10 C. tit 62.
x §. ſi aduerſus, de nupt.
y Modeſtinus, l. ea quæ, l. 32. ad municipal, P.
z l. eius qui, l. 27. §. final. ad municipales, P.

a l. Papinianus exuli, de minor. P.
b l. filius, 22 §. relegatus, ad municipales P.
c l. incola, & his, 29. ad municipal. l. 1. de municip. lib. 10 C.
d l. libertus, 17 §. præſcriptio, ad municipal.
e d. §. præſcriptio, l. fina. C. de aſſeſſor. l. 1. quemadmodum ciuil. munera indicuntur, lib. 10 C. tit. 42.

eſſe, apud eum præſidem prouinciæ agere debet, ſub cuius cura eſt ciuitas, à qua uocatur ad munera, non apud eam, ex qua ſe dicit orian-
28 dum.[a] Lex alia de honoribus eſt deferendis à decurionibus, ut de honoribus non continuandis à patre in filium, in eadem domo:[b] uideliceſi in eius ſit poteſtate, non autem ſi emancipatus filius.[c] Ab honoribus ad honores eoſ-
29 dem, quinquennij datur uacatio: trienij uerò ad alios. Legatione autem perfunctis, biennij vacatio concesſa eſt.[d] Nec uolens quidem continuare uel repetere honores temporarios poteſt,[e] aliter in legem Iuliam de ambitu incidit: cùm publicæ diſciplinæ ſemel geſta ſufficiant.[f] Neve ambitione & frequentia ordinationis, & continuatione curæ, & per quandam machinationem munus renouando, fiat aliquibus infinita prędicta gobernatio.[g] Decuriones hinc eximuntur, qui poſſunt, ſi nelint, non autem inuiti, honores iterum repetere:[h] quia hi potius conſilij gratia, & ratione oneris honores habent. Et in alijs adhuc conſiliarijs licet omnibus iudicibus illuſtri præditis poteſtate conſiliarios eoſdem ſecundò & tertiò ſibi & ſæpius adiungere: quia qui ſemel bonus cognitus eſt, non debet ob hoc ſolum, quòd iam probatus eſt, improbari.[i] Cogit etiam neceſſitas, & penuria hominum, magiſtratus & honores repetere, ſi alij idonei non reperiantur:[k] ſi etiã expedire uideatur, ciuitas, uel decuriones & ad honores, nõ expectato curriculo annorum, eligere poteſt, ut in defenſore conſtat: nullo uide-
30 licet reluctante.[l] Deinceps alia lex, ut ordine vnuſquiſque municipum honoribus & muneribus legatione fungatur, prout quiſque prior in ordinem adſectus eſt: aliter ſequentes non coguntur ſubire.[m] Verumtamen ordo decurionum non inſpicitur, quando legatio decernenda de primatibus, deſiderat perſonas.[n] Sic & ſtatuit lex de gradibus magiſtratuum decemviralis, *Magiſtratibus minoribus ad ampliorem honoris gradum, primus aſcenſus eſto*.[o] Videlicet ſi digni, & idonei ſunt, ut diximus, ita enim uerum eſt, honores non ordinationibus, ſed po-
31 tioribus dandos.[p] Proxima hinc lex, maioribus honoribus functos, ad minores deuocari non oportere:[q] præterquam ſi aliorum ciuium copia non ſit, qui obſequijs ciuilibus fungi ne-
32 queant.[r] Huc pertinet lex, ut decuriones ſecũdum legem municipalem deſcribantur: quod ſi lex ceſſat, dignitates erunt ſpectandæ, ut ſcribantur eo ordine primi, quo quiſque eorum, maximo honore in municipio functus ſit: poſteà per gradus, qui ſecundis. Et mox qui nullo honore functi ſunt, prout quiſque eorum in ordinem uenit.[s] Potiores dignitates à princi-
33 pe, quàm à municipio conceſſæ.[t] Præfertur & in albo decurionum pater, non habenti filios, cæteris paribus.[u] Eiſdem ordo in dicendis ſententijs in conſilio decurionum, qui in deſcribendo albo ſeruandus eſt:[x] etiam ratione plurium liberorum.[y]

a Calliſtrat in l. de iure, l. 17. ad municip.
b l. 1. de muner. & honorib. nõ continuan. lib. 10. C. titul. 40.
c l. 3. de filijs. fam. & quemadmodum pro ijs pat. teneat. lib. 10 C. tit. 60.
d Gordian. in l. ab honorib. l. 9 de munerib. & honor. non continuan. lib. 10. C. cum ſimilibus, ibi nota.
l Paulus reſpõ. dit. l. 8. de lega. in F.
e l honor municipalia, l. 14. § gerẽdorum, de muneribus, in F. l. nemo, l. 3. libe. 1. C. titu. 19.
f l. uni. ad legem Iul. de ambit. lib. 9. C. titu. 24.
g § fin. de defenſor. ciuita. in auth. collat. 3. tit. 3.
h l. 1. de muner. & honorib. li. 10. C. l. diuus Seuerus, l. 18. ad municipal. quando in eorum fauorem conceſſa ſunt tempora, non aliter.
i l. licent, l. ta. de aſſeſſor. li. 1. C. tit. 12.
k l. honor municipalia, l. 14. § fi. & l. geſtima. tionem, 16 §. 6 de muner. & honor. l ut gradatim, § quoties, eod.
l in § 6 de defenſor ciuit. in authen.
m l ut gradatim, de muner. F. l 4 § ordine, de legatio. F. l 3. de munerib. patrimoniorũ, libr. 10. C. titu. 41.
n d. § ordine.
o Cic. 3 de Legib. d. l ut gradatim. & l potioribus. de offic. præfect. urbi. C. l honor, § gerẽdorum, de mune & honor F. l quæ utilitas, l. 47. de negotijs geſt. lib 3. F tit 5 c. ſicut neophyt. 48 diſtin.
p Paulus, l. honores, l. 7. de decurion F.
q l 2. & 3 quẽadmodum ciuil. munera indicantur, lib. 10. C. tit. 41.
r de legat 3. quemadmodũ ciu. l. munera indicant, l. hono. §. final. l. ut gradatim, § quoties, de muneribus, & honoribus.
s l. 1. de albo ſcribe lib 50 F tit 3.
t l 2 eodem titul.
u l 10. lib. l 9 de decurion. lib. 10. C.
x l 3 in de albo ſcriben.
y l ſi uti, l. 6. de decur. nuribus.

De munere, officio, & poteſtate decurionum, & priuilegijs eorum. Cap. XIIII.

1 *Decurionum officium libros memoriæ componere, iudicare.*
2 *Decurionum decreta quæ, & quomodo firma.*
3 *Ambitioſa decreta quæ dicuntur.*
4 *Salarium ex publico quando decurionibus conſtituere permiſſum eſt.*
Præceptores à quibus eligi debent. eod.
5 *Decuriones nominant ad munera vt idoneos ſuo periculo.*
6 *Venditio bonorum curialium cum decreto decurionum.*
7 *Decurionum alia munera, & onera.*
8 *Domos curiales in ciuitatibus quas habent, tenentur reparare & nouas confirmare.*
Curialium ſucceſſio. eod.
9 *Decurionum priuilegia.*
10 *Decurionum in officio delinquentium pœna.*
11 *Decuriones habent immunitates ab extraordinarijs muneribus.*
12 *Decurionibus locationes agrorum publicorum, & alia prohibita.*

1 FLauius Vopiſcus,[z] ad ordinem decurionum pertinuiſſe ait, res geſtas, & approbatos authores deſcribere, quod quidem in urbe pontificibus incumbebat. Habebat & album, *Mνημεῖα*: & librum, in quo indices & iudicia deſcribebat memoriæ gratia, uocant matriculã.[a]
2 Munus aliud illorum, ſententiam ferre de quibuſdam: unde decreta illorum promanant, firma & ſtabilia, ut quod ſemel ordo decreuerit, non reſcindatur, niſi ex cauſa, quæ reipublicæ conducat.[b] Et dummodo legitimè & ſufficienti numero decuriones conueniant.[c] Lege autem municipali cauetur, ut ordo non aliter habeatur, quàm duabus partibus adhibitis.[d] Item ne ambitioſa ſint decreta eorum, alioquin irrita ſint.[e] Vt & huiuſmodi
3 aliorum iudicum ſententiæ.[f] Ambitioſa decreta uidentur illa, quæ largiuntur ex publico ſine utilitate publica, & quæ magis ad captandam gratiam, aliquorum in fauorem decurionum, qui ſtatuunt: fiunt.[g] Exemplo eorum qui candidati circuibant populum, & ſuffragia mendicabant uel largitione, uel alio modo, ad obtinendos magiſtratus, uel ho-
4 nores, ut ſuo loco de ambitu diximus. Ita communi iure prohibitum præbere ſalarium ex publico, ſine ſpeciali principis licentia.[h] Permiſſum tamen eſt decurionibus decretis ſuis, antiſtibus liberalium artium, & medicis, immunitates præbere,[i] & ſalaria de publico conſtituere.[k] Quod & in profeſſoribus alijs literarum, & doctoribus legum receptum eſt: quibus Conſtantinus imperator iubet mercedes & ſalaria reddi, quò facilius liberalibus ſtudijs, & memoratis artibus multos inſtituãt.[l] Et Vlpianus rectè putat, & horum electionẽ, potius committendam & permittendam ciuibus, quàm præſidi prouinciæ, ut quia de illorum perſonis, in medicorum electione, & ſuorum agatur periculo:[m] multò magis dum de iuuentutis agitur inſtitutione, in quo animæ
5 grauior iactura.[n] Nominant ad certa munera decuriones quoſdam ut idoneos ſolemniter in curiam conuocati, ſuo uidelicet periculo: nã ſi

z Vopiſcus, in Tacito. Vuolphang Lazius, lib. 3. commen. rei p. Rom. cap. 9.
a de albo, tit. de albo ſcrib. in F. li. 50. tit. 3. Vlpia. l. ſi quis, l. 7 de iuriſdic. om. iudi. in F. l. Symmachus, li. 1 epi. ad Theodo.
b Calliſtrat. l. quod ſemel, l. 5 de decret. ab ord. fac. lib. 50. F tit 9. l. nominationũ, l. 45. de decur. li. 10. C. l aliud eſt, l. 1. 1. § refertur, de reg. iur F.
c l 3 de decret. ab ord. fac.
d l. 3. eo. ut de decre. ab ord. fac. l. nominationũ, l. 45 de decurio. lib 10. C. c. qui tent, de elec. l nulli, quod cuiuſque uniuer. nom. F.
e l. ambitioſa, de decret. ab ordi fac. in F. l 2. de decre. decu. lib. 10. C.
f l. ſi tut. uel cura. fal. excuſ. ſit, lib. 5. C. titu. 63.
g l. præſes prouinciæ, l. 13. C. de tranſac.
h l. 1. de prox. ſalar. lib. 10. C tit. 38.
i l. 1 de decre. decu. lib. 10. C.
k l. 4. de decre. decu. ubi ratio.
l l medicos, l. 6 §. 6 de profeſ ſo. & medic. li. 10. C. tit. 52.
m Vlpia. in l. 1. de decre. ab ord. fac. F.
n l. ſancimus, C de epiſc. & cler.

non nominandum nominauerint, & ipſe prouocauerit apud præſidem prouinciæ, & obtinuerit, ſumptus litis à nominatore recipit:[a] alioquin enim is qui nominatus eſt, ſi non appellauerit, uel ſi ſe non excuſauerit, tenetur ſubire magiſtratum. Et ſi aufugerit, requiritur, & captis pignoribus, ſeu eius bonis permiſſis eis, qui in locum eorum ad munera vocabuntur, coguntur: atque inuenti poſtea, biennio munus illud, quod refugerunt, ſubire coguntur.[b]
6 Adhibet quoque ordo decurionum, uel maior pars, decretum in uenditione rerum immobilium curialium, uel curia, quæ non niſi decurione probante cauſam uenditionis, fieri poteſt:[c] alioquin autem fiſco bona uendicantur alienata, & tantumdem.[d] Interponunt & decretum in ſyndicu eligendo,[e] conficiunt ſtatuta, quibus teneantur tantum, qui ſciuerint, nõ alij.[f]
7 Munera quoque alia decurionatus ſunt plura: inter cætera, ut teneantur curiæ, quia adſcripti ſunt atque filij eorum inſeruire, nec ullam auſint affectare militiam,[g] nullũ munus uel officium extra municipium capere poſſint, & retrahantur:[h] niſi in certis priuilegiatis dignitatibus.[i] Quinimo & licet duumuiris, ſeu ei qui præeſt decurionibus, ſi præſidis deſit copia, propria authoritate manus inijcere in ſuum fugientem, uel alibi exiſtentem decurionem, & curiæ ſuæ uendicare ad examen cognitoris deducendum.[k] Neque enim per uicarium ſeruire poſſunt, niſi ſpeciali priuilegio muniantur.[l]
8 Singularum quoque urbium curiales, etiam inuiti, uel reparare intra ciuitates, quas olim habuerint domos, uel de nouo ædificare coguntur, illic ſemper munijs inſeruituri, & aucturi propriarum ciuitatum frequẽtiam:[m] Proinde decedẽtibus curialibus & ſuccedentibus extraneis, curia ſibi uendicat quartam partem bonorum:[n] per quam auxilium & opem conferunt ciuitatibus, uel municipijs proprijs.[o] Quando autem curialibus, curiales filij, uel fœminæ curialibus nuptæ ſuccedunt, uel extranei curiales: tunc in totum nulla deductione quarta facta, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato ſuccedunt.[p] Inter uiuos verò diſtractio prædiorum curialium facta, aliam in iure
9 habet conſiderationem.[q] Inter priuilegia decurionum, vt facultatibus lapſis alimenta decerni permiſſum ſit:[r] ne torqueantur, etſi decuriones eſſe deſierint, in honorem priſtinæ dignitatis:[s] ne in metallum damnentur, nec in opus publicum, nec ad beſtias, nec fuſtibus cædãtur:[t] nec in opus poſſint adiudicari metalli, nec furcæ ſubijci, uel viui exuri, nec quoque parentes uel liberi decurionum ſiue ſuſcepti ante, ſiue tempore decurionatus ſint.[u] Et proinde in capitalibus criminibus, relegatione uel deportatione tantùm puniuntur,[x] vel multa pecuniaria.[y] Adoptiui filij decurionum & hoc gaudent priuilegio.[z] Item auus decurionis, ne nepotes decuriones nota auita afficiantur, imo & per patrem decurionatu amiſſo, filius priuilegijs vtitur decurionis. Et eodem quoque relegato, vt in filio ſenatoris placuit ante relega-
10 tionem concepto &c.[a] Verumtamen ſi decuriones, vel alij qui aliquod officium gerunt, in ipſo officio deliquerint, veluti ſi decoctores
1 fuerint pecuniæ publicæ, vel fraudulenti in adſcriptionibus illicitis, vel immoderati in exactione fuerint inuẽti, etiam à iudicibus ordinarijs, plumbatorum ictibus ſubijciuntur:[b] dum agitur criminaliter, cùm ciuili iudicio alia patiun-
11 tur in iure enumerata.[c] Decuriones quoque ab extraordinarijs muneribus ſunt immunes: quoniam ſatis onerantur, ſi ciuitatis munera congruè per eos gerantur.[d] Quare nec ideò quòd conſulant ciuitati vel municipio, ſunt cogendi, pretio uiliori frumentum quod anno-
12 næ temporalis eſt, patriæ ſuæ præſtare.[e] Prohibetur decurionibus, ne per ſe, vel per ſubiectam perſonam prædia publica ſeu ciuitatis conducant, uel colant.[f] Succedentes tamen conductoribus rectè conductiones retinent.[g] Item prohibetur uectigalia alia exercere,[h] procuratores,[i] fideiuſſores, mandatoreſve locantium eſſe:[k] neve tabelliones ſint.[l]

De optionibus. Cap. XV.

1 *Optiones qui dicti inter decuriones.*

1 VArro[m] optiones ex decurionibus fluxiſſe ſic notat, *Itaque*, inquit, *primi ſingularum decuriarum, decuriones ſunt dicti, qui ab eo in ſingulis turmis ſunt etiam nunc terni. Quos hi primo adminiſtros ipſi ſibi adoptabant, optiones vocari cœpti, quos nunc propter ambitionem tribuni faciunt.* De ijs loqui Cæſares, Honorium & Theodoſium, arbitror, dum aiunt in ſuſceptoribus creandis, antiquam conſuetudinem, quę de Irenarcha & optione eſt, obſeruandam eſſe.[n] Sic Theodoſius & Valentinianus, curialibus ſubiongit optionem, tanquam apparitorem, *Niſi forte* inquiunt, *curialis, aut apparitor, vel optio, uel actuarius, uel quilibet publici debiti exactor ſiue compulſor, poſſeſſorum uel collatorum habuerit cautionem &c.*[o] Scio quid diuerſum ſentiat in hac re Alciatus,[p] nempe mihi uidetur verior mea ſententia. Firmat hanc eandem Sextus Pompeius, in libris de verborum ſignificatione. *Optio*, inquit, *qui nunc dicitur, anteà appellabatur accenſus: is adiutor dabatur centurioni à tribuno militum, qui ex eo tempore, quem uelint centurionibus permiſſum eſt optare, & nomen ex facto ſortitus eſt &c.* Et Paulus apud eundem Feſtum, *Optio, eſt optatio, ſed in re militari optio appellatur is, quem decurio aut centurio optat ſibi rerum priuatarum miniſtrum, quò facilius obeat publica miniſteria.* Et optionatus, ut decurionatus & pontificatus dicitur. Aliud tamen, ſeneſcente imperio, munus optionis fuit, de quo Vegetius,[q] & Modeſtus.

De Duumuiris. Cap. XVI.

1 *Duumuiri qui, & munus.*
Conſules, capitolini, eſcheuini, duumuiri municipales, eod. & 5.
2 *Duumuirorum municipalium eligendorum formula.*
3 *Duumuirorum municipalium annalis adminiſtratio.*
4 *Duumuiri quando depoſita adminiſtratione conueniuntur.*
Et quando pro collegis. eod.
6 *Duumuiri, & triumuiri, & decemuiri Romanorum.*
7 Duum-

a l. 2. C. de decurion. lib. 10.
b l. ſi ad magiſtratum, l. 18 de decurio. lib. 10. C. l. muniiegu. li, de munieg. lib. eod. tit. C.
c l. 1. 2. 3 de pręd. decurionũ ſine decre non alien. lib. 10 C. tit. 33 nouella 38 §. perfecerunt, & nouella 87.
d l ordina, l. 15 § in fraudẽ, de decurio. lib. 50 P. t. 1.
e l aulli, quod cuiuſque uniuerſi.
f l ſi. de decre. ab ordi. facien. P.
g l. qui deſeli cta, l. 27 l. ne quis officialiũ, 38 & l. quã promiſſum, l. 38 & l. ſi quis decurio, l. 35 de decurio. li. 10. C. l. militantibus.
h l 1 de decurion. in P. l. ſi quis decurion. l. 16 l. curiales, 25. & l. fabricẽ ſes, 24. l quidã ignauiæ, l. 26 l. omnes omnino, l. 50 l. Alexãdrinis, 50 de decurio. lib. 10. C. l. unica, ſi ex ſpeciali relicta ciuitate rus habitare maluerit, li. 10. C. tit. 37. l. 2. de priuile. corporator. urbis Romæ, lib. 11. C. tit. 14.
i l. curialibus, l. 46. de decurio. li. 10 C.
k l. generali, lege l. 14. de decurio. lib. 10 C.
l l nullus, l 60. de decurio. lib. 10 C.
m l ſingulari, l. 8. de ædificijs priuat. lib. 8. C. tit. 10.
n l. 1 & 2. quãdo & quibus quarta pars debeatur, lib. 10. C. tit. 34.
o l. ſi. de his qui ſponte publi c. munera ſubeunt, li. 10. tit 43.
p l. 1. § ſi & l. 3. quãdo & quibus quar. pars debeatur, li. 10. C. nouella conſtitu. 38. § poſt hæc uidcamus, & § quoniã autem, uſque ad §. ad hæc quartam, & conſtitu. tot § quod ſi decurionis, cum ſequen.
q l. 1. de impon. lucratiua deſcrip. lib. 10. C. tit. 35.
r Hermoge. in l. decurionib. l 2. de decurio. in P.
s l. ſi. de decurio. in P. l 4. C. eod.
t Martia in l. 3 de pœnis ceteris. lib. 49 P tit. 18.
u l moris, 9 § ſed enim, § liberos, & ſeq. de pœn. in P l. 1 § ſimili, quando appell. 8 1, l pen. ad l Cornel. de ſicar. l. decurionem, & l. decurionem, de pœnis, C. l. antepen & & C de quæſt. l 2 § in filijs, de decurio P. l omnes iudices, 11 eod. C.
x l inter pœnas, de interdict.
y l quinque, 57 & l cum qui, 58. de decur. lib. 10. C.
z l. cum adoptiuum, l. 4. de decurio lib. 10. C.
a d. l. 2 § in filijs, de decurio. in P.

b l. quilibet principalium, l 40. de decuri. lib 10. C.
c l. 2 de exact. tribut. li. 10. C. l placet, de excuſ. munes li. 10 C. l. debent, de ſuperexactor. tribut. co. li. 10. C. l iudices, l 12. de dignita. lib. 10 C.
d l. curiales omniũ, l. 31. de decurio. lib 10. C. l. humilioribus, de ſuſcep. eod lib. 10 & l. 2 de ſilentiarijs, li 10. C.
e Paul. l. decuriones, l. 6. de admini. rer. ad ciuit. perti. lib. 50. P. tit. 8. l. nõ debere, ad municip. eo. li. 50. P.
f Vlpian l 2. §. quod quis, de admini rer. ad ciuit. perti. libr. 50 P tit 8 l. curialis, 3 C loca ti. l. ſi quis procurationem, de decurio. lib. 10. C.
g l. decurio, 4. de decurio C. argu l miles, § ſi. de re milita. P.
h l. ſpurij, l. 6. § decurio, de decurio P.
i l. ſi quis procurationem, l. 30 de decurio. li. 10 C.
k d l. curialis.
l l. uniuerſi, l. 33. de decurio. li. 10 C.
m Varro, li. 4. de lingua Latina.
n 10 l. pen. de iur. fiſc. lib. 10. C. tit. 1
o l. 3 de apochis publ. libr. 10 C. tit. 23.
p d. l. pen. de iure fiſc. li. 10. C.
q lib. 2. de re militar. c. 7.

7 *Duumuirorum capitalium munus.*
8 *Duumuiri quinquennales, ædilitij ſacri qui.*
9 *Decemuiri Lacedæmonum.*

1 Accurſius duũuiros præeſſe decurio
nibus [a] tradit: Iuſtinianus ſimiles
municipales duumuiros defenſo-
ribus alijs locorum facere uide-
tur, ut eandem habeant poteſtatem in munici-
pio duumuiri, ac defenſores in alijs locis, in
quibus conſtituuntur. [b] Et duumuirum ordini
decurionum etiam præeſſe, uel intereſſe aper-
tè docet Papinianus. [c] Et Paulus, dum non niſi
decurionem duumuirum creari poſſe tradit. [d]
Hi, ut arbitror, magiſtratus municipales ſunt,
quos hodie eligi uidemus in ſingulis munici-
pijs, oppidis, & ciuitatibus, qui alicubi dicun-
tur conſules, apud nos capitolini, Burdegalæ
iurati, Lutetiæ eſcheuini. Et proinde illorum
tractatio eſt utilis, quòd quotidiana ſit: & ple-
nius attingenda, ut ait Paulus in ſimilibus. [e]
Duumuiri municipales, à cõſilio decurionum
ſeu burgenſium legitimè congregato & conuo
cato, nominari debent, eaq́ue electio ſeu no-
minatio ad nominatum per officialem publi-
cum perferri debet, ut uel munus acceptet, uel
2 prouocet. [f] Debet item nominatione rite facta
per præſidem uel proconſulem, uel prouinciæ
iuridicum confirmari. Idcirco, ſi conſtat ſine or
dine, nullo actu ex lege habito duumuirum
creatum, ſed tantum uocibus popularium po-
ſtulatum, eiſque tunc proconſulem, quod face
re non debuit, cõſenſiſſe, creatio nulla atque ap
pellatio in re aperta, ſuperuacua eſt. [g] Sequen-
dæ in nominatione & electione horum nunc,
ciuitatum & oppidorum conſuetudines, & le-
3 ges municipales. Adminiſtratio horum, & ma-
giſtratus annalis eſt, niſi ob pertinacia, quòd
munus hoc recipere ſubterfugerit, duplicetur
in pœnam tempus. [h] Exemplo forſan conſu-
lum Romanorum, [i] duumuiri in alijs ciuitati-
bus annui, cum poteſtate in municipes, conſti-
tuti & electi: ſicuti & de decurionibus, conſilio-
ve publico ciuitatis, nempe ad exemplum Ro-
manę ciuitatis, ſenatus, delectos fuiſſe dixim[9].
Nam & duumuiri habẽt pro territorio, in quo
faſces ſuæ iuriſdictionis exercent, metas pro-
prie ciuitatis tantum. [k] niſi alias iuriſdictiones
aliorum locorum priuilegio alio, uel iure alio,
ut quilibet domini habeant. Quemadmodum
4 plerumque contigit ciuitatibus habere, ut Ca-
durcorum. Sed tamen & poſt annum pro admi
niſtratione rerum ciuitatum, & in duomuiros,
ſi non in utilitatem ciuitatis geſſerint, etſi be-
ne, & in rempublicam, datur actio ex cõtractu
magiſtratuum municipalium. [l] Si plures crean
tur duumuiri, & illud poteſt adijci creationi, ut
mutuo periculo teneantur, quo uicarijs dam-
nis ſint obſtricti: alioquin antequam quis pro
collega poſſit conueniri, eius nominator diſcu
5 tiendus eſſet. [m] Poſſemus forſan in municipijs
duumiros, ad imitationem tribunorum pleb.
Romanorum inductos, dicere, in quorum lo-
cum, & forſan in frequentioribus ciuitatibus
ſunt quidam, qui in decuriones ſeu burgenſes,
& ciues poteſtatem habent: ut Lutetiæ eſt, quẽ
uocant, *Le preuoſt de Paris*, Burdegalę, *le mere*,
Tholoſæ & alibi, uicarius dictus, *le uiguier*. Qui
& poſſent quoque dici aliquomodo defenſores
ciuitatum. Et hoc modo capitolini, eſcheuini,
iurati, conſules ciuitatum, non duumuiri, ſed
6 magiſtratus potius alij erant municipales. Ve-
rum nec ignorandum eſt hanc duumuirorum
appellationem & mutuatam quoque à gene-
rali formula Romanæ ciuitatis, in cuius admi
niſtrationis genere, & duumuiri, & triumuiri,
& decemuiri, & alterius numeri uiri præpoſiti
negotijs quibuſdã certiſve dicebantur, ad ple-
bis euitandam ſuſpicionem. Erantque diuerſi
iſti duumuiri, & triumuiri, ſeptemuiri, & ſimi-
les, [n] pro diuerſitate negotiorum, quibus tot ui
ri præficiebantur: ut capitales, ædilitij ſacrorũ,
7 quinquennales, nauales. Duumuiri capitales
cauſas criminum diſtinguebant, iudicabant, &
perduellionis diem reis dicere ſolebant. Sicut
ex Liuio conſtat: dum de Horatij, ut perduellio
nis reo, crimine & iudicio agit, [o] & alibi de M.
Manlij damnatione. [p] Vlpianus horum duum-
uirorum etiam in municipijs ait eſſe poteſta-
tem carcerum, & dimittendi à cuſtodia. [q] Sicut
& Pomponius, dum enumerat triumuiros mo-
netales ęris, argẽti, auri flatores, & triumuiros,
addit capitales, qui carceris Romę cuſtodiam
haberent, ut cum animaduerti oporteret, eorũ
interuentu fieret. [r] Erant & Romæ duumuiri
quinquẽnales, à poteſtate iudicij tẽporis quin-
8 quennalis accepta. [s] Duumuiri ædilitij ſeu ſa-
cri erant, qui ædes dedicabant, qui expiationes
uel melius execrationes, lectiſternia, ad placan
da ſua idola faciebant, publicas ędes locabãt [t].
9 Reliquos non perſequar. Admonebo tamẽ Ly-
ſandrum apud Lacedæmonas, elegiſſe, decem-
uiros in Lacedæmonum ſingulis ciuitatibus,
ſed eos tantum qui amicitia, conuiuio, uel ob-
ſequio, uel hoſpitio eſſent coniunctiſſimi, uel
quòd ſibi placuiſſet ſe facturos ſpopondiſſent,
ut omnia pro nutu ſuo regeret, & crudeliter a-
geret. [u] Vnde colligimus hos duumuiratus: &
decemuiratus municipiorum accedere ad quã
dam, quatenus licet, ariſtocratiam, uel popula
rem per uices adminiſtrationem ſummam, re-
lictis negotijs communibus alijs magiſtrati-
bus inferioribus, municipalibus.

a Accurſ. glo. 1. in l. generali. l. 34. de decurion. lib. 10. C. & in l. duumuirum, l. 53. eod. titul.
b In l. ſi de indicijs, lib. 3. C. tit. 1.
c l. Imperatores, l. 28. ad municipal. P.
d In l. honores, l. 7. §. 11. qui, de decurion. in P.
e l. legatus, de liber. leg. in P.
f l. 1. de decurion. l. 10. C.
g Vlpi. in l. ſi cõſtat, l. 12. de appellatio. lib. 49. P. tit. 1. l. nominationem, l. 27. eod. tit. de appella. li. 7. C. titu. 62.
h l. ſi ad magiſtratum, l. 11. de decurion. li. 10. C. titu. 31. l. in honorarijs, l. 35. §. final. de action. in P.
i l. 2. § exactis, de origin. iur.
k l. duũuirũ, 19. de decurio. lib. 10. C.
l l. in honorarijs, l. 35. § ſin. de action. lib. 44. P. tit. 7. ubi gloſ. diſtinguit. iuncta l. ciuitas, de reb. credi. in P.
m l. ſi ita duũuiri, l. 3. quo quiſque ordine conuenia. li. 11. C. tit. 35.

n l. 2. §. deinde cum eſſe neceſſarius, de origin. iur. P. de quib. omnibus uide Alexand. ab Alexand. c. 16. lib. 3. Vuolphang. Laziũ, li. 3. reſpu. Roma. c. 2. & 3.
o Liuius, lib. 1.
p Liuius, li. 6. Deca. 1.
q Vlpia. in l. ſi quis uxori, lib. 11. § ſi fugitiuum, de furt. li. 47. P. tit. 2.
r Pompo. in l. 2. § eodem tẽpore conſtituti, de orig. iur. li. 1. P. tit. 2.
s Meminit Spartian. in Adriano.
t meminit Liuius, lib. 5. & 6. Deca. 1. & li. 3. Deca. 4.
u Aemil. Probus, in Lyſandro, Diodo. Sicul. lib. 14. Xenoph. in 3. Hellen.

De magiſtratibus municipalibus. Cap. XVII.

1 *Magiſtratus tribus menſibus ante ſubeundam ad-*
miniſtrationem nominantur.
Magiſtratus municipales plures pro uno ſunt, eo-
dem.
2 *Magiſtratibus municipalibus quæ conceſſa in iu-*
re dicundo poteſtas.
Appamienſium reſpublica libera. eod.

1 Ex decurionibus quoque ad magi-
ſtratus municipales nominantur,
idq́ue ante tres menſes, quàm ſub
ire magiſtratum debeant. [x] Iſti au
tem magiſtratus municipales unam tantum
poteſtatem, etſi plures ſint, referunt: quia unũ
2 adminiſtrant, ut collegæ magiſtratuum. [y] Ha-
bent iure definitam dignitatis curam, & notio-
nem. Atque in ſumma, ea quæ magis imperij
ſunt, quàm iuriſdictionis, magiſtratus munici-
pales facere nõ poſſunt: nec illis permittitur in
integrum reſtituere, aut iubere bona rei ſeruã
dæ cauſa poſſidere, aut dotis uel legatorum ſer
uandorũ cauſa: [z] nec ſupplicium à ſeruo ſume
re, quamuis modica caſtigatio eis non ſit dene
ganda. [a] Solent maiores iudices magiſtratibus
iſtis ea committere, quæ celeritatem deſiderãt,
& requirũt, ob morã nociuam, expediri citius:
ut in damni infecti cautione patet exemplũ. [b]
Et inter conuenientes, etiam de re maiori

x l. 1. de magiſtratib. munici pa. li. 1. C. tit. 57.
y l. magiſtratus, l. 11. ad municipal. in P.
z Paulus, l. ea quæ, l. 26. ad municipal. lib. 50. P. tit. 1.
a l. magiſtratibus, 32. de iuriſdict. omn. iudic. P. li. 2. tit. 1.
b l. 1. de damn. infect. li. 39. P. titul. 2.

apud magiſtratus municipales agetur.[a] Sed & in quæſtione iuriſdictionis magiſtratuum municipalium præcipue animaduertendum eſt, quid in eorum priuilegijs & legibus uel antiquitate, uel principis authoritate firmatis præſcriptum ſit, illudque ratum habendum. Quod ex epiſtola Plinij Secundi ad Traianum, & reſponſo Traiani perſpicuum eſt, dum Apamienſes obiecerunt Plinio proconſuli, habuiſſe ſe priuilegium & uetuſtiſſimum morem, arbitrio ſuo rempublicam adminiſtrandi, quod & probauit Traianus.[b]

a Paul. l. inter conuenientes, l. 28 ad municipal. P.
b Plinius Secundus, li 10. epiſtolarũ, epiſtol. 46. & 47.

De defenſoribus ciuitatum. Cap. XVIII.

1 *Defenſores ciuitatis, & locorum duplices, ſine dignitate, & cum eadem.*
2 *Defenſores unde dicti.*
3 *Defenſores locorum à quibus eligi debent.*
4 *Defenſorum electio à quo confirmetur.*
5 *Defenſorum temporalis adminiſtratio cum iudicandi poteſtate, & iuriſdictione.*
Curatorum ciuitatis, & defenſorum penè ſimile officium. eod.
6 *Defenſores quos habeant adminiſtros.*
Defenſores ſine iuſſu principis non deponunt adminiſtrationem impune. eod.

1 Defenſores ciuitatum ſunt in dupli-
ci ratione: alij namque ſunt, qui
nomine ciuitatis cauſas eius, lites
atque negotia curant, ut actores
& ſyndici,[c] ut dicemus Deo fauente ſuo loco,
in iudiciorum perſonis, dum de procuratori-
bus agemus. Alij defenſores ciuitatum ſunt cũ
poteſtate & magiſtratu, de quibus hic agimus:
qui & locorum defenſores dicuntur, ſi ciuitates
uel municipia non ſint, uel ſi ab ijs non deno-
minetur:[d] ut & prouinciarum defenſores alij,
quibus latior cura, & plures res & ciuitates de-
fendendæ commiſſæ ſunt.[e] Poteſt & in ciuita-
te defenſor ſolus, & cum defenſore alij magi-
ſtratus municipales:[f] ut inde conſtet & poſſe
eorum eſſe ſeparatam iuriſdictionem & pote-
2 ſtatem, & concurrentem. Defenſores dicti ſunt
à cura rerum quibus præpoſiti erant, ut eas ab
omni iniuſtitia liberas uindicarent: unde & pa-
terna uoce dicti ita defenſores, ut ait Iuſtinia-
nus, ut eripiant à malis iniuriam patientes.[g]
3 Defenſores ex ciuitatum nobilioribus habita-
toribus eligi debent, quemadmodum & de duũ
uiris diximus: neque licitum eſt municipibus
munus impoſitum repudiare, quacunque præ-
emineant dignitate, ſecundum uidelicet circu
lum idoneorum.[h] Non tamen ex ordine decu-
rionum, uel cohortalium, ſed aliorum, qui ca-
paces inueniuntur.[i] Ex decreto reuerendiſſi-
morum epiſcoporum, necnon clericorum, &
honoratorum, poſſeſſorum & curialium, qui
ſacroſanctæ religionis imbuti myſterijs, hoc
in primis ſub geſtorum teſtificatione, præſente
quoque religioſiſſimo fidei orthodoxæ antiſti-
te, per depoſitiones cum ſacramenti religione
4 celebrandas patefecerint.[k] Electi cõfirmantur
à præfecto prouinciali, iuramento illi præſtito,
quod omnia ſecundum leges ac ius acturi:[l] o-
lim à clariſſimo prouinciæ iudice præfecto præ
5 toriano.[m] Defenſorum munus olim erat quin
quennale,[n] ex nouellis autem Iuſtiniani eſt
biennij.[o] Quibus etiam illis officium iudicis
impartit Cæſar, ut honeſtiores apparerent:[p]
quod quidem antea habuerãt,[q] uerum ſucceſ-
ſu temporis uilruerat.[r] Caſſiodorus in formula
defenſoris cuiuſlibet ciuitatis,[s] tradit eius of-
ficij eſſe, commercia ciuibus ſecundum tempo
rum qualitatem, æquabili moderatione diſpo-
nere: definitè ſeruare quæ iuſſiſſent ſtatuta pre
tia: tuncque defenſorem implere officium ſuũ,
ſi ciues ſuos nec legibus patiatur opprimi, nec
caritate conſumi. Idipſumque officium poſtre-
mum alibi[t] ad curatores ciuitates referi in for
mula curatoris ciuitatum, nempe ut merces nõ
ad nutum mercatorum, ſed æquabili pretio ve
neant. Gratianus, Valentinianus, & Theodoſ.
CCC. Theodoro defenſori formã defenſionis
præſcribunt:[u] ut defenſor parentis uicem ple-
bi exhibeat: non patiatur ruſticos urbanoſque
deſcriptionibus affligi: officialem inſolentiæ, &
iudicum procacitati, ſalua reuerentia pudoris,
occurrat: ingrediendi cum uellet ad iudicem,
ſcilicet prouincialem, liberam haberet poteſta
tem: nõ pati ſuper delegationem ſolitam quic-
quam exigi: nec ipſum exigere damna uel ſpo-
lia, ab ijs quos liberorum loco habet. Addunt
Honorius & Theodoſius, curæ defenſorum eſ-
ſe, ne poſſeſſores maioribus menſuris & pon-
deribus à ſuſceptoribus prægrauentur, & eos
depræhenſos, ad iudicium cum fraudis depræ-
henſæ iudicio dirigere.[x] Hoc officium eſt per-
ſonale, in quo nec uicarios admittit ius, nec ha
bere concedit.[y] Cognoſcit porro & iudicat de-
fenſor ciuitatis in ciuilibus negotijs uſque ad
quinquaginta ſolidos, actis tamẽ iudicialibus
interuenientibus: de debito iuſto, de ſeruo per
fugam elapſu, cætera maiora, rectori prouin-
ciæ inſinuando.[z] Iure nouellarum, uſque ad tre
centos aureos.[a] Apud defenſores ciuitatum,
inſinuationes donationum & aliorum monu-
mentorum fiunt:[b] per eos contumaciæ, tumul
tus in ciuitate ſedantur.[c] Audient etiam leuio-
ra crimina, & caſtigationi competenti tradent,
& maiorum criminum reos detrudent in carce
6 rem, & mittent ad prouinciæ præſidem.[d] Ad-
ſunt defenſori per nouellam conſtitutionem,
ex prouinciali officio, exceptor, & duo officia-
les, qui ea, quæ ab illis decernuntur, adim-
pleãt.[e] Ipſi autem defenſores nec ante tempus
publicam ſubitam ſolicitudinem eiurare poſ-
ſunt, niſi gratia eis fiat à principe:[f] alioquin in
crimen læſæ maieſtatis eos incidere ſtatutum
eſt.[g]

c In l. 1. § perſonalia, de muneri. & honor. in P. l. fi. nal § defenſores, eo. titul.
d l. 9. de defenſor. ciuita. lib. 1 C. tit. 56
e l. 4. C. eod.
f collige ex l. in hac l. 30. de donatio. lib. 8. C. titul. 54.
g Iuſtin. § 1. nouell. 15. titu de defenſor. ciuita. in authẽ.
h authen. præſide, C. de epiſcopal. audien. § interim, & § ſi quis uero, de defenſor. ciuita. in authent.
i l. 2. de defenſor. ciuita. li 1. C titu. 56.
k l. iubemus, l. 7. de epiſcopal. audientia, lib. 1. C. titu 7. & auth. præſides, eod. tit. & § interim, de defenſor. ciuit. in auth. l. de fenſores ita, l. 8 cod. 1 t. C.
l § iniurãdũ, de defenſor. ciuit. in authen. m dict. § iuſiurandum, & § 3 de defenſor. ciuit. in authẽ. l. defenſores, l. 8. C. eod titu.
n l. 4. C. de defenſor. ciuit.
o § ruſiurandum, & § ſin. eod. titu. in nouel.
p in § 1. uerſ. nos igitur eod. titu. in nouellis.
q l. 1. C. de defenſor. ciuit.
r § 1. eod. tit. in nouell.
s Caſſiodor. li. 7. Variar. c. 11.
t Caſſiodor. li. 7. c. 12.
u l. in defenſoribus, l. 4. de defenſor. ciuit. C. Idem & l. 5. & 5. eod.
x l. iubemus, l. 9. eo. de def. ciui. C.
y § nulla exiſtente licẽtia, eo. tit. in auth.
z l. 1. C. de defen. ciuit. & l. defenſores ciuitatũ l 7. eod.
a §. & iudicare, eo tit. in authent.
b dict. § nulla exiſtente l. in hac, l. 30 de donati. 8 C. tt. 54.
c § denique, eod. de def. ciuit. in Authet. l 5. C. eod.
d § audiẽt, eo. tit auth. l per oẽs, l. 6. & l defenſores, l. 7. C. eod. titu.
e § ea prouincial., de defen. ciuit. in authẽ.
f l fi. C. eo tit.
g § ſi quis autem de adminiſtratoribus, in authẽticis, colla. 7. tit. 6.

De legatis. Cap. XIX.

Lib. 50. tit. 8. P. Lib. 10. C. tit. 63.

1 *Legati ciuitatum & municipiorum qui, & à quibus creentur.*
2 *Legationum liberarum, & non liberarum diſtinctio.*
3 *Oratores dicti legati.*

1 Alia ſpecies perſonarum gerentium
honores ciuitatis cõſtituitur in le-
gatis, quib[9] mãdata reipublicæ ad
principes uel alios deferenda, uel
exequenda committuntur, ex conſilio ciuitatis
uel municipij, interueniẽte magiſtratu ſummo
loci eius.[h] Iſti autẽ uel præſentes, uel abſentes
creantur: abſentibus mittũtur mãdata exequẽ-
da.[i] Et proinde neq; iſti tenentur, ſi gratuitam
habeant legationẽ, referre per ſe geſta, ſed per

h l. fi. de legationibus, l. 10. C. titul. 63. l. 2. eod. in P.
i Modeſtinus, l. Titio, l. 36 ad municipal. lib. 50 P. tit. 1

alium

alium poſſunt remittere municipes.[a] Legationum aliæ liberæ, ſine mandatis reipub. & tamen cum honore muneris: aliæ cum honore & munere. Et harum ultimarum aliæ gratuitæ, aliæ cum legatitio, id eſt, ſalario, de quibus, & de iuribus, & priuilegijs legatorum, tractamus abundè in criminibus, dum de crimine læſæ maieſtatis agimus proprio titulo de legatis.

3 Sextus Pompeius Feſtus in libris de uerborum ſignificatione, *oratores*, inquit, *ex verbo* ἀρατῆρες *dicti, quòd miſſi ad reges nationeſque, deos ſolerent* ἀρᾶσθαι, *id eſt, teſtari: ij modò dicti ſunt legati.*

a l. ſi abſenti, l. 11. de legatio. in P.

De appellatione hominum ratione munerum, & de muneribus ſine honore. Cap. XX.

1 *Munerum perſonalium quædam enumeratio.*
Annonæ cura. eod. Sitonæ. eod.
Frumentatores. eod.
Curatores diuerſi. eod.
Epiſcopi qui ciuiles. eod.
Aedium ſacrarum cuſtodes. eod.
Rationibus publicis tractandis munera quæ diſtincta. eod.
Xenoparochi. eod. Epiſtathmia. eod.
Cretatores. eod. Mareſchaux de logis. *eod.*
Camelaſia, & camelarij. eod. Maſtigophori. eod.
2 *Munerum patrimonialium quorundam enumeratio.*
Ad munera perſonalia qui teneantur. eod.
Decaprotia, & decemprimatus. eod.
Hoſpites ſuſcipere munus patrimoniale.
Equos alere curiales munus eſt patrimoniale.
3 *Proſtaſia quid. Sacerdotia munus. eod.*
4 *Munera quomodo à iudice ſint diſtribuenda ciuibus.*
5 *Munera quæ quis non tenetur ſubire.*
Equorum fiſcalium munus ſublatum. eod.
Glebæ onus ſublatum. eod.
6 *Salgamum, & alia militibus non præbenda.*
7 *Vacationum munerum ſpecies duæ, pleniores & exiguæ, temporales perpetuæ.*
8 *Vacationes ſeu excuſationes munerum perpetuæ.*
9 *Perſonales immunitates quæ tranſeant ad hæredes.*
10 *A muneribus perſonalibus, & patrimonialibus excuſari.*
Artifices qui gaudent immunitate perſonalium munerum. eod.
11 *Muneribus vilibus quorum patrimonia non teneantur.*
Hoſpitia qui non præſtent. eod.
12 *Munera ſordida & uitia quæ dicantur.*
13 *Ad excubias tenentur eccleſiaſticæ perſonæ tempore neceſſitatis.*
14 *Munerum excuſatio ratione uitioſæ electionis.*
15 *Muneribus excuſati ratione officij.*

1 Munera perſonalia, quæ honorem non habent, plura ſunt enumerata ab Hermogene,[b] & Arcadio[c] Iuriſconſultis: quæ nomen aliquod tribuunt etiam eis, quibus conceduntur. Vt defenſio ciuitatis, ex qua ſyndicus: annonæ cura, unde σιτῶναι, ſitometræ, frumentatores, οἱ τὸν σῖτον ἀγοράζοντες, καὶ ἀποτιθέμενοι, & qui ſeruabant, σιτοφύλακες, qui præfecti, σιτολόγοι. & coactores. Iis adduntur, qui curam habent exigendi cenſus prædiorum publicorum, aquæductus, calefactionis thermarum, tutela pupillorum, cura adultorum, prodigorum, furioſorum, & aliorum, & bonorum, vnda exactores, curatores operum, adultorum, prodigorum, & tutores:[d] curatores bonorum, calendarij rei uehicularis, angariarum: & præfectura diſciplinæ publicæ, & corrigendorum morum, vnde irenarchæ.[e] Epiſcopi,[f] qui præſunt pani, & cæteris rebus venalibus in ciuitate, cuſtodes ædium ſacrarum, ναοφύλακες, & æditui, νεωκόροι. Archiuis præpoſiti, ἀρχειῶται,[g] rationibus publicis conficiendis, perſcribendiſque, logographi: & qui in tabulas publicas referunt, tabularij. Qui peregrinis ſalem & alia præbebant xenoparochi, portuum præfecti limenarchæ. Manſionum ſeu hoſpitiorum deſignatio, ἐπισταθμία: vnde dicti manſionarij, deſignatores hoſpitiorum, uel cretatores: quia creta ſignent hoſpitia, nobis *Mareſchaux de logis*. Qui curam habent camelorum, ſeu camelaſiæ, unde camelarij.[h] Adde defenſores iudices:[i] maſtigophoros, qui agonothetas in certaminibus comitantur. Operarum quoque præſtationes, perſonalia erant munera, quæ ſublatæ poſteà ſunt à prouincialibus tributa pęderibus.[k]

2 Inter munera patrimonialia elæemporia, olei comparatio: oſprionia, leguminum comparatio,[l] poſſeſſionibus indicta: agminales equi, mulæ, angariæ, ueredi, ad quæ tenentur domini rerum, etſi non ſint municipes: & qui fęnora exercent, veterani, primipilares, pontifices,[m] & alij alioquin priuilegio excuſati à muneribus:[n] niſi expreſſo priuilegio ab ijs releuentur à principe.[o] Ad munera quoque patrimonij pertinent collationes, quæ quotánis præſtátur, pro modo agri in frumento, uel alia ſpecie:[p] item munera vehicularis particularis, decemprimatus.[q] Quamquam Africanus referat Herennium Modeſtinum notando, & diſputando optima ratione decreuiſſe, decaprotias, id eſt, decemprimatus tributa exigentes, eſſe intermixta munera perſonalia, & patrimonialia.[r] Decaprotiam Vlpianus tamen magis patrimonij onus putat, & inde decaprotos dici, quibus imponatur.[s] Exactio tributorum, onus patrimonij quoque eſt:[t] & munus hoſpitis in domum recipiendi.[u] Equos curiales alere, mu-

3 nus quoque patrimonij.[x] Munera quoque e proteſtaſię & ſacerdotiæ,[y] legerem proſtaſiæ. Nam Plutarch[z] ſcribit, Latinos uocare πατρωνείαν, quam Græcis dicunt προστασίαν, cùm quiſpiam pro alio liti ſe opponit, & eius defenſionem ſuſcipit, euentumq́; præſtat: vnde pro patrocinio ſumitur. Sacerdotia uerò hic, puto dici reditus, uel collationes ad ſacra facienda, ſicut & nos ſacerdotia, beneficia dicimus. Sunt munera

4 quoque patrimonialia ſuperindictiones.[a] Cæterum ad præſidis prouinciæ curã pertinet proſpicere munera & honores in ciuitatibus æqualiter iuxta ordinem & uices, ſecundum ætates & dignitates, ac gradus munerum honorumque qui antiquitus ſtatuti ſunt, iniungi, ne ſine diſcrimine, & frequentius ciuibus oppreſſis, ſimul uiris & uirib⁹ reſpublica deſtituatur.[b] Proinde rectè ſtatutum diximus, ut qui ad munera nominantur, ante adminiſtrationem ſub eundem tribus menſibus nominentur, ut interim, ſi nominatus cauſas excuſationis appellatiue obijciat, illæ decidi poſſint.[c] Eò quoque

ſpectat

b Hermogen. in l. 1. de munerib. in P.
c Archad. in l. fi. eod.

d dicta. l. 1. & fin.
e dicta l. fin. §. irenarchæ. & l. 1. de irenarc. libr. 10. C. & l. diuus, de cuſtodia reorum in P.
f d. l. fi. §. item epiſcopi.
g d. l. fin. §. hi quoque.
h d. l. fi. § camelaſia.
i l. 1. §. 1. & l. fi. de defenſoribus, & §. iudicandi eod.
k l. vnic. ne operæ à collatoribus exigantur, libr. 10. C. tit. 24.
l l. fin § patrimoniorum, de muner. in P.
m d. fi. patrimoniorum, & l. 2. & l. vlt. de priuil. veteranor. in P.
n l. reſcripto §. fi. de muner. P. Vlpian. l. 2. §. quæ patrimoniorum. de uacat. munet. libr. 50. P. tit. 4. l. 2. 3. & l. neque de munerib. pa tri. li. 10. C.
o l. hi qui, & l. ſunt munera, de vacatio munet. P. l. ſemper § priuilegia, de iure immunitatis. vide gl. in l. fi. §. patrimoniorum autem in uerbo, ſubnixus, de mune. n. l.
p § præterea, l. fin. de munerib.
q l. 1. §. 1. eod. titu.
r l. ſi § mixta, eo tit.
s Vlp. l. 3 § decaprotos, de mune. & hon. de decem primatu & decaprotia uide Budęum in d. l. fi.
t § mixta munera. Alciatum, & P. rerum tit.
u nec proteſtaſię. de muner. patrimon. lib. 10 C. tit 41
x dicta l. 1. § exactionem, de munerib. P.
y d. l. 1. § munus, & § con. de muner. l. 9. immunitatem, l. 1. de muner. patrimon. lib. 10. C.
z Plutarch. in Romulo.
a l. non uidetur, l. 9. de munerib. patrim. lib. 10. C.
b l. nec proteſtaſię, l. 9. cod. d. l. C.
b l. 1. § præſes de munerib. in P.
c l. 9. de magiſtra. decurion. libr. 1 C tit. 47.

ſpectat conſilium cogẽdum curialiũ, per quos fieri debet nominatio,[g] non ex arbitrio quorumdam, conſiderata muneris qualitate, & perſona, & patrimonio, num poſſit nominandus rectè obire munera imponenda,[h] & non ea is teneatur ſubire: quædam enim poteſt reijcere.
5 Vt ſi reſpublica impoſuerit alicui neceſſitatẽ ſtatuarum principi ponendarum, ei qui non promiſit, non eſſe obtemperandum reſcripſit Imperator.[c] Et opera quędam reipublicę ſunt, quæ inuitis liberis hominibus committi non ſolent, nec poſſunt.[d] Multa quoque patrimonij & perſonarum iure poſteriore Codicis ſublata ſunt, quę antea obuenerunt: ueluti, ne liceat ruſticanæ plebi, quæ capitationem ſuam, congruamque annonam præſtat, equorum fiſcalium uel mularum imponere, uel alia eius capere.[e] Sublata etiam onera glebæ, follis, ſeptem ſolidorum, quæ erant collationes ex præ
6 dijs.[f] Item prohibitum, ne tribuni, comites, prępoſiti, milites, nomine ſalgami, calciatas, lignum, oleum, non pabulum pro ſuis animalibus, uel pro ſeipſis, non angarias etiam à ſuis hoſpitibus extorqueant: nec uolentibus etiam hoſpitibus accipiant, pœna indicta facienti-
7 bus.[g] Atque ſunt quædam conceſſiones priuilegiorum ſingulares, quæ uacationem, uel immunitatem, uel excuſationem à muneribus præbent. Vlpianus autem uacationum duo genera facit, unum plenius, cum & militiæ datur. Aliud exiguum cum nudam muneris uacationem acceperit.[h] Quædam enim uacationes ab omnibus muneribus eximunt: aliæ à certis tantum. Quædam etiam ſunt temporales uacationes, & excuſationes: aliæ perpetuæ. Vt temporalis cõceditur eis qui reipublicæ cauſa abſunt.[i] Item munera perſonalia, quandiu quis corpore eſt inhabilis ei non conceduntur.[k] In patrimonialibus, quandiu quis deſtituitur facultatibus, temporarium habet excuſationem.[l] Et qui 75. annorum, & qui quinque liberos habet incolumes à ciuilibus excuſantur,[m] non à patrimonialibus, uel honoribus,[n] nec ab alijs ciuilibus ſi capti, uel mortui.[o] Qui procurant patrimonialia principis, quandiu adminiſtratione detinentur,[p] excuſationes & immunitates ſordidorum munerum patrimonialium habẽt temporales: tam contemplatione perſonarum & dignitatis, dantur, nec in hæredẽ tranſeunt.[q] Eſt & excuſatio, ob operam medicationi exercitus præbitam.[r] At quamuis conductores uectigalium principales publicani, habeant immunitatem, tamen conductores conductorum
8 non habent.[s] Perpetuo excuſantur ueterani à muneribus ciuilibus: non à patrimonialibus.[t] Corporalia munera fœminis ipſe ſexus denegat, quo minus iniungantur[u] perſonalia uidelicet, ſed patrimonialia ſubeunt, ubi habent
9 poſſeſſionem.[x] Perſonis datæ immunitates, hæredibus non relinquuntur: ſed & generi poſteriſque datæ, ad eos, qui ex fœminis nati ſunt, non pertinent.[y] Itaque immunitates generaliter tributæ, eo iure ut ad poſteros tranſmitterentur, in perpetuum ſuccedentibus durant.[a]
10 Obſeruamus hic quoſdam habere à muneri-bus ciuilibus excuſationes, non tamen à patrimonialibus: qualis miles ueteranus, primipilaris, pontifex,[a] minor 25. an. qui decaprotiam ſubit, quia patrimonij magis,[b] Medici, archiatri, grammatici, profeſſores literarũ, doctores legum ab omnibus perſonalibus & ſordidis habent uacationem:[c] non autem à patrimonialibus.[d] Niſi quæ eis ſpecialiter remittantur, quę admodum plura remiſſa ſunt.[e] Sic athletis triplici certamina uictoribus, immunitas à ciuilibus,[f] non à patrimonialibus data[g] infirmitas corporis à muneribus, quæ infirmus non poteſt obire, perſonalibus excuſat, ab alijs minime:[h] ſtudentes in academia aliqua priuilegiata, habent excuſationem uſque ad 25. annum à muneribus perſonalibus, à patrimonialibus non itam.[i] Et à perſonalibus habent excuſationem artifices quidam, eo quòd eorum ars utilis reipublicæ ſit, nec debeant inde auocari, & filios ſuos poſſit erudire, à patrimonialibus nõ utique:[k] niſi ſpeciali nota concedatur, ut factũ quibuſdam.[l] Idipſum in præpoſitis laborum,
11 iudicio principis.[m] Et ſunt adhuc alia munera uilia quædam extraordinaria, à quibus aliquorum hominum facultates releuantur, ueluti ſenatorum & qui illorum ſunt.[n] Conſiſtorianorum comitum, notariorum principis, & cubiculariorum, excubiculariorum eiuſdem:[o] & quæ patrimonij ſunt principis, quamuis ab alijs locationis nomine colantur.[p] Commonitatum & hoc priuilegium illuſtribus perſonis alijs,[q] rhetoribus, grammaticis,[r] eccleſijs quoque, & bonis perſonarum eccleſiaſticarum:[s] quia nec hoſpites ſuſcipiunt,[t] fiſcalia tamen tributa prædiorum coguntur perſoluere.[u] Hu miliorибus etiam aut extraordinarijs officijs, curiales non occupantur, ne publica uacillet utilitas:[x] nec pariter ſilentiarij decuriones palatij principis,[y] ſacris ſcrinijs præpoſiti, à libellis & ab epiſtolis principis.[a] Palatini, eorumque filij & adiutores,[a] Corniculatij præfectu-
12 ræ, primiſcrinij, numerarij,[b] & ſimiles. Munera ſordida dicuntur, cura cõfectionis pollinis, panis excoctio, obſequium piſtrini, parauere-dorum, aut parangariarum præbitio operæ, in calce excoquenda obſequia, iumenta curare, materiam lignorum atque tabulata præbere.[c] In caſibus tamen certis omnes immunes conferunt, uel ob neceſſitatem, uel utilitatem publicã, ob quam, ut ad refectionem uiarum & pontium, & eccleſiæ, & patrimonium principis conferre debent.[d] Conferunt uniuerſi comparationi tranſuectioniva ſpecierum, nec excuſãtor tẽpore expeditionis ab angarijs, parangarijs, plauſtris, & ſimilibus muneribus neceſſa-
13 rijs.[e] Imo & eccleſiaſtica perſona, impellente neceſſitate, ad cuſtodiam murorũ, ad excubias urbis, ut ſe & eccleſias commiſſas ſibi tuerentur
14 uent, tenentur & coguntur.[f] Ex modo quoque eligendi otioſo, repudiantur recta munera, ut ſi

a l. 3. de decaprot. lib. 10 C.
b Calliſtrat. l. honor. lib. 14 ... de honoribus de munerib. & hon.
c l. iuuſ. l. 6. §. ſi de pollicitation. ff. lib. 50 titul. 12.
d l. 1. & 2. ne quis inuit. ... lib. 11. C. titul. ...
e l. 1. & 2. ne ... lib. 11. C. titul. 54.
f l. ſi de prætorib. & honor. prætor. lib. 12. C. titul. 2.
g l. unic. de ſalg. hoſpit. non præben. lib. 12. C. titul. 41. l. de ... metat. eod. lib.
h Vlpia. in l. prætor. lib. 13. §. duo genera, de uacatio. ... lib. 50. titul. ...
i Neratius, in l. tempus, lib. 4. de uaca. mu. l. ſi ſus. ...
k l. 4. §. defiermitum, & ſeq. de muneri.
l l. 4. §. quamuis ... cura de muner. & honor. ...
m l. ſi ... de profeſſoribus ...
n l. 1. qui ... liberor. ... C.
o l. 2. qui ... liberor. ... lib. 10 C. titul. 51.
p l. admiſſiſt. de cauſa. ... lib. 10 C. titul. 47.
q l. cum legem, lib. 14 & ſequen. eod. titul. de excuſ. muner. lib. 10 C.
r l. lib. 1. de profeſſ. & med. lib. 10 C. titul. 52.

a l. 3. quib. munerib. excuſ. & 13. qui poſt impletam &c. lib. 10. C. titu. 51.
b l. 1. à muneribus, l. 6. de uaca. muner. Qui ueterani, unde l. pen. & fin. de his qui non impletam ſtip. lib. 10 C. tit. 54.
c l. 3. §. corporalia, de muner. in ff.
d l. patrimoniorum, de uacat. & excuſa ... C. l. 3. de muner. & in quo loc. ... 10. C. l. cum præſtat. de codic. ff. exceptis paucis, de quibus l. 3. de reg. iur. ff.
e l. 1. §. fin. de iure immunitat. lib. 50 ff. tit. 6. l. ſemper §. immunitati, eod. tit. l. 10 honoribus, §. ... de uaca. & excuſa. muner. in ff. l. ſordidorum, ... 10 C. l. poſtliminii, de regul. iur. ff. de excuſatione ... quibus ... l. non eſt ... ſign.
f l. 5. & 6. ... immunitatis, l. 4. de iure immunit. ff. cum ſimilib. notatis à glo.

a Martian. in l. a muneribus, l. 6. de uacatio. muner. ff ſum. ... §. patrimoniorum, de muner. in ff. l. 1. & 2. de profeſſ. et med. lib. 10. C.
b l. 1. §. decaprotos, de muner. & hon. ff. l. 6. medicos, l. 1. & l. 8. de profeſſ. & med. lib. 10 C. tit. 52.
c l. profeſſio, de muneribus ... lib. 10 C.
d l. 6. §. ab his ... & §. de muner. & hon. ff. ſunt ... de uacatio. muner. ...
e l. his honorib. §. angariorum, de muner. ff.
f l. 1. de athlet. li. 10. C. tit. 53.
g l. qui non ... de muner. & hono. ...
h l. 1. & 2. qui morbo ſe excuſant, li. 10. C. ...
i l. 1. & 3. qui ætate uel profeſſio. ſe excuſ. lib. 10. C. titul. 49.
k enumerantur ij artifices in l. 1. & 2. de excuſa. artific. lib. 10 C. titul. 64. l. penul. §. pe de iure immunit ff.
l l. negociatores l. decreto ... ſac. mune l. bec. lib. 10. C. titul. 47.
m l. unic. de priuilegi. pa... lib. 12. C. tit. 11.
n l. 4. & l. ne. mo. l. quemiamq ... lib. 12. C. titul. 1.
o l. maximarum ... l. 13. de excuſ. muner. lib. 10. C. titul. 47.
p l. euidenter, l. 18 eod. titul. de excuſa. muner. ... l. 1. & l. fi. de priu. domus Augu. lib. 10 C. tit. ... de locatio. præd. ciuil. lib. 10 C.
q l. 8. & l. maximarum, de excuſa muner. lib. ...
r l. maximarum, & l. ſi §. ſi. de mun. & ho ff.
s l. placet, lib. 1. de ſacroſan. ecclef. libro 1. C. titul. 3. libro 2. de epiſco. & cleric. lib. 1. C. titul. 6 leg. presbyteros, C. eod
t l. 1. C. de epiſc. & cler. l. 2. de immunita. eccleſia. lib. 5. Decretal. tit. 49.
u dicta l. placet, & l. de his clericis. l. 3. de epiſ. & cler.
x l. humilioribus, l. 14. de incrementa ... lib. 10 C. tit. 70 l. 1. de curat. ... Rom. eo. lib. & l. ſi quis procurationem. l. curiales, de decurio. lib. 10 C.
y l. 1. de ſilentiar. lib. 12 C. tit. 16.
z l. ſolemus, l. 4. & 9. de proxi. ſacror. ſcriniorum lib. 12 C. titul. 19. & l. 1. de magiſtris ſacror. ſcrin. eod. lib. tit. 9.
a l. 2. & l. ab officijs 6. l. palatinos, 10. de palatio ſacrar. largitio. lib. 12. C. tit. 24. l. 1. & 2. de priuileg. eorum qui in ſacro palat. militant, lib. 12. C. tit. 28.
b l. 1. & 3. de apparitoribus præfect. prætor. lib. 12. C. tit. 53.
c l. maximarum, de excuſatio. muner. ... C.
d l. ad inſtructiones, l. 7. & l. iubemus nullam & l. nemine, de ſacroſanct. eccl. l. ab ſit, de priuileg. dom. Augu. lib. 11. C.
e l. 3. armarum §. ſordidorum, de excuſatio. munerum, titul. 47. l. 1. 2. 3. de quib. muneri. uel præſtation. nemi liceat ſe excuſa. tit. 48. lib. 10. C. l. nullus, 21. de curſ. publ. li. 12 C. tit. 51. l. neminem de ſacroſ. eccleſ. C.
f c. a de immunitate eccleſiæ. apud Greg.

ut ſi non rectè conſilium decurionum initum ſit, ut diximus:[a] ſi alius prior ad munera debuerit nominari, quàm electus:[b] ſi propter inimicitias, non æſtimatione uera & cómodo reipublicæ, creatio fiat.[c] His enim de cauſis & ſimilibus, quibus tantùm alicuius uexandi cauſa creatio ſit appellatione interpoſita fiet creationis retractatio, & ſumptuum aduerſus temerè
15 & inuidiosè nominantes fiet repetitio.[d] Ratione dignitatis & officij electorum & creatorũ, plures excuſantur à perſonalibus muneribus, ut ex ſuperioribus liquet: ſicut adhuc comites præſidum, proconſulum, procuratoris Cæſaris,[e] ſacerdotium habentes à quo non poſſit ſine religione diſcedere,[f] apparitores magiſtrorum militum,[g] frumentarij.[h]

De artificibus diuerſis. Cap. XXI.

1 *Artificium quid.*
2 *Artificum, & eiuſdem quoque artis differentia.*
3 *Artificium à profeſſione artis quid differat.*
4 *Officium & artificium quomodo differant.*
5 *Officium unde declinetur, & duplex eſſe, perfectum, & medium.*
6 *Artificium auget æſtimationem ſerui.*
7 *Artificum plurium nomenclatura.*

1 ARtificij nomen plures continet ſub ſe ſpecies, quę artem factitiam ſeu, manualem exhibent certis præceptis definitam, quæ uidelicet ingenio & arte perficiatur.[i] Qua ratione etiam ars Grammaticæ dicitur apud iuriſconſultos artificiũ,[k] uidelicet quòd & in orthographia quæ eius eſt pars, manus officium quoddam deſideretur, in benè pingendo, & emendatè ſcribendo.
2 Itaque ut inter artificia eſt differentia, ita & inter artifices quoq; unius eiuſdem artis ratione, ingenij, doctrinæ, naturæ & inſtitutionis:[l] cum omne artificium incrementum diſcendo uel experientia recipiat.[m] Ut qui artificem promiſerit uel dixerit, non utique perfectum præſtare debeat, ſed ad aliquẽ modum peritum, ut neque eum ſummę ſcientię accipias, neque rurſum indoctum eſſe in artificio: ſufficietque talem eſſe, quales uulgo artifices dicuntur.[n]
3 Artificium à profeſſione artium potamus differre, quòd profeſſio in docendo uel diſcendo artes liberales conſiſtat: artificium, in mechanicis
4 uerſetur maximè tractandis.[o] Martianus quoque iuriſconſ. rurſum putat, officium latius nomen eſſe, quàm artificium. Et officium artificio adepto mutari, non autem artificium adepto officio.[p] Officium eius interpres[q] arbitratur continere omne miniſterium ſiue artificiũ ſit, ſiue ſine artificio. Et propriè tamen ſine artificio officium habere eos, qui miniſterium tantum præbent: cuiuſmodi ait eſſe mulionem, agaſonẽ, opilionem, ſaltuarium, armigerum, dapiferum, cocum, paſtorem, oſtiarium, piſtorem, & ſimiles eius generis ſine arte. Nam arti-
5 fex, ut Varro ait,[r] ab arte dicitur. Officium porro ab efficiendo, quaſi efficium, & propter ſermonis decorem, una mutata litera, in officiũ, ut ait D. Ambroſius,[s] qui & alias duas adfert nominis declinationes. Sed hæc magis placet ab efficiendo, quòd officium ſit illud, quod quęque pro conditione ſuæ perſonæ facere deceat. Ita erit ἔργον, ſeu opus cuiuſque, ſiue perfectum uelit, quod Græci κατόρθωμα uocant, quod omnes numeros uirtutes continet:[t] ſiue medium, quod pertinet ad inſtitutionem uitæ communis.[u] Sic oratoris officium eſt, quod facere debet orator, ut finis cuius cauſa facere debet.[x] τὸ καθῆκον dicunt Græci, quod decens eſt, quod conuenit cuique, ut exponit M. Tull. Cicero.[y] *Sed ut aliud ex alio, inquit, mihi non eſt dubium, quin quod Græcis καθῆκον, nos officium: id autẽ quid dubitas, quin etiam in rempub. præclarè caderet? Nonne dicimus conſulis officium, ſenatus officium? præclarè conuenit, aut da melius.* Ex quibus uerbis elucent propè innumerabilia iuris ciuilis capita, quæ de officio loquuntur uario modo, uidelicet, quia non eadem ſunt munia omnium, nec omnibus omnia conueniunt: eoque pertinent Rubricæ de officio præfecti prætorio Orientis, Illyrici, Africę, urbis, de officio magiſtri militum, de officio magiſtri officiorum, de officio comitis ſacrarum largitionum, & ſimilium. De officio diuerſorum iudicum, de offi-
6 cio eius cui mandata eſt iuriſdictio &c. In æſtimatione facienda conditionis ſeruilis, & conſequenter plebis, pluris æſtimabantur imbuti aliquo artificio, quàm illi qui nullam norant ar-
7 tem,[a] & officium præſtare tantum poſſent. Cęterum artifices diuerſi muneris adfert Calliſtratus,[a] & Auguſtus quoque.[b] Sunt autem illi architecti,[c] medici,[d] pictores, ſtatuarij, marmorarij, lecticarij ſeu actuarij, clauicularij, quadrigarij uel quadratarij, ſtructores ſeu ædificatores, ſculptores[e] ligni, muſearij, deauratores, albini,[f] argentarij, brambaricarij,[g] diatretarij, ærarij, fuſores, ſignarij, fabricarij, bracharij, perticarij, libratores,[h] figuli, aurifices, uitrarij, plumbarij, ſpecularij, eborarij, pelliones, fullones, carpentarij, ſculptores, dealbatores, euſores, trigarij, ciſiarij, bractearij.

De architectis. Cap. XXII.

1 *Architecti ars circa quæ uerſatur, & architecturæ partes.*
2 *Aedificandi architectis dicta leges.*
Aedificator quandiu de operis uitio teneatur eodem.
3 *Aedificans ædificium perficere cogatur.*
4 *Aedificare non licet in muris uel portis ciuitatis, uel loco publico.*
5 *Priuatorum ædificiorum ſtruendorum leges.*
6 *Sepulchrorum ædificandorum leges.*
7 *Balneorum extruendorum leges.*
Furnorum & piſtrini ædificandi leges. eod.
Gypſarij extruendi lex. eod.
Calcis fornacis ædificandæ lex. eod.
Fullonicæ officinæ ſtruendæ lex. eod.
Vitrarij, & ferrarij fornacis ædificandi lex. eod.
8 *Furnus bannarius quis, & quomodo quæratur.*
Molendini ſeu piſtrini bannarij ius, quale, & quomodo quæratur. eod.
9 *Cloacarum leges quædam.*
10 *Fabri lignarij.*

1 ARchitecturam inter fabriles artes in Syntaxibus noſtris conſtituimus, & inibi abunde de ea diximus:[l] unde & ſi egeas depromere poſſis. Verum prout iuriſconſultè agendum nunc eſt, quædam iuri familiaria recenſebo. Architectus, & eius ars circa tria uerſatur, quæ in iure quoque conſiderantur: quia & par-

tes

a L. 2. de exceptionib. li. 10. C. eſt ſimil.
b l. uni. de potior ad munera nominan. li. 10 C. tit. 65. l. ordine, de legat. ſ. 1 ſ præſes, de muneri. & honor.
c l. unic. ſi propter inimici. creat. facta ſit, li. 10 C. tit. 66.
d l. 1 de ſumptuum recup. li. 10 C. tit. 67. l. ciues, C. de appella. & l. 1. de uacat. munet. in P.
e Paul. l. legato, l. 12. ſ ſi de uacat. munet. in P.
f Vlpia. l praetor, l. 13 eo. C. l. omnes, C. de epiſc. & cler.
g L. 1. de apparitor. magiſtrorum milit. lib. 12 C. tit. 15
h Papin. l. eos qui Romę, l. 9. ſ. hi de uacat. munet. P. l. naucularij, de munerib. P.
i uide quæ diximus de mechanicis artib. li. 4. Syntaxeõ, c. 2.
k l. duo ſocietatem, pro ſocio. P.
l Vlpia. l. inter artifices, l. 31. de oper. obl. lib. 46. P. tit. 1.
m l legatis ſeruis, 65 ſ. ornatricibus, de lega. 3. P.
n Vlp. l. ſciendum tamen, l. 19. ſ. illud ſciendum eſt, de ędil. edict. lib. 21. P. tit. 1.
o gl. Rubrica. in tit. de excuſ. artific. li. 10. C. tit. 64.
p Martian. in l. legatis ſeruis, l. 65 ſ ſi ex officio, de legat. 3 lib. 32 P. tit. 2. & Africanus, l. textoribus, l. 59. eod. titu.
q glo. in d. ſ. ſi ex officio.
r Varro, lib. 4. de ling. Lat.
s D. Ambroſi. lib. 1. officior.

t Cice. 1. offic.
u Cicero, 1. de finib.
x Idem 2. de inuentio.
y Cice lib. 16. epiſtol ad Atticum, epiſt. undecimum.
a l 1. ſ. ne autem, de cõmu. ſer. manum. ſ. li 7 C. tit. 7. l. h. ſ. ſacerdo. cõmu. de lega. li. 6. C. tit. 43.
a Calliſtrat. in l ſi de iure immunita. lib. 50. P. tit. 6.
b Auguſt. in l. unica. de excuſa. artificum, li. 10. C. tit. 64
c de iis poſtea.
d de his paulo poſt. de iis poſt de Alcia. in l. unic. de excuſ. artiſ. C.
e lex de ſculptore, ſeu celatore gẽmarũ, & quando tenentur, & quomodo, l. item quæritur, ſ. ſi gemma, loca. l. 1 ſi ſeruũ ſeruum, ſ. ſi calicem, ad l. Aqu. in P.
f de aurificib. in l 2. ſ. 1. loca. in P.
g Brambaricarij & argẽtarij pro eodem, in lib. qui not. ita pronunciarũ utriuſque imperij. dum de præpoſitis brambaricariorum, ſeu argentariorum agit.
h libratores erant, qui modũ & formam in aquis educendis adhibebãt, de quib. Traianus epiſt 41. li. 10 epiſtol. Plinij 2. & l. 2. de excuſ. artif.
l ll. 30 Syntax. artis mirabil.

tes Architecturæ tres ſunt, ædificatio, gnomi-
ce, machinatio. Ædificatio diuiſa eſt bipartitò,
una eſt mœnium & communiū operum, in pu-
blicis locis collocatio: altera eſt priuatorū ędi-
ficiorum explicatio. Publicorumq; diſtributio-
nes ſunt tres, è quibus una eſt defenſionis, alte
ra religionis, altera opportunitatis. Defenſionis
eſt, murorum, turrium, portarū ratio, ad hoſtiū
impetus perpetuo repellendos excogitata. Reli
gionis, immortalium, fanorum, ædiumq́ue ſa-
crarum collocatio. Opportunitatis, omnium lo
corum ad vſum publicum diſcretio: ueluti por-
tus, fora porticus, balnea, theatra, inambulatio
nes, & ſimilia, quæ fieri debent habita ratione
firmitatis, vtilitatis, & uenuſtatis.[a] Ad hęc ope-
ra publica conficienda inſtituenda, reparādave
& curator publicorum operum creatur.[b] Priua
ta autem ædificia ea arbitrio dominorū fiunt.[c]
Sunt tamē & in publicis & priuatis ædificijs le-
ges dictæ architectis & fabris, quas ſcire & ſer-
uare eos expedit. In publicis, ueluti ut de uitio
operis teneantur uſque ad quindecimū annū.[d]
Alia lex Epheſi, dura conditione, ſed iure non
iniquo conſtituta, ut architectus cum publicū
curandum opus recipit, polliceatur quanto ſū-
ptu id ſit facturus: tradita eius æſtimatione bo-
na, obligatur magiſtratibus, donec opus ſit per
fectum. Eo autem abſoluto, cum ad dictum im
penſa reſpondent, decretis & honoribus orna-
tur. Item ſi non amplius, quàm quarta in ope-
re conſumitur, ad æſtimationem eſt adijciēda,
& de publico præſtatur, nec ulla pœna tenetur.
Cum uero amplius quàm quarta in opere con
ſumitur, ex eius bonis ad perficiēdum, pecunia
3 exigitur.[e] Alia lex, ut qui opus publicum etiam
propria liberalitate extruere incipit, imperfe-
ctum non poſſit relinquere, ſed ipſe, uel hære-
des eius cogantur implere.[f] Quod expreſsè ca-
nit in monaſterijs cōſtitutio nouella, quam re-
fert Cōſtantinus Harmenopolus: quæ & ne im
perfecta eorum remaneat ſtructura, cogi poſſe
4 eorum hæredes ſtatuit.[g] De priuatis quoque
ædificijs plures leges, quarum aliquas indico.
Vna eſt, ne ædificare liceat in muris, uel portis
ciuitatum.[h] Alia huic proxima, ne liceat ædifi-
care opus, in loco publico, contra ornatum, &
faciem aſpectumq́ue decorum ciuitatis: utq́ue
ædificatum diruatur, nulla oppoſita pręſcriptio
ne,[i] uel principis reſcripto.[k] Neve aliquæ ædes
deijciantur, ſi inde etiam deformetur ciuitatis
5 decor.[l] Priuata ædificia abſint decem pedes à
publicis, ne periculum ex illis his accidat.[m] A-
liæ leges in titulis πανδεκτῶν ex interdictis ſeu
edictis prætoris, ne quid in loco ſacro, ne quid
in loco publico, ne quid in flumine publico, &
in §. tertia diuiſio, De interdictis apud Iuſtinia-
num. Fuerunt leges de craſſitudine parietibus
imponēda ſecundū contratabulationes & con
tignationes, de quibus in ſeruitutibus oneris fe-
rendi diximus ea Virtuuio,[n] Plinio,[o] & alijs.
Alia Solonis lex iure ciuili Romanorum rece-
pta, quam etiam alibi explicauimus, quam Ca-
6 ius refert.[p] Sumptuum etiam modum in ſepul-
chrorum ędificatione, conſtituit lex duodecim
tabularum.[q] Sicuti & Ægyptij, qui in ſumptuo
ſa ſepulchra, non niſi talentum expendere per-
mittebant: in mediocria, minas viginti: in hu-
7 milia, parum quid ſumptus.[r] Balnea priuata
conſtructurus dare debet operam, ut camini à
uicino diſtent, ob rationem, quam adfert Har-
menopolus,[s] Virtuuius,[t] & Iuriſconſultus.[u]
Oportet quoque piſtrinum à domo, & furno
uicinis ſex pedes ſeiungi, propter incendiorum
periculum.[x] Figulinus furnus, ſi ad boreā uel
ortum ſpectat, ubi uicina domus habet fene-
ſtram, uiginti cubitis ab ea diſtare debet: ſi ad
notum uel occaſum, magis duodecim: ſi in au-
ſtrum uel occidentem triginta.[y] Gypſarius di-
ſtabit à uicini ædibus unius tecti, feneſtris in
gypſarium proſpicientibus caminum, ad ortū
uergentibus uel ſeptentrionem octo cubitis, ad
occaſum uel meridiem quatuor[z] &c. Calcis ui
uæ fornax, diſtet ab omni quouis ædificio cen-
tum cubitis, propter peſtilentem & grauiorem
ab ea miſſum uaporem: ab area autem, quin-
quaginta cubitis.[a] Opificia infectorum & ful-
lonum abſint ab ædibus planis, ſex cubitis, &
beſſe, ut euaneſcat eorum fumus peſtilens, &
extra periculum deflagrationis ſint.[b] Vitratij
& fabri ferratij, qui bipennes, falces, ſtatuas, &
magna organa & machinas faciunt, ob pericu
lum ignis, & peſtilentem corpori uaporem, ne
in urbe opificia habeant, uel ſi habeant, in lo-
8 cis ſolitarijs conſtituantur.[c] Quodlibet in ſuo
poteſt furnum ſeu clibanum panarium ędifica
re, niſi ab alio iure prohibeatur: puta ob conuē
tionem, uel morem, ſeu conſuetudinem legiti-
mā, quibus placuerit, inter incolas loci uel pa-
gi alicuius unum eſſe, domini unius puta clien
telarij, uel alterius, qui eius oneris cauſa certū
exigit cēſum uel uectigal, ſeu penſionem.[d] Vo
cant furnum bennarium, qui non ratione bene
ficiarij tituli, quod quis ſit dominus, ut dicunt,
iuſtitiæ inferioris competit, ſed aut ex titulo uel
pręſcripta & immemoriali conſuetudine.[e] Sic-
que quibuſdam in locis Domini inferioris iu-
riſdictionis, in pago præcipui, hoc ius poſſunt
ſubditis imponere,[f] nempe ex conſuetudine
recepta: alioquin iure non licet. Itaque ſi præ-
ſcripta ſit conſuetudo, quæ ratione præſcriptio
nis iuſtam facit ſeruitutem,[g] per contrariam
prohibitionem poterit adimi iuſtè,[h] etiamſi de
iure fiſcali agatur:[i] pactitia tamen conſtitutio
bennarij furni conſeruanda, ob æquitatem pa-
ctorū.[k] Idipſum & cenſeo, ſi authoritate prin-
cipis hoc ius quæſitum ſit, ne alteri quàm certo
liceat clibanum eo loci habere.[l] Et ita docuit
ſeruari Papius.[m] Quod & in piſtrinis ſeu mo-
lendinis, & torcularibus bēnarijs obſeruādum
eſt, ex doctrina eiuſdem Papæi,[n] & Bartholi:[o]
qui & uolunt ſine titulo etiam præſcribi poſſe;
ne alibi quàm certo loco molantur grana, ne-
ve alio torculari premantur vuæ, uel alibi co-
quatur panis.[p] Atque ita iudicatum fuiſſe in
ſenatu Burdegalenſi, anno 1522. pro Domino
Podij de Verdonne aduerſum eius pagi inco-
las tradit Papus.[q] Huic tamen rei temperamē-
tum adhibuit areſtum Tholoſanum 1548. ut
ſi Dominus piſtrini, non iubeat contundi gra-
na intra 24. horas, Dominus granorum, ſeu tri
tici uel alterius generis, alio poſſit ad molen-
9 dum impunè transferre:[r] ſed in uiā. Circa cloa
cas conſtruendas adhuc dictæ leges, quæ ad ſa-
lutem ſecuritatemque ciuium pertinent.[s] Et
ad priuatorum quoque periculum, & uicinorū
damnum: unde naſcitur prohibitio, ſi ius non
ſit ſeruitutis.[t] Habent & aquæductus ſuas le-
ges, de quibus in rebus publicis ſeu uniuerſita-
10 tis proprio iam egimus titulo. Fabri quoque li
gnarij, & horū artes ſuperioribus annecti poſ-
ſunt, qui & tignarij dicuntur fabri, quòd tigna
dolent, & ex illis ædificent:[u] qui, ut & cæteri
ædificatores omnes, in conſtruendis operibus
leges municipales ſequi debent, ne contra, eas
aliquid fiat.

De

a uide his Vitruuium, lib. 1 c. 3 l. 1. de excuſ. artif. lib. 10. C.
b uel l. 3 de operib. pub. P. lib. 50 P. titu. 10 & nos dum de curatoribus reip. egimus plura.
c eſt titu de ædif. priua. lib. 8. C tit 10.
d L. omnes quos l. 7 de operib. publ. lib. 7. C.
e Vitruuius, in proœ. li. 10. de Architect.
f l. 2. de pollicita. in P.
g Conſtantinus Harmenop. l. 3. Epito. iuris c. 8.
h l. penult. & ſi. ne quid in loco publ.
i l præſcriptio, de operib pub.
k argu. l 3. de precib. impera. offer C. l. ult ſi contra ius uel utilita. publ.
l l. 2. de ædifi. priuat. lib 8 C. tit. 10. l. ſenatus, de contrahen. empt. P. Paul. l cætera, l. 43. Martia in leg. fideicommiſſa, de le 2. in l. ſi eui, & l. penu. de ædifi. priua. C.
n Vitruuius, lib. 2. c. 3.
o Plinius, lib. 35 c 14.
p l. fin. finium regundor. lib. 10. P tit. 1.
q Cic. 2. de leg.
r Diodor. Siculus l. 2. Bibliothec. c. 5.
s Harmen. lib. 2. Epit. iur. ca. 4.
t Vitruius, l. 5. c. 10.
u l. quidā ibeſ. rus, de ſeru. urba. prædior. P.

x Harmeno d. c. 4. & Vitruu. lib. 6. c. 9.
y Harmen. ubi ſup. de furnis figulinis, & calcis, meminit, & Paul. in l. uebus, l. 6 de ſer. ruſt. prædior.
z Harmen. ubi ſup.
a Idem ibid.
b Idem ibid.
c Idem ibid.
d Ioan. Faber, in § ex. de actionib.
e in conſuetu. Turonenſ. lib. titul. De baſſe iuſtice, arti 13. Du Maine, tit. de bas iuſtices, art 94.
f ut en la couſtume d'Anion arti 31 tit des ſeigneurs téporels. & titu des la diſtinction des iuriſdicti. artic. 33. cum ſimil.
g l. 2. C. de ſeruitu.
h l 3. C. eo. de ſeruit.
i l. ſi manifeſte, C. eod. tit. de ſerui.
k l ſicut, C. de actio. l. in commodato, §. ſicut, commod. P.
l l. quominus, de fluminibus, in P. l. § princi pes, de aqua pluuia P.
m Guido Papæ, q 298.
n Guid. Pap. ubi ſupra.
o Barthol. in d. l quo minus, de fluminib P.
p per l. ſi quis diuturno, ſi ſeruit. uendi. in P.
q Pap. in ſuis ptodis areſtor., l. 31 2 art. 5.
r Idem Papus, ubi ſupra areſto. 2.
s L. 4. §. ſi quis riuos, de operis noui nunciat. l. 1. §. 1. de cloac. P.
t l. uno cloacæ, de ſeruitu. tit. gen l. 3 P. l. 2. de ſeru. ruſt. P.
u Caius, in l. ſemi, § fabro de uerb. ſignif.

De agricolis. Cap. XXIII.

1 *Agricolatio primum opus homini impoſitum.*
2 *Agricolæ fuerunt uiri priſci præſtantiores qui.*
Scipio agricola.eod.
3 *Ager quid.*
4 *Agricolarum ſeptem ſpecies.*
Cenſiti agricolæ qui.eod.
Clientes, cenſuales, obliarij.eod.
Coloni tributarij qui.eod.
5 *Coloni propriè qui publici & priuati, antiqui noui.*
6 *Coloni adſcripti qui.*
7 *Originarij coloni qui.*
8 *Inquilini coloni qui.*
9 *Coloni perpetuò obligati.*
Curiales perpetuò curijs obligati.eod.
Mariandyni perpetui coloni.eod.
Arneæ perpetui coloni.eod.
Meneſtæ qui.eod.
Peneſtæ qui.eod.
10 *Mendicitas fictitia, pœna, amiſſione libertatis, punita.*
11 *Mancipia ruſtica quæ, & ſpecies.*
12 *Ruſtici qui.*
13 *Agricolarum Indorum natura, & munus ſecuritas tempore bellorum, prohibitio ne arma deferant.*
14 *Agricolarum ingenuorum differentia, qui ſua colunt, & aliena rura: & eorum qui aliena colunt triplex genus.*
Partiarij coloni qui.eod.
15 *Villici & coloni quid rerum dominis debeant.*
Locationi fundi quæ accedunt & præſtantur.eodem.
16 *Agriculturæ materia quæ.*
17 *Inſtrumenta ruſtica enumerata.*
18 *Ruſticæ quædam leges Græcè Iuſtiniani, de partiario fructus interuertente, non colente.*
Vſuræ à ruſticis quę capiendę.eod.
19 *De hortulanis, & ſeplaſiarijs.*
Hortulani artifices.eod.
Foſſores non ſunt artifices.eod.
20 *Hortulanorum leges.*
Summarij homines æſtimatores qui.eod.
21 *Seplaſiarij, & eorum lex.*
Pigmentarij.eod.
Venena quę liceat habere, & uendere.eod.

1 AGricolarum fuit hominum prima conditio & ſtatus à Deo ipſo agricolatio homini mandata poſt peccatum, & ante. Primũ enim Deus creatos parentes in paradiſum introduxit, ut operarentur & cuſtodirent illum:[a] & ſubinde expulſis inde, ut terram cum labore uerterent, & in ſudore panem, id eſt uictum, compararét, ſtatuit.[b] Adamus agricola: Cain agricola.[c] Sic & apud Zachariam, *Non ſum propheta: homo agricola ego ſum: quoniam Adam exemplum meũ,*
2 *ab adoleſcentia mea.*[d] Agricolę etiã antiqui, plures præſtantiores uiri, de quibus & iam diximus in lib. 27. Syntaxeon cap. 1. & de arte agriculturæ ſequentibus cc. in eodem libro. Atque Horatius primis & fœlicibus ſeculis, homines omnes in agris uitam egiſſe beatam teſtatur.

Beatus, inquit,[e] *ille qui procul negotijs,*
Vt priſca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet ſuis,
Solutus omni fœnore.
Nec excitatur claſſico miles truci:
Nec horret iratum mare:
Forumque uitat, & ſuperba ciuium.
Potentiorum limina.

a Geneſ. ca. 2.
b Geneſ. ca. 3.
c Geneſ. ca. 4.
d Zacharias, c. 13.
e Horatius, lib. Epodon, ode 2.

Scribit Seneca[f] Scipionem maiorem abluere
ſolitum corpus ruſticis feſſum laboribus, &
exercuiſſe corpus ſuum opere, & terrã, ut mos
3 erat priſcis, ſubegiſſe. Agricola ab agro qui colitur,
dictus eſt. Eſt autem ager locus, qui ſine
uilla eſt, ut ait Vlpianus,[g] & Florentinus.[h] Varro
agrum dictum putat[i] terram, quòd in ea aliquid
agerent fructus cauſa. Græcis item ἀγρὸς
παρὰ τοῦ ἄγειν, quòd in eo aliquid fiat ſemper,
uel in eo aliquid, ueluti præda capiatur, nem-
4 pe fructus. Agricolæ in iure in ſeptuplici ſunt
differentia.[k] Primum cenſiti, qui deſcripti ſunt
in cenſus libro pro terra, & eius ratione quam
poſſident:[l] putant & conſcriptos terras ſeu agros
poſſeſſos non potuiſſe alienare.[m] Et mihi
non diſplicet cenſitos colonos hodie dici poſſe
clientes Dominorum, quos uocant obliarios,
ſeu cẽſuales, *Seigneurs cenſuels*, qui liberi ſunt,
& omnia tributa præſtant cenſibus, dumtaxat
adſcripti.[n] Dici & poſſunt tributarij coloni nexu
tantum tributi, ob res obligati, & ideo abire
liberè à poſſeſſione poſſunt, & uendere ius ſuũ,
permittente Domino, ut dicimus, directo,[o] per
ſolutis illi laudimijs ſeu anthoramento, & ſaluo
eis iure prælationis, iuxta formam iuris em-
5 phytheotici agri.[p] Coloni dicuntur deducti in
aliquem locum agricolæ, agri colendi cauſa,
quemadmodum dicti coloni & coloniæ populi
ad habitandum aliquo miſſi: à ciuibus ita differentes
qui priores eo in loco erant, quàm coloni
fuerint adducti. Et ſi alij ſuperinducantur
ad reparandas colonias, & antiqui & noui coloni
rectè dicuntur. Et apud Ciceronem,[q] colonus
eſt, qui fundum penſione colendum acceperit
à priuato: exemplo colonorum reipublicæ,
qui ut plerumque ad captas bello ciuitates
& agros incolendos, cum penſionis præſtatione
annua mittebantur: paucis exceptis, ut duodecim
coloniæ Romanorum, quæ immunes à
penſione erant. Vnde coloniæ publicæ, & priuatorum:
cum ſint qui agros Reip. colant, & pri-
6 uatorum.[r] 2. Alij coloni dicuntur adſcripti, qui
bus lex ſeu conditio à maioribus conſtituta, ut
eos perpetuo æternitatis iure colonos retineat,
ita ut illis non liceat ex his locis, quorum fructu
releuantur, abſcedere, nec ea deſerere,[s] quę
ſemel colenda ſuſceperunt. Et Domino fundi
ita teneantur, ut ſine pœna etiam ſuſcipientis
non poſſint abſcedere.[t] Cuius cõditionis ſunt
coloni Paleſtini,[t] Thracenſes,[u] Illyricani,[x] &
alij quidam.[y] Illi enim perpetuò adhærent agro,
ut nec momento quidem temporis debeat
ſeparari à gleba, uel honoris, uel alterius obſequij,
uel officij cauſa,[a] conditione quidem ingenui,
ſed acto, terræ cui adſcripti, ſerui.[b] Et ita
quodammodo ſerui eorum, quorum poſſeſſio
eſt.[b] Attamen ſi coloni adſcriptitij per triginta
annos coluerint fundum domini, libertate quidem
plena potiuntur, rus tamen proprium te-
7 nentur incolere.[c] 3. Originarij alij coloni, qui
ex adſcriptitijs nati, eiuſdem ſunt conditionis
ac patres, nomine tantum diſtincti,[d] debentque
& illi terræ inhærere ſemper, quam pa-
8 tres eorum colendam ſuſceperunt.[e] 4. Inquilini
coloni erunt, qui alibi, quàm ubi nati
ſunt, habitant, & agros colunt: uel qui alibi
habitant, alibi agros colunt: ut propriè
colonus, qui in agro, quem colit, habitat.[f]

f Seneca, epiſt. 1 lib. 13.
g Vlp. in l. ager. l. 27 de uerb. ſignif.
h in l. fundi appellatio, l. 211. eod tit.
i Varro, lib de ling. Latina.
k ...
l ...
m ...
n ...
o de quibus & intelligi poteſt l. 1 de colo. Illyricanis lib. 11. C. tit 50.
p l. fin de iure emphytheo. lib. 4. C. tit. 8.
q Cic. pro Cæcinna.
r ...
s ...
t ...
u ...
x ...
y ...
a ...
b ...
c l. penult. § 1. de agricol. & cenſit. C.
d ...
e ...
f ...

Trãſferri enim coloni ab alio in alium locum
poſſunt, ſi utriuſque fundi uel loci unus ſit Do
minus, & in quolibet eorum habeat colonos,[a]
donec ab eius ditione alter locus exeat: quo ca-
ſu, ei qui poſtea prædium nanciſcitur, tenetur
propriam ſobolem propriorum colonorum re
ſtituere translatorum.[b] Quando autem, & quo
modo cum ſolo & ſine ſolo alienari poſſint hi
coloni, uide diſputatum, in l. quemadmodum,
l. 7. & ibi gloſſemata, de agricol. & cenſit. C. lib.
9 11. Coloni hi omnes uidentur perpetui fuiſſe,
qui principio ex lege uel pacto, ſe & ſuos cultu
ræ ſubiecerũt nexu certi ſoli:[c] non ſecus, quàm
curiales, qui ſe & ſuos curiæ in perpetuum ob-
ligant, dum fiunt curiales.[d] Sic olim Marian-
dyni, ſeſe Heracleotis ſubiecerunt, polliciti ſe
pro mercede in poſterum perpetuo ſeruituros,
ſi ſibi neceſſaria ſuppeditarent, ſtipulatione ca
uentes ne ullius eorum fieret uenditio extra re
gionem Heracleotarum, ſed in ipſa ſolum pro
pria regione.[e] Quemadmodũ &, ut ait Arche-
machus 3. Euboicarum, ex Bœotis qui Arnæã
coluerunt, qui nõ receſſerunt in Bœotiam pro-
pter amorem regionis, ſeipſos Theſſalis in ſer-
uitutem dederunt, ex ſtipulatione, ne ſe extra
regionem reciperent, neque occiderẽt: ipſique
regionem illis colentes tributa perſoluebant.
Qui ſic ex ſtipulatione autem manſerunt, ſeſe-
que ipſos dediderunt, nunc meneſtę uocati sũt,
poſtea peneſtæ, quorum multi ditiores erant
10 ipſorum Dominis.[f] Sunt & quinto loco alij co
loni, ratione pœnæ perpetuo colonarui addi-
cti eius, qui fictitiam mendicitatem, & corporis
ſimulatam aliquorum ægritudinem detexiſ-
11 ſet.[g] Sexto, alij coloni eſſe poſſunt, dicti pro-
prie mancipia ruſtica, ſerui comparati à patre-
familias, ut fundo imponerentur.[h] Suntque &
illi in multiplici differentia, colentes, exercen-
tes agros, prępoſiti eorum uillici, ſaltuarius, qui
fructuum conſeruandorum gratia paratus ſit,
piſtor, tonſor familiæ ruſticæ, mulieres panem
ruſticis coquentes, uillam ſeruantes, molitores
ad uſum ruſticum parati, focariæ uillicæ,[i] pani
ficæ ruſticæ, laniæ, fullones.[k] bubulcus, arator,
12 putatores, foſſores, paſtores.[l] Septimo ſunt co
loni omnino liberi & ingenui rebus ſuis ope-
13 ram dantes, ruſtici, uel ruricolæ dicti.[m] Apud
Indos γεωργοὶ, ſeu agricolæ, ſecundum genus
hominum poſt ſophiſtas ſeu ſapientes eſt: qui
neque arma habent, quibus in bello utantur,
neque bellicas res curant, agros colentes, regi-
bus liberiſque urbibus tributa pendentes.[n] Si
cuti & iure Inſubrum inhibitum ruſticis arma
uel lanceam portare, uel gladium: alioquin iu
dex uel arma tollere, uel pro illis uiginti ſoli-
dos exigere poteſt.[o] Nam & illi agricolæ etiam
ſæuientibus ad rabiem uſque mutuo prœlio-
ciis, inter medios hoſtes erant ſacroſancti & in-
tacti, agrique eorum apud Indos, illique iuxta
eos tranquillè aut arationi, aut uindemiæ, uel
frondationi, uel meſſi uacabãt.[p] Et hoc ipſum
in imperio ſeruandum Romano cauiſſe uide-
tur conſtitutio Friderici Cæſaris. *Agricultores,*
inquit,[q] *circa rem ruſticam occupati, dum uillis in*
ſident, dum agros colunt, ſecuri ſint in quacumque
parte terrarum: ita ut nullus inueniatur tam audax,
ut perſonas, boues, & agrorum inſtrumenta, aut ſi
quid aliud ſit, quod ad agrarum ruſticam curam per
tineat, inuadere aut capere, aut uiolenter auferre
præſumat. Si quis autem huiuſmodi ſtatutum, auſu
temerario uiolare præſumpſerit, in quadruplum ab-
lata reſtituat, & infamiæ notam ipſo iure incurrat,
imperiali animaduerſione nihilominus puniendus.

a d. l. definimus, & ea 2. de ſtatu... 3. De ... tit. 6 l. quoties C. famil. erciſcun.
b l. definimus in fin.
c l. 2. de colon. Palæſt. li. 10. C.
d l. curiales, 15 & ſeq. l. omnes qui curiali, 48. l. in filijs, l. in ſucceſſione, l. 43 de decur. li. 10. C. tit. 31. l. ... ſi curial. relicta ciuitate rus habitare maluerit lib. 10. C. tit. 37.
e Athenæus, li. 6 dipnoſo. cap. 7.
f Athenæus, d. cap. 7.
g l. unic. de mẽdica. ualid. lib. 11. C. titu. 25.
h l. ſi mãcipijs, l. 19 de fundo inſtruct. lib. 33. P. tit. 7. l. cum de lanionis. 18 §. cui fundum, l. quæſitũ, § quæſitum, & l. ſi ita, eo tit. l. in lege, l. 104 de uerbo. ſignific.
i l. inſtrumẽtis, l. 8 de ſeruit... fructo, in P.
k l. quæſitum, & l. 12 §. Trebatius, eod. tit.
l d. l. cum de lanionis, §. de bubulco, & §§ ſequen. eod.
m de quib. in l. 3. de agricol. & cenſ. lib. 11. C. l. 2 & 3 ne ruſticani ad ullũ obſeq. deuocẽt. li. 11 C. tit. 54. tit. nullum ruſticanum agricolæ, &c. in authentic.
n Arrianus, li. rer. Indicarum Strabo 15.
o §. ſi quis ruſticus, de pace tenen. & eius uiolator libr. 1. ſeudor. tit. 27.
p Arrianus, in Indicis.
q § agricultores, de ſtatutis & conſuetudi. contra liberta. eccleſ. editis, coll. 10. authen. agricultores, quæ res pignori oblig. poſſũ. 8. C. tit. 17.

14 Agricolarum ſeu colonorum, qui ſibi ſiuiuti &
liberi ſunt in rure, duæ poſſunt conſtitui ſpe-
cies: una eorum, qui ſua colunt rura: alia eorũ,
qui aliena: quorum triplex differentia, uel cum
mercede locantium operas ſuas una: alia eorũ
qui parte fructuum aliqua accepta ex cultis re-
manente rerum proprietate dominis, alienis in
ſudant: unde & iſti coloni partiarij[r] dicũtur, à
parte Græcis μορτῖται, μορτὴ γὰρ τὸ μέρος,[s] id eſt,
morte pars eſt, unde mortitæ Gręcis. Et apud A-
thenienſes teſte Plutarcho,[t] ἑκτήμοροι, plebeij
dicebantur, quòd ſextam fructuum partem di-
uitibus ſoluerent. Tertia porro ſpecies eorum
eſt qui fundos alienos conducunt colendos ad
certum tempus ſub penſione, uocamus,[u] *en ar*
rentement, ad ſuam utilitatem, non dominorũ,
quique fructus ſuos faciunt, ubi primum decer
pti.[x] Eorum porro qui ſua colunt rura, pote-
ſtas & arbitrium rerum ſuarum eſt, ut domino
rum in propria, liberum:[y] atque priuilegia co-
15 lonorum omnia illis integra ſunt. Eorum au-
tem, qui aliena colunt rura, non ita libera: ſed
primum ex lege locationis omnia agere debẽt
in alienis, quorum curam ſuſceperunt, & cultu
ram ex ea præſtare.[z] Deinceps, & ea quæ com-
muniter ex bona fide præſtantur, præter ea quę
expreſſe placuerunt, ueniunt, ueluti ex tacita
conuentione: ut quæ de relocatione tacita dicũ
tur, ſi Dominus patiatur poſt elapſum locatio-
nis tempus, colonum eſſe in fundo.[a] Venitque,
ut ſi uilla non reficiatur, uel ſtabulum, uel ubi
greges coloni ſtare oporteat, ut pręſtetur actio
ne ex conducto.[b] Ut Dominus deducere tenea
tur ex penſione, omne damnum quod in fructi
contigit colono, ui tempeſtatis calamitoſæ cui
reſiſti non poteſt, ut puta fluminum, graculo-
rum, ſturnorum, uredinis inaſſuetę terræ mo-
tus.[c] Ut eiecto colono propter aliquam etiam
legitimam cauſam, reſtituantur ei in res expenſ
16 ſæ utiliter per eum factæ.[d] Materia autem, cir-
ca quam agricultura uel coloni uerſantur, ter-
ra eſt, quæ omnibus agricolis proſtat commu-
niter: uerum, alij alijs conditionibus & legibus
eam colunt, ut dixi. Ita terra ipſa & diuerſas le
ges agricolæ quoque accipiunt, ex uoluntate
dominorum, uel paciſcentium, uel ſecundum
conuẽtiones, uel ſecundum iuris regulas. Quæ
omnia & res & perſonas, & modos colendi &
17 fruendi continent. Et quæ accuratè perſequũ-
tur iuriſconſulti. In rebus diſtingũt, num pro
pria, an aliena: num cenſualis, libera, ſeruiens,
allodialis, feudalis, uel alterius generis ſit, de
quibus ſuis locis tractatur. His accedunt inſtru
menta, quæ quærendorum, cogendorum, con-
ſeruandorũve fructuum gratia neceſſaria ſunt.
Quærendi cauſa ſunt boues, pecora ſtercoran-
di cauſa, uaſa utilia, aratra, ligones, ſarculi, fal-
ces putatoriæ, bidentes, & ſimilia. Cogendi cau
ſa torcularia, corbes, falces meſſoriæ, fœnariæ,
quales uindemiatorij, exceptorij, quibus uuæ
exportantur. Conſeruandi, ut dolia, cupæ.[e] &c.
Numerant & inter Inſtrumenta perſonas, agri
colas, colonos, & præpoſitos illorum, uillicos,
monitores,[f] & alios de quibus paulo ante. Ars
autem agriculturæ & plura alia in rebus & per
ſonis deſiderat, quàm nunc explanemus, cum
id inſtitutum tractationis iuris non patiatur, &
18 alibi etiã proprio libro pertractauerimus.[g] Ru
ſticas quaſdã leges Gręcè edidit Iuſtinianus, ad
diuerſa capita pertinẽtes, inter pręcipuas, & ſin
gulares illæ ſunt. *Si colonus partiarius citra uolũ-*
tatẽ Domini in agro demeſſo manipulos eius inter
uerterit, ceu fur, ab omni perceptione excludetur.[h]

r Caius, l. ſi merces, l. 25 §. uis maior, in locati, lib. 19 P. tit. 2.
s Heſychius, in uoce μορτίτης.
t Plutarch. in Solone.
u de iſtis colonis paſſim in titulo loca. in P. ut poſteà explicabimus.
x Paul. in l. ſi apes, l. 26 §. ... de furtis, li. 47. P. titul. 2.
y l. in re mandata, C. mãda. l. nemo cæterus, C. de Iudæis.
z Ulpi. in l. ex conducto, l. 14. locat. P. lib. 19. l. ſi merces, l. 25 § cõductor, eod. tit.
a Ulpi. l. item quæritur, 24. §. pen. & l. qui ad certũ tem. et. l. 13 locat. in P. l. in rebus, in 6. de precar. & cum ſimil.
b l. ex conducto, 16. loca. P.
c d. l. ex conducto, §. ſi uis tempeſtatis, & l. ſi uno anno. l. 17. cũ ſuis §§. 1 & 2 & l. ſi merces, l. 25 § uis maior, eo. tit. locat. P. l. licet, C. eo. tit. c. ſ. de loca. d l. penult. loca. P.
e l. inſtrumenta fundi, 8. de fund. inſtruct. lib. 33. P. tit. 7 l. quæſitum, l. 12. § 1. eod. tit. de his plura li. 47. Syntax.
f d. l. inſtrumenta.
g in li. Syntax.
h Iuſtinian. in legibus Georgicis, titulo α. γεωργικὸν. l. α.

Alia,

Alia, ſi colonus fundo ſuſcepto ἐφ' ἡμισείᾳ, id eſt, ſub lege medietatis fructuum percipienda, debito tempore eum non excoluerit, ſed ſerius granum conſeuerit, nihil ex fructibus percipito. ὅτι ψευσάμενος διεχλεύασε τὸν τῆς χώρας κύριον, *quod mendacijs fundi Dominum deluſerit.*[a] Et iterum,[b] ἐὰν γεωργὸς λάβῃ παρά τινος γεωργοῦ ἀπορήσαντος τὴν ἰδίαν ἀμπελῶνα πρὸς ἐργασίαν, καὶ οὐ κλαδεύσῃ κατὰ τὸ πρέπον ἢ χαρακώσῃ ἢ σκάψῃ, μηδὲν ἀντιλαμβανέτω ἐκ τῆς ἐπικαρπίας, id eſt, *Si colonus ab alio quopiam colono inope, uineam ſub lege medietatis colendam receperit, nec uites ut oportet putarit, uel uineam foderit, ſtatumine ſuffulſerit, ſcrobes fecerit, nihil ex frugibus pcipito.* Alia[c] & præſtantiſſima: *Si quis lege medietatis percipiēda, fundum coloni peregrè profecti colendum ſuſceperit, & poſtea mutata ſententia eum reliquerit, duplum fructuum percipiendorum dependito.* Aliæ leges Iuſtiniani da agricolarum terris non oppignerandis ob mutuum, inter nouellas ponuntur. Item ne plus fœnoris ab illis exigator pro debito, quàm pro ſingulis modijs rerū aridarum mutuatarum, octaua pars annuatim, &

19 pro ſingulis ſolidis, ſiliqua una.[d] Ad agriculturam utcumque pertinent hortulani, olitores, herbarij, ſeplaſiarij. Hortus olitorius ad reditū & neceſſitatem potius, quàm ad uoluptatem pertinet, ut conſtat ex Iuliano.[e] Nec addubito hortulanos quoque inter artifices adnumerandos, ſi modo agricultura eſt ars, ut uero eſt, quemadmodum conſtat ex libris Varronis, Columellæ, & aliorum de re ruſtica, ex Theophraſto, & alijs, qui de colendis aruis, herbis, & ſtirpibus, præcepta tradiderunt: foſſores tamen, & cultores, non putat Ludouicus Roma

20 nus artifices.[f] Hortulanis Iuſtinianus in nouellis leges poſuit.[g] Primū circa fraudes & auaritiam illorū: ij enim cum hortos à dominis acciperent locationis titulo inſitos, nili pretio olus tantū æſtimabant: elapſo autem tempore conductionis ultra ueram & iuſtā æſtimationē compendij ſui cauſa. Ea propter ſtatuit, ut talis hortus reſtituatur, qualis receptus fuerit, ſiue cum ſterquilinio, ſiue ſine eo. Atque ipſam olerum æſtimationem faciendam non per hortulanos ſolum, ſed adhibitis cum ijs, illis quos uocant ſummarios, quique harum rerum peritiā habent, ſacroſanctis pertactis Euangelijs. Statuens inſuper, ut ſi quis incultam terram elo-

21 cet, perſoluatur merces excultæ terræ. De ſeplaſiarijs, qui tam cultas, quàm incultas nouiūt & colligunt herbas & radices, eaſque præparāt: quin ad artem pertineant medicinę, non eſt ambiguum. Et de illis quoque, & pigmentarijs cautum, ne cui temere cicutam, ſalamandram, aconitum, pythiocampas, bupreſtim, mandragoras, aut ulceramenti cauſa cantharides, dent: alioquin pœna legis Corneliæ de ſicarijs ex ſenatuſconſulto imminente. Atque prohibitum mala uenena habere uel diſtrahere, niſi per ſe antidotum faciant, aut alexipharmacum, uel alijs uenenis mixta remedio ſint.[h]

De paſtoribus. Cap. XXIIII.

1 *Paſtoralis cura, pars agriculturæ.*
2 *Paſtorum diſtinctio.*
Paſtores partiarij qui, & lex eorum. eod.
3 *Paſtorum appellationes ab animalibus cuſtoditis diuerſę, & leges.*
Caprarij lex. eod.
4 *Bubulcus quis, & eius lex.*
Artifices bubulci. ead.
Agaſones. eod. Muliones. eod.
Equiſones. ead.
5 *Suarij immunitate donati.*
6 *Phaſianarij paſtores.*
Anſerum paſtores. eod.
7 *Paſcua herbarum mortiferarum locans quomodo paniatur.*
8 *Paſtorum armenti leges, de amiſſione animalis, comeſtione à lupo, de damno ab animali dato, de animali læſo, luxato, interempto.*
9 *Agaſo, an Dominus teneatur de damno dato ab equis & mulis.*
10 *Equus dans damnum quem obliget.*

1 PArs ruſticæ uitæ, in illis qui armenta & oues paſcunt, conſiſtere uidetur. Et ex duobus filijs primi agricolæ Adami, alter paſtor ouiū Abel, alter agricola erat. Paſtores abſolutè uidētur dici ouium cuſtodes, cuiuſmodi diximus[i]

2 olim fuiſſe præſtantiſſimos uiros. Paſtorum alij mercenarij, alij partiarij, alij Domini animalium. Primi operas ſuas uel diurnas, uel menſtruas, uel annuas locant.[k] Partiarij extra ſortem, quam capitale uocant, fœtum cum dominis animalium partiuntur, reſtituuntque ſoluta ſocietate ſortem plenam.[l] Videtur enim hic iuſta ſocietas, in quam Dominus animalia confert: paſtor uero operam, & induſtriam.[m] Sibi & tertio loco animalia ſeruat & paſcit, qui a-

3 liorum non utitur opera. Appellationes paſtorum tot ſunt, quot fere genera animalium, quę cuſtodiuntur & ad paſcua ducuntur. Sic Iulianus de caprario meminit, dum ait cuſtodem caprarum non teneri iudicio locati caſum præſtare, ſi ſine fraude capię à latronibus abactę ſūt.[n] Caprario legem ruſticam Varro dicta recenſet *ne coloni in agro ſurcularia capras compaſcant.*[o]

4 Bubulci ſunt, uel cuſtodes boum, uel qui cum illis arant:[p] atque Celſus, *qui paſcendos uitulos accipiunt, habere artem, & tamquam artifices, ſi quid imperitia peccauerint, teneri ac pro culpa, tradit.*[q] Sunt & ijs annumerandi agaſones,[r] equi-

5 ſones, muliones.[s] Sunt & ſuarij paſtores, ſiue porcinarij, qui ciuitatis uel municipij cuiuſdam porcos paſcunt, & ducunt in paſcua publica: donati etiam olim immunitate uiliū munerum:[t] eſtque prætor urbis iudex illorum cōſtitutus.[u] Neque mirum, ſi & porcinarij appellatione contineantur, cum & porci pecorum

6 ueniant[x] nomine. Accedunt & phaſianarij, & paſtores anſerum, commemorati à Paulo iuriſconſulto.[y] Animalia & paſcua, res ſunt quibus paſtores incumbunt. Proinde leges de paſtoribus ab illis pendent, & ea quæ de paſcuis alibi tractauimus, huc pertinent, quæ ſuo loco

7 uidenda ſunt,[z] ut & ea, quę de lege Aquilia dicta ſunt. Inter præcipuas & inſigniores horum leges, iſtæ obiter erunt recenſendæ. *Qui ſaltum paſcuum locauit, in quo cum malæ herbæ naſcerentur, & ex his pecora uel demortua ſunt, uel deteriora facta ſunt: ſi ſciebat, quòd intereſt præſtat, ſi ignorabat, penſionem non petit.*[a] De armentarijs eſt ti-

8 tulus in legibus Iuſtiniani proprius,[b] περὶ ἀγελαρίων, quo leges eorum traduntur. Prior, ut indemnis ſit ab amiſſione bouis, ſi eo die quo amiſerit, indicauerit Domino, contra, ſi non indicauerit. 2. nō teneri de boue interempto à lupis, ſi cadauer Domino indicet: ſingularis antē illa 3 ἐὰν ἀγελάρις βοῦν λαβὼν ἀπὸ γεωργοῦ ἐλθὼν, καὶ χωρισθῇ ὁ βοῦς τοῦ πλήθους τῶν βοῶν καὶ ἀπέλθῃ εἰς ἀλλότριον χωράφιον, ἢ εἰς ἀμπέλους, καὶ πράξῃ ζημίαν,

τῶν μὲν παῖδας διδότω τῷ ταῦ ὁ ἀγελάσιν, τοῦ καὶ μισθοῦ αὐτοῦ μὴ ςερείσθω. Si bos armentaria mane traditus paſcendus, à reliquo armento ſegregatus in ſata uel uineas digreſſus fuerit, pauperiemque fecerit, pauperiem factam præſtato armentarius, non tamen mercede ſua priuator. Alia, *Mortuo boue ſi armentarius ſine fraude ſua periiſſe iuret, indemnis eſt: idem ſi luxatus exaſculatuſque fuerit caſu. Si tamen conuictus iureiurando præſtito, & periurus fuerit, per duos uel tres idoneos teſtes: γλῶσσαν ἀποτεμνέσθω, τὸ ἀζήμιον τῷ κυρίῳ τοῦ βοὸς ποιείσθω: lingua mutilatus, indemnitatem bouis præſtato.* Alia poſtrema, *ἐὰν ἀγελάριος μετὰ τοῦ ἐν χερσὶν αὐτοῦ ξύλου ἀποκτείνῃ, καὶ κλάσῃ βοῦν, ἢ ἐκτυφλώσῃ, οὐκ ἔστιν ἀθῷος, ἀλλὰ ζημιούσθω, εἰ καὶ μετὰ λίθου προύσας, ἀζήμιος ἔστω.* id eſt, *Si armentarius baculo quem manu geſtabat, uel bouem occiderit, uel membro mutilauerit, uel eluſcarit, non eſt extra noxam, ſed damnum præſtato: ſi uero lapide eum petiuerit, à damno liber*
9 *eſto*. Hypotheſis de mulionibus, & damno da-
to à plauſtro ex culpa eorum, qua ipſi non Do-
minus mulorum teneantur, tradit Alphenus:[a]
contra, ſi mularum facto, quia reformidaſſent,
& ita plauſtro conuerſo uel acto, aliquem ob-
truncaſſent, vt Dominus non muliones uel
agaſones teneantur. Item & diſtinctiones de
damno dato ab oneratis iumentis ſupra mo-
dum, uel illis ductis per uiam peiorem, de qui-
10 bus ſuo loco uide.[b] Mulio ſi per imperitiam
impetum mularum retinere non potuerit, ſi
hæ alienum hominem obtriuerint, culpæ no-
mine tenetur, uel ſi propter infirmitatem acci-
dat. Idemque iuris in perſona eius, qui, quo ue-
hebatur, propter imperitiam uel infirmitatem
retinere non potuit:[c] uidelicet ſi alius firmior
retinere potuiſſet.[d] Bartholus notat agaſones,
qui impellunt equos, teneri clamare, ut uia de-
cedant obuij: alioqui in reos culpæ eſſe.[e]

a in l. ſi ex plagis, l. 39. §. in clino, ad leg. Aquil.
b l. qua actione, § ſed ſi quo plus, ad l. Aquiliam, P. l. 1. ſi quad paup. feciſſ. dica. P.
c Caius, l. idē iuris, l. 8. § mulionem, ad leg. Aquil. P.
d § impetu, de leg. Aquil. op. Iuſtin.
e Bart. in ſummario, l. ſi putator, ad leg. eu Aquil. P.

De medicis. Cap. XXV.

1 *Quid medicina, & ſpecies remiſſiue.*
2 *Medici digniores profeſſoribus artium.*
Medicorum ſpecies. eod.
Incantatione curantes non ſunt medici. eod.
Medici circulatores. eod.
Parabolani medici qui. eod.
3 *Obſtetrices inter medicos.*
4 *Archiatri medici.*
Medicorum immunitates. eod.
Antonius Muſa medicus Auguſti. eod.
5 *Medico donatio facta num ualeat.*
6 *Medici imperitia nocens plectenda.*
7 *Medicus qui ſanauit & mercedem accepit, recurrente morbo non tenetur ſanare.*
8 *Medicinam qui non poſſunt exercere.*
Monachis interdicta ars chirurgica. eod.
9 *Medici ne porrigant medicinam, antequàm ægroti aduocauerint ſpirituales medicos.*
Medici ne quid ſuadeant ægrotis in periculum animæ. eod.
10 *Medicis deponentibus de uulnere lethali, uel non, creditur.*
11 *Medicorum relationes de morborum indicio, quomodo exploranda à iudicibus.*
12 *Medicorum relatio de uulnere non lethali facit, ut ſi moriatur uulneratus, non teneatur uulnerans de homicidio.*
13 *Obſtetricum relationes quomodo à iudicibus perpendendæ.*

1 Quid medicina, quotve eius ſpecies,
& medicorum genera iam fusè ex
plicauimus lib. 28. Syntaxeon ar-
tis mirabilis: potiſſimum c. 1. 2. 3.
4. Ideo ea, quæ in iure de hac materia euoluun
tur, paucis & obiter annotaſſe, ut de cæteris, ſuf
2 ficit. Vlpianus medicos ſalutem hominum a-
gere ſcribit, & ideo eos præponit liberalium ar
tium profeſſoribus.[f] Annumerans inter medi-
cos, qui alicuius partus corporis, uel certi dolo-
ris ſanitatem pollicentur, ut puta ſi auricula-
rius, ſi fiſtulæ, uel dentium: Non tamen ſi in-
cantauit, uel imprecatus eſt, *& ut uulgari uerbo,*
inquit, *impoſtorum utar, ſi exorcizauit.* Non ſunt
iſta medicinæ genera, tametſi ſint, qui hos ſibi
profuiſſe cum prædicatione adfirment.[g] Sunt
& *περιοδευταί*, medici circulatores, connumera
ti,[h] & parabolani, qui ad curãda debilium cor
pora deputantur, ſexcenti in Alexandria ciui-
3 tate, arbitrio eiuſdem ciuitatis antiſtitis.[i] Ap-
pellatione quoque medici, & medicæ conti-
nentur,[k] & mulieres, quæ inter medicos enu-
meratæ ſunt: alibi obſtetrices dicuntur, atque
eodem pretio, quo medici, æſtimantur, ſexagin
ta ſolidorum,[l] & artem habere dicuntur.[m] In
ter medicos, quia illæ medicamenta exhibeãt,
4 obſtetrices ponit Vlpianus quoque.[n] Sunt &
ex medicis quidam dicti archiatri, id eſt, prin-
cipes medici, uel qui principales medici & præ
cipui ſunt, uidelicet delecti, à decurionibus ex
publico ſalarium accipientes.[o] Comitatum ar
chiatrorum conſtituit dignitatem Caſſiodo-
rus, eiuſque formulam tradit.[p] Meminit de
hac dignitate comitat[us] archiatri Auguſtus Cæ
ſar, & ei, uicarij & ducis qui adminiſtrauerit
priuilegia concedit.[q] Narrat Zonaras,[r] Augu
ſtum, cum eſſet conſul, & ſanatus fuiſſet ab An
tonio Muſa, ei conceſſiſſe inter cætera ius au-
reorum anulorum, necnon immunitatem, &
pariter medicis aliorum hominum, immunita
tem omnium tributorum, & onerum publico-
5 rum, quod & teſtatur Dio.[s] Medicorum leges
quædam ſingulares, una Vlpiani, ut ſi medicus,
qui, dum ægrum curaret, eundem compulit
medicamenta aduerſa inferendo, ut ei poſſeſſio
nes ſuas contra bonam fidem uenderet, præſes
prouinciæ factum coerceat, itemque reſtitui iu
beat.[t] Imperator Valens ait, pati ſe medicos
potiſſimum publicos capere, quæ ſani offerũt,
non ea, quæ periclitantes pro ſalute promit-
6 tunt.[u] Alia lex, ut ſicuti medico non imputa-
tur mortalitatis euentus, ita quod per imperi-
tiam commiſit, imputari ei debeat: prætextu e-
nim humanæ fragilitatis, delictum decipien-
tis in periculo homines in noxam eſſe non de
bet.[x] Nemo enim affectare id debet, in quo ſcit,
uel intelligere debet ſuam infirmitatẽ, uel im-
peritiam periculoſam alij fore.[y] Et Proculus
ait, *ſi medicus ſeruum imperitè ſecuerit, uel ex lo-
cato, uel ex Aquilia competere actionẽ.*[z] Et Caius
idem iuris eſſe ait, ſi medicamento perperam
uſus fuerit: ſed & qui bene ſecuerit, & dereliqua
rit curationem, ſecurus non erit: ſed culpæ reus
intelligitur,[a] ſiue gratis, ſiue mercede condu-
ctus operas medicus ſuas adhibuerit.[b] Itaque
ſi obſtetrix medicamentum dederit, & inde mu
lier perierit, Labeo diſtinguit, ut ſi quidem ſuis
manibus ſuppoſuerit, uideatur occidiſſe: ſi uero
dederit, ut ſibi mulier offerret, in factum actio-
nem dandam, utpote quòd magis cauſam
mortis præſtitiſſe, quam occidiſſe uideatur.[c]
Et vulgo tamen occidiſſe uidetur, qui & cau-
ſam mortis præbuit.[d] Atque mors ægri ex

f l. 1. § medicorum, de var. & extraordin. cognit.
g d. l. 1. § medicis.
h a Modeſtino, l. ſi duas, l. 6. § 1. de excuſat. tutor.
i l. parabolani, l. 18. de epiſc. & cler.
k l. 1. § ſin autem aliqua arte, de commun. ſer. manumiſſ. lib. 7. C. tit. 7.
l l. ſi commu. de lega. lib. 6. C. tit. 43.
m in leg. 3. in prin. de uentre inſpic. lib. 25. P. tit. 4.
n l. 1. § ſed & obſtetrices, de var. & extraor. cogni. P.
o l. 1. de detre. ab omi facie. in P. archiatri. l. 9. & l. ſi quis in archiatri, l. 10. de profeſſo. & medi. lib. 10. C. tit. 52.
p Caſſiod. lib. 6. Variar. c. 19.
q in l. unic. de comitibus archiatris ſacri palatij, lib. 12. C. tit. 13.
r Ioannes Zonaras, 2. tomo Annalium.
s Dio Caſſius, lib. 53.
t l. 3. de var. & extraor. cogni. in P. l. illicitas, de offi. præſi. l. ſi per importunitatẽ, ꝗ metus cau. C.
u l. archiatri. l. 9. de profeſſ. & medic. lib. 10. C. tit. 52.
x Vlp. in l. illicitas, l. 6. § ſicuti medico, de offic. præſi. lib. 1. P. tit. 18.
y Caius, in l. idem iuris, § mulionem, ad leg. Aquil. l. 8. P. tit. 2. § imperitia, § iniuria, de leg. Aquil. op. Iuſtin. l. cũ poſtea, § ſeruum, locat. l. imperitia, de reg. iur. l. damnũ, de dã. no infe. P. l. 1. ſi quod paup. fe. ciſſ. dica. P.
z l. qua actione, l. 7. § ſin ad l. Aquil. in P. § imperitia, & § ſicum, eod. titu. op. Iuſtinia. l. ſi quis fundum loca. P.
a Caius, l. idẽ iuris, l. 8. ad l. Aquil. P.
b glo. 1. notat in d. l. idẽ iuris.
c Vlpian. in l. item ſi obſtetrix, l. 9. ad leg. Aquil. in P.

medici

7 medici inſcitia, recte imputatur[a] eidē. Nam autem medicus, qui à podagra liberare aliquem promiſerat, pacta mercede & accepta, morbo ſublato, eodē recurrēte teneatur ſine mercede curare, & acceptam reſtituere, pluribus diſputat gloſſela quædam, & concludit negatiue.[b]
8 Medicinæ exercere artem inhibitum eſt, potiſſimum chirurgicam ſubdiaconis, diaconis, & ſacerdotibus, quæ inciſionem, uel aduſtionem inducit.[c] Et multum monachus dicitur delinquere, officium chirurgi uſurpando, quod ſibi
9 minimè congruit.[d] In modo curandi, lex illa concilio generali impoſita,[e] ut cum medici primum ab ægrotis, uidelicet graui infirmitate, & quæ non indiget celeri remedio, afflictis, uocabuntur, ipſos antea moneant, & inducant, ut medicos aduocent animarum, ut poſtquàm fuerit infirmo de ſpirituali ſalute prouiſum, ad corporalis medicinæ remedium ſalubrius procedatur. Cum cauſa ceſſante, nempe peccatis, ob quæ ſæpè morbi à Deo immittuntur, ceſſet effectus. Dehinc alia in eodem cōc. ne quis medicorum pro corporali ſalute aliquid ægroto ſuadeat, quod in periculum animæ conuertatur,[f] cum anima multo pretioſior ſit corpore.[g]
10 Medicis peritis deponētibus de uulnere, num ſit mortale, uel curabile, credi par eſt,[h] ut alijs in ſua arte peritis.[i] Imo uni tantum, ſi unum tantum ciuitas habeat.[k] Nam & iuriſconſulti, unius medici teſtimonio, in legibus conſtituēdis de his quæ ex medica ſcientia & phyſica pē-
11 dent, contenti fuerunt.[l] Cauere tamen debent iudices, qui relationes medicorum ſuper uulnera factas diiudicant, num pretio, uel amore, uel alio modo illegitimo extortæ ſint, an non adhibita uulnerum, uel morbi debita conſideratione: ex his enim ſæpè imponunt rei aduitandā debitam ultionem iudicibus, & ipſi uulnerati ſæpè ad exacerbandam uindictam, cenſuram aduerſus uulnerantes, ſeueriorem procurant fieri. Et Paulus iuriſconſul. iubet, ictus ſingu-
12 los diligenter inſpici.[m] Quod enim relatum eſt ſemel à medicis uulnus non fuiſſe lethale, hoc efficit, ut ſi poſtea uulneratus moriatur, præſumatur mortuus ex cura non adhibita, uel mala cuſtodia:[n] & ex culpa uulnerati, ueluti quod non adhibuerit medicum, uel malum adhibue-
13 rit.[o] Idem in obſtetricibus obſeruare debet iudex, ut perquirat ſi bonæ famæ, & honeſtæ, ſi nihil obijciatur, ſi expertiſſimæ in arte:[p] nam iſtis creditur, ſi de uirginitate probanda, uel de uentre inſpiciendo, uel impregnatione, uel potentia coeundi, agatur.[q] Admittuntur autem & probationes contra mulieres huiuſmodi, & contra earum inſpectionem: quia ſæpe corrumpuntur illa iudicia, & ſæpè quoque manus fallitur, & oculus obſtetricum.[r]

De varijs artificibus obiter, Caput XXVI.

1 *Piſtores.*
2 *Textores, artifices, & eorum leges.*
3 *Fullones qui, & de quo teneantur. Item 4.*
4 *Sarcinatores qui, & ad quid teneantur pro rebus acceptis.*
Veſtium damna penes ſutorem uel fullonem, ad quem pertineant. eod.
Sutor retinere poteſt ueſtē pro mercede futura. eo.
5 *Tinctorum lex.*
Baphia Romani imperij. eod.
6 *Balneatores uiliores hiſtrionibus.*
Balnea publica, priuata. eod.
7 *Balneanum prohibenda, uel neceſſaria.*
8 *Coqui an inter artifices.*
9 *Laniones, & eorum inſtrumenta.*

1 Piſtores erant olim Romæ, ut nunc ubique, qui ex lege conſtituta panem faciebant, & uendebant. Erāt piſtores in palatio Cæſaris, mancipia & ſubiecti comitum horreorum, qui ad dignitatem, uel officium aliud non poterant conſcendere.[s] Dabatur quippe olim palatinis annona in panibus coctis, nec licebat in frumen-
2 to exigere.[t] Africanos numerat inter artifices textores.[u] Iſtis lex à Deo olim impoſita, ne ueſtimentum ex lana linove contexerent.[x] Prohibitum iure Romanorum priuatis habere ueſtes ſericas intextas auro.[y] Erāt principis olim textores, mācipia uidelicet ei arti addicta, quos
3 qui occultaſſet ternis libris auri plectebatur.[z] Fullones ſunt, qui lauant, tingunt, poliunt, uel curant ueſtimenta. Vt ſarcinatores, qui farciūt.
4 Artifices quoque leges habent in iure poſitas: nam primum ſi ſine mercede cōſtituta uel promiſſa quis fulloni polienda curandave ueſtimenta, aut ſarcinatori dederit farcienda, mandati competit actio:[a] ſi mercede conſtituta, locati: ſi ſine conſtitutione mercedis, tamen ea ſpe ut conſtitueretur poſtea, præſcriptis uerbis, in factum.[b] Qui farciendum quid, uel poliendum conduxit, culpam præſtare debere, & quod imperitia peccauit: nam ibi culpam eſſe Celſus reſpondit: quippe, ut artifex, inquit, conduxit.[c] Neque enim quis debet affectare opus, in quo ſcit, uel intelligere debet, imperitiam ſuam alij fore damnoſam.[d] Si ueſtimenta tua fullo perdiderit, ſi poſſis facile condicere, condicis, & petis ſumptibus follonis, ſin minus, potes ex locato cum fullone experiri: iudex fullonem tibi condemnabit, tuas autem actiones tibi ei præſtare compellet.[e] Nam poteſt Dominus condictione furtiua, & rei uendicatione, aduerſus furem qui accepit à fullone agere: quamquam actio furti ſoli fulloni competat, non Domino, ſi modo fullo qui tenetur Domino ſit ſoluendo.[f] Vlpiani alia ſingularis, & uſui quotidiano accomoda lex. Si fullo ueſtimenta polienda acceperit, eaque mures roſerint, ex locato tenetur: quia debuit ab hac re cauere, & ſi pallium fullo permutauerit, & alij alterius dederit, ex locato actione tenebitur, etiamſi ignarus fecerit.[g] De materia fullonum, tractat Speculator, tit. de executione ſententiæ, §. 6. uerſ. 10. Vlpianus etiam aliam addit legem ex Trebatio, poſſe prohiberi fulloni, qui fullonicas circa fontem perennem currentem inſtituit, ne aquam conuoet, neve eam ſpurcam immittat.[h] Iulianus etiam refert, eum cui legatus eſt uſusfructus domus, meritoria ibi facere non debere, uidelicet neque diuerſoria, ne
5 que fullonica.[i] Subuenitur etiam ſutori, ut poſſit retinere ueſtem pro mercede futuræ.[k] Tinctores legem habent impoſitam, ne priuatorum uſibus tingant lanas colore ſimili colori muricis, neve purpuram.[l] Erant in republ. Romana per prouincias imperij certa loca deſtinata pannis tingēdis, ubi baphia erāt, id eſt, officinæ tinctorū, & illis procuratores præpoſiti: ueluti procurator baphij Tarentini, Calabriæ: procurator baphij Salonitani, Dalmatiæ: procurator baphij Ciſsēſis, Venetię & Hiſtrię: pcu-

raint baphij Syracuſani, Siciliæ: procuratot ba
phiorum omnium per Africam: procurator ba
phij Girhitani prouinciæ Tripolitanæ: procu-
rat. inſularum Balearium in Hiſpania: procur,
baphij Telnuenſis Galliarum: procurat, ba-
6 phij Narbonenſis.[a] Balneatores ſunt balneari-
bus mancipati obſequijs, qui dicuntur deterio
ris & uilioris conditionis, quàm hiſtriones ab
Vlpiano.[b] Erant olim balnea,& publica & pri
uata,& nunc quoque alicubi. Publicum omni-
bus patebat, ut qui prohiberetur ab eo, poſſet
etiam experiri actione iniuriarum.[c] Publicis
& expenſis fiebant iſta balnea publica.[d] Sunt
prouinciæ quædam, quæ balneorum habent
neceſſariam & ſalutarem cauſam, ob æſtus pel
lendos ſolis, & fæces ob ſudorem concretas de
7 pellendas. Cuiuſcunque modi tamen ſint con-
ſtitutionis cœli loca, putarunt alij ad uolupta-
tem potius & ad effœminandos homines bal-
nea eſſe inuenta,& improbanda, niſi ad depel-
lendos morbos, uel ex alijs da cauſis neceſſarijs
adhibeantur: quo caſu & clericis religioſis,[e] &
omni die, etiam feſto,[f] permittuntur. Atque cũ
rex Maurorum Toletam ciuitatem amiſiſſet, &
palantes milites eius adorti fuiſſent, & uiciſ-
ſent ſeptem comites Alphonſi Sexti eius nomi
nis regis Hiſpaniarum in loco vulgo dicto *Al-
cacar de Conſuegna*, Rex Alphonſus calamitatis
huius cauſam ſuorum animis nimia mollitie
effœminatis imputans, balnea, aliaque id ge-
nus illecebras, quas Mauri Toleti conſtitue-
rant, ſuſtulit, & populum ad priſtinam uirtu-
8 tem & ſeueritatem reducere eſt conatus.[g] Co-
qui inter artifices connumerantur à Caio,[h] &
à Martiano,[i] Iuriſconſ. quod & tuentur Ludo-
uicus Romanus,[k] & Felinus,[l] & Franciſcus
Cremenſis.[m] Andreas porro Barbatia multis
diſputat,[n] coquum habere officium: uerum &
officium & artem habere ſimul placuit:[o] & co
quum principis habere dignitatem tuetur Bal
dus.[p] Neque etiam eſt qui ambigat, certa eſſe
præcepta bene condiendi edulia, ſi modo lege-
rit librum Platinæ de honeſta uoluptate. Pu-
tant & alij,& uerum eſt, partem unam medici-
næ in delectu ciborum, & in illis præparandis
9 uerſari, quæ ἰατρική eſt. Sed nos de coqui con-
ſideratione, arte, & officio, alibi plura dixi-
mus,[q] quæ non repeto. Coquorum ueluti offi-
ciarij, & adminiſtri ſunt laniones, quorum in-
ſtrumenta quædam refert Paulus,[r] quæ pro la
nianda, & uendenda carne neceſſaria illis di-
cit, nempe menſas, trutinas, pondera, ferramen
ta, cultros, dolabras, &c.

a in libro qui Notitia prouinciarum utriuſque Imperij.

b Vlp. in l. ſed & ſi quid, de uſufruct. lib. 7. P. tit. 1.

c l. 2. §. ſi quis in mari, ne qu in loc. pub.

d ut uidere eſt apud Plinium Secundum, lib. 10. Epiſt. 18.

e cano. omnes qui, 25 q. 1.

f ca. peruenit, de conſecrat. diſt. 3.

g Franc. Tarapha. lib. 2. de regib. Hiſpan. in Alphonſo 6.

h Caius, in l. ſi quid uendiderit, l. 19 §. fi. de ædil. edict. lib. 21. P. tit. 1.

i l. ſeruus legatus, l. 65. §. ſi transferuns, de lega. 3. libr. 32. P. tit. 1.

k Ludo. Rom. in ſing. 51.

l Felin. in c. 1. in prin. de offi. & poteſta. iudic. delega.

m Franciſcus Cremen. ſingu la. 98.

o And. Barbatia, ad rub. de officio ordina.

o can. ne natales, de conſecr. diſt. 5.

p Bal. ad rubr. quis dicat. dux, march. in uſib. feud.

q Lib. 18. Syntagm. uſus mirab. c. 36.

r Paul. in l. cum de lanionis, l. 18. de fundo inſtructo, &c. lib. 33. P. tit. 7.

Syntagmatis iuris vniuerſi Libri Decimioctaui Finis.

DE MILITARIBVS PERSONIS, ET RE MILITARI.

Liber Decimuſnonus:

De militibus, & paganis, & militia inermi. Cap. I.

1 *Militia ars eſt.*
2 *Homines milites, aut pagani.*
Pagani qui. eod. Et paganiſmus & paganicum, & 3.
3 *Semipaganus quis apud Perſium.*
4 *Milites unde appellati.*
5 *Latrones qui milites, & quare dicti.*
6 *Militia, & militum ſpecies.*
7 *Militia ſpiritualis diuiſio.*
Angelorum militia. eod.
8 *Militia literaria in quibus inuenietur.*
Militia apparitorum, & aduocatorum. eod.
Profeſſores legum poſt 20. annos comites ſiunt, eodem.
9 *Militia palatina inermis quæ.*
Palatini milites diuerſi generis. eod.
10 *Militia ex caſu quæ.*
11 *Militia honoraria.*

1 Milites artem habent quan
dam quoque adquiſiti-
tiam, ut alibi docuimus:[a]
& ita inter artifices annu
2 merari eos par eſt. Ab il-
lis itaque nata & alia per
ſonatum diſtinctio, quæ,
& publicas, & priuatas perſonas poteſt comple
cti: ut alij dicti ſint pagani, alij milites. Pagani
propriè dicuntur, qui habitant in pagis uel op
pidis ruſticis, à fontibus ita dicti: quia circa fon
tes ſoliti erant antiqui ædificare domos & uil-
las, aquationis facilioris cauſa, ut ait Feſtus, ſic
ἀπὸ τῶν πηγῶν η in α, Doricè mutato, pagi & pa
3 gani ruſtici. Vt & Perſius,[b] ſemipaganum, ui-
delicet ſemidoctum, nō omnino ablutum, uel
ſaturum fonte muſarum, qui Poetas reddere di
cebatur. Sic enim intelligo potius, quàm ſemi-
ruſticum, ut dicam ſemipaganum, quaſi ſemi-
fontanum, non omnino aqua fontis partici-
pem. uerborum & contextus id docet.

Nec fonte labra prolui caballino,
Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo
Memini, ut repente ſic Poeta prodirem.
Heliconiadaſque, pallidamque Pirenem
Illis relinquo quorum imagines lambunt
Hederę ſequaces: ipſe ſemipaganus,
Ad ſacra uatum carmen adſero noſtrum.

Sic opinor, Diuus Auguſtinus rectè uocat eth-
nicos ſeu infideles idololatras, paganos, uelut
barbaros, & ignaros ueræ legis. Et inde paga-
niſmus, error, ſiue infidelitas quibus verbis &
Cæſares Chriſtiani in eadem ſignificatione,
uſi ſunt, titulis, ne Chriſtianum mancipium
hæreticus, uel paganus, uel Iudæus habeat:[c]
& de paganis, & ſacrificijs eorum.[d] Hinc ſa-
crificia quoque pagana prohibita apud ſum-
mos pontifices.[e] Alio modo omnes pagani
ſunt, qui non ſunt armati milites, ut apud Iu-
uenalem.[f]

--citiùs falſum producere teſtem
Contra paganum poſſis, quàm uera loquentem
Contra fortunam armati.

Et apud Suidam pagani etiam opponuntur
militibus, etſi urbani ſint, nempe ἀστράτευτοι. ad
fertque hunc locum [Greek illegible] καὶ ἀστρα-
τείας καὶ παγανοί. In iure noſtro ciuili familiaris
eſt hæc pagani dictio, pro eo qui non eſt mi-
les.[g] Paganum peculium caſtrenſi oppoſi-
tum.[h] Et paganicum ius, quod caſtrenſe nō
eſt, dicitur, & habere in paganico.[i] Paga-
norum itaque tot erunt ſpecies & ſectiones,
quot ſupra hominum differentias ex qualitate
diſtinctas commemorauimus, qui iure cōmuni
uti dicuntur, niſi ſi quod priuilegium illis ſin-
gulariter aliunde contingat. Neque itaque de
illis plura, ſed de militibus agendum erit. Mili
4 tes, inquit Vlpianus,[k] appellantur, vel à molli
tie, id eſt, per antiphraſim, à duritia quam pro
nobis ſuſtinent, aut à multitudine, aut à malo
quod arcere ſolent, uel à numero mille homi-
num, ut miles ſit quaſi milleſimus quiſque: &
ad priorum accedit Sextus Pōponius Feſtus,[l]
5 ad poſtremam, Valla.[m] Militum ſpecies eorū,
qui regi adſtabant, latronum eſt. Latrones, in-
quit Varro,[n] dicti à latere, qui circum latera
erant regi, atque ad latera habebant ferrum,
quos poſteà ab ſtipatione ſtipatores appella-
tunt, & qui conducebantur. Ea enim merces
Græcis dicitur λάτρον. Ab eo ueteres Poetæ non
nunquam milites appellant latrones: quòd vti
que milites cum ferro, aut quòd latent ad inſi-
dias faciendas. Sic Ennius:[o] *Hæc effatus ubi, latro
nes dicta faceſſunt.* Quibus & adſtipulatur No-
nius. Idem Varro quoque,[p] rationem nominis
militis ſignificantius attulit. *Milites*, inquit, *di-
cti, quod trium millium primum legio fiebat, ac ſin
gulæ tribus Tatienſium, Rhamneaſium, Lucerum,
millia ſingula militum mittebant.* Militia omnis
conſtat pugna, quæ eſt impugnatio, aggreſſio,
6 & defenſio: Et quia varijs modis quis pugnare,
obſiſtere, & reſiſtere dicitur, eadem ſimilitudi-
ne, milites erūt diuerſæ ſpeciei, militia quoque
diuerſa, in nomine conſentiens, in pugna & ar
morum ratione diſtinguēda. Idcirco ut paucis
omnem euoluamus ęquiuoci affinitatem, dico
militiā, quo nomine & intelligi par eſt milites
& arma eſſe uel ſpiritualem, uel corporalem,
7 ſeu, ut loquuntur patres, carnalem.[q] Rurſum,
ſpiritualis, uel eſt purorū ſpirituū inter ſe, vel
cum hominibus, uel animæ cū corpore; vel ec-
cleſiaſtica clericorum, vel ſecularis laicorum.

Sſ 4 Angelos

a lib. 35. Syntagm. cap. 3.
b Perſius, in principio.
c lib. 1. C. tit. 3.
d eod lib. 1. C. tit. 14. & tit. de Iudæis, ep. Gregor.
e cap. licet nobis, de preb.
f Iuuenal. Saty. 16.
g l. fruſtra, l. 7 de re mil. lib. 12. C. l. ius nostrum, de regu. iur. §. 1. de teſt. mil. ap. Iuſtin. l. milites, l. 18. §. fi. de cuſtod. reor. lib. 48. P. tit. 4. l. hæreditate, l. 19. §. filiusfamilias paganus, de caſtren. pec. in P. li. 49 tit 17.
h l. fi. de inoff. teſta C. li. 3. C. tit 29.
i l. 1. de teſtam. militis. lib 6. C. tit 21.
k Vlpi. in l. 1. §. fi. ac milit teſtam. lib. 29. P. tit. 1.
l Sextus Pompe. Feſtus, lib. de verb. ſign.
m Laurentius Vall. lib 1 elegant. c. 14
n Varro, lib. 6. de lin. Latina.
o Ennius, annal. 1.
p Varro, in 4.
q in c. niſi bella, 23. q. 1.

Angelos eſſe dictos milites cōſtat, & militiam ſummorum angelorum,[a] bonorum,[b] qui pro Dei pugnant voluntate, malorum: qui aduerſantur, quive impiè volunt, ut dij adorari. Vnde & militiam cœli quidam contra Dei maudets dicuntur adoraſſe,[c] ſiue dicamus ſtellas, ſiue ſpiritus immundos, vtrumque enim probo. Pugnauit angelus Dei Michael, & angeli eius, cum dracone angeliſque eius in cœlo, à quo eum pepulit.[d] Et apud Danielem,[e] *Angelus ei ait, princeps regni Perſarum reſtitit mihi vno & viginti diebus. Et ecce Michael vnus de principibus primis uenit in adiutorium meum, & ego remanſi ibi iuxta regem Perſarum, pugnam & virtutem angelorum homines in exercitu Senaſcherib experti.*[f] Et Iacob cum rediret in patriam.[g] De ſcribit & pugnam & certamen quod habemus quotidie cum dæmonibus, item arma ſpiritualia nobis neceſſaria, D. Paulus ad Epheſios epiſtola.[h] In ſumma, in carne ambulantes, nō tamen ſecundum carnem militamus. Nam arma militię noſtræ non ſunt carnalia, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum conſilia deſtruentes,[i] &c. Hanc animæ militiam & contra uitia & contra dæmonas, omnes quidem exercent, Chriſtiani potiſſimum homines, & aduerſum ſtimulos inferioris, & irrationalis patris[k] laborant: cum militie hominis uita ſit ſuper terram.[l] Et Seneca,[m] *atqui viuere, mi Lucilli, militare eſt*. Verùm magis ex profeſſo clericis illa militia curæ eſt. Et de iſtis dictum, nemo militans Deo, implicat ſe negotijs ſecularibus, ut ei placeat qui ſe probauit: nam & qui certat in agone, non coronabitur, niſi legitimè pugnauerit.[n] Militant enim clerici Deo diuerſis officijs & ordinibus[o] de quibus ait Zacharias,[p] *circundabo domum meam ex ijs qui militant mihi*; militum Chriſti arma, orationes & lachrymæ:[q] nec quis Deo, & homini-
8 bus ſimul rectè militare poteſt.[r] Alia quoque eſt ſpiritualis pugna & militia, quæ perſonis etiam non eccleſiaſticis conuenit; iſtique milites quando ingenio, uel rationibus, vel officio contendunt & laborant, pro ſalute humani generis & reipub. cuiuſmodi ſunt primum, qui certamine literario uerum excutiunt. Cuius concertationes D. Paulus[s] pugnas dicit verborum, & interdum vanas & inutiles, ut ſophiſtarum. Erat militia in prætorio duplex, apparitorum & aduocatorum. Apparitorum Vlpianus deſcribit:[t] & horum munus dicitur militaris.[u] Aduocatorum militiam Cicero, vrbanam vocat, reſpondendi, ſcribendi, cauendi.[x] Nec minus etiam militare uidentur aduocati ſeu patroni cauſarum, qui glorioſæ uocis confiſi munimine, ſe & alios à calumnijs & iniuſtitia defendunt.[y] Vnde & illis dicitur, exemplo militum armatæ militiæ, eſſe peculiū quaſi caſtrenſe.[z] Ratione officij, proximi ſacrorum ſcriniorum literatam quoque militiā gerere dicuntur. Quare & illi completo tempore ſuæ militiæ, à principe donabantur cingulo comitiuæ ſacri conſiſtorij in diem uitæ.[a] Priuilegium quoque militiæ & peculij quaſi caſtrenſis, conceſſum proconſulibus, præfectis legionum, præſidibus prouinciarum, & alijs adminiſtratoribus à principe præpoſitis, memorialibus agentibus in rebus, magiſtris ſtudiorum liberalium, archiatris, & alijs omnibus, qui ſalarie uel ſtipendia accipiunt publica.[b] Et imperator Valens grammaticos, ſophiſtas, legum profeſſores, qui per uiginti annos probè munere docendi functi ſunt, annu-

a Iob. c. 25.
b Luc. 2. can. noſtre facta, ca de illis, can. hi duo, can. porro, de conſe. diſt. 1.
c 4. Regum 23. Hierem. 19.
d Apocal. c. 12.
e Daniel. cap. 10.
f 2. Paralip. 32.
g Geneſ. 32.
h ad Ephe. c. 6.
i 2. ad Corint. c. 10. c. niſi bella, 23. q. 1.
k 1 D. Petr. 2.
l ca. 1. necti & quia, de conſe. diſt. 1. Iob. c. 7. diuus Auguſt. 19. de ciuita. c. 27.
m Senec. li. 16. epiſt.
n 2. ad Timot. 2. c. 1. c. ſed nec procurationum, ne cler. uel monac. ap. Greg. c. conſequēs, 88. diſtinct.
o ca. ſi officia, 93. diſt. can. reprehēſibile, 23. q. 8.
p Zachar. ca. 9.
q cano. conuenior, 23. q. 8.
r can. apoſtolorum, & ca. ſeq. 21. q. 1.
s 1. ad Timo. 6. ad Titum 3.
t Vlp. in l. 10. ea dem cauſa, ex quib. cau. ma.
v l. qui teſtamentum, de tei uend. in F.
x Cicero, pro Murena.
y l. aduocati, de aduo. diuer. iudic.
z l. fori, l. 4. de aduo. diuer iudic. lib. 2. C. tit. 7.
a l. proximos, l. 8. de proxim. ſacror. ſcrin. li. 12. C. tit. 19. l. vniuique, l. 7. l. peculiam, § 5. eo tit.
b l. 8. § 1. & § quis itaq; de inoff. teſta. lib. 3. C. tit. 28.

merari & honorari cum ijs, qui ex uicaria ſint principis dignitate iubet, & inter comites.[c]
9 Militia inermis, palatina quoque, de qua Sidonius meminit:[d] vnde Palatini milites, quicunque in Auguſtorum miniſterio fuerunt, quos modo aulicos[e] uel curiales dicimus, iura quoque de iſtis tractant.[f] Iſti non armis militabant, ſed menſis & conſilijs opem ferebant. Erantque aliqui eorum comites palatini domeſtici comitatenſes & mittendarij, id eſt, qui mitti poſſent, uel idonei eſſent, ut mitterentur ab imperatore ad regendas prouincias.[g] Erant & palatini ſacrarum largitionum, & rei priuatæ, militari dignitate decorati.[h] Inter palatinos milites connumerantur præpoſiti ſacri, uel principis cubiculi: memoriales, qui ſcrinijs memoriæ epiſtolarum, libellorum, lactarumque diſpoſitionum reſeruntur, & comitatenſes palatini, & ſingularum urbium.[i] Et iſti omnes caſtrenſe peculium habere dicuntur.[k] Dignitate etiam æquant iura, præpoſitos cubiculi Auguſti & Auguſtæ, præfectis prætorio, præfectis vrbi, & magiſteriæ dignitati peditum & equitum.[l] Dicuntur & aliqui in ſchola veſtis ſacræ militare, priuile-
10 gijs militum donati.[m] Militia quoque inermis ex caſu appellata quædam, de qua & meminit Iuſtinianus,[n] quando propter aliquem caſum fortuitum officiarij principis, officium ſuum minus implere poterant, & eis coadiutores dabantur; eamq; caſu militiam dictam in alios transferre licebat, ut tradit Lælius Tancellus.[o] Quod Arcadius Cæſar ſua conſtitu-
11 tione latè explicauit.[p] Poſſumus iſtis adiungere honorariam militiam, quæ citra cingulum militiæ conceditur. Quales & milites ſeu equites princeps facit togatos, amplexu uel alio modo ſeu codicillis: qui videntur milites oſtentionales dicti apud Lampridium,[q] nempe oſtentationis cauſa & honoris gratia facti, milites.

De militia armata. Cap. II.

1 *Militia armata qua.*
2 *Bella & pugna unde oriuntur.*
Bellorum leges à iure gentium quare poſita aut recepta eod.
Hoſtis quis. eod. *Prædo quis. eod.*
3 *Bellum ex quibus cauſis iuſtum ſit, & 7. 11. 13.*
Bellum quomodo ſolemniter indicebatur. eod.
4 *Pugnæ initij faciendi ſigna ante inuentionem tubæ.*
Fax proiecta initium pugnæ dabat. eod.
5 Heraux, *ſeu caduceatores Gallici, & eorum munus.*
6 *Sacerdotes in exercitu inſtructo pugnantibus cur aderant apud Iudæos.*
7 *Pax belli finalis, cauſa, & obedientia.*
8 *Milites in inſtitutione rerumpub. additi quare cæteris.*
9 *Gladij poteſtas magiſtratuum.*
10 *Arma lex temperat & regit.*
11 *Homicidio excuſatur, qui interimit authore lege, uel iubente principe.*

1 Militia corporalis, & armata, à qua milites armati dicti,[r] eſt, cū armis corporalibus extrinſecus, uel cominus uel eminus certatur: quamuis in ea plurimū ingeniū valeat, cū nō tātū vi corporis, ſed virtute animi militia procedat.[s] De

qua

c l. unic. de profeſſo qui in vrbe Conſtantinopol. lib. 12. C. tit. 1. iuncta rub. & glo.
d Sidonius, li. 1. epiſto. ad Eutropium.
e in auth. l. 2. & 3. de priuil. eorum, &c. li. 12. C. tit. 29.
f l. ſeruitij, de palatinis ſacrarum largit. lib. 12. C. tit. 24. & tit. de priuil. eorum qui in ſacro palatio militant, eo. li. 12. C. tit. 19.
g l. 5. l. placuit, § de palatinis ſacra. largitio. lib. 12. C.
h l. inter alios, l. 15. & l. iubemus, l. 14. eod. tit. de palat. ſacrar. largit.
i l. 2. de priuil. eorum qui in ſacro palat. militant lib. 12 C.
k d. l. 2. de priuileg. eorū, qui in ſacro palat. milit. l. unic. de Caſtrenſ. omnium palat. peculio, lib. 12. C. tit. 31.
l l. 1. de præpoſitis ſacri cubiculi, lib. 12 C. tit. 5. & l. 1. de præfect. prætor. urbis, eo. lib. tit. 4.
m in l. is qui in ſchola, l. 3. de caſtrenſianis & miniſterianis, lib. 12. C. tit. 26.
n Iuſtinia. nouella 53 & 97.
o Lælius Tancellus, li. de militijs ex caſu, ad Antonium Auguſtinum.
p Arcad. in l. ſi. de proxim. ſacror. ſcrin. lib. 12 C. tit. 19.
q Lamprid. in Alexand.
r §. quiſquis autem, quibus mod. nat. effic. legit. coll. 11. 6. tit. 1.
s Salluſtius, in princ. coniur. Catil.

qua nunc dicendum, & de eius militibus, qui & à iure nomine armatæ militiæ à ſuperioribus
2 diſtinguũtur.[a] Pugnarum ſeu bellorum & controuerſiarum fontem ex concupiſcentijs hominum & malitijs procedere notarunt ſacræ literæ,[b] & iuriſprudentiæ noſtræ authores.[c] Bella autem legitima à iure gentium inducta, ut ab eodem diſcretæ gentes, regna condita, agris termini impoſiti.[d] Nec tamen bellum dico per ſe iuris eſſe alicuius, ſed decernendi belli leges; bellum quippe à belluis, & ferino quodam ingenio manat, & inde dictum autumat Feſtus, & innuit Cicero.[e] Imo maiori immanitate peccant in eo homines, quàm feræ rationis expertes: neque enim unquam inter ſe leones, aut inter ſe dracones, qualia homines bella inter ſe geſſerunt.[f] Animalia enim cum ſuo genere pacifice degunt, congregantur, & ſtant contra diſſimilia. Et, ut ait Xenophon,[g] εἰρήνη δοκεῖ μέγα ἀγαθὸν εἶναι τοῖς ἀνθρώποις, πόλεμος μέγα κακόν. Pax uidetur eſſe homini maximum bonum, bellũ magnum malum: quia ab illa εὐθυμία, animi tranquillitate, quam Democritus ſummam fœlicitatem ſtatuit, & alij Stoici concordiam, homines auocet. Et imperio, ut ait Cornelius Tacitus, utendum non eſt, ubi legibus agi poteſt.[h] Quamobrem in hac corrupta hominum natura, quæ ad diſſentiendum prona eſt,[i] & facile temere concitatur, aliquomodo conſenſu publico gentium proſpectum eſt. Et leges iuſti uel iniuſti belli, & modus inferendi adiectus, ſecundum quæ tantum liceat. Sic Vlpianus, *Hoſtes, inquit, ſunt quibus bellum publice populus Romanus decreuit, uel ipſi populo Romano. Cæteri uero ſunt latrunculi, & prædones.*[k] Quod ſequitur Pomponius.[l] Ita Cicero tradit,[m] Pyratam non eſſe perduellionis nomine compræhenſum, id eſt, non eſſe hoſtem, cum quo bellum definitũ, ſed communem omnium eſſe hoſtem. Vocabãt enim antiqui quos nos hoſtes dicimus perduelliones, & latrones, hoſtes.[n] Marcus Tul.
3 Cicero,[o] belli æquitatem ſanctiſſimè fæciali populi Romani iure, præſcriptã ſcribit: ex quo intelligi poſſit, nullum bellum eſſe iuſtum, niſi quod aut pro rebus repetendis geratur, & ante denunciatum, aut indictum ſit. Liuius[p] quoque & Feneſtella,[q] de forma belli per fæcialem indicendi tradunt, quæ fiebat uerbis conceptis, immiſſo in hoſtes telo uel haſta ſanguine infecta. quibus & teſtimonium adſerunt, Gellius,[r] Dionyſius Halicarnaſſeus.[s] Plutarchus.[t] Atque inter militaria iura hæc in pontificis ſanctionibus,[u] belli inferendi inuenitur ſolemnitas, fœderis faciendi nexus, ſigno dato egreſſio in hoſtes uel pugnæ commiſſio, ſigno dato receptio. Flagitij militaris diſciplina, ſtipẽdiorum modus, dignitatis gradus, præmiorum honor, prædæ diuiſio, reſeruata principis por-
4 tione. Erant & ante pugnæ cõgreſſum publicæ quædam, & inuiolatæ quædam cæremoniæ: ut ante uſum receptæ in bellis tubæ, moris erat ut uates ante præcederet, lauro coronatus, ac facem geſtans ab hoc nim belli utrique abſtinebant. Talem uocabant πυρφόρον, unde & prouerbium, nec ignifer quidem reliquus factus.[x] Quod & colligitur ex Euripide,[y] dum agit de concurſu, & certamine Etheoclis & Polinycis fratrum.

ἐπεὶ δ᾽ ἀφείθη πυρσὸς ὡς Τυρσηνικῆς
σάλπιγγος ἠχὴ, σῆμα φοινίας μάχης,
ᾖξαν δρόμημα δεινὸν ἀλλήλοις ἔπι. id eſt,
Vbi autem miſſa fax eſſet, ceu Tyrſenica
Tubæ clangor, ſignum cruenti prælij,
Sæuo impetu ruerunt in ſe inuicem.

Narrat & eodem loco Euripides, eoſdem ante pugnam in procinctu, & ſuos deos oraſſe. Antonius Panormita. autem bellum indici etiam ſolitum per ferream chirothecam tradit.[z] Ammianus Marcellinus,[a] alterius ſigni meminit, dum agit de oppugnatione Amidæ ciuitatis Romanorum facta à Grimbate Chiorum rege cum Perſis. *Vix, inquit, ubi Grimbates haſtam infectam ſanguine ritu patrio, noſtrique more coniecerunt faciales, armis exercitus concrepans, inuolat in muros.* Cum belli fidem dabant inter ſe Galli, uel datis obſidibus peragebant, uel exacto iureiurando & dato ab omnibus collatis ſignis militaribus, quæ erat more eorum, ut ait Iulius Cæſar, grauiſſima cæremonia, ne facto initio belli à reliquis deſererentur.[b] Liuius ait apud antiquos ex conſenſu morem indicendi bellum[c] fuiſſe per fęcialem, haſtam ferratam, aut ſanguineam præuſtam ad fines hoſtium ferentem, & non minus quàm tribus puberibus præſentibus dicentem, *Quòd populi priſcorum Latinorum, hominesq́ue priſci Latini, populo Romano Quiritium bellum fecerunt, deliquerunt. Quod populus Romanus Quiritium bellum cum priſcis iuſſit eſſe, ſenatuſve populi Romani Quiritium cenſuit, conſenſit, conſciuit, ut bellum cum priſcis Latinis fieret: ob eam rem ego populuſq́ue Romanus, populo priſcorum Latinorum, hominibuſq́ue priſcis Latinis bellum indico, facioque. Quod, ubi dixiſſet, haſtam in fines eorum emittebat*, additque Liuius, *Hoc tum modo, ab Latinis repetitas res, & bellum indictum, moremq́ue eum poſteros accepiſſe.*[d] Gellius ex Cincio De re militari 3. libro, refert, fæcialem populi Romani, bellum indicentem hoſtibus, telumq́ue in agrum eorum iacientem, ita loquutum: *Quod populus Hermundulus, hominesq́ue populi Hermunduli bellum fecere, deliquereq́ue, quodq́ue populus Romanus Hermundulo, hominibuſq́ue Hermundulis bellum indico facioque.*[e] Salluſtius namque addit ſenatum decreuiſſe ſuo populiſque iniuſſu nullum potuiſſe
5 fœdus fieri.[f] Caduceatores ſeu fęciales Gallici, Heraldi dicuntur regij, quibus mos eſt geſtandi pacis tempore ſpinter & armillam: in prælijs autem paludamentum, quod eos tutos reddit ab omni iniuria. Ij nomen à quadam prouincia accipiunt ſinguli, ut heraldus Aquitanię, heraldus Normanię, &c. Hos in uerba principis adigi, immunes eſſe, monomachijs & decurſionibus intereſſe oportet. Denique ſi de pace ineunda agitur, ſi inducię petuntur, ſi bellum indicitur, petaſſati caduceatores ij mittuntur, per hos maxima quęque negotia geri etiã conſueuerunt. Si de leuioribus agatur, per tympaniſtas & tubicines, id expediunt, habentque iſti heraldi, & fæcialis Romanorum & patris patrati officium, ut annotat Vincentius Lupanus.[g] Hoſtes etiam regni Galliarum dici eos, quibus bellum indixit publice rex, plurium
6 authoritate firmat Nicola. Boerius.[h] Aderat in exercitu Hebręorum ſacerdos domini, qui cohortaretur ad pugnam aduerſus hoſtes populum, & moneret ne timeret, quod Dominus cum illis eſſet, & pugnaret pro illis contra aduerſarios, & eſſet eos liberaturus de periculo.[i] Admittuntque etiam idipſum iura canonica, ut ſacerdos ea de cauſa interſit pugnę iuſtę,[k] iniuſtę autem minime: alioquin ſit irregularis.[l] Quamuis nec in bello iuſto ſacerdotes pugnare poſſint, nec contra infidos ſeu infideles,

a l. item miles qui, de re iudi. in P.
b D. Iaco c 4. & l. properandum. C. de iudic. c Forus, de uerb ſign.
d l. ex hoc iure, de iuſtit. & iur in P. l. ius autem gentiũ, eo. tit. apud Iuſtinia.
e Cicero. 1. officior.
f D. Auguſt li. 12. de ciui. Dei, c. 22.
g Xenophon, π τῷ ἱέρωνι
h Cornel. Tacitus, lib. 3. annal.
i l. cum potet, § dulciſſimis, de legat. 2.
k Vlp. l. hoſtes l. 24 de captiu. & poſtlimi. reuer lib. 49. P. titu 15.
l Pompo. l. hoſtes, l. 118. de uer ſign. li. 50. P. tit 16.
m Cicero, 2. offic.
n Cicer. 1. officio Caius. l. quos nos hoſtes, l. 234. de uer. ſig. P.
o Cicer. 1. officior.
p Liuius, in 1.
q Feneſtell. c. 9. de ſacerdotijs.
r Aulus Gellius, lib. 16 c 4.
s Dionyſ. Halicar lib. 2 hiſto. Roma.
t Plutarch. Problem. 63.
u can ius militare, 1. diſtinct.
x Gellius, lib. 3 c 5.
y Euri. in Phœniſſis, actu 3.
z Antoni[us] Panorm. lib. 3 de dict. & fact. Alphon c 11.
a Ammiani Marcellin. lib. 19.
b Iulius Caſ. li. 7. Commen. de bello Gall.
c Liuius, li. 1. ab urbe cond.
d hoc idem refert Feneſtella lib de ſacerdotijs, c. 9 ex Liuij. i Plutarch. problema 62. Dionyſ Halicarnaſſ. in 2.
e Gellius, lib. 16. c. 4.
f Salluſtius. in bello Iugurthi.
g Vincentius Lupanus, li 1. de magiſtratibus & præfecturis Francorum.
h Nicol. Boer. deciſio. 178 nume 2 & 13.
i Deuteron. c. 20.
k ca igitur, & ibi glo. ſi 23 q. 8 gl pen in ca. ſeſciratur, 7 q. 2. ca. Maximianus. 23 q 1.
l Innoc. & Panormit. in can. petiuo, de homicid.

deles, catbolicorum loca inuadentes, [a] nec duces eſſe poſſint:[b] repugnat namque ſacerdotiis ſanguinem ſundere, ut nec clerici ſenteotiam ſanguinis ſeu mortis, in reos ferre poſſint. [c] Et ideo dictum Dauidi eſt, pio alioquin uiro & qui prelia domini geſſerat, à Domino, *Multum ſanguinem effudiſti, & plurima bella bellaſti, non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuſo ſanguine coram me.* [d] Erat & mos priſcorum gentilium Romanorum & aliarum gentium cum res in diſcrimine nerſarentur, ut iracūdiæ exercitus reſtinguendæ cauſa cum ſacro amictu ſacerdotes eorum prodireut, & pacem uél ultam deprecarentur: nempe cum Inſignibus infularum, cum capitali uelamine laneo, ut tanta offuſa oculis, auimoque religione hoſtes mouerentur. Erat namque ex populi Romani diſciplina antiqua, ne quid quod uſquam ſanctum eſſet, apud eos uiolaretur, ut ait L. Scipio apud Liuium. [e] Sic memor idem Liuius, [f] quo tempore C. Marcius Coriolanus iratus plebi Romanæ ad Volſcos ſe recepit bellum renouaturus ex conſiliu ſenatus pro conciliandæ plebe, oratores pacis ad Marcium miſſos, ſemel atque iterum, & cum illi uon reciperentur in caſtra, ſacerdotes quoque ſuis inſignibus uelatus iſſe ſupplices ad caſtra hoſtium. Refert & Cornel. Tacit., [g] quem alij dicunt primum hiſtoriæ, concitatis ducibus & exercitu Imperatoris à Lugdunenſibus contra Viennenſes, ipſos Vieunenſes cum haud ignari eſſent diſcriminis ſui, uelamenta & infulas prætuliſſe ubi agmen inceſſerat, & arma, genua, ueſtigia præhen
7 ſando, militum flexiſſe auimos. Iuſtum itaque habitum eſt bellum, quod primo babet legis authoritatem, [h] uel principis, iu cuius manu & poteſtate arma ſuut: [i] qui antequam illud moueat, & cum exercet uindictam, id ob quod ſuſcipit, debet expendere, num ſit iuſtum, finemque, uidelicet pacem. Bellum enim niſi ob legitimas cauſas gerēdum eſt: quarum illa prior, ut qui in pace uiuere nolunt & rebellant, cogantur. Sic enim arma, & leges quæ pacis ſunt, mutuo ſe fouent anxilio. [k] Et qui iuſſus, ſententiæ pacis & iudicis parere contemnit, manu militari cogendus eſt: [l] quia executio pars iudicij potiſſima eſt, quæ ad effectum ſententiam ducit. [m] Et iura noſtra, & forenſis laus, & induſtria noſtra latet in tutela & præſidio bellicæ uirtutis, & omuia quæ in imperio ſunt, & ſtatus ciuitatis per eam defenditur. [n] Bella ita ſuſcipienda ſunt, ut in pace uiuatur ſine iniuria: [o] quia nec leges & iudicia eſſe poſſunt pace ſublata.
8 Idcirco in omni fere inſtitutione rerum publicarum obſaruare licet, ſemper milites fuiſſe addictos: ut illi alias reipublicæ partes, & perſonas defenderent. [p] Bellum cogit, inquit Ariſtoteles, homines eſſe iuſtos, & temperatos. [q] Et fortitudo, quæ bello tuetur à barbaris patriam, uel domi defendit Infirmos, uel ab hoſtibus, ſocios, plena iuſtitia eſt. [r] Et Auguſtus ea quæ indicta ſunt ſoluenda in uſum exercitus principis, pro communi ſalute ſolui dixit, [s] & Iuſtinianus: [t] ut & Alexauder Seuerus dicebat ſe magis milites ſeruare, quàm ſeipſum: quòd ſalus publica in ijs eſſet, eoſque ægrotos inuiſe-
9 bat, & ſuis expenſis curari iubebat. [u] Sic etiam magiſtratibus opus ſuit gladio, & armata quadam militia uti, ut iudiciorum uigor in medio poneretur, ne quiſquam ſibi ualeret permittere ultionem, [x] neve ſua autboritate quilibet ad arma temere ueniret. [y] Proinde dicuntur babere gladij poteſtatem, ad animaduertendum in facinoroſos homiues: [a] ultor enim iuiquitatū gladius eſt, [a] à maiore poteſtate illis conceſſus, [b] uel à principe, [c] qui à Deo babet: [d] uel à
10 lege, [e] cuius anima eſt magiſtratus. [f] Nam & lex bella, & eorum iura temperat, ut conſtat ex diſciplina militari, & titulis de re militari. Et uim armatam cohibet & punit. [g] Qui ſimul in communione uiuunt, ut ait Ariſtoteles, neceſſarium eſt ipſis habere arma, quibus, & magiſtratibus parere inobedientes compellantur, &
11 quibus uis propulſetur externa. [h] Aliæ cauſæ belli ſuſcipiendi iuſtè à Platone explicantur. *Animaduerti*, inquit Alcibiades, [i] *ad arma nos pronocari, cum uel decepti, uel aliqua re coacti ſumus, & aduerſus iniuſtos.* Et Ariſtotel. *bellum ſuſcipiendum eſt in eos, qui rempublicam, aut eius ſiuè amicos, ſiue ſocios iniuria uiolare moliuntur.* [k] Iuſtum item eſt bellum, quod ex edicto geritur de rebus repetendis, aut propulſandorum hominum cauſa. [l] Naturalis defenſio eſt contra uim. [m] Et Epaminundas Meneclidi diſſuadenti Thebanis bellum, & ſuadenti pacem: *fallis*, inquit, *uerbo ciues tuos, quòd hos à bello auocas: otij enim nomine ſeruitutem imponis. Nam paritur pax bello, itaque qui ea diutina uolunt frui, bello exercitati eſſe debent. Quare ſi principes Græciæ eſſe uultis caſtris eſt uobis utendum, non palæſtra*: ut refert Æmilius Probus. [n] Snadet Demoſthenes [o] Athenienſibus, alendas eſſe perpetuo quatuor legiones; & tempore belli & pacis, ne ex improuiſo poſt hac eos hoſtis inuaderet, ſed ſup-
12 petiæ præſto eſſent, ſi egerent. Diuus Auguſtinus tradit, excuſari ab bomicidio, qui Deo autbore bella geſſerunt: aut qui perſonam gerentes publicę poteſtatis, ſecundum eius leges, boc eſt iuſtiſſimæ rationis imperium, ſceleratos morte punierunt. Non enim ille occidit, qui miniſterium debet iubenti, ſicut adminiculum
13 gladius eſt utenti. [p] Ideo plerumque bella geruntur, ut ad pietatis iuſtitiæque ſocietatem, uictis facilius conſulamt, [q] permiſſaque à Deo ut priſcis temporibus, pro fide & republica Chriſtiana propaganda, dummodo abſit deſiderium ſundendi ſanguinem, [r] uel prædandi: ſiquidem intentio mala, licitum per ſe bellum, iniuſtum facit. [s] Generalis intentio quippe & finis gerendi belli, pacis ſtudium, duo capita habet, ut mali coerceantur, & boni iuuentur, & ſubleuentur. [t] Et ita etiam bella pro eccleſiæ tutela ſuſcepta meritum habent, [u] ut qui in illis eeciderit, ſalutis æternæ fiant participes. [x] Et ſumma laus eſt, militiæ utilitatis communis cauſa intendere. [y]

a in d. c. petitio. & in ca ex multis, de voto. 2.
b Panor poſt Hoſtienſ. in ca. ſententiam ſanguinis, colla. 4. ne cler. uel monach. &c.
c d. c. ſentētiā ſanguinis, & c. eū clericis, ne cler. uel mona.
c. a. in archiepiſcopatu, de raptor. cum ſim.
d 1. Paralipo. c. 22.
e Liu. lib. 16.
f Eu. lib. 2.
g Corne Taci. lib. 17. annal.
h l. 1. & 2. quādo liceat unicuique ſine iudic. ſe uendic. C.
i can. quid culpatur, & can. militare, 23. q. 1. Lume ut armor. uſ. inſci. prin. &c. li. 11. C. tit 46.
k l. 1. de Iuſtinianeo C. confirm. C. lib. 2.
l l. quæ inſtitute, de rei uend. in P.
m l. executores, C. de execu rei iudic.
n Cic. in orat. pro Murena.
o Cic. 1. offic. Ariſt. 5 Polit.
p Idem Cice. Philipp 8.
q Ariſto lib. 7. Polit. c. 19.
r can. fortitudo. 23 q. 2.
s in l. 2. de exactor tribu. lib. 10 C. tit. 19
t Iuſtinia. in §. publicorū, eutem tributorū, de mand. prin. in auth. colla. 3. tit. 4.
u Lamprid. in Alex. Seuero.
x l nullus, C. de Iudæis.
y l æquiſſimū, de uſufru. in P.

x l. Imperium, de iuriſd. omn. iudic.
a et non ſolū, 23 q 5.
b c. eſt iniuſta, & c. ille gladium, 23. q 4.
c l. & quia, l. 6. de iuriſdi. omn. iud P.
d ad Roma. c. 13.
e d. l. & quia.
f l. 2 §. poſt uti genem, de origine iur.
g l. ſi quis in tantam, C. unde ui, & tit. de ui & ui arma.
h Ariſto. lib 7. Polit c 8.
i Plato, in Alcibiade 1. uel de natur hom.
k Ariſtotel. in Rhet. ad Alex. in peroratione dictorum.
l can. iuſtū eſt bellū, 23 q 2.
m l. ut uim, de iuſti. & iur. P. l. ſcientiā, § qui cum aliter, ad leg Aquil. P. l. 1. § uim ui, de ui, & ui arma. P. cum ſim.
n Aemil. Probus in Epaminunda.
o Demoſthe. In omnib. Philippicis, maximè in 4.
p D. Augu. li. 1. de ciui. Dei, ca. 21. can. miles, 23. q. 1.
q can. paratus, & ca. apud, 23. q. 1.
r ca. ſi non, & can. diſplicet, 23 q. 4. & c. noli, 23. q. 1.
s ca. militare, 23 q 1.
t can. apud ueros, 23 q 1 & cano diſplicet, 23. q 4.
u can. omniū, & 2. ſeq. 23. q. 5 & 23 q 8
x d. ca omniū, & can. omni timore, 23 q 8.
y can. ſummo, 23. q. 3.

De perſonarum militantium diſtinctione, Cap. III.

1 *Militiæ armatę in ſumma diuiſio, & exercitus*
2 *Milites alij lege probati, alij reiecti.*
3. *& 4. Milites beneficiarij tantum olim ciues Romani, & qui deligi poterant.*
4 *Capite cenſi ciues qui, & quando militare licuit illis.*
Proletarij qui, & quando militarent. eod.
Bona obſidis loco rempub. gerentibus. eod.
5 *Militiam detrectaſſe graue ſcelus, & accerime punitum, & exempla.*
6 *Militare ciues debebant Romani ex lege decennio.*
7 *Milites ciues quàm peregrini tutius militant.*
8 *Serui militare non poſſunt.*

Manumiſſio

Manumiſſio ſeruorum tempore belli facta reuoca ta.eod.
9 *Seruorum bella & rebelliones.*
10 *De ſtatu ſuo dubitantes à militia reiecti.*
Militare qui prohibiti.eod.& 11.
11 *Poeta ne militet.*
Aetas militaris 17.annor.eod.
12 *Militiæ immunitas quibus data.*
13 *Milites Romani ex certis populi claſſibus delecti, & de modo deligendi.Item 25.*
14 *Cingulum inſigne militiæ.*
15 *Militum delectus quomodo fieret.*
16 *Militum varia nomenclatura ab ordinibus,armis, & alijs.*
17 *Militum in Gallia numerus & ordo per Carolum 7.inſtitutus & per alios reges.*
Franci archerij in Gallia qui, & immunitates eorumdem.eod.
Franci talpini milites in Gallia Heluetij.eod.
Aduenturiarij milites in Gallia qui.eod.
Legiones 7.peditum in Gallia à quo inſtitutæ. eodem.
Colonellus præfectus legionis.eod.
18 *Militum alij obtemperantes,alij imperantes.*
Manipulus,manipularisve quid.eod.
19 *Vexillarius quot militibus præeſſet.Cohors quid.eodem.*
Tribunus militum quis,& quare ſic dictus.eod.
20 *Legio ex quot militibus perficiebatur.*
Legionum varia ſpecies.eod.
Legatus legiones adminiſtrabat abſente prætore.
21 *Phalanx quot milites continebat.*
22 *Acies ex quibus perfecta, & ſpecies, & partes.*
Centurio quis.eod.
Primipilus quis.eod.
Pilum quid.eod.
Miles non dicebatur, priuſquam in ordines transferretur.eod.
Tyro quis.eod.
23 *Veterani & veteres milites qui.*
24 *Volonis milites.*
25 *Euocatio militum quid.*
Addicti milites qui.eod.
26 *Milites deſertores,perfugæ,hoſtes,prædones, &c. eod.*
27 *Cornicularij milites qui.*
Eques auratus quis.eod.
Militibus quæ donabantur in ſignum & præmium ſtrenuè geſtorum.eod.

1 Militia armata conſtat exercitu tri-
plici,pedeſtri,equeſtri,& claſſico:
ac conſtituta tripliciter,ſacramen
to, coniuratione, euocatione. [a]
Ab exercitio militum exercitus dictus. [b] Exer-
citus habebat ordines,acies,principia,globos,
in quibus milites certo ordine conſiſtebant.
Acies duæ generales,anteſignatorum, & poſt-
ſignatorum. Hæ ſub ſe habebant ordines di-
ſtributos,de quibus uidendus Vegetius. [c] Na-
ualibus prælijs pugnantes pedites dici poſ-
ſunt. [d] In terra pedeſtris & equeſtris militia,
& milites. [e] Sub his contineri poteſt elephan-
tum,& turribus depugnantium copiæ, & cur-
2 ruum phalanges. In uniuerſum milites legi-
bus alij probari, alij per eaſdem à militia reie-
cti iure Romano. Soli ciues Romani hoc iu-
3 re beneficiarij milites fieri poterant. [f] Neque
tamen ex ciuibus omnes idonei: nam nec ca-
pite cenſi,& proletarij,in militiam allegeban-
4 tur. Capite cenſi illi, qui nullo aut modico
æra cenſebantur,qui uel habebant tantum ex-
tremum cenſum æris,uidelicet 375.uel nec ip
ſum poſſidebant, tenuiſſimi & pauperrimi:cũ
tamen proletarij,milla quingentũ æris, in cen
ſum deferrent. Vtriq; non niſi in tumultu ma-
ximo ſcribebantur:quia familia aut tenuis,aut
nulla illis eſſet, & res pecuniaque familiaris
obſidis vice pignoriſque eſſe apud rempubli-
cam videbatur:amoriſque in patriam fides, fir
mamentumque in ea erat. [g] Et primus C.Ma-
rius, capite cenſos milites ſcripſiſſe traditur,
5 cùm id factum antè nulla memoria.Graue de-
lictum habitum eſt detrectare munus militiæ,
& grauius quàm appetere. Nam & qui ad edi-
ctum olim nõ reſpõdebant, ut proditores liber
tatis in ſeruitutẽ redigebantur. [h] Et qui filium
ſuum ſubtrahebat militiæ, belli tempore, exi-
lio & bonorum parte multandus eſt: ſi in pa-
ce,fuſtibus cædi iubetur.Et requiſitus iuuenis,
vel à patre poſteà exhibitus, in deteriorem mi
litiã dandus eſt. [i] Lotharius imperator,legem
hanc ſtatuit, [k] vt quicunque liber homo à ſuo
comite fuerit admonitus, aut miniſtris eius ad
patriã defendendam,& ire neglexerit, & exer-
citus ſuperuenerit ad iſtius regni uaſtationẽ,
uel ad cõtrarietatẽ noſtrorũ fidelium, capitali
ſubiaceat ſententiæ. Vaſtius qui pedeſtri impe
rio præerat,dũ ſub Paulo pontif.Max.tempore
Caroli Maximiliani Chriſtiani in fidei hoſtes
in Africã iret, more militari in quoſdã milites
animaduertit,qui pertæſi nauſeam maris,& lõ
ginquæ nauigationis incõmoda reformidãtes,
conceptas de victoria ſpes malignè extenuare,
ſtipendij tenuitatẽ deteſtari,cõſternareq; mul-
titudinem,vt ſigna deſererent, ſeditioſis ſermo
nibus cœperant, & authores inuolutos ſaccis,
profundo mari ſpectatore claſſe ſubmerſit, te-
ſte Paulo Iouio. [l] Ammianus de Gallis fatetur
hoc encomium, *Nec Gallorum aliquando quiſ-
quam*,inquit,*vt in Italia,munus martium pertime
ſcens, pollicem ſibi præcidit, quos murcos appel-
lant.* [m] Caius Vatienus,qui ne bello Italico mi-
litaret,ſibi manus ſiniſtræ abſciderat digitos, à
ſenatu bonorum publicatione, vinculiſq; per-
petuis punitus.Et Traiani tẽporibus,pater,qui
ne filius militaret, eũ inhabilẽ reddiderat mili
6 tiæ,deportatus eſt. [n] Lex erat,ut ciues Romani
decennio militarent authore Cornelio Taci-
7 to. [o] Demoſthenes ſuadet Atheinienſibus, &
melius & tutius eſſe ciues ipſos militare,quàm
per milites peregrinos,à quibus aſſerit cauſam
eſſe,cur res malè gererentur. [p] Et Polybius ait,
magnam ſtultitiam eſſe, præſidium præſertim
barbarorum hominum inducere,quòd aut ui-
ribus,aut multitudine magis quàm ciues pol-
leãt. [q] Periculoſũ quippe eſt uti ope & auxilio
eorum,qui cũ natiua ambitione pugnãdi mul
titudine præualent: dum.n.ſuperiores uiribus
vidẽt ijs quibus auxilio uenerũt,haud facilè re
pugnãdi vel prędãdi cauſa,arrepta leuiſſima qua
libet occaſione ſe abſtinẽt.Acciditque ſæpe,ut
peregrina accita auxilia, oppida & regna ſibi
commiſſa inuaſerint:uel ſtatim,vel paulò poſt
quã dimiſſi fuerũt, uel ſaltẽ ad hoſtes ab ijs ad
dictione ſuperati,ut uenales tranſierint. Proba
bãtur idcirco & milites,qui ſe offerebant, ante
quàm in numeros & ordines referrẽtur. [r] Et pri
mũ quidem à magiſteria poteſtate ſeu ducibus
probationes fiebant,& electiones:Zeno aũt Cę
8 ſar & alij,principi ſoli reſeruauit. [s] Nõ poſſunt
militare ſerui,uel ignorãtibus,uel ſcientibus do
minis: [t] & ex Martiani reſpõſo,capite puniũtur
ſi attentent. [u] Dio quoq; ſeruis vbiq; interdictũ
fuiſſe

a de quib. tractat Volphan. Lazius, libr 4. comment.p.hiſto Roma. c.2.
b l 2 § fina de mili.teſta.10 P. l.9 de ijs qui not.infa P.
c Veget. lib 2. de re milit.
d l 3. de capti. & poſtl reuer. lib.49 P tit 15.
e l.pen de milit teſta.lib.29. P tit 1.l 1 & 2. de apparit.magiſtro. milit.li. 12. C. titu.53.l. non omnes, §. 1 de re mil P.
f Cic. pro Archia poeta, & libr 6 famil.epiſt.epiſt.10.
g Gellius, lib. 16 c.10.
h Arrianus In res in l 4. § qui poſt deſertorem, de re militar. libr.49.P. tit.16.
i d. l.4. § qui filium.
k l. 1. de ijs g ad patriam defendendam ire neglexerit. li. 3 legum Longobardorum.
l Paulus Iouius lib. 34. hiſto.ſui tempor.
m Ammianus Marcellin. lib. 15.Iuliano.
n Valerius Maxim lib.6 c.3.
o Cornel. Tacit lib.4.annal.
p Demoſthenes, Olynthia.1.
q Polybius, li. 2.hiſtoria.
r l 2. qui militar.poſſ lib.12. C.tit.34.
s l.pe de re mil lit li.12 C. tit. 36 l. 2 de cohortal.lib.eod. 12. titu 58 l in his, 6 & l pen. & l. 4 de diuerſ. offic eod.li 12. C. tit 60. l proberotias, l. 8. eod
t l pen. & fin. qui milit. non poſſ l br 12 C. l.2.eo 5 tit. eo. li.12. C.tit. 44.
u l. ab omni militia,l.11 de re milit.lib eo. P tit 16 l generali, C.de tabular.

fuiſſe militare, teſtatur, eiſque fuiſſe capitale,
ſi nomen ſuum militiæ iuſcripſiſſent: niſi inter
dum penuria hominum. Quemadmodum fa-
ctum Lacedæmonijs ad Meſſeniam pugnanti
bos, & Romanis in bello Punico accidit. Et O-
ctauio & Lepido rēpub. obtinentibus, ſeruus in
ter milites & numerarios inuectus, de rupe Tar
peia deiectus eſt.[a] Idemque Octauius victo Pō
peio omnibuſque imperij æmulis, ſeruos in
bello ciuili, ob bella in militiam adſcitos &
ita manumiſſos, dominis reddi iuſſit, cùm illa
manumiſſio tempore bellorum coacta uidere-
tur vi bellorum, nec acclamatione populi, vel
diſceſſione ſenatus, quemquam dominum in-
uitum ad ſerui manumiſſionem cogi debere
ſenſit.[b] Et Plinius,[c] de duobus ſeruis à Sempro
nio inter tyrones inuentis à Tiberio reſpon-
ſum accepit, quia in numerum militum non-
dum eſſent: ſi lecti eſſent, inquiſitorem peccaſ-
ſe: ſi uicarij eſſent, penes eos culpam eſſe qui
dediſſent: ſi ipſi non incerti ſuæ conditionis ſe
obtuliſſent, animaduertendum in illos. Memi-
nit tamen Liuius, Titum Gracchum Volonum
ſeruorum legiones libertate donaſſe, ut pugna
9 rent contra hoſtem.[d] Fuerunt nihilominus
bella per ſeruos rebellantes geſta, ſed illa præ-
ter ius belli cenſentur, & illegitima: quale ab
Euno Syro in Sicilia, cum ſexaginta millibus
hominum excitatum, quos Perpenna tandem
vicit.[e] Vt M. Aquilius alios à Cleone Cilico in
eadem inſula coactos. Simile in Italia bellum
ſeruile ab Spartaco & Chryſo motum, à Q. Va
rio prætore, & M. Craſſo tandem confectum.[f]
10 Fuit & aliud in urbe, Herodiano Sabino duce
tentatum.[g] Non militabant quoque, de ſta-
tu ſuo controuerſiam patientes, aut ab hoſti-
bus redempti, priuſquam ſe luiſſent.[h] Non
proditores, transfugæ, qui capite puniuntur, &
pro hoſtibus potius, quàm pro militibus ha-
bentur,[i] non curiales, cohortales, decurionum
filij,[k] coloni, uel ſaltuenſes,[l] negotiatores,[m]
profugi, ad beſtias damnati, in inſulam depor-
tati, exules, relegati, intra tempus exilij, rei ca-
pitalis criminis, adulterij vel aliquo iudicio pu
blico damnati,[n] qui parentes maleficos dixit.[o]
11 Cum Eupolis filius Soſipolis Athenienſis, co-
micus Poeta, qui uicerat in ſeptem fabulis, nau
fragio periſſet in Helleſponto, in bello Laco-
nico, edictum factum eſt, ne quis Poeta milita
ret.[p] Non coguntur quoque militare, qui uel
priuilegio, uel ætate excuſantur. Adoleſcentes
Romani in toga prætexta erāt uſque ad 17. an
num, quo anno togam puram & virilem acci-
piebant.[q] Et tunc in uiros recepti, militaris ęta
tis eſſe incipiebant, & ſic Titus Liuius[r] in an-
no 17. conſtituit ætatem militarem. Nullus ty
ro, vagus, aut ueteranus, aut cēſibus obnoxius
12 ad militiam accedat.[s] Remittebantur à mili-
tia inter Hebræos lege Dei, qui ædificarant do
mum nouam, qui plantaſſet uineam nec ad-
huc eam feciſſet eſſe communem: qui deſpon-
derat vxorem, nec adhuc acceperat eam, for-
midantes, & corde pauidi.[t] Habebant & o-
lim quidam priuilegium, ne militarēt niſi cer-
to loco, quod tamen neceſſitas plerumque ſu-
ſtulit, ut cum Carthaginenſes eſſent in Italia,
& minus iuuentutis haberēt duces, coacti ſunt
præter ſanctam uacationem militandi alibi
quàm in colonia, nomina ſua dare militiæ co-
loni maritimi, Hoſtienſes, Alſienſes, Anxuræ,
Minturnenſes, Sinueſani, Senenſes, ut ait Li-
13 uius.[u] Milites ex certis populi claſſibus Ro-
manæ deligebantur, non ex omnibus centurijs:[x]

a Dio Nicæus, lib. 48.
b Oroſius, lib. 6. c. 20.
c Plinius, lib. 10. epiſtolar.
d Liuius, libr. 24. ab urbe condita.
e Florus, li. 56. Abbre. Plutar. in Craſſo. Oroſ. li. 5. c. 3. Augu. de ciui. Dei, lib. 3. c. 26.
f Florus li. 93. Abbreuia. Oroſ. li. 5. cap. 21. Eutrop lib. 6. c. 2. D. Auguſt. de ciui. Dei, lib. 3. c. 26. & alij.
g Liuius in 4.
h Vlp. in l. qui ſtatus, l. 2. de re militar. P.
i Martian in l. proditores, l. 7. de re mil. in P.
k l. 2. & 4. qui milita. poſſ. lib. 12. C.
l l. 3. e. eod. qui mili. poſſ.
m Lenic. nego tia. ne militēt, li. 12. C. tit. 35.
n Arrian in l. qui cum uno, l. 4. cum 8 §§. de re milit. P. l. 2. § milites, de ijs qui not. infam. in P.
o l. 1. de obſeq. a liber. & libert. parent. uel pat. præſtand. in P.
p Suidas, l uerbo. ...
q Suet. in Auguſto.
r Liuius, lib. 1. deca. 3.
s l. 1. de tyronibus, lib. 12. C. titu 44. l. fin de ueteran. lib. 12. C. t. l. 47.
t Deuteron. c. 20. 1 Machab. c. 7. lu ſic. 7.
u Liuius, li. 7. deca 3.
x uide Nicola. Gruchium, de comitijs Roma. lib. 1. c. 1.

in quo reprehendit Marium Salluſtius dicēs:[y]
*huiuſmodi oratione habita, Marius poſtquam ple-
bis animos arrectos uidet, propere commeatu, ſti-
pendio, armis, alijſque utilibus naues onerat, &c. ip
ſe interea milites ſcribere non more maiorum, ne-
que ex claſſibus, ſed ut cuiuſque libido erat, capite
cenſos pleriſque.* Plinius refert fortiſſimos uiros
& ſtrenuiſſimos milites ex agricolis gigni.[z] Po
lybius de formando milite more Romano ſic
ait: *facto delectu militum ex tribubus, ſacramento
tribum ſinguli, maximè idoneum adigunt profiteri
obtemperaturum ſe ducibus procul dubio, atque eo-
rum mandata, ſe pro viribus executurum, deinde
reliqui id omnes facturos ſeſe ordine promittunt.*[a]
14 Cingulum ut inſigne militiæ dabatur militi-
bus, uidelicet zona cum gladio. Quod colligi-
tur ex Suida in Auxentio, *cum enim*, inquit, *iube
retur ille à Licinio imperatore ethnico unam pedi-
bus Bacchi ſubijcere, & ipſe recuſaſſet Chriſtianus,
iuſſuſq; id facere uel militiam relinquere, ille ni-
hil cunctatus*, inquit, *zonam ſoluit, & alacer pala-
tio exceſſit.* Papinianus etiam in equeſtri mili-
tia, eum qui confeſtim cingendus eſt, inter mi
lites numerat: ut priuilegijs vti militaribus
poſſit, ſi iam aſſumptus ſit in comitatum prin-
15 cipis.[b] *Romę*, inquit Polybius, *ubi milites iurare
adegerint, denunciato die ſingulis legionibus ac lo-
co, ad quem adeſſe debeant inermes, ex congre-
gatis deligunt minimos ętate, fortunaque perquàm
tenuis in pilanos: ijs adultiores in eos, quos ha-
ſtatos vocant: ętate ac robore pręſtantes in princi-
16 pes: natu maximos in triarios, &c.*[c] Ex militi-
bus legitimis quidā diuerſa ſortiuntur nomi-
na. Ab ordinibus, ut gregarij,[d] manipularij,
legionarij, triarij, &c. Alij à diuerſitate armo-
rum, ut caligati, quos uiliores dicit Iuſtinia-
nus,[e] haſtati, pilani, unde titulus de primipilo,
libr. 12. C. de quibus omnibus Varro, libr. 4. de
ling. Latin. Quibus ſubiungit tubicines, à tu-
ba qua canebāt, liticines, claſſicos à claſſe, &c.
Sunt & equitum alij loricati, cataphracti, ex
equo ſagittis utentes,[f] leuis armaturæ, ueli-
tes ſiue expediti, dicti ab Æliano;[g] à Dione,
in Nerone, pſyli. Alij grauis armaturæ, &c.
Alij electi, perpetui, additi, ſuffulti, ciues ſtatio
17 narij,[h] ſtipendiarij. Carolus 7. rex Gallorum
poſt Anglos è Gallia expulſos, regnum per bel
la exacta lacerum, præſidijs munitionibuſque
firmauit, exemplo Cęſaris Adriani. Et primum
equeſtrium militum turmas centenarias, &
quinquagenarias inſtituit. Fuitque numerus
cataphractorum Francicorum ad mille quin-
gentos, qui in præſidijs urbium collocarentur.
Poſtea quinque millium peditum cohortes de
ſcripſit, habituſque delectus agreſtium pedi-
tum, hos francos archiaros dixere, quòd liberi
ab omni tributo fierent, dum militarent, & ar-
cu ſagittiſque uterentur. Et iſti regnicolæ e-
rant. Mortuo autem Carolo 7. tempore Lu-
douici 11. ab eo Heluetiorum ad quinque mil
lia ſtipendium accepere. Dicti & ſagittarij
frāci Talpini, id eſt *ταπεινοὶ*, humiles, ruſtici, &
bucolici milites. Et qui eos uirtute ſupera-
bant militari, & exercitatione, aduenturarij,
id eſt, ad omnem euentum parati, ſoldati, ſeu
ſolidati. Dehinc Franciſc. 1. rex ſeptem pede-
ſtres legiones inſtituit. Legio 6. millibus cōſta-
bat, præfectus eius colonellus dictus à colo-
nia. Erant chiliarchi 6. ſingulis legati duo & ſi-
gniferi. Et ij immunes. Iuſſit & ijs quinquagin
ta millia peditum deligi, quibus ſtipendium
ab urbibus muro cinctis ſoluerentur. Et ijs a-
liud genus militię additū euocatorū procerū,
qui

y Salluſtius, in bello Iugurthino.
z Plinius, lib. 18. c. 5.
a Polybius, li. 6. hiſtor.
b Papinia. in l. pen. de milite ſta. li. 29. P. u. 2.
c Polybius, in 6.
d l. 8 de milit. ueſte, li. 12. C. tit. 40.
e in § quiſque autem. quibus mo. nat. eff. legit. colla. 6. tit. 9. in auth.
f Liuius, in 3. belli Macedo.
g uide Aelia. in re milit.
h l. 1. §. fin. de offic. praef. urb. li. 1. P. tit. 12.

qui ad bannum uocati ſuis ſumptibus tribus
anni menſibus militant. In ſumma ſunt alij
18 imperantes, alij qui eis obtemperent. Sic enim
militaris diſciplina conſeruabatur. Liuius [a] or
dinem obtemperandi & imperandi paucis ſic
refert. *Cum polluta,* inquit, *fuit ſemel militaris di-
ſciplina, non miles centurionis, non centurio tribuni,
non tribunus legati, non legatus conſulis, non con-
ſul magiſtri equitum, non magiſter equitum dicta-
toris parebat imperio.* Decurio decem militibus
ut plerumque, manipularis 20. id eſt, duabus
decurijs imperabat. teſte Volaterrano: [b] cuius
inſigne fœni manipulus perticæ alligatus, ut
19 ait Ouidius. [c] Vexillaris ſub uexilli ductu ha-
bebat 183. milites: ut cohors ſexcentos, quibus
præerat tribunus, qui unum ſignum ducebat,
dictus ita, quòd iura militibus ſuis tribueret,
quos & ſacramentis adigebat, & quæ eorum e-
rant, curabat, ut arma, ueſtes, ualetudinem, &
ſimilia. Suffragio populi aliquando creatus, po
20 ſtea à militibus. [d] Legioni præfectus ſub ſe, ſæ
pe in legione, habebat ſexaginta centurias, ma
nipulos triginta, cohortes decem, [e] & interdũ
plures, interdum pauciores. Nam erant legio-
nes quædam perſpectæ, extraordinariæ, ordina
riæ, quadratæ, &c. [f] Legionem adminiſtrabat
legatus, & abſente prætore & quæſtore. Plures,
21 totque legati, quot legiones. Phalanx apud
Macedones, Dardanos, Græcos, maior legio-
ne, & militum octo millia, uel miriadem, de-
cem ſcilicet millia: de quibus uidendus Vege-
22 tius. [g] Ex his omnibus acies inſtruebatur, qui-
bus & diuerſæ partes, & ſingulis præpoſiti di-
uersè. Erant enim uariæ formæ aciei, frons, ſub
ſidia, cuneus, orbis, globus, forfices, ſerra, alæ,
turres, ut ſcribit Gellius, [h] & Ælianus. [i] Centu-
riatæ erant cohortes, centurijs præfecti centu-
riones. Primipilos, qui quatuor centurio-
nes, & eorum milites regebat, iſque & caput
legionis dicebatur. [k] Liuius Saloniom tribu-
num militum & primum centurionem fuiſ-
ſe, quem nunc primum pilum, inquit, uocant,
tradit. [l] Iulius Cæſar P. Seſtium Baculum dixit
primipili centurionem, ab haſtula pilus di-
ctus. Et hic aquilæ uexillo præerat, & quatuor
centurijs. [m] Dicitur etiam à Liuio primus ha
ſtatus, pro primipilo. [n] Pilum porrò quaſi per
illum, quòd hoſtis ab eo periret, ſecundum
Varronem. [o] Qui in eos ordines ſcribebantur,
milites dicebantur, non ante: [p] nam prius e-
rant tyrones. Proinde alij tyrones, alij uetera-
ni. Tyrones erant in ſcholis militaribus artem
diſcentes, [q] qui nondum erant ſcripti inter for-
tiſſimos milites: [r] & ideo poſtremum locum in
ſcholis militaribus tenebant. [s] In ſtatutis mili-
tum ordinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, [t]
inter milites eius ordinis, filij Arnaldi dice-
bantur tyrones, qui noue ordinem profeſſi eſ-
ſent ſi ueniſſent ex Chriſtianis citra mare nati
in terram ſanctam: qui uerò nati fuiſſent in
terra ſancta, & eſſent nuper ordinem profeſſi,
23 dicebantur Polani. Romanis ueterani erant,
qui à militia immunes erant, poſtquam per ui
ginti annos militaſſent, ut ait Suidas, in uerbo
βετεράνοι. Cum ijs milites facit Iulius Cæſar ue
teres, quos diſtinguit à modo conſcriptis &
ab imperitis rei militaris, quos tyrones dici-
24 mus. [u] Alij uoluntarij, alij inuiti. Et uolunta-
rij uolones dicti etiam ſũt. Gallis, *adventuriers,*
25 *& ſoldats de bonne voye.* Milites, antequàm ſa-
cramentum præſtarent, primum euocabantur,
poſteà addicebantur, & demum ſacramento
adigebantur. Euocare erat, ad diuerſa loca

a Liui lib. 8. decad. 1.
b Volaterranus, lib. 12.
c Ouidius, 3. Faſtor.
d Liuius, li. 8. decad. 3. & lib. 7 & 9. decad. 1.
e Gellius, lib. 16. cap. 4.
f unde Volphan Lazium, lib. 5. Commētar. reipub. c. 2.
g Veget. li. 2. de re milit. c. 2.
h Gellius, lib. 10. c. 9
i Aelian. proprio libr. de re militar.
k Vegetius. in 2. de re milit.
l Liuius, lib. 7. deca. 1.
m Vegetius, li. 2. c. 8
n Liuius, li. 2. deca. 3. dum agit de orat. Sp. Ligustini centurionis.
o Varro, li. 4. de ling. Lat. De iure primipili, tit. de primipilo, lib. 12. C. tit. pen
p l. ex eo, de testam. mi. P.
q l. 2. de tyronibus, li. 12. C. tit. 44. de hominum scholis ... de priuil. scholar. lib. 12. C. tit. 30.
r l. ex eo, de testa. milit. ... P.
s l. 8. de tyronib. lib. 12. C.
t tit. 13 de uet. sign. c. 13.
u Iul. Cæſ. lib. 6. Commentar. belli Gall.

diuerſos cogere exercitus, & delectu habito
ſcribere exercitum: [x] ut euocatio equeſtris, eſt
computatio in numerum equitum. Addicti mi
lites, qui inclinante imperio tyrones nun-
cupati ſunt. Sic intelligendus locus Liuij,
Merces ſeditionis, inquit, *propoſita, confeſtim ſedi
tionem exuerunt. Nam & addicebantur multi, &
ad Præneſtini famam belli, nouas legiones ſcriben-
das patres cenſebant. Hinc inclinante imperio, tyro
nica cogere dici cœpit,* ut apud Ammianum
Marcellinum. [y] Cæterum poſt electionem
fiebat in ordines diſtinctio, inauguratio mili-
26 tum, & ſtipendiorum aſſignatio. Rurſum mi-
litum ſunt alij, qui perſtant in officio, alij qui
deſciſcunt, ut emanſores, deſertores, perfugæ.
Erant duplicarij quibus ob virtutem ut dupli-
cia cibaria darentur inſtitutum, teſte Varro-
ne. [z] Alij uerè milites noſtri: alij hoſtes, prædo-
nes, latrones, latrunculi, perduelles, prodito-
res. Alij à triumphis, & uictorijs, & muneri-
bus, quibus à principe uel ciuibus diſtincti, ut
27 torquati. Donabantur milites corniculis ar-
genteis, in ſignum ſtrenuitatis, onde cornicu-
lati. Item torquibus aureis, & cingulo, & bal-
theo ob egregia facta, quæ ornamenta hodie
verſa ſunt in calcaria, & auri præcincturam.
Hinc cingulo donari dicimus, more priſco, gla
dio percuti, & auratum fieri equitem, & illu-
ſtris cinguli dignitate præcingi, ut apud Caſ-
ſiodorum legimus. [a] Plinius donatos etiam
ſtrenuos tradit, [b] haſtis puris, phaleris,
torquibus, armillis, coronis ciuicis, aureis,
muralibus, gramineis præſtantiſſimis, &
alijs. [c]

x inquit Liui⁹, lib. 2. deca. 3.
y Ammia. Marcell. lib. 19.
z Varro, lib. 4. de lingua Lat.
a Caſſiodor. 3. Variarũ, ad Coloſſum comitem.
b Plinius, lib. 7. cap. 28.
c de quibus ab unde idẽ Plinius, lib. 22. c. 3. 4. 5 & libr. 33. cap. 2.

De ſacramento militari, & miſſione à militia. Cap. IIII.

1 *Sacramentum militare duplex.*
2 *Iuramentum militare fiebat duci, pollicibus eleua
tis, gladijs ſtrictis, ceruicibus admotis.*
Authoramentum militare quid. eod.
Iuramenti militis formula. eod.
3 *Miſſionis à militia tres ſpecies, explicataque ho-
neſta.*
Veterani 20. ann. militauerant. eod.
4 *Vacatio militia ex priuilegio data temporalis.*
5 *Veterani agris donabantur.*
6 *Miſſio cauſaria quæ.* *Cauſarij milites. eod.*
7 *Miſſio ignominioſa.*
Sacramento ſolui qui milites dicantur. eod.
Exauthorati milites qui dicantur. eod.

1 SAcramentum militare ſeu iuramē
tum duplex. Alterum eſt, quod pre
ſides & milites limitanei in inau-
guratione & ſingulis annis, Calē-
dis Ianoarij dicebant: idque propriè ſacramen
tum nominatur. [d] Alterum, quo milites duci
ſuo obſtringebantur, omnia ſe ſtrenuè factu-
ros quæ præcepiſſet, neque deſerturos eum mi
2 litiamque illius, iurantes. Idque non ſolum
pollicibus eleuatis fiebat, uerùm etiam ſtrictis
gladijs, ceruicibuſque admotis perficitur. [e]
Sacramento autem exhibito miles habebat au
thoramentum, id eſt, militandi in militia le-
gitima facultatem. *Cum dilectus,* inquit
Gellius, [f] *antiquitus fieret, & milites ſcriberentur,
in iuſiurandum eos tribunus adigebat in hæc ver-
ba.*

d de hoc iuramento Suetonius in Galba, & Cornel. Tacit. in 1. & 18.
e de hoc ſacramento Liuius, lib. 2. & 5. deca. 3. & lib. 7 deca. 1 Polyb. in caſtrametat. Roma. Veget. 2. de re milit. Nonius Marcell. lib. 21.
f Gellius, lib. 16. cap. 4

ba. In magiſtratu C. Lelij C. filij conſulis. L. Cornelij P. filij Coſſ. in exercitu, decemque millia paſſuum propè, furtum non facies dolo malo ſolus, nec cum pluribus, &c. Addítque, *Militibus autem ſcriptis dies præfiniebatur, quo die adeſſent, & ut citati Coſſ. reſponderent: deinde ita concipiebatur iuſiurandum, ut adeſſent his additis exceptionibus, niſi harumce; quæ cauſa erit, funus familiare, feriæ*
3 *vindemiales; calendæq́;*, &c. Huic ſacramento connexa miſſionis à militia tractatio, quæ triplex erat, honeſta, cauſaria, & ignominioſa.[a] Sacramento ſoluebatur in honeſta miſſione, & in inhoneſta aliquando,[b] ſed ut plerumque pro honeſta: ſacramento remouebantur in cauſaria: ſacramento abijciebantur in ignominioſa, ut hæc exemplis illuſtrauit Vuolphangus Lazius.[c] Miſſio honeſta fiebat, vel finito bello dimiſſo milite; accepto diplomate à duce ſuo uel non finito, ſi annos ſtipendiorum quis compleuiſſet, ita emeritis ſtipendijs dimiſſione facta.[d] Anni porrò uiginti erant, per quos, antequàm ueterani dicerentur & honeſtà militiæ ſoluti oportuerat in legione vel vexillatione militaſſe, & tunc decurſis omnibus ſtipendijs, & uacationem à ciuilibus habebant muneribus & honoribus, & priuilegia veterani:[e] iſti dicuntur dimiſſi cum honore, quibus ætas, & iuſta ſtipendia dicuntur adeſſe
4 apud Cornelium Tacitum.[f] Dabatur & militibus honeſtiſſimis uacatio militiæ, ante illud tempus uiginti annorum à principe ex priuilegio,[g] ut plerumque per quinquennium.[h] Data & anni Q. Fabio, & Q. Fuluio CC.[i] Dabantur & ex gratia vacationes centurionibus, quas remitti flagitatum fuit ſub Nerone.[k] Sicuti & ſtatutum ſub Theodoſio, ne quis vacationem obtineret à principe temporalem, niſi ex iuſtis cauſis, illiſque probatis.[l] Quæ differebat idcirco à veteranorum vacatione: quia illa temporalis & ſine priuilegijs ueterani, &
5 iſta perpetua & cum priuilegijs.[m] Idcirco & ueterani rude donati, in colonias mittebantur ut pro nauata opera tot annos reipublicæ agros acciperent, ut meminerunt Liuius,[n] &
6 Tacitus.[o] Cauſaria miſſio eſt, quæ propter valetudinem corporis, vel ægritudinem animi à militia ſoluebat, quòd quia ideo minus idoneus militiæ renunciatetur,[p] ut ob prouectæ ætatis ſenium, ob quod eſt & cauſaria honeſta miſſio.[q] Et ſic de ſimilibus, vnde & milites,
7 cauſarij apud Liuium,[r] & Tacitum.[s] Ignominioſa miſſio eſt, cum quis propter delictum ſacramento ſoluitur:[t] at propriè ſoluebantur ſacramento ueterani, exauthorabantur autem puniendi.[u] Exauthorare eſt, inſignia militaria detrahere,[x] Sic enim & omnia priuilegia militaria vnà adimuntur, & ignominia notantur[y] exauthorati.

De legibus militaribus.
Cap. V.

1 *Militarium legum in tria capita digeſtio.*
2 *Armorum cura impoſita militibus, & 3. 4. 5. 6.*
Arma in bello amittere vel alienare, militi capitale, eod.
3 *Clypei ſui, num ſaluus eſſet, Epaminundæ lethaliter vulnerati cura.*
4. 6. 7. *Gladium conſeruare in bello & extra bellum, militibus bonis commendatum valdè.*
7 *Gladium in palatio principis deferre probibitum.*
8 *Arma deferre & babere priuatis probibitum.*
9 *Senatus armorum tractandorum facultatem conceſſit.*

1 Diſciplina militaris ſuas leges habet paulo diuerſas à communibus, cùm & priuilegia multa ſint huic conceſſa, præter & contra iuris communis diſpoſitionem. Has in tria capita diſtribuimus ratione rerum, perſonarum, officij, & modi militandi, & ratione negociorum & priuilegiorum. De rebus primùm, tres militares conſtituemus, arma, annonam, veſtimenta, hoſpitia, prædia illis diſtributa, & feuda, de quibus alibi. In perſonis, qui poſſint militare dicendum, de quo paulo ante. De officio eorum, in militia, & pœnis, ſi illud omittant. In negotijs porrò, & illis uetita, & indulta tra-
2 duntur. Arma itaque milites magis tractare & ſcire, quàm iocari debent.[a] Et inhibita illis aliorum, quàm armorum cura & ſolicitudo.[a] Iuſſum militibus in bello cum periculo capitis arma ſeruare. *Miles*, inquit Modeſtinus, *qui in bello arma amiſit, uel alienauit, capite punitur: humane militiam mutat.*[b] Paulus iuriſconſ. cum diſtinctione, *arma alienaſſe*, inquit, *graue crimen eſt, & ea culpa deſertioni exequatur, utique ſi tota alienauerit: ſed ſi partem eorum, niſi quod intereſt. Nam ſi tibiale uel humerale alienauit, caſtigari verberibus debet: ſi verò loricam, ſcutum, galeam, gladium, deſertori ſimilis eſt. Tyroni in hoc crimine facilius parcitur: armorumque cuſtodi plerumque eadem culpa imputatur, ſi arma militi commiſit non ſuo tempore.*[c] Et Marcellus, *arma poſtliminio reuerti negantur,*
3 *quod turpiter amittantur.*[d] Epaminundas in pugna Mantinea contra Lacedæmonios acriter vulneratus & lethiferè, pendente pugna noluit ferrum ſpiculi infixi euellere: ubi autem pugna abſoluta, quæſiuit, ſaluusne eſſet clypeus ſuus, quo oſtenſo & ſaluo, intelligēs quoque fuſos fuiſſe hoſtes, iuſſit euelli ferrum, dixitque, ſatis uixi, inuictus enim morior, & ita mortuus eſt.[e] Lacedæmoniæ mulieres filijs ſuis, quos in militiam mittebant, hoc mandare & præcipere ſolebant cum clypeum dabāt, ut redirent, [illegible], aut cum eo, aut in illo, Monentes, ut aut ſcutum referrent, aut ſuper clypeum mortui referrentur.[f] Malebant enim ſtrenuè mori filios, quàm arma cum ignominia amittere. In quam ne incide-
4 ret Romanus Marcus Catonis filius, Pauli Æmilij gener, cum poſt multa facinora egregia in pugna contra Macedonas, gladium amiſiſſet, non prius quieuit, quin inter hoſtium turmas, cum ſocijs iuuenibus multis proſtratis, inter cadauera animaduerſum tandem non reperiſſet, dolens ne in manus hoſtium gladius
5 ſuus perueniret.[g] Chabrias Athenienſis cum fortiſſimè pugnaret in navi, ea in roſtro percuſſa cum cœpiſſet ſidere, maluit in ea fortiter cum armis occumbere, quàm amiſſo clypeo ad proximas naues enatare ſaluus.[h] Neque leges eos militari priuilegio donari voluerūt, qui animum deſpondent, & turpiter voluntariè ſe dedunt hoſtibus, etiam armis victi.[i] Sic Ariſtoteles,[k] [illegible], id eſt, *lex autem, viri fortis muneribus fungi iubet, ut locum in ordine tenere, non fugere, non arma abijcere.* De hotum etiam ignominia Iſocrates ſignificat Lace-

a l. 1. militares, l. 13. § miſſionum, de re milit. in P. l. 3. § ignominia, de his qui not. infa. l. lib. 3. tit. 2.
b l. miles, ad le. Iul. de adulter. in P.
c Vuolphang. Lazius, lib. 4. comment. reip. Rom. c. 7.
d Liuius, li. 10. decad. 4. Martian. in l. militares, § miſſionum, & d. § ignominia.
e l. pen. & l. fi. de ijs qui non implet. ſtipen. ſacramento ſoluti ſunt, lib. 10. C. tit. 54. l. magiſtr. de re milit. li. 12. C. l. 1. de excuſat. veteran. li. 5. tit. 65.
f Corn. Tacit. lib. 20. Annal.
g d. § ignominia.
h apud Liuiū, lib. 1. decad. 3.
i Liuius, lib. 1. decad. 3.
k Cornel. Tacit. lib. 13.
l l. unic. de ijs qui à princip. uacat. accepet. lib. 10. C. tit. 44.
m l. 2. de ijs qui non implet. ſtipen. ſacra. ſoluti ſunt, li. 10. C. tit. 54. de priuil. ueteran. in P.
n Liuius, li. 2. deca. 5. in orat. M. Popilij centurionis
o Corn. Tacit. in 1. ſub finem.
p l. 2. § ignominia, de ijs qui not. infam. & l. milites, § miſſionum, de re milit. P.
q l. pen. de ijs qui nō implet. ſtipend. ſacra. ſolum ſunt, lib. 10. C.
r Liuius, lib. 6. deca. 3.
s Cornel. Tacit. in orat. Druſi ad tumultuantes Illyrici legiones.
t d. l. 2. § ignominiæ, & d. l. milites, § miſſionum.
u ut apud Ammia. Marcellinum, lib. 24.
x d. l. 2. § ignominia.

a l. ſcimus, § 2. de iur. delib. C. a l. milites, de loca. C. l. milites, 2. & l. militares, de re milit. lib. 12. C.
b Modeſt. l. 3. § miles, de re milit. in P.
c Paul. in l. qui commeatus, l. 14. § arma, de re milit. P.
d l. ... de capt. & poſtlimi. reuerſ. lib. 49. P. tit. 15.
e Aemil. Probus, in Epaminund. Diodor. Sicul. lib. 15. Bibliothe. Pauſa. in Arcadicis, Cice. 5. epiſt. famil. epiſt. ad Lucceium, Q. ... Val. Maximus, li. 3. c. 2.
f uide Plutar.
g Plutar. in uita Paul. Aemilij.
h Aemil. Probus in eius uita.
i Pau. in l. poſtliminio caret, l. 17. de capt. & poſtlim. reuer. lib. 49. P. tit. 15.
k Ariſtoteles, 5. Ethicor.

Lacedæmonũ ſentẽtiã, dũ ait,[a] *eos q pro regibus*
nõ audent mortẽ oppetere in prælijs: maiore ignomi
nia affici, quàm qui ordines relinquũt, & clypeos ab
ijciunt: & alibi Ariſtoteles,[b] *αἰσχρὰ ἐστὶ, ὅσα ἀπὸ*
κακίας ἔργα ἐστὶν, ὅσον ἀποβάλλειν ἀσπίδα, ἢ φεύγειν,
ἀπὸ δειλίας γάρ. id eſt, *turpia ſũt & flagitioſa om-*
nia, quæ oriuntur à nequitia: veluti arma abijcere,
& fugere, quæ oriuntur ad ignauia, ſeu timiditate.
Apud Iulium Cæſarem,[c] miles quidam qui
in bello Britannico clypeum amiſerat, quam-
uis uictor, tamen ab imperatore ueniam pe-
6 tijt. Arma itaque ſunt propria militum inſi-
gnia & inſtrumenta, quibus nec honeſtum il-
lis eſt carere, & opprobrium ea amittere. Quod
mordicus Galba ſenſit, & defendit aduerſus a-
liorum opinionem aduerſariam: is enim ob a-
lia laudatus ridebatur maximè, quòd in itine-
re ſemper gladium accingeret iam ſenex, &
7 corpore imbecillis.[d] Alius Theridates Ro-
mam ueniens, ut uideret Neronem, dum Ne-
ronem conueniret, iuſſus gladium quem gere
bat deponere, noluit, ſed potius maluit eum
clauis uaginæ affigere:[e] receptum enim erat
& obſeruatum antè, ne quis in domo ſeu pa-
latio principis arma deferret ſine eiuſdem per
miſſione, & eius rogatu.[f] Hocque etiam mi-
litibus uetitum, qui alioquin alibi deferre poſ-
8 ſunt, & debent. Adempta alijs, id eſt, non mi-
litibus, facultate, quibus nec fabricare, nec qui
bus permiſſum fabricare, uendere priuato, cui
nec habere licet, permiſſum eſt.[g] Nec licet
ruſtico lanceam, gladium, uel arma portare.
Non mercatori, niſi pertranſeat prouinciam,
quo caſu gladium ſuum ſellæ alligare debet,
uel uehiculo, non ut quem lædat Innocen-
tem, ſed ut à prædone ſe defendat.[h] *Lege*
Iulia inquit Martianus, *de ui publica tenetur,*
qui arma, tela domi ſua, in agro ve, uel in uilla,
præter vſum venationis, uel itineris, vel nauigatio-
nis coegerit.[i] *Niſi*, ut excipit Vlpianus, *Arma*
commercij cauſa habuerit, hereditate ve ei obuene-
9 *rint*.[k] Annotatum quoque eſt antiquitus à
ſenatu Romano, armorum mouendorum
concedi facultatem etiam ſub Romolo primo
Romanorum rege, ut ſcribit Claudianus, bis
uerbis,[l]

Neglectum Stilico iam per tot ſecula morem
Rettulit, ut ducibus mandarent prælia patres,
Decretoque toga fœlix legionibus iret
Teſſera.

a Iſocrates, orat. de pace.
b Ariſtotel. 2. Rhetor.
c Iul. Cæſar, lib. 5. de bello Gallico.
d Xiphilin. ex Dione, in Galba.
e idem Xiphilinus, in Nerone.
f § nemo, & § ad palatiũ comitis, de pace tenen. in uſib feud. l. unic. ut armor. uſ. inſcio princi. interd. ſit, lib. 11. C. ut qd excepto caſu, l fin. de præpoſit ſacri cubicul lib. 12. C. tit 5.
g toto tit. de armis, in auth. collat 3. tit. 11. l. unic. ut quorũ uſus interd. eſt, lib. 15 C. Theodo. tit. 15.
h §. ſi quis ruſticus, & §. mercator, de pace tenen li 2. feudo. tit 27.
i Martia. in l. 3. ad leg. Iul de ui publ lib 48. P. tit 6.
k Vlpia. in l. 1. ad l. Iul. de ui pub P.
l Claudian. in laudib. Stiliconis.

De annona militari.
Cap. VI.

1 *Annonæ ciuiles.*
2 *Annona militaris, & in quibus edulijs quotidie præbebatur.*
3 *Opinatores qui, & officium, & 4.*
4 *Annonæ quomodo fiebat diſtributio.*
Annona æraria quæ, eod.
5 *Annonam exercitui miſſam nemo priuatus emere poteſt.*
6 *Tribunorum officium circa annonam.*

1 SVnt in iure reditus ſeu penſiones,
quæ panes ciuiles dicuntur,[m]
quandoque annonæ ciuiles,[n] &
ſalaria in diuerſis ſpeciebus de pu
blico miniſtrata.[o] Quandoque & de priuato.[p]
Annonæ militaria erant ea, quæ uictus cauſa
dabantur militibus. De annona hac & publi-
ca, nos alibi, unde pauca ſubnectam. Præbebãt
autem qui erogabant annonam militarem,
tempore expeditionis, in dies duos bucella-
tum, in tertio panem: uno die uinum, alio die
acetum: uno die lardum, biduò carnem ueruec-
2 cinam.[q] Singulis diebus annona itaque præbe
batur, & per capita, id eſt, ſingulis, ut dictum
eſt. Erant & alia quoque, ſtato tempore, in-
tra annum præbenda, quæ ſi tunc recuſarent
fiſco poſt annum deferebantur.[r] Nec eorum
quæ quis petere potuiſſet tempore fertilitatis,
aut recuſaſſet, poterat repetere tempore carita
tis pretium.[s] Poſt calendas Nouembres mi-
litibus pro annona uini, uinum nouum, nõ ue-
tus tribuebatur: quoniam ueteris diſpendioſa
eſſet erogatio.[t] Tribuebatur & equitibus fœ-
3 num.[u] Qui annonarias ſpecies exhibebant, o-
pinatores dicuntur, qui exigebant à prouincia
libus,[x] cum quibus nec poterant commerciũ
inire, aut ab illis ſpecies mercari, ne fraus ita
annonæ fieret,[y] & inſiſteret ut id quod debe-
4 tur, intra anni metas acciperent.[z] Diſtribue-
bant autem illi per breuia,[a] ſeu pictaria aothẽ-
tica,[b] uel in ſpeciebus, uel æſtimatione facta,
unde & ærariæ dicebantur annonæ[c] fideliter
ab actuario ſeu erogatore, prout iuramentum
eorum profitetur, præſtandæ.[d] Quas ſi quis im
mutauerit, pœna ſacrilegij qua uiolantes con-
ſtitutiones principis, puniuntur.[e] Officium
quoque opinatorum, ſpecies delegatos anno-
narias curare excoqui, ut panis bucellatus co-
quatur ab ijs, quibus priuilegium ſingulare im
5 munitatem non præſtat uel conſuetudo.[f] Cæ-
terum *σῖτον τῷ στρατοπέδῳ πεμφθέντα οὐδεὶς ἀγοράζειν δύναται.* Annonam exercitui miſſam, ne-
mo emere poteſt: & qui comparauerit, ſi hone-
ſtioris fortunæ, confiſcatione bonorum multa-
tur: ſi abiectioris, capitali ſupplicio afficitur.[g]
6 Officium tribunorum etiam eſt, frumentatio-
nibus commilitonum intereſſe, frumentum
probare, menſuræ fraudem coercere.[h]

m in l. ſi §. fi. de iure dot li. 5. C. titu. 12. & nouella 88.
n §. hæc ergo, de nõ alie. reb. eccleſ. in auth.
o l. priuilegia, C. de ſacroſan. eccleſ.
p d. l. ſi. §. fina, de iur. dot. C. l. ſi de erog mili. anno. li 12. C.
q l. 1. de erog. milit. anno lib. 12. C. tit. 38.
r l. fortiſſimi, l. 6. de erogat. mili. anno. lib. 12 C.
s l. nolli milita tem, l. 7. eo.
t l. iubemus, l. 10 cod.
u l. prouincialium commodis, l. 2 eo ut.
x l. opinatoribus, l. 12. & l. ij ſcholarib. l. 14 de erog. milit. anno l. 1 de exactio. & tranſlatio. militar. anno lib. 12. C. tit. 39.
y d. l. opinatoribus, & l. c. de ſuſcep. lib. 10. C. tit 70.
z l. miſſi opinatores, l 7. de exact. tribu. lib. 10. C. tit. 19.
a l. excellẽtia, l 6 de erog. militar. anno
b l. actuarij, l. 5. de eroga. milit. anno.
c l. ſeptem dierum, 2e & l annonas, l. 1. cod. tit. C.
d l. iubemus p hanc, l. 16. cod. titu.
e l. lege reperi ro, l. 13. cod. tit.
f §. 3 & 3 de exactione & tranſla. milita. annonæ, li. 12. C.
g l 42 In legibus Iuſtinianis militarib. Græcis.
h l officium, l. 12 §. fina. de re mil. P.

De veſte militari. Cap. VII.

1 *Veſtes militares quo tempore anni dabantur.*
Canon exactus ob ueſtem militarem. eod.
2 *Stipendia militum, ueſtes, annona, tergora boum, arma.*
3 *Nudi pugnabant Heruli, & Geſſatæ.*

1 QVemadmodum militibus ſtatæ an
nonæ erant, ſic & ueſtes certis tem
poribus illis præbebantur, à calen
dis Septembris uſque ad calendas
Aprilis.[i] Aliquibus fortiſſimis uidelicet & ho-
noratioribus in pretio, aliquibus autem ut gre
garijs in ſpecie.[k] Et ad harum ueſtium onera
2 canon ex prouincijs exigebatur.[l] Tradit Li-
uius[m] militibus in ſtipendia datam non ſo-
lum pecuniam, ſed etiam ueſtimenta, potiſſi-
mum hyeme, & frumentum: diſtributa & in
ſtipendia militibus tergora boum, ut innuit
Cornelius Tacitus,[n] dum ait Druſum Friſijs
tranſrhenanis populis tributum iuſſiſſe, ut in
ſtipendia militum tergora boum præberent.
Sic & Polybius tradit, arma, ueſtes & frumen-
tum, quæ militibus dabantur imputari eorum
ſtipendijs.[o] Plutarchus tamen,[p] lege Sempro-
nia tradit, imminuto ſtipendio, cuilibet militi
3 unã datã ueſtem. Forſan Heruli ueſtium milita
rium indigi non fuerunt, ut Romani: nam ij
pugnare nudi ſoliti erant, folijs campeſtribus
pudenda

i l. 1. de militari ueſte, lib. 12. C. tit. 40.
k l. ſi eod. tit de militari ueſte, C. eod.
l l. e. & 3. C. eo.
m Liuius, lib. 3. decad. 3 dum agit de Pub & Cn Scipionum literis ex Hiſpanijs ad ſenatum miſſis, lib. 6 & ſeq
n Cornel. Tacitus, 4. Annal.
o Polybius, li. 6.
p Plutarch. in uita Gracchi.

a Cicero, pro Cælio
b Vulcati⁹ Gallicanus, in Auidio Caſſio.

de pudenda tegentes, ut ſcribit Cicero,[a] & Vul
catius Gallicanus.[b] Polybius Geſſatas huiuſ-
modi deſcribit. *Qui trans Alpes, inquit, Rhoda-
num habitant, & propterea quòd militiam merce-
nariam abeunt, Geſſatæ vocantur (nam id ea dictio
ſignificat) reges habebant, bello Inſubrum Galloru͂
cum Romanis peracto, Congolitanum & Aneroe-
ſtem, ij cum Boijs & Inſubribus pugnantes contra
Romanos, ob magnitudinem animi & incredibilem
gloriæ cupiditatem abiectis ſubligaculis & ſcutis,
nudi tantum ante omnes ſtabant, rati per eum mo-
dum aptiores ſeſe & magis expeditos ad bellum fo-
re: ſi quidem denſæ in his locis ſentes implicarent ve
ſtes, & uſum armorum præpedirent.*[c]

c Polybius li. 2. hiſtor.

De hoſpitijs militum. Cap. IIX.

1 *Hoſpitium alimentis connumeratur.*
2 *Hoſpitia militaria in caſtris tentoria, & alibi domus*
Hoſpitiorum deſignatores, menſores. eod.
Metator quis. eod. Metatum quid. eod.
Metationis caſtrorum forma. eod.
Tentorij erigendi uel deponendi in caſtris lex. eod.
Fourriers, *quare nominati, eorum pœna ſi quid extorqueant ob liberationem hoſpitij. eod. & 11.*
Hoſpitis ſignati nomen delere, falſi habet pœnam. eod.
3 *Hoſpitiorum militum leges quædam.*
4 *Hoſpitij diuiſio inter dominum, & hoſpitem militem ut fiat.*
5 *Hoſpitij nomine quæ militibus hoſpitibus debentur.*
6 *Salgama quæ hoſpitibus præbenda.*
7 *Metatoris liberatio ab hoſpitio, non poteſt alio hoſpitio onerari.*
8 *Hoſpitij onus patrimoniale munus, & qui eo non teneantur.*
9 *Hoſpitiorum immunitas alios non onerat.*
10 *Hoſpitia militum euntium in bellum, & redeuntium ubi debent conſtitui.*

1 INter alimenta, & hoſpitia ad habi
tandum connumerari, quia ſine
his non poteſt commodè quis vi
uere, palam eſt:[d] quamquam hoſ
pites inter peregrinos ſint, nec propriè habita-
2 re dicantur.[e] Proinde de hoſpitijs militum a-
gendum. Erant hoſpitiorum militarium duæ
ſpecies, in caſtris videlicet, & in domibus: in ca
ſtris tabernacula & tentoria erant. Qui ea hoſ-
pitia diſtribuebant menſores & deſignatores à
Vegetio dicti.[f] Metatores uocant iuriſconſul
ti,[g] & menſores etiam.[h] In caſtris metatum,
erat ſpatium loci, intra quod militem ſe conti-
nere & hoſpitari oportebat. Et Sidonius Apol-
linar.[i]

d l. verbo viſtus, de verbo. ſigni. P
e l. 1 § habitare, de his qui deiecer. vel effuder. in P. l. de tiorum, l. 1 de metat. li. 12. C.
f Vegetius, 2. de re militari.
g l. fin de metat. & epideme tic. lib. 12. C. titu 41.
h l. 1. & 2. de metat. & epideme lib. 12. C. l. 7. de menſor. lib. 12. c. tit. 28
i Sidon. Apollin. in Panegyrico Anthemio dicto.

Contrahis, aggrederis, ſuperas, includis, & ut te
Metato ſpatio caſtrorum ſardica vidit,
Obſidione premis.

De caſtrorum metatione & de forma ſeu figu-
ra, & quæ obſeruanda in illa, plura colligit A-
lexander ab Alexandro, quæ apud illum uide-
to,[k] & apud Polybium,[l] vbi & lex, ne cui mili-
tum prius liceat erigere, uel deponere tento-
rium ſuum, quam tribunorum imperatorisve
tentorium erigatur deponatorve. Signabant
creta, uel alia re metatores hoſpitia manu pro
pria, nomine hoſpitis in foribus domus: quod
ſi quis deleuiſſet, falſi pœna tenebatur:[m] à fori-

k Alexand. ab Alexand. lib. 2. genial. dier. ca. 29
l Polyb. libr. 6. epit. vid. Ioſep. de bell. Iudai.
m l. 1 de meta t. lib. 12. C.

bus & hodie iſti uocantur qui metant, apud
3 nos *fourriers, mareſchals de logis*. Leges de hoſpi
tijs militum dictæ ſunt: quarum prima erit, ut
illicita miniſteria ſub prætextu adiuuantium
militares viros, ad concutiendos homines pro
cedentia prohibeantur, & deprehenſa coerceã
tur à præſide prouinciæ. Et caueatur, ne tenuis
uitæ homines, ſub prætextu aduentus officio-
rum, uel militũ, limine unico, id eſt, eius quod
pauperi neceſſarium eſt, uel limine ſeu habita
tiuncula unica, uel breui ſupellectili, ad alio-
rum uſus translatis, iniurijs uexentur. Ne quid
ſub nomine militum quod ad utilitates eorum
in commune non pertinet, à quibuſdam pro-
pria ſibi commoda iniquè uendicantibus, com
4 mittatur.[n] Lex alia diuiſionis domus inter hoſ
pitem, & dominum, qua inſolentia militum
continetur, ut diſtincta domo in tres partes,
duas dominus ſibi liberas habeat, tertiam ue-
rò hoſpes: ex tribus primam eligit primum do
minus, ſecundam hoſpes, tertia domino relin-
quitur. Niſi hoſpites illuſtres ſint: quia tunc
media domus pars ijs relinquitur. Eo tamen in
omnibus his obſeruato, ut ergaſteria mercium
cauſa, extra diuiſionis partes dominis libera
ſint: niſi equites hoſpites ſint, quibus ſi ſtabula
deficiãt in domo, pars aliqua ergaſteriorũ ſine
magno incommodo domini, ſtabulo deputa-
tur, pœna aliter quam diximus tentantibus, ſi
illuſtres ſint 30. librarũ auri impoſita, cæteris
5 militia priuandis.[o] Hoſpitiorum nomine do-
mini tenentur præbere hoſpitibus, quæ habita
tionis cauſa tantum neceſſaria ſunt, nõ etiam
ea animalium paſcua uel hominum eſcas. Qui
nimo & miles, qui ea exigit, & dominus qui e-
tiam ea ſpontè exhibet, pœna affici debent.[p]
Ideo enim ſtipendia, & annonas milites acci-
6 piunt, ne prouinciales onerent.[q] Forſan ueti-
tum non erit ſalgama ruſtica militibus petere,
videlicet τὰ ταρίχη quæ condita ad uſum domi
ni ſeruantur, ut putà mala, pyra, ficus, vuas, ra-
pas: nam ea vili pretio ſunt, ut innuit Columel
la dum ait.[r]

n Vlpia. in l. ſ licitas, l. 6 § illicita miniſteria, cũ §§. ſeq. de offi. præſid. li. 5. P. tit. 18.

o l. 2. de metat. libr. 12. C. & l. hac lege. 10. § ſi qui illuſtres, eod. tit.

p l. devotum, l. 3. de met. lib. 12. C. l. 3. de eroga. milit. anno. lib. 12. C. l. 2. ne militi. ad vilem obſeq. devocen. li. 12. C. titu 14.
q dicta l. 3. de erogat. milit. annon.
r Columella, lib. 10.

Tempore non alio vili quoque ſalgama merce,
Capparis, & triſtes inulæ ferulæq; minaces
Plantantur.

Verùm cautum, ne quis militum, aut tribuno-
rũ, aut præpoſitorũ, ſalgami nomine exigat ab
hoſpitibus ſuis culcitras, oleũ, lignũ: nec etiam
nolẽtibus ijs hoſpitibus auferat:[s] neve balneũ
à domino ædium poſtulet.[t] Liceat propria au-
thoritate militem expellere cuique domino, ſi
prægrauandi cauſa in poſſeſſionẽ uenerit, nec
crimen aliquod pertimeſcat: cum ſibi arbitriũ
7 ultionis ſuæ ſibi ſciat eſſe conceſſum.[u] Qui
hoſpitia præbuerũt metatoribus, ſiue quolibet
pacto eis ſatisfecerint, nullam uel penſionis
uel diſcuſſionis domus gratia moleſtiã ſuſtine
8 re coguntur.[x] Hoſpitij onus, munus patrimo-
niale eſt.[y] Idcirco quemadmodum diximus à
muneribus patrimonialibus liberos quoſdã eſ
ſe, ſic & ab hoſpitijs quoſdam releuari anno-
tandum eſt: quamuis non omnes, qui à patri-
monialibus excuſantur, ab hoc immunes ſint,
ſed quibus indultum lege eſt: quales ſunt ar-
chiatri principis, & urbis Romæ, literarum ma
giſtri, & artiũ liberalium profeſſores, inſigneſ-
que pictores, & doctores legum, ſcilicet profeſ-
ſores.[z] Item conſules, & patritij tres domos ha
bent ab hoſpitio liberas, & hæredes eorum: ho
rum filij, pater, mater, ſoror, frater, uxor, duas.
Conſules tantũ duas ſemis, & hęredes eius vnã
ſemis. Si ſolum conſul, eodem modo. Præfecti

s l. vnic. de ſalgamo hoſpit. non præb. lib. 12. C. tit. 42.
t l. hoc proſpectũ eſt, de metat. lib. 12. C.

u l. devotum, l. 3. eod. titu.

x l. omnes, l. 4. de metatis, lib. 12. cap. 8 C.
y l. 3. de muneribus patrimonial. lib. 10. C. l. 3 § munus, de muneri. & honoribus P.

z l. archiatros de metatis, lib. 12. C. l. medicos, & l. fin. de profeſ. & med. li. 10. C. tit. 52. l. 6 § 5 fin. de munerib. & honori. in P.

& magiſtri

& magiſtri militum, dum uiuunt, duas: hæredes eorum, unam: magiſtri officiorum uel quæſtores, unam ſemis: hæredes eorum, unam. Comites domeſticorum & protectorum, ſacrarũ uel priuatarum largitionum, ſingulas: hæredes eorum, dimidias, ut ſtatuit Arcadius. [a] Immunes quoque facit Leo, decem tribunos poſt primicerium, ab hoſpitijs in domibus, quas habẽt in urbe Conſtantinopolitana. [b] Item & prætoria ordinariorum iudicum, [c] & fabricenſiũ do-
9 mus. [d] Qui autem immunes ab hoſpitijs ſunt, non debent uicinos onerare: nec debent, ut illi
10 onerentur, immunitatem impetrare. [e] Cæterũ & annotandum eſt, militibus ex bello redeuntibus, uel in bellum euntibus, non ſemper hoſpitia in domibus priuatorum conſtituenda eſſe: ſed & in turribus murorum iuxta ſolum, non autem in ſuperioribus contignationibus, forsã metu proditionis, ſed in pedeplanis, ut loquitur Iuſtinianus. [f] Sed & Plutarchus notat, morem fuiſſe Romæ, exercituum ducibus urbem non ingredi. [g] At dum in præſidio milites ſunt, placuit Franciſco primo, eius nominis Regi Gall. intra mœnia urbium hoſpitari debere, [h] atque ſi quis ex ciuibus, uel caminum, uel ſtabulum domus ſuę corruperit deieceritve, ne milites reciperet, domo ita illis reddita inutili, cogeretur reſarcire & reficere, & mobilia inde eiecta reſtituere in formam priſtinam. Cæterũ ſupellectilia militibus concedi cum inuentario iudice loci authore, & ex eodem reſtitui, ante-
11 quam inde migrent. [i] Edidit & idem rex caput aduerſus metatores militum, ut ſi quis prętexto officij aliquid a dominis domorum extorſerit, ne ibi ſignaret uel deſignaret hoſpitia, furca ſuſpendatur. [k] Demum ut qui ab exercitu cum commeatu impetrato & ſubſcripto a ſuo duce recedunt, non hoſpitentur gratis, ſed in publicis hoſpitijs, more aliorum uiatorum. [l]

a in l. hac lege, l. 10 de metatis, li. 12. C.
b l fi. eo. tit. de meta.
c l. cunctos, l. 3 C. eo. ti.
d l fabricenſium, C eod.
e l. omnes qui, l. 9. de meta. li. eod. C.
f Iuſtiola in l. deuotiſſimos, l. 7 de metatis, li. 12 C.
g Plutarch. in Pompeii vita.
h Ordonnances du Roy Frãcois fur le faict de la guerre, art. 3.
i ead. conſtitut. art. 7. & 8.
k ead. conſtit. art. 13.
l eod. artic. 16.

De Prædijs & Caſtris militibus aſſignatis. Cap. IX.

1 *Prædia militaria.*
Prædia in uſum uel opem militiæ a priuatis relicta.
2 *Caſtella militum limitanea.*
3 *Magiſtri militum cura circa caſtella limitanea.*

1 IN feudorũ tractatione docuimus, aliquãdo diſtributos fuiſſe agros, potiſſimũ limitaneos, militibus, uel pro munere militiæ, [m] quos ipſi ſuo labore curarent, eoſdem & defenderẽt, omni tributo remiſſo, [n] de quibus iterũm non loquar, ſed addam, & a priuatis etiam in uſum militiæ fundos relictos aliquoties, ut ex illorum prouentibus militibus frumenta darentur. [o]
2 Erant & caſtellorum loca, in oris regni, quæ ab alijs quam a militibus non poterant detineri, ut ſi priuati caſtellani inuenti eſſent non milites, capitali ſententia plecterentur. [p] Quia priuato cuſtodia limitis imperij committi non debet, [q] propter periculum uicini hoſtis & prodi-
3 tionis. Quinimo & cura magiſtri militum olim erat, ob eundem metum, ut etiam caſtella per milites poſſeſſa limitanea, & ciuitates per limites conſtitutas, quæ ad iuſtam magnitudinem accederent, ita diſponeret & circumcideret, ut per paucos poſſent defendi & tuto conſeruari. [r]

m vt l. in agris, de acquir. rer. dom. & l. omnes fundi, l. 8. de fundis patrimo. lib 11. C. ti. 61.
n l fin de fundis limit. li 11. C. titul. 59 l. in nomine domini, de offi. præfect. præto. Afri. li 9 tit. 30
o l. 1. de fundis limit. li 11. C.
p l. 2. cod. ti. de fundis patrim.
q l. legatum, de operibus publ. in P
r d. l. in nomine domini, §. interea, de offi. præfec. prætor. Afri.

De Officijs militum, & pœnis in illis delinquentium. Cap. X.

1 *Militare crimen quod dicatur.*
2 *Militares leges de non detrectanda militia, de ſe non dedendo, de obedientia præpoſitorum mandatis.*
3 *Pugnandum non eſſe, niſi iuſſu imperatoris exercitus, exemplis uindicta docetur.*
4 *Militum contumacia plectenda.*
5 *Militibus uallum, aut agmen non licet excedere.*
6 *Miles manus inferens, aut eum deſerens, aut contumax præpoſito quomodo puniendus, & 12.*
7 *Seditionem mouens in exercitu miles, ut puniatur.*
Commilitonem vulnerantis pœna, eod.
8 *Leges de diſciplina militum ab Aureliano præſcriptæ.*
9 *Pugnæ initium apud Romanos præcedebat adoratio Dei.*
Religio in caſtris obſeruata, eod.
Plenilunij in pugna obſeruatio, eod.
10 *Miles ab auditu tubæ diſtans inter hoſtes.*
11 *Miles deflectens a uia itinerante exercitu puniendus.*
12 *Ordines deſerere pœnam habet capitalem.*
Cuſtodiam deſerere capitale, eod.
Sortitio ad pœnam militare ſupplicium, eod.
Stare pœna militaris, eod. & 15.
13 *Stationem relinquere capitale.*
14 *Militiam duplicem nemo habeat.*
15 *Commeatum quo tempore militibus dare non liceat, eod.*
16 *Deſertionis crimen diuerſum & pœna, & 17.*
Deſertor quis, eod.
Emanſor quis dicatur, eod.
17 *Fugitiuus, quis.*
Erro quis, eod.
18 *Pugnantibus alijs, non pugnare, capitale, & 21.*
19 *Pœna militaris, milites inter ſarcinas & captiuos ponere, fractis haſtis.*
20 *Miles iniuſſu magiſtratus, ne alio ſe transferat.*
21 *Miles ne commilitonem pugnantem deſerat.*
Transfuga qui.

1 OFficium regentis exercitum in duobus conſiſtit, uidelicet in danda & conſeruanda militari diſciplina. [s] Quam qui offendunt, militare crimen committunt: ut ſi extra hanc diſciplinæ rationem delinquant, commune crimen admitte-
2 re dicuntur. [t] Leges militares formulam, & uiuendi, & officij præſcripſerũt, quarum aliquas recenſebo, additis pœnis eorum qui ab his declinant: & ita delictum militis eſt, quod aliter, quam diſciplina militiæ exigit, committitur, uel ſegnitie, uel contumacia, uel deſidia. [u] Prima erit, ne quis munus militiæ detrectet, nec ei ſe uel ſuos ſubtrahat, alinquin pœna imminente legibus impoſita. [x] Ne ſe dedat cui non licet, hocque crimen augetur, ut in cæteris delictis, dignitate, gradu, ſpecieque militiæ. [y] Obediant milites præpoſitis, & mandata eorum exequantur: aliter peccatum deſertoris ſubeant. [z] Ne prohibita a duce faciant, uel mãdata omittant: alioquin capite puniantur, etiãſi res bene
3 geſſerint. [a] Q. Fabius Rutilianus magiſter equitum a Lucio Papyrio curſore dictatore uirgis iuſſus cędi, quod exercitũ eduxiſſet aduerſus Sãnites ſine eius iuſſu, q̃uis eos fudiſſet. [b] Vt & Po-

s l. officium, §. 1. de re milit. ff. li. 49 ti. 16.
t l. 2. eod.
u l. omne delictum, l. 6 eod.
x l. 4 § grauius autem, & §§. ſeq. eod.
y l. 2. §. fi. eod.
z l. 3. § ſi præſides, eod.
a l. 3 § in bello eo. de re mil. & l. omne delictum, §. contumacia, eod. ſimil. lex 14. in militarib. Inſtitia.
b Valer Max. li. 4. c. 8. Eutropi. li. 2. Plin lib. de vir. illuſtribus.

ſthumius Tiburtus, & Manlius Torquatus, fi-
lios et prouocatos ab hoſte & uictores, iuſſerũt
occidi, q̀ non expectato Imperatoris iuſſu pu-
4 gnaſſent.[a] Et multo grauior contumacia erit
ipſo contemptu. Nam ut docet exemplo & reſ-
ponſo Pub. Craſſi Mutiani Gellius, corrumpi-
tur & diſſoluitur officium Imperatoris, ſi quis
ad id quod iuſſus eſt, non obſequitur, & cõſiliõ
ducis non conſiderato, arbitrio reſpondeat.[b]
5 Qui agmen exceſſerit, ex cauſa uel fuſtibus cæ-
ditur, uel mutare militiam ſolet. Necnon & ſi
quis uallum trãſcendat, aut per murum caſtra
ingrediatur, capite punitur: ſi uero foſſam tran
ſilijt, militia reijcitur.[c] Hoc enim & in muris
publicis & foſſis capitale perpetuo fuit crimẽ.[d]
6 Qui manus intulit præpoſito, capite puniẽdus.
Augetur & hoc crimen qualitate, ſeu dignitate
præpoſiti.[e] Sicut & contumacia, irreuerentia
omnis aduerſus ducem uel præſidem militis,
capite punienda eſt.[f] Eadem capitalis pœna ei
impoſita, qui præpoſitum ſuum deſeruerit, uel
7 protegere noluerit.[g] Ad contumaciam ſe-
ditio pertinet mota inter milites, quæ ſi atrox,
capite punitur: ſi intra uociſerationem, uel le-
uem, habet è gradu militiæ reiectionem.[h] Lex
Rotarij inter Langobardos, animæ, id eſt, uitæ
periculum in eos ſtatuit milites, qui cõtra prin
cipem, uel in eum quem illis præpoſuerit, eam
mouerit.[i] Scipio Africanus, in caſtris Hiſpaniæ
ſeditioſos milites, nudos protrahi iuſſit, & ad
palum deligatos, uirgiſque cæſos ſecuri percu
ti, ut author Liuius.[k] Sed plura alibi de ſeditio
ſis ſuo loco in crimine læſæ maieſtatis huma-
næ. Porro qui commilitonem uulnerauerit, ſi
quidem lapide, militia reijcitur: ſi gladio, capi-
8 te plectitur.[l] Leges militares Aurelianus Cæ-
ſar tribuno præſcripſit huiuſmodi.[m] *Nemo pul
lum alienum rapiat, ouem nullus contingat, uuam
nemo auferat, ſegetem nemo deterat, oleum, ſal, li-
gnum nemo exigat, annona ſua quiſque contentus
ſit De præda hoſtium, non de lacbrymis prouincia-
lium habeat. Arma terſa ſint, ferramenta Samiata,
calciamenta fortia: ueſtis noua ueterem excludat.
Stipendium in baltheo, non in popina habeat. Equũ
ſaginarium ſuum defricet, captum animal non uen-
dat, mulum centuriatum communiter curet. Alter
alteri quaſi ſeruus obſequatur, à medicis gratis cu-
rentur, aruſpicibus nihil dent, in hoſpitijs caute ſe
9 agant. Qui aliter fecerit, uapulet.* Romani quoq;
qui maius momentum in religionis obſeruan-
tia, quàm in uincendis hoſtibus poſuerunt, ini-
tio pugnæ ex more Deos ſuos adorare & uene-
rari ſoliti erant.[n] Lacedæmonijs ante plenilu-
nium in aciem prodire, lege non licebat.[o] Ali
quando & Iudaicus populus à bello abſtinuit
ſabatho, ob Dei honorẽ: donec neceſſitas Ma-
chabeos legem & uitã tutandi illo die arma ſu
10 mere coegit. Lex alia militaris, militẽ ab audi
tu tubæ exercitus diſtantem, in hoſtium refere
11 bat numerũ.[p] Alia Alexãdri Cæſaris, ut ſi quis
de uia in alienam poſſeſſionem deflexiſſet, pro
qualitate loci aut fuſtibus ſubijceretur in con-
ſpectu eius Cæſaris Alexandri, aut uirgis.[q] Sic
Philippus rex Macedonum Aphthonetum fla
gris cecidit, quod cum ſitiuiſſet, acie deſerta, di-
greſſus ab itinere in publicum hoſpitiũ diuer-
12 tiſſet.[r] Refert & Appianus eos qui ſeditionẽ in
exercitu concitaſſent, qui cuſtodiam, aut ordi-
nes in bello reliquiſſent, ſorte delectos morte
multatos.[s] Eſt enim digna obſeruatione lex,
ordines ne quis deſerat. Atque pœna aliquan-
do non ſeruati ordinis, ignominiæ cauſa ſtare,
& ſcutũ præ ſe ferre. Qua damnatus ſub Lyſan

a Val. Max li. 9 c. 3. Oroſ. lib. 3 c. 9.
b Gelli. lib. 1. cap. 14.
c in l. 19. militis l. Iuſtinian. l. 3 §. in bello, de re milit. vide Cõſtãt. Harmenop. lib. 6. tit. 16.
d l. ſi. de rer. diuiſ. in P.
e in l. omne delictum, § 1 de re militia c. homo chriſtianus, 40. diſt. in l. 11. & 19 & 13. leg. milit. Iuſtini.
f d l. omne delictum, §. contumacia, l. milites agrum, l. 13 §. irreuerẽs, de re milit. P.
g l. 3. §. ſi. & d. l. omne delictũ §. ſi ob. tit. l. 1. & l. 2. §. cum dominus, ad Syllania. P. & l. 3 l. leg. milit Iuſtin.
h l. 1 § qui ſeditionẽ, de re milit. P. & l. 13 leg. militar. Iuſtin.
i l. 1 tit de maleſic. lib. 1 leg. Langobard.
k L. lib. 8 decad. 3
l l. omne delictum, l. 6 §. ſi quis commilitonem, de re milit in P.
m Flaui. Vopiſc. in Aurelia no.
n Plutarch. in vita Marci Cœli Rhod. lib. 5. cap. 27.
o Suidas, in Hippia.
p App. Alexã in Lybico.
q Lamprid. in Alexan. ſacit l. 3 verſi ſed qui agrum, de re milit. in P.
r Aelian. li. 14. de var. hiſt. c. 5.
s Appia lib. 3. bello ciuil

dro claſſis Lacedæmoniorum præfectus Der-
13 cyllides à Pharnabazo accuſatus.[t] Suidas au-
tem apud Romanos capitale fuiſſe tradit de-
ſeruiſſe munus ſuum, ſtationem, ſeu aciem.[u]
Modeſtinus eum qui ſtationis munus relin-
quit, pluſquam emanſorem eſſe dicit, & pro
modo delicti, aut caſtigari, aut gradu militiæ
deijci.[x] Et ex eodem, legio ſi deficiat, ſolet mi-
litia auocari.[y] Gratia. Valens, Theodoſ.
CCC. iubent, ne milites & tribuni per poſſeſ-
ſiones uagentur, ſed ut remaneant cum ſignis
proprijs, & in manſionibus ſolitis ac publicis:
14 alioquin grauiori ſupplicio indicto.[z] Hinc
mutuatur rationem lex, ne quis duplicem tra-
ctet eodem tempore militiam:[a] quia militia
aſſiduum exigit militem, nec momento abeun
tem. Imo lex Iuſtiniani Græca ſanciuit,[b] ut
miles capite puniatur, qui tempore pugnæ,
uel dum acies ordinatur, ſtatione aut ſigno re-
licto fugerit, aut ex loco proſiluerit, in quo or-
dinatus, cadaueris ſpoliandi cauſa, aut ad ho-
ſtes temere proſequendos, utpote qui ordines
aciei diſſoluerit, & socijs ſuis inſidias paraſſe vi
deatur. Imo nec licet à numeris ad alios nume
ros milites trãsferre, niſi Auguſta maieſtas uti-
litatis publicæ cauſa hoc fieri iuſſerit.[c] Neque
ipſis ducibus permiſſum paſſim tempore belli
commeatum militibus dare, pœna capitali &
dantibus & accipiẽtibus imminente:[d] niſi pau
cis & ad breue tempus, & non urgente oppo-
ſito hoſte,[e] & expoſitis prius cauſis profectio-
15 nis.[f] Gracchus conſul in ſecundo bello Puni-
co, exercitum Volonum, quòd in prælio ſocios
deſeruiſſent, iuſſit ſtando cibum capere per om
16 ne belli tempus.[g] Deſertionis crimen gradus
habet, quia diuerſo modo habet delictum. Si
quidem deſertor in iure dicitur ciuili, qui per
prolixum tempus euagatus reducitur,[h] & qui
belli tempore abierit à ſignis.[i] In quo poſtre-
mo differt ab emanſore, qui is eſt, qui poſtquã
diu uagatus eſt, in caſtra reuertitur.[k] Iis proxi-
mus eſt, qui ad diem commeatus non uenit, &
in eum perinde, ac in deſertorem & emanſorẽ
ſtatuendum: facta tamen prius copia dicendi,
num qua iuſta cauſa detentus excuſari potue-
rit:[l] & qui commeatus ſpatium exceſſit in ea-
dem cauſa eſt.[m] Edictum Germanici deſerto-
rem militem faciebat, qui diu affuiſſet ut is in-
ter emanſores haberetur. Leuius tamen delictũ
emanſoris, uelut in ſeruis, erronis: grauius de-
17 ſertoris, ut in ſeruis fugitiuis.[n] Plane fugitiuũ
dicunt leges eum, qui ita conſilio capto à Do-
mino aufugit ne ad illum poſtea reuertatur. Er
ronem uero puſillum, fugitiuum, qui non qui-
dem fugit, ſed frequenter ſine cauſa uagatur.[o]
Examinantur autem cauſæ ſemper emãſionis,
quis, & ubi quis fuerit, quid egerit: & datur ue-
nia ualetudini, affectioni parentũ & affinium.[p]
Pietas enim in proximos ſæpe præſumptionẽ
doli mali pellit. Et ſi ſeruũ fugientẽ perſecutus
eſt, uel ſi qua huiuſmodi cauſa fuit.[q] Nec om-
nes deſertores ſimiliter puniuntur, ſed habetur
ordinis, ſtipendiorum ratio, gradus militiæ, lo-
ci, moneris deſerti, ante actæ uitæ, ſi ſolus, uel
cum alijs deſeruerit: num crimẽ deſertionis ſo-
lum ſit, uel aliud habeat coniunctũ, & tempo-
ris, quo in deſertione fuerit. Qui in pace deſer-
uit eques, gradu pellendus: pedes, militiã mu-
tat. Qui autem in bello, uterque capite puni-
tur. Crimen adiectum deſertioni grauiorem ad
dit pœnam. Deſertor ex prima deſertione, capi
te punitur in urbe inuentus: alibi, ex prima
deſertione deſtituitur, ex ſecunda capite puni-
tur.

t Xenoph. li. 3. rer. Græcar.
u Suid in ver. λιποταξία.
x l. 3 §. qui ſtationis, de re milit. P.
y d l. 3 §. ſi.
z in l. tribuni, l. 15. de re milit. l. 12 C.
a l ſi. qui milit. non poſſ. li 12. C. facit l ſin de aſſeſſo. C. & c. de multa, de præben.
b l. 39. in legibus militar. Iuſtin.
c l. contra publicam, l. 14 de re milit. li. 12 C. glo in ca. ad apoſtolicam. in ver. ad prohibendum, de regula.
d l. 1. de commeat. lib. 12. C. titul. 43 l. non omnes, §. 1. de re milit. P.
e l. per hanc, §. vt autem. de erogat. milit an no. li. 12 C.
f l. nemo miles, l. 13 eod.
g Liuius, li. 4. decad. 3
h Modeſtinus, l. 3 §. deſertor, de re mili. in P.
i l. 1. §. deſertor, de deſertorib. lib. 12. C. tit 46.
k d. l. 3 §. emãſor.
l d. l. 3. §. ſi ad diem commeatus.
m l. qui commeatus, l. 14 de re milit.
n l. 4. §. edicto Germanici, de re milit. in P.
o Vlp. in l. quis eſt fugitiuus, l. 17 cum ſuis §§. & §. erronem, de ædilit. edict. li. 21 P. tit 1
p l. 4 §. examinatur, de re milit. in P.
q Vlp. in l. 3 §. ſi eum quis pertinet, de libero hom. exhib. li. 43 P ti. 28 l. 2. de capt. in P.

tur. Daſertor ſa offerens: ex indulgentia princi-
pis in inſulam deportatur a. Iuſtinianus ta-
men mitius agens, ait deſertorem qui ſponte
proceſſerit, peccati anterioris ſupplicium ti-
mere non debere b: qui deſertorem ſcienter re-
ceperit & celauerit in domo vel agro, & is capi
te punitur, & domus fiſco defertur c. *Si quis*,
inquit Carolus, Magnus, *adeò contumax aut*
ſuperbus extiterit, vt dimiſſo exercitu abſque iuſ-
ſu aut licentia regis domum reuertatur, & quod
nos Theutonica lingua dicimus triſlex feceris, ip-
ſe vt reus maieſtatis periculum vitę incurrat, &
res eius fiſco noſtro ſeruentur d. Scipio milita-
rem diſciplinam apud Numantiam corrigens,
quem militem extra ordinem depræhendit, ſi
Romanus eſſet, uitibus: ſi extraneus, ſuſtibus
cæcidit e. Aliquando, ſimiles ad exercitum nõ
redijſſet, conſul eum, & bona eius uendere
18 iuſſit f. Tempore quo eſt pugnandum, non pu
gnare, & ita munus ſuum deſerere, grauius
crimen eſt: utpote proditionis ſpeciem ha-
bens, & ſeuerius idcirco, & morte uindicatur.
Eo nomine Lætus dux exercitus Seueriani Cæ
ſaris, capite damnatus, poſt commiſſum præ-
lium Lugdunenſe, quòd alijs pugnantibus à
prælio ſpectator abſtinuiſſet g. Eadem ratione
& Metius Suffetius dux Albanorum, cum exer
citu ab Alba, à Tullio Hoſtilio in auxilium ac
citus contra Veientes, cùm à pugna ſe ſubſtra-
xiſſet in montem, ut pugnantium uideret exi-
tum, & fortiori poſteà ſe iungeret, ut proditor
in diuerſas partes diſtractus, arboribus in diuer
ſa tendentibus, pœnas meritas rependit h. Scri-
bit & Gregorius Turonenſis i Clodoueum Frã-
corum regem indignatum cõtra Chararicum
in auxilium nocatum, quòd is, dum cum Sia-
grio pugnaret rex, eminus ſtetiſſet neutrã par-
tem adiuuans, exitum expectans, ut cum eo
qui uinceret amicitiam iniret. Et ideo tandem
capitali cum filio eum ſupplicio affeciſſe. De
his etiam, qui non pugnant alijs pugnanti-
bus, in proditorum ſerie, dum ageremus de cri
mine imminutæ humanæ maieſtatis, egimus.
19 Subiungam tamen aliam pœnam, quæ etſi ca
pitalis non ſit: attamen ſæuior ob ignominiã
diuturniorem uidetur nobilibus, & genere illu
ſtri natis. De qua apud Ammianum Marcelli-
num k, qui refert tertiaciorum equeſtrem nu-
merum à legionibus incuſatum, quòd cùm ip
ſæ aduerſum hoſtiũ irrumperent acies, illi pau
latim dilapſi alacritatem penè totius minuiſ-
ſent exercitus: unde commotus ad indignatio-
nem iuſtam imperator exercitus, ademptis ſi-
gnis haſtiſq; diffractis, omnes eos qui fugiſſe
arguebantur, inter impedimenta, & ſarcinas,
& captiuos; agere iter impoſuit, ductore eorũ
qui fortiter ſolus decertarat, aliæ turmæ appo-
ſito cuius tribunus turpiter prælium deſeruiſſe
annũciabatur. Abiectos quoq; fuiſſe ſacramen
to alios quatuor, ob flagitium ſimile uexillatio
num tribunos. Scribis & Gellius l, quod & fuit
antiquitus militaris animaduerſio, iubere mili
ti ignominiæ cauſa uenam ſolui, & ſanguinẽ
dimitti quod opinatus factum in militibus ſtu
pentis animi, atq; à naturali habitu declinan-
tis, ut nõ tam pęna quàm medicina uideretur.
Poſteà tamen ob pleraq; alia delicta, idẽ facti-
tatum per conſuetudinem: quaſi minus ſani ui
20 derentur omnes qui delinquerent. Hucaddenda
da Lacędemoniorũ lex quàm ab Aegyptiis ac-
cęperunt, neminem bellatorum citra magiſtra-
21 tuum conſenſum aliò ſe cõferre m. Lex Rotha,
rii Langobardorum regis, *Si quis contra inimicũ*
pugnando, collegam ſuum dimiſerit, aut aſſaltum
feceris, ſi eum deceperit, & cum eo non pugnaue-
rit, animę ſuę detrimentum patiatur n. Fuſtuariũ
etiam apud Ciceronem meruit, qui conſulem
reliquerit o. Et Francis etiam, deſeruiſſe exerci
tũ capitale, quod illis ſua lingua, *Heriſchlitz* p.
Defunctorũ in deſertione bona, confiſcari Mar
cus & Antoninus CC. ſtatuerunt q. Diſcipli-
na antiqua Romanorum ſecundum Polybiũ,
ex deſertoribus pluribus, quidam coram omni
bus militibus ſorte eximuntur, arguuntur, fu-
ſte cędũtur nulla deprecatione admiſſa. At reli
qui, hordeo illis pro tritico demẽſo, extra uallũ
22 munimenta tendere iubentur r. Inter deſerto
res transfugę quoque annumerandi, qui malo
conſilio, & proditoris animo patriã relinquũt s.
Sed deſertoribus quibuſdam leuior pœna. Ma
gis delinquit emanſore deſertor, & deſertore
transfuga: & ita oblatus deſertor, vel à ſe, uel
ab alio ex quibuſdam cauſis pœnam euitat de-
ſertionis t. Deportatur tamen qui non niſi poſt
quinquennium, ſe obtulit: niſi minuenda pœ-
na ſit deteriore militia, ſi pater filium offerat,
ne ad ſupplicium pater uideatur obtuliſſe u.
Transfugas, ſicut & conſiliorum noſtrorum re
nunciatores, ſcilicet hoſtibus, aut uiuos exuri,
aut furca ſuſpendi debere reſpondit Paulus x.
Atque Modeſtinus, eum qui ad hoſtes transfu
gerit & redierit, torquendum eſſe, & ad beſtias
damnandum, reſpondit y. Marcellus transfu-
gas, ubicumque inuenti fuerint, quaſi hoſtes
interimere licere quoq; ſtatuit z. Quod & pro
bat Iuſtinianus in deſertoribus, ſi illi armis re-
ſiſtendũ eſſe putarint a. Arrianus int. fiſc. ei qui
transfugit, & poſteà multos latrones appręhen
dit, & transfugas demonſtrauit, poſſe parci, ex
edicto Adriani C. tradit: & tamen pollicenti ea,
nihil permitti oportere b.

Leges circa ſegnitiam militum. Cap. XI.

1 *Miles laboribus aſſuetus eſſe debet.*
2 *Militum pauidorum, & primò fugientium pœ-*
na.
3 *Excubias relinquentium pœna.*
Excubiarum circuitio, & mutatio & partitio vi-
giliarum. eod. & 4.
4 *Tribunus vigilias circuire debet, & pœna non cir-*
cumeuntis.
Pœna uiuum ſepeliri. eod.
5 *Pingues habiti ignaui, & equo priuati.*

1 Milites inter cætera & laboribus du-
ratos, & uigilantes eſſe par eſt:
cùm in bello non liceat bis pec-
care: *Miles*, inquit Seuerus Cæſ.
labore probatur, non mollitudine c. Et Vlpian.
milites, inquit, *appellantur à mollitia*, id eſt du-
ritia, quam ſuſtinent, per antiphraſim d. Que-
madmodum quoque Sextus Pompeius Feſtus
2 notat e. In hac igitur etiam diſciplinæ milita-
ris parte, & leges conſtitutæ in pauidos & ſe-
gnes. Prior illa, *Qui in acie prior fugam fecit,*
ſpectantibus militibus, propter exemplum, capite
punitor f. In pari pœna caligatus eſt, qui me-
tu hoſtium, languorem ſimulauit g. Qui filium
ſuum, vt anteà diximus, ſubtrahit militiæ bel-
li tempore, bonorum parte mulctatur, & exilio:
ſi in pace fuſtibus cędi iubetur: filius in deterio
rem militiam mittitur h. Qui filium debilitauit,

a l. nõ omnes, § 1. cum ſequẽ. de re milit.
b in l. 1. § deſertor, de deſertorib. li. 12. C.
c l. 2. eod. tit.
d in conſtitutionib. Caroli Magni, in capitularib. additis ad leges Lagobard. titu. de deſertoribus.
e li. 58. Epito. Liuij.
f libr. 12. Epit. Liuij.
g Herodianus, lib. 3.
h Liuius, lib. 1. deca. 1. Oroſ. in 3 c. 4.
i Grego. Turonenſ. li. 2 hiſtoria Francor. c. 42.
k Ammianus Marcelli. li. 25.
l Gelli. libr. 10. cap. 8.
m Iſocrates orat. 3. quę inſcribitur Heleną encomium.
n lib. 1. legum Langobar. titu. de maleſic. 4.
o Cice. 3. Philippica.
p Beatus Rhenanus li. 2. rer. Germanicarum.
q l. 4. de re milit. lib. 12. C.
r Polybius, in Sex.
s Pau. in l. poſt liminiũ, l. 19. § transfugę, de capti. & poſtliminio reuer. lib. 49 P. tit. 15.
t l. 4 § edictũ, de re milit. in P.
u l. miſſos, 19. § deſertorem, eod. tit. P.
x Pau. l. § quis aliquid, l. 38. de pœn. lib. 48. P tit. 19.
y Modeſtin. in l. 3 § 10 eod. de re milit. P.
z l. eiuſdem, l. 3 § fin. ad leg. Corn. de ſicar. lib. 48. P. tit. 8.
a in l. 3. de deſertor. li. 12. C.
b l. nõ omnes, § fi. de re milit. P. argu. l. quiſquis. § fino ad l. Iul. maieſta. C. l. 1. c. de iis qui ſe deferunt.
c Herodia. lib. 2. hiſtor. Caſarum.
d l. 1. § milites autem, de mil. teſta. in P.
e Pompe. Feſtus l. hos uerbo. ſiga.
f l. omne delictum, l. 6. § qui in acie, de re mil. in P.
g d. l. omne, § exploratorem.
h l. 4. § qui filium, eod. tit. P.

delectum per bellum indictum, vt inhabilis militiæ ſit depoſtatur [a]. Puſillanimes quoque exiſtimati, qui ſe impatientia alicuius doloris, aut tædij uitæ, aut morbi, aut furoris, aut pudoris, uulnerauerint uel mortem conſciuerint, & cũ ignominia mittuntur [b]. Iuſtinianus eum qui flagitioſa ignauia deliteſcit inquit, & inuentũ degeneris mortis gladium ſubire iubet, atq; rectores prouinciæ, qui hoc crimen uel gratia uel diſſimulatione diſtulerint uindicare, patrimonij & exiſtimationis damno ſubijt, & priores officij capitali ſupplicio [c]. Polybius quoq; teſtatur, probro fuiſſe inter milites Romanos, falsò dicere apud tribunos ſe ſtrenuè geſſiſſe in hoſtes, diſpoſitiones, pręſidij locum metu reliquiſſe, telum aliquod ob metũ abieciſſe [d].

3 Qui excubias palam deſeruerit, capite punitur [e]. Callistratus autem notat militer cuſtodias derelinquentes in periculũ deduci, & pro modo negligentiæ uel coerceri, uel militiam mutare, uel ultimo ſupplicio affici [f]. Quod Nerarius firmat [g]. Epaminundas, cùm cuſtodias ſtationesq; circuiret, ut diſciplinam exemplo ſtabiliret, ſopitum militem gladio transfixit, aſſerens quod qualem inuenerat, talem reliquerat. *Caſtris metatis*, ut ait Polybius, *tribuni exigunt à ſingulis nihil furta è caſtris ablaturos: poſteà excubias circa caſtra uallata ponunt, vigilias & circuitiones noctu agunt, ſcilicet Romani. Aliqui præcedenti die admoniti per ſingulas vigilias, & aliqui certas circuiunt, alij poſt eas ſequuntur. Qui circuit à ſingulis vigilibus accipit notas & ſuas teſſeras. Si inueniat vigiles dormientes, uel reliquiſſe cuſtodiam, cum ſocijs atteſtationis accipit, & manè apud tribunos producit teſſeras, ex quibus cognoſcitur qui reliquerint cuſtodiam, & tribuno cuſtodiæ vocato, res agitatur: ſi damnetur, fuſte cæditur. Idem & ſi quis vigiles eos calumnietur* [h]. Fuiſſe in caſtris uigilias quatuor ternarum horarum, ubi & ſingulis ignes noctu tradit Diodor. Siculus [i].

4 Inter ea quæ officij, quæ plura ſunt [k], tribunorum ſunt, & illud eſt, circuire uigilias ſeu excubias [l]. Quamobrem P. Pilius triumuir nocturnus, à Pub. Aquilio tribuno plebis accuſatus, nam hæc cura ad ædiles tribunosq; plebis pertinebat, populi iudicio concidit, ob id, quòd uigilias negligentius circuierat [m]. Opilius Macrinus, tribunum qui excubias deſeri paſſus eſt, rotali carpento ſuperannexum, per totum iter uiuum atque exanimem traxit [n]. Apud Plinium, Liuium, & alios, canes qui cuſtodiæ cauſa nocturnę, in capitolio alebantur, quòd obdormiſſent, nec detexiſſent hoſtium aduentum, Romæ furca fixi & ſuſpenſi ſunt, ut hominibus exemplo eſſent, non eſſe cuſtodias & uigilias ſegniter agẽdas, uel omittendas. Leonem Baſilij imperatoris filium, Cæſarẽ etiam, excubiarum maximè curam geſſiſſe, factum eius ſingulare teſtatur, de quo Luithprandus meminit [o]. Is enim ut experiretur diligentiam cuſtodiarum & excubiarum, quæ ob metum uicinarum gentium diſponuntur ſingulis noctibus per ciuitatem Conſtantinopolim, edicto, ut ſi quis noctu eat, cæſus carceribus mancipetur, ut poſteà manè de eo iudicium habeatur, ipſemet incognitus ſolus, noctu in cuſtodias data opera ſe coniecit, dicens ſe proficiſci in lupanar, & corrupta prima cuſtodia duodecim aureis, proceſſit: inciditq; in ſecundã, quã & 20. aureis datis euaſit: in tertiam poſteà ueniens, cęſus & carceribus mãcipatus. Verùm ipſe ſe declarans carcerum præfecto, in ſedem ueniens, poſteà exilio multauit primam & ſecundam cuſtodiam, & tertiæ harum & alia bona dedit. Ad diligentiam militarem pertinet lex antiqua Francorum, ab Henrico rege 19. eorum lata, huiuſmodi. *Princeps ſub rege Francorum in poteſtate ducali conſtitutus, diligenter ſibi commiſſam prouinciam teneatur. Quòd ſi negligentiæ eius ſubintrauerint hoſtes regionem, ſi gentem læſerint noſtram, aut ſi incolas terræ ſpoliauerint, medium bonorum ſuorum regis marſupio pendat, & dux non ſit amplius, ſed priuatus viuat honore. Si volens introitum hoſtibus permiſit, ſepeliatur viuus, aut capite punitur: uxores verò eius cum liberis, & rebus omnibus regis miniſterio cedant* [p]. Ignauiæ ſignum arbitrati ſunt in milite antiqui, pinguem eſſe: ideo cenſores, ut tradit Gellius, nimium pingui homini & corpulento equum adimere ſoliti erant, minus idoneum eum rati cum tanti corporis pondere ad faciendum equitis munus, ſine ignominia tamen [q].

a d. l. 6. §. eum qui filium.

b d. l. omne delictum. l. 6. §. ſi vulnerauerit, eo. l. ij. quis aliquid. §. 11. & l. reſpiciendum. §. 20. de pœnis. P. l. 1. & 2. de bonis eor. qui m. or. ſibi conſciuerunt, l. in fraudẽ. § eius, de iur. fisc. cum ſim in P.

c Iuſtin. in l. 1. § ſi de deſerto. lib. lib. 12. C.

d Polyb. in 6.

e Pau. l. qui excubias, l. ... de re mil. lib. P.

f L. milites, l. 12. de cuſtod. reorum, lib. 48. P. tit. 4.

g L. ... eo. tit. de cuſtod. reor. in P. cum ſim ibi nota.

h Polyb. lib. 6.

i Diodor. Sicul. lib. 19. Biblioth.

k vndecim munera, & officia tribunorũ militũ, adſert & probat lib. 4. Commentar. reipu. Roman. ca. 10. Vuolphang. Laziuh.

l Macer. in l. officium. l. 12. § ſi de re mil. in P.

m Valer. Maximus, lib. 8. c. 2.

n Iul. Capitol. in Macrino.

o Luithprand. Ticinenſis, lib. reb. per Europam geſta. lib. 1. c. 3.

p Ioannes Tilemannus, lib. 2. Breuiarij hiſtoriæ Francorũ, in 19. rege.

q Aulus Gellius, lib. 7. c. 22.

Delictorum aliorum in militibus pœnæ ex alijs legibus. Cap. XII.

1 *Militis furantis pœna, & uirginem corrumpentis, extorquentis pecuniam tranſeundo.*
2 *Milites ut plerumque iniquiſſimi quare.*
3 *Milites mortui ſepeliendi.*
4 *Præda diuidendæ lex Dauidis.*
Prædam cum hoſtibus diuidens, uiuus comburendus eod.
5 *Impedimenta milites ne ducant.*
6 *Milites ſua animalia à paſcuis publicis & priuatis contineant.*
Milites oppidano pro ſuis equorumve alimentis gratis quippiam, ſiueve mercede extorqueant. eod.
7 *Chirographum intercipiens miles puniendus.*
8 *Scorta in exercitu non ducenda.*
9 *Milites ex cuius permiſſione, & quomodo ab vnius ducis in alterius ducatum transferantur.*
10 *Militis legendi cauſa æs non accipiendum.*
11 *Pœnæ militares quædam in ſumma.*

1 ALiæ ſuperioribus annectendæ leges: *Qui aliquid per uim ſuſtulerit, in illis ipſis locis, in quibus peccauerit, in crucem tollatur.* [r] ὁ στρατιώτης [illegible] αὐτὸν [illegible] [s] Id eſt, *Miliſ, qui vi puellam corruperit, naſus amputator: & data inſuper tertia bonorum ſuorum parte. Miles quocunque loco furetur rem qualemcunque, duplum reddat, militiaque eijciatur.* [t] Reliqua uide de furto, proprio titulo de furtis. Non autem eſt omittenda lex Iuſtiniani, quæ quotidianum crimen habet. [u] [illegible] *Duces, & quotquot exercitum obſeruãt, ſi à locis quæ tranſeunt pecunias extorſerint, in duplum condemnãtur.* Monuit Diuus Ioannes Baptiſta, ut milites contenti eſſent ſtipendijs ſuis, neminem concuterent, nemini calumniam inferrent. [x] Militibus quoque edixit Pertinax imperator Romanus, ne cui ex populo contumaciam facerent, neve quem uiatorẽ

2 pulſarẽt. [y] Quæ lex fuit, & eſt maximè neceſſaria, cum

r Vulcati⁹ Gallicanus, in uita Caſſij.

s in legib. militaribus Iuſtiniani, l. 36.

t l. 45. eod.

u l. 43. eod. &c.

x Diuus Lucas, cap 3.

y Herodia. lib. 2.

tia,cum ſumel ſanguine efferari animi, uix mā
ſnetudine contineri poſſint.Et,

Nulla fides pietaſque uiris, qui caſtra ſequuntur:
Venaleſque manus,ibi fas,ubi maxima merces.[a]

Et ut loquar cum Lucano,[b]

Quemque ſua rapiunt ſcelerata in prœlia cauſæ,
Hos polluta domus, legeſque in pace timendæ,
Hos ferro fugienda fames,mundique ruinæ
Permiſcenda fides, nullum furor egit in arma:
Caſtra petunt magna uicti mercede.

a Luca.lib.10.
b Idem Lucanus, lib.4.

Statuit Iuſtinianus etiam,ne qui relictis milita
ribus caſtris ſe ad deprædationem, uel latroci-
nium contulerint,ſeueritatem iudicis euadāt.[c]
Anaſtaſius Cæſar, eoſdem iubet à grauamine
3 ſubditorum abſtinere.[d] Lex quoque alia,ut ſe-
peliantur mortui milites. Hac de cauſa Athe-
nienſes decem Imperatores ſuos, & quidem à
pulcherrima uictoria redeuntes, capitali iudi-
cio condemnarunt, quòd militum corpora,li-
cet maris ſæuitia interpellante, ſepulturæ non
dediſſent, ut ſcribit Valerius Maximus.[e] Belli
lex alia, uictos in uictorum poteſtate eſſe, de
4 qua iam egimus in ſeruitute perſonali. De præ
da alia Dauidis, æqualem partem eſſe militum
pugnantium & remanentium ad ſarcinas.[f] Et
de præda quoque paulo poſt inter acquiſitio-
nes rerum ex iure gentium. Addēda lex,ut qui
ſcelerata factione inita cum barbaris faculta-
tem deprædationis in Romanos, ſeu ſuos dede
rit, uiuus comburatur:idipſum ſi eam alio mo
5 do factam, cum illis diuiſerit.[g] Cauit Franciſ-
cus I.huius nominis, ne quis miles in expedi-
tione duceret clitellarios, ſeu arcarios,impedi-
6 menta uidelicet, quæ dicuntur *bagage*.[h] Et ut
militum animalia à paſcuis publicis, & priua-
tis ſimul prohibeantur,ſtatuit ius[i] ciuile,& ſā-
cijt Franciſc.I.rex Gall. ut ſuis ſumptibus,& ſi-
bi & ſuis equis milites eſcas compararent,neve
earum nomine oppidis infeſti eſſent. aliter la-
trunculatoris mareſcharchorum notio & coer
citio eſſet,uel eo diſſimulante iudicum locorū.
Inſuper, ut æſtimatione iuſte impoſita rebus
7 uenalibus, eadem mercentur.[k] Nihil niſi ab
ſpontaneis dominis capiant, & eorum nomi-
ne,uel ſoluant,uel caueāt chirographis. Et ne
licentia armorum abutantur,ad uerſus bonam
fidem, & ſub ſpe ſolutionis futuræ mutuantes,
atque in eos,qui,ut ait Iuuenalis,[l]
Vana ſuperuacui dicunt chirographa ligni.
Statuit ut miles, qui extorſerit chirographum
ab huiuſmodi creditoribus metu,uel ui,uel iiſ-
dem illicitis medijs ſibi acceptilationem fieri
coegerit, uel extortum ruperit inciderit ve,exē-
plari ſupplicio à latrunculatoru uel magiſtro
militum, ſiue, ut uocat,gubernatore, ſubijcia-
8 tur.[m] Alia lex eiuſdem optimi Gallorum prin-
cipis, ne milites in aciem ſcorta propria ducāt,
neve communia & vulgaria, equo donent,per
miſſione facta cuilibet ea equo deturbare, &
equum ſibi habere iure dominij.[n] Ariſtoteles
mulieres in exercitu, magis turbam inferre q̄
hoſtes tradit.[o] Scipio,ſcorta,aruſpices,uates,ca
9 ſtris expulit.[p] Alia lex,nemo milites à locis,in
quibus conſiſtunt, ad alia loca ſine principis
authoritate ſpeciali transferat: magiſter mili-
tum cauſam transferendi,ſi utilis ſit reipubl.in
quirat,& principi inſinuet.[q] Commiſit tamen

c l ſi de deſertorib lib.12.C.
d l 1 & § cōtra tem, de re mil. lib. 12. C. idem Iuſtinia. in l 3. de eroga. milit. anno. libr. 12 C.
e Val. Max li. 2.cap 2.
f 1 Reg 30.& Ioſeph lib. 6, Antiquit.
g l.ſi quis barbaris, l. 9 de re milit.lib. 12.C.
h in conſtitution. Franciſc. ſur le faict de la guerre,art.4.
i l 2 & 3 de paſcuis pub. & priuat lib.11 C.titu.60.
k in conſtitutio Franciſc I. ſur le faict de la guerre, arti. 5.& 6.
l Iuuenal. Satyr.13 & ſin.
m in d. conſtitutio. Franciſc. 9 artic.23.
n in d. conſtitut. Franciſc. 9. art 31. vide Alexan.ab Alex. lib. 2 Genial. cap.12.
o Ariſtote.lib. 2.Polit.
p Suidas, in verbo ...
q l. milites, l. 34.de offic.magiſt.milit.lib.1. C. ...l.contra publicam,l. 34. de re milit. li.12.C.

Franciſcus,I. Galliar. rex hoc negotium omnu
ducibus militum,ut tamen non liceat ex ordi-
ne unius ducis ad alium ſe transferre, niſi con-
ſulto duce, & eo cum eo ad quem transferun-
tur conueniente epiſtola mutuo ſubſcripta: im
minente alioquin pœna, quòd ære diruti ſint,
uidelicet priuentur ſtipendijs, equis, & armis,
& in poſterum inhabiles, ordine deturbati, ad
10 militiam habeantur.[r] Lege Iulia quoque de re
petundis cauetur, ne quis ob militem legen-
11 dum mittendumve æs accipiat.[s] Sed longum
eſſet leges alias, criminaque militaria, & pœ-
nas perſequi. Proinde, ut paucis me expediam
inde,generaliter monebo, ex ducis & Impera-
torum iuſſu præſcribi mandata, quæ inſtar le-
gum ſunt, inter milites: & ex arbitrio eorum-
dem,ut plerumque pœnas adijci,quæ ſunt,uel
pecuniaria multa,munerum interdictio, mili-
tiæ mutatio,gradus deiectio,ignominioſa miſ-
ſio,[t] aliquando fuſtigatio,[u] uerberatio,[x] ad me
talla ſuffodienda ablegatio, & territorij muta-
tio,[y] ex hybernis in campum eiectio caſtrorū,[z]
ſanguinis miſſio, cum ſolut ignominiæ cauſa
militi uena iubebatur.[a] Inter ignominioſas ca
ſtigationes, ſtare tota die tunicatum, diſcinctū
ante prætorium.[b] Aliæ quoque plures, quas ui
deto apud Alexandrum ab Alexandro.[c] Mili-
tarium itaque pœnarum aliquæ interdum &
capitales ſunt, ut ex ſuperioribus legibus con-
ſtitutum eſt:[d] aliæ caſtigationes. Temperantur
autem pœnæ, uel ob tyrocinium delinquentis,[e]
uel licentia militari per uinum aut laſciuiam
ad delictum incitata,[f] miſeratione,[g] & ob alia
quæ tradidimus in delictorum tractatione in
principio,dum de periſtaſibus criminum in ge
nere egimus.Ignominioſam miſſionem pœnæ
aliæ comitantur, quæ infamiam ſequuntur,ut
præcludatur oīa honoribus,nec morari poſſint
in illis locis,in quibus ſpecialiter arguuntur,[h]
neque ingredi ciuitatem.[i] Ne recipiatur poſteà
militare uolens, ignominia miſſus, etſi poſteà
abſolutus ſit.[k]

r Ordonnance du Roy François premier, ſur le faict de la guerre,art.2.
s l eadē lege, l 6 § lege Iul. ad leg. Iul. repetund.
t l. 3. § pœnæ, de re milit in P.
u d. l 3. §. in bello.
x l qui cōmeatus § ſi eo. tit.
y Liuius,lib.5. deca.3
z Liuius, li. 6. & 9.deca 3
a Gellius, lib. ... ca 8
b Sueton. in Augusto de diſcipu. milit.
c Alexand ab Alex. li.2. Genial dier c.13.
d l 3 4 5 6 10. 13 14 de re militar. in P.
e l.3 § ſi plures, & l.4 in fine,& li.4 de re milit.P
f in l. 6 §. per uinum, eod.
g l 4 §. qui ſignum,l.non omnes, l. 3. § qui in deſertione, & l. milites, l. 13 § ſi de re militi.P.
h l.3 de re mil lit.lib 12. C.& ſimil ibi nota. & in l. 3 de infamia. li 10.C.l. 2.§ ignominia, de iis qui nota. infam.
i Modeſtinus, in l.ſed & milites,l.10 § ſcribit autē, de excuſa. tuto. in P.
k l. 4 § ignominia miſſus, de re milit. in P.

De obſidibus. Cap. XIII.

1 *Obſides quas ob cauſas dantur.*
Sunt inter captiuos, non teſtantur: inter Chriſtianos liberi, eod.
2 *Cælia uirgo obſes fugiens hoſtibus reddita.*
3 *Obſides pro fide rupta à dantibus puniri morte.*

1 OBſides, ad ſoluendam inimicorum
ſeu hoſtium obſidionum dantur,
& ad fœdera ſancita firmanda,uel
in fidei pignus. Proinde& iſtorum
cognitio, & iure ad militiam pertinere mihi ui
dentur:& ij in poteſtatem eorum, quibus dan-
tur, tranſeunt, & ita inter captiuos & ſubditos
poteſtati hoſtium eſſe eos apparet.Sicuti Mar-
tianus ex Commodi reſcripto ait,*Obſidum bona*
in obſidione quæſita,ſicut captiuorum,ſcilicet dece-
dentium,omnino in fiſcum eſſe cogenda.[l] Vt nec de
his teſtari poſſint.[m] Sicut nec qui apud hoſtes
ſunt,[n] niſi uel impetrauerint hoc beneficium
expreſsè à principe,[o] uel uſum togæ Romanę,
uel niſi ciuibus adſcripti fuerint.[p] At detinen-
tur hodiè obſides inter principes ciuitateſque
Chriſtianorum, non tanquam ſerui cùm li-
beri homines pignori obligari non poſſint:[q]
ſed ut eorum periculo & cuſtodia compel-
lantur,qui eos dederunt fidem datam præſtare.

l l.diuus Commodus, l. 3 de iure fiſci, li. 49. P tit.14.
m Vlp. l obſides,l 11. de teſtament. li. 28. P tit.1.
n Caius, in l. eius qui apud hoſtes, l 8. eod. tit de teſtam. P
o d. l. obſides.
p Martian. in leg. ſed etſi accepto vſu, l 32. de iure fiſci l F.
q l qui filios, quæ res pignori obligari nō poſſunt,C. Liatur, da pignor apud Greg cum ſimil.

Quod & iure pontificio probatum eſt,[a] quod pertinet ad ius retentionis, ſine libertatis & ſtatus diminutione. Quamuis ſeruituti accedat, non poſſe è loco certo liberè abire:[b] potiſſimũ dum conſenſus obſidis acceſſit, qui ſe ad id obligauit, & ob quem poſteà inuitus detineri
2 poteſt, ut fides impleatur.[c] Quamobrem repetita & reſtituta eſt Cœlia uirgo nobilis Porſennæ, quæ clam ad ſuos transfugerat: quia pignore pacis adempto, fœdus uiolatum uide-
3 retur.[d] Et uerum nihilominus eſt, obſides luere delictum eorum, qui pro fida eos dederunt, ſi fidem ruperint: ut Romæ, poſtquàm Volſci bellum integrarunt, trecenti antea dati pacis obſides, ab Appio Claudio in forum adducti, ſpectante & approbante populo uirgis cæſi, ſecuri percuti iuſſi ſunt.[e]

a c. expoſitis, e. 11 de arbit. lib. 1 Decret. & 41. c. ex reſcripto, de iureiuran. & ibi Panor. c. nimis prudens, 23. q. 8.
b l. 3 de libero homi. exhib. P.
c Io. Faber, in § ſi de iure perſon. Guido Papæ deciſ. 41.
d Liuius, li 2. decs. 1. Plinius, lib. de uiris illuſtrib.
e Dionyſ Halicar. lib. 6.

De negotijs & priuilegijs militum. Cap. XIIII.

1 *Milites quæ bona in prouincijs, in quibus militant, poſſunt acquirere.*
Equus militaris extra prouinciam militarem non mittendus, eod.
2 *Miles non debet exercere artem ludicram.*

1 NEgotia quædam militibus uetita ſunt, quæ paganis tamen conceſſa ſunt: & rurſum quædam ſingulari iure illis tributa, quæ non conceduntur paganis. Vetatur itaque militibus, primum ne prædia in prouincijs, in quibus militant, comparent, etſi alibi poſſint acquirere.[f] Præterquam in prouincia, ſi paterna eorum fiſcus diſtrahat.[g] Item & domum licet inibi impunè emere, cum eadem ea ratio, cur prædia comparare non poſſint: ne culturæ ſtudio, militia ſua auocentur.[h] Quo fit etiam, ut nec locare prædia poſſint,[i] parciſſimè eis commeatus detur, nec militarem equum extra prouinciam ducere permittatur, nec ad opus priuatum, piſcatum, uenatum miles ſit mittendus, & cæt.[k] Et Gratianus imperator, colonos militare uetat, prohibet & ijs, qui caſtrenſibus ſtipendijs otia quieta meruerunt, iam ueteranis conſtitutis, tela in uſum uomeris, ligoniſque conuertere.[l] Non debet miles ciuitatis curas arripere, alioquin priuilegijs omnibus militaribus nudatur:[m] qualia ſunt munera perſonalia, quæ il-
2 lis inhibentur.[n] Militem qui artem ludicram fecerit, uel in ſeruitutem uenire ſe paſſus eſt, capite puniendum Menander ſcripſit, teſte Marcello.[o]

f Martian. in l. milites, l. 9. & in l. milites agrum, l. 13 de re milit. in P. l. non licet, & l. qui officij. de contrah. empt.
g d. l. milites, l. 9. & l. aſſerit, § quod o præſide, de iure fiſc. P. l. filii, de inoff. teſta. P.
h d. l. milites agrum, l. 13.
i l. milites, C. loca.
k officiũ, l. 12. § patronus, de re mil. in P.
l l. 8 de manci pijs, & colo. patrimonialiũ. & ſaltuenſiũ, &c. li. 11. C. tit. 62. l. milites, 15. de re milit. lib. 12. C.
m l. militares, l. 16 de re mili. lib. 12 C.
n d. l. milites, 15. de re milit. li. 12. C. l. armatæ, qui petant tutor. C.
o Marcell in l. quæ a delicta, l. 14. de pœnis. li. 48. P. tit. 19.

De peculio Caſtrenſi. Cap. XV.

1 *Peculium caſtrenſe quid.*
2 *Peculij caſtrenſis mobilia, non etiam immobilia ſunt.*
Peculio caſtrenſi quæ annumerantur. eod.
3 *Peculium caſtrenſe nullo modo quæritur patri, nec quaſi caſtrenſi, nec uenit in collationem.*
4 *Peculij caſtrenſis, uel quaſi actio, & diſpoſitio ad filiumfa. pertinet, non ad patrem.*
5 *Teſtari poteſt filiusfam. de peculio caſtrenſi, uel quaſi.*
6 *Peculium caſtrenſe quomodo ab inteſtato ad patrem pertinet.*

1 QVæ ſingulari iure conceſſa militibus ſunt, priuilegia dicuntur, perſonis & rebus indulta, & perſonis & actibus eorum ſimul. In rebus, ſingulare peculium caſtrenſe, nempe id omne, quod à parentibus uel cognatis filiofamilias in militia degenti donatũ eſt, uel quod ipſe filiosfam. in militia ab alijs acquiſiuit, quod niſi militaret acquiſiturus non eſſet:[p]
2 Verum hic obſeruandum eſt, donata à patre ita demum in peculium caſtrenſe filijfamil. militis fore, ſi mobilia ſunt, uel ex mobilibus comparata, non autem ſi prædia uel alia immobilia, occaſione quamuis militiæ donentur.[q] Item nec alia quæ aliunde, & alia occaſione filiofamilias adueniunt, ut hæreditatis matris, & alia quæ acquiſiturus eſſet ſine militia:[r] ea enim caſtrenſia non ſunt, neque quæ uxor dederit filiofamilias militi, non tamen militiæ cauſa:[s] contra, ſi quid eidem dederit legaueritve, contemplatione militiæ.[t] Idipſum in alio inſtituente militem filiumfam. uel ei donante perpendendum eſt, ut ſi contemplatione militiæ fiant tantum, & in militiæ tempore iuris peculij caſtrenſis ſint, non aliter, ſed ſint alterius peculij.[u] Fiunt & empta ex peculio caſtrenſi, id eſt, eius pecunia, eiuſdem conditionis, cuius ſunt caſtrenſia:[x] ut res ſuccedat in locum pretij fauore militiæ, ut in qui-
3 buſdam alijs,[y] non tamen omnibus.[z] Peculij caſtrenſis ſingulare eſt, ut cùm filiusfamilias propter militiam non liberetur à patria poteſtate,[a] & idcirco uideatur patri omnia, ſaltem quod ad vſumfructum pertinet, quærere:[b] nihilominus tamen caſtrenſe illi proprium &
4 præcipuum eſt peculium, & à patris iure omnino liberum, & ea quæ detulit in militiam concedente patre:[c] nec pater enim in adoptionem dando, alij nec in familia retinendo uel emancipando ei auferre peculium poteſt.[d] Neque patris creditores id uendere, uel aliter inquietare poſſunt: nec patre mortuo cum fratribus id commune eſt,[e] id eſt, non confertur cum ſucceſſione patris: nec quaſi caſtrenſe.[f] Vt non poſſit pater filijfamilias militis ſeruum, qui in eius peculio eſt, manumittere teſtamento, uel ei libertatem legare efficaciter, niſi forſan filius ante patrem mortuus, patrem fecerit hæredem, uel ab inteſtato ad eum peruenerit filij caſtrenſe peculium.[h] Habet itaque actionem perſecutionemque caſtrenſium rerum ſemper filius, etiam inuito patre: & quamuis paterfamilias militiæ tempore, poſteà ſe arrogandum dederit:[h] imò & contra patrem agit,[i] & ſine uoluntate patris alienat.[k] Et ſi quid ſeruus peculij quærit uel ſtipulatur, non patri, ſed filiofamilias, cuius eſt peculium, acquirit.[l] In ſumma Iuuenalis priuilegium hoc militum his uerſibus abſoluit.[m]

Solis

p Pompon. in l. caſtrẽſe, l. 11. de caſtrenſ. pecul. lib. 49 P. titu. 17 l. 1. de caſtrenſ. pecul. li. 12. C. tit. 37.
q d. l. 1 C. de caſtrenſ. pecul. l. ſi filius, C. famil. erciſcun.
r d. l. 1 de caſtrenſ. pecu. C. d. l. caſtrenſe, eod. in P.
s l. ſi miles, l. 6. & l. ſi forte, l. 8. eod. tit.
t d. l. ſi miles, & l. ſi forte. & l. diuus Adrianus, eod. tit.
u l. 4. de caſtrẽ. pecul. lib. 12 & C. l. miles, l. 5. l. hæreditate, l. 19. l. pater milit. l. 13 & l. dotem filiofamil. 20 & l. 4. famil. erciſcun. lib. 3. C. tit. 36.
x l. 1. § fin. de caſtrenſ. pecul. lib. 12. C. l. 3. eo. tit. in P.
y l. ſi ex pecunia, de rei uen. C.
z l. ſi extra, eo. titu.
a l. 3 de caſtrẽ. pecul. lib. 12 C.
b l. cum oportet, de bo. quæ liber. cum ſim. l. placet, de acquir. poſſ. in P. § 7. per quas perſo. nob. acquir.
c l. 4 de caſtrẽ. pecul. in P. & l. ex omni, l. 10. eod. l. 3. C eod. tit. l. cum oportet, l. 6. § exceptis, de bo. quæ liber. lib. 6. C. tit. 60. nouella conſtitu. 22 § quoniam uerò ſemel.
d l. pater qui dat, l. 12 de caſtrenſ. pecul. in P.
e § ex hoc intelligere, quibus non eſt permiſ. facere teſtamen. lib. 2. Inſti. tit. 12.
f l. illud licet, l. 22. & l. ſi. de collat. lib. 6. C. titul. 20. l. 1 § nec caſtrenſe, de collatio. bonor. in P.
g Martian. in l ex caſtrenſi. l. 18. Tryphon l hæreditate, l. 19. § pater, & l. fi. de caſtrenſ. pecul. in P.
h l. 4. § 1 & 6. de caſtrenſ. pecul. in P.
i l. ſi quis uxore, de furt. in P. l. Imperator, ad ſenat. Trebellia.
k l. 1 de caſtr. pecu. lib. 12. C.
l l. pater milit. § ſi ſeruus, eod.
m Iuuenalis, Saty. final.

Solis prǽterea teſtandi militibus ius
Viuo patre datur. Nam quæ ſunt parta labore.
Militię, placuit non eſſe in corpore cenſus,
Omne tenet cuius regimen pater.

5 Diſponit namque filiusfa. de peculio caſtrenſi vel quaſi caſtrenſi teſtamento, vel vltima alia voluntate[a], & iure communi poſt militiem, & iure ſingulari militari, tanquam de 6 proprijs bonis & patrimonio[b]. Si tamen inteſtatus decedat, pater peculium caſtrenſe filijfamilias retinet, non tanquam hæreditatem, ſed tanquã peculiũ: q̃ſi teſtatus ſit, ad hæredẽ, vt hæreditas perueniſt[c]. Si tamen filiusfam. hæres fuit alterius, pater qui ab inteſtato retinet peculium, illi hæres fit vt filio[d]. Et in caſu, quo miles filiusfamilias, recuſauerit aditionem hæreditatis, quæ ei ex caſtrenſibus occaſionibus veniat, datur patri adeundi licentia, vt ad illum perueniat pleno iure, cum dominio & vſufructu, ac ſi pater fuiſſet ab initio hæres inſtitutus, cum oneribus[e]. Peculium ita vt iure priſtino apud patrem remanet, & acquiſitiones quoque iacente hæreditate à ſeruo peculiari factæ.[f] Tenetur tamen pater, qui caſtrenſe peculium inteſtati filij retinet, æs alienum intra modum eius, & annum vtilem prætorio ſoluere. Et ſi teſtamento hæres ſcribatur, perpetuò ciuiliter vt hæres conuenietur[g]. Sunt & alia priuilegia, quæ militibus & alijs etiam quam filijsfamilias conceſſa ſunt circa teſtanda priuilegium, de quibus interim videndus Azo in ſumma[h], nos autem ſuo loco alibi in teſtamentis, Deo iuuante, agemus de alijs.

a l. 1. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. op. Infortiatu lib. 2 Inſtit. tit. 22 l. penult. & fin. qui teſtament. fac. poſſ li. 6. C tit. 22 l fi. de inoff. teſtam C.
b l. pater qui caſtren. li. 17 §. pater, de caſtrenſ pecul.
c l. 2. de caſtrẽ. pec. in P. l. proponebatur, l 9. eod. P. l. intelligitur, 1. C. eod. titul.
d l. 1. eod. titu. in P.
e l. fi. §. ſimili quoque modo, de bon. quæ liberis lib 6. tit 60.
f l filiusfamilias, 14 eod. titul. P.
g l. pater qui caſtrenſe, l 17. & l. 2. & l proponebatur, eo. titu. P. l. filius, ad leg Cor de falſ in P.
h Azo, in ſumma, titu de militar. teſta. in C.

De priuilegijs perſonis militum conceſſis, & ueteranis. Cap. VI.

1 *Priuilegia perſonalia militum.*
Ignorantia iuris excuſat milites.
2 *Militum iniurię ęgrè uindicantur.*
3 *Militia paterna filijs data.*
4 *Veteranorum militum priuilegia, & immunitates.*
5 *Veterani ex quibus cauſis amittunt priuilegia.*
6 *Iniuriarum cauſa per procuratorem ab illuſtribus tractatur.*
7 *Pactum de futura ſucceſsione inter nobiles ualidum.*
8 *Militarium priuilegiorum ratio.*

1 PRiuilegia perſonis militum quoque conceſſa ſunt, quorum eliqua accipe: nempe, vt iuris ignorantia, vel error in exceptione, ſuo loco proponenda, & omiſſa à milite ante ſententiam, reſtitutionẽ habeat in integrum[i]. 2 In alijs etiam à iure inductis ſolemnitatibus, militiæ munus teleuat: cùm magis milites arma, quàm iura ſcire expediet[k]. Aliud militiæ priuilegium apud Iuuenalem[l].

Commoda, inquit, tractemus: primum communia, quorum
Haud minimum illud erit, ne te pulſare togatus
Audeat, excuſſos prętori oſtendere dentes,
Et nigram in facie tumidis liuoribus offam. &c.

3 Filij primipilariorum paternã ſequuntur conditionem: & filij qui ex officialibus nati ſunt, 4 in parentum militiam vocantur[m]. Veteranis immunitates conceſſę onerum & munerum in uniuerſis locis ciuilium, & operum publicorum, collationum, & uectigalium, quæ in nundinis præbentur[n], ut nec uolentibus permittatur, nec inuiti militare cogantur[o], nullis iniurijs incongruis pulſentur[p], ſeparentur à cęteris in pęnis, ut non dentur ad beſtias, nec fuſtibus cædantur[q]. Veteranis & liberis eorum, idem habetur honor qui & decurionibus[r]. A nauium fabrica excuſantur, non conſtituuntur exactores tributorum[s]: ſi tamen ueterani ſe paſſi ſunt in ordinem decurionum legi, ex conſenſu illorum tacito, muneribus fungi coguntur[t]. Quòd ſi allecti in ordinem non ſunt, ſed ſponte aliquod munus ſuſcipiant ciuitatis, ex eo ad alia cogi ſubeunda non debent[u]. Subeunt autem veterani uectigalia, & patrimonii onera ſolemnia[x]: ueluti uiæ ſternendæ, & 5 engariationis nauium.[y] Amittunt priuilegia 6 ueterani, ſi latrocinijs ſeſe dederunt,[z] Fauetur nobilitati maximè, quando illuſtres viri inde ſiunt, & quando militant: ut neque iudicio, in cauſa iniuriarum, cogantur adeſſe, ſed poſ7 ſint per procuratorem litem exercere.[a] Poſſunt & pacto hæreditatem ſuam donare inter viuos, licet in paganis improbetur pactum de 8 ea.[b] Et certè, dum res & ſtatus militaris ad verum reducitur, uix aliæ perſonæ mihi uidentur priuilegijs, aut maiori commiſeratione dignæ, ſiue boni ſint, ſiue mali milites ob eorum uſum: imò & peiores & truculentiores huic muneri meliores, *ὦ στρατιῶτα οὐκ ἄνθρωπε*, inquit Philemon,[c] *καὶ σιτούμενε ὥσπερ ἱερεῖον, ἵν' ὅταν ᾖ καιρὸς τυθῇς*, id eſt.

ò miles non homo, qui paſceris
Quemadmodum victima, vt cum tempus fuerit immoleris.

Et incitandi priuilegijs ſunt mortem oppetere, quam omnes natura refugiunt. Et ita uita & morte ſceleratorum priuilegiata bonorum hominum, ſalus & bona cum modico detrimento conſeruantur. Sunt & boni & ſtrenui pariter milites, qui pro reipublicæ ſalute occupeti, merito priuilegijs honorantur, ut benè meriti, alij ad bene merendum eiſdem allecti.

i l. 2. de iuris & fact. ignor. lib. 2. C. tit. 18.
k l. fi. C de iure delib lib. 6.
l Iuuenal. Satyr. 16.
m l. 2. & 3 de filijs officiol. militarib., qui in bello moriuntur lib 12. C. titu 48.
n l. 2. de veteran li. 12 C tit. 47 l 2 de priuil. veteran. lib 49. P tit 18.
o l fi C. eo. tit. de veteran.
p l. prouidendum, l 2. eo. C. de veteran.
q l 1 & 3 de priuil veteran. li. 49 P. tit 18
r l 3 de priuil. veteran.
s l. fi. eo. tit
t d l fi. de priuil. decur. l. voluntarié, C. de excuſat. tutor. l. 2 C de ijs qui ſponte munera ſubeunt, l penult §. fi de vacat. munerum, in P.
u l. 2 de priuil. veteran. in P l. 3. C. de qui ſponte munera ſubeunt
x d. l. 2. §. fi de priuile. vetera.
y l. 2. & 3. de muneribus patri C.
y l. vit, l 4. de priuil. veteran. in P.
a l. 3. de vete. lib 12 C.
a l. fi de iniur. li. 9. C. tit 16 l. quicunque iure sta auth. sequ. de honor. C l. quoties, de dignit. lib 12 C.
b l. licet, C. de pact. vide de hoc Nicol. Boenam, deciſio. 204. nu. 4 & 5.
c Philemon comicus, vt habetur in ſententijs comicor.

De priuilegijs militum circa illorum iudicia. Cap. XVII.

1 *Milites coram ſuis ducibus conueniendi.*
Magiſterię dignitatis iuriſdictio. eod.
2 *Iuriſdictio magiſteria in milites quatenus extendatur.*

1 STatuit Iuſtinianus milites conueniri, tam in cauſis ciuilibus, quàm criminalibus coram ducibus ſuis:[d] duces & milites coram magiſteria poteſtate: ſic enim ducibus iuriſdictio conceſſa eſt, vt non imminuatur magiſteriæ adminiſtrationis eius prouinciæ, ubi duces ſunt, poteſtes:[e] videlicet inter militares viros, & reum militarium aut ciuilium quæſtionum.[f] Cùm miles, niſi à ſuo iudice coerceri non poſſit.

Legibus antiquis caſtrorum & more Camilli
Seruato, miles ne vallum litiget extra
Et procul à ſignis. Iuſtiſſima centurionum
Cognitio eſt igitur de milite, &c.[g]

d l. 1. l fi. eum ſuis. §§. de re milit. lib. 12 C. tit 36.
e d l. 8 § fi de re milit. l magiſteria, l 6 de modo mulctarum quæ ab iudic. C. li 1. ti. 54. l 3. vbi quis de [illegible] vel cohortali aliave conditione conueniat. li. 3. C. tit 23.
f d. l. magiſteria.
g Iuuenal. in Satyr 16.

Sic

1 Sic officium regentis exercitum, in obſeruanda, ſicut in regenda militari diſciplina uerſatur, in qua delictis ſecundum ſuæ authoritatis
2 modum caſtigandis.[a] Quò fit, ut iuriſdictio magiſteria, uel militaris, tum maximè in milites ſolummodo locum habeat, quando de crimine militari quæſtio eſt contra militem. In alio autem communi crimine, placuit diſtinctionem adhiberi, ut ſi illod atrox ſit, iudex eius loci, in quo miles deliquit, habeat cognitionem & coercitionem: ſi autem leue, uel mediocre, habeat tantum notionem, remittat autem coercitionem ad magiſtrum militum.[b] Sanxerunt quoque Theodoſius & Valentinianus CC. milites armatæ militiæ, cum in militia ſunt, uel in commeatu legitimo, poſſe uti pro ciuilibus negotijs fori præſcriptione, non autem inermis militiæ milites, ſi conueniantur pro publicis functionibus, uel priuatis negotiationibus,[c] quæ militibus armatis interdictæ ſunt.[d]
3 Ex conſtitutione regis Galliarum Caroli 5. uetitum eſt, ne pendente tempore hoſtilis belli tunc urgentis, quiſquam nobilis aut ignobilis, alteri uel mutuo ſibi bellum mouerent, clam aut aperto marte: atque decretum in huiuſmodi, inquietos iudices locorum, putà ſeneſchalcos uel iuridicos, ius dicere poſſe, & armata manu compeſcere.[e] Franciſcus primus huius nominis rex Gall. ſtatuit quoque, ut ſtipendijs ſuis contenti uiuant milites: etiam equites, ademitque licentiam ne in oppida frumentandi cauſa exirent, ne quicquam ab his caperent, ne ve uictum inde extorquerent gratis, & ſi comperti fuerint ita prædas uel concuſſiones agere, notionem & coercitionem primum concedit latrunculatoribus mareſcharchorum, & demum illis uindictam diſſimulantibus, iudicibus locorum ordinarijs.[f] Theodoſius & Valentinianus, apparitoris magiſteriæ poteſtatis cauſam de ſtatu, de curia uel officio cohortali, uel de tributis uel functionibus ab eo debitis, in prouincia motam coram rectore prouinciæ, per prouocationem ſuſpenſam, terminari debere à præfecto prætorio ſimul & magiſtro militum, ſtatuerunt.[g]

a l. officium, l. 12 in princ. & ſi uæ de re milit. tar. in P.

b gloſſ. in d. l. magiſt. eng. per l. ün in fine, de accuſat. m.to P. & l. ſi in princ. de re milita. lib. 12 C. argumento, §. pen. ui cle ne. apud proprios epiſcop. in authentica, textus in l. 3 & 4 de officio magiſtri milit. lib. 2. C. tit. 25.

c leg. unic. in quib. cauſ. mil. l. fori praeſcript. uti non poſſ. li. 3 C. tit. 25. l. 3 de offic. magiſt. mili. C.

d l. un. C. loca. & tit. negotia. ne mil. li. 12 C.

e condit. Caroli. 5 art. 9. in primis.

f à l'ordonnance du Roy François premier, ſur le faict de la guerre, art. 5.

g l. eo. caſu, l. 23 de appellat. li. 7. C. tit. 62.

De magiſteria militari dignitate. Cap. XVIII.

1 *Magiſter quis dicatur.*

2 *Magiſter populi dictator.*

Magiſter equitum quis eod.

3 *Præfectus prætorio quis.*

4 *Magiſter peditum.*

5 *Magiſtri militum prouinciales.*

6 *Coneſtabulus Galliarum.*

Mareſchalli Galliarum. & eorum poteſtas, eod. & num. 6.

Preuotz des Mareſchaux *qui. eod.*

Latrunculatorum poteſtas. eod.

7 *Latrunculatores de quibus non cognoſcant.*

8 Prendre en partie *latrunculatorem, aut iudicem quando quis poſſit.*

9 *Iudicia potiſſimum capitalia præcipitanda non ſunt.*

10 *Latrunculatores ſummariè & de plano iudicant.*

11 *Iuriſdictionis Coneſtabuli & tribunorum militum in Gallia leges.*

1 Qvia ſuperiori capite meminimus de poteſtate magiſteriæ adminiſtrationis, uiſum eſt non alienum à methodo, de ea pauca annotaſſe. Magiſter dicitur is, cui alicuius rei præcipua cura demandatur.[h] Proinde latiſſima eius, uti rerum eſt appellatio. Quam e eam reſtringimus nunc ad res & perſonas militares, quibus ſom-
2 ma militiæ cura demandata eſt. Cicero magiſtrum populi, dictatorem uocauit.[i] Et hic erat militum omnium per conſequens magiſter. Verumtamen dictatori magiſter equitum additus eſt, qui, ut ait Polybius, apud Romanos magiſtratus erat officio dictatoris ſubiectus, qui tenebat in exercitu eius locũ, ſi quãdo illũ abeſſe neceſſitas reipub. cogeret.[k] Quales tribuni celerum apud priſcos Romanorum reges,[l] tales ferè apud dictatores, expulſis regibus, magiſtri equitum: & ut dictatori ius ſummum in populum fuit, ita in omnes milites &
3 accenſos, magiſtro equitum.[m] Deinde conſtituto imperio ad uicem magiſtri equitum, præfectos prætorio inſtitutos eſſe, à quibuſdam ſcriptoribus traditum eſt. Nam cum apud ueteres, dictatoribus ad tempus ſumma poteſtas crederetur & magiſtros equitum ſibi adlegerẽt, qui aſſociati principali curæ militiæ gratia, ſecundum poſt eos poteſtatem gererent, regimentis reipublicæ ad imperatores perpetuo tranſlatis, ad ſimilitudinem magiſtrorum equitum, præfecti prætorio à principibus adlecti ſunt, data eis pleniore licentia ad diſciplinæ publi-
4 cæ emendationem.[n] Inclinante ſubinde imperio & magiſter peditum factus, quem, inquit Vuolfgangus Lazius,[o] hodie uocamus ſupremum regimentorum. Et cùm olim, qui in officio præfecti prætorio erat, & magiſter eſſet equitum & militum, tandem mutata forma, ſe-
5 parata officia ſunt. Atque creſcente imperio, per prouincias magiſtri militum creati: ut in partibus orientis Conſtantinopoli, magiſtri equitum & peditum præſentiales duo: & alij tres, equitum & peditum per Orientem: equitum & peditum per Thracias: equitum & peditum per Illyricum.[p] Sub diſpoſitione ſeu cura unius magiſtri militum præſentalis, erant uexillationes palatinæ 5. uexillationes comitatẽſes, ſeptem: legiones palatinæ, ſex: auxilia palatina, 18. Sub alterius uiri illuſtris magiſtri militum præſentialis diſpoſitione, alterius ordinis uexillationes palatinæ, ſex: uexillationes comitatenſes, ſex: legiones palatinæ, ſex: auxilia palatina, 17. quarum nomina & diſtinctiones notat liber, qui Notitia utriuſq; imperij dicitur. Porrò ſub diſpoſitione magiſtri militum per oriẽtem comitatenſes uexillationes, ſeptẽ: legiones comitatenſes, nouẽ: pſeudo comitatẽſes, decem. Officiumque magiſteriæ poteſtatis per orientem, cardinale habitum: & per oriẽtẽ a 5. magiſtri militum. Sub diſpoſitione illuſtris viri magiſtri militũ per Thracias, uexillationes palatinæ, tres: comitatẽſes, quatuor: & legiones plures comitatẽſes: & per Thracias magiſtri militum quindecim. Sub diſpoſitione uiri illuſtris magiſtri militum per Illyricum, uexillationes comitatenſes duæ, legio palatina una: auxilia palatina, ſex: legiones comitatẽſes, octo: & pſeudo comitatenſes, nouem. Et alij magiſtri militũ per Illyricũ. Addidit & creauit cũ orientalibus magiſtris aliũ magiſtrũ Iuſtinianus per Armeniã, ſublato comite, cui cõmiſit Armeniam primã & ſecundã, & Anzetenã, Aſthenã, Balabethenã, & Zophenã, & põtũ Polemoniacũ.[q]

h l. 1 cui præcipua, de verbo ſignif.

i Cicero, 3. de Finib.

k Polyb. lib. 3. hiſtor.

l de quib. Dionyſ. Halicar. li. 2. antiq. Roma.

m l. 2 §. populo deinde au-cto, de orig. iuris. P. Feneſtella li. de magiſtratibus, cap. & li. 2 decadis pri. Liuij. Eutrop. lib. 1 & ſi de Iiiporibus Dionyſij Halicar. in §.

n hæc omnia ad verbum ſcrib. Aurelius iuriſcon. in l. 1 de off. præfecti prætorio. li. 1 P. tit. 11 & Pomponius l. 2 § populo deinde & § hunc magiſtratũ, & § iis dictatoribus, & § quod ad magiſtratũ, de orig. iur. lib. 1 P. tit. 2.

o Vuolfgan. Laz. li. 4 de rep. Roma. c. 5.

p in li. Notitiaque imperij, hæc & quæ ſequuntur.

q l. 5 de offic. magiſt. milit. li. 1. C. tit. 29.

In im-

In imperio occidentali erat magiſter peditum in præſenti, magiſter equitum in præſenti: magiſter equitum per Gallias, ultra uirum illuſtrē præfectum prætorio Italię diœceſeos. Sub diſpoſitione uiri illuſtris magiſtri peditum præſentalis, erant comites certi militum, ut Italiæ, Africę, Tingitanię, tractus Argentoratenſis, Britanniarum, littoris Saxonici per Britannias. Duces limitum decem, Mauritannię Cęſarienſis, Tripolitani, Pannonię ſecundę, &c. Legiones palatinę 12. ut Ioniani, Herculiani ſeniores, &c. Auxilia palatina 65. ut cornuti ſeniores, bracchiati &c. Legiones comitatenſes, 32. pſeudocomitatenſes, 18. quæ numerantur in Notitia utriuſque imperij. Sub diſpoſitione uiri illuſtris & magiſtri equitum præſentalis, uexillationes palatinæ 9. uexillationes comitatenſes plures in prædicto libro relatæ, ubi & de alijs, quæ cum
6 uiro illuſtri comite & magiſtro equitum Galliarum erant. In regno noſtro Galliarum, magiſter equitum Coneſtabulus eſt dictus aliquando, ſeu comes ſtabuli ſacri, cuius & meminerūt iura Romana,[a] antiquis *Meter*, de quo nos fusè alibi.[b] Sunt & tribuni militum quatuor, ad quos poſt magiſtrum militum rei militaris ſumma refertur, uocamus mareſcharchos, uel *mareſchaulx*, quibus ea poteſtas in milites, quæ magiſtris equitum. Eorumque partes ſunt caſtris locum eligere, unde à nonnullis magiſtri caſtrorum dicti ſunt, milites in officio continere, in quos uitę & necis poteſtatem habent, quod munus latrunculatoribus demandant, qui ideo dicti ſunt, *Preuoſtz des mareſchaulx*, qui propemodum ſimiles illis, quos Irenarchos iura dicunt,[c] emendandæ diſciplinæ publicæ & moribus præfecti. Quibuſque abſque prouocatione ex regio edicto licet emanſores, apolidas, ſaccos, per laſciuiam quid agentes, mulierum ſtupratores, pœna capitali afficere:[d] demum & qui de omni crimine militari cognoſcunt. Et proinde iſti latrunculatores magiſtri militum, uel tribunorum ſunt perpetuo caſtrorum & exercituum comites, ut proſpiciant quieti ſubditorum ſeu regnicolarum, caueantque ne ulla opprimantur à militibus ſeu à latronibus iniuria, quàm ſubito, & quàm citius fieri poterit ulciſci debent.[e] Quibus annexi ſunt eadem ob cauſas latrunculatores prouinciales, quibus eadem cura demandata eſt: ea tamen lege, ut ſeneſchachos iuridicoſque & iudices locorum ordinarios conſulant, & cum illis conferant acta, quæ in reos ſibi ſubditos fecerint, uel quæ inquiſierint, ut iudicium ex illorum notione
7 celeriter inferatur.[f] Dicta fuit omnibus latrunculatoribus tamē lex, ne de delictis & criminibus non militaribus cognoſcant eorum, qui tempore, quo delinquunt, domicilium alicubi & larem fouent, ſed remittant ad iudices ordinarios cum illorum anactiſi:[g] nullum enim eſt illis certum territorium, ut indicatum in ſe-
8 natu Pariſienſi, anno 1388. Eodemque ſenatuſconſulto placuit, ut ſi prouocatione ab illis interpoſita quis eos aduerſarios citat, dicunt *prēdre ea partie*, & bene prouocatum ſententia iudicatur, poſſint mulcta, & ad ſūptus damnari.[h] Porro latrunculatores, & alij cuiuſcumque gradus iudices, tanquam aduerſarij in ius uocantur prouocatione, ſcilicet, *ſont prins en partie* quādo ex officio, ſine accuſatore uel delatore, uel non ſeruatis iuris ſolennitatibus iudicant: quia in eo caſu, accuſatoris uices agunt.[i] Ideo animaduertendum eſt illis, ne reos aliter iudicent, quàm ſecundum acta & probata,[k] & ſecūdum

a in L. 1 de comitib. & tribu. ſcholar. lib. 12. C tit. 11.
b d aimus in feudis, c 1 quo de comitib. [illegible]
c l uni. de irenarch lib. 10. C. tit. 75 [illegible] de cuſto. reor. [illegible] § irenarchæ, de mu. nerib. & hono. [illegible]
d extat conſtitut. regia Fr. [illegible] tit. de la iuriſdiction des preuoſtz des mareſchaulx & lieutenans.
e in conſtitutionib. Aureliæ editis, in comitijs generalib. art. 96. 97. 98 [illegible] de Bald. de nouarum iuriſdictione [illegible] per Federic. in [illegible] feudor.
f ead. conſtit. Aurelia. art. 69.
g ead. conſtit. art. 70.
h [illegible]
i [illegible]
k [illegible]

probationes, quæ ſint luce meridiana clariores:[l] de quibus ſcriptura iudicialis, quam uocāt
9 *le procez*, conſtet.[m] Nec ſummario & præcipiti iudicio, adimenda eſt reis defenſio, quæ eſt naturalis: nec inauditum cōdemnari morte oportet.[n] Sic enim iniuria, ex eo quod iure faciundum commiſſum poteſtati eſt, naſceretur contra legum præſcripta,[o] & præcluderetur innocentibus uel temere ſuſpectis, uel calumnioſè delatis, purgandi criminis occaſio, una cum loquendi facultate, ſupplicio intercepta, & daretur latrunculatoribus graſſandi temporè occaſio: cùm tamē ſatius ſit nocentē abſolui, quàm inſontem damnari.[p] Proinde cum in minimis & ciuilibus negotijs, iubeatur iudici, ut plena diſquiſitione ea examinet,[q] multo magis, ubi de uitę hominis agitur diſcrimine, cautius & diligentiori calculo res examinari & perpendi debet.[r] Nec arbitrio unius hominis, iudicis uidelicet committi debet: neque ut id committatur à principe iuſtè impetrari poteſt: & ſi impetretur, inutiliter fiet. Quod enim negotij totius cognitionem tollit, & neruos principalis negotij exhaurit, ſine graui alterius partis diſpendio conuelli non poteſt.[s] In lege Iulia de repetundis caput eſt, ut iudex, qui ob hominem necandum pecuniam acceperit, uel non acceperit, calore tamen inductus, interfecerit uel innocentem, uel quem punire non debebat, capite plectatur, in inſulam deportetur, ut plerique puniti ſunt.[t] Oportet itaque hos latrunculatores prius crimina reorum iuriſdictionis ſuæ diſcutere, quàm damnare, nec ordine turbato prius damnare & deinceps probationes quærere & literis mandare. Non enim præpoſtera diligentia uita homini adempta à iudice reſtitui poteſt: & potius à probatione, quàm ab
10 executione incipiendum eſt.[u] Non diffitemur tamen, ſæpius hos latrunculatores ſummariè & de plano animaduertere debere in latrunculos, & reos ſuæ iuriſdictionis: imò & expedit ita fieri, & ea ratione demandata cura eſt, uel ad pacandam ſeditionem, uel ad tollendam prouocandi & euadendi ſceleſtiſſimis hominibus occaſionem. Verùm conſtare debet primum ſceleris eſſe reos, uel quod deprehendantur in ſcelere, uel teſtimonia plana & dilucida ſint, quæ non poſſunt ſuppleri ullo modo clauſula illa, ut de plano & ſummariè procedatur,[x] ut
11 nos alibi, Deo fauente, docebimus.[y] Leges iuriſdictionis magiſtri equitum, ſeu Coneſtabuli, & tribunorum militum, quæ iure Gallico ex conſtitutionibus regum definiuntur,[z] docentur conſtitutione Ioannis regis Gall. Cautum itaque, magiſtrum equitum cognoſcere de apparitoribus armorum, quos uocant *ſergentz d'armes*, ſi illi conueniantur actione perſonali, non etiā ſi agant. Similiter & de cauſis ius dicere tribunorum ſeu mareſcharchorum & eorū ſubpræfectorum, ſi in acie ſint & conueniātur actione perſonali, non autem ſi ipſi agāt. Porro ad curiam magiſtri equitū, & quatuor tribunorum, quæ notionē habet Lutetiæ in mēſa marmorea, res bellicæ pertractandæ referūtur, omnia crimina patrata p milites, qui ſub ſignis & numeris militāt regijs, ſiue ij ſint equites, ſiue pedites, in acie uel ſtationibus, ſeu præſidijs exiſtentes: cauſæ captiuorum belli, & redemptionum eorumdē, de præda, & alijs bellicis negotijs. Si quidam ſtipendiarij contumaces ſint in præpoſitos, ſiue ſi ordinibus relictis, ſine commeatu exercitū reliquerint. Si præpoſiti numeris ſtipēdiarijs, ex ordinibus abijciāt ſine cauſa,

prius

l l. fin. de probat. C.
m c. quoniam contra, de proba. ap. Grego.
n l. 2. ad leg. Cornel. de ſicar. lib. 48. ff. tit. 8. l. 3 de re mil. in [illegible] clem. paſtoralis, de re iudic.
o l. memoratus, unde ui, C.
p l. abſentem, de pœn.
q l. iudices, l. 9 & auth. iubemus. de iudic. lib. 3 C. tit. 1 §. ſed hoc, ut cū, de appella. cognoſ. in auth. colla. 8 conſt. 19. ca. iudicantem, 30. q. 5.
r l. addictos, de epiſc. aud. C l. addictos, de appell. C. c. ubi periculum, de elect. in 6.
s l. 3 de precibus impera. offer. lib. 1. C tit. 19.
t Marcell. in l. lex Iulia. l. 7 §. ſi. ad legem Iuliam repetundarum. lib. 48. ff. tit. 11.
u l. 1 de execu tio. rei iudic. lib. 7 C. tit. 51.
x §. 1. & ibi gl. in uerbo, ſummariè, [illegible]
y 10 tit. de iudicijs, [illegible]
z [illegible] eide conſtitutio regiæ in tomo [illegible] la iuriſdiction du Conneſtable, & ſeq.

248

prius inſcriptos. De negotijs quæ ſuboriuntur contra exploratores, proditores, transfugas, deſertores militiæ: de cauſis & litibus maximè perſonalibus, quæ ſunt inter admiſſarios, dictos *huiſſiers*, & fæciales, tubicines, & alios milites, de rebus militaribus uel occaſione militiæ: de deditionibus ciuitatum, caſtrorum, uel oppidorum ex incuria uel perfidia præpoſitorum: de contumacia eorum, qui in euocatione militiæ non adſunt, uocant *defaillans au ban & arriereban*. De ſolutione ſtipendiorum militum: de criminibus quæſtorum militarium circa ſolutionem ſtipendiorum: de delictis & concuſſionibus latrunculatorum, mareſcharchorum, uel ſuppræfectorum, & apparitorum eorum: & de controuerſijs, quæ inter eos oriuntur ob depoſitionem ſeu exauthorationem ab officio. Item de codicillis gratiæ, quæ militibus uel quæſtoribus dantur ob commiſſum delictum militare, uel circa militiam.

De collegijs militum.
Cap. XIX.

1 *De collegijs remisſiuè.*

1 Sed hæc hactenus de perſonis, & rebus militaribus dicta ſint. Supererat, ut pro ſuperioris libri implenda fide, hoc loco de collegijs, & perſonarum, ob illa, nomenclatura ageramus. Ceterum paulo anteà dum de perſonis à rebus ſacris diſtinctis tractaremus, expedita eſt hęc pars proprio capite de collegijs: & de militum ſodalitijs ſacris Meliteńſium Hieroſolymitanorum, & aliorum dictum eſt. Quocirca non recantabimus hic eadem, ſed ad alia me transferam.

Syntagmatis iuris vniuerſi Libri Deciminoni, & Secundæ Partis eiuſdem Finis.

493732

Legatoria
R. SALVAREZZ
Via Val Sassina, 55
Tel. 825 823 - RO